R/8786

Del Colegio de la Comp.ª de Jhs. de Granada

Libreria

B.ª

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI

IN OMNIBVS PHILOSOPHIAE PARTIBVS INTER LATINOS & Græcos autores principis OPERA, quæ extant, omnia, non ſolum liberalium diſciplinarum, ſed maiorum facultatum ſtudioſis etiam utiliſſima, ſine quibus Ariſtoteles in præcipuis locis intelligi non poteſt. Quare ſummi uiri rectè cenſebant, uerè ſtudioſum non eſſe in cuius bibliotheca hic autor non erat.

Porrò, infinitis locis non aliquot uoces, ſed longas periodos quæ in prioribus æditionibus deſiderabantur, emendauimus, adiuti præſidio uetuſtiſſimorum manuſcriptorũ exemplarium, & auxilio doctiſſimorum uirorũ:

Inter quos in omni literarum genere ſummus uir HENRICHVS LORITVS GLAREANVS, Arithmeticam & Muſicam demonſtrationibus & figuris auctiorem reditam ſuo priſtino nitori reſtituit, cui exemplar aureum uenerandæq; uetuſtatis fuit ex monaſterio S. Georgij.

Et MARTIANVS RŌTA opus de tota diſſerendi ratione, hoc eſt, organum, Dialecticæ & Rhetoricæ ſtudioſis neceſſarium, illuſtrauit. Et huius autoris uitam certis coniecturis, cum ex aliis, tum ex Boëthi monumentis collectam, bona fide deſcripſit.



Hæc pagina uerſa, altera facie, librorum catalogum oſtendet.

BASILEAE APVD HENRICHVM PETRVM:

COLEGIO DE LA COMPAÑIA DE JESUS DE GRANADA

R/8786
Libreria
Del Colegio de la Comp.a de Jhs. de Granada
B.a

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI

IN OMNIBVS PHILOSOPHIAE PARTIBVS INTER LAtinos & Græcos autores principis OPERA, quæ extant, omnia, non solum liberalium disciplinarum, sed maiorum facultatum studiosis etiam utilissima. sine quibus Aristoteles in præcipuis locis intelligi non potest. Quare summi uiri rectè censebant, uerè studiosum non esse in cuius bibliotheca hic autor non erat.

Porrò, infinitis locis non aliquot uoces, sed longas periodos quæ in prioribus æditionibus desiderabantur, emendauimus, adiuti præsidio uetustissimorum manuscriptorũ exemplarium, & auxilio doctissimorum uirorũ:

Inter quos in omni literarum genere summus uir HENRICHVS LORITVS GLAREANVS Arithmeticam & Musicam demonstrationibus & figuris auctiorem redditam suo pristino nitori restituit, cui exemplar aureum uenerandæq; uetustatis fuit ex monasterio S. Georgij.

Et MARTIANVS ROTA opus de tota disserendi ratione, hoc est, organum, Dialecticæ & Rhetoricæ studiosis necessarium, illustrauit. Et huius autoris uitam certis coniecturis, cum ex alijs, tum ex Boëthi monumentis collectam, bona fide descripsit.



Hæc pagina uersa, altera facie, librorum catalogum ostendet.

BASILEAE APVD HENRICHVM PETRVM.

INDEX LIBRORVM QVAE IN
hoc libro continentur.

IN Porphyrium à Victorino translatum	Lib. II.
In Porphyrium à se latinum factum	Lib. V.
In prædicamenta Aristotelis	Lib. III.
In librum de interpretatione commentaria minora	Lib. II.
In eundem de interpretatione commentaria maiora	Lib. VI.
Analyticorum priorum, Aristotelis Anitio Manlio Seuerino Boëthio interprete	Lib. II.
Analyticorum posteriorum Aristotelis, Anitio Manlio Seuerino Boëthio interprete	Lib. II.
Introductio ad categoricos syllogismos	Lib. I.
De syllogismo categorico	Lib. II.
De syllogismo hypothetico	Lib. II.
De diuisione	Lib. I.
De diffinitione	Lib. I.
Topicorum Aristotelis, Anitio Manlio Seuerino, interprete	Lib. VIII.
Elenchorum Sophisticorum Aristotelis, Anitio Manlio Seuerino Boëthio interprete	Lib. II.
In Topica Ciceronis	Lib. VI.
De differentijs Topicis	Lib. IIII.
De consolatione philosophiæ	Lib. V.
Aduersus Eutychen & Nestorium	Lib. I.
Ad Symmachum quòd trinitas unus sit Deus, non tres Dij	Lib. I.
Ad Ioannem diaconum an personarum nomina de essentia prædicentur	Lib. I.
An omne quod est, bonum sit	Lib. I.
De unitate & uno	Lib. I.
De disciplina scholarium	Lib. I.
De Arithmetica	Lib. II.
De Musica	Lib. V.
De Geometria	Lib. II.

IN DIVI ANITII MANLII SEVERINI BOETHI OPERA AD MAGNIFICVM VIRVM D. ANTONIVM FVGGERVM, INVICTISSIMORVM IMP. CAROLI ET CAESAR. FERDINANDI FRATRVM À CONSILIO, HENRICHI LORITI GLAREANI PRAEFATIO.

QVM in celeberrimum, ac eruditissimum hunc authorem præfari uellem, GENEROSE D. ANTONI, multa sanè mihi, uel antequam in manus ipsum desumpsissem, perpendenda, ac Lynceis (ut dicitur) oculis conspicienda occurrebant, quippe quem sciã ab aliquot iam annis à multis maleaudíre, nec dignũ qui inter classicos numeretur scriptores. Alijs scilicet dictio non placet, phrasin aiunt duram, stylum diuersum. Alij eruditionem nimis proletriam culpant, quædam etiã ambigua, ac uix doctis auribus digna. Quibus omnil respondere, certe difficile uidetur. Porrò quoties à doctissimis nonnunq; de eo iudiũm inquireremus, Dij boni quàm sæpe in mentem uenit illud Flacci:

Tres mihi conuiuæ prope dissentire uidentur,
Poscentes uario multum diuersa palato.

Laurentius Valla, argutissimus linguæ latinæ iudex, Boëthum eruditorum ultimum nominare non dubitauit, nimis, quantum ego iudico, propensus in eius uituperationem. Vallam quidem exagitatum eo, quo uixit, tempore existimo ab iniquis tum iudicibus, qui Boëthum nulla alia ratione magnum iudicabant, quàm quod proximè ad Sophisticen, qua illi excellebant, accedebat. Vt uerum sit, quod uulgo dicitur, Tantum quisq; probat, quantũ se assequi putat. Accedit etiam hoc, cur magistic author, alijs eximijs authoribus propè exulantibus, in Barbarorum manibus hserit, quod tanta docet diligentia, ut nimia eius in docendo sedulitas promodum lectori, paululum fastidioso, sit tædio. Idq; in Philosophicis potissimum, & in mathmaticis. Eam tamen sedulitatem in musicis rei difficultas ita uicit, ut ibi intactus multis annis fuerit, donec ueniret nunquam satis laudatus uir Franchinus Lauden. qui in eo illustrando magnum operæ precium fecit. Fuit hercle ante annos aliquot, umulti, qui Musicen profiterentur, non dubitarent palàm dicere, impossibile esse quenquam Boëthi Musicen intelligere. quod insignis quidam Phonascus CloniæAgrippinæ ante annos xxx, cum ibi Philosophiæ operam nauarem, mi obiecit. Quod ei ita uisum, quoniã præter cãtuum usum, nihil alioqui, quod ad es disciplinę maiestatem attinet, habebat. Et qui tales sunt, maiore per louem superco nonnunquam de authoribus iudicant, quàm qui sunt eximiè docti. quod, prò dor, non in hac tantum contingit scientia, sed passim in alijs, maximè hac nostra ætate. Sed ad authorem ipsum redeo. Scripsit multa hic, quorum copiose meminit Trithemius Abbas. Quæ hodie quidem extant Logica & Mathematica, ea præcipua puto, nec phrasi diuersa, nec stylo dissidentia, ut liceat haud obscure uidere ea omnia ex una existe officina, utraque docta, erudita, ac doctrinæ fidelissimæ. De quibus logica, quòd multi de ijs uaria prodiderint, indicta ac intacta relinquimus. Mathematica uero, quæ ille nobis reliquit, omni Encomio celebranda uidentur, sunt enim multo dignissima. E quibus duo illi eruditissimi de Arithmetica libri principem locum merito tenent, absolutum omnino opus, quantum ad Theoricen pertinet, cui nihil demi, nihil addi potest, omni parte teres ac rotundum. Quanquam Georgius Valla in portentoso illo uoluminę de rebus fugiendis & expetendis, ex

Martiano Capella,memorabile quiddam (Si diis placet) adiícere uiſus ſit: Sed ille idem Georgius cum reconditiora omnia in Arithmeticis ex hoc authore habuiſſet, ne ſemel quidem eum cum dignitate nominare uoluit. De Muſicis idem dico. Ibi enim uero habuit Guilielmos,Bryennios,& neſcio quos alios authores, non admodum celebreis,Boëthus in merita nomenclatura locum apud eum non habuit,cum quicquid ſolidæ eruditionis in Muſicis Geor. Valla prodit, acceptum Boëtho debuit,reliqua collectanea ſunt inania,nec cœlum,nec terram attingentia, in utroque tamen quæſita,iucunda magis, quàm neceſſaria ſubtilitate, ut Plinius de Syderum muſica prodidit. Quicquid hic noſter author in Arithmeticis ac Muſicis protulit, id in totum ſolidum eſt,ac diſcuſſum, fundatumq; ex intimis Matheſeos principiis, inconcuſſumq; in ſecula manebit,

Quàm ſi dura ſilex,aut ſtet Marpeſia cautes.

Quintus tamen liber de Muſicis mihi quidem nõ uidetur abſolutus,tametſi ſcio aliter uiſum eximio uiro Iulio Martiano Rotæ,qui nuper in hunc authorem præfatus eſt. Qui cum mihi pleraq; de hoc authore conueniunt. De duobus tantummodo uoluminibus magna dubitatio uidetur,nec adhuc planè apud me diſcuſſa,quantumuis mecum lucter,omnem moueam lapidem, rationes omneis mecum mutem, uerſem,uoluam,ignorans,

Quo teneam uultus mutantem Protea nodo.

Vt eſt apud eundem Flaccum. Nam ſi id opus de duabus Chriſti Seruatoris noſtri naturis,ac item de Sanctiſſima Trinitate eius ſunt,ut Titulus præfert,nec ſtylus repugnat,qui factum eſt,ut in opere illo de Philoſophiæ conſolatione,quod ultimum eius exiſtimant,cum toties occaſio eſſet,ne ſemel quidem Chriſti mentio fiat? Erat in carcere optimus ille uir,dubius de uita. Tyrannus truculentus imminebat, tractabat de Diuina prouidentia negocium arduum. Ibi de huius ſeculi malicia, de fortunæ inſtabilitate,de malorum hominũ in hoc mundo imperio,per totum opus conqueſtus. Et ſcilicet,non erat in his CHRISTVS,homini tam docto, uiro tam honorato ac pio uel ſemel nominandus? CHRISTVS,inquam, omnis patientiæ exemplum,longe maiores iniurias ab inimicis paſſus. Deus, Dominus,Creator à Creatura crucí affixus,non erat ille,inquam, in hoc tam ſplendido,ut uideri uolunt, opere nominandus? Ego igitur, ut ingenue fatear id quod res eſt (etſi ſcio quàm magnam mihi moueam hac opinione inuidiam, & plus quàm Camarinam,dicendũ tamen eſt, quod animo ſedet meo) mihi quidem magis Philoſophicum opus uidetur,quàm Chriſtianum,nec tamen indignum quod à Chriſtiano homine legatur,ſed indignum,ut ab eo ſcriptum credatur,qui ipſi Chriſto,dato in ſacro baptiſmate nomine,ipſum anteſcriptis profeſſus. Nec ob ipſius profeſſionem (nam aliæ numerantur captiuitatis cauſæ) in carcerem detruſus,ne ſemel quidem Chriſti faciat mentionem. Non exaggerabo pro dignitate negocium, ſatis eſt lectori indicaſſe quid me potiſſimum moueat. Sed enim de ſtylo, quàm is quadret cum aliis Boëthi præfationibus,iudicium aliorum eſto. Multis ſanè (e quorum numero me facile dixero) proſa illa cum carmine non unius hominis eſſe uidentur, longe maiorem gratiam habet carmen,quã ieiuna illa proſa. Quod ſimul atq; quis ſecum diligentius perpenderit,uidebit me non temere opinatum eſſe. At quid dicemus de tot ante nos doctorum uirorum iudicio? Quis unquam ea de re dubitauit? omnes ne cæcutierunt? Non aio. Quid tum? Non cogitarunt,inquam. Si cogitaſſent,ſi iudicaſſent, ſi diſcuſſiſſent, melius nobis ea æſtimare potuiſſent: ſed non uenit in mentem, aliis occupatis cogitatibus. Quemadmodum & noſtra ætate, nemo paulo eruditioris iudicij homo,eruditiſſimos abſolutiſſimoſq; illos Rhetorices ad Herennium libros Ciceronis exiſtimabit,ſed alterius cuiuſpiam docti uiri ea tempeſtate, quæ maxime tunc magnis ingeniis floruit. Atqui LAVRENTIVS VALLA, Angeluſq; Politianus,eloquentiæ Romanæ lumina, ac exactiſſimi iudicij duo uiri ubique, ut Ciceronis,

ronis,allegant. Non erat,inquis,illis naſus? erat utiq;,ſed non cogitarunt,alioqui ex ſtyli diuerſitate,ac ex multis aliis argumentis colligere facile poterant, non eſſe ea Ciceronis, quamuis & docta & pura & elaborata, quamuis inueterata hominum opinio reclamet, denicq; quantumuis & Georgius Valla & Antonius Mancinellus & quidam alij luctati ſint,ut id hominibus perſuaderent, omnes id lucrati, ut apud eruditiores uel ſtupidi uel pertinaces dici mereantur. Sed ad Philoſophiæ conſolationem illam redeundũ. Si Muſas recte meretriculas uocat Philoſophia, ut ſophiſtæ garriunt,quòd nihil ſolidæ conſolationis, nihil medicinæ afflicto afferant animo. Sed ipſa ſit uera eius medela. Quid ni & nos,quibus Chriſtus ueram fidem fecit,ridebimus uiciſſim ieiunam illam Philoſophiam, καὶ εἰς Κόρακας hinc faceſſere iubebimus, quæ in hoc mundo felicitatem tot philoſophis mentita, tanto fortius deceptis hominibus, quanto matrona adultera fortius meretricula fallit, infirmo Boëthio adeſſe ab neſcio quo ficta initio huius operis. Nihil enim plus firmitatis habet Philoſophia,quàm Muſæ,ut Criticis placet, meretriculæ. gentili homini elegans, Chriſtiano ridiculum inuentum. Atqui ſi quæras,quem authorẽ eius operis putem, haud facile dixerim,cõiectura tamen haud exigua colligimus,fuiſſe aliquem non indoctum,aut aliquot potius doctos, qui in gratiam optimi uiri huiuſmodi lamentationem inſtituerint,uelut funebre ſolatium iniuſte cæſo. Nam Boëthium haud quaquam tam ſtupidum fuiſſe putandum eſt,cum in carcere detineretur, ut tyrannicæ iniuriæ meminiſſe tam importune uoluerit. Verum de hoc opere plusquam ſatis. Egregie uero impudens fuiſſe uidetur,quiſquis de diſciplina ſcholaſtica ſub huius authoris titulo librum emiſit,ſtultiores autem qui Boëthij opus credidere. Geometriam inceperit ne cum iuuenis eſſet,ut quibuſdam uiſum eſt,ac omiſerit,alio detentus ſtudio, an ſenex poſt Arithmetices ac muſicos libros non perfecerit,haud equidem ſcire poſſum. Certum eſt,eam ad nos abſolutam non perueniſſe. Sed nunc de Typographo ac operis caſtigatione dicendum. IOANNES VVALDNER Tigurinus,uir de optimis authoribus cum latinis,tum Græcis,cum rei etiam familiaris iactura ſumme meritus,Boëthij opera ante aliquot annos excudere prælo ſuo orſus,morte præuentus tam pium opus perficere nequiuit,idem tamen occaſionem dedit HENRICHO PETRI, ſummo amico noſtro, & de bonis literis non minus merito, ac quotidie bene merenti: qui omiſſum,Parcarũ inuidia, opus feliciter perfecit,adiutores nactus tũ uiuos doctores, tũ mutos, hoc eſt,& eximij iudicij uiros,& ueteres codices. Adfuit enim huic æditioni D. SEB. MVNSTERVS ad huiuſmodi honeſta negotia natus,infatigabili cura ac diligentia. Codex etiam peruetuſtus ex Dei Opt. Max. munere obtigit nobis, quem habuit Reuerendus in CHRISTO pater ac Dominus, D. IOANNES KERN Abbas Cœnobij Diui Georgij in Hercynia Sylua. Qui pro ſuo in ſacras literas & optimos authores amore,hunc codicem mittere per multa miliaria non dubitauit. Ex quo codice multa in muſicis reſtituta ſunt. Adfuit & D. D. BONIFACII AMORBACHII codex ex bibliotheca ipſius,qua uix eſt in tota Germania inſtructior altera. Nec defuit meus codex,multis notatus locis. Hoc lectorẽ ſcire uolui,ne temere præcipitatũ opus crederet, quemadmodum noſtra ætate fieri ſolet ab pecuniæ potius aucupibus quàm ſolidæ gloriæ petitoribus. Hocce igitur opus Magnifice D. ANTONI ſub nominis tui patrocinio in lucẽ ire uoluimus,quẽ conſtat de honeſtis diſciplinis, nec minus de diſciplinarũ profeſſoribus ita meritũ,ut uix aliũ hac ætate liceat iuſtius, & ſuo merito,ſeculi huius Mecœnatẽ uocare. Quod teſtimonium præter cæteros multos eximios uiros locupletiſſimũ duo mihi eruditiſſimi ac nobis amiciſſimi uiri dedere D. Otmarus Luſcinius,iam fato feliciter functus,& D. Chriſtophorus Seld. Reip. Auguſtanæ aduocatus,uterq; à te amatus,adiutus, euectus. Tua benignitas audaciam meam boni conſulat. Friburgi Briſgoæ Anno à IESV Chriſti natali M. D. XLVI. Calendis Martijs.

IVL. MARTIANVS

ROTA GEORGIO CORNELIO PONTIFICI TARVISINO DESIGNATO, S.

PRIMVM rebus in omnibus semper fuit, nouí aliquid promere, secundum, ubi consequi illud nequeas, ab alijs deprompta meliora reddere, utrunq; tibi præstare Pontifex Corneli cum uellem, diuersas bibliothecas excutere cœpi, sperans me & hoc & illud effectu rum. Sed alterum quidem assequi minimè potui, libros enim quos in Physicas auscultationes Seuerinus emisit, quamuis eos extare non pauci sciant, deprendere tamen adhuc non ualui. Alterum autẽ abunde, puto, consecutus sum, nã meliora quàm fuerãt hactenus impressa multo reddidimus eius commentaria, quæ partim uaria transcriptione labefactata stabiliri, partim longa uetustate collapsa reparari multis in locis desiderabant. Neque uero quisquam à nobis hanc prouinciam frustra susceptam opinetur, fuit enim Boëthus non solum magna facundia uir & eruditione singulari, uerum etiam iuuandi plurimos incredibili studio tenebatur, atq; ideo cum Barbaros armis ab Italia prohibere Consul nõ posset, barbariem ab Europa disciplinis eijcere doctus non dubitauit. Aristotelẽ enim Dialecticæ & utriusque Philosophiæ, hoc est humanæ felicitatis magistrum, primus & latinitate donauit, & exposuit, id quod Lucij Syllæ dignitatem non æquauit modo, sed plurimum etiam excelluit, opibus enim et potentia fretus Cornelius Sylla, inuentos Athenis Aristotelis libros Romã portauit. Eloquẽtiæ et eruditioni fidens Manlius Seuerinus eosdem è Græco sermone in Romanam linguam transtulit, & ex obscuris adeò ut uix à paucis intelligerentur, cuiuis mediocriter erudito peruios lucu lentis expositionibus effecit. Quæ utilitas non tantum illius ætatis homines plurimum iuuit, sed ad posteros quoq; redundans, in nos usq; peruenit. Hanc eius egregiam animi uoluntatem cum inter legendum animaduertissem, libuit mihi quędam ad ipsius cognitionem pertinentia in unum colligere, ut et illi quamuis mortuo gratiam, si possem, aliquam referrem, & tibi sapientiæ callem acrius insistenti, multis è floribus coronam darem, neq; enim arbitror ingratum tibi fuerit eum tanquam de facie noscere, per quem in dies magis ac magis proficis, & eius opera legendo mirũ in modum delectaris. Quod tamen dum facio, me uelim nullus existimet complures nostri temporis homines imitaturum, qui partim omnia in maius tollũt, partim quędam, ac si redargui nequeant, comminiscuntur, horum neutrum in præsentia facturum me recipio, quamuis probe intelligam non esse facile suæ quoq; tempestatis facta describere, nedum ullius qui mille ab hinc annis uita decesserit, in tanto præsertim scriptorum illius & succedentis æui silentio, qui ne publica quidem literis commiserunt. Quamobrem à nobis plura nullus expectet quàm ex eius aliorumue libris cognosci potuerunt, aut euidenti coniectura saltem comprendi. Ea tu Georgi nobilissime qualiacunq; in unum opus redacta, libenti, sicut omnia mea soles, animo percurre, & quam pridem nondum satis expolitam asportaras, nunc denicq; perfectam Boëthi historiam accipe.

ANITIVS Seuerinus Boëthus, Romanus, & nobilitate maiorum & animi dotibus clarus, in ea tẽpora incidit, quibus Italia à Barbaris oppressa tenebatur. Natus est enim non ita multis post annis quàm ab Alarico Roma caperetur. Floruitq; Theodorici regis tẽpestate. Theodoricus hic à Zenone cum ingentibus copijs missus, ereptam Odoacri Italiam sibi uendicauerat. Rauennæq; regni sede locata, cuncta pro libidine administraba t, quod uidens Boëthus honestis disciplinis animum applicuit, id sibi tantũ superesse

superesse intelligẽs quod homine libero dignum foret. Eruditus itaq; Græcis & Latinis literis ab adolescentia cum esset, quædam primum ex Euclide transtulit, atque ita transtulit, ut & dimetiendi rationes, & alia quædam de suo adiungeret, ac quod nondum Aristotelis ætate repertum fuerat, æquale circulo quadratum astruere docuerit. Arithmeticam postea, Nicomachum, non ut interpres, secutus, sed suo usus iudicio, latinis uerbis reddidit. Et inde musicam perplexam & inuolutam disciplinam ex optimis quibusq; collegit, qua in re & Aristoxenis copiam, & Pythagoræ iudicium expressit. Extat Theodorici regis ad Boëthum epistola, quæ & Ptolemęi Syntaxin, & Archimedis mechanicen ab eo latinitate donatam affirmat. Verũ præludia hæc fuisse crediderim eorum quæ uir tantus mente agitabat. Philosophiam enim latinis literis illustrare constituerat, non ut Varro stoicam, nec ut Tullius academicam, sed eam quæ cæteras obscurauit ab Aristotele inuectam, & à tot præstantibus ingenio uiris, ætate tam longa celebratam. Id ipse his uerbis significat: Ego omne Aristotelis opus quodcunque in manus uenerit, in Romanũ stylum uertens, eorum omnium commenta latina oratione perscribam, ut siquid ex logicæ artis subtilitate, & ex moralis grauitate peritiæ, & ex naturalis acumine ueritatis ab Aristotele perscriptum est, id omne ordinatum transferam, atque id quodam lumine commentationis illustrem. Igitur Porphyrium, quem Victorinus Apher compendio transtulerat, explanauit, et eundem à se mox interpretatum nouis rursum expositionibus illustrauit. Prædicamentis manum admouerat, cum ecce consul Romæ creatur, hoc ipse suis uerbis significat: Etsi nos curæ officij consularis impediunt, quo minus in his studijs omne ocium plenamq; operam consumimus, pertinere tamen uidetur ad aliquam reipublicæ curam, elucubratæ rei doctrina ciues instruere. Nec male de ciuibus meis merear, si, cũ prisca hominum uirtus, urbium cæterarum ad hanc unã rempublicam imperiũ transtulerit, ego ad id saltem quod reliquum est, Græcæ sapientiæ artibus, mores nostræ ciuitatis instruxero. Quare ne hoc quidem ipsum cõsulis uacat officio, cum Romani moris semper fuerit, quod ubicunque gentium pulcherrimum esset atque laudabile, id magis ac magis imitatione honestare. Hæc ille. ex quibus illud etiam falsum esse conuincitur quod aliqui memoriæ prodiderunt, Boëthum omnia, non plæraque relegatum scripsisse. Ad consulatum autem iuuenis peruenit fauore principum ciuitatis. Puerum enim à patre relictum curandũ susceperant, quòd & antiqua Manlij Torquati familia prognatum scirent, & nouam Anitij proaui indolem perspectam in ipso haberent. Primo eius consulatu rex Hunnorũ & Italiæ Odouacer Phæba, Rugorum duce uicto captoque potitus est, sicuti Cassiodorus tradit, qui bis solum, cum Symmacho semel, ipsum in cõsulibus nominat. Non solum autem dignitatem hanc ipse adeptus est, sed duos etiam filios suos, quod nunquam antea contigerat, consules eodem tempore uidit, Patricium & Hypatium. Anno illo Boëthus in curia Theodoricum tum primum Romam accersitum, S. P. Q. R. nomine, magna facundia laudauit, & in circo duorum consulum medius triumphale conuiuium multitudini exhibuit. Collegam in ultimo consulatu Symmachum socerum habuit, cum quo magistratũ ita gesserit, ut commune bonum priuatis amicitijs præferret. Accidit ut Paulini consularis opes regij satellites appeterent. Hominem ingenue tutatus est. Albinum falsò Cyprianus accusauit, innocentem consularem uirum ostendit. Acerba fames Campaniam urgebat, & acerbiorem coëmptionem tyranni procuratores indixerant, eã exigi consul non sustinuit. Triguillam quoq; regię domus prępositum multoties ab iniuria deiecit, et Conigastũ fortunas optimi cuiusq; infectantẽ cõpescuit. Hisce rebus factũ est, ut regis indignationẽ incurreret, perditorũq; delationibus in exiliũ pelleretur. Accusationis summa hæc fuit. Quòd Senatũ lesæ maiestatis accusaturũ prohibuerit. Quòd ad Anastasiũ imperatorem literas miserit de recuperanda libertate. Delatores perditis moribus homines tres extiterunt, Gaudentius & Opilio tunc

ob innumeras fraudes exilio damnati, Basiliusq; pridem à procuratione domus regiæ deiectus obæratusq; plurimum. Purgasset facile Seuerinus obiecta crimina, si coram delatores arguendi facultas sibi à Theodorico data fuisset. Sed uel iratus oblatam sibi ultionis occasionem amittere, uel improbus à se excitatam calumniam dissoluere noluit. Absens itaque uir & innocens & grandis natu Boëthus malorum conspiratione relegatus est, nec à bonis in patria retentus, Ticinum secessit, urbem in Iniubribus positam, & sibi à tyranno præscriptã, in quam simul atque uenit, quo posteris etiam innocẽtiam suam cognitam faceret, pulcherrimum illud de Consolatione uolumẽ, Ciceronem imitatus, conscripsit. Nam sicut ille quo filiæ desiderium leuaret, de animorum immortalitate disceptans Tullium superuiuere monstrat, ita Seuerinus de falso & uero bono, deq; prouidentia disputat, & omnia uoluntate diuina mortalibus euenire declarat. Verum in eo opere Cicero carmen non attigit. Boëthus utranque orationem admiscet, atque ita admiscet, ut facile unicuiq; ostendat ingenium sibi quicquid tentasset nunquam defuisse. Sed quid naturali Philosophia difficilius? quid dialectica spinosius? at utranque disciplinam sic oratione sua peruagatus est, ut abditissima quæq; cuiuis prompta reddiderit. Neq; uero selectum unum aliquod argumentum oratione consectatus est, sed Philosophiæ penetralia ingressus, ea latinis hominibus primus reserauit, quæ princeps Aristoteles de industria pluribus occultauerat. Qua in re optimos quosq; consuluit, Theophrastum dico, Eudemum, Andronicum, Aspasium, Herminum, Alexandrum, Syrianum, Porphyrium, Themistium, de quorum sententijs, tanquam honorarius arbiter, dijudicat. Attestatur hoc expositio in librum Aristotelis de enunciatione tam prima duobus, quàm secunda sex libris absoluta, in quorum tertio cũ de tribus contingentium modis se melius scripsisse dicat in libris Physicis, suspicandum reliquit se naturalem quoque Philosophiam enucleasse, uerum hactenus tam hi desiderantur commẽtarij, licet fuerint Taruisium hinc nuper asportati, quàm illi quos in Analyticen & Topicen emisit. Siquidem & hos ipse citat, & in topicam Ciceronis septẽ libros à se confectos profitetur, opus uarium, difficile, eruditum, nec à quoquam antea quã à Victorino frustra tentatum. Platonis dialogos ipse latinos facturum se recepit, factos Cassiodorus asseuerat, mirarer quomodo tanta præstare potuerit, nisi diuina illa in librum Aristotelis de interpretatione commentaria biennio scirem ab eo confecta, quod tempus uis euoluendis tot expositoribus satis fuisse uidetur, nedum eorum sententijs plærunq; controuersis & dijudicandis, & eligendis, & accommodandis. Inter Peripateticos enim celebris est fermè nullus qui in hunc librum non scripserit, quòd & magnopere quidẽ necessarius sit, & multa doctrina refertus, sed acumine sententiarum & uerborum breuitate perobscurus. commentabatur autẽ hæc quo tempore Theodoricus superatis alpibus Clodoueum socerum Francorum regem ingenti prælio profligauit. Cæterũ Seuerinus non tantum in interpretando & exponendo Aristotele uersatus est, sed plerasq; etiam ipse ueluti procreauit, horũ in numero sunt pulcherrimi illi quatuor de differẽtijs topicis libri, quibus dialecticos locos à rhetoricis dirimit, & totidem alij de utroq; syllogismo, item de diuisione et definitione singuli. Nam qui ad syllogismos categoricos introductorius inscribitur, titulum subornatum habet, cum libri Aristotelis de enunciatione, uel breuiariũ sit, ut ipse appellat, uel certe idẽ quod primus de categoricis syllogismis. Opus quoque de scholastica disciplina, non titulum modo, sed & elocutionem & inuentionẽ mentitur, aliter enim Boëthus scripsisset, si ea de re scribere uoluisset. Sed ipsum mittamus, ac de hebdomadibus aliquid potius in medium afferamus. Sunt autem hebdomades opera septẽ partibus distributa, sicuti decem libris decades, & nouem enneades. Hebdomadas Varro primus inscripsit, deinde hic ipse, ex quibus libellus de substantiæ bono, & alius de unitate & uno sumptus est, reliqua aut edita nõ sunt, quod ea sibi, ut significare uidetur, commentatus esset, aut ad nos usq; non peruenerunt. Heb-

runt. Hebdomades iuuenis composuit, uelut & de duabus naturis & una persona Christi, hoc ut ita existimem eius uerba faciunt. Episcopus inquit scriptor epistolę tã quam ualde necessariũ cum præterire noluisset, è duabus naturis Christũ consistere, & in duabus æqualiter catholicos credere, nouitate dicti perculsus, meditabar omnes animo quæstiones. Decretum hoc fuerat concilio Calcedone celebrato, illucq; Leo Romanus episcopus uenerat, cuius epistola Romã missa cũ postea nitentibus acephalis condemnatũ iam dogma reuocare, pluribus cõuocatis Romę legereť, nec satis iam quid decerneret intelligereť, ansam Boëtho dedit eũ librũ cõponendi contra Nestoriũ qui duabus naturis personas totidẽ adiungebat, & Eutychẽ qui unicam naturã et personã tuebatur. Ergo siquis ab Imperatore Leone qui reiectã sub Martiano Nestorij et Eutyches opinionẽ fouebat, ad Iustinũ usq; supputet annos, paulo minus quinquaginta deprẽderet, quibus de Boëthi uita detractis prima iuuentutis tẽpora relinquẽtur. Verũ hęc ut libuerit quisq; accipiat, illud certe nõ admittendũ cõtenderim, Boëthũ morte prœuentũ musicã non absoluisse. Nã quod obijciunt aliqui titulos eorũ quæ desunt adhuc superesse, id nos in contrariã sententiã potius trahit, absurdum esse existimantes, nondũ conscriptis rebus uelle nomẽ imponere. Quod siquid imperfectũ Seuerinus reliquit, id ipse theologiã fuisse censuerim. Satis enim superq; Philosophiam illustrauerat, itaq; diuina restabant, & iam multum processerat Augustinũ secutus, ut ipse de trinitate ad Symmachũ scribẽs affirmat; Vobis, inquit, inspiciendum est, an ex beati Augustini scriptis semina rationum in nos uenientia fructus aliquos intulerint. Ex quibus illud etiam conijcere possumus, cur nono demum anno Theodoricus Seuerinum & Symmachum necarit, an quia senex in opinionem Arij defecit, & inimicus adeo catholicis euasit, ut eorum templa diruere in Italia uoluerit, si Iustinus Arianos in Asia non restitueret. Propugnatores autem sani dogmatis cum aliàs semper, tum præcipue eo tempore Boëthus & Symmachus extiterunt. Quamobrem tyrannus coniectos in carcerem obtrũcari iussit. Ticini in colæ semper à maioribus traditum constanter asseuerant, Seuerinum cum regius speculator letale uulnus intulisset, utraq; manu diuulsum caput sustinuisse, interrogatumq; à quonam se percussum existimaret, ab impijs respondisse, atq; ita cum in uicinum templum uenisset, & flexis genibus ante altare sacra percœpisset, post paulum expirasse. Extinctus diuinos honores à nostris consecutus est, quòd pro catholicis contra perfidiam Arij mortem sustinuerit. Sunt qui scribant ipsum antea Rauennã accersitum, prætorioq; regis præpositũ, mox cũ aliquot senatoribus occisum, quod Symmacho potius conuenire uidetur. Turris enim lateritio lapide fabrefacta etiamnum Ticini monstratur, Boëthi carcer, sepulchrumq; eius in ęde beati Augustini ui situr, qua parte in adytum templi ascensus incipit, hoc epitaphio incisum:

Mœnia & latia lingua clarissimus, & qui
Consul eram, hic pereij missus in exilium.
Et quia mors rapuit, probitas me uexit ad auras,
En nunc fama uiget maxima, uiuit opus.

Circunfertur & aliud elogium quo sepulchrum eius exornabatur antea quam illic à Luithprando Longobardorum rege collocaretur. Ipsum quia paucis multa continet ad eius uitam facientia subiunximus.

Ecce Boëthus adest in cœlo magnus, & omni
Perspectus mundo, mirus habendus homo.
Qui Theodorico regi delatus iniquo
Ticini senium duxit in exilio.
In qua se mœstum solans dedit urbe libellum,
Post ictus gladio, exijt è medio.

Hic finis uiri clarissimi fuit qui facundia, probitate, doctrina, plurimum excelluit, ultimus omnium qui ex antiquis Romanis aliquid literarum monumentis cõsecrarint,

rint,primus omnium qui Aristotelicam disciplinam latinis literis illustrare cœperint,tantæ apud posteros authoritatis,ut ab eius sententijs nulla fermè sit prouocatio. Huius morte magnam rem amisimus,& frustra à multis postea tentatam, Platonis & Aristotelis concordiam,quam utriusq; Philosophiæ peritissimus & pollicitus fuerat,& nisi uitam eripuissent improbi,præstare solus potuisset. Vltio tamen paulopost insecuta est diuinitus, nam cœnanti Theodorico cum piscis caput illatum esset,uisus est sibi rex in eo uidere Symmachi faciem inferius labrum mordicus apprehendentem,toruisq; oculis subinde minitantem,eo spectaculo consternatus tyrannus in morbum incidit,& simulatq; quod uiderat id se uidisse confessus est, expirauit, ictu sanguinis mortuum sui diuulgarunt, uerum Amalasiunta rei conscia cum in regno successisset,patris acta contra ius & fas decreta rescidit, & Seuerini ac Symmachi bona in fiscum redacta eorum liberis restituit, paucis annis antea quàm Belisarius à Iustiniano missus Italia Gothos omnes expulit.Porro Boëthi multi fuerunt,primus stoicus de quo mentionem facit Diogenes in Zenonis uita: Secundus Epicureus quem Plutarchus in Cõuiuijs introducit: Tertius, Cretensis Aristotelis studiosus & uir consularis à Galeno celebratus. Præter hos alij fuerunt & Philosophi ambo & Peripatetici, unus hic ipse de quo satis iam dictum est, Patricius Romanus ,alter Græcus & antiquior,quem & hic ipse in Porphyrio & Ammonius atque Simplicius ut Aristotelis interpretem agnoscunt. Fuerunt itidem & duo Symmachi magnæ in literis existimationis uterq;:Primus Gratiani & Valentiniani temporibus:Secundus Zenonis & Anastasij, Illius epistolæ circunferuntur crebraq; de eo in Macrobij Saturnalibus mentio habetur.Huius nihil quidem extat.

sed ut Boëthi testimonium prætermeam,Priscianus Cæsariensis de ponderibus scribens,sic eum laudat,ut omnes omnium disciplinarum apices consecutus uideretur.

FINIS.

INDEX OMNIVM

EORVM QVAE NOTATV DIGNA VI-
ſa ſunt in his operibus, diligentiſsimus.

Abalienatio qd pag. 797
accidens quid pag. 664. 35. 36. 45. 93. 92
accidentium diuiſio 35. 92
accidentia propria indiui/dua ſunt 62
accidentiũ in nouem membra diſpoſitio 4. 5. 14
accidẽtia inſeparabilia in quibus cum differentijs ſpecificis conueniãt pagina 86
accidẽtium nullus in defi/nitionibus uſus 3. 6. 7
accidens intenditur ac re/mittitur 43
accidentia non neceſſaria pag. 527
accidẽtia cõtinent ac con tinentur 43
accidẽtis nouem prædica/menta 5
accidẽs ſine ſubſtãtia eſſe non poteſt 14
accidẽtia quibus inſint 15
accidentia non æqualiter participant 41
accidentia cõtraria in una ſpecie inueniuntur 43
actu quę non ſemper ſunt pag. 374
actus à poteſtate quomo/do differat 33
actuum humanorum effe ctus 927
adiuncta quę 781. 817, 874
adiunctorum natura eod.
adiuncta ſeſe prodũt 820
aduerſa quæ 816
æquitas quid 796
æquitas quotduplex 854
æquiuoca quę 5. 6. 10. 115
æquiuoca oppoſitionẽ nõ conſtituunt 337
æquiuoci & uniuoci intel lectus 11
æternitas quid 945
affectorum natura 774
affecta quæ 775
affirmatio prior negatio/ne 642
affirmatio & negatio una quę 354
affirmatio priuatoria quæ pag. 440
affirmat. impoſſibilis quæ pag. 441
affirmationum oppoſitio nes tres 514
affirmatio ſimplicior ne/gatione 294
affirmatio quid 334
affirmatio & negatio nul la ſine cõpoſitione eſſe poteſt 317
affirmatio una 416
affirmationis & negatio/nis natura 364
affirmatio & negatio ſine uerbo conſtitui non po teſt 326
affirmatio ex quali cõpo/ſitione cõſtituatur 306
agrorũ pulchritudo 904
aliud quid dicatur 81
anaxagoræ fuga 893
angulorum genera 1179
angulus planus eod.
angulus rectus, acutus, obtuſus 1180
animæ uis triplex 46
animalia cũcta quid agãt pag. 372
antecedẽtia quę 782. 775. 874
ἀντικείμενα 815
appoſitiones 434
apotome maior quatuor commatibus 1125
argumentũ ab anteceden tibus 782. 828
arg. à conſequentibus pa gina 783. 828
arg. à repugnantibus 784
arg. ab efficientibus cau/ſis eod.
arg. ab effectis rebus 785
arg. à comparatione 786
arg. ex cõtinenti 810
arg. ex aduerſis 816
arg. ex ſteriticis 816
arg. ex negantibus 817
argumen. à ſimili 780
arg. à differentia eod.
argumentũ à cõtrarijs 781
arg. ab adiunctis 781
argumenti quarta ſpecies pag. 862
argumentatio quid 863
argumen. ſpecies 863
argumen. à partibus quot duplex 867
argumentum à cauſis 868
argumen. à cõiugatis 777
arg. à genere 778. 810
argumentũ à ſpecie 789
argumentum à nota 873
argumentorum fides 766
argumentũ quid 76. 764. 842
argumẽtatio per hypothe ſin 822
arithmetica mediẽtas qd pag. 1046
arithmetica mediẽtas Rei pub. comparatur 1049
aſſiduus quid 773
auaritię effectus 904
autoritatis diuiſio 851

B

Beatitudo ſtatus bo/norum 911
bonum quod 911

bonũ quod noceat, an ſit bonum 905
bona exiſtimatio 896
bona corporis 911

C

CApitis diminutio quid 781
capitis diminutio ꝙt modis fiat eod.
caſus quid 939
caſus obliqui in quibus à rectis diſcrepent 312. 313
caſu non omnia fieri 370
caſus & fortuitus euentus in quibus ſit 840
caſu quod eueniat 360
caſus quí 375
cauſa quid 433. 776
cauſarum genera 834. 880
cauſæ quatuor 550
cauſarũ plura genera 784
cauſarum uſus 843
cauſarum partes 882
cauſa in uoluntate 837
cauſa in pturbatione eod.
cauſa in habitu eod.
cauſa naturæ eod.
cauſa in arte eod.
cauſa caſus eod.
cauſa conſtans quæ 838
cauſa incõſtans perſpicua quæ eod.
cauſarũ prima diuiſio pagina 836.
cauſæ neceſſariæ eod.
cauſarum diuiſio 837. 838 & 849
cataſyllogiſmus 516
categoricorum uis 361
categoriæ ſunt genera rerum 4
chordarum ordo 1081
chroma unde 1080
circulus quid 1180
circumſtantiæ 880. 884
clocides 1036
comma quid 1115
cõmentationis uirtus pagina 431
commune quot modis dicatur 116
complexio 219
comparatio quid 883
comparatio maioris quid pag. 874
cõparatio minoris qd 875
comparatio maiorum uel minorum 776
comparatio duplex 895
cõparationum modi eod.
comparatio in quibus cõſtet eod.
concluſio quæſtione notior 861
concluſio quid 857. 861
cõditionales quot modis fiant 608
coniugata quæ 777. 870. & 873
cõſequentia quę 775. 783
conſequentia ſemper euenit 818
conſentaneorum partes pag. 819
conſonantiæ ubi reperiantur 1084
conſonantiarum ſpecies pag. 1154
conſonantiarum natura pag. 1084.
cõſonantia præter ſonum fieri nequit 1066
conſecutio 885
contingens quod 358
cõtingentium natura 359
contingentia quę 362
conuerſio terminorũ 518
conuerſio percontrapoſitionem 589
contradictio quid 338, 349
contradictio ubi ſit 338
contrariorum genera plura 815
contradictio 335
contraria quę 775
coniuncta quę eod. 844
contraria immediata quæ pag. 815
cõtradictiones quo pacto iudicandæ 374
contrarię nunquam ſimul ueræ 406
contrariorum natura 343
cõtrarietas in ueritate & falſitate 457
contrariorũ diuiſio 874
corporearum diuiſio 949
corporis uoluptates 916
criminis remotio quot modis fiat 882
crœſus rex 901
cubi forma 1050
cubi eiuſdẽ participãt ſubſtantię 1043

D

DAmni infecti permiſſio quid 784
deceptio in quibus fiat pagina 738
deductio quid 519
definitio quid 873. 906
definitiua conſtitutio 883
definitio à deſcriptiõe qd differat 866
deſſinitio quid 794.
deſſinitio ad aliquid dicitur 795
deſſinitionum differentiæ pag. eod.
deſſinitiones proprię 799
deſſinitio quid 649
deſſinitionis diuiſio 649
deſſinitionis membra 652
deſſinitionum duo genera pag. 653
deſſinitio à nota 655
deſſinitionis à toto formæ pag. 655
deſſinitio ἐννοηματικὴ 656
deſſinitio ποιότης eod.
deſſinitio ὑπογραφικὴ pagina eod.
deſſinitio κατ' ἀντιλῆψιν pagina 657
deſſinitio κατὰ διαφορὰν pag. eod.
deſſinitio κατὰ μεταφορὰν pag. eod.
deſſinitio κατ' ἀφαίρεσιν ἢ ἐναντίου eod.
deſſinitio κατὰ ὑποτύπωσιν 658
deſſinitio ὡς τύπῳ 659
deſſinitio κατ' ἔπαινον eod.
deſſinitio κατὰ ἀναλογίαν pag. eod.
deſſinitio κατὰ πρόσι. eod.
deſſinitio ἀετιωδὴς eod.
deſſinitionis uitia 660
deſſinitio quid eſt, & propter quid 550
deſſinitio per translationem 806
diffiniri quæ nequeant pagina 644
deſſinitio ex oppoſitis pagina 72
deſſinitiones conuertibiles bonæ 21
deſſinitio ex quibus fieri debeat 67
demonſtratio uniuerſalis intellectuum eſt particularis ſenſuum 540
demonſtratio uniuerſalis præſtantior particulari pag. 339
demõſtratio propter quid & quid eſt 531
demonſtratio 523
demonſtratio ex neceſſariis 524. 526
demonſtratione & definitione ſcire an idem 546
demonſtrationum principia 546
demonſtratio quid 602
demonſtratio circularis pag. 552
demõſtrabilia nõ omnia pag. 538
demõſtratio non eſt corruptibilium 528
demonſtratio affirmatiua præſtãtior negatiua pagina 540
demõſtratio oſtenſiua potior illa quę ad impoſſibile ducit 541
demõſtratiua ſcientia circa tria 527. 529
demonſtratiuæ propoſitionis à Dialectica differentia 468
denominatiua 118
de omni quid 524
deſcriptio quid 60. 117
deus falli non poteſt 940
deus ſummum bonum pagina 920
deus an in loco 960
deus omnibus præſidet pag. 898
dialecticæ partitio 760
dialectica duplex 757. & 760
dialecticus & Sophiſticus quis 741
dialectica reſpõſio & interrogatio 418
dialect. diſputatio ex quibus conſtet 665
dialecticæ utilitas 662
dialecticæ proprium 663
dialecticarum diſputationum ſpecies 667
diameter quid 1180
diapaſon quot tonis conſtet 1075
diapaſon quid 1071
dictio quotduplex 320
dieſis quid 1115. 1080
diezeuxis quid 1083
differentia quid 33. 34. 88
differentia communis 30
differentia propria 30. 80
differentię alię faciũt alterum, aliæ alteratum 30
differentia ſpecifica 30.
differentia ſeparabilis 31. & 80
differẽtia non patitur intentionem nec relaxationem 43
differẽtia de quibus prædicetur 36. 94
differẽtia ſuperior ſpecie pag. 16
differentiarum ſpecies pagina 814
differẽtia ſublata ſpecies tollitur 42
differentię & proprij cõmunio 42. 106
differẽtia & propriũ quid differant 43. 107
differẽtia maior ſpecie pagina 43
differẽtię & accidẽtis cõmunio 43. 107
differentia & accidens in quo differant 43. 108. 107
differẽtia omnis quę ſpeciei ſubſtantiam ponit ſpecifica eſt 90
differẽtiæ quædã de differẽtijs dicuntur 96
differentię & generis propria 96
differentiarum deſcriptio pag. 89
differentia cur dicatur 89
differre tribus modis dicitur 64.
differentia magis uidetur in eo quod quid ſit prædicari quã in eo quod quale ſit 65
differentia diuiſiua 37
differẽtia cõſtitutiua quæ pag. 37
differentia ſpecifica quid pag. 87
differentiæ quę ad diuiſionem utiles ſint 82
differentiarum geminus uſus 85
differentia & proprij utilitas 7
differẽtiæ prædicabilium quot ſint 41. 103
differentiæ & ſpeciei communia 42. 105
differẽtię & ſpeciei diſcrepatio 42. 105. 106
differentiæ immiſcibiles ſunt 42

dignitates 913
dissonantia quid 1069
differendi ratio quot facultatibus contineatur pag. 862
discipuli subiectio in tribus consistit 976
discolus quid 970
discoli etymon eod.
discipuli officia eod.
disputationū genera 734
disperata quæ 608
diuisio multifaria 638
diuisio secundum se 639
diuisio generis eadē apud omnes 640
diuisio qualis esse debeat pag. 767
diuisio certior omnib. rationibus 848
diuisio definitionum 848 & 849
diuisio duplex 7
diuisio est formarum 803
diuisio totius in partes pagina 646
diuidere quid 76
diuisio per accidens 648
diuisio secūdum accidens triplex est 52
diuersitas in quibus consistet 958
diuersifica 118
doctoris officium 978

E

EBrietatem sequentia pag. 971
ecthesis terminorum 495
edicta magistratuum quæ pag. 796
effectum quid 785. 776. & 874
εἶκος & signa non idē 520
ens falso creditur genus prædicamentorum 26. & 74
enunciare quid 331
enunciatio quid 330. 561. & 312. 295
enūciatiōis simplicis partes 562
enunciationes coniunctæ & diuisæ 415
enunciationum simplicitū diuisio 381
enunciationū diuisio 429
enunciatio simplex quid pag. 332
enunciationes simplices pag. 320. 562. 583
enunciatiuorū uocum natura duplex 369
enthymema quid 864. & 764. 832
enthymema 520
ἐπαγωγὴ 813
esse quid 965
esse rei quid 90
esse in toto 591
esse aliquid quot modis dicatur 307
essentiæ partes 988
ἐτυμολογία 809
euētus necessarius ubi pagina 371
exemplum quid 519. 864
exemplum ab inductiōe quid differat 519
explicatio q̄t modis fiat pag. 797

F

FActurę quę 375 facultas colligendi pag. 760
fallacia secundum opinionem 517
falsitas quando circa opinationes uersetur 305
fallaciæ extra dictionem pag. 735
fatum 361
fatum quid 835
fatalis ordo 934
fato quæ subsint eod.
felicitatis summę cardo pag. 903
felicitas quæ perdurat pagina 914
figura quid 1180
figura prima maximē scientijs accōmodata 532
figurę tertię cōclusio nūquam uniuersalis 598
figura secūda & tertia nascuntur de prima 593
figura prima perfectior reliquis 471
forma quid 805
formarū finita est quantitas 807
fortuna 900
fortunæ mutatio 901
fortuna & casus semper ignoti sunt 858
fortunæ euentus 839
fortuna non sempiterna pag. 839
fortuna aduersa hominibus plus prodest quàm prospera 909
fortuiti causę 939
fortuitorum nulla scientia pag. 542
futura quæ 358
de futuris cōtingentibus 362. 805. 873. 778. 640. 664. 61. 64. 125

G

GEnus quid 11. 13. 60
generis quatuor significationes 12
generum diuersitas eod.
genus uni speciei genus esse non potest 12. 13
genera quo pacto distent pag. 13
generis et speciei commu nia 38. 98
generis et speciei propria pag. 39. 99
genera antiquiora speciebus suis 39
generis & proprij cōmunia 40. 100
generis & ꝓprij propria pag. 40. 100. 101
generis & accidētis communia 40. 101
generis & accidentis differentia 41. 102
genus in qbus superat speciē, & species in quibus uincit genus 100
genera utrum rectè in species an in differētias distribuntur 643
generis minus multiplex diuisio 644
genera specieb. suis abundant 15. 20
genus generalis. 23 26. 69
genus de quibus prædicetur 13. 15. 36. 94
generis & speciei participatio 14
genus definitione concludere non potest 60
genera diuersa sub uno genere consistunt 26. 74
generis multifaria significatio 57
genus quid differat à cæteris predicabilib. 17. 63
genus quomodo differat à specie 17. 18. 63
genus & species in quibus conueniant 18
genus à proprio quomodo differat 18. 64
genus cū proprio in quibus conueniat 19
generis & differētię & accidentis discrepatio 19
genus, differētia, accidēs, in quibus cōueniāt 19
genus quomodo ab alijs predicabilib. differat 20
genera priora, ꝓprijs 101
genus plures semper species, cū differē. habet 36
genera quæ genus superueniēs habere nō possunt 6
gen. specieb. materia 640
generis diuisio 11
genus à differētia & accidente quid differat 65
generis & differētiæ communia 40. 101
genus 95. 36
genus quādo differentijs careat 87
genus specieb. suis prius pag. 804
genera γενικώτατα 5
generū & specierum natura 810
geomet. medietas 1047
gentilitas seruorum non esse potest 803
gentiū diuersarum mores pag. 908

H

HAbitus prior priuatione 294
hereditas quid 802
harmonica quid 1163
harmonicę uis & natura pag. eod.
harmonica medietas uocabula 1052
harmonia Geomet. 1053
harmonica medietas 1050
heptagonū generatio pagina 1026
hermagoras in diuidendo error 7
hexagonū generatio 1025
homo quid 3. 898
hominis & equi similitudo 805
hominis à brutis differentia 361
honor unde 906
honesta utilibus antepo nuntur 846
humanę cōplexiones 973
humana cōditio 903. 905
hypothetises 607
hypotheticæ propositiones an simplices 610
hypotheticæ propositiones per connexionem quot modis fiant 608
hypotheticarum uis 361

I

Idem multipliciter dicitur 544
idē quot modis dicat 665
ignorantia 532
imaginatio 944
impossibilia quæ 365
impossibile quid 609
inęqualitatis species 1067
inæqualitas ad æqualitatē quomodo reducat 1014
incorporeorū duæ formæ pag. 54
incorporalia quæ sint 8
incorporeum prima natura 9
inductio quid 864. 667
indiuidua quę dicant 78
indiuiduū semper est pars pag. 78. 29
indiuidua quomodo distent 80
in subiecto aliquo esse q̄t modis dicatur 121
indiuidua quę sint 122
indiuidua an sint in subiecto 123
indiuiduorū nulla est scientia 27. 75
indiuiduorum natura 29
indiuiduū quot modis dicatur 65
indiuidui predicatio 16
infinita sunt scibilia 340
infinitorum nulla cognitio 113
infortunium 902
ingeniosus quis 675
instantia quid 526
instantia à propositione quid differat 520
interualla quot 1020
intectibile quod dicat 2
interuallum quid 1068
interꝓtatio unde fiat 290
interꝓtationis partes 290
interrogatiōis duplex species 419 (296
intellectus posterior re
intellectus primi qui sint pag. 299
intellectus an apud oēs homines 303
inuentionis species 761
inuētio iudicationi subiecta 761

inuidus quis 765
iocūda minus iocūdis melio ra 846
isosceles 1181
iuridicialis cōstitutio 882
ius ciuile qd 770. 796. 821

K

Kclurus 1032

L

Largitatis effectus pag. 904
laterculorum generatio pag. 1035
laterculi qui eod.
lex quid 796. 800
lex Aelia sanctia 773
libertatis tres partes 771
liberū arbitriū quid 368
liberum arbitriū non esse in omnibus 370
liberū arbitrium 360
libero arbit. sublato quid eueniat 372
linea quid 1173
linea recta quid 1174
linearum genera 1179
literæ uariæ, & uariæ uoces 301
litera quid 297
litera ab elemēto quid differat 297
logica quid 760
logicę uis 760
logicæ uis duplex 47
logica an sit pars philosophię eod.
logicæ finis 48
logicæ partes 872
logicę utilis in omni sciētia 3
locorū diuisio 876. 877
locus ex affectis 77
loci significationes 865
locus contrariorum 815
locorum species 872
locus à cōparatione quot duplex 786
locorum uis 789
locorum ordo 792
locus à diuisione 870
locus ex oppositis quot duplex 869
loci substantiæ 876
locus à nota 768
locus ab effectis eod.
locus à causis 843
locorum diuisio 767
locus quid 762. 864
loci generis 689
locus ab adiunctis 817
locus similitudinis 813
locutionis partes 290
luxurię species 971

M

Magistrorum diuisio 978
magnitudinis species 988
maior extremitas qd 470
maioris inæqualitatis partes 1003
medium quid 470
media nō sunt infinita 535
medietatū dispositio 1060
meforum genera 1080
mensura quid 1179
meretrix 971
merobaudes Rhetor 807
modi quatuor 426
modi redarguendi quot pag. 734
modi trium figurarū 544
monochordi partitio 1135
mos quid 796
motus species 453
motus species 453
mulieris persona à pupillo quid differat 814
multiuoca 118
multiplicis distinctio 668
multiplex quot modis dicatur 1603
multitudinis species 988
mundus quibus continea tur 372
mundus quibus gubernaculis regatur 898
musica mundana quot elementis constet 1075
musicus quis 1086
musicæ genera eod. 1064. & 1065

N

Natura quid 372. & 948. 949
natura de quibus predicetur 948
natura quot modis dicatur eod.
natura in Christo duplex pag. 951
naturæ diligentia 922
naturæ diuisio 949
natura 840
natura minimis contenta pag. 904
naturę partes 854
necessitates duę 946
necessariū dupliciter præcognoscitur 522
necessitate non omnia fieri 870
necessariū æquiuocè contingit 479
necessitas duplex 552
necessarium plura significat 50
necessitas impossibilitas quādo idē ualeant 443
necessitas an in rerū natura sola dominet 369
necessitatis duplex modus 376
negatio quasi diuisio 294
negatio quid 334
negatio quæuis nomē esse non potest 342
negationi omni affirmatio, & rursus omni affirmationi negatio apponitur 336
negantia quę 817
negotiari quid 369
negociari quid 369
nexus quid 797
nihil quid sit 1020
nocentis duplex species pag. 812
nomen quid 308. 312. 645. 313. 558. 560. 581
nomen nō significat tempus 309
nomen infinitum 384

nominum

hominum & uerborū natura triplex 299
hominum prima cōsideratio 112
nomen prius uerbo 335
nomen infinitum 312
nomen & res diuisa 875
nominū & uerborū trāspositio 412
nomen & uerbum solæ dictiones 330
notum aliquid esse quot modis dicatur 53
nomē significat tempus, uerbum autem cōsignificat 313
nota quid 809
notio quid 805
notatio quid 773. 809
numerus quid 990
numerus par quid eod.
numerus impar quid 991
numeri paris diuisio 992
numer. pariter par eod.
numerus pariter imp. 993
numerorum species contrariæ 994
numerus impariter par pag. eod.
numeri imparis diuisio pag. 997
numer. incōpositus eod.
numerus diminutus 1001
numeri perfecti generatio 1001
numeri perfecti raro inueniuntur eod.
numerus superparticularis 1004
numeri maioris eod.
numerus naturalis eod.
numerorum triāgulorum dispositio 1022
numerorū triangulorum latera 1023
numerorum triāgulorum generatio eod.
numeri quadrati 1023
numerus quadrat. qs eod.
numeri circular. uel Sphęrici 1036
numeri figurati 1027
numeri quadrati qui 1088
numerus pētagonus quis pag. 1025
numerus linearis 1021
numeri substantia 990
numerorum solidorū generatio 1030
numeri heteromikeis 1033
numero differo quid dicatur 64
numeri ꝓportionales pagina 1043
numer. superpartiēs 1008
numerus multiplex superparticularis quis 1009
numerus multiplex suppartiens quis 1010
numerus duplex 959. 990
numeri antelongiores pagina 1034

O

Oppositio una tantū in singularib. subiectis 409
oppositio quomodo fiat pag. 336
oppositorum diuisio 815
oppositiones quatuor pagina 641
oppositio cōtradictionis quæ 642
oratio quid 318. 561. 582
orationū diuisio 319. 561. & 582
oratio simplex prior composita 319
oratio ex quib. cōstet 211
orationes triplices 304. & 299
orationum diuisio 291
orationis perfectę partes
orator 95. 884. (eod.
orationum species 324
orationes quādo unę quādo multiplices 328
oratio quādo simplex uel composita eod.
oratio sine tempore 559
oratio simplex quid 331. & 328

P

Par parē ꝓducit 1030
partes nūę spēs 804
partis & speciei differentia eod.
partitio quid 896
partitio est mēbrorū 803
particulare quod 950
pariū nulla discretio 847
pecudes beatę 916
pētagonorum generatio pag. 1025
perfecta imfecta excellunt 84
persona in Christo an duplex 953
persona sine natura non potest esse 949
persona in subsātijs 950
persona quid 950. 951
personæ etymon 950
φαντασία 8
philosophia quid 2
philosophiæ diuisio 2
philosophiæ descriptio pag. 891
philosophię laus 902
pluralitas omnis ex unitatibus est 967
possibile quid 361. 373
possibile quod 612
possibile quare dicat 436
possibiles propositiones quæ 438
possibilitatis tres sententie 373
possibile à potestate 451
possibilitatis duæ significationes eod.
possibilitatis æquiuocatio 452
positio quid 667
potens quis 914
præmiū cur appetatur pagina 929
predicationes diuersę idē significantes 411
prædicationes coniunctę & disiunctæ 419
predicationum diuisio pagina 421

predicabilium considera/tio sensibilia corporea sunt 9
predicabilia an uera sint 8
prædicabilium descriptio nes uel definitiones 63
prædicabilia quo pacto ad se inuicem predican tur 93
prædicamenta 665
predicamenta cur dican/tur 69
prædicamenta sine cogni tione predicabiliū percipi non possunt 51
predicatio omnis aut ma ior, aut æqualis subie/cto 348
precepta in inchoādo ali/quo autore 1
principij petitio 515
principia quatuor 58
principia regulatiua 469
priuantia quę 816
principia nō multo mino res conclusionibus 543
principia quotduplicia pa gina 543
prius & posterius quę di/cantur 13
probabilia quę 662 862
problema Dialecticū qd pag. 666
probis probitas præmiū est 929
probatio in diuisiōe sita 7
proprium quid 664
proprij usus 49
proprij quartus modus cō uertitur 92
proprij & accidentis com munio 45. 110
proprij et accidētis discre tio 45. 111
propria quę dicantur 44
proprium & species con/uertuntur 101
proprium de quibus prę/dicetur 36. 94
proprium quot modis di/dicatur 34. 35 90. 91
proportio quid 33. 463. & 1043. 1093
proportionalitas qd 1093 & 1043
ꝓportionalitas apud an/tiquos 1044
proportiōes minimæ quæ pag. 1091
propositio quid 857. 763
propositiones contrariæ quæ sint 344. 346
propositiones indefinitæ pag 345. 346
propositionum prædicati tiuarum natura 358
propositiones categori/cas quas uocent Græ/ci 357
propositiones cōditiona les quæ 357
proposi. necessarię eod.
propositiones cum infini to nomine tribus mo/dis proferuntur 388
propositiones priuatoriæ quæ eod.
propositionū simplicium & priuatoriarum con/sequentia 389
propositionū determina/tarū consequentia 395
propositio Hypothetica quomodo fiat 823
propositionū Hypotheti carū modi 825. 827. 831
propos. simpliciū diuisio & differentiæ 563
posit. definitarum ab indefinitis differētia pa gina 404
posit. quatuor modi eod.
propositionis species du plex 382
propositionum cathego/ricarum numerus 379
posit. differētia 380
propositio dialect. quid pag. 666
propositio cōtradictoria quæ 442
proportiōes minimæ quę pag. 1091
propositio duplex 823
propositio simplex eod. simplices ex quibus cō stant eod.
propositio conditionalis quæ 819
propositio connexa 820
posit. qualitate et quā titate participat 339
propositionum uniuersa liū tres differentiæ 341
posit. qualitas in affir mat. & negat. 341
propositionū hypotheti carū simpliciū differen tiæ 858
propositionū uel proble matum partes 668
posit. conuersio 469
propositio simplex 764
posit. numerus 613
propositiōibus hypothe ticis quę opponanť pa/gina 614
propositio & pblema qd differant 663
posit. oppositę 514
propositiōes in syllogis/quot 489
posit. abūdantia 490
propositionis cathegori/cę diuersitates 343
propositiōes uniuersales in uero, particulares in falso præcedūt 343
propositio quid 468
propositionis diuisio 468
posit. disiunctiuæ ex quibus constent 611
propositionū diuisio 765
propositionum particula rium & singulariū dif/ferentia 502
propositiones ꝑdicatiuæ in quibus cōsistant 362
propositionis predicati/uæ uis 606
propositio simplex ex q/bus constet 336

propositiones unde com parantur 4
pubertatis tempus 35
pyramis quid 1029

Q

Quadratorum gene ra 1183
quadratorum generatio pag. 1024
quadrati altera parte lon giores 1040
quadrati an eiusdem natu ræ 1042
quantitatis diuisio 1086
quantitas per se constans pag. 1019
quæstio quibus cōstet pa gina 763
quęstionis partes eod.
quæstiōes cognitionis qt duplices 853
quæstionis species 859
quæstionis diuisio 861
quęstionum genera 853
quęstiones quatuor 545
quæstio omnis medij est pag. 545
quęstionis diuisio 767
quæstio quid 763. 857. 859
quęstio dubitabilis qui/bus argumentis proba tur 823

R

Radices proportio/num 1008
ratio quot modis dicatur pag. 116
ratio differēdi duplex pa/gina 857
refutatio 855
regulus 906
repugnātia quę 776. 784
repugnantia quæ 879
repugnans quid 819
repugnātium partes eod.
rhetoricæ species 883
rhetoricę partes 881
rhetorica enthimematib. gaudet 880
rhetorica dulcis suadela pag. 900
rhombus 1183
respublica 894
res iudicata quæ 796
res quę melior sit 846
res apud omnes eadē pa gina 304
res quę deffiniatur 796
rerum in duo principia di sio 1. 4. 5
rei ueritas ex ueritate pro positionis 369
rerum omnium casus uo/luntas & necessitas do minantur 379
rerū causę an fiant necessi tate 360
rerum finis 898
rerum omnium substātiæ pag. 1036
rerum diuisio 454

S

Sapientia quid 988
Scalenum 1181
schisma quid 1115
scire quid dicatur 522
scire quot modis dicatur pag. 518
scientia cur mendacio ca/reat 941
sciētia omnis cū ratiōe 557
scientia & scibile differūt pag. 543
scola quid 970
secundus heres quis 784
semitoniū in quibus nu/meris constet 1074
semitonia 1104
senatus cōsultū quid 796
sensus extra materiā nihil ualet 943
sensus apud omnes ijdem sunt 309
sensus ab intellectu dif/fert 298
sesquitertius quis 1004
sesquialter duplex 1009
similitudo qtduplex 813
similia quę 780
similitudo & opposita pa gina 871
simpliciū tria genera 853
sinaphe quid 1082
signum quid 526
singularia facilius defini/untur cū uniuersalia 554
socratis uenena 893
solertia quid 544
sonus quid 1066. 1068
sonus à uoce quid differt pag. 308
sonorum differētiæ 1104
sophistę fines 734
spartiatarū lingua 1064
species prior proprio 44
species semp actu est spe/cies 44. 109
species quid 44. 109. 125
speciei & accidentis com munio 44. 109
species ab accidente quid differat 44. 110
species priora accidenti/bus sunt 44
speciei & proprij commu nio 43. 108
speciei & proprij discre/patio 44. 109
species præclarissima pa/gina 69. 23. 26
species de quibus prædi/cetur 15. 16
speciei multifaria appel/latio 22. 66
specifica differētia quę pa gina 27
species unde formanť 102
species semper idē est qd genus 640
species semper minor ge/nere 99
species magis substantia quam genus 132
speciei qualitas cur diffe/rentia 88
speciei materia quę sit 88
speculatiuę partes 958

ſpecies corporalis & incorporalis 9
ſpeciei æquiuocatio 22
ſpeciei mutiplex definitio 22
ſpecies quid 22. 23. 64. 68. 72. 779
ſtatus coniecturalis 855
ſtoicorum Logica 760
ſtoicorum neceſſitas 360
ſubiectum quid 823
ſubiectũ aliud & idẽ prædicatũ non faciunt oppoſitionem 336
ſubſtãtia ſubſiſtit & ſubſtat 950
ſubſtantiæ tres 951
ſubſtantia quæ 128
ſubſtantiarum diuiſio 128
ſubſtantiæ tres 130
ſubſtantię primę & ſecundæ 6
ſubſtantiæ proprietas 6
ſuppoſitio et petitio quid differant 529
ſubſtãtia ſine accidẽti, & è contra perſiſtere non poſſunt 2
ſubſtantiarum diuiſio pagina 950
ſubſtãtiæ primę per ſecundam declarantur 134
ſubſtantię ratio in quibus ſita 51
ſubiectum ſemper minus uel æquale prædicato pag. 562
σύμβολον 808
ſuperficies quibus contineatur 1021
ſuperficies plana eod.
ſuperficies plana quid pagina 1174. 1179
ſyllogiſmi ſecũdæ figuræ non perfecti 471. 472. 598
ſyllogiſ. figura tertia 593. 472
ſyllogiſ. tertiæ figuræ nõ perfecti 472. 473
ſyllogiſ. imperfecti perficiũtur per figuram priman 474. 485
ſyllogiſ. reductio 474
ſyllogiſ. mixtiones 475
ſyllogiſmi hypothetici pag. 607
ſyllog. phyſiognomicus pag. 521
ſyllogiſmorum ſecũda figura 471. 593
ſyllogiſmus qd 468. 599. 662
ſyllogiſmus pfectus quis pag. 469. 593
ſyllogiſmorum prima figura 592. 470
ſyllog. hypothetici quot habeant partes 614
ſyllogiſmus quãdo probatiõe indigeat, uel nõ pag. 615
ſyllogiſ. Dialecticus 662
ſyllogiſ. litigioſus eod.
ſyllogiſmorũ inſtrumenta 667
ſyllogiſmorum principia non ſunt eadem 543
ſyllog. media inuenire pagina 491
ſyllogiſ. oſtenſiui ab eo q ad impoſſibile ducit differentia 492. 513
ſyllogiſmorum in propoſitiones reductio 494
ſyllogiſmus & definitio idem 549
ſyllogiſmus ſimplex tribus terminis demõſtratur 592
ſyllogiſ. oſtenſiuus 486
ſyllogiſ. hypothetici 487
ſyllogiſmorũ termini pagina 488
ſyllogiſmus ex duab. negatiuis non fit 403
ſymphonia maxima quæ pag. 1054
ſymphonia maxima et pfecta 1060

T

TEmporis nullũ principium 870
temporis diuiſio 334
tentatiua Dialecticæ pars pag. 739
terra reſpectu cœli punctus 907
terræ quarta portio nobis nota eſt eod.
terra ſilentium 1084
terminus quid 663. 486
termini qui 583
termini in ſuppoſitiones pag. 529
teſtimonium quid 850
tetragonus quid 1007
theſis quid 880
tonus ex quibus conſtet pag. 1115
tonus maior octo cõmatibus 1125
topices intentio 762
totũ quot modis dicatur pag. 646
totum & genus quid differant 804
translatio quid 806
triãgulorum genera 1181
triangulorum diuiſio 876
tutela quotduplex 807
uerba ſignificant accidentia 313. 314
uerbum ſemper eſt prædicatum 314. 326
uerba infinita 383
uerbum quid 313. 560. 582
uerba ſunt nomina 386
ueritas quando circa opinationes uerſatur 305 294
ueritas utrũ circa cõpoſitionẽ & diuiſionẽ uerſetur 305
uindex quis 773
uirtus 937
uirtutes quæ fidem faciãt pag. 852
uniuoca quę 5. 11. 117
uniuocè prędicare 99
unitas

unitas quid 965. 967
unitas numeri caput 1094
uniuerſale quid 525. 120
uniuerſalium cõtradictio pag. 362
uniuerſale quod 950
unitatis accidentia 966
unum quot modis dicatur pag. 967
unitatem omnia appetunt pag. 767
uxoris ſpecies 679
uocum diuiſio 1070
uox continua quę 1070
uoces mobiles & ſtantes pag. 1153
uox quid 289. 290
uoluntaria libera ſunt pagina 846

Z

ZEnonis tormẽta pagina 893

FINIS.

ANITII MANLII SE-
VERINI BOETHI PATRICII ORDINARII
ET CONSVLARIS VIRI IN PORPHYRIVM, A VICTORINO TRANSLATI, DIALOGI.

IEMANTIS anni tempore in Aureliæ montibus conceſſera mus, atq; ibi tunc cum uiolentior auſter eſeciſſet noctis placidã atque exturbaſſet quietem, recenſere libitum eſt ea quæ doctiſ ſimi uiri ad illuminandas quodammodo acies intellectus denſi tate caligantiſſimas, quibuſdam quaſi introductorijs commen tarijs ꝙdiderũt. Eius uero rei Fabius initiũ fecit, qui cũ me lectu lo recumbentem, & quædam ſuper eiſdem rebus cogitantem meditãtemq; uidiſſet, hortatus, ut quod ſæpe eram pollicitus, aliquam illi eius rei traderẽ diſcip linam, Complacitum eſt igitur, quoniam tunc & familiarium ſalu tationes, & domeſtica negocia ceſſabãt, interrogatus à me ergo ſuper quibus uel let rebus me enodare atq; expedire. Tunc Fabius: Quoniam, inquit, tẽpus ad ſtu dia uacat, & hoc ocium in honeſtum negocium conuerti licet, rogo ut mihi expli ces id quod Victorinus orator ſui tẽporis fermè doctiſſimus à Porphyrio per εἰσα γωγήν, id eſt, per introductionem in Ariſtotelis Categorías dicitur tranſtuliſſe. Et primum diſciplinis didaſcalicis quibuſdam me imbue, quibus expoſitores uel etiã cõmentatores, ut diſcipulorum animos docilitate quadam aſſueſcãt, utunẽ. Tunc ego: Sex omnino, inquam, magiſtri in omni expoſitione prælibant. Prædocent e nim quæ ſit cuiuſcunq; operis intentio, quod apud illos σκόπος uocatur. Secũdum quæ utilitas, quod à græcis χρήσιμον appellaẽ. Tertiũ qui ordo, quod græci uocant τάξιν. Quarum ſi eius cuius eſſe opus dicitur, germanus propriuſq; liber eſt, quod γνήσιον interpretari ſolet. Quintum quæ ſit eius operis inſcriptio, quod ἐπιγραφὴν Græci nominant. In hoc etiam quod intentionem cuiuſque libri inſolerter inter pretarẽtur, de inſcriptione quoque operis apud quoſdam minus callentes hæſita tum eſt. Sextum eſt id dicere, ad quam partem philoſophiæ cuiuſcunq; libri duca tur intentio, quod Græca oratione dicitur εἰς ποῖον μέρος φιλοσοφίας ἀνάγεται. Hæc ergo omnia in quolibet philoſophiæ libro quæri conuenit, atque expediri. Tũ Fa bius, quæ eſſet introductionis intentio interrogauit. Et ego, inquam: Ariſtoteles, qui factus eſt introductionis pons, non aliter intelligi poteſt, niſi ipſas res de quí bus diſputaturus eſt ad intelligẽtiã præparemus. Videns enim Porphyrius quod in rebus omnibus eſſent quædam prima natura, ex quibus omnia, uelut ex aliquo fonte manarent, & illa quæ prima eſſent, & ſubſiſtentia eſſe, & generis uocabulo nuncupari. Porrò autem nunquam eſſe genus poſſe, niſi ei quædam alia ſubderen tur, & quæ eſſent ſubdita ſpecies appellari: Porrò autem nunquam genus uni ſpeciei genus eſſe poſſe, ſed pluribus. Plures autem ſpecies non poſſe eſſe mul tiplices, niſi eas aliqua diſcretio ſeparet. Si enim nihil ſibi diſſimiles forent, u na ſpecies non multiplices uiderentur. Illa igitur diuiſio & diſſimilitudo ſpe cierum, differentiæ nomine uocitantur. Omnia uero quæ aliqua re differunt, fie ri aliter non poſſunt niſi quibuſdam propriis ſolitarijsq; naturis inſignita ſint. Atque hæc hactenus. Videns ergo quod omnis omnium diſparilitas in gemina rerum principia ſecaretur, in ſubſtantiam atque accidens, ita ut neque accidens ſi ne ſubſtantia, neque ſine accidenti ſubſtantia eſſe poſſit. Accidens quippe ſine ali quo ſubſtantiæ fundamento eſſe non poteſt; ſubſtantia uero ipſa ſine ſuperiecto accidente uideri nullo modo poteſt. Vt enim color ſit quod eſt accidens, in cor pore erit quod eſt ſubſtantia. Porrò autem cum corpus, id eſt, ſubſtantiã uideris, in

ſignitam eam accidenti, id eſt aliquo colore reſpicies. Itaque fit ut neque ſubſtantia præter accidens ſit, neque accidens à ſubſtantia relinquatur. Vbi enim ſubſtantia fuit, mox accidens conſecutum eſt. Speculatus igitur Porphyrius in his duabus rebus, id eſt accidenti & ſubſtantia, genera, ſpecies, propria, differentiasq; uerſari, & quod ipſa per ſe ſint genera ſubiectis & ſubiacentibus ſpecie bus, quæ differentijs & proprijs inſignitæ ſunt, ſtatuit principaliter de genere, ſpecie, differentia, proprijsq; tractare. Et quoniam tractatus hic in definitionibus, ut poſt docebimus proderit, ſi quis autem in definitione generali ponat accidens, eum non rectè definire manifeſtum eſt, quod ſuo loco tractabitur, ſtatuit pauca de accidentibus prælibare. Ita enim nos prudentiſſimus doctor inſtituit, ut tunc in definitionibus quibuslibet plenã ſcientiam queamus accipere, cum quod poſit dictum ſit, & quod non ſit utile, ſegregetur. Hæc igitur huius operis intentio eſt, de genere, ſpecie, differentijs, proprijs, accidentibusq; tractare. Hic Fabius: Expediſti, inquit, de intentione, nunc utilitatem explica. Varia, inquam, & multiplex in hoc opere commoditas utilitasq; uerſatur. Primum enim in Ariſtotelis categorias per quam uberrime prodeſt. Quid autem proſit dicemus, cum de eius libri inſcriptione tractabimus, ſed in quibus aliis proſit, paucis philoſophiæ ipſius diuiſione facta perſtringã. Et prius quid ſit ipſa philoſophia conſiderandum eſt. Eſt enim philoſophia amor & ſtudium & amicitia quodammodo ſapientiæ. Sapientiæ uero non huius quæ in artibus quibuſdam & in aliqua fabrili ſcientia notitiaq; uerſatur, ſed illius ſapientiæ, quæ nullius indigens, uiuax mẽs, & ſola rerum primæua ratio eſt. Eſt autem hic amor ſapientiæ intelligentis animi ab illa pura ſapientia illuminatio, & quodammodo ad ſeipſam retractio atq; aduocatio, ut uideatur ſtudium æquè ſapientiæ, ſtudium diuinitatis & puræ mentis illius amicitia. Hæc igitur ſapiẽtia cuncto animarum generi, meritum ſuæ diuinitatis imponit, & ad propriam naturæ uim puritatemq; reducit. Hinc naſcitur ſpeculationum cogitationumq; ueritas, & ſancta puraq; actuum caſtimonia. Quæ res in ipſius philoſophiæ diuiſionem ſectionemq; conuertitur. Eſt enim philoſophia genus, ſpecies uero eius duæ, una quæ θεωρητικὴ dicitur, altera quæ πρακτικὴ, id eſt ſpeculatiua & actiua. Erunt autem tot ſpeculatiuæ philoſophiæ ſpecies, quot ſunt res in quibus iuſtæ ſpeculatio conſideration is habetur. Quotq; actuum diuerſitates, tot ſpecies uarietatesq; uirtutum. Eſt igitur θεωρητικὸς, id eſt, contemplatiuæ uel ſpeculatiuæ triplex diuerſitas, atque ipſa pars philoſophiæ in tres ſpecies diuiditur. Eſt enim θεωρητικὸς, pars una de intellectibilibus, alia de intelligibilibus, alia de naturalibus. Tunc interpellauit Fabius, miratusq; eſt quid hoc noui ſermonis eſſet, quod unã ſpeculatiuæ partem intellectibilẽ nominaſſem. Nota, inquam, quoniam latino ſermone nunquam dictum reperi, intellectibilia, egomet mea uerbi compoſitione uocaui. Eſt enim intellectibile quod unum atque idem per ſe in propria ſemper diuinitate conſiſtens: nullis unquam ſenſibus, ſed ſola tantum mente intellectuq; capitur. Quæ res ad ſpeculationem dei atque ad animi incorporalitatem conſiderationem q̃ue ueræ philoſophiæ indagatione componitur. Quam partem Græci θεολογίαν nominãt. Secunda uero pars eſt intelligibilis, quæ primam intellectibilem cogitatione atq; intelligentia ſuſcipiens, ea comprehendit, quæ ſunt omnium cœleſtium ſupernæ diuitati operum cauſæ, & quicquid ſub lunari globo beatiore animo atque puriore ſubſtantia ualet. poſtremo humanarum animarum conditionem atq; ſtatum, quę omnia cum prioribus illis intellectibiles ſubſtantiæ fuiſſent, ſed corporum tactu, ab intellectibilibus ad intelligibilia degenerarunt, ut non magis ipſa intelligantur quàm intelligant, & intelligẽtiæ puritate tunc beatiora ſunt, quoties ſeſe intellectibilibus applicarint. Tertia θεωρητικὸς ſpecies eſt, quæ circa corpora atque eorum ſcientiã cognitionemq; uerſatur, id eſt phyſiologia, quæ naturas corporum paſſionesq; e declarat. Secunda uero, intelligibilium ſubſtantia, merito in medio collocata eſt, quod habeat & corporum animationem, & quodammodo uiuificationem, & intellecti-

tellectibilium conſiderationem cognitionemq;, ut dictum eſt. Practicæ uero philoſophiæ, quam actiuam ſuperius dici demonſtratum eſt, huius quoque triplex eſt diuiſio. Eſt enim prima quæ ſui curam gerens cunctis ſeſe erigit, exornat, augetq; uirtutibus, nihil inuita admittens, quo non gaudeat, nihil faciens pœnitendum. Secũda uero eſt quæ reipublicæ curam ſuſcipiens, cunctorum ſaluti ſuæ prouidentiæ ſollertia, & iuſtitiæ libra, & fortitudinis ſtabilitate, & temperantię patientia mederur. Tertia uero quæ rei familiaris officium mediocri componens diſpoſitione diſtribuit. Sunt harum etiam aliæ ſubdiuiſiones, quas nunc perſequi ſuperſedendum eſt. Ad hæc igitur ut ſciri poſſint & ſuperiora intelligi queãr, neceſſarius maximè uberrimusq; fructus eſt artis eius, quam Græci λογικὴν, nos rationalem poſſumus dicere, quod recta orationis ratione quid uerum, quidque decens ſit, nullo erroris flexu diuerticuloue fallatur. Quam artem quidam partem philoſophiæ, quidam nõ partem, ſed ferramentum & quodammodo ſupellectilem iudicarunt. Qua autem id utrique impulſi ratione crediderint, alio erit opere commemorandum. Hæc autem generis, ſpeciei, differentiæ, proprij, atq; accidentis diſputatio in omni nobis philoſophiæ cognitione quaſi quandam uiam parat. Nam cum quid genus ſit docemur, quid ſpecies, intelligimus genus eſſe philoſophiam, ſpecies uero indubitanter θεωρητικὴν & πρακτικὴν, id eſt, ſpeculatiuam & actiuã. De logica uero utrum ſit ſpecies, eadem hac poſſumus ratione perpendere. Prodeſt nobis differentiæ cognitio ad ipſarum philoſophiæ ſpecierum differentias cognoſcendas. Prodeſt proprij ſciẽtia ad cognoſcendum quid unicuique philoſophiæ ſpeciei ſolitaria natura uideatur ac ſubſtantiæ innatum. Prodeſt accidentis cognitio. per hoc enim quid principaliter in rebus ſit cernere, & quid ſecundo contingentiq; loco conueniat, diſcernere ualeamus. Ita nobis harum quinque rerum ſcientia, ramoſa quadam & multifida ui, in omnibus ſeſe philoſophiæ partes infundit. Ad grammaticam uero, non minor huius rei uſus eſt, quãdo orationem genus dicimus: octo uero partes orationis, per ſpecies, differentias, propriaq; metimur. Eſt uero huius rei perquàm Rhetorice amica coniunctaq; cognitio. Ita enim rhetoricam in tribus cauſarum poſſumus ſeparare generibus, & eas in ſubiectis conſtitutionibus diſſecare. Definitionũ quoque quæ ad logicam pertinent magna atque utilis uberrimaq; cognitio eſt, quas definitiones, niſi per genera, ſpecies, differentias, proprietatesq; e tractaueris, nullus unquam definitionibus terminus imponetur. Nam ſi quid definis, ex quo ſit genere primum tibi dicendũ eſt, atque in hoc genus ſpecies q̃ue conſumata ſunt. Nam cuiuſcunque rei genus dixeris, ad quam rem illud dixeris, ſpeciem facis. Vt ſi quid ſit homo definias, dicas hominem eſſe animal. Igitur quoniam ad hominem apta ſit animal, genus eſſe animal, & hominem ſpeciem à te declaratum eſt, ſed non ſufficit ſola generis in definitione monſtratio. Si enim ſolum animal hominem eſſe dixeris, num potius hominem quàm bouem aſinumq; aut equum definitione depinxeris? Prodeſt igitur etiam differentias adhibere, per quas id quod definies à ſpeciebus alijs ſeiungatur, ut dicas hominem eſſe animal rationale. Et quoniam ſub eadem differentia plures frequenter ſpecies inueniuntur, ut ſub rationali Deus atq; homo eſt, utiliſſimus proprietatis uſus eſt, ut id dicas, quod ſola quam definis ſpecies, ſuum proprium q; retineat. Fit ergo huiuſmodi hominis definitio: Homo eſt animal, id eſt genus, homo uero ſpecies, rationale, quod differẽtia eſt, riſus capax, quod proprium eſt: accidẽtium uero in definitionibus nullus uſus eſt. Prodeſt ergo in definitionibus harum quinque rerum cognitio, ut nec ea quæ ſunt utilia prætermittas, nec ea quæ nihil præſtant commoditatis, adiungas. In diuiſione uero tantum prodeſt, ut niſi per horum ſcientiam, nulla res recte diſtribui, ſecariq; poſſit. Nam quæ generum uel ſpecierum recta diſtributio diuiſioue erit, ubi ipſarum quæ diuiduntur rerum nulla ſcientiæ cognitione dirigimur? Probationũ uero ueritas in his maxime conſtituta eſt: quod per ea quæ diuidis, id quod diuidis, uel quid aliud pro-

bas. Nam Marcus Tullius in Rhetoricorum primo, quoniam diuisionem generum, causarū rite atq; ordinate faciebat, eius rei probationē ita esse debere perspecies generaq; dispositum, cum ait easdem res alijs supponi alijs supponi posse, eisdē & subiectas & suppositas esse nō posse. Hæc ferè de utilitate ad tēpus dicenda credidimus. Tunc Fabius, Valde miror, inqt, cur inchoanti mihi tam subtilius inuentas exercitataſqúe res ædideris. Sed dic, quæso, quodnam hoc tuum fuit consilium? Et ego, dicam tibi quod assuescendus animus auditoris & mediocri subtilitate imbuendus est, ut cum sese hic primum exercuerit palestra ingenij, quasi quo dammodo prius luctatus, ea quæ sequentur sine ullo labore conficiat. Sed quid restet dicas licebit. Et Fabius, Ordinem, inquit, restare arbitror, si bene cōmemini. Atqui, inquam, hic ordo ualde cum inscriptione coniunctus est. Si enim alterum noris, ambo noueris. Ordo tamen est, quod omnes post Porphyrium ingredientes ad logicam, huius primum libelli tractatores fuerunt, quod primus hic ad simplicitatem tenuitatis usque progressus, quo procedentibus uiandum sit, præparat. Aristoteles enim quoniam dialecticæ atque apodicticę disciplinæ uolebat posteris ordinem scientiamqúe contradere, uidit apodicticam dialecticamqúe uim uno syllogismi ordine contineri. Scribit itaq; primos resolutorios quos Græci ἀναλυτικὰς uocant, qui legendi essent antequam aliquid dialecticę uel apodicticę artis attingerent. In primis enim resolutorijs de syllogismorum ordine complexioneqúe & & figuris tractatur. Et quoniam syllogismus genus est apodictici & dialectici syllogismi, dialecticam in Topicis suis exercuit, apodicticam in secundis resolutorijs ordinauit: horum disciplina, quam ille in monstrandis syllogismis ante collegerat, prius etiam in studijs lectitatur. Itaque primi prius resolutorij quàm secūdi qui de apodictico syllogismo, uel Topica quæ de dialectico syllogismo sunt, accipiuntur. Traxit igitur Aristoteles dialecticam atque apodicticam scientiam, adunauitqúe in syllogismorum resolutoria disputatione. Sed quoniam syllogismum ex propositionibus constare necesse est, librum περὶ ἑρμηνείας, qui inscribitur de propositionibus annotauit. Omnes uero propositiones ex sermonibus aliquid significantibus componuntur. Itaque liber quem de decem p̄dicamentis scripsit, quæ apud Græcos κατηγορίαι dicuntur, de primis rerum nominibus significantibusq; est. Vidit enim Aristoteles infinitam miscellamqúe esse rerum omnium, uerborumq; disparilitatem, & ut eorum ordinem reperiret, in decem primis sermonibus, prima rerū genera significantibus, omne quicquid illud uel rerum, uel sermonum poterat esse, collegit. Sed Aristoteles hactenus. Speculatus autem Porphyrius si categoriæ genera sunt rerū, rerum uero sermonumqúe diuersitas, speciebus, differentijs, proprijsqúe insignirentur, uidens etiam quod accidentium in categorijs magna uis esset, (omnes enim res Aristoteles in duas primum partes diuidit, in accidens atque substantiam) & accidēs in nouem membra dispersit, dicens: aut substantiam esse quamcunque illam rem, aut si accidens esset, quoniam aut qualitas, aut quantitas, aut ad aliquid, aut ubi, aut quando, aut iacere, aut habere, aut facere esset, aut pati. Prælibat igitur nos Porphyrius ad horum uerissimam cognitionem hoc de generibus, speciebus, differentijs, proprijs, accidentibusqúe tractatu. Sic igitur cum ante apodicticam dialecticamq; rem syllogistica prælegantur, ante syllogisticam in propositionibus primus labor sit, ante propositiones in categorijs pauca desudent, ante categorias in isagogis plurimū laborent, quæ de generibus, speciebus, differentijs, proprijs, accidentibusq; censentur, ordo est de his ipsis rebus pauca prælibare. Recte igitur ut filo quodam hic Porphyrij liber primus legentibus studiorum præguſtator, & quodāmodo initiator occurrit. Quod si in hac re, quod dictum est, sat est, rem etiam de inscriptione confecimus. Quo enim alio melius quàm introductionis nomine nūcupetur hic liber? Est nanque ad categorias Aristotelis introitus, & quædam quasi ianua uenientes admittit. Tum Fabius: Perge quæso te, & si eius hoc proprium germanūq; opus est colli-

lige. Hoc inquā indubit. utum est, omnibus enim Porphyrij libris stylus hic conuenit. Et mos hic Porphyrio est, ut in his rebus quæ sunt obscurissimæ, introducenda quædam & præguſtanda præcurrat, ut alio quodam libro de Categoricis syllogismis fecit, & de multis item alijs quę in philosophia grauia illustriaq; uersantur. Et hoc apud superiores indubitatum est, quibus nolle credere inscitia est. Tum Fabius: Restat (inquit) ut ad quam partem philosophię ducatur, edisseras. Et ego: Dicā tibi. Quoniam categoriæ ad propositiones aptantur, syllogismi de propositionibus componuntur, apocictici uero uel dialectici syllogismi in logicæ artis disciplina uersantur. Constat quoque categorias quæ ad propositiones syllogismosq; pertinent, logicæ scientiæ esse connexas. Quare introductio quoq; in categorias, ad logicam scientiam conuenienter aptabitur. Quoniam ea quæ prædicenda sunt explicui, nunc textus ipsius ratio atque ordo uideatur. Tum Fabius: Priusquàm ex planatio sensus procedat id scire desidero, cur cum posset dicere, Cum necessarium sit, præposterato ordine, cum sit necessarium dixit. Et ego: Quoniam (inquam) nullum accidens est, quod non substantiæ fundamento nitatur. Porrò autem quicquid ad cuiuslibet superiecti firmitatem est, id antequam ipsum esset, fuisse necesse est, ut enim in domibus, nisi prius fundamenta subijcias, nulla unquam fabrica, sic nisi prius substantiæ fundamenta sint, nulla unquam accidentia superponentur. Oportet enim prius esse aliquid, ut formam qualitatis arripiat, nam necessarium qualitas est; non absurdè igitur prius esse posuit, post etiam necessarium, id est, post substantiam qualitatis nomen aptauit. Hic Fabius: Subtilissime, inquit, & lucide, sed nunc ordo ipse operis textusq; uideatur.

CVm sit necessarium Menanti, siue ad Aristotelis categorias, siue ad definitionis disciplinā, nosse quid sit genus, quidue species, quid differentia, quid proprium, quid accidens, & omnino ad ea quæ sunt diuisionis, uel quę approbationis: quorum utilitas est, & magna cognitio, breuiter tibi explicare tentabo. Quæ apud antiquos quidem alte & magnifice quæstionū genera proposita sunt, ego simplici sermone cum quadam coniectura in res consideratione alia, ista explicabo mediocriter.

TVnc ego: Prædiximus quidem pauca superius, sed uel his quædam addere, uel hæc eadem rursus commemorare absurdum esse non arbitror. Totus autē sensus talis est: Scribens ad Menantiū de utilitate libri, summatim pauca prædicit, quo elucubratior animus auditoris exercitatiorqúe ad hęc capienda perueniat. Prodesse autem ad Aristotelis categorias dicit, quod cum omnium sermonum significātium uarietatem diuersa rerum summa diuideret, & in substantiam atq; accidens omnes res secaret atq; dispergeret, accidens in nouem secuit partes, quod superius demonstraui, & hæc genera generalissima nominauit, id est γενικώτατα, quod super ista alia genera inueniri non possint. Igitur si sunt genera, sine speciebus esse non possunt. Si sub his species supponuntur, differentijs non uacabunt. Quod si differentias retinent, proprijs indigebunt. Accidentis uero nouem prædicamenta sunt. Quo circa non absurdum fuit hinc introductionem in prædicamenta componi, ut de generibus, speciebus, differentijs, proprijsqúe tractaret, quæ in ipsis prędicamentis inseparabiliter uidentur inserta. Amplius. Quòd Aristotelica subtilitas prius quàm ad prędicamentorum ordinem ueniretur, de æquiuocis uniuocisqúe tractauit, definit uero æquiuoca sic: Æquiuoca sunt quorum nomen solum commune est, secundum ue ro nomen substantiæ alia ratio est, ut si qua sunt, quæ nomine tantum communicent, substantia uero dissimilent: uniuoca uero quæ sub eodem nomine & sub eadem substantia continentur. Omne igitur genus ad species quæ sunt sub ipso po-

ſitæ,uniuoce prędicari poteſt. Porrò autem quicquid ad quaslibet res uniuoce præ/
dicatur,in his ſola diffinitio una eſt, genus uero ſpeciesq; conuertitur. Animal e/
nim & homo uniuocum eſt. Animal enim animalis nomine dicitur. Porrò autem
homini nomen etiam conuenit animalis,ut dicatur animal. uno ergo nomine ani/
malis homo & animal appellatur. Animalis uero diffinitio eſt, ſubſtantia animata
ſenſibilis,quam ſi ad hominem uertas nihil abſurdum feceris. poteſt enim homo eſ/
ſe ſubſtantia animata ſenſibilis, ſed animal genus, homo uero ſpecies. uniuoce i/
gitur genus & ſpecies prędicantur. Aequiuoca uero qui fuerint, quoniam defini/
tionibus differunt,& eorum quorum definitiones alię ſunt, alia eſt etiam ſubſtan/
tia: quorum alia ſubſtantia eſt, alia ſunt etiam omnino genera, in his eiſdem æquiuo
cis conſtat, quòd neque genus, neque ſpecies poſſit aptari: etenim ſi quis hominem
marmoreum & hominem uiuum hominis nomine appellet, idem nomen utrique fe
cerit ſubſtantiæ, differentia uero diffinitioq́ue eſt diſſimilis. Porrò autem hominis
& ſtatuæ non unum genus eſt, ſed ſtatuæ inanimatum, hominis animatum. Qua/
re conſtat quoniam nun̄quam ſub eiſdem generibus continentur quæcunque æqui
uoce prædicantur. Quam uim niſi prius de generibus, ſpeciebus, proprijs & diffe/
rentijs notitiam ſcientiamq́ue perceperis, nullo nunquam tempore diſcernis. Idem
Ariſtoteles ait quid ſint primę ſubſtantiæ, quid ſecundę, & primas ſubſtantias dicit
eſſe indiuiduorum corporum & ſingulorum, ut eſt Cicero, aut Plato, aut Socrates.
Secundas uero ſubſtantias ſpecies appellauit, ut eſt homo, uel genera in quibus ip/
ſæ ſpecies continentur, ut eſt animal. Hæc igitur niſi prælibata gẽris ſpecieiq́ue
cognitione ſciri non poſſunt. Idem ait ſubſtantiã ab alia ſubſtantia, in eo quod ſub
ſtantia ſit, nulla differentia diſgregari. Idem ſubſtantię proprietates requirit, ut qua/
ſi impreſſo aliquo ſigno, ſic proprietate nota, facilius quid ſubſtantia ſit, inuenire at
que expedire poſſimus. Atque hoc idem in accidentibus fecit. Nam & quantitatis
& qualitatis & ad aliq̃d relationis propria collegit, & idem magna apud Ariſtotelẽ
cura diligentiaq; conſpicitur. Videsne ut ſeſe quinque harum rerum uis in categori
as interſerat, & prędicamentorum uirtutibus inſeparabiliter colligetur? Non men
dax igitur Porphyrius de hac cognitione, harum quinque rerum nobis in categori/
as, utilitate promiſit. Definitionis uero diſciplinam ſuperius diximus præter gene
ra, ſpecies, differentias, & propria non poſſe tractari. Sed quoniam ſunt quædam ge
nera, quæ genus habere non poſſunt, ut eſt ſubſtantia, & alia quę Ariſtoteles in prę/
dicamentis conſtituit, dicat quis hęc ad horum cognitionem nihil omnino prodeſ/
ſe, quòd non ſit in his à genere trahenda definitio, in quibus genus inueniri nõ poſ/
ſit, quod ſi qua res genus non haberet, ſpecies non eſſet. Hoc ita poſito ad genera/
liſſimorum generum definitionem nihil genera & ſpecies utilitatis habere. Ridicu
la mehercle atq; abſurda propoſitione. Præter ſcientiam enim generum ſpecierum/
q́ue magis genera illa generaliſſima cognoſcere quí potis eſt, cum hęc ſola generũ
ſpecierumq́ue cognitio ſi amiſſa ſit, nihil de generibus ſpeciebusq́ue noſcatur? In il/
lis igitur in quibus genus aliud ſuperius inueniri non poteſt, nullius unquam termi
nus definitionis aptabitur, & in ipſius definitione genera ſpecieſq́ue ceſſabunt, &
ſolę differentiæ propriaq; illius terminum definitionis informant. Cũ enim id quod
dicis, ab alijs rebus omnibus adiunctis differentijs ſegregaueris, & proprijs impreſ/
ſis formam eius figuramq; monſtraueris, genus quod inuenire non poteris perquí/
rere non labores. Sed in his ſpecies & genera non requiruntur, in quibus, quòd ipſa
generaliſſima ſint genera, genus inueniri non queat. Porrò autem in his quorum
genus eſt aliquid, niſi à genere definitio ducatur, finis eius definitionis uitioſa con/
cluſione colligitur. Accidens uerò ad definitiones nihil prodeſſe non dubium
eſt. Definitio enim ſubſtantiam informare deſyderat, accidens uero ſubſtantiam
non deſignat. Accidens igitur in definitione nihil prodeſt. Eſt itaq; neceſſaria gene
ris ſpecieiq́ue cognitio, utſi generaliſſima non ſint quę quiſque definiturus eſt, à ge/
nere deſi/

nere definitionem trahat. Si uero generaliſſima ſint, eius genus quærere, quod inue
niri non poteſt, non laboret. Aeque enim uitioſum eſt uel in generaliſſimis genera
quærere, uel in ſubalternis generibus à generibus definitionem ducere ſuperſedere.
Differentiæ uero & propria, uel ſi magis genera ſunt, uel ſi ſubalterna, maximam
retinent utilitatem: & quoniam ad definitiones quæ pertinent quædã dicta ſunt, pau
ca etiam de his ipſis rationabilius ſubtiliuſq́ue collígemus. Sit genus animal, ſit ſpe
cies homo, ſit differentia rationale uel mortale, ſit proprium riſibile: accidens ue/
ro quoniam ad definitiones incommodum eſt prætermittamus. Quiſquis ergo ſpe
ciem definit, ita de genere ab alijs eam generibus ſeparat, ut ſi quis dicat quid eſt ho
mo? animal. Dicens enim animal, ſeparauit hominẽ ab omnibus generibus quęcun
que animalia non ſunt. Si quis uero differentiam dicat, & eam ad ſpeciem accommo
det, res ſub eiſdem generibus per differentias ſegregauit. Nam cum dicis hominem
eſſe animal rationale, cum etiam bos & equus ſpecies animalis ſint, additum tamen
rationale homini, ab alijs ſub eodem genere ſpeciebus, hominis ſpeciem ſegregauit
atque diſtinxit: propria uero cum dederis, res quę ſunt ſub eiſdem, differentijs ſe/
gregabis. Nam cum dixeris hinnibile uel riſibile, illud eſt equi proprium, illud ho
minis. Et cum equus cum boue atq; cane ſub eadem differentia ſit, quod irratiõna
bilia ſunt omnia, adiectum hinnibile à cæteris equum ſub eadem differentia ſpecie/
bus diuidit. Homo uero & Deus ſub eadem differentia ſunt, id eſt rationali, quod
utrique rationales ſunt, quamuis homo & Deus adiuncta mortali differentia ſepa/
rentur: proprio tamen, id eſt riſibili, quod ſolus habet homo, naturalius ſubſtantia/
liuſq́ue diſiungitur, quòd in alijs rebus in quibus nulla ſpecies tali differentia ſepara
tur melius cognoſci poteſt. Nam cum ſub eadem differẽtia ſint irrationalia, equus,
bos, canis, nec eſt ulla alia quæ eos ſeparet differentia ſubſtãtialis. poſſunt enim acci
dentis eſſe differentię, ea quę eos ſeparent, quales ſunt formarum, additũ tamẽ equo
pprium hinnibile, equum ab alijs ſub eadem differẽtia ſpeciebus proprietatis ipſius
ſeparatione diſiunxit. Repetendum eſt igitur à primordio, quòd genera in defini/
tionibus ab alijs generibus ſeparant, differentiæ ab ipſis ſpeciebus, quæ ſub eiſdem
generibus poſitæ ſunt, propria à ſpeciebus, quæ ſub eiſdem differentijs ſupponun/
tur. Sed quoniam plene de diffinitione tractatum eſt, probationis uel diuiſionis uim
ſubtilitatemq́ue tractemus. Sed omnis diuiſio duplex eſt, aut cum totum corpus
in diuerſa diſiungis, aut cum genera per ſpecies diſtribuis. Si quis igitur harũ quin/
que rerum minus ſolers, diuiſiones rerum facere uoluerit, non eſt dubium quin eas
per inſcientiam ſæpe à ſpeciebus in genera ſoluat, quod eſt factu fœdiſſimum, quod
Hermagoræ in prima Rhetoricorum diſputatiõe uſu uenit. In tales enim erroris ne
bulas incidit, ut duo genera ſub æqualis generis parte poneret. Quòd ſi diuiſionis
uim ueritatemq́ue uidiſſet, & diſciplinam generum, ſpecierumq;, propriorum & dif
ferentiarum recepiſſet, nunquam tam inſulſæ diuiſionis errore uiuaciſſime à Marco
Tullio culparetur. In probationibus uero tantus eſt huius operis fructus, ut præ/
ter hæc nullius unquam rei poſſit prouenire probatio. Quid enim monſtrare digne
queas, cum cuius differentias neſcias, idipſum quale ſit ſcire non poſſis? Quid autem
digne exequeris, cuius ſi genus neſcias, ex quo idipſum fonte manet ignores? Vel
quid in probationibus ratione poſſis oſtẽdere, cuius ſi ſpeciem neſcias, idipſum de
quo aliquid probate uis, quid ſit non poſſis agnoſcere? Quid ſi propria prætermit/
tas? nullas unquam res ualebis proprię termino probationis includere. At uero ſi nõ
uim accidentium naturamq; perſpicias, cum de cuiuſq; ſubſtantia tractes, inane ac
cidentis nomẽ æque in definitionibus probationibuſq́ue miſcebis. Ita his rebus co/
gnitis, integra ſtabilisq; diuiſio & definitio permanebit, incognitis, debilis lababit
& trunca probatio. Hæc ſe igitur Porphyrius (non Victorinus) breuiter mediocri/
terq́ue promittit exponere. Non enim introductionis uice fungeretur, ſi ea nobis à

primordio fundaret,ad quæ nobis hęc tam clara introductio præparatur. Seruat igi
tur intruductionis modum doctiſſima parcitas diſputandi, ut ingredientium uiam
ad obſcuriſſimas rerum caligines aliquo quaſi doctrinę ſuæ lumine temperaret. Di
cit enim apud antiquos alta & magnifica quæſtione differta, quæ ipſe nunc parce
breuiterq; compoſuit. Quid autem de his à priſcis philoſophiæ tractatoribus differ
tum ſit, breuiter ipſe tangit & præterit. Tum Fabius: Quid illud, inquit, eſt? Et e
go: Hoc, inquam, quod ait ſe omnino prætermittere genera ipſa & ſpecies, utrum
uere ſubſiſtant, an intellectu ſolo & mente teneantur, an corporalia iſta ſint an in
corporalia; & utrum ſeparata, an ipſis ſenſibilibus iuncta. De his ſeſe quoniam al
ta eſſet diſputatio, tacere promiſit: nos autē adhibito moderationis freno, medio
criter unumquodque tangamus. Eorum ergo quę ſe tranſire & prætermittere polli
cetur, prima eſt quæſtio, utrum genera ipſa & ſpecies ueræ ſint, an in ſolis intellecti
bus, nuda inaniaq; fingantur, quæ quæſtio huiuſmodi eſt: Quoniā hominum mul
tiformis eſt animus per ſenſuū qualitatem res ſenſibus ſubiectas intelligit, & ex his
quadam ſpeculatione concepta, uiam ſibi ad incorporalia intelligēda præmunit: ut
cum ſingulos homines uideam, eos quoq; me uidiſſe cognoſcam, & quia homines
ſunt, me intellexiſſe profitear. Hinc igitur ducta intelligentia, uelut iam ſenſibilium
cognitione roborata, ſublimiori ſeſe intellectu conſiderationis extollit, & iam ſpe
ciem ipſam hominis, quę ſub animali eſt poſita, & ſingulos homines continet, ſu
ſpicatur, & illud incorporeum intelligit, cuius ante particulas corporales in ſin
gulis hominibus ſentiendis & intelligendis aſſumpſerat. Nam hominem qui
dem illum ſpecialem, qui nos omnes intra ſui nominis ambitum coērcet, non eſt
dicere corporalem, quippe quem ſola mente intelligentiaque concepimus. Sic
igitur mens rerum nixa primordiis altiori atque incorporabili intelligentia ſubli
matur. Hinc ergo animus non ſolum per ſenſibilia res incorporales intelligendi
eſt artifex, ſed etiam fingendi ſibi atque etiā mentiendi. Inde enim ex forma equi &
hominis falſam centaurorum ſpeciem ſibi ipſa intelligentia comparauit. Has igitur
mentis conſiderationes, quæ à rerum ſenſu ad intelligentiam profectæ, uel intelli
guntur, uel certe finguntur. φαντασίας Græci dicunt, à nobis uiſa poterunt nomina
ri. Ita ergo nunc de generibus, ſpeciebus & cæteris quęrunt, utrum hæc uere ſubſi
ſtentia, & quodammodo eſſentia conſtantiaque intelligantur, ut à corporibus ſingu
lis uere atque integre ductam hominis ſpeciem intelligamus, an certe quadam ani
mi imaginatione fingantur, ut ille Horatij uerſus eſt: Humano capiti ceruicem pi
ctor equinam Iungere ſi uelit. quod neque eſt, neque eſſe poterit, ſed ſola falſa men
tis conſideratione fingitur. Nimis acuta & ſubtilis inquiſitio, atque ad rem maxime
profutura. Scienda enim ſunt, utrum uere ſint: nec eſſet de his diſputatio conſidera
tioque ſi non ſint. Sed ſi rerum ueritatem atque integritatem perpendas, non eſt du
bium quin ueræ ſint. Nam cum res omnes quę uere ſunt, ſine his quinque eſſe non
poſſint, has ipſas quinque res uere intellectas eſſe non dubites. Sunt autem in rebus
omnibus conglutinatæ, & quodammodo coniunctæ atque compactæ. Cur enim
Ariſtoteles de primis decem ſermonibus genera rerum ſignificantibus diſputaret?
uel eorum differentias, propriaque colligeret, & principaliter de accidentibus diſſe
reret, niſi hæc in rebus intimata & quodammodo adunata uidiſſet? Quod ſi ita eſt,
non eſt dubium quin ueræ ſint, & certa animi conſideratione teneantur, quod ipſi
us quoque Porphyrij probatur aſſenſu. Nam quaſi iam probato, & ſcito quod ita
uere ſubſiſtant, aliam quæſtionem inferre nō dubitat, cum dicit: An corporalia iſta
ſint, an incorporalia. Quæ nimis eſſet friuola atque abſurda quæſtio, utrum eſſent
corporalia, niſi prius eſſe conſtaret. Hæc quoque non mediocriter utilis inquiſitio
ita reſoluitur: Incorporalia eſſe nullus dubitat, cumque ipſa nullis ſenſibus capian
tur, animi tamen qualia ſint conſideratione clareſcunt. Nam quia incorporeorum,
prima

prima natura eſt, poteſt res incorporea parens eſſe quodammodo corporeæ. Cor
porea uero incorporeis præeſſe non poterunt, quòd quoniam ſubſtantia genus eſt,
corporale uero & incorporalis ſpecies ſunt ſubſtantiæ, corporale non eſſe genus
hæc res declarat, quòd ſubſtantiæ, id eſt generi, incorporale ſupponitur. Quod ſi
corporale eſſet genus, nunquam ſub eo ſpecies incorporea poneretur. Ani
maduertere igitur uehementiſſime, quàm nunquam quiſquam à te animaduer
ſum fuit. Genus ipſum quoniam ſpecies habet, ſpecies uero differentijs diſiun
gantur, & proprietatibus informentur, quoniam quædam ſpecies reperiuntur,
quæ in contraria ſub generis diuiſione contrarias obtinent uices: ut ſub animali
rationale atque irrationale contraria ſunt. ſub rationali, mortale atque immorta
le, & hæc quoque contraria. Quæritur, ſi animal ſolitario intellectu neque ratio
nale neque irrationale ſit, unde hæ differentiæ in ſpeciebus natæ ſint, quę in gene
re ante non fuerant? Quod ſi genus, id eſt, animal utraſque res in ſe habet, ut & ra
tionale & irrationale ſit, in uno eodemq; duo contraria eueniunt, quod eſt impoſſi
bile. Attingam igitur breuiter quæſtionem, & dicam quòd non genus utrumq; ſit,
id eſt, rationale uel irrationale, uel quicquid aliud inter ſe ſpecies per contrarietates
diuidunt, ſed ui ſua & poteſtate genus hoc continet, ipſum uero nihil horum eſt. Ita
ergo genus tale eſt, ut ipſum neque incorporale, neque corporale ſit, utrumq; tamē
ex ſe poſſit efficere, quod ſecundo libro melius liquebit. Species uero aliâs corpo
ralis, aliâs incorporalis eſt. Nam ſi hominem ſub ſubſtantia ponas, corporalem ſpe
ciem poſuiſti, ſin Deum incorporalem. Eodem modo etiam differentiæ. Nam ſi
corporales uel incorporales ſpecies diuidunt, erunt aliâs incorporales, alio tempo
re corporales: ut ſi dicas quadrupes ad bipedem, corporalis differentia eſt, ſed ra
tionalis ad irrationalem, incorporalis eſt differentia. & propria nihilominus eo
dem modo. Nam æquale ſpeciei cum proprium fuerit, ſi incorporalis erit ſpecies, in
corporale erit proprium, ſin corporalis, corporale uendicabitur. Et accidens eodem
modo. Nam ſi incorporalibus quidem accidit incorporale eſſe, manifeſtum eſt, ut in
animo accidens eſt ſcientia, incorporalis ſcilicet. Corporalibus uero quæ accidunt,
corporalia eſſe manifeſtum eſt: ut ſi quis dicat accidēs me habere capillum criſpum.
Sic igitur genus neutrum per ſeipſum eſt, ſed utraſque res ex ſeipſo efficere poteſt
ſpecies, differentias, propria, & accidentia ut accepta in contrarias ſpecies fuerint,
proinde uel corporalia uel incorporalia uocabuntur. Sed ſunt quibus hoc ipſum in
tegrum uideri poſſit, & hęc ſolum incorporalia eſſe diffiniunt, qui ſic dicant, non cō
ſiderari genus in eo quod ſuapte natura conſtat, ſed in eo quod genus ſit. Itaque ſi
ſubſtantia genus eſt, non conſideratur in eo quod ſubſtantia eſt, ſed in eo quod ſub
ſe ſpecies habet. Item ſi ſpecies corporeum & incorporeum eſt, non in eo quod De
us uel homo dicit̄, conſiderantur, ſed in eo quod eſt ſub genere. Eodem modo etiam
differentię non cōſiderantur in eo quòd bipes uel quadrupes ſit, ſed in eo quod eſt
differentia. Nam quadrupes hoc ipſum nulla differentia eſt, niſi ſit bipes à quo diffe
rat. Itaque non quadrupes uel bipes reſpicitur, ſed id quod medium eſt in bipede &
quadrupede, id eſt differentia. Et de proprio idem. Nam quod cuiuſcunque eſt pro
prium, in eo propriū conſideratur, quod eius cuius dicit̄ eſſe proprium ſpeciei ſoli
us eſt. Nam riſibile non in eo eſt proprium hominis quòd riſus eſt, ſed in eo quod ſo
lus homo poteſt ridere: quæ manifeſte incorporalia eſſe indubitatum eſt. Deinde
accidentia proinde ſunt, qualia fuerunt ea quibus accidunt, ut ſuperius dictum eſt:
ſed hi probare uidentur hoc ipſius Porphyrij ſentētia, qui ueluti iam probato quod
incorporea ſint ita ait: Et utrum ſeparata, an ipſis ſenſibilibus iuncta. quòd ſi eſſe
hæc aliquando corporalia extitiſſet, abſurdum eſſet quærere utrum corporalia
ſeiuncta eſſent à ſenſibilibus an iuncta, cum ſenſibilia ipſa ſint corporea. Talis au
tem eſt quęſtio, ut quoniam quædam incorporales ſunt res, quæ omnino corpora

non patiuntur,ut animal uel Deus: quædam uero quæ ſine corporibus eſſe nō poſſunt,ut prima poſt terminos incorporalitas: quædā autem quę in corporibus ſunt, & præter corpora ſeſe eſſe patiuntur, ut anima. quęritur ergo hæ quinq; res ex quo incorporalitatis ſint genere;utrum eorum quæ omnino ſeparantur à corpore, an eorum quæ à corporibus ſeparari non poſſunt,an quæ iungantur aliquoties,& aliquoties ſegregentur. Videtur autem quod & ſegregari & iungi poſſint. Nam quando corporalium diuiſio per genera in ſpecies fit,& eorum propria & differentię nominant,hæc ſcilicet ſenſibilia,id eſt corporalia eſſe non dubium eſt. Cum uero de incorporalibus rebus tractatus habetur,& per ea ipſa diuidūtur quæ corpore carent, circa corporalia uerſantur. Quod ſi hoc eſt,non eſt dubium quōd quinque hęc ex eodem ſint genere,quod & præter corpora ſeparatum eſſe poſſit,& corporibus iungi patiatur,ſed ita,ut ſi corporibus iuncta fuerint, inſeparabilia à corporibus ſint. Si uero incorporalibus nunquam ab incorparalibus ſeparentur,& utraſq; in ſe contineant poteſtates. Nam ſi corporalibus iunguntur,talia ſunt,qualis illa prima poſt terminos incorporalitas,quæ nunquam diſcedit à corpore: ſi uero incorporalibus, talia ſunt,qualis eſt animus, qui nunquam corpori copulatur. Hæc ſe igitur tacere Porphyrius pollicitus,breuiter mediocriterque ſuper his rebus tractare promittit,habita in res alia cōſideratione aut coniectura,quod ſimile eſt ac ſi diceret: Quoniam hæc ad prædicamenta,& ad definitiones & ad diuiſiones,& ad probationes pertinent,ideo hæc tractaturus aſſumo,& eatenus de his diſſeram,quatenus ſupradictis rebus proficiunt, non quatenus de his ipſis generibus ſpeciebuſq́e, & cæteris quæuis tractari poſſint. Sunt enim illa (ut ipſe ait) grauioris tractatus,quam doctrinam à Peripateticis acceptam,id eſt ab Ariſtotelicis,ſe ſequi confeſſus eſt. Nam Stoici qui de his quoque rebus tractare uoluerunt,non omnino à Porphyrio ſuſcipiuntur,atque ideo ait ſe à Peripateticis rationem diſputationis accipere. Tunc me Fabius ita percunctatus,quid eſt inquit,quod dudum dixeras,cum à te de incorporalibus tractaretur,eſſe quaſdam incorporalitates quę circa corpus ſemper cōſiſterent, ut ſunt primæ incorporalitates poſt terminos,quæ eſt hęc incorporalitas, aut quos terminos dicis? Non enim intelligo. Et ego,longus inquam tractatus eſt,& nihil nobis ad hanc rem quam quęrimus profuturus. Sed dicam breuiter, terminos me dixiſſe extremitates earum,quæ in geometria ſunt figurarum: de incorporalitate uero quę circa terminos conſtat, ſi Macrobij Theodoſij doctiſſimi iuri primum librum quem de ſomno Scipionis compoſuit in manibus ſumpſeris, plenius uberiuſq́e cognoſces. Sed nunc ad ſequentia tranſeamus. Tunc Fabius, ut placet inquit,ſimulq; ſic incipit.

DE GENERE.

Videtur enim neque genus, neque ſpecies, ſimpliciter appellari,id eſt uno modo. Genus namque dicitur quorundam ad ſe inuicem,& ad aliquem quodammodo ſe habētium collectio, per quam Dardanidum dicitur genus. Dicitur rurſus genus uniuscuiuſque generationis principium,aut à generante, aut ab eo loco in quo quis genitus eſt.

Cętera inqt fere nota ſunt. Tūc ego: Si uim prius ęquocationis aſpicias, diuiſionem generis diligenter agnoſces. Placet enim generis nomē cū ſibi ſubiectis æquiuoce nominari. Æquoca uero ſunt,quæ cū nomine una ſint, lōge diuerſa ſubſtātiæ ratiōe & diffinitiōis diſcreta ſunt,ut ſi qs hāc,uerbi gratia, ſtatuā Veneris appellet. Cōgruunt igit Venus ipſa & ſtatua Veneris unius nūcupatiōe uocabuli,q̄d utriq; Veneris nomen eſt. Si quis uero quid ſit utrunque definiat, longe aliam uere Veneris

Veneris,aliam lapidis,rationem definitionemq; conſtituet. Speculantibus igitur illa eſſe æquiuoca,quę uno uocabulo appellentur,definitionibus uero diuerſis conſtituantur,clareſcet(ut opinor) participatio generis quam Porphyrius fecit præuiſa. Omne enim quicquid à genere in ſpecies ducitur, uniuocum, non æquiuocum eſt. Vniuocum eſt,quod & eodem nomine uocari,& eadem definitione conſtitui poteſt,ut eſt animal genus,homo uero ſpecies,ſed idem homo animal eſt. Genus igitur & ſpecies,id eſt animal atque homo poſſunt unius animalis nomine nuncupari,ut utrunq; animal uocetur,ſed eadem definitionibus non diſcrepant. Nam ſi definitionem reddas animalis,dicas id eſſe animal, quod eſt ſubſtātia animata ſenſibilis: quam definitionem ſi ad hominem uertas,non erit abſurdum dicere hominem ſubſtantiam eſſe animatam atque ſenſibilem, ſicut animal, ſed hoc ſuperius dictum eſt. Si enim uniuoca ſunt,quę uno nomine atque eadem definitione cōſtituuntur,æquiuoca uero quæ uno nomine ſunt, & non ſunt ſub una definitione ſubſtantiæ,quicquid uniuocum eſt,ut animal genus ad ſuas ſpecies eſt,in his genera ſpeciesq; uerſantur;quicquid æquiuocum eſt, ut aries, namque plura ſignificans æquiuocum eſt,ſed non cenſetur participatione generis & ſpeciei,non eſt in eis talis participatio,ut ſpeciebus & generibus cenſeantur. Quæ enim erit in his generis ſpecieiq; cognitio,in quibus ſubſtantię definitio atque integerrima ratio diſgregatur? Ita ergo Porphyrius nomen generis in tres diuidit formas,ſed ut æquiuoca, nō ut uniuoca,id eſt ut hę formę uno quidem generis nomine contineantur,ſui autem proprietate diſgregata diſſentiant: & hoc modo illud in tres diuidit partes,ut dicat uocari ſemel genus eorum inter ſe plurimorumq; collectio, qui ab uno quocunq; nomē generis trahunt,ut Romani à Romulo trahentes genus, ex eodem genere eſſe dicuntur. Secundo uero loco dici genus affirmat,uniuſcuiuſq; generationis principium, aut à generante, aut à loco in quo quis genitus eſt, ut Aeneam ab Anchiſe & genere dicimus eſſe Troianum. Tertium uero genus dicitur illud cui ſpecies ſupponitur. Victorinus uero duo ſuperiora genera in unum redigit. Nam & multitudinis congruentiam inter ſe per eandem generis nuncupationem, & quorumcunq; à genete lineam & locum in quo quis natus eſt uno generis uocabulo & deſignatione eſſe declarat. Addit autem ipſe quod ſoli Latinę linguæ congruere poſſit. dicit enim ſecundo modo genus dici, ut eſt genus cauſæ honeſtum; quæ genera cauſarum Græci in rhetorica arte genera eſſe non putant, ſed σχήματα uocant, id eſt figuras. Genera autem ſola principalia accipiunt, demonſtratiuum, deliberatiuum & iudiciale. Quæ ipſa εἴδη rhetorices uocant,id eſt ſpecies rhetoricæ, genera uero cauſarum nos dicimus. Tertium uero genus, eſt id quod Porphyrius ponit, id eſt ſub quo differentijs diſtributæ ſpecies ſupponuntur. Sed quoniam de tertio genere tractaturus eſt, Victorini culpam, uel ſi ita contingit, emendationem ęqui boniq́e faciamus. Nunc ergo ad priorem apud Victorinum generis ſignificationem reuertamur, & eius ut ſunt uerba enodanda atque explananda ſumamus. Genus namque inquit dicitur quorundam ad ſe inuicem & ad aliquem quodammodo ſe habentium collectio. Hic ergo utrunque monſtrauit,& cognationem inter ſe multitudinis & lineę ductum. Nam cum dicit genus quorundam collectionem ad ſe inuicem quodammodo habentium,id eſt aliqua inter ſe cognatione iunctorū,cognationes monſtrat: & q̄d addidit,& ad aliquē,generis lineam ſignificat,quā ſinguli cōtingentes,& ad unū ſeſe ipſius generationis applicatione iungentes,plures ex eadē linea iūcti atq; cognati ſunt,ut ſit hic ordo: Genus dicit quorundā collectio ad ſe inuicem quodāmodo & ad aliquem habentium, id eſt ad alicuius lineam per genus cōtingentium, ut per collectionem cognationē demonſtret,& per habitudinem quodammodo ad aliquem colligatam, lineam generis ductumq́e deſignet. Sequit ergo,& id planius lucidiusq; ſignificat,cū dicit:

Dici-

Dicitur rursus genus cuiuscunq; generationis princi ;ium, aut à generante, aut ab eo loco in quo quis genitus est. Id ipsum latius expedi ;t quod superius stricto & se ni tuoso breuitatis uinculo colligauerat. Dicit enim rursi ;us genus dici, aut à generante, id est à quo qs genitus est, aut ab eo loco in q̃ quis n atus est. Sed Rursus particula, si ad hoc connectatur, quod ait aut ab eo in quo quis ;genitus est, intellectus non titu bat, ut sit ordo. Dicitur genus uniuscuiusq; natiuitat is principium, aut à generante, aut rursus ab eo loco in quo quis genitus est, uel cer;è erit simplicior expositio, si pri orem generis significationem, id est quorundam ad aliquem quodammodo se ha bentium collationem, ad solius cognationem multitudinis accipiamus; lineæ ue ro ductum, & loci generationem in inferiori significatione distribui ; ita tamen ut una quodammodo generis significatione, & mul itudinis cognationem, & à gene rante lineam, & loci natiuitatem significet. Hæc enim omnia de sola cuiuslibet no minatione tractantur. Quare non absurdum est omnia quæ ad ortum genitalem cuiuslibet pertineant una significatione generis contineri. Proprie tamen & sim plicissimę expositionis est quatuor significatiões generis constituisse Victorinum, ut ad tres Porphyrij unam ipse addiderit, & honestum genus causæ, ut sint generis hæ quatuor significationes, multitudinis cognatio, lineæ ductus, genus causæ, ge nus specierum. Sequitur secunda generis diuisio apud Victorinũ, ut est genus cau sæ quæ Greci (ut dictum est) non genera sed σχήματα uocant. Tertię uero significa tionis generis hic modus est, genus dici cui supponitur species. id est genus illud à quo species deriuantur, quod ait ad superiorum fortasse similitudinem, æquitatęq; dispositum. Sic enim genus speciebus suis principium est, ut Romulus his qui ab eo cognati sunt iunctiq́ue Romani. Item eodem modo nomen Romuli Roma nos omnes continet, quemadmodum nomine generis species continentur. Nam sicut à Dardano Dardanidæ prioris nomen Dardani in sese ipsos posteriores ac cipiunt; ita & animal, cum, uerbi gratia, species habeat hominem atque equum, equus scilicet atq; homo animalis in se uocabulum capere, ut dicantur ipsa ani malia, non recusant. Eodem igitur modo species sub generibus continent̃, quem admodum cognati homines sub illo à quo illam cognationem forte traxerũt. Nam & genus speciebus principium est, & plurimarum in se specierum collectiuum est. Rursus primum cognationis nomen & ipsius generationis est principium, & in il lius solius uocabulo diuersitas hominum uocabuli & generis participatione colligi tur, atq; hoc est quod ait his uerbis: Aliter dicitur genus cui supponunt̃ species, iux ta similitudinem forte superiorum appellatum: etenim principium quoddam est ge nus his quę sub ipso sunt, & uidetur multitudinem continere omnium quæ sub se sunt. Sed cautissime est additum, uidetur. Si enim nihil hæc omnia distarent, una significatio generis esset, & ea quę in species funditur, & ea quę in cognatione diui ditur. Sed est inter hæc genera talis diuersitas, & quòd genera earum specierum, quæ sub se habent alias species, æquęuis speciebus æqualiter sunt genera. Hominẽ enim & equum, qui sub animali sunt, neutrum neutro possumus dicere prius, quan tum pertinet ad tempus, inchoationemq; nascendi. Nam si qua res una sit prior, al tera posterior, & eas sub uniuscuiusq; generis nomine quis uelit aptare, non pote rit. Genus enim speciebus suis æqualiter genus est. Quod si genus specib. suis æqua liter genus est, species ipsę eius ordinis inter se æquali tempore ortuq; censentur. At uero in generibus quæ cognationes efficiunt nõ ita est. Quisquis enim fuit Ca pis pater, qui Capuam condidit, si solum filium Capim progenuit, & ab eo uno Ca puanorum cognatio iunctioq; manauit, distat à genere cuius species supponũtur, quod genus uni speciei genus esse nunquam potest nisi pluribus, quod quoniam est idõneũ genus illud, id est principium cognationum etiam ab uno filio colligere & cõgregare cognationem, quod genus per species ductum facere nõ potest, nisi plu

res spe-

res species supponantur. Constat in hoc distare genus quod cognationem colligit, & à quo species diuiduntur. Potest autem distare in hoc etiam quod genus, id est principium cognationis potest habere sub se duos, ex se non æquali temporis con ditione progenitos, sed alium posterioris ortus, alium uero senioris, quod in generi bus, speciebusq; non conuenit. Nam (ut superius dictum est) species nisi sibi æ quales fuerint non merito, sed natura, sub genere poni non possunt. His igitur ex peditis sequitur.

Toties igitur de genere dicto, de postrema significatione inter philoso sophos disputatio est, quod definientes ita declarant: Genus esse quod ad plurimas differentias specie distantes in eo quod quid sit, prędicetur.

Quod dicit toties, tertio demonstrare uult, atque hoc propter lucidam operis seri em admissum est, ut quoniam genus plurimorum nomen est, omnis eius primum si gnificatio diceretur, ut de qua disputandum esset aliis reiectis eligeretur. Quod ait hoc modo, cum toties, id est tertio genus dicatur apud philosophos, unde ipse tracta turus est de postrema generis significatione quam dixit, id est de illo genere quod sub se species habet disputatio consideratio;q́ue uertitur. At uero de superioribus generibus, id est de cognatione & loco in quo quis genitus est, aut historicorum, aut poëtarum expectatio est, secundi uero generis rhetorum, tertij philosophorum con sideratio est. Etiam hic in disputationibus ordo est, quod cũ inciderint res quæ mul tis possint nominibus nuncupari, & de uno quocunque eorum uocabulo tractari dis seriq́ue necesse sit, ducuntur prius in ordinem omnia, ut id quod elígitur & reiicitur distinguatur. Sed illa quę reiicienda atque explodenda sunt prius dicuntur. Illud uero quod disserendum tractandumq́ue capitur posterius nominatur, ut hic illa po sterior generis significatio posita est, quam disserendam accepturus prius definien dam, & termino quodam circunscribendam demonstrandamq́ue suscepit. Omnis enim res nisi quod prius sit, constiterit, eius tractatus uacuus modo speculationis ha bebitur. Definit igitur genus sic, Genus esse, quod ad plures differentias specie di stantes in eo quod quid sit prædicatur, uelut animal, quæ diffinitio talis est: Om nia quæ distant, habent inter se quandam differentiam qua distare & differre uiden tur. Porrò autem si quod sit genus, & sub eo species supponatur, duas uel plures necesse est species poni sub genere, quoniam unius speciei genus esse non potest. Sed si plurimę species erunt, aliqua necesse est differentia diuidantur, aliter enim plu res esse non possunt. Nam si nihil distent non erunt plures species, & nomen gene ris perit. Constat igitur eas sub genere poni species, quæ differentijs distributæ plu res numero ipsarum differentiarum diuisionibus componantur. Ergo quoniam su perius dictũ est in omnibus definitionibus à genere definitionis trahendũ esse prin cipium, si quam cuiuslibet speciem definire uolueris, genus primo necessario nomi nabis, & ad illam speciem quam definis, generis nomen prius aptabis. Et hoc illam principaliter dicis esse, quod est illud genus sub quo ipsa species quam definis est po sita. Post autem differentijs proprijsq́ue eam ab alijs circunscriptione quadam defi nitionis excludis. Nam si dicis animal esse hominem, animal genus est, species ue ro homo. Nomen igitur animalis, id est generis de homine, id est specie prædi catti, cum dixeris hominem esse animal. Quod si nomen generis in definitioni bus ad unam speciem dicere posses, de ea nomen generis prædicares; species au tem ut non æquali modo generibus suis species sint, nihil uetat, immò etiam neces se est semper quæcunque sunt genera de sibi subiectis speciebus in definitioni bus, uel in quibuslibet interrogationibus prędicari. Sed quoniam prædicatur genus de speciebus, quomodo prædicatur agnoscendum est. Nam si dixeris quid est homo, & aliquis responderit, animal, bene & integre respondisse ui detur,

detur, & certe. Nam cum tu quid sit homo interrogaueris, ille respondit animal, genus scilicet de specie in eo quod quid sit species prædicatur. Nam tu quid esset species interrogasti; ille uero in eo quod quid sit species de qua interrogasti, animalis nomen, id est genus accommodauit. Plena igitur & propria definitio facta est generis, hoc esse genus, quod ad plurimas differentias specie distantes in eo q̃d quid sit appellatur, ut animal: animal enim ad hominem, equum, bouem, coruum, anguem, & alia plura quæ differentijs speciebusq́ue differunt, in eo quod quid sit appellatur. Sed utrum sic dixit genus esse, quod ad plurimas species differentia distantes in eo quod quid sit prædicetur, an sic dixit genus esse, quod ad plurimas genus differentias specie distantes in eo quod quid sit prædicetur, nihil interest. Nam siue differentiæ specie distent, siue species differentijs distent, utrum que idem est. Nam siue rationale & irrationale quæ sunt differentiæ, specie hominis, uerbi gratia, atque equi distent, siue species homo atque equus differentia rationali atque irrationali diuidantur & distent, nihil interest. Quare plena perfectaq́ facta est generis diuisio. Sed definitiones duplicibus modis fiunt: una enim definitio est, quæ (sicut dictum est) à genere trahitur. Sed quoniam sunt quædam genera magis, quæ super se genus aliud habere non possunt, ut sunt prædicamenta decem quæ Aristoteles constituit, eorum igitur definitio quæ haberi potest, quorum genus inueniri non potest, quod omnium quæcunque sunt ipsa sunt genera. Horum ergo quos Græci ὑπογραφικοὺς λόγους dicunt, Latini subscriptiuas rationes dicere possunt, reddemus. Subscriptiuę autem rationes sunt demonstratiuę, & quodammodo insignitiuæ proprietatis illius rei, quæ cum ipsa generalissima sit, & genus eius nullum reperiri possit, eam tamen definire necesse est; & Aristoteles, quoniam substantiam genus generalissimum definire uolebat, & eius nullum genus poterat inuenire, proprietatem quandam & demonstrationem subscriptionemq́ ipsius rei dicit esse subiectum. Substantia enim omnibus subiecta est. Accidens enim quod in nouem diuidit partes, præter substantiam esse non potest, atque ideo omnia quęcunque definienda sunt, si genus non habeant, eorum subscriptiuam quandam & demonstratiuam rationem reddi necesse est. Sic igitur nunc genus quoniam rem ipsam definiendam putabat, non duxit à genere definitionem, sed dedit quandam generis demonstrationem proprietatemq́ue. Dico autem quòd Porphyrius uel subalternorum generum, uel illorum quæ generalissima sunt, hanc dederit definitionem, & quodammodo subscriptionem demonstrationemq́ue. Nam si quod genus habet aliud genus, & item hoc ipsum aliud, & item aliud, si nullum erit supra genus, quod genus non habeat, in infinitum procedit ratio. Sin uero habuerit, necesse est quoque istam definitionem aperte ordinateq́ue congruere. Dico autem genus non animal animali, neque quod homo species sit homini, atque equus equo: sed illud quo ipsum animal homini atque equo genus est. animal enim ipsum per sese nulli genus est, neque homo ipsum per sese ulli species est, neque equus ipsum per sese ulli species est, sed sunt genera & species ad alterius participationem. Nam quoniam sub animali est equus atque homo, non ad seipsum animal genus est, sed ad equum atque hominem. Et item species quæ uocantur, homo scilicet atque equus, non ad equum atque hominem, sed ad animal species sunt. Dico igitur genus & species non ipsas substantias in quibus genus & species sunt, sed ipsam participationem priorum ad subteriores, & subteriorum ad priores. Hæc igitur participatio quoniam & in magis generibus, & in magis speciebus, & in subalternis generibus, & in subalternis speciebus una atque eadem est, & huius participationis inueniri genus non poterat, hæc definito generis quæ facta est, non à genere tracta est, sed subscriptiua ratio & demonstratiua & designatiua quodammodo generis est reddita. Hic Fabius: Subtiliter mehercle & quod nunquam ferè ante

antehac audiuimus, sed perge quæso te. Iam enim certant sydera q̃uoddammodo, & nox luce superatur. Tunc ego: Sequitur rerum omnium prima breuisq́ue diuisio, Ita enim ait:

> Eorum quæ dicuntur, alia ad proprietatem dicuntur, sicut sunt omnia indiuidua, ut est Socrates, & hoc & illud. Alia quæ ad multitudinem, ut sunt genera, species, & differentię, & propria, & accidentia. Hęc enim communiter non unius proprię appellationis sunt. Est enim genus ut animal, species ut homo, differentia ut rationale, proprium ut risibile, accidens ut album, sedere. Ab his igitur quę ad unitatem dicũtur differt genus, quod genus est quod de pluribus prędicatur.

Breuis (ut supra dictum est) & distincta diuisio. Omnis enim res, aut unius rei nomen est, aut plurimarum, & hoc est quod ait: Eorum quæ dicuntur alia ad unitatem dicuntur, sicut sunt omnia indiuidua. Quid autem sit breuiter explicandum est. Omne genus, quoniam sub se species habet, species uero differentijs disiunguntur, & propriet. atibus explicantur. Accidunt autem in speciebus accidentia secundo loco, principaliter uero in indiuiduis quæ sunt sub speciebus. Quid autem sit posterius dicendum est. Genera igitur & de speciebus dicunt, & de differentijs quæ ipsas species distribuunt, & de proprijs quæ species cõponunt, & de his accidentibus quæ cũ principaliter in indiuiduis fuerint, in speciebus esse dicuntur: hoc autem mõstremus exemplis, & sit nobis genus animal, sit species homo, sit differentia rationale, sit proprium risibile, sit accidens stans uel ambulans, uel aliquid in mensura corporis, ut tripedalis. Animal ergo quod genus est, dicitur de specie, id est de homine. Dicis enim hominem esse animal. Porro autem de speciei differentia nihilominus dicis genus. Dicis enim rationale esse animal. Nihil autem prohibet eodem modo & de proprio genus dicere. Nam si dicas quid est risibile, non absurdum est animal nominare. Accidentia uero hoc modo principaliter in indiuiduis, secundo uero loco sunt in speciebus. Nam si quis dicat singulos homines, utputa Ciceronem sedere uel stare, uel quod aliud libet, in specie hominis eadem quoque conuenire necesse est. Nam si Cicero sedet, sedet etiam homo. Si Cicero ambulat, ambulat etiam homo. Ergo si qua accidentia uenerint ab indiuiduis, & ea tracta in speciebus confederint, ad ipsa quoque accidentia dici poterit genus. Quid est, enim ambulans si quis interroget? merito animal dicitur. Nihil enim ambulare nisi animal potest. Porro autem sub speciebus indiuidua sunt, ut Cicero & Virgilius sub homine ad quæ indiuidua genus speciei prædicari potest. Nam si interrogaueris quid est Cicero? merito animal dicas. Genus igitur & ad speciẽ & ad differentias, & ad accidentia, & ad propria, & ad indiuidua nominatur. Porro autem species, non iam de genere, neque de differentijs, sed de solis proprijs & subiectis indiuiduis appellatur. In illis, id est indiuiduis, quia supereст: in proprijs, quia æqualis est. Quid autem sit hoc modo uidemus: Omnia genera speciebus suis supersunt & abundant. Abundare autem genera dicimus speciebus, plus habere genera uirtutis quàm species. Homo enim quod est species solum homo est. Animal uero quod est genus, non solum homo est, sed & equus uel bos, uel quodlibet aliud animali suppositum. Ita maior uis generis recte de minori sibi & subiecta specie prædicatur. Alia uero sunt, quæ sibi sunt paria ut sunt propria & species. Species est homo, proprium risibile. Quicquid ergo fuerit risibile, hoc est homo. Quicquid homo, hoc risibile est. Itaque neque risibile hominis, neque homo risibilis potentiam superuadit, sed æqualia sibi ad se inuicem prædicari possunt, ut si dicas, quid est homo? Risibile. Quid est risibile? Homo. Ita igitur quæcunque superiora fuer-

riora fuerint ad illa quæ ſubteriora ſunt, prædicantur. Et quęcunque æqualia fuerint, pariter ſibi adinuicem prædicantur. Illa uero quæ ſubteriora ſunt & minora, de ſuperioribus & abundantibus, ut ſunt genera & ſpecies prædicari non poſſunt. Nunquam enim recte ſpeciem de genere prædicabis. Ita ergo ſpecies de proprio prędicatur ut pari. Sed quoniam ſub ſpeciebus ſigillatim indiuidua ſunt: indiuidua autem uocamus quæ in nullas ſpecies, neque in aliquas iam alias partes diuidi poſſunt, ut eſt Cato, uel Plato, uel Cicero, & quicquid hominũ ſingulorum eſt: hos enim in nullis partibus diuidis, ut animal in ſpecies, hominẽ ſcilicet, atque equum, hominem quoque ipſum ſpecialem, & ſingulos circumplecten tem, in Catonem, Platonem, Virgilium, & omnes ſigillatim homines diſtributos hominem uero ipſum ſingularem, id eſt Ciceronem in nullos alios diſtribuere poſſumus, atque ideo ἄτομον, id eſt, indiuiduum uocitatum eſt. Species ergo quæ ad propria æqualiter prædicatur ad indiuidua, quoniam maior eſt ſpecies hominis, quàm quodlibet aliud indiuiduum, ita prædicatur ut ſuperius ad id quod eſt ſubalterius. Cicero enim ſolus Cicero eſt, homo autem non ſolus eſt Cicero, quod ſi ad indiuidua prædicatur, & ad indiuiduorum accidentia prædicatur. Ita igitur ſpecies ad genus quod ſuperius eſt non prædicatur, neque ad differentiam, quia differentia (ut nunc monſtraturi ſumus) ſuper ſpeciem eſt, ad propriũ uero cui par ſpecies eſt, uel ad indiuiduum cui ſupereſt, prædicatur. Differẽtia uero & ad ſpecies, & ad propria, & ad accidentia, & ad indiuidua prædicatur. Namque rationale quod eſt differentia ad hominem prædicatur, quod eſt ſpecies. Ita rationale quod eſt differentia, prędicatur ad riſibile, id eſt proprium. Dicitur enim id eſſe riſibile, quod rationale. Nam ſi homo rationale, & homo riſibile, cõſtat id quod eſt riſibile etiam rationale poſſe nominari. Quod ſi ad ſpecies differentia dicitur, ſpecies autem ad indiuidua prędicatur, neceſſe eſt ut differentia, quoque ad indiuidua prædicetur. Dicis enim qualis eſt Cicero? rationalis. Quod ſi differentia ad indiuidua prædicatur, accidentia uero in diuiduis accidunt, neceſſe eſt differentias ad accidentia prædicari. Proprium uero quoniam ſemper unius ſpeciei proprium eſt, & ad unam ſpeciem prædicatur ſolã, cui eſt proprium. Reſibile namque quod proprium eſt, ad ſolam hominis ſpeciẽ prædicatur. Quod ſi ad hominis ſpeciem prædicatur, ſpecies uero ad indiuidua dicitur, non eſt dubium quin proprium quoque de indiuiduis prędicetur. Nam ſi homo riſibile animal eſt. Cicero quoque & Virgilius riſibilia animalia recte dicunẽ. Quod ſi proprium ad indiuidua recte dicitur, recte etiam & de accidentibus prædicaẽ, quę ipſis accidunt indiuiduis. Accidentia uero & ipſa & de ſpeciebus & de aliis omnibus prædicantur, & de ipſis maxime indiuiduis. Namque & albus equus & albus homo dicitur, & iterum niger equus, & niger ęthiops dicitur. Quod ſi ita eſt, animal quoque nigrum dicitur. Dicitur etiam rationale nigrũ & irrationale nigrum, quippe ſi equus & homo ęthiops, nigri ſunt. Dicitur etiam riſibile nigrum cum hominũ quis niger fuerit. Dicitur etiam indiuiduum nigrum, cum ſic quis unus homo ex Aethiopia nominaẽ. Quod cum ita ſit, conſtat & genus ad plurima prædicari, id eſt ſpecies, differentias, accidentia, propria, atque indiuidua, nihilominus & differentiã ad plurima prædicari, id eſt ad ſpecies, propria, ad indiuidua & accidentia, & proprium ad plurima, id eſt ſpeciem, indiuidua & accidentia. Et ſpeciem ad plurima, id eſt indiuidua & accidentia. Accidens uero & ad genus & ad ſpeciem, & ad proprium, & ad differentiam, & ad indiuidua. Quod ſi ita eſt, has quinque res conſtat ad plurima prędicari. At uero indiuiduum quoniam ſub ſe nihil habet ad ſingularitatem quandam & unitatem prędicatur. Cicero enim unus eſt, & ad unum nomen aptatur. Ita indiuidna quę ad unitatem dicuntur, cunctis ſuperioribus ſuppoſita ſunt, ut genus, ſpecies, differentia, ad propria, uel accidentia, quamuis ad ſe inuicem dici poſſunt, ad indiuidua tamen æqualiter prædicantur, ut ſuperius demonſtratum eſt. Indiuidua uero, quoniam ſub ſe nihil habent,

bent, ubi ſecari deſtribuique poſſint, ad nihil aliud prædicantur, niſi ad ſeipſa quæ ſingula atque una ſunt. Atque hoc eſt quod ait: Eorum quæ dicuntur alia ad unitatem dicuntur, ſicut omnia indiuidua, ut eſt Socrates, & hoc & illud. Alia quæ ad multitudinem, ut ſunt genera, & ſpecies, & differentiæ, & propria, & accidentia. Hæc enim communiter non unius propriæ appellationis ſunt. Simile eſt ac ſi diceret: Hæc enim communiter ad plurima prædicantur non ad unitatem, ſicut indiuidua. Et quid ſint genera uel ſpecies uel differentię uel propria uel accidentia exemplum ſupponit dicens: Eſt enim genus, ut animal. ſpecies, ut homo, quam dudum hominis ſpeciem cum aliis animantibus ſub animali poſuimus. Differentia ut rationale qua ſpecies, ſcilicet hominis ab irrationali diſtat animali. Proprium, ut riſibile, quod nullum aliud animal, neque rationale, neque irrationale habet. Nullum enim animal ridet, niſi ſolus homo. Quare cum quędam cœleſtium poteſtatũ animalia rationabilia ſint, eorum tamen proprium riſibile non eſt, quoniam non rident. Recte igitur riſibile, ſolius hominis proprium prędicatur. Accidens, album, nigrum & ſedere, quoniam in ſubſtantia hominum non ſunt, merito accidentia nominantur. Nam ſi ſubſtantię cuiuſcunque ſpeciei intereſſet, id quod accidens dicimus, interempto accidenti periret etiam eius ſpeciei ſubſtantia cui accidit. Nam quoniam rationale in hominis ſubſtantia eſt, ſi rationabilitas interimatur, hominis quoque ſubſtantia, neceſſario peritura eſt. Iccirco, quoniam in ipſius ſpeciei ſubſtantia naturaque uerſatur. At uero album & nigrum, uel quæcunque ſunt accidentia ſi interimas, ſpecies ipſa in qua illa accidebant, manet. Nam neque omnis homo candidus, neque omnis niger eſt, & cui alterutra defuerint eius ſpecies non peribit. Atque iccirco hęc accidentia, ueluti non innata in ſubſtantia, ſed à foris uenientia recte nominata ſunt. Nunc ergo quoniam quid ſit genus oſtendiẽ, & ea quæ ad unitatem dicuntur, ab iis quę de plurimis prædicantur diſtinxit, atque diſtribuit, ipſius generis differentias, uel ab his quæ ad unitatẽ dicuntur, uel ab eis quæ ad pluralitatem congruunt, id eſt differentia, ſpecie, proprio, accidentique declarat, & dicit genus ab illis quæ ad ſola indiuidua prædicantur, id eſt quæ ad unitatem, hoc differre, quod genus ad plurima prædicetur, indiuidua uero ad ſingula. Sed quoniam hæc differentia generis ad indiuidua communis erat differentijs, ſpeciebuſque, proprijs, & accidentibus, ab illis ipſis aliis differẽtijs genus diuidit atq; diſiungit. Quod ita demonſtrat. Ab his igitur quæ ad unitatem dicuntur differt genus, quod genus eſt hoc quod de pluribus prædicatur.

Ab his ergo reliquis genus differt. Primo à ſpecie, quoniam ſpecies, etſi de pluribus, non tamen ſpecie differentibus, ſed numero prædicatur.

Ac primum generis ſpecieique diſtantiam monſtrat, quæ prior eſt à genere. Nam quamuis differentia ſupra ſpeciem ſit, non ſuper ſubalternam tamen, ſed ſuper ſpeciem ſpecialiſſimam differentia ponitur. Nam quamuis rationalis differentia ſuper hominem ponatur, quæ ſpecies ſpecialiſſima eſt, tamen ante ſpeciem ſpecialiſſimam ipſa differentia ſpecies eſt eius generis, cui ſpecies ſpecialiſſima ſupponitur. Nam ſub animali ante hominem rationale ponitur. Igitur cum genus & ſpecies utraque ad plurima prædicentur, genus uero ad plurimas ſpecies in eo quod quid ſit prędicatur, ſpecies non iam ad plurimas ſpecies ſed ad plurima indiuidua prædicatur. Sunt autem quædam genera generaliſſima (ut dictum eſt) ſupra quę aliud genus inueniri non poſſit. Sunt autem ſpecies ſub quibus aliæ ſpecies inueniri non poſſint, & integra ſpecies illa nominatur, quæ nunquã genus eſt, id eſt ſub qua ſpecies nullę ſunt. Nam ſi ſub ea ſpecies eſſent, ipſa etiam genus eſſe poſſet. Species ergo quę uerè ſpecies eſt, alias ſub ſe ſpecies non habebit, ut eſt homo. Namque homo quoniam ſpecies eſt, ſinguli homines qui ſub ipſo ſunt, nõ eius ſpe

cies ſed indiuidua nominantur. Nam ſi homo genus eſſet hominum ſingulorum, genus autem ſicut dictum eſt, ad plurimas res ſpecie differentes in eo quod quid ſit appellatur: homo, id eſt ſpecies, ſi ut genus prædicaretur ad ſingulos homines tanguli homines ſpecie ipſa differrent. Sed ſinguli homines ſpecie non differunt, quod autem ſpecie non differt, ſi quid ad hoc prædicatum fuerit, non prædicatur ut genus ad ſpecies, id eſt homo non prædicatur ad ſingulos homines ut genus ad res plurimas ſpecie differentes, ſed ad res plurimas numero differentes. ſinguli enim homines numero à ſe tantum non ſpecie diſtant. Atque ideo quoniam genus ſic ad ſubiecta prædicat, ut ad plurimas res ſpecie differentes prædicetur, ſpecies autem ad ſubiecta ita prædicatur, ut ad plurimas res numero differentes prædicetur. Congruunt igitur ſibi genus & ſpecies, quod genus & ſpecies ad plurima prædicantur, & utraque in eo quod quid ſit. Nam ſi interroges quid eſt homo, animal dicitur, id eſt genus. Et ſi interroges quid eſt Cicero, homo dicitur, id eſt ſpecies. Diſtant autem, quod quamuis utraque ad plurima prædicentur, & in eo quod quid ſit, genus tamen prædicatur ad res ſpecie differentes, ſpecies uero dicitur ad res tantum numero differentes, quod Porphyrius ſic demonſtrat:

> Ab his uero reliquis quæ de pluribus appellantur, genus differt, primo à ſpecie. Quoniam ſpecies, & ſi de pluribus prædicentur, non tamen ſpecie differentibus, ſed numero. homo enim ſpecies cum ſit, de Socrate, Iarone, & Cicerone prædicatur, qui non ſpecie, ſed numero differunt. Animal uero quod genus eſt, & bouis & equi prædicatio eſt, quæ differũt ſpecie à ſe inuicem, non numero ſolo.

Quod ſimile eſt ac ſi diceret, genus à ſpecie unam differentiam plus habere. Cõgruunt namque genera ſpeciebus, quod utraque in eo quod quid ſit prædicantur, ut dictum eſt. Congruunt item genus & ſpecies quod utraque ad res plurimas prædicantur. Congruit item genus & ſpecies, quod utraque ad res numero differentes prædicantur. Nam & ſinguli homines ita à ſe diuiſi ſunt, quantum ad numerum, ut homo ab equo uel boue, uel à ceruo, uel à quibuslibet alijs animantibus. At uero diſtat à ſpecie genus, quod genus de pluribus rebus ſpecie differentibus prædicatur, quod ſpecies non habent. Nihil autem differre arbitror, utrũ ita dicatur aliam rem ad aliam prædicari, an aliam rem de alia prædicari. Vterque enim idem intellectus eſt. Nam ſi animal prædicatur ad hominem, idem etiam animal de homine prædicatur. Nam cum interrogaueris quid eſt homo? reſpondes de hominis interrogatione hominem eſſe animal. Sed nunc oportet nos ea quę ſequuntur aſpicere. Quid ergo ſequitur?

> A proprio autem genus differt, quod proprium iuxta quamque ſpeciem proprium appellatur cui proprium eſt, & iuxta ea quæ ſub ſpecie ſunt, ſcilicet indiuidua. Namque riſibile hominis ſolum eſt, & ſingulorum utique hominum. Genus autem non ad unam ſpeciem, ſed ad plures res ſpecie differentes ſemper aptatur.

Ergo hoc uidetur hic dicere, quod omne proprium ſi fuerit ſpeciei unius tunc uere eſt proprium. Nam ſi unius ſpeciei non fuerit, ſed duarum uel plurium, tunc duobus uel pluribus non proprium, ſed erit in ſubſtantiæ ratione commune. Conſtat ergo proprium ei cuius eſt proprium, ſoli ſpeciei ſinguläriter adhærere. Vnde quoniã hominis ſpecies ſola eſt quę rideat, riſibile homini proprie & ſinguläriter aptaẽ. Ad unam ſemper igitur ſpeciem proprietas adhibetur. Diſtat igitur proprium à genere, quod genus ſemper ad plurimas ſpecies appellatur, proprium uero de una tantũ ſpecie

ſpecie cuius eſt proprium. Nam ſi riſibile dicas, ad unam tantum ſpeciem hominis appellatur. Cõgruit autem genus cum proprio in hoc, quod genus & proprium de pluribus appellantur. Namque genus ad plures ſpecies appellatur. Appellatur etiã genus de his quæ ſub ſpeciebus ſunt indiuiduis. Nam ſi homo & equus animal eſt, erit etiam Cicero animal, & quilibet equus ſinguläriter animal nominatur. Similiter & proprium ad plurima dicitur. Dicitur enim ad unamquamq; ſpeciem, & ad ea indiuidua quæ ſunt ſub ſpecie prædicatur. Nam ſi homo riſibilis eſt, riſibilis eſt etiam Cicero & Virgilius, & quicunq; ſinguläriter nominantur riſibiles ſunt. Congruunt etiam quoniam utraque in eo quod quid ſit prædicantur. Nam genus de ſpecie in eo quod quid ſit prædicatur. Nam ſi dicis quid eſt homo? animal appellabis. Item proprium in eo quod quid ſit prædicatur. Nam ſi dicis quid eſt homo? merito riſibile prædicabis. Congruunt autem quod genus & proprium ad plurimas res numero differentes prædicantur. Nam ita à ſe differunt ſingula animalia, id eſt homo, equus & coruus, & cætera, ut ſinguli homines, quantum ad numerum. Diſtat autem à genere, quòd genus ad plurimas ſpecies prædicatur, proprium uero ad unam ſolam cuius eſt proprium nominatur. Sed nõ eſt inter genus & proprium eadem differentia quæ eſt inter ſpeciem & genus. Nam ſpecies de nulla omnino ſpecie prædicatur, proprium uero licet non ad plures, ad unam tamen ſolam ſpeciem cuius eſt proprium, ſemper aptatur. Poſt hæc igitur de differentię accidentiſq; à genere diſtantia differit dicens:

> A differentia uero & ab accidentibus differt genus, quoniã & ſi etiam iſta de pluribus ſpecie differentibus prædicantur, (differentiæ ſcilicet, & accidentia quæ communiter accidunt) non tamen in eo quod quid ſit appellantur, cum interrogantibus nobis ſit ſecundum ea reſpõſio. magis enim quale quid ſit oſtenditur.

Differentiam uero & accidens idcirco poſterius reſeruauit, quòd eorum unam differentiam erat diſtantiamq; dicturus. Differentia enim & accidens, qualitatem cuiuſcunq; ſpeciei demonſtrant. Illa ſubſtantiæ qualitatẽ, id eſt differentia. Illud, id eſt accidẽs, accidentalẽ qualitatẽ nõ ſubſtantię. Ergo quoniã genus ſup ſpeciem eſt, & ſpecies ſuppoſita generi, genus ſpeciẽ, ſpecies indiuiduũ qđ ſit oſtẽdit. Porrò aũt ſola poſſunt ſpecies differentia ſegregari. qualitatibus enim ſubſtãtialibus, id eſt ſubſtantias declarantibus ſeiunguntur atque diſpertiũtur. Nam cum animal genus ſit, homo uero uel equus ſpecies, quales utręq; ſpecies ſint, monſtrat differentiæ ſegregatio, ut dicamus ſpeciem eſſe hominis rationalem, ſpeciem uero equi irrationalẽ. Si quis enim interroget quid eſt homo? animal dicitur. Sin autem quis dicat qualis eſt homo? rationalis reſpondetur. Ita ſemper differentia non in eo quod quid ſit, ſed in eo quod quale ſit appellatur: de accidenti uero non dubium eſt, cum ipſa qualitas in accidentis partibus componatur. Namq; in prędicamentis inter alias nouem partes accidentis, etiam qualitas nominatur. Nam etiã ſi quis interroget qualis cor ui ſpecies ſit, nigra continuo reſpondetur. Congruunt ergo genera differentijs & accidentibus quod de ſpeciebus pluribus prędicantur. Nam ſicut genus ſpecies ſub ſe plures habet, ita differentia. Nam rationalem dicimus Deum & hominem. Rurſus etiam accidens de pluribus ſpeciebus prædicatur. Nam nigrum dicimus & hominem, & equum, & coruum, & ebenum, & plurimas alias ſpecies. Rurſus congruit genus differentiæ, quod ſicut genus ſic differentia æqualiter ad indiuiduũ prædicatur. Nam ſi Cicero animal eſt, quod eſt genus, & rationale animal eſt, quod eſt differentia. Congruunt etiam quod de numero differentibus prædicantur, quod ſuperius de alijs monſtratum eſt. Diſtat aũt quòd (ſicut dictum eſt) genus in eo quod

quid ſit appellatur; differentia uero uel accidentia in eo quod quale ſit prædicantur. Nam ſi dicas quid eſt homo, appellabis genus, & dicis animal eſſe hominem. Si uero qualis ſit ad differentiam interrogaueris, rationale reſpondeam, uel accidens nigrum uel album, uel qualis quiſq; ſit de quo interrogatur. His igitur diſtributis diſtantias ipſas à primordio rurſus orditur dicens:

> Vnde hoc quod de pluribus prędicatur genus diſtat ab iis quę de ſingulis prædicantur, hoc eſt ab indiuiduis. Illo quod de ſpecie differentibus prędicatur diſtat à ſpeciebus & à proprijs. Illo etiam in quo quid ſit appellatur, ſecernitur à differentijs, & à communiter accidentibus, quod hęc duo quale quid ſit declarant.

Hoc dicit diſtare genus ab indiuiduis, quòd genus de pluribus (ut dictũ eſt) prædicatur. Colligit autem & in unum redigit proprij ſpecieiq́ue differentias. Nam quoniam ſpecies de pluribus non ſpecie, ſed numero differẽtibus prædicatur, proprium uero de una tãtum ſpecie, & de iis quę ſub eadem ſpecie ſunt indiuiduis prædicatur. Quamuis enim de una ſpecie prædicetur, tamẽ æqua eſt illi cum ſpecie à genere differentia de pluribus ſpecie differentibus non prædicari. Nam neque ſpecies prædicare omnino de ſpeciebus aliquid poterit; neque proprium, quoniam proprium nõ de pluribus ſpeciebus, ſed de una tantum cuius eſt ſpecie prædicatur. Quod ſi ita eſt, una differentia à genere, ſpecies & propria ſeiunguntur. Accidens uero & differentia eadem quoque una à genere differentia ſeparãtur, quòd genus in eo quod quid ſit dicitur, differentia uero uel accidentia, in eo quod quale appellantur. Has Porphyrius ad conſtruendam generis rationem differentias quam parciſſime poteſt colligit, & ipſas differentias multis modis poſterius probaturus, nũc uero quantum ſat eſt dicit ſe abundantem generis conſtituiſſe rationem, hoc dicens:

> Hoc ſi ita eſt, nullo minus aut plus effecta eſt generis diffinitio.

Perfectam plenamq; ſe generis diffinitionem feciſſe dicit, quoniam neque plus neque minus facta ſit diffinitio, ſed æqualiter ad genus pariliterq́ue compoſita. Quod quale ſit hoc modo monſtrandum eſt. Nouimus quod quędam res quæ ad alia prędicantur his de quibus prædicantur, abundant, ut genera & ſpecies. Namq; animal quod genus eſt, de homine quod eſt ſpecies, hoc abũdat, quòd nomen generis etiã in equum atque bouem atque in alia ualet aptari. Ergo ſi quis ad quamlibet rem abundantem fecerit, maioremq́ue definitionem quàm ipſa res fuerit, quam definit, nõ erit integra propriaq́ue definitio, quoniam nõ ſolam illam rem amplectitur quam diffinit, ſi maior fuerit diffinitio, ſed etiam alias quaſcunque res quibus ipſius definitionis terminus abũdabit. Maiorum igitur prædicamentorum maior erit definitio, minorum uero minor erit etiam definitio. Animal ergo quod maius eſt, ita definiunt: Animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis: hominem uero quod ab animali minus eſt, ita definiunt: Homo eſt animal rationale, mortale, riſus & diſciplinæ perceptibile. Quòd ſi maius eſt animal ab homine, maior erit etiam animalis definitio ab hominis definitione. Plus enim erit dicere ſubſtantia animata ſenſibilis, quàm animal rationale, mortale. Nam ſubſtantia animata ſenſibilis, ſicut ipſum animal, non ſolum hominem complectitur, ſed etiam equum & bouem atque alias huiuſmodi ſpecies. Si quis ergo ad hominem maiorem definitionem aptauerit, quæ eſt animalis, ut ita definiat hominem: homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, non eſt plena definitionis ratio, cum equus atque bos ſubſtantia animata atque ſenſibilis eſſe poſſint, quæ ſpecies hominis non ſunt. Si quis uero maiori rei minorem definitionem aptauerit, curtam & diminutam quodammodo facit rationem. Nam ſi quis animal definire uolens dicat: Animal eſt res rationalis, riſus & diſciplinæ perceptibilis, non erit integra definitio, quoniam ſunt quædam animalia quę iſtius defini-

definitionis rationem ſubterfugere atque euadere poſſunt. Eſt enim animal bos, quod neque rationale ſit, neque riſus perceptibile. Sola igitur relinquantur bene definiri, quæcunque æqualibus definitionibus conſtituuntur. ubi autem æqualis definitio ſit, hoc modo poſſumus reperire: Prædicamenta quæcunque fuerint, ſi maius prædicamentum de minore aliquo prædicatur, conuerti non poteſt, ut minor de maiore prædicetur. Semper enim maiora de minoribus, nunquam minora de maioribus prędicantur. Nam ſi quis dicat hominem eſſe animal, non poterit conuertere animal eſſe hominem. Nam homo nihil aliud, quãtum adgenus, niſi animal eſt: animal quantum ad ſpecies poteſt eſſe etiam non homo. Paria uero prædicamenta ſem perſibi ipſa inuicem cõuertuntur. Nam quoniam riſibile ſolius eſt hominis, riſibile ad hominem prædicatum etiam conuerti poteſt, ut homo ad riſibile prædicetur. Dicitur enim quicquid eſt homo, riſibile: quicquid eſt riſibile, homo. Ergo quaſcunq; definitiones conuertere potes, ille uerę atque pares ſunt: quaſcunque cõuertere non potes, aut maiores, aut minores ſunt, pares inueniri non poſſunt. Nam ſi dicas hominem eſſe ſubſtantiam animatam atque ſenſibilem, uerum eſt. Item ſi conuertas & dicas, ſubſtantiam animatam atque ſenſibilem eſſe hominem, nõ omnino uerum dixeris. Poteſt enim ſubſtantia animata eſſe atq; ſenſibilis & homo non eſſe. Item ſi dixeris rem rationalem, mortalẽ, riſus & diſciplinæ capacem animal eſſe, uerum dixeris. Si autem dicas atq; conuertas animal eſſe rem rationalem, mortalem, riſus & diſciplinæ perceptibilem, non omnino uerum dixeris. Poteſt enim eſſe animal, & non eſſe rationale, & riſus capax. Ergo quoties maior eſt definitio, quàm id quod definitur, ſi prius dicitur id quod definitur, & maior definitio adhibetur, uera eſſe poterit definitio. Si enim prius dixeris hominem rem minorem, & ad ipſum poſtea adhibueris definitionem maiorem, ut prius dicas homo eſt, & poſtea ſubiungas ſubſtantia animata ſenſibilis, utrum eſt. Homo enim neceſſario eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Si uero prius dixeris definitionem, & poſtea dixeris id quod definies, uera eſſe non poteſt omnino. Nam ſi definitionem maiorem prius dixeris, dicens ſubſtantia animata ſenſibilis, & poſtea rem minorem intuleris, ut dicas homo eſt, ut ſit, ſubſtantia animata ſenſibilis homo eſt, non omnino uerum eſt. Poteſt enim eſſe & ſubſtantia animata ſenſibilis, non tamen homo. At uero ſi minor fuerit definitio quàm illa ipſa res quæ definitur, ſi prius dicta ſit definitio, uera eſt, poſterior, falſa. Nam ſi dixeris definitionem quæ eſt minor, res rationalis, mortalis, riſus & diſciplinę capax, & poſt intuleris animal eſt, ut ſit, res ratiõalis, mortalis, riſus & diſciplinæ capax animal eſt, uera eſt. Omnis enim res quę rationalis & mortalis eſt, riſus & diſciplinæ capax, neceſſario animal eſt. At uero ſi conuerteris, & rem maiorem prius dixeris: poſt uero minorem definitionem adhibueris, uera omnino eſſe non poteſt. Nam ſi dicas prius, animal eſt, poſtea autem iunxeris, res rationalis, mortalis, riſus & diſciplinæ perceptibilis, non omnino uerum eſt. Poteſt enim eſſe animal, & rationale uel mortale non eſſe. Itaque ſi maior eſt definitio quàm res fuerit: ſi prius rem dixeris, poſtea definitionem intuleris, uera eſt. Si uero prius definitionem dixeris poſt rem intuleris, falſa eſt. In minoribus uero definitionibus & maioribus rebus contra eſt. Nam ſi definitionem prius dixeris, poſtea rem ſubieceris, uera eſt. Si uero rem prius dixeris, poſtea definitionem ſubieceris, uera omnino eſſe non poteſt. At uero in æqualibus definitionibus cõuerti æqualiter poteſt. Nam quoniam ſolius hominis hæc eſt definitio, animal rationale, mortale, equalis eſt hęc ad hominem definitio, quoniam non eſt aliud, cui poſſit aptari. Itaq; ſi prius definitionem dixeris, poſtea rem ſubieceris, uera erit, ut eſt: homo eſt animal rationale mortale, riſus & diſciplinæ perceptibile. Sin uero conuerteris, & prius definitionem, poſtea rem dixeris, ut ſi dicas, animal quod fuerit rationale, mortale, riſus & diſciplinæ perceptibile homo eſt, hæc quoque uera eſt. ita ſemper ut definitiones uerę ſint, neque plus, neque minus in definitionibus oportet aptari, ſed æquali-

ter definitiones conuenienterq̃ue diſponi. Quod Porphyrius ſcilicet non ignorans ait, ſe neque plus, neque minus effeciſſe generis definitionem. Et Fabius. Sequitur inquit de ſpecie diſputare. Dic inquã quid ſequit? Et Fabius hic (ut opinor) ordo eſt.

DE SPECIE.

SPecies quoque multis dicitur modis. Nam & uniuſcuiuſque hominis forma ſpecies appellatur. Rurſus dicitur & pulchri tudo uultus, unde pulcherrimos quoſque ſpecioſos dicimus. Dicitur ſpecies & ea quæ ſuppoſita eſt generi, unde hominẽ, animalis ſpeciem appellamus, cum animal ipſum genus ſit: & album, coloris ſpeciem.

TVnc ego ſpeciei quoq; nomen ſicut generis equiuocũ puta. Nam & hoc quoque multifariam appellari deſignat. Dicitur enim inquit ſpecies & figura corporis, & fortaſſe alia plura. De quibus quoniã nullus tractatus habebatur, iure prætermiſſa ſunt. Hic tamen à Victorino uidetur erratum, quòd cum idem ſit cuiuſcunque hominis ſpecies & uultus, quaſi in alia appellatione ſpeciei uultus iterũ pulchritudinem dixit: quaſi uero non perinde pulchritudo uultus ſit ac tota ſpecies fuerit. nam ſi quiſpiam pulcher fuerit toto corpore, etiam uultu. Sed prætermiſſis his ad illam ſpeciem quę ſub genere ponitur, atque genus efficit ueniamus. Namq; ut dictũ eſt ſubſtantiæ ipſę nullo ſpeciei nomine generis ſue cenſentur, niſi quadam ad ſe inuicem collatione ſint comparationeq́ue compoſitæ. Namque quod homo animal eſt, non idcirco ei genus eſt, quoniam animal eſt, ſed idcirco quod ſub ſe hominis atque equi & ceterorum animantium ſpecies habet, atque idcirco ait: Vnde hominem animalis ſpeciem appellamus, cum animal ipſum genus ſit. neque enim homo ſpecies diceretur, niſi ſuper ipſum animalis appellatio prædicaretur. Sed ut mõſtraret non in ſolis ſubſtantijs genera ſpecieſq́ue uerſari, ſed etiam in omnim prædicamentorum nuncupationibus eſſe connexa, non ſolius ſubſtantiæ dedit exemplũ ſed etiam eius quod reliquum remanſerat accidẽtis. Quod enim ait: Et album coloris ſpeciem, in accidentis diuiſione ponitur qualitatis. Sed quoniam inter ſe quædam connexio eſt, & talis comparatio atque relatio, ut præter ad ſe inuicem habitudinem genera & ſpecies eſſe non poſſint. nihil enim in eorum diffinitionibus concludi poteſt, niſi alterutrum nominata ſint. Nam ſi ſubſtãtia generis ſpeciei ſuppoſita, ſpeciei uero ſubſtãtia genere ſuperpoſito, & ad ipſam prædicatio perficitur, non eſt dubium quin cum genus diffinire neceſſe ſit, iure ſpeciem, & cum ſpeciem, iure nobis genus prædicare neceſſe ſit. Hæc igitur etiam in generis ſubſcriptione ſeruabatur diſtinctio, cũ generis definitio habita eſt. Hoc ènim dictũ eſt, tunc eſſe genus q̃d ad diſtantes ſpecies diceretur. Nunc uero dicendum eſt id eſſe ſpeciem quæ ſub genere ponitur. Sed multiplex eius diffinitio haberi poteſt. Poteſt enim rurſus dici id eſſe ſpeciem, ad quam genus in eo quod quid ſit, prædicatur. Quæ res utræque id ſignificant, ſpeciem poni ſub genere. Nam prima quidem definitio, id aperte deſignat. Secunda non talis eſt: quoniam ſemper minora maioribus ſupponuntur. Genus ab eo aliquid in eo quod quid ſit prædicatur: quod maius eſſe non dubiũ eſt. Quod ſi ita eſt, nullus eſt obſcuritatis error, quin ſpecies quæ minor eſt maiori ſibi generi ſupponatur. Nihil igitur hæc ſecunda definitionis ſignificatio à priore differt. nõ enim ſpecies ſub genere poneretur, niſi genus ad ſpeciem in eo quod quid ſit prædicareť. Tertia uero definitio ſpeciei integra ratione collecta eſt, & ipſius ſpeciei uim naturamq́ue demonſtrat. Dicit enim ſpeciem eſſe quæ ad plurima numero differentia in eo quod quid ſit prædicatur. Quę diffinitio etiam ex ſuperiore genere debuit eſſe planiſſima. Sed ego non quantum caſtigata permittit breuitas explicabo, ſed prius

prius de ipſis generibus ſpeciebusque pauca dicenda ſunt: Cum ſint quædam genera quæ ſpecies habeant, atq; ipſa aliis generibus ſpecies eſſe poſſint, non eſt dubium ea gemina comparatiõis habitudine fungi, ut ad alia ſpecies, ad alia genera nominentur. Sed ſi in uno filo atque ordine ſpeculemur, & quodcunque genus alicuius rei repertum eſt, eius rurſus genus aliud requiramus, & rurſus aliud atque aliud: iterum ſi nihil ſit quo intellectus ratioq́ue conſiſtat, inexplicabilis ratio interminabilisq; tractabitur: ſed quoniam multa ſunt in his ſcientiæ fundamenta, quæ nulla ratione animi in infinitum procedentia concluduntur, dicendũ neceſſario eſt poſſe nos aſcendentes uſque ad tale aliquid peruenire, cuius cum ipſum ceteris genus ſit, aliud genus inuenire non poſſumus, quod genus primum, & magis genus, & generaliſſimum nuncupetur. Sed ſi hoc in genere contingit, ut aſcendentes alicubi cõſiſtamus, non eſt dubium quin deſcendentes iterum ſpecies ad aliquem quodammodo calcem offenſo termino conſiſtamus. Igitur cum deſcenderimus per ſpeciem & uſque ad illam ſpeciem uenerimus, quæ ſub ſe ſpecies nullas habet, illam ſpeciem ultimam ſpeciem & magis ſpeciem & ſpecialiſſimam nuncupemus. Sed quoniam ſpecies aliquorum eſt continens (ſi aliquorum ſpecie differentium continens eſſet) non magis ſpecies, ſed genus merito uocaretur. Sed quoniam continet, & non ſpecie differentes res continet, ſimiles neceſſe eſt ſibi contineat pluralitates: ſed ſi continet pluralitatem, & maius ſemper eſt id quod continet, quam id quod continetur, de pluralitate illa ſpecies prædicabitur. Appellabitur igitur ſpecies de pluribus rebus numero differentibus in eo quod quid ſit. Species enim cum appellatur de ſubterioribus, ſuperiorem ſpeciem ſubſtantiamq́ue declarat. Nam cum dicimus quid eſt Cicero? homo continuo reſpondetur. Cum ergo tribus modis ſpeciei facta ſit definitio, ſuperiores duę non tantum ſunt ſpeciei, ſed etiam ſubalterneę ſpeciei. Eſt enim ſpecies quæ & ipſa genus eſt. ſit enim ipſa generaliſſimum genus ſubſtantia, & ſub ea corpus. ſub corpore, animatũ corpus. ſub animato corpore, animal. ſub animali, homo. ſub homine, indiuidua. Sed hanc diuiſionem plenius poſterius exequemur, nunc autem hoc nobis tantum ſufficit. Subſtãtia igitur magis genus eſt, homo magis ſpecies, ita ut neque ſubſtantia ſpecies aliquando eſſe poſſit, nec homo genus: corpus uero animatum uel animal ad ſuperiora ſpecies, ad ſubteriora genera nominantur. Si quis ergo corpus animatum uel animal uel hominem uelit exprimere & dicat, ſpecies eſt quæ ponitur ſub genere, & ad quã genus in eo quod quid ſit prædicatur. hæc definitio & magis ſpeciem, id eſt hominem, & ſubalternam ſpeciem continet, id eſt corpus animatum uel animal. Nam corpus animatum & animal & homo ſub genere ſunt poſita, & ad eas omnes in eo quod quid ſit appellatur, ut dictum eſt. Si quis uero illam ſpeciẽ definitione monſtrare uelit quæ uere ſpecies eſt, id eſt ſpecialiſſimam ſpeciem quæ tantum ſpecies & nũquam genus ſit, hoc modo definiet: ſpeciem eſſe, quæ ad plurimas res numero differentes in eo quod quid ſit prædicetur. Sed hæc definitio ſubalternis ſpeciebus nunquam conueniet. Illæ enim quæ ſubalternæ ſunt ſpecies, poſſunt etiam pro generibus accipi, ſi ad ſubiecta prædicentur. Quod ſi poſſunt pro generibus accipi, cum pro generibus acceptę fuerint non tantum ad plurimas res numero, ſed etiam ſpecie differentes prædicabuntur, quippe cum ſint genera. Sed quia hoc in magis ſpeciebus non euenit ut aliquã do de ſpecie differentibus predicentur, hæc definitio poſterior ſolius magis ſpeciei definitio eſt, & eam ceteræ ſubalternæ ſpecies excludunt atque reijciunt, quod Porphyrius ita demonſtrat. Sed hęc definitio eius ſpeciei eſt, quæ magis ſpecies dicitur. Aliæ uero definitiones erunt etiam illarum quę non ſunt magis ſpecies, horum ergo ipſam ſubſcriptionem demonſtrationemq́ue clarius ſeipſum dicere promittit cum dici:

Manifeſtius autem hoc fiet quod dicimus hoc modo: In omnibus prædi-

cantentis ſunt quædam magis generum & magis ſpecierũ, ſunt alia mixtæ: magis genera ſunt, ſupra quæ nullum aliud genus poterit inueniri. Magis ſpecies rurſus, ſub qua nulla ſpecies reperitur, horum interualla quæ poſſident, & genera & ſpecies ſunt, ſingula ſuperioribus & inferioribus collata, ut alteri genus alteri ſpecies appellentur.

Huiuſmodi ſunt inquit quædam quorum genera inueniri non poſſunt, hæcqũe ipſa merito magis genera nominantur, quoniam maius ipſis aliquid inueniri non poteſt. Nam ſi illa ſunt genera (genus autem omnibus ſub ſe poſitis maius eſt) quorum genus nullum eſt, nihil eorum maius poterit reperiri. At quorum nihil maius poterit inueniri, merito ipſa magis genera uocitantur. Sunt autem quædam alia, quæ magis ſpecies appellantur, ſub quibus aliæ ſpecies locatæ non ſunt. Nam plus uidetur eſſe ſpecies ea & integrior, ac uere ſpecies eſt, quæ genus nunquam eſt, quam ea quę aliquando genus eſſe poteſt. Quod ſi uerior ſpecies eſt, quæ ſola ſpecies, nunquam genus eſt, merito magis ſpecies appellata eſt. Igitur inter magis ſpeciẽ & magis genus interuallum quod eſt, ſubalterna genera, & ſubalternæ ſpecies impleuerunt. Nã ſubalterna uocamus quæcunque ad ſuperiora ſpecies, ad inferiora pro generibus accipiuntur, idcirco quia ſi omnes res ad inferiora componas, genera ſunt, ſi ad ſuperia, ſpecies: & ſi ad ſuperiora & inferiora eadem ducas, genera & ſpecies inuenietur. Atque ideo ſubalterna genera & ſpecies nominata ſunt, quod filo quodam atq; ordine ad inferiora compoſita genera, & ad ſuperiora ſpecies agnoſcãtur. Sed hęc ita genera ſpecieſque eſſe poſſunt, non ut cui genus eſt, eidem iterum uelut ſpecies ſupponatur. Nam ſi (ut prius oſtenſum eſt) ſpecie ſua maius eſt genus, non eſt dubium quin maior res ſub minori poni non poſſit: atque ideo ait, ut alteri genus, alteri ſpecies appellentur, quòd nequaquam ad eandem rem & genus eſſe & ſpecies cõueniret. Dat igitur huius rei exemplum, ut quod dicit, facilius poſſit agnoſci. Facit igitur hanc diuiſionem. Ponit ſubſtãtiam magis genus, ſupponitur ſubſtantiæ corpus & in incorporeum. Corpori, animatũ corpus & inanimatum. Animato corpori animal ſenſibile, & animal inſenſibile, ut ſunt oſtrea uel conchilia, uel echini, uel arbores, & alia huiuſcemodi, quæ uiuendi animam habent, non etiam ſentiẽdi. Sub animali, animal rationale & irrationale. Sub rationali, mortale & immortale. Sub mortali, hominem. Sub homine ſingulos homines, hoc eſt corpora indiuidua, Ciceronem & Virgiliũ ſcilicet, & eos qui iam in partes ſunt ſinguli. Subſtantia ergo quę prior eſt, magis generis loco accipitur. Genus enim ſolum non etiam ſpecies eſt, q̃d nunquam ei genus ſuperius inuenitur, homo uero ſolum ſpecies eſt. nullas enim alias ſub ſe ſpecies cohercet. Singuli enim homines nõ ſpecie, ut dictum eſt, ſed numero differunt. Corpus uero quod pridem ſub genere poſuimus, id eſt ſubſtantia, ad ſubſtantiam quædam ſpecies, ad animatum corpus genus accipitur. Animatum autem corpus ad corpus ſpecies eſt, ad animal genus. animal autem ad animatum corpus ſpecies uidetur, ad rationale animal, genus. Rationale item animal, mortalis genus eſt, ſpecies animalis. Mortale autem genus hominis eſt, ſpecies rationalis animalis: homo autem quod ſuper indiuidua eſt, nihil de generis natura ſortitus eſt, ſed tantum ſola ſpecies appellatur. Sed hanc diuiſionem ſicubi in alijs rebus transferri & aptari placet, ita conſiderandum eſt, ut quicquid fuerit cuius genus inueniri non poteſt, magis id genus appelletur. Et quicquid cuius nulla ſpecies fuerit, id eſt ut ſuper indiuidua colloc etur, illa magis ſpecies. Oportet enim ſi quod genus ſit, ſuper differentes ſpecie res poni.

Quòd



Quòd autem magis ſpecies, non ſuper differentes ſpecie res poni, nunquam aliter digne ſpecies poterit appellari. Ergo quoniam quemadmodum quod ſuperius genus ſuper ſe nullum genus habet, magis genus dicitur: ita ſpecies, quoniã ſub ſe ſpecies non habet, ſed tantum indiuidua, merito magis ſpecies appellatur. Illa autem quæ in medio poſita ſunt non eiuſdem ſunt habitudinis. Nam quoniam ſpecies eſſe poſſunt, non ſunt magis genera: & quoniã genera eſſe poſſunt, idcirco nunquam magis ſpecies prædicantur. Nam illis quæ ſuperſunt ſpecies ſunt: illis uero quæ ſubſunt loco generis præponuntur. Cum igitur duæ formæ ſint omnium rerum, ut aut genera præponantur, aut ſpecies ſupponantur, ſummitates, id eſt generaliſſimum genus, & ſpecialiſſima ſpecies, ſingulas tantum continent habitudines. Illud, ut tantum genus, nunquam ſpecies uideatur: illud, ut ſola ſpecies, nunquam etiam genus appelletur. Subalterna uero quæ media ſunt duas formas habent, id eſt utraſque. Namque (ut frequentius inſinuatum eſt) & generis quodammodo parentelam, & ſpeciei deriuationem ſortita ſunt. Nec hoc fortaſſe nos turbet quòd ſpecies ſpecialiſſima habet aliquid ſub ſe. Namque homo cum ſit magis ſpecies, habet ſub ſe ſingulos homines. Hæc enim quamuis indiuiduis ſuperſit, nunquam formam ſpecialitatis immutat. Cum enim ſub ſe indiuidua habeat quod ea contineat, quæ ſub una ſpecie ſint, & nulla ſubſtantię proprietate diſcrepent, ſpecies eorũ uocatur quę cõtinet. Ita homo & animalis ſpecies dicitur, quia cõtinetur: & hominũ ſingulorum ſpecies eſt, qa eos cõtinet, qui nulla unq̃ ſpecie diſcrepabũt. Diffinitio igitur magis generum magiſq̃e ſpecierum talis eſt: Magis genus eſſe dicitur

citur,quod genus ſemper ſit nũquam ſpecies, & quo ſuperius nullum genus ſit. Rurſus magis ſpecies eſt,quæ ſpecies ſemper ſit nunquam genus.Et iterum quę nunc̃ diuiditur in ſpecies,& quę ad plurima numero differentia in eo quod quid ſit predicatur.Illa uero alia(ut ſępe dictum eſt)& genera & ſpecies eſſe poſſunt, ſuperioribus ſcilicet inferioribus q̃ collata. Hoc autem attentiſſime reſpiciendum eſt,quod in diuerſis longe nationibus in eo genere,ubi ex ſanguine aliqua cognatio deducitur diuerſarum cognationum gens ad unũ caput generis duci poteſt.Namq; cũ Romani à Romulo ſunt,Romulus autem à Marte,Mars à Ioue, poterit genus Romanorum ad Iouem duci.Item quoniam Athenienſes à Minerua, Minerua à Ioue,poteſt Atheniẽſium genus ad eundem Iouem uelut ad originem duci.Item quoniam Perſæ à Sole,Sol autem à Ioue,poſſunt Perſæ quoq; ad eundem Iouem,uelut ad originem propriam deduci.Ita diuerſiſſimæ gentes ad unius cognationẽ erigi poſſunt, quod idem in ſpeciebus generibus q̃ non fit. Nunquam enim diuerſa genera ſub uno genere poterunt accõmodari. Ariſtoteles enim primorum generum prædicamenta decem conſtituit,quæ uelut aliquis fons,ita ſubterioribus omnibus ortum quodãmodo nationemq; profunderunt.Hæc igitur genera,quoniã generaliſſima ſunt, & ſuperius eis nullum aliud inueniri genus poteſt,ad unum genus reduci non poterunt. Quod ſi decem genera prima ad unum genus reduci non poterunt, nec illa quę ſub ſunt eiſdem generibus,id eſt ſpecies ſubalterniq; genera,ad unum genus aliquando poterunt applicari.Nam ſi prima eorum genera ad unum ſuperius duci nõ poſſunt, non eſt dubium,quin ea ipſa quæ ſub ipſis ſunt,ab uno genere coherceri contineriq; non patiantur.Nam ſi ſubſtantia,qualitas,& quantitas,& cætera ſub alio communi genere poni non poſſunt,quod ipſa magis ſunt genera,nec quicquid ſubſtantia fuerit,id eſt ſub eodem genere,ut animal uel homo,uel item ſub qualitate uel quãtitate,ad aliquod genus commune ſe poterunt applicare. Nunquam enim inueniri genus poterit,quod hæc decem genera ſolitario & proprio intellectu intra ſe poſſit ueluti ſpecies continere. At dicat quis:Hæc omnia decem genera ſi uere ſunt ſub ſiſtentia,quodammodo ſubſtantia uel entia dici poſſe.Flexus enim hic ſermo eſt ab eo quod eſt eſſe,& in participij abuſione tractũ eſt propter anguſtationẽ Latinæ linguæ compreſſionemq; ue.Hæc igitur(ut dictum eſt) entia poſſunt appellari. Et ens hoc ipſũ,id eſt eſſe,genus eorũ fortaſſe dici uidebit̃,ſed falſo. Nãq; omnia quę inter ſe æquiuoce nominantur,nunquam eiuſdem continentiam generis ſortiũtur.Quippe quorum ſubſtantia diſcrepat,non eſt dubium quin generis quoque ipſius definitio diſcrepabit; hęc autem ut entia nominentur,nõ uniuoce ſed equiuoce predicantur.Nam quoniam ſubſtantia ens eſt,& item qualitas ens,ſi quis rationem definitionemq; ſubſtantiæ & qualitatis dixerit,eadem nam utriſq; ue non poterit conuenire, non eſt dubium quin ſubſtantia & qualitas non uniuoce ſed equiuoce predicentur. Quod ſi æquiuoce predicantur,ſub eiuſdem generis fonte poni non poterunt.Non eſt igitur in generibus ſpeciebuſq; ue aliquod genus ſolum quod poſſit diuerſa rerũ genera cohercere.Tunc fabius: Abundanter hæc inquit omnia,& de his ipſis rebus frequentius inculcatum eſt.Sed perge ad ſequentia.Faciam,inquam. Hæc enim ut arbitror ſequuntur.

> Ergo decem genera conſtituit Ariſtoteles in predicamentis quæ magis genera ſunt.At uero illę quę magis ſpecies ſunt,ſemper in plurimo quidem numero ſunt,non tamen in infinito.At uero indiuidua quæ ſub magis ſpeciebus ſunt,infinita ſunt ſemper.

Hoc enim dicere uult quod multo plures ſpecies ſunt quã genera.habet enim genus ſub ſe plurimas ſpecies;& quoniã decẽ genera rerũ omniũ prima ſunt,ſpecies ſpecialiſſimę nõ ſolũ decẽ ſunt,ſed plures,nõ tamẽ infinitæ. Indiuidua uero quæ ſub magis ſpecieb.ſunt infinita ſunt,& eorũ intelligẽtia nulla unq̃ capi ſciẽtia poteſt.Quæ eñ infinita

infinita ſunt nullo ſcientiæ termino concluduntur.Igitur omnis à nobis diuiſio, omnisq; ſcientia à magis generibus per ſubalterna genera uſq; ad magis ſpecies deducatur.Ibi enim conſiſtentes integram ſuperiorum ſcientiam accipere poſſumus ac retinere.Si quis autem indiuidua uelit ſcientia diſciplinaq; comprehendere, fruſtra laborat;ſed ita iubemur à magis generibus uſque ad magis ſpecies per media interualla diſcurrere,ut ſpecificis differentijs diuidentes ſubalterna genera,à magis generibus uſque ad magis ſpecies deſcendamus.Specificæ differentiæ ſunt quæ ſpeciẽ quamcunque declarant. Declarant autẽ ſpecies differentijs hoc modo. Si quis enim dicat ſubſtantiam,ut ponat ſub ſubſtantia,corpus.ſub corpore,animatum corpus. ſub animato corpore, animal. ſub animali,rationale animal. ſub animali rationali, mortale,& omnes has ſpecies quę ſunt ſubſtantiæ cum differentijs poſuerit, hominis ſcilicet ſpecies informabitur.Nam corpus animatum ab inanimato corpore differẽtia eſt.Porrò autem animal ab inſenſibilibus,& rationale ab irrationali, & mortale ab immortalibus differentię ſunt: hæc igitur omnia cum iunxeris,unam ſpeciẽ declarabis,id eſt hominem.Nam cum dicis corpus animatum,animal rationale & mortale,quæ ſcilicet differentiæ in ſubalterno ordine ſibi ſuppoſitæ ſunt,hominem demonſtrati.Sunt aũt quędã aliæ differentiæ,quæ tales ſunt,ac ſi dicas animal Rhetoricorũ,quòd ſolus homo rhetor eſſe poſſit.Sed hæc differentia non ſpecifica differentia eſt,& ſubſtantiam hominis naturãq; non perficit,ſed tantum artem quãdam ſcientiamq; commendat.Illę igitur in diuiſionibus differentiæ ſpeciesq; profunt,ex quibus illa quæ dicitur magis ſpecies informatur, & hæc uocatur ſpecifica differentia, quæ magis ſpeciem poſſit efficere. Ergo cum per hæc deſcenſum fuerit ad magis ſpecies, relinquenda ſunt ſub magis ſpeciebus indiuidua, nec eorum eſt aliqua ſcientia requirenda. Nam illa non ſolum infinita ſunt, ſed etiam quæcunque in ſeſe continuerint infinita fiunt. Rhetorica enim ſpecies eſt. Sed cum uenerit in ſingulos homines,tunc per ſingulos & infinitos diuiſa,ſingula etiam fiet & infinita. Si enim omnes quicunq; ſunt uel fuere numerentur Rhetores,nullus unquã huiuſce numerationis finis erit,cum præſertim etiam per infinita tempora in futurum ſinguli homines rhetores eſſe poſſint.Hic Fabius:Hoc igitur inquit erat quod ait.

> Porrò autem uel artiũ uel diſciplinarum cũ indiuidua per ſingulos homines eſſe ceperint,rationẽ ad percipiendũ capere uel habere omnino nõ poſſunt.

Et ego.Hoc inquã eſt quòd cum artes uel diſciplinæ,quæ in ſua ſpecie una ante collecta fuerint,in indiuidua uenerint,id eſt,p̃ ſingulos homines in infinitã multitudinem innumerabilemq; ſeſe diſpertiũt;hoc aũt idcirco euenit,quòd hæc eadem ratio eſt quã Porphyrius ipſe dicere non neglexit.Genus enim cum unum ſit,plurimarũ ſpecierum progenitiuum eſt.Namq; ſub uno genere plures ſpecies inueniuntur, id circo quoniã ſpecies genus illud unde profluunt,in plurima ſegregant atque diſpertiunt.Genus autem plurimas colligit res,ſicut ipſum à plurimis iterum ſpeciebus diuiditur. Nãq; homo,coruus,& equus,quæ ſunt ſpecies,quantũ ad animal,æqualiter animalia ſunt.Ita enim nomen animalis omnes ſuas ſpecies intra ſe cõtinet. Quod ſi & in homine animalis nomen eſt,& in coruo,& in equo,non eſt dubiũ,quoniam illud genus,q̃d ſub ſeipſum ea cõtinet,ſpecies diuiſę inter ſe diuidant multiplicẽtq;. Colligit igiẽ genus ſpecies in ſe,ſpecies uero ſuapte natura genus ipſum diſpertiũt. Eſt igiẽ genus collectiuũ ſpecierum ſuarũ & quodãmodo adunatiuũ. Species uero diuiſæ generis quodãmodo & multiplicatiuæ.Igitur quicunq; ad magis genera aſcendit,omnem ſpecierũ multitudinẽ per genera colligit adunatq;. Cum uero à magis generibus uſq; ad magis ſpecies decurrit̃,omnis unitas generum ſuperiorum in multifidas ramoſasq; ſpecies ſegregabit̃.Quod aũt ait multitudo capiẽda,pinde eſt ac ſi diceret,multitudo faciẽda eſt:nã cũ diuidis genus in ſpecies,eaſdẽ ſpecies multas eſſe accipis,quas tu idẽ feciſti.Species quoq; ab hac generis adunatiõe ac q̃dãmodo col-

do collectione non discrepant. Namq; & ipsę infinitatē indiuiduorum ad unā reuocant formam. Singulorum enim hominum species quæ est homo, collectiua est, hoc modo. Ad hominis enim speciē cuncti singuli homines, unus homo sunt, id est prima species quæ nos continet coercetq;. Porrò aūt ipsa species in nos multos scissa diuidit. Omne enim q̄d singulum est atq; indiuiduū, illud unde nascitur diuidit. Omne q̄d non est singulum atq; indiuiduum, sed diuidi potest, nō per se ipsum magis diuidit subteriora, quā colligit. His igitur expeditis, constat & genus plurimarum specierum esse genus, & speciē plurima sub se indiuidua coercere. Nam si illa quæ sunt subteriora dispertiunt, & in multitudinem dissipant diuiduntq;, non est dubium qn superiora semper inferioribus pauciora sint. Prædicamenta uero quæ aliud de alio prædicantur, uel ad se inuicem quę torquentur, hoc modo sunt; omnis enim res alia aut maior erit, aut minor, aut æqua. omne quod est maius, de minore poterit prædicari: nam cum animal sit maius ab homine, poterit animal de homine prędicari, minus uero de maiore nō dicitur. Nam quoniā animal est & homo & equus, ad animal hominem si prædicare uolueris, tantum hæc cōuenit prędicatio, quantum conuenit animal partem esse sup hominē. Age enim cōuerte, & dic hoc esse animal quod homo. quantum igitur pars est animalis, quæ hominis speciem contineat, tantum animal homo est. In illis aūt aliis partibus animalis quæ aliud continent quàm est species hominis, hominis appellatio non conuenit. Nam si dicas animal, hoc est, quod homo in illa parte in qua equus est non erit homo. atque ideo uniuersaliter nō conuertuntur. Nam si dicis, omnis homo animal, uerum est. Si dixeris omne animal homo est, falsum est. Quod si maiora de minoribus idcirco prædicātur, quia omne maius minus in se continet; & minora de maioribus idcirco non p̄dicantur, quia maiora minoris diffinitionē supuadunt, & q̄dammodo exuperant, non est dubium quin illa quæ sunt æqualia, sibi possint ipsa conuerti. Aequalia autē illa sunt, quæ neq; minora neq; maiora sunt, id est, ut si in quālibet speciem apponant, & omni illi speciei adsunt, & nulli alij: nam omnis homo risibilis est, & nulla alia species risibili potest proprio nuncupari, atq; ideo quoniam æqualia sunt cōuertuntur. Dicis enim quid est homo: Risibile, quid est risibile: homo; & item quid est hinnibile: equus, quid est equus: hinnibile. Quod si semper maiora de minoribus prædicantur, superiora necesse est genera esse, & omnia subalterna minora. Quod si subalterna omnia minora sunt, non est dubium, quin si quis per subdiuisionem descendat ad ultimam speciem, quodcūq; genus de uicinis sibi prædicabitur, etiam de subalternis prædicetur: namq; substātia habet sibi uicinum ad subteriora genus, ad se uero speciem, quod est corpus. de hoc igitur substantia prędicatur. Si quis enim interroget, quid est corpus: dicitur substantia. Sub corpore uero est animatum corpus, & sub eo animal. Ergo quoniam substantia idcirco prædicatur de corpore, quia illi est superior, necesse est, quibus corpus superius fuerit, eisdem etiam sit substantia superior. Nam si corpus prædicatur de animato corpore, & de animali, prædicabitur etiam substantia de animato corpore, & de animali. Sic igitur quæcunq; superiora fuerint de subterioribus non solum sibi uicinis, sed etiam longe subterioribus prædicantur. Nam si maiora sunt ijs quæ sibi uicinę sunt speciebus, multo maiora erūt etiā illis q̄bus illę uicinæ species fuerint ampliores. ergo de q̄buscūq; species p̄dicatur, de ipsis prędicabit̄, & illius speciei genus. Nā si species aliqua, aliqua re maior est, multo genus speciei ipsius illa re qua species maior est, maius erit. Atq; ita ad id p̄dicabitur quēadmodum ipsa species antea p̄dicata est. Quod si ita est, nō est dubiū q; genus quoq; generis illius, q̄d ad illud ad q̄d species prædicabatur, poterat prædicari, etiam id quoq; de eo de quo species & genus speciei p̄dicabatur, prædicari posse. Nam si q̄s dicat Ciceronē esse hominē, cum animal hominis genus sit, nō erit absurdū Ciceronē animal prædicari, & cū animalis ipsius substantia genus sit, nō erit incōueniēs Ciceronē substantiam prędicari, quoniam quæ supersunt de subterioribus p̄dicantur, & quæ subteriora

teriora sunt si qua alia sibi subteriora habeant, illud primum genus habebūt etiam ista subteriora, & de his non inconuenienter prædicabitur. Igitur species de indiuiduo prædicatur ut magis: magis genus uero de omnibus subalternis, & de magis specie prædicatur. æquo enim modo dicitur & corpus substantia, & animatum corpus substantia, & sensibile corpus substantia, & rationale animal substātia, & mortale substantia, & homo substantia, & de ipsis etiam magis genus indiuiduis prædicatur, ut dictum est. potest enim Cicero dici substantia, species uero sola de nullis alijs, nisi de indiuiduis prædicatur, ut prædictum est: indiuidua autem ipsa de nullo alio prædicantur nisi de ipsis, id est singulis. Natura autem indiuiduorum hæc est, quòd proprietates indiuiduorum in solis singulis indiuiduis constant, & in nullis alijs transferuntur, atque ideo de nullis alijs prædicantur. Ciceronis enim proprietas cuiuslibet modi fuerit, neque in Catonem, neque in Brutum, neque in Catullum aliquando conueniet. At uero proprietates hominis quę sunt idem rationale, mortale, risibile, pluribus, & omnibus indiuiduis possunt & singulis conuenire. Omnis enim homo & sigillatim indiuiduus, & rationalis est, & mortalis, & sensibilis, & risibilis. Atq; ideo illa ārum proprietates possunt alijs cōuenire, possunt de alijs prædicari. Hæc autem quorum proprietas in alijs non conuenit, nisi in se ipsis tantū singulariter, de aliquibus alijs præter se singulariter prędicari non possunt. Repetendum est igitur, quod omne indiuiduum specie continetur, species uero ipsa coercetur à genere, & unum quasi omnium totum corpus, magis genus est, & nunquam est pars: indiuiduum uero pars semper est, nunquam est totum. Species autē & pars & totum merito nuncupatur, nam ad genus pars est, ad indiuidua totum: diuidit enim genus (ut dictum est) & indiuidua colligit. Sed species pars est alterius, id est, generis, totum uero non est partis, sed partium. Namq; genus & unum est, & plures species unius rei, id est unius generis species pars est. Et quoniam indiuidua plura sunt, & infinita sub una specie quę illa indiuidua colligit, species illa non est unius totum, id est non est partis totum, sed plurimorum, id est partium. plures enim partes sub ea indiuiduorum sunt, quarum totum species, id est homo, appellatur. Sed de genere & specie sufficienter dictum est. Et quoniam matutinæ salutationes uocant, in futuras noctis uigilias quod est reliquum transferamus.

ANITII MANILII SEVERINI BOETHI PATRICII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI IN PORPHYRIVM A VICTORINO TRANSLATVM DIALOGVS SECVNDVS.

DE DIFFERENTIA.

VIta tam nobis à parēte natura quā cæteris animantibus grauia illustriaq; concessa sunt, quę nos ita quasi quædam benigna artifex humanitatis excoluit, ut primum nobis reputandi considerandiq; animos rationemq; concederet, post uero rationem repertam proloquendi conferret, perinde ac si uoluisset, iussisset̄q; nos non corporis sensibus à belluis, sed mentis diuinitate distare: quæ cum se sibi adiunxerit, & à suæ uiuacitate naturæ non discesserit, tunc sic ut ipsa est æterni generis, ita quoq; famā in posteros, uitāq; gloriæ infinitissimis tēporib. coēquat. Sin uero prauis se libidinib. corporis obnoxiā am mens

am mens perdendam corrũpendamq; permiſerit,naturã corporis ſequitur.Nam nihil eius uiuacitatis poſt corpora remanet,cui omnis labor & ſtudium de rebus corporis atq; in corpus impenſum eſt.Quare aduertendum eſt,ut nos meliores accuratioresq; reddamus,non ea re qua pecudibus nihil diſtare poſſumus,ſed quo cœleſtium uirtutum ſimilitudine æternitatis gloriã factis egregijs dictisq; mereamur. Sed de his aliàs,nunc ad propoſitum reuertar. Cum igitur alterius noctis conſueta lucubratio uigiliaq; ueniſſent,credo heſternæ rationis ſubtilitate captus,uel qua ipſe eſt cupiditate diſcendi audiendiq; ſtudio, uigilantius quàm unquam ſurrexerat Fabius ad me perrexit, qui poſtquã conſalutatus, ſequentis à me operis promiſſam continuationem repoſceret.Faciam inquam non inuitus,quippe cum nec mihi ſit in uita quicq; melius agere,& tu hanc mihi iocunditatem ſtudio tuo augeas,quod mihi per quam gratiſſimum eſt, placuit igitur ut quoniam heſterna diſſertio ſpeciem explicuerat,alterius expoſitionis principium de ſequenti differentia ſumeretur.Hic Fabius: Vberrime inquit à te heſternis uigilijs de generibus & ſpeciebus expoſitum eſt. Sed (ut dici audio) ſubtilior de differentijs tenuiorq; tractatus eſt.Non inquam immerito.nam uarie acceptæ differentiæ uarias habebunt etiam poteſtates. Erunt nãq; aliàs genera,aliàs ſpecies,aliàs uero differentiæ,ſed hoc poſtea demonſtrabit. Nũc uero ita (ut arbitror) textus eſt:

Omnis differentia & communiter & proprie & magis proprie dicitur.

Differentiam quoq; multis appellari modis deſignat. Dicit autem tribus his modis fieri differentiam,cum aut communes ſunt,aut propriæ,aut magis propriæ. Cõmunes ſunt quibus omnes aut ab alijs differimus,aut à nobis ipſis:nam ſedere uel ambulare uel ſtare differentia eſt.nam ſi tu ambules,ego uero ſedeã,in ſitu ipſo atq; ambulatione differimus.Et item ego cum nunc ſedeo,poſtea uero ſi ambulem, communi à meipſo differentia diſcrepabo.Proprię uero ſunt quæ uniuſcuiuſq; indiuidui formam aliqua naturali proprietate depingunt,ut ſi quis ſit cæſijs oculis,uel criſpo capillo.Etenim propria uniuscuiuſq; ſinguli hominis ſunt quo cum iſta naſcũtur.Magis propriæ ſunt quæ in ſubſtantia ipſa permanent,& totam ſpeciem differentia deſcriptioneq; permutant,ut eſt rationalis uel mortalis hominis differentia.Horum autem communes & proprię differentiæ ſub eadem ſpecie ſingulos à ſe faciunt diſcrepare,illa propriſs differentijs,illa communibus.Magis proprię uero totam naturam cuiuslibet ſpeciei ſubſtantiamq; permutant,& ab alijs ſpeciebus ſegregant atq; diſiungunt.Harum ergo communes & proprię differentiæ,quoniam ſpeciem non permutant,ſed formam quodammodo & habitudinem ſolum faciũt diſcrepare,alteratum facere dicuntur,id eſt non integrum alterum facere,id eſt non integre permutare,ſed quodammodo diſcrepantiam diſtantiamq; faciunt, atque ideo non uocantur alterum facientes,id eſt permutantes,ſed magis alteratum,id eſt non integre alterũ facientes.Illa uero tertia,id eſt magis propria,quoniã ſubſtantialis eſt, & ipſius ſpeciei inſerta naturę alterum facit.Nam quoniam homo atque equus quantum ad hoc quod animalia erant una illis erat ſubſtantia,ueniens rationale diſgregauit omnino ſpeciem,& funditus alterum fecit Ergo communes & proprię differentiæ alteratũ facientes uocantur, magis propriæ autem alterum facientes. Conſtat igitur differẽtiarum alias facere alterum,alias alteratum:illæ quæ faciunt alterum, quæ ſubſtantiales ſunt,& omnes naturam ſpeciemq; permutant, & ſpecificæ prædicantur: ualent enim quamlibet ſpeciem conſtituere, & ab alijs omnibus ſegregare,& eius formam naturamque componere. Nam ſi dicas mortale & rationale differentias & eas animali ſupponas. non eſt dubium quin cum hominis ſpeciem facias,ſpeciei huius ſint perfectrices, atque ideo ſpecificæ nominantur, quòd & permutant naturam, & ipſam ſubſtantiam cuiuslibet alius ſpeciei cõſtituãt.Illæ uero aliæ nihil aliud efficiunt,niſi alteratum, quippe cum aut proprietate quadam formę alius diſtet ab alio, aut ali-

aut aliqua habitudine & diſpoſitione aliquid faciendi.Illa igitur magis propria differentia,quam ſpecificam nominamus,ſola poterit in generis diuiſione cõgruere.Etenim cæterę nihil ad ſubſtantiam,ſed ad quandam quodammodo eiuſdem ſimilitudinis diſcrepantiam diſtantiamq; ponuntur. Nihil enim in illis præter alteritatem ſolam reperire queas,quippe quæ non conſtituunt ſpecies,ſed conſtitutas iam & effectas magis proprijs ſuis qualitatibus ipſæ diſcriminant.Quod autem dicit:

Repetenti nunc à ſuperioribus dicendum eſt, differentiarum alias eſſe ſeparabiles,alias inſeparabiles.

Hoc eſt quod hic nũc diuiſio alia rurſus aſſumit.Nam cum prius differentiam in tribus partibus ſepararet,& poſtea tres illas in duarum tantum numerum quãtitatem que colligeret,ut alias alterum faciẽtes eſſe diceret,alias alterantes, ipſarum rurſus trium tertia ſumitur facienda diuiſio.Dicit enim alias eſſe ſeparabiles, alias inſeparabiles,& ſicut in priore diuiſione alteratum facientes duę fuerunt cõmunes & propriæ.Sola uero magis propria remanſerat quæ alterum faciebat,eodem nunc etiam modo in ſeparabilibus & in inſeparabilibus.communis tantum ſeparabilis differentia eſt,utraque aliæ,ut cæſitas oculorum,uel flaua cæſaries,uel corporis proceritas: quæ ſunt proprię differentiæ.uel certe rationabilitas,uel mortalitas quæ ſunt magis propriæ differentiæ,non poſſunt unquam ab hominis ſpecie ſegregari. Sedere uero uel currere quę communes ſunt ſeparantur à ſingulis,& item rurſus adduntur. Earũ uero quæ ſunt inſeparabiles, aliæ per ſe ueniunt, aliæ uero per accidens. Et illę quę per ſe ueniunt,à magis proprijs manant.Illæ quę per accidens,à ſolis proprijs effunduntur.Et inſeparabile accidens eſt,quicquid per inſeparabilem propriam differentiam unicuique ſpeciei contigerit.Sed quanquam propria & magis propria inſeparabiles differentiæ ſint, nunquam tamen illam ſuperiorem formam naturamque cõmutant.Nam magis propria ſemper alterum, propria ſolum ſemper efficit alteratũ. Huc accedit quod inſeparabiles proprię poſſunt alicui plus minuſue cõtingere. Inſeparabiles magis proprię,nec cumulis intentionis augent, nec imminutione decreſcunt.Poteſt enim alius procerior alius fuſcior, deductioribus alius capillis, alius flauioribus naſci,quæ ſunt inſeparabiles propriæ differẽtiæ.At uero magis propria, id eſt rationale,neque plus,neque minus admittit.Omnes enim homines in eo quod homines ſunt,æqualiter ſunt rationales atque mortales.Nam ſi genus plus minuſue eſſe poſſit genus, poſſunt etiã differentię uel intentione creſcere, uel remiſſione decreſcere.Nam quoniam animal non eſt plus homini quàm equo,neque equo plus quàm cęteris,et æqualiter ſubiectis omnibus genus eſt.Sic ſpecierũ differentię quas ſpecificas appellamus magis minuſue non capiunt. Nam ſi animal rationale,mortale, hominis eſt diffinitio,& hominum nihilominus ſingulorum, non eſt dubium quin hęc diffinitio ad omnes homines ſingulos æqualiter ſemper aptetur, & nulli neque plus neque minus conueniat.Quod ſi ita eſt,partes quoque totius diffinitionis, quæ ſunt differentiæ tales erunt, ut nulli neque plus neque minus, ſed æqualiter ſemper & conuenienter aptentur. Partes autem huius diffinitionis ſunt rationale & mortale. Rationale igiẽ & mortale,quæ ſunt magis propriæ differentiæ plus minuſue non capiunt. Ab hac igitur,id eſt ſeparabilium inſeparabiliumq; differentiarũ diuiſione tribus modis differẽtias ſpeculamur. Nam aut ſeparabiles ſunt, aut inſeparabiles. Inſeparabiliũ uero aut per ſe ueniunt,aut per accidens. Quę per ſe ueniunt aliæ ſunt quæ genus diuidũt,aliæ quę ſpeciẽ informant atque conſtituunt.Sed de ſuperioribus prius dictũ eſt.Nunc aũt de ijs quę genus diuidũt,& ſpeciẽ cõſtituũt diſſeramus.Omnis quæcũq; fit generũ diuiſio in ſpecies,ſi earũ ſpecierũ alia ſubdiuiſio fiat,& à magis generibus p ſubalterna genera uſq; ad magis ſpecies decurraẽ,gemina in his erit duplexq; diuiſio. Nãq; ſi cõtrarias differẽtias reſpicias,generũ eſt diuiſio. Si ſubalternorum generũ ſit,ſpecierũ cõſtitutio.Si enim genus diuidamus,id eſt ſubſtantiam

ſtantiam,ut iam in ſpeciei diſputatione diuiſa eſt. & ſic ut ſubſtantia ſit ſumma poſt ſubſtantiam animatũ corpus & inanimatum. Sub animato corpore ſenſibile & inſenſibile. Sub ſenſibili,id eſt animali,rationale & irrationale. Sub rationali,mortale & immortale. Hæ igitur differẽtiæ eædem ſpecies ſunt,ſi contra ſeipſas in diuiſione reſpiciãtur,& diuidunt genus hoc modo. Nam quoniã ſub ſubſtantia animatũ corpus & inanimatum poſuimus, ſi animatum corpus cõtra inanimatum reſpicias, ſubſtantiam diuiſiſti. Si uero ſubalterna genera in ipſis differentijs aſpicias, ſpeciem conſtitues. Nam ſi animatũ corpus & quod ſub ipſo eſt ſenſibile corpus aſpexeris animal reſpexiſti. Item ſi rationalem differentiam contra irrationalem differentiam acceperis,genus quod eſt utrorumq;,id eſt animal diuiſiſti Si uero ſub eodẽ ordine rationalem differentiam, & mortalem accipias, hominis ſine dubio ſpeciem demonſtraſti. ita hæ differẽtiæ alio modo accepta fiunt generis diuiſibiles, id eſt genera diuidẽtes. Alio uero modo fiũt cõſtitutiuæ ſpecierũ,id eſt quæ ſpecies declarẽt,atq; cõſtituant.

Nam ſi contrarias differentias reſpexeris, diuides genus. Si uero ſubalternas,ſpeciem conſtitues.

Differentiarum igitur uis,& ſeparabilium & inſeparabiliũ cæteras tres res, id eſt genus,ſpeciem,accidensq; ſic retinet,ut permutata comparatione per hæc eadem ipſa etiam permutentur. Nam rationale & mortale differẽtias ſi contra irrationale & immortale reſpexeris,diuiſibiles ſunt generis differẽtiæ. Sin uero idem ipſum rationale & mortale ad ſuperiora cõparaueris ſpecies erũt eius quod eas continet animalis.

Si uero rationale atq; mortale ad ſubiectũ hominem conſideres,genera eius conſtitutiuasq; differentias contemplabere.

At uero de illis alijs inſeparabilibus, id eſt propriſs cadunt differentiæ inſeparabilis accidentis. Inſeparabile namq; eſt accidens,cæcitas oculorũ,& naſi curuitas. & alia huiuſmodi. Et idem de ſeparabilibus accidentibus, id eſt de communibus. Separabile namq; accidens eſt,uigilare,dormire,currere,& ſedere. Quod autem dicit: Sic igitur cõpoſita ſit ſuper omnia ſubſtantia & ſint eius differentiæ diuiſibiles animatum & inanimatum,contrarias differentias in ſpecies monſtrat. Quod autem dicit: Hęc differẽtia animata atque ſenſibilis ſociata ſubſtantiæ perficiet animal,conſtitutiuas ſpecierum differentias monſtrat. Sic igitur uarijs modis acceptę,uarias uirtutes formasq; ſortitę ſunt. Sed & diuiſibiles & conſtitutiuę utrąq; ſpecifice nominantur,& in diuiſionibus generum diffinitionibusq; ſolę ſunt utiles. Cęteræ uero inſeparabiles per accidens,inutiles,& multo magis illę ſunt inutiles,quæ ſeparabili differentiæ diſcretionęq; formatæ ſunt. Has autem ſpecificas differentias, qui de differentiarum diuiſione tractauere,tales eſſe declarãt quibus ſpecies à genere abundant. Quid autem ſit breuiter explanandum eſt. Controuerſia eſt utrum genus differentias ſpecierum ſuarum in ſe habeat, an minime,utputa: Animal ſub ſe habet ſpecies rationale & irrationale,id eſt hominem,& uerbi gratia equum. Rationabilitatem igitur & irrationabilitatem,id eſt hominis uel equi differentias,quibus à ſe ſpecies ſub animali poſitæ differunt, utrum habet utraſque animal,an non habeat in controuerſia eſt. Nam ſi animal quod genus eſt, neque rationale eſt neq; irrationale, ſpecies quæ ſub ipſo ſunt poſitæ iſtas differentias non habebũt. Nam ſi genus iſtas differentias non habebit,unde erunt ſpeciebus differentię,quibus à ſeipſis differunt? Sed ſi quis dicat eſſe in genere iſtas differentias(non enim haberet differentias ſpecies, niſi prius genus habuiſſet)aliud maius cõmet incommodum. Nam quoniam æque ſunt ſpecies quę ſub aliquo genere ſupponuntur, & æqualiter homo atq; equus ſub animali genere ponũtur, neq; homo prius eſt neq; equus, ſed uterq; æqualiter animalis ſpecies nominãtur. Igitur ſi rationale atq; irrationale æqualiter ſub eodem genere ſunt, erũt etiam uno tempore. Quod ſi uno tempore & genus iſtas differẽtias habet, ut genus ſuapte natura, id eſt animal rationale ſit & irrationale,non eſt dubium quod eadem res

res uno tẽpore duas contrarietates in ſeſe ſubſtantialiter retineat,quod fieri nequit. Quid igitur? Dicendum eſt quoniam genus actu quidem ipſo quod Græci ἐνέργειαν uocant iſtas differentias non habet. At uero poteſtate ab his ipſis differentijs,quas in ſuas ſpecies fundit non uacat. Quid autem ſit actus & poteſtas caſtigatius explicandum eſt. Tantum intereſt actus à poteſtate,quantum homo ridens ab eo qui ridere poſſit nõ tamen rideat. Ille enim agit ipſam rem,ille tantum poteſt, non etiã agit. Sic igitur & animal. Namq; homo actu ipſo rationalis eſt. Semper enim homo rationalis, & nihil aliud eſt: & equus ſemper irrationalis, & eius irrationabilitas in actu poſita eſt. At uero ipſum animal rationale uel irrationale non ipſum agit,neq; eſt in eorum actu poſitum,ſed in poteſtate. Poteſt enim ex ſe rationale atque irrationale profundere. Quare quoniam ſpecies actu differentias cõtinent, genus uero poteſtate,ſpecies à genere merito differentijs abundare dicũtur. Quoniam quod genus poteſt,id eſt differentias facere,ſpecies non ſolum poſſunt,ſed etiã agunt. In ipſis enim ſpeciebus poſitæ informatæq; ſunt. Eſt autẽ alia differentiæ diffinitio talis quæ dicat differentiã eſſe quæ ad plurimas ſpecies in eo quod quale ſit,prędicatur. Differentia ad res plurimas dici poteſt,ut rationale dicitur ad hominem. homo enim eſt rationalis. dicitur ad Deũ. Deus enim rationalis dicitur,ſed nõ in eo quod quid ſit, ſed in eo quod quale ſit. Nam ſi qualis homo ſit interrogetur,rationalis continuo reſpondetur. Qualis Deus ſit ſi interroges,rationale nõ abſurde dixeris. Eodem modo etiam irrationabilitas dicitur & ad equũ & ad bouem & ad piſcem & ad auem, quę omnia ſi qualia ſint interrogaueris,irrationabilia prędicantur. Bona igitur & recta hæc eſt diffinitio, id eſt differentia eſt quæ ad plurimas res ſpecie diſtantes in eo quod quale prędicatur. Et de mortali uero,& de alijs differẽtijs, eadem eſt ratio. Sequitur locus perdifficilis, ſed transferentis obſcuritate Victorini magis, quàm Porphyrij proponentis, qui huiuſmodi eſt. Dicit enim omnem rem quæcunque eſt corporea ex materia & forma conſtare. Namq; ſi ſtatuam dicas, conſtat ſtatua ex ære(uerbi gratia) & figura illa quam ei ſuus fictor impoſuit, & eſt materia, ex qua facta eſt æs. figura uero,id eſt forma qua æs ipſum formatum eſt. Nam ſi hominem formabis ex ære & figura hominis, erit hominis figura,forma, æs uero materia. Eodem modo etiam genus. Namque genus in modum materiæ accipitur, differentia uero in modũ formæ. Etenim quemadmodũ quæcunq; illa res ex materia & forma conſtat, ſic etiã omnis ſpecies ex genere & differentia. Namq; genus ita eſt hominis,ut eſt ſtatuę æs. Differentia uero ſic eſt hominis,ut eſt forma illa ex qua æs effictum eſt. Nam ſicut ex aliqua figura quę ex ęris materia efficta eſt,cuiuſcunq; illius ſpecies ſtatuę fit,ſic etiam in genus,id eſt in animal cum uenerit differẽtia,id eſt rationale,hominis ſpecies fingitur. Ita igitur ſibi proportionaliter ſunt. Proportio autem eſt cuiuſcũq; illius rei ſimilis ad aliquam rem cognatam comparatio: ut puta ſi duo compares ad quatuor dupla proportio eſt. Si uero uiginti ad quadraginta eadem dupla. Sub eadem ergo proportione ſunt quatuor ad duo,ſub quali quadraginta ad uiginti,quòd utraq; duplex eſt numerorum comparatio. Sic igitur qualis proportio eſt, id eſt comparatio materię & figurę, talis eſt proportio generis & differentię: & iſta quatuor ſibi proportionaliter ſunt. Eodem enim modo ex materia & figura ſpecies uniuſcuiuſq; illius fictionis formata eſt,quemadmodum ex genere & differentijs ſpecies cuiuſcunque illius animantis inanimantis'ue formatur, quod Victorinus ſibi uidetur intellexiſſe minus uidetur. Nam quod Porphyrius ἄλογον dixit,id eſt proportionaliter, ille ſic accepit quaſi ἀνάλογον diceret, id eſt irrationale. Atq; ideo in loco ubi habet hoc modo ſcriptum: Omnes namq; res ex forma & materia cõſiſtunt,ipſa autem forma irrationalis eſt,tollẽdum eſt irrationalis. Et ſubterius paululum ubi habetur: Iam omne genus ſimile materię eſt,& conſiſtit irrationale,tollendum eſt irrationale,& ponendum eſt proportionale, ut ſit, & conſiſtit proportionaliter. Nam quæ proportio eſt figuræ ad materiã in efficienda cuiuslibet corporis fictione, eadẽ eſt proportio differentiæ

rentiæ ad genus in efficiẽda cuiuslibet ſpecie animati atque inanimati. Sequitur item alia diffinitio quæ eſt huiuſmodi. Dicunt enim eſſe differentiam quod poſſit ſeparare quicquid ſub eodem genere eſt, & recte dicũt. Nam dum ſub eodem genere ſit homo atque equus, quia utrũque eſt animal, cum uenerit rationale uel irrationale equũ atque hominem quòd ſub eodem genere ſunt, diuidũt atque diſcernunt. Sunt igitur illæ differentię quæ poſſunt res ſub eodem genere ſeparare. Eſt autem alia diffinitio. Differẽtiæ ſunt quibus quodque ab alio diſtat. Nam homo atq; equus rationali atq; irrationali differẽtia diſcrepant, cum unũ ſint quantũ ad genus, & hoc eſt quod dicit:

> Differentia eſt qua differunt ſingula, quia per ſeipſum genus eſt, & illa quæ rationalia ſunt, nos ſcilicet, & illa quę irrationalia ſunt. Namque & homo & equus & auis hæc omnia genus unum ſunt, id eſt animal. Namque animal horum omnium genus eſt.

Sed ſi de hoc loco in quo poſitũ eſt, quia per ſeipſum genus eſt, mutes & facias quæ per ſe ipſa animalia ſunt planior ſenſus erit. Generis enim hic nomine pro animalis abuſus eſt, & erit huiuſmodi ordo: Differentia eſt qua differunt ſingula, quę per ſe ipſa animalia ſunt, & illa quę rationalia ſunt animalia, nos ſcilicet, & illa quę irrationalia ſunt. Quod ſi ſic eſſet, nullus eſſet error omnino. Nunc uero genus ꝗd ait pro animalis nomine intelligendũ eſt. Itẽ dij atq; homines cũ utriq; rationales ſint, mortalitatis tamẽ nomine adiecto differũt diſcrepantq;. Sic igitur differentia eſt qua ſingula differunt, ſed hoc nõ ſimpliciter, ſed illas tãtũ differẽtias huiuſmodi eſſe putandũ eſt, quę ad ſubſtantiã proſint, & quę ad id ꝗd eſt, & quęcunq; ſpeciei poſſunt eſſe alię quę partes quę huiuſmodi eſt: Si equus atq; homo, quorũ utrorũq; unũ genus eſt animal, à ſe differũt rationali atq; irrationali qualitate, attamẽ iſta rationabilitas & irrationabilitas in ſubſtãtia ipſarũ ſpecierũ eſt hoc modo. Nã neq; equus poteſt eſſe ſine irrationabilitate, neq; homo ſine rationabilitate. Atq; ideò iſtę differẽtię proſunt ad aliquid eſſe ſpeciei, illi cui fuerint accõmodatæ, & ſubſtantię ipſius partes ſunt. Nam cum homo ex his differentijs cõſtet, id eſt ex rationali & mortali, rationale & mortale ſolum poſitum pars eſt ſubſtantiæ hominis. Nam ſi utraque ſimul unũ hominem faciunt, non eſt dubium quin ad ſubſtantiam hominis efficiendam unaquæque earum res pars eſſe uideatur. Quare illę differentiæ quęcũq; nõ proſunt ad eſſe, neque partes ſubſtantię cuiuslibet ſpeciei ſunt, ſpecificæ differentiæ dici non habẽt, quamuis ſola hoc una ſpecies habeat. Nam ſi homo nauigat poteſt dici animal nauigabile. Sed nauigare in ſubſtantiam hominis non uertitur. Neque enim homo inde ſubſiſtit, quia nauigat, quamuis hoc nullum aliud animal habere poſſit. id eſt nullũ poſſit animal nauigare. Eodem modo & eſſe rhetorem uel grammaticum. Has igitur differentias quæ ad eſſe non proſunt, ſed tãtum artem aliquam ſcientiamq; commemorant, non ponimus ſpecificas eſſe, quamuis una quælibet animalis id ſpecies habeat. Ergo conſiderandum eſt, ut quoties dicimus diffinitionem differentiæ illam differentiam eſſe qua differãt ſingula, illam ſignificari differentiam intelligamus, quæ ad aliquid eſſe prodeſt, & quæ eſt alicuius pars ſubſtãtiæ ſpeciei. Illa uero quæ ad eſſe non proſunt in hoc genere differentiarum, quamuis ſingulę cuiuſque ſint non ponamus. Sed quoniam de differẽtia dictum eſt, de proprio explicemus. Tunc Fabius, ut arbitror conſequens eſt.

DE PROPRIO.

PRoprium quatuor dicitur modis. Dicitur nanque proprium quod uni ſpeciei accidit, etiam ſi non omnibus.

ET ego: Quatuor ergo modis propria diuiduntur. eſt enim proprium quod uni accidit, & ſi non omnibus, ut eſt rhetor uel geometer uel grammaticus. Hęc uero

uero omnia uni ſoli ſpeciei, id eſt homini accidunt, non tamen omnibus. Neq; enim omnes homines uel Grammatici, uel Rhetores, uel Geometri ſunt, atque ideo uocabitur hoc proprium quod uni ſit, etiam ſi non omnibus. Eſt item alia proprietas quæ eſt omnibus, etiam ſi non ſoli. Nam bipes omni homini accidit. Omnis enim homo bipes eſt. ſed non ſoli hominum ſpeciei accidit, ſed etiam auibus. Et item tertium proprium quod omni & ſoli & aliquo tempore accidit, ut eſtin pubertate pubescere, & in ſenectute canescere. Namque & omnibus hominibus euenit, & nulli alij ſpeciei niſi ſoli hominum, & aliquo tempore. conſtitutum enim tempus eſt uel adoleſcentibus pubeſcendi, uel ſeneſcentibus canescendi. Neq; enim à ſexto anno uel ſeptimo aliquis pubeſcit, aut à uiceſimo canescit, niſi fortè aliquid accidat noui. Quartum proprium eſt, quod uni ſpeciei accidit, & omnibus ſub eadem ſpecie indiuiduis, & omni tempore. Nam riſibilem eſſe hominem, & uni ſpeciei ſolum, id eſt homini contingit, & omnibus ſub eadem ſpecie indiuiduis. omnes enim ſinguli homines rident, & omni tempore. Nunquam enim tempus fuit, ut quicũque ridere non poſſit. Sed riſibile dico poteſtate non actu. Namque & ſi non rideat homo, tamen quia ridere poteſt, riſibilis appellatur. Et ſunt integrè & uerè propria iſta quæ & uni, & omnibus, & omni tempore inſunt. Namque hęc ſpeciebus ſuis conuerti poſſunt. Si enim dicas, quid eſt homo? Riſibile. Si quid eſt riſibile interroges, homo prędicabis. Illa uero alia bipes, uel grammaticus propria quidem ſunt, ſed conuerti non poſſunt. Nam grammaticus ſemper homo, homo uero non ſemper grammaticus. Et ecõtrario homo ſemper bipes eſt, non econtra bipes ſemper homo eſt. Et hinnibile ſimiliter magis propriũ equi eſt. Nam eodem modo hæc proprietas ad ſuam ſpeciem conuerti poteſt: nam ſi dicas quid eſt equus? hinnibile reſpondebis. Si, quid eſt hinnibile? equus prædicabitur. Sed quoniam de proprijs dictum eſt, de accidẽtibus ſequens tractatus habeatur. tum Fabius, Diffinit Porphyrius accidẽs ſic.

DE ACCIDENTI.

ACcidens eſt quod infertur & aufertur ſine eius in quo eſt interitu.

HOc autem dicere uidetur, illud eſſe accidens ſine quo poteſt conſtare illud cui accidit: ut puta ſi forte caſu aliquo cuiquam facies irrubuerit, abſcedẽte rubore illęſa facies permanebit, ſicut euenìẽte nõ lęſa eſt. Diuiditur ergo accidens in ſeparabile, & in inſeparabile. Namq; ſeparabile accidens eſt, utputa ſi quis ſedeat uel ambulet: inſeparabile eſt, ut ſi dicas coruum nigrum, cignũ album, atq; hæc accidentia ſeparari nõ poſſunt. Naſcitur autem huiuſmodi dubietas, utrum ſuperior definitio uera ſit, & omnium accidentium nomẽ includat. Nam quoniam ſunt quędam (ut ipſe ait) accidentia inſeparabilia, in his talis definitio uidetur conuenire non poſſe. Nam ſi ſeparari non poſſunt, non eſt in illis uera definitio quæ dicit, Accidens eſſe quod inferri & auferri poteſt ſine eius in quo eſt interitu. Nam cũ inſeparabilia ſint, auferri non poſſunt. Sed hæc tam uehemens quæſtio ſoluitur ſic, quod hæc ipſa diffinitio de accidẽtibus facta eſt poteſtate, non actu, & intelligentia nõ ueritate. Non quia æthiops & coruus colorem amittant, ſed ſine iſto colore ad intelligentiam noſtram poſſunt ſubſiſtere. Nam uerum eſt quoniam æthiopem aut coruum color niger nunquam deſerit. Sed ſi quis intelligat colorem iſtum æthiopem uel coruũ poſſe amittere, plumarum tantum color in coruo mutabitur, & erit auis alba ſpecie & forma corui, ſi quis hoc intelligat. At uero hominis, id eſt æthiopis amiſſo nigro colore erit eius ſpecies candida, ſicut etiam aliorũ hominum. Ergo hoc non ideo, quia fiat dicitur, ſed ideo quia ſi poſſet fieri, huius accidentis ſuſceptrix ſubſtantia nõ periret. Quod ipſe hoc modo demonſtrat:

> Poteſt autẽ ſubintelligi & coruus albus, & æthiops, ut coruus amiſſo colo-

re in propriæ ſubſtantiæ natura permaneat colorem ſuum perditurus ſine interitu ſuo in quo color fuit.

Nihil enim ad ſpeciem impedit, ſi æthiops uel coruus amiſſo colore in propriæ ſubſtantiæ natura permaneat. Eſt autem alia diffinitio, quæ eſt huiuſmodi:

Accidens eſt quod contingit alicui, & ineſſe & non ineſſe.

Nam quod in ſubſtantiam non uertitur, id accidens eſſe dicimus, id eſt nõ in ſubſtantia inſitum, ſed extrinſecus ueniens. Erga ea quæ cõtingunt & eſſe & non eſſe, ideo accidentia uocata ſunt quoniã in ſubſtantię ratione nõ accipiuntur. Si enim in ſubſtantiæ ratione ponerentur, nunquam non eſſent, & ſi non eſſent, nunquã eſſe poſſent. Nam quoniã uerbi gratia rationalis in ſubſtantia hominis eſt, nũquam homo eſſe poterit irrationabilis, quoniã irrationabilitas in ſubſtantia hominis non eſt. Ex hoc ergo uenit etiam alia diffinitio:

Accidens eſſe illud, quod neque genus ſit, neq; ſpecies, neq; differentia, neque proprium.

Nam quoniã genus, ſpecies, differentia, & proprium, in ſubſtãtia ſunt, & cuiuſcũq; illius rei ſubſtantiã monſtrant, idcirco quicquid horũ aliquid non fuerit id accidẽs merito prędicabitur. Explicitis igitur atq; expeditis his quę propoſuit, id eſt genere, ſpecie, proprijs, differentijs, accidentibuſq; tractare, nunc exequit illa quæ inter hęc omnia communia ſunt, & quæ differentia.

De communibus generis, differentiæ, ſpeciei, proprij, accidentiſq;.

ET primo omnium ſimul inter ſe cõmuniones explicat, poſt etiam ſingulorum, & dicit omnium eſſe commune de pluribus prędicari. Namq; genus prædicatur de ſpeciebus, & de indiuiduis, eodẽ modo prędicatur & differentia de ſpeciebus, & de indiuiduis. Etiam proprium de ſpecie & de indiuiduis prædicatur. At uero ſpecies de ſolis tãtum indiuiduis appellat. Genus enim, ut animal, prædicatur de equis, hominibus, bobus & canibus, id eſt ſpeciebus. Prædicatur itẽ & de his quæ ſub ipſis ſpeciebus indiuidua continentur. Nam ſicut ſpecies ipſa canis uel equi uel hominis animalia ſunt, ſic uel unuſquiſq; equus uel homo animalia prædicantur. Differentię uero prędicantur de ſpeciebus & de indiuiduis hoc modo. Namque homo & equus ſpecies ſunt. Sed rationalis dicitur, & ad ſpeciem hominis differẽtia prædicatur, eodem modo & ad Ciceronem. Nam cum ſub hominis ſpecie indiuiduũ ſit, & ipſe rationalis appellatur. Proprium autem de ſpecie prędicatur, cum dicitur ſpecies quod eſt homo riſibilis, & cũ dicitur Cicero riſibilis, quod eſt indiuiduũ monſtratur proprium de indiuiduis prædicari. Species uero de ſuis tantum ſolis indiuiduis prædicatur. Interrogatur enim quid eſt Cicero. Et homo reſpondetur. Accidens uero prædicat de indiuiduis, & poſtea de ſpeciebus. Nam ſi quis dicat homo ſedet quod eſt accidẽs ſeparabile, quicũq; ſingulũ hominẽ, id eſt indiuiduum ſedere uiderit, tũc idem & de ſpecie prędicat, ut dicat, quoniã Cicero ſedet. Cicero autem homo eſt, homo ſedet. Eodem modo inſeparabile accidens de ſpeciebus & de indiuiduis prędicatur. Expeditis ergo omnium communionibus, generis & differentiæ primum cõmuniones differentiaſq; declarat.

De communibus generis & differentiæ.

ET primũ dicit generi cum differentia eſſe cõmune, quod ab utriſq; ſpecies continentur. Nam genus quod eſt animal, cõtinet ſpeciem hominis atq; equi. Porro autem rationale quod eſt differentia, continet & hominem Deum. Et irrationale, quod eſt differentia, continet equum & bouem atq; auem. Sed ita continet, ut genus ſemper plures ſpecies, contineat, quam continet differentia. Namq; genus & ipſas differentias continet. Genus enim, id eſt animal rationale atque irrationale, cõtinet illas ſpecies quæ ſunt ſub rationali, & illas quæ ſunt ſub irrationali cõtinet genus, id eſt

id eſt animal. At uero differẽtia, id eſt rationale, irrationale non cõtinet, ſed tantum hominem atq; Deum. Plus igitur genus cõtinet quàm differentia. Eſt autem alia cõmunio, ſi quid enim ad quodlibet genus ita prędicat, ut eius genus ſit, & de illis ſpeciebus quæ ſunt ſub illo genere ad quod prædicatur, illud genus appellat, & de illis indiuiduis quæ ſub illis ſpeciebus ſunt. Nãq; animal genus eſt hominis & de animali prędicatur ut genus ſubſtãtia. Genus enim ſubſtãtia animalis eſt. Ergo illa ſubſtantia quę ad hominis genus, id eſt animal ita prędicatur, ut genus prædicatur etiã & ad ipſum hominem: dicitur enim homo ſubſtãtia. Prędicatur item illud generis genus, etiã de illis quæ ſunt ſunt ſpecie indiuiduis. Dicitur enim Cicero, quod eſt ſub hominis ſpecie indiuiduũ, ſubſtantia: differentia eodẽ modo. Nam ſi qua differentia dicta fuerit de alia differẽtia, ut differentia intelligatur, prædicabitur, & ad ſpeciẽ quæ ſub illa differentia eſt ad quam prędicatur, & de illis indiuiduis quę ſub eadẽ ſpecie ſunt. Nam ratione uti, differentia ad rationalem differentiã ueluti cognata differẽtia prędicatur. Rationabile autẽ prædicatur ad hominem, ergo & ratione uti prædicabitur ad hominem. Idem etiã ratione uti, prædicatur ad Ciceronẽ, quod eſt indiuiduũ ſub illa ſpecie ad quam ſpeciem illa differentia, id eſt rationalis prędicatur, de qua prædicabitur ut cognata illa differẽtia, id eſt ratione uti. Igitur eſt ita generis differẽtiæq; cõmunitas, quod ea quæ de genere ſpeciei prædicãtur ut genus, & de ſub eodẽ genere ſpecie prædicantur, & de indiuiduis: & illa quæ de differentia prædicantur ut differentia, & de ſub eadem differentia ſpecie prædicãtur, & de indiuiduis. Eſt autem alia cõmunio, quod quemadmodũ interẽpto genere ſpecies interimũtur, ſic interempta differẽtia ſpecies ſub eadem differentia interimũtur. Nam ſi interierit animal, homo atq; equus cõtinuo periturus eſt. Sin uero differẽtia interierit, id eſt rationale, diſ atque homines interibunt, & nihil eorum erit quod uti ratione poſſit.

De proprijs generis & differentiæ.

POſt demonſtrationem igitur cõmunionum proprietas eorũ differentias ſq; deſignat, & dicit primam differentiã eam, qua genus non ſolum à differentijs, ſed etiã ſpeciebus, proprijs, & accidẽtibus differat. Nãq; dicit genus multo de pluribus prędicari, quàm prędicatur differentia, uel ſpecies, uel accidens, uel proprij. Namq; genus dicitur, id eſt animal de quadrupede, de bipede, de reptili, id eſt de ſerpẽte, de natatili, id eſt de piſce. Quadrupes autẽ quod eſt à bipede differentia, de ſolis illis dicitur quæ quatuor pedes habent, id eſt, equus uel bos. De cæteris autem alijs, id eſt, bipede uel reptili uel natatili, unde genus æqualiter prædicatur, appellari nõ poteſt. Plus autẽ genus à ſpeciebus prædicatur, quod cum homo ſpecies ſit, & de ſolis indiuiduis prędicetur, idem tamẽ homo de equo uel boue uel cane nõ prædicatur. At uero animal quod eſt genus, de pluribus ſpeciebus prædicatur, id eſt de homine & de equo, & cane & boue, & de omnibus quæ ſub ipſis poſita ſunt indiuiduis. Genus autem à proprio prędicationibus abũdat, quod propriũ unius ſpeciei ſemper eſt, & de ſub eadem indiuiduis. Genus uero de multis ſpeciebus & proprijs prędicatur, & de ſub eiſdẽ indiuiduis. Ab accidẽtibus uero genus magis de plurimis prædicaẽ, quod cum unius cygni inſeparabile fortaſſe accidẽs ſit albũ, animal non ſolum de cygno prædicatur. ſed etiã de albis omnibus & non albis animalibus. At uero accidens de ſolis tantũ illis quibus inſeparabiliter cõtinetur, uel quibus ſeparabiliter. Nam principaliter de indiuiduis dicit. Quare cõſtat multo de pluribus prædicari genus quàm accidẽtia prædicantur, quod accidẽtia principaliter de indiuiduis, genera uero de indiuiduis & de ſpeciebus & de differentijs prędicantur.

Sed nunc illas differentias accipiamus quibus genus diuiditur, non quibus ſpecies informantur.

Hoc autem eſt: Quoniã duas diximus differentiarũ eſſe formas, ut alię ſunt diuiſibiles, aliæ cõſtitutiuę. Cõſtitutiuas illas diximus, quæ ſub eodẽ filo poſitę & ſubalter-

nis generibus descendẽtes speciem quandã informãt atq; perficiunt, ut est rationale uel mortale quę hominis speciem constituũt. Alias uero diuisibiles, quę genus diuidunt nõ speciem informãt, id est rationale & irrationale, mortale & immortale. Nũc de differentijs illis iste tractatus habetur quæ genus diuidũt, non quę speciem cõstituunt. Nam illę quę genus diuidũt, in differentiarũ integro loco accipiũtur, illę uero quę speciem cõstituunt in specierũ generumq; substantiã accipiũtur. Namq; rationale mortalis genus est. Porro mortale hominis genus est, & istæ cõstituunt speciem. At uero rationale irrationalis species non est, neq; genus. Nec mortale immortalis neq; genus neq; species est. Atq; ideo quoniã propriã uim differentiarũ ista retinẽt, quę neq; genera neq; species sibi inuicẽ esse possunt, ipsas nunc differentias accipiamus in quibus nulla quantũ ad genus est speciemq; cõmunitas. Est etiã generis differentia. Nãq; genus à proprijs differentijs prius est. Namq; si absturleris genus omnes simul differentias abstulisti. Nam si abstuleris animal, rationale atq; irrationale non remanẽt. Porro aũt si rationale abstuleris, remanet animal. Sed si utrasq; interimeris differentias, id est rationale & irrationale, potest tamen quoddam intelligi, quod sit substãtia animata sensibilis, id est animal. Ita genus sublatũ omnes secũ aufert differentias. Sublatę differentiæ genus secũ non interimunt, q̃d intelligentia genus remanet, id est quoniã potest animal intelligi prꝫter differẽtias, ut eius tantũ diffinitionẽ animo capias, & esse dicas substantiã animatã atq; sensibilem. Quę aũt talia sunt, ut ipsa interempta interimãt, nõ simul alijs interẽptis ipsa interimant, priora sunt illis quæ possunt interimere. Est etiã alia differentia, q̃ genus semper in eo quod quid sit prædicat, ut dictũ est, differẽtia uero in eo quod quale sit. Sed hoc frequentius inculcatũ est, atq; ideo id à nobis prętermittendũ est. Est etiã alia differentia, q̃ ad omnem speciem unũ semper genus aptatur. Homo enim unũ tãtum genus habet, ut animal appellet: in unam autẽ speciem plurimę differentiæ poterunt cõmodari. Namq; homo & rationale est, quę differẽtia est, & mortale, quę eadẽ differentia est, & sensibile quibus scilicet omnibus alijs differt. Differt enim his omnibus q̃ sensibilis est ab insensibilibus, q̃d rationalis, ab irrationabilibus, q̃ mortalis ab immortalibus. Est etiã alia differẽtia quę superius dicta est. Nam genus speciei ita est ut materies, differẽtia uero ut figura. Nam sicut in æris materiem ueniens figura statuã efficit, ita animali, id est generi ueniẽs differentia, id est rationale uel irrationale facit hominis uel pecudis speciẽ. Quæ autẽ communitates uel proprietates generis & differẽtiæ fuerũt, hactenus dixit, & fortasse erunt etiã alię, quę propter breuitatẽ superseḍẽdę atq; dimittendæ sunt.

De communibus generis & speciei.

NVnc autẽ de generis uel speciei cõmunitatibus proprietatibusq; tractat, & dicit genus & speciẽ cõmune habere de pluribus prędicari, sicut dictũ est. Nam genus & de speciebus pluribus p̃dicatur & de earũ indiuiduis. Et itẽ species de sub se plurimis indiuiduis appellat, & hic q̃q; illæ species accipiunt, quæ magis species sunt. Nã si subalternę accipiũtur, nõ magis species q̃ genera uidebunt. Nã quę subalternę species sunt, etiã genera sunt, & erit absurdũ & huic ꝓpositioni incõueniens de generũ inter se differẽtijs cõmunionibusq; tractare. Accipiãtur igit illę tantũ species, quę spẽs & magis species appellant. Est etiã alia eorũ cõmunio, q̃ sicut genus à specie primũ est, sic species ab indiuiduis primæ sunt. Nã si genus auferas species abstulisti. Si species abstuleris, genera nõ peribũt. Porro si species abstuleris, indiuidua morientur. Si indiuidua interierint, species manent. Est etiam his alia cõmunio quod quemadmodũ genus quid sit totum declarat, sic etiam species. Nam totũ quod est rationale, atq; irrationale à genere declaratũ est. Dicitur enim quicquid fuerit rationale uel irrationale, id esse animal, sic igitur totũ quid sit à genere declaratũ. Porro aũt quid sit tota hominũ diuersitas, id est indiuiduorũ, à sola specie declarat, cũ dicitur homo. Nam & Scytha & Indus & totũ quicquid indiuiduũ est, uno solo hominis, id est speciei nomine continetur.

De proprijs generis & speciei.

DIffertis igitur generis speciei q̃ communionibus ad proprietates eorũ uel differentias transitum fecit, dicens:

Differre inter se genus & species, quòd genera species cõtinent, nunquã rursus genera ab proprijs speciebus continentur.

Oportet aũt (ut dictũ est) in hoc tractatu nõ subalternas, sed magis species cõsiderari. Genus enim plurimarũ specierũ est cõtinẽs, & unũ omniũ, & totũ omnibus & singulis. Quod si ita est, et genus à suis speciebus singulis maius est, atq; ideo eas dicit cõtinere, nõ est dubiũ quin ea ipsa genera quę cõtinẽt species, ab his ipsis cõtineri nõ possint. Insuper omnia genera prætacent. Hoc uidet dicere, q̃ omnia genera prius sint ab his speciebus quę sub ipsis posite continent. Nã sicuti materies prima est ab illa re, quę ueniẽs in materiã formã cõstituerit atq; figurauerit, sic etiã prius est genus ab illa specie quã ueniẽs differẽtia formauit atq; cõstituit. Nisi enim in generibus differẽtia uenerit species nunq; cõstituentur. Quare prętacẽt, id est prętsunt, & antiquiora sunt genera speciebus suis. Atq; ideo si genera interimant, species quoq; peribunt. Nã si animal sustuleris hominẽ pecudẽq; sustulisti. Si uero species interimãtur, nõ cõtinno genus interibit. Nam si homo perierit, animal cõtinuo non interemptũ est. alia enim remanebit species de qua ipsum animal id est genus prędicet. Atq; ideo genera ab speciebus suis priora sunt, et q̃ omnia genera uniuoce de speciebus prędicent, spẽs ipse de generibus nunq;. Hoc (arbitror) hesterna lucubratione iam dictũ est. Nam genera semper de speciebus uniuoce prædicãtur. Homo enim, & homo est & animal. Porro aũt animal genus est hominis, & prædicatur animal de homine. Quoniã ergo animal prędicat, & dicitur homo animal, animal & homo, uno animalis nomine nũcupantur. Sed his ipsis diffinitio una cõueniet. Est enim animal substantia animata sensibilis, q̃ nõ absurdum est in homine dici. Nã homo ipse si animal dicat, nõ erit absurdũ dici de homine substantia animata sensibilis. Igitur genus de speciebus suis uniuoce prædicatur, q̃ & eodem nomine, & eadẽ diffinitione cõueniat. At uero species nõ modo uniuoce nõ p̃dicantur de generibus suis, sed nec omnino prædicantur. Nulla enim res minor de maiore poterit prædicari. Atq; ideo quoniam species minores sunt suis generibus, de generibus suis neq; uniuoce, neq; aliquo modo poterunt appellari.

Amplius omnia genera abundant complexione sub se positarum specierum, ipsæ species abundant generum suorum proprijs differentijs.

Quod dicit perinde est, ac si diceret: Omne quod genus est, plures sub se species continet. omne uero q̃ species sub se plures habet, differentias habet. Genus enim, id est animal in hoc homine idẽ specie superabũdat & supereſt, q̃ homo solum homo est. Animal uero nõ solũ homo, sed etiã bos uel auis uel alia huiusmodi. Species uero in eo superãt genera sua, q̃ eas differẽtias quas species in actu habent, eas genera nõ habent. Nã sicut superius dictũ est, genera differẽtias illas quas habẽt sub se species positæ potestate cõtinent nõ etiam re. Atq; ideo species quæ est homo, uel alia species, sicut est equus à genere suo animali in hoc abũdãt & supersunt, q̃ animal ipsum per se neq; rationale neq; irrationale est. At uero homo uel equus hoc rationale, illud est rationis expers. Illud etiã, quod species nunq; magis genus fiet, rursus & genus nunq; magis species fit, & ut sciremus hic nõ de subalternis speciebus, sed de illis magis speciebus specialissimisq; tractari. Quid ait? Quod ea quæ sunt genera magis species fieri nunquã possunt, neq; magis species aliquando fieri magis genus. Nã species nunq; genus est. Quicquid enim fuerit species genus non erit, neq; quicquid fuerit genus species erit. Quare constat in his eum tractatibus de speciebus solis, nõ etiam de subalternis disserere. Subalterna enim possunt esse etiam genera, magis species uero (ut ipse ait) nunquam genera esse possunt. sed postquam de generũ specierumq; communitatibus differentijsq; tractatus habitus est, ad genera propriaq; transgressus est.

DE COMMVNIBVS GENERIS ET PROPRII.

Generis & proprij commune hoc eſt, adhærere ſpeciebus et eas amplectari.

Dicit genera & propria in hoc ſibi eſſe cõſimilia, ꝙ omne genus à ſuis ſpeciebus nunq̃ recedit. Eodẽ modo & propria. Nam ſi dixeris homo, cum ipſo homine cõtinuo animal nominaſti, ꝙ ipſius hominis, id eſt ſpeciei genus eſt. At uero etiã ſi homini dixeris, eius etiã proprium cõtinuo cum homine nominaſti. omnis enim homo riſibilis eſt. Ita ſemper genus & propria ſuis ſpeciebus inſerta & quodãmodo cõglutinata ſunt. Similiter & genus p̃dicatur de ſpeciebus, & proprium de iſs quę ſui participãtia ſunt, & æqualiter inquit omnes ſpecies eidẽ generi ſupponũtur, & ad eas genus illud appellaſ, ſicut propria ad ea prędicãtur, quę ſui participari poſſunt. Namq̃ æqualiter genus de homine dicit, & de equo, & de boue, & de cęteris animãtibus, quemadmodum & riſibile, id eſt proprium de Hortẽſio dicit & Cicerone, & de ſingulis indiuiduis quę ſub eadẽ ſpecie cõtinentur, ad quã ſpeciẽ proprium, id eſt riſibile poterit prædicari. Adhuc cõmune eſt ipſis uniuoce p̃dicari. Nãq̃ ſicut genus de ſuis ſpeciebus (ut dictũ eſt) uniuoce prędicaſ. Ita & proprium de ea ſpecie cuius eſt proprium uniuoce p̃dicatur. Nã qui homo eſt & riſibile eſt. Porrò aũt ſi quis dicat hominẽ eſſe animal rationale et mortale, & dixerit riſibile eſſe animal rationale et mortale, nõ errabit. Aequaliter igit & genus de ſpeciebus ſuis, & propria de ea ſpecie, cuius ſunt, ꝓpria uniuoce p̃dicant.

De proprijs generis & proprij.

Differt autẽ utrũq̃, ꝙ genus primũ eſt, ſecundum proprium. Genus enim ſi ab ſpecie primũ eſt, proprium aũt uni tantũ ſpeciei adhęret, & eidẽ æquale eſt, nõ eſt dubiũ quin genus ꝙ ſpecie maius eſt, proprio etiã ſpeciei maius ſit. Nã ut ſit riſibile, animal prius eſt. Nãq̃ ut aliqua ſpẽs informeſ, ꝓprijs & differẽtijs primo erit genus, ubi illa cõueniant, ſicut frequentius inculcatũ eſt. Accedit etiã ꝙ genus de pluribus ſpecibus prædicaſ. Nãq̃ genus, id eſt animal de pluribus, at uero proprium, id eſt, riſibile de ſola tantũ hominis ſpecie p̃dicatur. Vnde fit, ut ſemper propria de ſpeciebus ſuis conuerſim p̃dicari poſſint, ſpecies aũt de genere nunq̃. Necq̃ enim quod animal eſt, homo eſt, necq̃ omne quod animal eſt, riſibile eſt. Poteſt enim eſſe & equus & hinnibile id ꝙ animal nominaſ. Porrò autẽ omne ꝙ eſt homo, id riſibile eſt, & omne ꝙ eſt riſibile, id homo eſt. Poſſunt enim propria & ſpecies ſibiipſa cõuerti, & cõuerſim ad ſe inuicem prædicari. Prꝫterea omni ſpeciei quicquid fuerit proprium, & omni & ſoli eſt. Namque riſibile & omnibus hominibus eſt, & ſoli hominis ſpeciei euenit. At uero animal q̃d genus eſt, & ſi uni ſpeciei ineſt, non tamen ſoli. Nãq̃ animal omni homini ineſt, non ſoli tamen homini, quia ineſt etiam pecudi, & cęteris animantibus. Oportet autem hic illa propria intelligere, quæ magis propria ſunt, id eſt quæ integre propria nominantur, quę ſunt huiuſmodi, ut et uni ſpeciei & omnibus inſint. Differũt ergo in hoc quoque genera & propria, quod propria & uni ſpeciei adſunt. & omnibus indiuiduis quę in ea ſpecie ſunt: genera uero omnibus quidẽ indiuiduis, quæ in eadem ſpecie ſunt & ſub eodẽ genere. nõ tamẽ uni ſoli ſpeciei, qm̃ genus ſemper de pluribus prædicaſ. Vnde fit, ut ſublata propria non auferãt genus, ſublatis uero generibus ipſa q̃q̃ propria auferãtur. Nã ſi ſuſtuleris proprium, id eſt riſibile, remanet hinnibile, remanet natatile. Si uero genus ſuſtuleris, ſimul q̃q̃ ſpecies ſuſtuliſti. Si ſpecies ſuſtuleris, propria etiã quæ inſunt ſpeciebus ſimul interibũt. Itaq̃ ſublatis generibus propria ſuſtuleris, ſublatis uero proprijs, ſimul genera non auferentur.

De communibus generis & accidentis.

Peractis igitur generũ propriorumq̃ differentijs ad generũ accidentiumq̃ cõmunitates uel proprietates tranſitũ fecit, & unam eorum prędicat cõmunitatem, quæ eſt quod de pluribus prædicatur. Namq̃ ſicut genus de pluribus ſpeciebus prędicaſ, ita etiã ſeparabile accidens uel inſeparabile de pluribus ſpeciebus appellatur. Dicitur enim & de coruo et de æthiope nigrũ, & de equo & homine moueri, ꝙ illud eſt inſeparabile

rabile accidens, illud uero ſeparabile. & quoniam longius à ſe diſtant, idcirco unã eorum ſolam communionem dixit, & alias ſi quæ forte eſſent quærere ſupерſedit.

Quid inter genus & accidens.

Differt autem genus ab accidẽti, ꝙ genus ante ſpecies eſt, accidentia uero ſpecibus poſteriora ſunt. Sẽper genera ſuper ſpecies, & his præſacere & eſſe maiora ſuperius demonſtratũ eſt. Nãq̃ prius eſt animal ab homine, atq̃ ideo cõſumptum animal, ſpecies quoq̃ cõſumit, cõſumptæ uero ſpecies nõ interimunt genera. At uero accidẽs poſtea neceſſe eſt ut ſit, q̃ ſint ipſę ſpecies. Erit enim prius aliqd cui poſſit accidere. Omne enim accidẽs ꝑter illud cui accidit eſſe nõ poteſt. Atq̃ ideo prius erit aliqua res cui accidat, q̃ ſit ipſum accidẽs. Neceſſe eſt igit ut omne accidẽs poſt ſpẽs inueniatur. & magis poſt indiuidua, quibus principaliter poſſit accidere. Huc accedit ꝙ generis participãtia æqualiter participãt, ſicut omne genus ſpeciebus ſuis æqualiter genus eſt, ut ſæpius dictũ eſt, & ſpẽs oẽs æqualiter ſuo generi participãt. Nãq̃ equus & homo æqualiter animalia ſunt, necq̃ equus homine plus, necq̃ homo plus equo. At uero accidẽtia nõ æqualiter participãt. Nã cũ ſeparabile accidẽs ſit moueri, poſſunt alię inter ſe ſpecies eodẽ accidenti participantes tardius uel citius moueri, & de inſeparabili accidenti eodẽ modo. Eſt enim ut aliquis nigrioribus oculis ſit, & alius quãuis nigris tamẽ ita purpureis, atq̃ ideo & intentionẽ & remiſſionẽ recipit accidens. Nam & candidus quod dicit, et magis & minus dicit, & alia huiuſmodi. Quare diſtant hęc duo, ꝙ genere, quę participant, æqualiter participãt, accidẽti fortaſſe nõ æqualiter. Huc accedit ꝙ genera nõ modo ante indiuidua, ſed ante ſpẽs ſunt, accidẽtia uero nõ modo poſt ſpecies, ſed etiã poſt indiuidua ſunt. Ipſis enim principaliter accidũt, ut dictum eſt. Eſt etiam differẽtia, quæ iam ſuperius dicta eſt: nam genus in eo quod quid ſit prædicatur, accidẽs uero in eo quod quale ſit, aut quomodo ſe habeat. nam ſi quid ſit Socrates interroges, homo atq̃ animal reſpondetur: ſi uero qualis ſit, fortaſſe caluus, aut ſimus, quę accidentia ſunt inſeparabilia. Sin uero quomodo ſe habeat, aut iacet reſpondeẽ, aut ſedet, aut quid aliud facere cõtigerit. Ergo quoniam generis à ſpecie & differẽtia & proprio & accidenti diuiſa ſubſtantia eſt, nunc poſteriora perſequitur. Sũt autem differentię uiginti. nam cum quinq̃ res ſint, & unaquęq̃ ipſarũ ab alijs quatuor diſtet, & item quatuor differentias habeat, quinquies quaternis, uiginti differentiæ efficiũtur. nam ſi genus differt ab ſpecie, proprio, differentia & accidenti, quatuor differentiæ fiunt. Sin uero ſpecies differt à genere, proprio, differentia, accidenti, item aliæ quatuor quæ iunctæ cum ſuperioribus octo fiunt. Et ſi differentia diſtat ab ſpecie, proprio, genere & accidenti, aliæ quatuor ſupercreſcunt. Quę iunctæ cum octo prioribus duodecim faciunt. At uero ſi proprium differt à genere, ſpecie, differentia, & accidenti, alijs quatuor differentijs ſuper duodecim poſitis, omnes ſedecim differentię fiunt. Quod ſi accidentis quoq̃ differentias ad quatuor reliqua duxeris, quatuor ſuper ſedecim creſcentibus, uiginti omnes differentiæ perficiuntur. Quæ ita uiginti ſunt ut ad ſufficientem doctrinæ cumulum decem tantum differentiæ numerentur. Nam quod dictum eſt



genus differre à differentia, ſpecie, proprio & accidenti quatuor fuere differentiæ. Si autem differentiam dicamus differre à ſpecie, proprio, & accidenti, ſuperuacuum eſt differentiæ cum genere differentiam cõmemorare, cũ iam prius cõmemorauerimus, quando generis ad differentiam, differentias diximus. iiſdẽ enim (ut opinor) differt differẽtia à genere, q̃bus differebat genus à differẽtia. Itaq̃ relinquenda eſt hęc differentia, qua diſtat differẽtia à genere, quoniã ſuperius iam dicta eſt, cũ diceret quo genus

diſtaret à differentia. Remanẽt igitur tres differentiæ, quibus ipſa differẽtia ab ſpecie, proprio & accidẽti diſtat, & eſt ſuperioris generis ad alia, 4. differentię fuerint. nũc uero differentię ad alia, tres diſtatię uideanẽ, 7. hæ diſtantię fiũt. At uero ſpecies quo à genere diſtet iam tũc dictũ eſt, cum dicebaẽ quo genus diſtet à ſpecie. Quid aũt differẽtia diſcreparet, tũc demonſtratũ eſt, cum diceremus in quo differẽtia à ſpecie diſcerneret. Remanẽt igiẽ duę ſpeciei, id eſt, cum proprio & accidẽti differẽtiæ, quę iunctæ cũ ſuperioribus 7. 9. differẽtias efficiũt. Reſtat igitur una proprij & accidẽtis differẽtia, quę dicatur. nã quid à genere diſtet dictũ eſt, cũ quid genus diſtaret à proprio dicereẽ. Porrò quid à ſpecie diſtaret dudũ dicebaẽ, cum quid ſpecies à proprio differret enumerabaẽ. Porrò aũt quid à differentia, etiã id dictũ eſt, cũ à proprio differẽtia ſepareareẽ. Sed nũc quemadmodum differentia à ſpecie, proprio accidentiq; diſcernitur, uideamus.

De communibus differentiæ & ſpeciei.

ESt cõmunio differẽtię & ſpeciei q̃ æqualiter ſpecies ſub ſe indiuiduis ſe permittit, & æqualiter indiuidua ſpecie ipſa participãt: nãq; oẽs homines æqualiter homines ſunt, & hominis participatiõe æquè participãt. eodẽ modo etiã differẽtia. nãq; oẽs homines æqualiter rationales ſunt, & rationabilitate quę eſt differẽtia, oẽs q̃ ratione participant æquè partícipãt. Eſt etiã alia cõmunitas, q̃ quẽadmodũ ſpecies nunq; deſerit ea quorũ ſpecies eſt, & quibus ſupereſt, ſic & differẽtia nunq; ea deſerit quę diſtare ab aliis facit. nãq; Socrates q̃m ſub ſpecie hominis eſt nũq; ab hominis ſpecie deſeriẽ. Sẽper eẽ Socrates homo eſt. At uero differentia Socratẽ, q̃m Socrates rationalis eſt, nunquam deſerit. Semper enim Socrates rationale animal eſt.

De proprijs differentiæ & ſpeciei.

DIfferũt aũt inter ſe ſpecies & differentia, q̃ differẽtia ſemper in eo q̃ quale ſit prędicatur. Nam diciẽ Socrates quale animal ſit, ut rationale reſpondeaẽ, ſpecies uero in eo q̃ quid ſit prędicaẽ. Nã diciẽ quid ſit Socrates, ut homo reſpõdeatur. Nãq; hominis qualitas rationale eſt, ſed nõ ſimpliciter. Illa enim qualitas pro differẽtia accipitur, quę ueniẽs in genere ſpẽm cõſtituit, & de qualitate ſubſtãtiali fata eſt ſubſtãtialis & ſpecifica differẽtia. Iſta igitur talis qualitas differẽtia nominaẽ, & ea in eo quod quale ſit ad hominẽ p̃dicatur, hoc etiã in eorũ eſt differẽtijs. Nãq; differẽtia frequẽter in pluribus ſpeciebus cõſideratur. Differẽtia enim quadrupes in bouis, et in equi, & in canis ſpecie eſt: & differẽtia rationalis hominis & angeli, ſpecies uero nunq; alijs niſi ſolis ſub ſe poſitis indiuiduis prędeſt. Nũq; enim alia res homo eſt niſi q̃ eſt indiuiduũ, ut eſt Socrates, & Plato, & Cicero. Vnde fit ut ſublata differẽtia, ſpecies q̃q; tollatur. Nã ſi ſuſtuleris rationale, hominẽ ſuſtuleris. Sin uero ſuſtuleris ſpeciẽ, differentia manet. Nã ſi ſuſtuleris hominẽ rationalis angeli differẽtia manebit. Eſt uero etiã hęc differentia, q̃ differẽtia cũ alia differentia iungi poteſt, ut aliqua ex his ſpecies informeẽ. Nãq; rationalis differẽtia & mortalis differẽtia iunctę unius hominis ſpeciẽ reddiderunt. Iunctę uero ſpecies nunq; aliquã ex ſe ſpeciẽ cõſtituent. Si enim iungas hominẽ boui, nulla ex his ſpecies informabiẽ. Sed fortaſſe dicat aliquis aſini atq; equi coniunctione mulus naſciẽ, ſed nõ ita eſt. Nãq; indiuiduí cõiunctione natũ eſt aliquid indiuiduum. Si aũt ſic ſimpliciter ſpeciẽ ipſam aſini atq; equi cõiungas, nulla ex his unq; ſpecies conſtituiẽ. Neq; enim ſi ſe poſſunt indiuidua cõmiſcere, idcirco etiã ſpecies indiui duorũ in alterutrã ſubſtantiã trãſeũt: atq; ideo cõſtat iunctas ſpecies unã ſpeciem nõ poſſe cõponere, q̃ differentiæ iunctę unius ſpeciei cõſtitutiuæ ſint. his itaq; tranſactis ad differẽtię & propria cõmunia ueniamus. *De communibus differentiæ & proprij.*

DIfferẽtia & propriũ cõmune habẽt q̃ quibus differẽtia eſt & à quibus ipſa differẽtia participaẽ, æqualiter participaẽ. nam rationalis differẽtia q̃m ineſt hominibus, et omnes homines rationabili differentia participãt, nõ eſt dubiũ quin omnes homines æqualiter ſint rationales, atq; æqualiter rationabilitate participẽt. At uero propriũ q̃ riſibile eſt, æqualiter omnib. hominibus eſt: oẽs enim homines æqualiter riſibiles ſunt. Eſt etiã hęc eorũ cõmunitas, q̃ ſicut poteſtate riſibile diciẽ, etiã ſi nõ rideat, ita etiã poteſtate bipes dicitur, etiam ſi quis uno pede minuaẽ. nõ enim quod eſt diciẽ, ſed q̃d eſſe poſſit: nam quoniam ille ridere poteſt, riſibilis nominaẽ, q̃ ille duos pedes habere

habere poſſit, bipes. Atq; ideo nunq; ab illis in quibus ſederint, propriũ differẽtiaq; diſcedũt. Semper enim homo riſibilis eſt, etiã ſi non rideat. Semper bipes, etiã ſi uno pede minuaẽ. In his enim differẽtijs & proprijs (ut dictũ eſt) quod poteſtate eſſe poſſit, nõ quod uerè ſit cõſideratur *De proprijs eorundem.*

DIfferunt autẽ inter ſe, q̃ differentia de pluribus ſpeciebus prędicaẽ, propriũ uero de una. Namq; differẽtia quę eſt mortalis p̃dicatur de homine, de boue, de equo, & cæteris animãtibus: & rationale p̃dicatur, & de deo, & de homine. At uero riſibile de ſola tantũ ſpecie hominis prędicaẽ. Vnde euenit, ut omnis differẽtia, quoniã plurimarũ cõtinens eſt ſpecierũ à ſuis ſpeciebus maior ſit, atq; ideo ipſa de ſpeciebus prædicari poteſt. Porrò aũt de ipſa ſpecies prędicari nõ poteſt: neq; enim cõuerſim dici poteſt. Nã quoniã homo dicitur rationalis, nõ cõtra diciẽ, q̃ rationale eſt id q̃d homo eſt. Poteſt enim eſſe etiam nõ homo ſed Deus. At uero propriũ, quoniã æqualiter, & ad unã ſpeciem ſemp aptatur, ęqua uice atq; appellatione cõuertitur: dicitur enim q̃d eſt homo, riſibile. Quibus pertractatis ad differentiã & accidẽs trãſgreſſa diſputatio eſt. *De communibus differentiæ & accidentis.*

DIfferẽtia & accidẽs cõmune habẽt de pluribus prędicari. Nãq; differẽtia diciẽ & de homine & de Deo, q̃m utriq; rationales ſunt. Et accidẽs diciẽ, & de homine & de equo, ut homo æthiops niger, & equus niger. Eſt etiã alia cõmunio q̃ inſeparabile accidẽs cuicũq; ſpeciei fuerit, inſeparabiliter & omnibus ineſt ut differentia. Nãq; inſeparabiliter accidẽs q̃ eſt nigrũ, coruo inſeparabiliter accidit, et oẽibus coruis. Eodẽ modo etiã differentia. Nã quoniã accidit homini ut bipes ſit, ſemper & omnibus hominibus eſt eſſe bipedibus. *De proprijs eorundem.*

DIfferũt aũt inter ſe, q̃ omnis differentia ſpecies cõtinet, non cõtra ipſa à ſpecie bus contineẽ. Nam ſi differẽtia plures ſub ſe ſpecies habet, ut dictũ eſt, maior erit ſub ſe poſitis ſpeciebus. Si maior erit, nunq; eam quælibet ſpecies cõtinet. Maior enim à minori nunq; poterit cõtineri. Nam q̃ eſt rationale, cõtinet hominẽ & Deũ. Homo uero rationale nõ cõtinet. Accidẽtia uero aliquoties cõtinent, aliquoties cõtinentur. Namq; cõtinent, quoniã frequẽter unũ accidens duas ſub ſe ſpecies habet, ut nigrũ habet æthiopẽ & coruũ. Cõtinentur uero quoniã ſæpe una ſubſtãtia habet duo uel tria uel quãlibet plurima accidentia. Si quis enim ſit glaucus, uel criſpus, uel cãdidus, uel procerus, hęc omnia accidẽtia unus cui acceſſerũt complectitur & continet. Atq; ideo ſpecies illa quę illud indiuiduum cõtinet quod indiuiduum plura in ſe accidentia ſuſcepit, accidentis illius complexiua eſt.

Dehinc differentia nunquam intenditur neq; relaxatur.

Quod dicit hoc eſt rationale in unaquaq; ſpecie, neq; plus neque minus eſt. Nullus enim homo alio homine ad ſubſtantiam plus rationalis eſt neq; minus. At uero accidens & intenditur & remittitur. Dicitur enim quicunq; procerior, dicitur quicũq; uelocior, dicitur quicunq; criſpior, quæ omnia accidentia eſſe non dubium eſt.

Præterea immiſtę ſemper ſunt contrariæ differentię.

Immiſtę ait, id eſt immiſcibiles quę miſceri nõ poſſunt. Neq; eẽ rationale cũ irrationali miſceri poteſt, neq; in una ſpecie cõuenire. At uero cõtraria accidẽtia manifeſtũ eſt in una ſpecie poſſe cõgruere. Namq; nigrũ & albũ poteſt in una non modo ſpecie, ſed indiuiduo cõgruere. Poteſt enim quicũq; homo cum ipſe ſit cãdidus nigros tamen capillos habere. Ergo quemadmodũ ſpecies differat à genere uel differentia dictum eſt, cum de generis ad ſpeciẽ, & differentiæ ad ſpeciem diſtantia diceremus.

De communibus ſpeciei & proprij.

NVnc dicemus id quod reliquũ eſt de ſpeciei propriiſq; cõmunibus. Et eſt una eorum communio, quod de ſeipſa inuicem prædicantur. Nam quoniam æqua ſibi ſunt, neq; ſpecies hominis alij proprio cõuenit niſi riſibili, neq; riſibile alij cõuenit ſpeciei, niſi homini, atq; ideo diciẽ q̃d eſt homo, riſibile. Quid eſt riſibiles homo. Cõmune eſt etiã illud, q̃ omne propriũ æqualiter ad ſub ſe poſita prædicaẽ. Namq;

omnes

omnes homines æqualiter risibiles sunt, & species equaliter ad sub se posita predicatur. Namq; omnes homines individui æqualiter uno nomine homines nũcupantur.

De proprijs eorundem.

DIfferunt à se, quoniã species potest etiam genus alteri esse, proprium esse non potest. Sed hic illam speciem intelligamus quæ subalterna est, non illam quæ magis species est, & genus esse nunquã potest. Atq; ideo nos illam modo solã, quæ subalterna species est intelligamus, quæ scilicet poterit esse & genus. Namq; mortale cum rationalis generis sit species, hominis genus est. At uero risibile de nulla unquam alia specie poterit prædicari, neq; alij esse propriũ, sicut est hominis. Illa enim semper (ut dictũ est) propria sunt, quæ nulli alij nisi ad unam speciem semper aptanẽ. Deinde species præcedit, & sic propriũ sequitur. Quod dicit tale est: Omnis species ut habeat propriũ, primo eam esse & cõstare necesse est. Oportet enim prius esse hominem ut sit risibilis, nõ prius esse risibile ut sit homo. Nam quoniã propriũ dicitur, per se propriũ non cõstat, nisi alicuius species sit. Atq; ideo prius esse necesse est illud cuius est propriũ quàm sit proprium. Huc accedit quòd species semper in opere intelligitur cuiuscunq; subiecti. Species enim semper in actu est, nõ solum propria potestate. Homo enim reuera & opere, & actu homo est, id est nunquã poterit esse non homo. At uero risibile quod est proprium, potestate tantũ dicitur, etiam si actu non sit. Potest enim quilibet ille nõ ridere, tamen quia ridere potest, risibile nominatur. Distant igitur in hoc quod semper species in actu est & in opere, proprium uero aliquoties potestate, deinde quorũ diffinitiones diuersę sunt, necessario etiam ipsa quoq; diuersa sunt. Omnis diffinitio substantiã diffinit. Ergo si quæ eiusdem substantiæ fuerint, eadem etiã diffinitione monstrantur. Si quæ eiusdem diffinitionis fuerint, eadem substantia prædicãtur. At uero si quæ diffinitionibus differãt, differunt etiam substãtijs. Quæ substãtijs differunt longè à seipsis alia sunt. Nũc igitur quoniã diffinitiões propriį & speciei differũt, species ipsa quoq; & propriũ à se differũt. Est aũt speciei diffinitio sub genere esse, & ad plurima numero differẽtia in eo ẽd quid sit prædicari. At uero proprij uni tantum ineſſe speciei, & sub ipsa, de omnibus individuis prædicari. Sed quoniã diffinitionibus differũt, ipsa quoq; species à proprio distabit.

De communibus speciei & accidentis.

POst hęc ad cõmunitates speciei & accidentis disputationẽ trãstulit, & dicit, eorum raras alias esse communitates, nisi has solas quòd de pluribus predicantur. Longẽ enim à se distare uidentur, in substantia sui & in potestate patiẽdi atq; facien di id quod alicui accidit, & id cui accidit. Namq; illud cui accidit, quasi quoddam fundamentum est accidẽtis. Illud uero quod accidit, præter id cui accidit, esse in sui substantia non potest.

De proprijs eorum.

PRopria uero singulorũ sunt hęc, quod species in eo quod quid sit prædicatur, accidens uero in eo quod quale sit & quodammodo se habens. Nam si quis dicat, quid Socrates est, homo dicit. Si quis dicat qualis sit, caluus uel simus appellatur. Si quis uero quomodo se habẽs, sedẽs aut iacens appellabitur. Itẽ in hoc differũt quod unaquæq; substantia unã speciem habet. Namq; hominis substãtia unã solam hominis speciem habet. Substãtia uero æquè unã solius equi speciem habet. At uero una substantia plura frequenter accidentia continebit. Nam & in eodẽ equo quædã pars frequenter nigra quædam alba est. Et est in eo proceritas, est altitudo, est aquilinum caput, & alia huiusmodi. Habet etiam non solum inseparabile accidens eadem substantia, sed etiam separabile. Nam fortasse qũidam uelox est, & idem etiam corpore ualidus est, idem etiam sagittator & cætera. Huc accedit quod species prenoscũtur, id est preintelligũtur, hoc est ante esse cognoscũtur quàm accidẽtia. Et prius erit aliqua res ubi accidat, quàm illa quę accidit, & quoniam species est subiectum accidentis ubi accidens accidat; ideoq; ante species intelligitur esse quàm accidens. Accidentia uero postea nata sunt, id est à foris uenientia & extranea, à qualibet illa substãtia etiam

etiam si inseparabilia sunt. Hæc quoq; est eorum separatio, quod semper omnia quæ participant specie, æqualiter participant. Aequaliter enim & Socrates & Cicero & Plato sunt homines. At uero illa quę participant accidenti, etiam si inseparabile accidens sit, tamen non æqualiter participant. Nam quamuis inseparabile sit accidens æthiopibus nigris esse, tamen est aliquis inter ipsos nigrior, nec omnes illa nigredine æqualiter participant.

De communibus proprij & accidentis.

RElinquitur igitur de cõmunibus propriį accidentisq; tractare. Nam proprium quid distaret uel à specie, uel à genere, uel à differentia, superius demõstratum est. Proprium autem & inseparabile accidens commune habent, quod sine his nunquam consistunt ea quæ eorum participant, & in quibus ipsa considerantur. Nam neq; homo amittit risibile esse, nec æthiops, aut coruus nigrum. Atque ideo sine his ipsis, id est propriįs & accidentibus, quæ eorum participant, constare non possunt, ne forte cõtra superiorem diffinitionem accidentis uenire uideatur ista communio. Est enim ita diffinitũ: Accidens est quod infertur & aufertur sine eius in quo est interitu. Quod nunc dici uidetur sine his constare non posse, cum superius sine eorum interitu posse diceretur auferri. Sed hoc modo dicitur, nõ quod si auferatur hoc accidens inseparabile, intereat illud cui accidit, sed quoniam separari non potest, ideo ei co sine his constare non possit. Est etiam inseparabilis accidentis & proprij alia cõmunio, quod sicut & omni & semper ineſt propriũ, cui ineſt, id est homini, (semper enim & omnis homo risibilis est) sic etiam quodlibet accidens inseparabile, & omni & semper est accidẽs inseparabile. Namq; & omnis coruus, & semper niger est. Sola autem cum separabilibus accidentibus illa communio est, quod quemadmodum de multis individuis propriũ prædicatur, ita etiam accidens de multis individuis potest prædicari. Plures enim currunt plures etiam ambulant, quæ scilicet accidẽtia separabilia sunt quemadmodum plures possunt esse risibiles.

De proprijs eorum.

DIfferũt autẽ ista, quod propriũ semper uni speciei ineſt, accidẽs uero pluribus. Nam accidẽs pluribus speciebus et animatis et inanimatis euenit, ut est ebeno nigrũ, coruo nigrũ, homini ethiopi nigrũ. Risibile uero nulli, nisi soli homini. Atq; ideo cõuersim propriũ prædicatur, quia unius speciei cõtinens est, & illi speciei soli æqualis est. At uero accidẽs cõuersim predicari nõ potest, quia plures sub se species habet. Nõ enim potest dicere id esse nigrum ẽd ebenũ, cũ dicas hoc esse ebenũ quod nigrum. Potest enim esse nigrum & non esse ebenum. Deinde omne propriũ æqualiter se his rebus quæ sub se fuerint dat & ab his æqualiter participat. Socrates enim & Cicero & Vergilius æqualiter & risibili participãt, & æqualiter risibiles sunt. At uero accidens non semper æqualiter est accidens. Potest enim quicunque esse procerior, & alius esse uelocior. Quod scilicet illud separabile est accidens, illud inseparabile. Et fortasse aliæ eorum quædam proprietates & communiones esse uideantur. Sed nunc quantum introductioni sat est, ista sufficiant. Sed iam tibi Fabi omnia quęcunque ad introductionẽ Porphyrij pertinent, plenius uberiusq; tractata sunt. Post uero si quidem unquam me egueris, studijs præsertim tuis quæ nulla unquã honesta te caruerũt, libens animo hortatorq; ad easdem cupiditates parebo. Hic Fabius: Tu inquit paterno hæc mihi animo polliceris, uerum ego nunquam deficiam ab his studijs te præsertim docente à quo totam fortasse logicę Aristotelis, si uita suppetit capiam disciplinam. Et ego faciam inquam libẽtissimè. Sed quoniam iam matutinus (ut ait Petronius) sol tectis arrisit, surgamus & si quid est illud, diligentiore postea consideratione tractabitur.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRICII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI COMMENTARIORVM, IN PORPHYRIVM A SE TRANSLATVM LIBER I.

SECVNDVS hic arreptæ expoſitionis labor noſtræ ſeriem tranſlationis expediet, in qua quidē uereor ne ſubierim fidi interpretis culpā cum uerbū uerbo expreſſum cōparatumq; reddiderim. Cuius incœpti ratio eſt, quòd in his ſcriptis in quibus rerum cognitio quæritur, nō luculentæ orationis lepos, ſed incorrupta ueritas exprimēda eſt. Quocirca multùm profeciſſe uidebor, ſi philoſophiæ libris Latina oratione cōpoſitis per integerrimæ trāſlationis ſinceritatem, nihil in Græcorū literis amplius deſideretur. Et quoniā humanis animis excellentiſſimū bonum philoſophiæ cōparatum eſt, ut uiæ ex filo quodam procedat ratio, ex animę ipſius efficientijs ordiendum eſt. Triplex omnino animæ uis in uegetandis corporibus deprehenditur. Quarum una quidem uitā corporis ſubminiſtrat, ut naſcendo creſcat, alendoq; ſubſiſtat. Alia uero ſentiendi iudiciū præbet. Tertia ui mentis & ratione ſubnixa eſt. Quarū quidem primæ id officiū eſt, ut creandis, nutriēdis, alendiſq; corporibus præſto ſit, nullum uero rationis præſtet ſenſus'ue iudicium. Hæc autem eſt herbarum atq; arborum, & quicquid terræ radicitus affixū tenetur. Secunda uero cōpoſita atq; cōiuncta eſt, & primam ſibi ſumens & in partem cōſtituens, uarium ac multiforme iudicium capit, de quibus capere poteſt. Omne enim animal quod ſenſu uiget, idem & naſcitur & nutritur & alitur. Sensus uero diuerſi ſunt & uſq; ad quinarium numerum tendunt. Itaq; quicquid tantum alitur, non etiam ſentit, quicquid uero ſentire poteſt, ei prima quoque uis animæ, naſcendi ſcilicet atque nutriēdi probatur eſſe ſubiecta. Quibus uero ſenſus adeſt, non tantum eas rerum capiunt formas, quibus ſenſibili corpore feriuntur præſente, ſed abſente quoq;, ſenſibilibusq; ſepoſitis ante cognitarum ſenſu formarum imagines tenent, memoriamq; conficiunt, & prout quodq; animal ualet, longius breuiuſq; cuſtodit. Sed eas imaginationes confuſas atque ineuidentes ſic ſumunt, ut nihil ex earum cōiunctione ac cōpoſitione efficere poſſint. Atq; idcirco meminiſſe quidē poſſunt, nec æque omnia. Amiſſa uero obliuione, memoria recolligere ac reuocare non poſſunt. Futuri uero his nulla cognitio eſt. Sed animæ uis tertia quæ ſecum priores alendi ac ſentiēdi uires trahit, hiſq; uelut famulis atq; obedientibus utitur, eadē tota in ratione cōſtituta eſt, eaq; uel in rerum præſentiū firmiſſima cōtemplatione, uel in abſentiū intelligētia, uel in ignotarū inquiſitione uerſatur. Hæc tantū humano generi præſto eſt, quę nō ſolum ſenſus imagines perfectas, & nō incōditas capit, ſed etiā pleno actu intelligētię ęd imaginatio ſuggeſſit, explicat atq; cōfirmat. Itaq; ut dictū eſt huic diuinę naturę nō ea tantū in cognitione ſufficiūt, quæ ſubiecta ſenſibus cōprehendit, uerū etiam & inſenſibilibus imaginatione cōcepta, & abſentibus rebus nomina indere poteſt, & quod intelligētiæ ratione cōprehendit, uocabulorū quoq; poſitionibus aperit. Illud quoq; ei naturę propriū eſt, ut p ea quę ſibi nota ſunt ignota ueſtiget, & nō ſolum unūquodq; an ſit, ſed quid ſit etiam & quale ſit, necnon cur ſit optet agnoſcere. Quā triplicis animę uim ſola hominū (ut dictū eſt) natura ſortita eſt. Cuius animæ uis intelligētiæ motibus nō caret, quia in his quatuor propriæ uim rationis exercet. Aut enim aliquid an ſit inquirit, aut ſi eſſe cōſtiterit, quid ſit id dubitat. Quod ſi etiā utriuſq; ſcientiā ratione poſſidet, quale ſit unūquodq; ueſtigat, atq; in eo cętera accidentiū mōmēta perquirit, quibus cognitis cur ita ſit queriē, & ratione nihilominus ueſtigat. Cū igitur actio ſit humani animi ut ſemper aut in præſentium rerū cōprehenſione, aut in abſentiū intelligētia, aut in ignotarum inquiſitione atq;

atque inuentione uerſetur. Duo ſunt in quibus omnem operā uis animæ ratiocinantis impēdit. Vnum quidem ut rerum naturas inquiſitionis certa ratione cognoſcat: alterū uero ut ad ſcięntiam prius ueniat quod poſt grauitas moralis exerceat, quibus inquirendis per multa eſſe neceſſe eſt, quæ ueſtigantem animū à recti itineris nō minimum progreſſione deducant, ut in multis euenit Epicuro, qui atomis mundū conſtare putat, & honeſtum corporis uoluptate metitur. Hæc autem idcirco huic atque alijs accidiſſe manifeſtum eſt, quoniam per imperitiam diſputandi quicquid ratiocinatione comprehenderant hęc in res quoq; ipſas euenire arbitrabantur: hic uero magnus eſt error. neq; enim ſeſe res ut in numeris ita etiā in ratiocinationibus habet. In numeris enim quicquid in digitis rectè computantis euenit, id ſine dubio in res quoque ipſas neceſſe eſt euenire: ut ſi ex calculo centum eſſe contigerit centum quoq; res illi numero ſubiectas eſſe neceſſe eſt. hoc uero non æquè in diſputatione ſeruatur. neq; enim quicquid ſermonum decurſus inuenerit, id natura quoque fixum tenetur. Quare neceſſe erat eos falli, qui abiecta ſcientia diſputandi de rerū natura perquirerent. Niſi enim prius ad ſcientiā uenerit, quæ ratiocinatio ueram teneat diſputādi ſemitā, quę ueriſimilem & niſi agnouerit quæ fida poſſit eſſe, quæ'ue ſuſpecta, rerum incorrupta ueritas ex ratiocinatione non poteſt inueniri. Cum igitur ueteres ſæpe multis lapſi erroribus, falſa quædam & ſibi contraria in diſputatione colligerent, atq; id fieri impoſſibile uideretur, ut de eadem re cōtraria concluſione facta, utraq; eſſent uera quæ ſibi diſſentiens ratiocinatio concluſiſſet, cuiue ratiocinationi credi oporteret eſſet ambiguum, uiſum eſt prius diſputationis ipſius ueramq; integrā conſiderare naturam, qua cognita tum illud quoq; quod per diſputationem inueniretur, an uerū comprehenſum eſſet, poſſet intelligi. Hinc profecta eſt igitur logicę peritia diſciplinæ quę diſputādi modos atq; ipſas ratiocinationes & internoſcendi uias parat, ut quæ ratiocinatio nunc quidem falſa, nunc aūt uera fit, quæ uero ſemper falſa, quę nunquā falſa, poſſit agnoſci. Huius autem uis duplex eſſe perpenditur, una quidem in inueniendo, altera in iudicādo, quod Marcus etiā Tullius in eo libro cui Topica titulus eſt, euidenter expreſſit, dicens: Cū omnis ratio diligens differendi duas habeat partes, unam inueniendi, alterā iudicandi, utriuſq; princeps (ut mihi quidem uidetur) Ariſtoteles fuit. Stoici autē in altera elaborauerūt. Iudicandi enim uiam diligenter perſecuti ſunt, eam ſcientiā quā dialecticen appellant: inueniendi uero artem quæ Topice dicitur, quæq; ad uſum potior erat, & ordine naturę certè prior totā reliquerunt. Nos autem quoniā in utraq; ſumma utilitas eſt, & utramq; ſi erit ociū perſequi cogitamus, ab ea quæ prior eſt, ordiemur. Cum igitur tantus huius conſiderationis fructus ſit, danda eſt huic tam ſolertiſſimę diſciplinæ tota mentis intentio, ut primis firmatis in diſputandi ueritate ueſtigijs, facile ad rerum ipſarum certam comprehēſionē uenire poſſimus. Et quoniā qui ſit ortus logicæ diſciplinæ prædiximus, eſſe reliquū uidetur adiungere, an omnino quędam ſit pars philoſophiæ, an (ut quibuſdam placet) ſuppellex atq; inſtrumentū, per quod philoſophia cognitionem rerum naturamq; deprehendat. Cuius quidē rei has ecōtrario uideo eſſe ſententias. Hi enim qui partem philoſophiæ putāt logicā conſiderationē, his ferè argumentis utuntur dicentes, philoſophiam indubitanter habere partes, ſpeculatiuam atq; actiuam. De hac tertia rationali, id eſt logica, quæritur an ſit in parte ponenda, ſed eam quoque partem eſſe philoſophiæ nō poteſt dubitari. Nam ſicut de naturalibus cęteriſq; ſub ſpeculatiua poſitis ſolius philoſophiæ ueſtigatio eſt: item'que de moralibus ac de reliquis quæ ſub actiuam partem cadunt ſola philoſophia perpendit, ita quoque de hac parte tractat, id eſt de his quæ logicæ ſubiecta ſunt, ſola philoſophia iudicat. Quod ſi ſpeculatiua atque actiua idcirco philoſophię partes ſunt, quia de his philoſophiæ ſola pertractat, propter eandem cauſam erit logica philoſophiæ pars: quoniam philoſophiæ ſoli hæc diſputandi materia ſubiecta eſt. Ita uero inquiunt, Cum in his tribus philoſophia uerſetur: cúmque actiuam & ſpeculatiuam conſideratio-

nem

nem ſubiecta diſcernant, quod illa de rerum naturis, hæc de moribus quærit, dubium non eſt quin logica diſciplina à naturali atq; morali ſuæ materiæ proprietate diſtincta ſit. Etenim logicæ tractatus eſt de propoſitionibus atque ſyllogiſmis & cæteris huiuſmodi, quod neque ea quæ non de oratione, ſed de rebus ſpeculatur, neque actiua pars, quæ de moribus inuigilat, æquè præſtare poteſt. Quod ſi in his tribus, id eſt ſpeculatiua, actiua, atq; rationali philoſophia conſiſtit, quę proprio triplicíq; à ſe fine diſiuncta ſunt, cumq; ſpeculatiua & actiua philoſophiæ partes eſſe uidẽtur, non dubium eſt quin rationalis quoq; philoſophiæ pars eſſe conuincatur. Qui uero non partem, ſed philoſophię inſtrumentum putant, hæc ferè afferunt argumenta. Non eſſe inquiunt ſimilem logicæ finem ſpeculatiuæ atque actiuæ partis extremo. utraque enim illarum ad ſuum proprium terminum ſpectat, ita ut ſpeculatiua quidem rerum cognitionem, actiua uero mores atq; inſtituta perficiat, neque altera refertur ad alteram: logicæ uero finis eſſe nõ poteſt abſolutus, ſed quodammodo cum reliquis duabus partibus colligatus atque conſtrictus eſt. Quid enim eſt in logica diſciplina quod ſuo merito debeat optari, niſi quod propter inueſtigationem rerum huius effectio artis inuenta eſt? Scire enim quemadmodũ argumentatio concludatur, uel quę uera ſit, quæ ueriſimilis, ad hoc ſcilicet tendit, ut uel ad cognitionem rerum referatur hęc rationum ſcientia, uel ad inuenienda ea quę in exercitium mortalitatis adducta beatitudinem pariunt. Atq; ideo quoniam ſpeculatiuę atq; actiuę ſuus certuſq; finis eſt: logicæ autem ad duas reliquas partes refertur extremum, manifeſtum eſt non eam eſſe philoſophię partem, ſed potius inſtrumentum. Sunt uero plura quę ex altera utra parte dicantur, quorum nos ea quæ dicta ſunt ſtrictim notaſſe ſufficiat. Hanc item uero tali ratione diſcernimus. Nihil quippe dicimus impedire, ut eadem logica partis uice ſimul inſtrumentiq; fungatur officio. Quoniam enim ipſa ſuum retinet finem, isq; finis à ſola philoſophia cõſideratur, pars quidem philoſophiæ eſſe ponenda eſt: quoniã uero finis ille logicę quem ſola ſpeculatur philoſophia, ad alias eius partes ſuam operam pollicetur, inſtrumentum eſſe philoſophię nõ negamus: eſt autem finis logicę inuentio iudicium q; rationum, quod quidem non eſſe mirum uidebitur, quod eadem pars eadem quoddam ponitur inſtrumentum. Si ad partes corporis animum reducamus, quibus & ſit aliquid ut his quaſi quibuſdam inſtrumentis utamur, & in toto tamen corpore partium obtinent locum. Manus enim ad tractandum, oculi ad uidendum, cæteręq; corporis partes proprium quoddam uidentur officiũ habere. Quod tamen ſi ad totius utilitatẽ corporis referat, inſtrumenta quędam corporis eſſe deprehenduntur. quę etiam partes eſſe nullus abnuerit. Ita quoq; logica diſciplina pars quędã philoſophiæ eſt, quoniam eius philoſophia ſola magiſtra eſt. Suppellex uero eſt, quod per eam inquiſita ueritas philoſophię ueſtigatur. Sed quoniam quantum mihi quidem breuitas ſuccincta largita eſt, ortum logicę & quid ipſa logica eſſet explicaui: nunc de eo nobis libro pauca dicenda ſunt, quem in præſens ſumpſimus exponendum. Titulo enim proponit Porphyrius introductionem ſe in Ariſtotelis prędicamẽta conſcribere Quid uero ualeat hęc introductio, uel ad quid lectoris animum paret breuiter explicabo. Ariſtoteles enim qui de decem prędicamentis inſcribitur libi um hac intẽtione compoſuit, ut infinitas rerum diuerſitates quæ ſub ſcientiam cadere non poſſent, paucitate generum comprehenderet, atq; ita id quod per incomprehenſibilem multitudinem ſub diſciplinam uenire non poterat, per generum (ut dictum eſt) paucitatem, animo fieret ſcibiliq; ſubiectum. Decem igitur genera rerum eſſe omnium cõſiderauit Ariſtoteles, id eſt unam ſubſtantiam & accidentia nouem, quæ ſunt, qualitas, quantitas, relatio, ubi, quando, ſitus, habere, facere, & pati: quę quoniam genera eſſent ſuprema, & quibus nullum aliud ſuperponi genus poſſet, omnem neceſſe eſt multitudinem rerum per horum decem generum ſpecies inueniri. Quæ quidem genera omnibus à ſe differentiis diſtributa ſunt. Nec quicquam uidentur habere commune niſi tantum nomen, quoniam omnia eſſe

eſſe prædicantur. Quippe ſubſtantia eſt, qualitas eſt, quantitas eſt, & de aliis omnibus Eſt uerbum cõmuniter prędicatur, ſed non eſt eorum communis una ſubſtantia uel natura, ſed tantum nomẽ. itaq; decem genera ab Ariſtotele reperta omnibus à ſe differentijs diſtributa ſunt. Sed quę aliquibus differentijs diſiunguntur, neceſſe eſt ut habeant proprium quiddam, quod ea in ſingularem ſolitariamq; uendicet formam. Non eſt autem idem proprium quod accidens. Accidentia enim & uenire & abeſſe poſſunt, propria uero ita ſunt inſita, ut abſcq; his quorũ propria ſunt, eſſe nõ poſſint. quæ cum ita ſint, cumque Ariſtoteles decem rerum genera reperiſſet, quæ uel intelligendo mens caperet, uel loquendo diſputator efferret (quicquid enim intellectu capimus, id ad alterum ſermone uulgamus) euenit ut ad horum decem prædicamentorum intelligentiam, quinq; harum rerum tractatus incurreret, ſcilicet generis, ſpeciei, differentiæ, proprij & accidentis. Generis quidem, quoniam oportet ante prędiſcere quid ſit genus, ut decem illa quæ Ariſtoteles cæteris antepoſuit rebus, genera eſſe poſſimus agnoſcere. Speciei uero cognitio plurimum ualet, ut quę cuiuſq; generis ſit ſpecies poſſit agnoſci. Si enim quid ſit ſpecies ignoramus, nihil impedit errore turbari. fieri enim poteſt ut per ſpeciei inſcientiam ſæpe quantitatis ſpecies in relatione ponamus, & cuiuslibet primi generis ſpecies, alteri cuiuslibet generi ſubdamus. atque ita fiat permiſta rerum atque indiſcreta cõfuſio, quod ne accidat quæ ſit natura ſpeciei ante noſcendum eſt. Nec uero in hoc tãtum prodeſt ſpeciei cognoſcenda natura, ne priorum generum ſpecies inuicem permutemus, uerumetiam ut in eodem quolibet genere proximas ſpecies cuilibet generi nouerimus eligere, ut ne ſubſtãtiæ mox animal dicamus eſſe ſpeciem potius quàm corpus, aut corporis hominem potius quàm animatum corpus. At uero differentiarum ſcientia in his maximum retinet locum. Qui enim omnino qualitatem à ſubſtantia uel cæteris à ſe genera diſtare cognoſcimus, niſi eorum differentias nouerimus? Quomodo autem diſcernere eorum differentias poſſumus, ſi quid ipſa ſit differẽtia neſciamus? Nec hunc ſolum nobis inſcientia differentiæ infundit errorem, uerum etiam ſpecierum quoque tollit omne iudicium. Nam omnes ſpecies informant differentię. Ignorata differentia ſpecies quoque neceſſe eſt ignorari. Quomodo ergo fieri poteſt, ut quamlibet differentiam poſſimus agnoſcere, ſi omnino quę ſit nominis huius ſignificatio neſciamus? Iam uero proprij tantus uſus eſt, ut Ariſtoteles quoque ſingulorum prędicamentorum propria perquiſierit, quæ propria eſſe quis deprehẽderit an tequam quid omnino ſit proprium diſcat? Nec in his tantum proprij hæc cognitio ualet, quæ ſingulis nominibus efferuntur, ut hominis riſibile, uerumetiam in his quę in locum diffinitionis adhibentur. Omnia enim propria rem ſubiectam quodam termino deſcriptionis includunt, quod ſuo loco quoq; oportunius commemorabo. Accidentis quoq; cognitio quantum afferat, quis dubitare queat, cum uideat inter decem prædicamenta nouem tenere accidentis naturas? Quæ quomodo accidentia eſſe putabimus, ſi omnino quid ſit accidẽs ignoremus? cum præſertim nec differentiarum, nec proprij ſcientia cognita ſit, niſi accidentis naturam firmiſſima conſideratione teneamus: fieri enim poteſt, ut differentię loco uel proprij per inſciẽtiam accidens apponatur, quod eſſe uitioſum etiam diffinitiones probant, quæ cum ipſę ex differentijs conſtent, & fiant uniuſcuiuſque diffinitiones propriæ, accidens tamen non uidentur admittere. Cum igitur Ariſtoteles decem rerum genera collegiſſet, quæ numerum diuerſas ſub ſe ſpecies continerent, quę ſpecies nunquam diuerſæ forent niſi differentijs ſegregarentur: cumq; omnia in ſubſtantiam atq; accidens, accidens uero in alia prædicamenta ſoluiſſet: cumq; aliquorum prædicamentorum ſit propria perſecutus, de his ipſis quidem prædicamentis docuit: quid uero eſſet genus, quid ſpecies, quid differentia, quid illud accidens, de quo nunc dicẽdum eſt, uel quid proprium, uelut nota præterijt. Ne igitur ad prædicamenta Ariſtotelis uenientes, quid ſignificaret unumquodque eorum, quę ſuperius dicta ſunt, ignorarent, hunc

rent,hunc librum Porphyrius de earũ quinq; rerum cognitione perſcripſit,quo per ſpecto & conſiderato,quid unumquodq; eorum quæ ſuprapoſuit,deſignaret,facilior intellectus ea quæ ab Ariſtotele præponerentur addiſceret. Hæc quidem intẽtio eſt huius libri quem Porphyrius ad introductionem predicamentorum ſe conſcripſiſſe ipſa (ut dictum eſt)tituli inſcriptiõe ſignauit. Sed licet ad hoc unum huius libri referat intentio,nõ tamen ſimplex eſt eius utilitas,ſed multiplex,& in maxima quæ que diffuſa,quam idem Porphyrius in principio huius libri commemorat dicens:

CVm ſit neceſſarium Chryſaori, & ad eam quę eſt apud Ariſtotelem predicamentorum doctrinam,noſſe quid ſit genus,quid differentia, quid ſpecies,quid proprium,& quid accidens, & ad diffinitionum aſſignationem,& omnino ad ea quæ in diuiſione & in demonſtratione ſunt,utili iſtarum rerum ſpeculatione compendioſam tibi traditionem faciens, tentabo breuiter,uelut introductionis modo, ea quæ ab antiquis dicta ſunt, aggredi: ab altioribus quidem quęſtionibus abſtinens,ſimpliciores uero mediocriter coniectans.

VTilitas huius libri quadrifariã ſpargitur. namque & ad illud ad quod eius diri gitur intentio,magno uſui legentibus eſt,& ad cætera quæ cum extra intentionem ſint,non tamen minor ex his legentibus utilitas comparatur. Eſt enim per hoc opuſculum & prædicamentorum facilis cognitio,& diffinitionum integra aſſignatio,& diuiſionum recta perſpectio,& demonſtrationum ueriſſima cõcluſio. Quæ res quanto difficiles atque arduę ſunt, tanto perſpicatiorem ſtudioſioremq; animũ lectoris expectant. Dicendum uero eſt quod in omnibus libris euenit. Nam primum ſi quę ſit intentio cognoſcatur, quanta quoq; utilitas inde prouenire poſſit perpenditur,& licet extra multa (ut fit) huiuſmodi librum ſequãtur,tamen illam proxime utilitatem uidetur habere, ad quod eius refertur intentio, ipſo libro quem ſumpſimus exponente,cum eius intentio ſit ad predicamenta intellectum facilem comparãdi, non dubium eſt quin hæc eius principalis probetur utilitas, licet non minores ſint comites diffinitio, diuiſio, ac demonſtratio. Quorum nobis quędam hic principia ſuggerũtur, ſenſus uero huiuſmodi eſt: Cum ſit inquit utilis generis,ſpeciei,differentiæ,proprij, accidentisq; cognitio ad prædicamenta Ariſtotelis, eiusq; doctrinam ad diffinitionum etiam aſſignationem,ad diuiſionem,& ad demonſtrationem, quia ſit harum rerum utilis uberrimaque cognitio, compendioſam inquit traditionem faciens, ea quæ ab antiquis large ac diffuſe dicta ſunt tentabo breuiter aperire. Neq; enim eſſet compendioſa, niſi totum opus breuitate conſtringeret. Et quoniam introductionem ſcribebat,altiores inquit quæſtiones ſponte refugiam, ſimpliciores uero mediocriter coniectabo,id eſt ſimpliciorum quęſtionum obſcuritatẽ habita in eis quadam coniecturæ ratiocinatione tractabo. Tota quidem ſententia huiuſcemodi proemij talis eſt, quæ & utilitate uberrima & facilitate incipientis animo blandiatur. Sed dicendum eſt quidnam celet amplius altitudo ſermonum. Neceſſarium in latino ſermone ſicut in Græco ἀναγκαῖον plura ſignificat. Diuerſa enim ſignificatione Marcus Tullius dicit neceſſarium ſuum eſſe aliquem atque noſtrum. Itẽ neceſſarium dicimus,ut cum neceſſarium eſſe nobis dicimus ad forũ deſcẽdere, qua in uoce quędam utilitas ſignificatur. Alia quoq; ſignificatio eſt qua dicimus ſolem neceſſariũ eſſe moueri,id eſt neceſſe eſſe,& illa quidem prima ſignificatio prętermittenda eſt. omnino enim ab eo neceſſario quod hic Porphyrius ponit aliena eſt. Hę uero duæ huiuſmodi ſunt,ut inter ſe certare uideantur,quę huius loci obtineat ſignificationẽ,in quo dicit Porphyrius: Cũ ſit neceſſariũ Chryſaori, namq; (ut dictũ eſt) neceſſarium & utilitatem ſignificat & neceſſitatẽ. Videntur aũt huic loco utraq; cõgruere. Nam & ſumme utile eſt ad ea quæ ſuperius dicta ſunt,de genere & ſpecie, & cæteris

& cæteris diſputare,& ſumma eſt neceſſitas,quia niſi ſint hæc ante prænota, illa ad quæ iſta præparantur,non poſſunt cognoſci quæ dicuntur prædicamẽta. Nã neque præter cognitionem generis & ſpeciei prædicamenta diſcuntur. Nec diffinitio genus relinquit & differentiam,& in cæteris quàm ſit utilis iſte tractatus cum de diuiſione & demonſtratione diſputabitur apparebit. Sed quanquam neceſſe erit hæc quinque de quibus hic diſputãdum eſt prius ad cognitionem uenire, quam ea quibus illa præparantur,non tamẽ ea ſignificatione hic à Porphyrio poſitũ eſt, qua neceſſitatẽ ſignificare uellet,ac non potius utilitatem: ipſa enim oratio cõtextuſq; ſermonum id clariſſima intelligentiæ ratione ſignificat. Nec enim quiſquam ita utitur ratione,ut aliquam neceſſitatẽ referri dicat ad aliud. Neceſſitas enim per ſe quidem eſt: utilitas uero ſemper ad id quod utile eſt refertur,ut hic quoq;. Ait enim:Cum ſit neceſſarium Chryſaori,& ad eam quæ eſt apud Ariſtotelem prædicamentorum doctrinam. Si hic igitur neceſſarium intelligamus utile,& id nomini ipſo uertamus dicentes:Cum ſit utile Chryſaori, & ad eam quæ eſt apud Ariſtotelem prædicamentorum doctrinam,noſſe quid ſit genus & cætera,rectæ intelligentiæ ſermonum ordo conuenit. ſin uero id ad neceſſe permutetur,ut dicamus, Cum ſit neceſſarium Chryſaori,& ad eam quæ eſt apud Ariſtotelem prædicamentorum doctrinam noſſe quid genus ſit,& cætera,rectæ intelligentiæ ſermonũ ordo non conuenit. Quocirca hic diutius immorandum non eſt. Quãquam enim ſit ſumma neceſſitas his ignoratis nõ poſſe ad ea,ad quæ hic tractatus intẽdit peruẽniri, non tamen hic de neceſſitate dictum eſt,neceſſarium,ſed potius de utilitate. Nunc uero licet ídem ſuperius dictum ſit, tamen breuiter quid ad prædicamenta generis,ſpeciei,differentiæ,proprij atque accidentis prõſit cognitio diſputemus. Ariſtoteles enim in prędicamentis decem genera conſtituit rerum quæ de cũctis aliis prędicarentur,ut qcquid ad ſignificationẽ uenire poſſet,id ſi integrã ſignificationẽ teneret, cuilibet eorũ ſubijcerẽt generi,de qbus Ariſtoteles tractat in eo libro, qui de decẽ prædicamẽtis inſcribit. Hocipſum referri ad aliqd uelut ad genus,tale eſt,quale ſi qs ſpeciẽ ſupponat generi. Hoc uero neq; præter cognitionẽ ſpeciei ullo modo fieri poteſt, nec uero ipſæ ſpecies qd ſint, uel cuius magis ſint poſſumus agnoſcere, niſi eorum differentiæ cognoſcantur. Sed differentiarum natura incognita, quæ uniuscuiuſq; ſpeciei ſint differentiæ, modis omnibus ignorabitur. Quare ſciendum eſt quoniam ſi de generibus Ariſtoteles tractat in prædicamẽtis,& genera natura cognoſcẽda eſt,cuius cognitionem ſpeciei quoque comitatur agnitio. Sed hoc cognito,quid ſit differentia,non poteſt ignorari,quanquam in eodem libro plura ſunt,ad quæ niſi maximam peritiam & generis,& ſpeciei,& differentiæ lector attulerit,nullius omnino intellectus pateat,ut cùm ipſe Ariſtoteles dicat: Diuerſorum generum & non ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſecundum ſe ſpecies & differentię ſunt,quod his ignoratis intelligi impoſſibile eſt. ſed idem Ariſtoteles proprium uniuſcuiusq; prædicamenti diligentiſſima inquiſitione ueſtigat,ut cũ ſubſtantiæ proprium poſt multa dicit eſſe, quod idem numero contrariorum ſuſceptibile ſit,uel rurſus quantitatis,quod in ea ſola æquum atq; inæquale dicatur: qualitatis etiam,quod per eã ſimile aliud alijs aut diſſimile proponimus. & in cæteris eodem modo,ut quæ ſit contrarij proprietas,quæ ſecundũ relationem oppoſitionis, quæ priuationis & habitus,quę affirmationis & negationis,in quibus ita tractat tanquam iam peritis ſcientibuſq; quæ ſit proprietatis natura,quam ſi quis ignorat,fruſtra ea quæ de his diſputantur aggreditur. Iam uero illud manifeſtum eſt, quod accidens maximum prædicamentorum obtineat locum,quod proprio nomine nouem prædicamenta circundat,& ad prædicamenta quidem quanta ſit huius libri utilitas ex his manifeſtum eſt. Quod uero ait,& ad aſſignationem diffinitionum facile cognoſci poteſt,ſi prius ſubſtantiæ rationum diuiſio fiat: ſubſtantię ratio, alia quidem in deſcriptione ponitur, alia uero in diffinitione, ſed ea quæ eſt in deſcriptione, pro-

prietatem quandam colligit eius rei, cuius ſubſtãtiæ rationem prodit, ac nõ modo ꝓprietate id ꝙ monſtrat informat, uerumetiam ipſa fit proprium, ꝙ in diffinitionẽ quoq; uenire neceſſe eſt. Si quis enim quantitatis rationem reddere uelit, ut dicat, licebit, quantitas eſt ſecundum quã æquale atq; inæquale dicitur. Sicut igitur ꝓprietatem quantitatis in ratione poſuit quantitatis, & ipſa tota ratio ipſius quantitatis propria eſt, ita deſcriptio; & proprietatẽ colligit & propria fit ipſa deſcriptio. Diffinitio uero ipſa qdem propria non colligit, ſed ipſa quoq; fit propria. Nam qui ſubſtantiam monſtrat, genus differẽtijs iungit & ea quæ per ſe ſunt cõmunia, atq; multorum redigens in unũ uni ſpeciei quam diffinit reddit æqualia. Ita igitur ad deſcriptionem utilis eſt proprij cognitio, quoniam ſola proprietas in deſcriptione colligitur, & ipſa fit ꝓpria ſicut diffinitio quoq;; ad diffinitionem uero genus qdem primum ponitur, & ſpecies ad quã genus illud aptatur, & differentię, quibus iunctis cum genere, ſpecies diffinitur. Sed ſi cui hæc preſſiora quã expoſitionis modus expoſtulat, uidebuntur, hoc eum ſcire conuenit, nos ut in prima æditione dictum eſt) hanc expoſitionem noſtro reſeruaſſe iudicio, ut ad intelligentiam ſimplicem huius libri æditio prima ſufficiat, ad interiorem uero ſpeculationem, cõfirmatis iam pene ſcientia, nec in ſingulis uocabulis rerum hærentibus, hæc poſterior æditio collocat. Ad diuiſionem uero faciendam tam hic liber eſt utilis, ut præter earum ſcientiam rerum, de qbus in hac libri ſerie diſputatur, caſu fiat potius quã ratione partitio. Hoc autem manifeſtum erit ſi diuiſionem ipſam diuidamus, id eſt ſi nomen ipſum diuiſionis in ea quæ ſignificat, partiamur. Eſt nãq; diuiſio generis in ſpecies, ut cum dicimus, coloris aliud eſt album, aliud nigrũ, aliud uero medium. Rurſus diuiſio eſt quoties uox plura ſignificans aperitur, & quã multa ſint quæ ab ea uoce ſignãtur, oſtenditur. ut ſi quis dicat nomen canis plura ſignificat, & hũc latrabilem quadrupedem que, & cœleſte ſidus, & marinam beſtiam, quę omnia à ſe diffinitione diſiuncta ſunt. Diuidi autem dicitur & quoties totum in partes proprias ſeparatur, ut cũ dicimus, domus aliud ſunt fundamenta, aliud parietes, aliud tectum. Et hęc quidem triplex diuiſio ſecundum ſe partitio nuncupatur. Eſt aũt alia quę ſecundum accidens dicitur. Ea quoque ſit tripliciter, aut cum accidens in ſubiecta diuidimus, ut cum dico, bonorum alia ſunt in anima, alia in corpore, alia extrinſecus; aut cum ſubiectum in accidẽtia diſtinguimus, ut corporũ alia ſunt alba, alia nigra, alia medij coloris; aut cum accidens in accidentia ſeparamus, ut cum dicimus, liquẽtia alia alba, alia nigra, alia medij coloris. Et rurſus alborum alia ſunt dura, alia liquentia, quędam mollia. Cum igitur ita omnis fiat diuiſio aut ſecundum ſe, aut ꝓ accidens, & utraq; partitio tripliciter, cumq; in ſuperiore ſecundũ ſe triplici partitione ſit una diuiſionis forma, genus in ſpecies ſeparare, id neq; præter generis ſcientiã fieri ullo modo poteſt. Neq; uero præter ſcientiam differentiarum quas neceſſe eſt in ſpecierum diuiſione ſumi. Manifeſtum eſt igitur quanta utilitas huius libri ad hanc diuiſionem ſit, quæ primo aditu genus ac ſpecies & differentias tractat. Secunda uero ea diuiſio, quæ eſt ſecundum uocis ſignificantias, nec ipſa quidẽ ab huius libri utilitate diſcreta eſt. Vno enim modo cognoſci poterit, utrum uox cuius diuiſionem facere quærimus, equiuoca eſſe uideatur, an genus, ſi ea quæ ſignificat diffiniantur, & ſi ea quæ ſub cõmunione ſunt; una diffinitione claudãtur, ſpecies eſſe neceſſe eſt, & illud commune genus earum. Quod ſi illa quæ propoſita uox deſignat, nõ poſſunt una diffinitione concludi, nemo dubitat quin illa uox ſit æquiuoca, nec communis his de quibus prædicatur, ut genus, quandoquidem ea quæ ſub ſe poſita ſignificat, ſecundum cõmune nomẽ non poſſunt una diffinitione comprehendi. Si igitur ex diffinitione manifeſtum eſt quid genus ſit, quidq; nomen equocum, diffinitio uero per genera differentiasq; diſcurrit, quisq; ne dubitare poteſt, & in hac diuiſionis forma plurimum huius libri autoritatem ualere? Illa uero ſecundum ſe diuiſio quæ eſt totius in partes quemadmodum diſcernitur, ac nõ potius generis in ſpecies diuiſio eſſe putabit, niſi ſint genus, & ſpecies

& ſpecies, & differentiæ earum quauis ante ratione diſciplinæ tractata. Cur enim non quiſquam dicat domus ſpecies potius eſſe, quàm partes fundamẽta, parietes & tectum? Sed cum occurrerit generis nomen in unaquaq; ſpecie totum poſſe cõgruere, totius uero in unaquaq; parte ſua nomen conuenire nõ poſſe, manifeſtum fiet aliam diuiſionem eſſe generis in ſpecies, aliam totius in partes. Conuenire autem nomen generis ſingulis ſpeciebus oſtenditur per id quòd & homo & equus ſingula animalia nuncupantur. Neq; tectum uero, neq; parietes aut fundamenta ſigillatim domus nomine appellari ſolent. Sed cum fuerint iunctę partes, tunc rectè totius nomen excipiũt. De ea uero diuiſione quæ ſecundum accidens fit, nullus ignorat, quin incognito accidenti, incognitaq; ui generis ac differentiarum facile euenire poſſit, ut accidens ita in ſubiecta ſoluatur quaſi genus in ſpecies, & poſtremo omnem hũc ordinem partitionis fœdiſſime perimiſcebit in ſcientia. Et quoniam quid ad diuiſionem hic liber proſit oſtendimus, nunc de demonſtratione dicemus, ne per ardua atque difficilia hæreat, qui in tanta hac diſciplina uigilantiſſimo ingenio, & ſolertiſſimo labore ſudauerit: fit enim demonſtratio, id eſt alicuius quæſitæ rei certa rationis collectio ex ante cognitis naturaliter, ex conuenientibus, ex primis, ex cauſa, ex neceſſarijs, ex per ſe inhærentibus. Sed genera ſpeciebus, ſpecies proprijs priora ſunt naturaliter. Ex generibus enim ſpecies fluunt. Item ſpecies ſub ſe poſitis indiuiduis priores naturaliter eſſe manifeſtum eſt. Quæ uero priora ſunt, ea & prænoſcuntur & notiora ſunt ſubſequentibus naturaliter. Duobus enim modis primũ aliquid & notum dicitur, ſecundum nos ſcilicet, & ſecundum naturam. Nobis enim illa magis cognita ſunt, quæ ſunt proxima, ut indiuidua, dehinc ſpecies, poſtremo genera: at uero natura cõuerſo modo ea ſunt magis cognita, quę nobis miníme proxima ſunt. Atq; ideo quantumlibet ſe longius à nobis genera protulerint, tanto magis erunt lucida & naturaliter nota. Differentiæ uero ſubſtantiales illæ ſunt quas per ſe his rebus ineſſe quæ demonſtrantur agnoſcimus. Præcedere autem debet generũ ac differentiarum cognitio, ut in unaquaq; diſciplina quæ ſint eius rei quæ demonſtratur conuenientia principia poſſit intelligi. Neceſſaria uero eſſe ea ipſa, quæ genera & differentias dicimus, nullus dubitat qui ſpeciem ſine genere & differentia intelligit eſſe non poſſe. Genera uero & differentię ſunt cauſę ſpecierum. Idcirco enim ſpecies ſunt quia genera earum & differentiæ ſunt quę in ſyllogiſmis poſita demonſtrantibus non rei ſolum, uerumetiam concluſionis cauſæ ſunt, quod poſtremi reſolutorij locupletius dicent. Cum igitur perutile ſit, & diffinitione quodlibet illud circunſcribere, & diuiſione diſſoluere, & demonſtrantibus comprobare: hæc autem præter earum rerum ſcientiam de quibus in hoc libro diſputabitur, neque intelligi, neque exerceri ualeãt, quis unquam poterit dubitare, quin hic liber maximum totius logicę adiumentum ſit, prætet quem cętera quæ in ea magnam uim tenent, nullũ doctrinæ aditum prębent? Sed meminit Porphyrius introductionem ſeſe conſcribere, neq; ultra quàm inſtitutionis modus eſt formam tractatus egredi. Ait enim ſe altiorum queſtionum modis abſtinere, ſimpliciores uero mediocri coniectura perſtringere. Quæ uero ſint altiores quæſtiones quas ſe differre promittit ita proponit:

> Mox de generibus & ſpeciebus illud quidem, ſiue ſubſiſtant, ſiue in ſolis nudis intellectibus poſita ſint, ſiue ſubſiſtentia corporalia ſint an in corporalia, & utrum ſeparata à ſenſibilibus an in ſenſibilibus poſita: & circa hæc conſiſtentia dicere recuſabo. altiſſimum enim negocium eſt huiuſmodi, & maioris egens inquiſitionis.

Altiores inquit quæſtiones prętereo ne eis intempeſtiue lectoris animo ingeſtis initia eius primitiasq; perturbem. Sed ne omnino faceret negligentem, ut nihil præter quam quod ipſe dixiſſet, lector amplius putaret occultum, idipſum cuius executionem ſeſe differre promiſit, addidit, ne de his minime obſcure penitusq; tractando lectori

ctori quicquam obſcuritatis offunderet,& tamen ſcientia roboratus quid quæri iure poſſit,agnoſceret.Sunt autem quæſtiones,quas ſeſe reticere promittit & perutiles, & ſecretæ,& temptatæ quidem à doctis uiris,nec à pluribus diſſolutę, quarum prima eſt huiuſmodi:Omne quod intelligit animus,aut id quod eſt in rerum natura conſtitutum,intellectu concipit,& ſibimet ratione deſcribit:aut id quod non eſt, uacua ſibi imaginatione depingit.Ergo intellectus generis &cęterorum cuiuſmodi ſit quęritur,utrumne ita intelligamus ſpecies & genera ut ea quæ ſunt,& ex quibus uerum capimus intellectum,an noſmetipſos eludimus,cum ea quæ nō ſunt nobis caſſa imaginatione formamus. Quod ſi eſſe quidem conſtiterit,& ab his quę ſunt, intellectū concipi dixerimus, tunc alia maior ac difficilior quęſtio dubitationem parat, cū diſcernendi atq; intelligendi generis ipſius naturam ſumma difficultas oſtēditur. Nam quoniam omne quod eſt,aut corporeum aut incorporeum eſſe neceſſe eſt,genus & ſpecies in aliquo horū eſſe oportebit.Quale erit igitur id quod genus dicit? utrumne corporeum an incorporeum?neque enim quid ſit diligenter intēditur,niſi in quo horum poni debeat agnoſcatur.Sed neque cum hæc ſoluta fuerit quæſtio,omne excluditur ambiguum.ſubeſt enim aliquid,quod ſi incorporalia eſſe genus ac ſpecies dicantur,obſideat intelligentiam atque detineat,exolui poſtulans,utrum circa corpora ipſa ſubſiſtant, an etiam præter corpora ſubſiſtentia incorporales eſſe uideantur.Duæ quippe incorporeorū formæ ſunt, ut alia præter corpora eſſe poſſint, & ſeparata à corporibus in ſua corporalitate perdurent,ut Deus, mens,anima. Alia uero cum ſint incorporea,tamen pręter corpora eſſe nō poſſunt.ut linea, ſuperficies, numerus,& ſingulæ qualitates,quas tametſi in corporeas eſſe pronunciamus,quod tribus ſpacijs minime diſtendantur,ita tamen in corporibus ſunt,ut ab his diuelli nequeāt aut ſeparari,aut ſi à corporibus ſeparata ſint,nullo modo permaneāt. Quas licet quæſtiones arduum ſit, ipſo interim Porphyrio renuente diſſoluere, tamen aggrediar ita ut nec anxium lectoris animum relinquam,nec ipſe in his quæ pręter muneris ſuſcepti ſeriem ſunt,tempus operamq; conſumam.Primum quidem pauca ſub quæſtionis ambiguitate proponam,poſt uero eundem dubitationis nodum exoluere atq; explicare temptabo.Genera & ſpecies aut ſunt & ſubſiſtunt, aut intellectu & ſola cogitatione formantur,ſed genera & ſpecies eſſe non poſſunt. Hoc autem ex his intelligitur.Omne enim quod commune eſt uno tempore pluribus, id in ſe unum eſſe non poterit.Multorum enim eſt quod commune eſt,præſertim cum una atque eadem res in multis uno tempore tota ſit.quantæcunq; enim ſunt ſpecies,in omnibus genus unum eſt,nō quòd de eo ſingulę ſpecies quaſi partes aliquas carpant, ſed ſingulæ uno tempore totum genus habeant: quo fit ut totum genus in pluribus ſingulis uno tempore poſitum,unum eſſe non poſſit. neq; enim fieri poteſt ut cum in pluribus totum uno ſit tempore,in ſemetipſo ſit unum numero.Quod ſi ita eſt,unum quiddam genus eſſe non poterit,quo fit ut omnino nihil ſit. Omne enim quod eſt,iccirco eſt quia unum eſt,& de ſpecie idem conuenit dici.Quod ſi eſt quidem genus ac ſpecies,ſed multiplex,neq; unum numero,non erit ultimum genus ſed habebit aliud ſuper ſe poſitum genus,quod illam multiplicitatem unius ſui nominis uocabulo concludat.ut enim plura animalia quoniam habēt quiddam ſimile,eadem tamen non ſunt,& idcirco eorum genera perquirunt:ita quoq; quoniam genus quod in pluribus eſt,atq; ideo multiplex,habet ſui ſimilitudinem quod genus eſt, non eſt uero unum,quoniam in pluribus eſt:eius generis quoq; genus aliud quærendū eſt, cunq; fuerit inuentum eadem ratione quæ ſuperius dicta eſt,rurſus genus tertium uestigatur,itaq; in infinitū ratio procedat neceſſe eſt,cum nullus diſciplinæ terminus occurrat.Quod ſi unum quoddam numero genus eſt,commune multorum eſſe non poterit.una enim res ſi communis eſt,aut partibus cōmunis eſt,& nō iam tota communis,ſed partes eius proprie ſingulorum ſunt,aut in uſus habentium etiam per tēpora tranſit ut ſit cōmune,ut puteus & fons,ut ſeruus communis uel equus,aut uno tempo-

tempore omnibus commune ſit, non tamen ut eorum quibus commune eſt,ſubſtantiam conſtituat, ut eſt theatrum, uel ſpectaculum aliquod quod ſpectantibus omnibus commune eſt. Genus uero ſecundum nullum horum modum commune eſſe ſpeciebus poteſt.nam ita commune eſſe debet, ut & totum ſit in ſingulis, & uno tempore,& eorum quorum commune eſt, conſtituere ualeat & conforma re ſubſtantiam. Quocirca ſi neque unum eſt, quoniam commune eſt, neque multiplex, quoniam eius quoque multitudinis genus aliud inquirendum eſt,uidebitur genus omnino non eſſe, idemq; de cæteris intelligendum eſt. Quod ſi tantum intellectibus genera & ſpecies cæteraq; ę capiuntur,cum omnis intellectus aut ex re ſubiecta fiat,ut ſeſe res habet, aut ut res ſeſe non habet, uanus eſt qui de nullo ſubiecto capitur: nam ex nullo ſubiecto fieri intellectus non poteſt. Si generis & ſpeciei cæterorumq; ę intellectus ex re ſubiecta ueniat,ita ut ſeſe res ipſa habet quæ intelligitur,iam non tantum intellectu poſita ſunt,ſed in rerum etiam ueritate conſiſtunt.Et rurſus quærendum eſt quæ ſit eorū natura,quod ſuperior quæſtio ueſtigabat:quod ſi ex re quidem generis cæterorumq; ſumitur intellectus,neque ita ut ſeſe res habet quæ intellectui ſubiecta eſt,uanum neceſſe eſt eſſe intellectum, qui ex re quidem ſumitur,non tamen ita ut ſeſe res habet,id eſt enim falſum quod aliter atq; res eſt intelligitur.Si igitur quoniam genus & ſpecies nec ſunt, nec cum intelliguntur uerus eſt eorum intellectus,non eſt ambiguum,quin omnis ſit deponēda de his quinque propoſitis diſputandi cura, quandoquidem neq; de ea re,quæ ſit,neque de ea de qua uerum aliquid intelligi proferriue poſſit inquiritur:hęc quidem eſt ad præſens de propoſitis quęſtio,quā nos Alexandro conſentiente hac ratiocinatione ſoluemus.Non enim neceſſe eſſe dicimus omnem intellectum quę ex ſubiecto quidem ſit,non tamen ut ſeſe ipſum ſubiectum habet,falſum & uacuum uideri. In his enim ſolis falſa opinio ac non potius intelligentia eſt,quę per coniunctionem fiunt. Si enim quis componat atque coniungat intellectu id quod natura iungi non patiatur, illud falſum eſſe nullus ignorat:ut ſi quis equum atque hominem iungat imaginatione,atque effigiet centaurum. Quod ſi hoc per diuiſionem & abſtractionem fiat, non ita quidem res ſeſe habet,ut intellectus eſt. Intellectus tamen ille minime falſus eſt.ſunt enim plura quę in aliis ſuum eſſe habent,ex quibus aut omnino ſeparari nō poſſunt,aut ſi ſeparata fuerint,nulla ratione ſubſiſtunt. Atque ut hoc nobis in peruagato exemplo manifeſtum ſit,linea in corpore eſt aliquid, & id quod eſt corpori debet,hoc eſt eſſe ſuū per corpus retinet,quod docetur ita.ſi enim ſeparata ſit à corpore nō ſubſiſtit.quis enim unquam ſenſu ullo ſeparatam à corpore lineam cœpit? Sed animus cum confuſas res permiſtasq; corporibus in ſe à ſenſibus cœpit,eas propria ui & cogitatione diſtinguit. Omnes enim huiuſmodi res incorporeæ in corpore ſuum eſſe habentes ſenſus cum ipſis nobis corporibus tradit: at uero animus, cui poteſtas eſt & diſiuncta componere & compoſita diſſoluere, quæ à ſenſibus confuſa & corporibus coniuncta traduntur, ita diſtinguit ut incorpoream naturam per ſe ac ſine corporibus in quibus eſt concreta,& ſpeculetur & uideat. Diuerſę enim proprietates ſunt incorporeorum corporibus permiſtorum, etiamſi ſeparentur à corpore. Genera ergo & ſpecies cæteraq; uel in corporeis rebus,uel in his quæ ſunt corporea,reperiuntur;& ſi ea in rebus incorporeis inuenit animus, habet illico incorporeum generis intellectum.Si uero corporalium rerum genera ſpeciesq; proſpexerit,aufert(ut ſolet)à corporibus incorporeorū naturam,& ſolam puramq; ut in ſeipſa forma eſt contuetur.Ita hæc cum accipit animus permiſta corporibus,incorporalia diuidens ſpeculatur atque conſiderat.Nemo ergo dicat falſam nos lineam cogitare,quoniam ita eam mente capimus quaſi præter corpora ſit, cum pręter corpora eſſe non poſſit. Non enim omnis qui ex ſubiectis rebus capitur intellectus aliter quàm ſeſe ipſę res habent,falſus eſſe putandus eſt,ſed (ut ſuperius dictum eſt) ille quidem qui hoc in compoſitione facit,falſus eſt: ut cum hominem atque equum

iungens putat esse cantaurum. Qui uero id in diuisionibus & abstractionibus atq; assumptibus ab his rebus in quibus sunt efficit, non modo falsus non est, uerume tiã solus intellectus id quod in proprietate uerum est, inuenire potest. Sunt igitur huiusmodi res in corporalibus atq; in sensibilibus rebus. Intelliguntur autem prẽter sensibilia, ut eorũ natura perspici, & proprietas ualeat comprehẽdi. Quocirca cum & genera & species cogitantur, tunc ex singulis in quibus sunt eorum similitudo colligitur, ut ex singulis hominibus inter se dissimilibus humanitatis similitudo, quę si militudo cogitata animo ueraciterq; perspecta fit species, quarum specierum rursus diuersarum considerata similitudo, quæ nisi in ipsis speciebus aut in earum individuis esse non potest, efficit genus, itaq; hæc sunt quidem in singularibus. Cogitantur uero uniuersalia, nihilq; aliud species esse putanda est, nisi cogitatio collecta ex individuorum dissimilium numero substantiali similitudine; genus uero cogitatio collecta ex specierum similitudine. Sed hæc similitudo cum in singularibus est, fit sensibilis: cum in uniuersalibus, fit intelligibilis, eodemq; modo cum sensibilis est, in singularibus permanet, cum intelligitur, fit uniuersalis. Subsistunt ergo circa sensibilia, intelliguntur autem prꝛter corpora. neque enim intercluſum est, ut duæ res eodem in subiecto nõ sint ratione diuersæ, ut linea curua atq; caua: quæ res cum diuersis diffinitionibus terminentur, diuersusq; earum intellectus sit, semper tamen in eodem subiecto reperiuntur. eadem enim caua linea eademq; curua est. Ita quoq; generibus & speciebus, id est singularitati & uniuersalitati unum quidẽ subiectũ est, sed alio modo uniuersale est cum cogitatur, alio singulare cum sentitur in rebus his in qbus habet esse suũ. His igitẽ terminatis omnis (ut arbitror) quæstio dissoluta est. Ipsa enim genera & species subsistunt quidem alio modo, intelligũtur uero alio modo & sunt incorporalia, sed sensibilibus iuncta subsistunt insensibilibus. Intelliguntur uero prꝛter corpora, ut per semetipsa subsistentia, ac non in alijs esse suum habentia. sed Plato genera & species cæteraque non modo intelligi uniuersalia, uerumetiã esse atq; prꝛter corpora subsistere putat: Aristoteles uero intelligi quidem incorporalia atq; uniuersalia, sed subsistere insensibilibus putat, q̃rum dijudicare sententias aptum esse non duxi. Altioris enim est philosophiæ, idcirco uero studiosius Aristotelis sententiam executi sumus, non q̃d eam maxime probaremus, sed quod hic liber ad prædicamenta conscriptus est, quorum Aristoteles autor est.

Hoc uero, quemadmodum de his, ac de propositis probabiliter antiqui tractauerunt, & horum maxime Peripatetici, tibi nunc tentabo monstrare.

Prꝛtermissis his quæstionibus, quas altiores esse prædicit exoptat mediocrem introductorij operis tractatum, sed ne ipsa harum quæstionum omissio uitio daretur, apposuit, quemadmodum de propositis tractaturus est, ex quorumque hoc opus autoritate subnixus aggreditur, ante denunciat. Cum mediocritatem quidem tractaturus promittit detracta obscuritatis difficultate, animum lectoris inuitat, ut uero acquiescat ac fileat ad id quod picturus est, Peripateticorum autoritate confirmat. Atque ideo ait, de his, id est de generibus & speciebus de quibus superiores intulerat quæstiones: ac de propositis, id est de differentijs, proprijs atque accidentibus, sese probabiliter disputaturum: probabiliter autem ait, id est uerisimiliter, quod Græci λογικῶς uel ἐνδόξως dicunt. Sepe enim & apud Aristotelẽ λογικῶς uerisimiliter ac probabiliter dictum inuenimus, & apud Boethum & apud Alexan. Porphyrius quoque ipse in multis hac significatione hoc uerbo usus est, q̃d nos scilicet in trãslatione, quod ait λογικώτερον ita interpretari, ut rationabiliter diceremus, omisimus. Longe enim melior ac uerior significatio ea uisa est, ut probabiliter sese dicere promitteret. id est non prꝛter opinionem ingredientium atq; lectorum, quod introductionis est proprium. Nam cum ab imperitorum hominum mentibus doctrinæ secretum altioris abhorreat, talis esse introductio debet, ut prꝛter opinionem ingredientium

entium nõ sit. Ergo melius probabiliter quam rationabiliter, ut nobis uidetur, interpretati sumus. Antiquos autem ait de eisdem disputasse rebus, sed eorũ illum se maxime tractatum insequi, quem Peripatetici Aristotele duce, reliquerunt, ut tota disputatio ad prædicamenta conueniat.

ANITII MANILII SEVERINI BOETHI PATRICII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI COMMENTARIORVM IN PORPHYRIVM A SE TRANSLATVM LIBER SECVNDVS.

QVeri solet in expositionũ principijs cur unumquodq; cæteris in dispositionis ordine prꝛponat, uelut nũc in genere dubitari potest, cur genus speciei, differentiæ, proprio, accidentiq; pertulerit, de eo enim primitus tractat. Respondebimus itaque iure factum uideri. omne enim q̃d uniuersale est, intra semetipsum cætera concludit, ipsum uero non clauditur. Maioris itaque meriti est ac principalis naturæ, quod ita cætera cohercet, ut ipsum naturæ suę magnitudine nequeat ab alijs contineri. Genus igitur & species intra se positas habet, & earum differentias propriaq;, nihilominus etiam accidentia, atque ita de genere inchoandum fuit quod cætera naturæ suæ magnitudine cohercet & continet. Prꝛterea illa semper propria putanda sunt, quę si auferat quis cætera perimuntur, illa posteriora quibus positis ea quę cæterorum substantiam perficiunt, consequuntur, ut in genere & cæteris. Nam si animal auferas, quod est hominis genus, homo quoque qui est species, & rationale, quod differẽtia, & risibile quod proprium, & grãmaticum quod accidens est, non manebit, & interemptum genus cuncta cõsumit. Si uero hominem esse cõstituas uel grammaticum, uel rationale, uel risibile, animal quoq; esse necesse est. Siue enim est homo, animal est: siue rationale, siue risibile, siue grãmaticum, ab animalis substantia non recedit. Sublato ergo genere & cætera consumuntur, positis uero cæteris sequitur genus. prior est igitur natura generis, posterior cæterorum. Iure igitur in disputatione prꝛpositum est genus. sed quoniam generis nomen multa significat, hoc est enim quod ait:

DE GENERE.

VIdetur autem neque genus neque species simpliciter dici.

VBi enim non est simplex dictio, illic multiplex significatio est. prius huius nominis significationes discernit ac separat, ut de qua significatiõe generis tractaturus est sub oculis ponat. Sed cum neque genus, necq; species, neque differentia, nec proprium, nec accidens significatione simplicia sint. Cur de his tãtum duobus, genere inq; ac specie, dixit non simpliciter dici, cum proprium, differentia, atq; accidens ipsa quoq; sint significatione multiplicia? Dicendum est quoniam longitudinẽ uitans tantũ speciem nominauit, eamq; idcirco ne solum genus esse significationis multiplicis putaretur. Enumerat autem primam generis significationẽ hoc modo:

Genus enim dicitur & aliquorum quodammodo se habentium ad unum aliquod & ad se inuicem collectio, secundum quam significationem Romanorum dicitur genus ab unius scilicet habitudine. Dico autem Romuli & multitudinis habentium aliquo modo ad seinuicem, eam quæ ab illo est, cognationem, secundum diuisionem ab alijs generibus dictum.

Vna inquit generis ſignificatio eſt, quæ in multitudinem uenit à quolibet uno principium trahens, ad quod ſcilicet ita illa multitudo coniuncta eſt, ut ad ſe inuicem per eiuſdem unius principium copulata ſit: ut cum Romanorum genus dicitur, multitudo Romanorum ab uno Romulo uocabulum trahens, & ipſi Romulo, & ad ſe inuicem quaſi quadam nominis hæreditate coniuncta eſt. Eadem enim quæ à Romulo ſocietas deſcendit Romanos inter ſe omnes uno generis nomine deuincit & colligit. Videtur autem ſecuiſſe hanc generis ſignificationem in duas partes, cum copulatiuam coniunctionem admiſcuit dicens: Genus dicitur aliquorum quodammodo ſe habentium ad unum aliquod & ad ſe inuicem collectio, tanquã & illud genus dicatur, ad unũ aliquo modo ſe habere: & hoc rurſus genus dicatur, quòd ad ſe inuicem unius generis ſignificatione coniuncti ſint, hoc uero minime eſt. eadem enim à quolibet uno propagata ſocietas, & ad illum qui princeps eſt generis, totam multitudinem refert, & ipſam inter ſe multitudinem uno generis nomine connectit & continet. Quo circa non eſt putandus diuiſionem feciſſe, ſed omne quicquid in hac generis ſignificatione intelligendum fuit, aperuiſſe. Ordo autem uerborum ita ſeſe habet qui eſt hyperbaton intelligendus: Genus enim dicitur, & aliquorum ad unum ſe aliquo modo habentium collectio, & ad ſe inuicem aliquo modo habentium, rurſus collectio ſubaudienda eſt, eſt enim & zeugma cuius ſignificationis adiecit exemplum, ſecundum quam ſignificationem Romanorũ dicitur genus, ab unius ſcilicet habitudine. Dico autem Romuli & multitudinis rurſus habitudine habentium aliquo modo adinuicẽ cognationẽ, eam ſcilicet quę ab illo eſt, id eſt Romulo, ſecundũ diuiſionem ab aliis generibus dictum ſcilicet multitudinis, hæc enim multitudo aliquo modo ad unum & ad ſe inuicẽ habens cognationem genus dicta eſt, ut ab aliis diſcerneretur, ut Romanorum genus ab Athenienſium genere cæterorumq; ſepararetur, ut ſit integer uerborum ordo: Genus enim dicitur & collectio aliquorũ ad unum ſe quodammodo habentium, & collectio ad ſe inuicem, ſecundum quam ſignificationem Romanorum dicitur genus ab unius ſcilicet habitudine: dico autem Romuli & multitudinis ſecundum diuiſionem ab aliis generibus dictum, ſcilicet hominum habentium aliquo modo adinuicem eam quæ eſt ab illo, id eſt Romulo cognationem. atque hæc hactenus, nunc de ſecũda generis ſignificatione dicendũ eſt.

Dicitur autem & aliter rurſus genus illud quod eſt uniuſcuiuſque generationis principium, uel ab eo qui genuit, uel ab eo loco, in quo quis genitus eſt. Sic enim Oreſtem quidem dicimus à Tantalo genus habere, Hylum autem ab Hercule. Et rurſus Pindarum quidem Thebanum eſſe genere: Platonem uero Athenienſem. etenim patria principium eſt uniuſcuiuſq; generationis, quemadmodum & pater: hęc autem uidetur eſſe promptiſſima ſignificatio generis. Romani enim dicuntur qui ex genere deſcendũt Romuli. & Cecropidę, qui ex genere deſcendunt Cecropis, & eorum proximi.

Quatuor omnino ſunt principia, quæ unum quodque principaliter efficiunt. eſt enim una cauſa, quæ effectiua dicitur, uelut pater filij: eſt alia quæ materialis, uelut lapides domus. tertia eſt forma, uelut hominis rationabilitas. quarta quamobrem geritur, uelut pugnæ uictoria: duæ uero ſunt quæ per accidens uniuſcuiuſque dicuntur eſſe principia, locus ſcilicet ac tempus. Quoniam enim omne quod naſcitur & fit, in loco ac tempore eſt, & quicquid loco uel tempore natum factumúe fuerit, eum locum uel id tempus accidẽtaliter dicitur habere principium. Horum omniũ in hac ſecũda generis ſignificatione duo quædã ex alterutris aſſumit quæ ad ſignificationẽ generis uidebant accõmodata. Ex his quidẽ cauſis quę principalia ſunt, effectiuum: ex his

ex his uero quę accidentia, locum. ait enim, genitus dicit & à quo quis genitus eſt, quę eſt effectiua principalium cauſa, & in quo qs loco eſt pro creatus, quæ eſt accidẽs cauſa principij. Itaque hæc ſecunda ſignificatio duo cõtinet, eum à quo quis procreatus eſt, & locum in quo quis editus, ut exemplo quoq; demõſtrant. Oreſtẽ enim dicimus à Tantalo genus ducere. Tãtalus qppe Pelopẽ, Pelops Atreũ, Atreus Agmemnonẽ, Agamemnon genuit Oreſtẽ. Itaq; à procreatione genus hoc dictum eſt. At uero Pindarum dicimus eſſe Thebanum ſcilicet, quoniã Thebis editus tale generis nomẽ accepit. ſed quoniam diuerſum eſt illud à quo quiſq; procreatus eſt, & locus in q̃ quis editus eſt, diuerſa uidetur eſſe generis ſignificatio procreantis & loci, quam in ſecũda parte enumerans unam fecit: ſed ne uideretur duplex ſignificatio generis, per ſimilitudinem cõiunxit dicens: Etenim patria principium eſt uniuſcuiuſq; generationis, quemadmodum & pater. Sed quoniam in ſignificationibus euenit ſæpe, ut aliqd ſit quod intellectui ſignificatæ rei propinquum eſſe uideatur; quoniamq; duas generis appoſuit ſignificationes, multitudinis ſcilicet & procreantis, cui generis nomen conueniẽtius aptetur iudicat atq; diſcernit, dicens, hanc eſſe promptiſſimam generis ſignificationem, quæ à procreante deducta ſit. hi enim maxime Cecropidæ ſunt, qui à Cecrope deſcendunt, hi Romani qui à Romulo: quę cum ita ſint, cõfundi rurſus generis ſignificationes uidentur. Si enim ſunt hi maxime Romani, qui à Romulo originem trahunt, & hæc ſignificatio eſt illa quæ à procreante deducitur, ubi eſt reliqua quam primam quoq; enumerauit, quæ eſt multitudinis ad unum & ad ſe inuicem quodammodo ſe habentium collectio? Sed acutius intuentibus pluriſmæ admõdum differentiæ ſunt. Aliud enim eſt à quolibet primo procreante genus deducere, aliud unum genus eſſe plurimorum. Illud enim per rectam ſanguinis lineam fieri poteſt & nõ in multa diffundi, ut ſi per unicos familia deſcẽdat. huic enim aptatur ſecũda illa generis ſignificatio, quæ à procreante deducit, prima uero illa nõ niſi in multitudine cõſiſtit. Illud quoq; eſt, q̃d prima procreationis principium nõ quærit, ſed (ut ipſe ait) ſufficit aliq̃ modo ſe habere ad id, unde huiuſmodi generis principiũ ſumit: ſecũda uero ſignificatio nullã uim niſi à procreante ſortit. Itẽ in illa prima ſignificationis multitudine huius ſecũdę particularitas cõtinet, ut in Romanorũ genere Scipiadarum genus, natura cũ ſunt Romani Scipiadę ſunt. Quoniã enim & ad Romulũ & cæteros Romanos ſecundum Romuli habitudinem iuncti ſunt, Romani ſunt. Scipiadę uero dicuntur ad ſecundam generis ſignificationem, quòd eorum familiæ Scipio, & ſanguinis principium fuit.

Ac prius quidem appellatum eſt genus uniuſcuiuſque generationis principium, dehinc etiam & multitudo eorum qui ſunt ab uno principio, ut à Romulo, quam diuidentes & ab alijs ſeparantes dicebamus omnem illam collectionem, eſſe Romanorum genus.

Senſus facilis & expeditus eſt, ſi tamen ambiguitas una ſoluat. cum enim prius multitudinis ſignificationem retulerit ad generis nomen, poſt autem ad procreationis initium, nunc autem cõtrario modo illam prius à ſe dinumeratam ſignificationem dicere uidetur, quæ eſt procreationis: illam uero poſteriorem, quæ eſt multitudinis, quod contrarium uideri poteſt, ſi quis ad ordinem ſuperius digeſtæ diſputationis aſpexerit: ſed hic non de ſe loquitur, ſed de humani cõſuetudine ſermonis, in quo prius eam ſignificationem generis fuiſſe dicit, quæ à procreante ſit ducta: accedente uero ætate uſu loquendi nomen generis etiã ad multitudinem habentem ſe q̃dam modo ad aliquẽ fuiſſe trãslatum. hoc uero idcirco dixit, q̃niam ſuperius dixerat: hęc enim uidetur eſſe promptiſſima ſignificatio, ut ab hac id eſt ſecunda quã promptiſſimam eſſe ſignificationẽ dixit, illa quoq; nuncupata uideretur, quę multitudinis. prius enim genus inter homines appellatum eſt, quod quis à generãte deduceret: poſt autem factum eſt, ut per loquendi uſum etiam multitudinis ad aliquem quodammodo ſe

do ſe habentis genus diceretur propter diuiſionem, ſcilicet gentiũ, ut eſſet inter eas nominis ſocietatis q̃ diſcretio. His igitur expletis uenit tertiũ genus quod inter philoſophos tractatur, cuius ad dialecticam facultatem multus uſus eſt: horum quippe generum hiſtoria magis uel poëſis tractat exordium. Tertium uero genus apud philoſophos conſideratur, de quo hoc modo loquitur:

> Aliter autem rurſus dicitur genus, cui ſupponitur ſpecies ad horum fortaſſe ſimilitudinem dictum. Etenim principium quoddam eſt huiuſmodi genus earum quæ ſub ipſo ſunt ſpecierum, uidetur q̃ & omnem eam multitudinem continere quæ ſub ipſo ſunt ſpecierum.

Duplicem ſignificationem generis ſupra propoſuit, nunc tertiam monſtrare contendit. Hanc autem ad ſuperiorum ſimilitudinem dictam eſſe arbitratur. Superius autem dictæ ſignificationes duę ſunt, una quidem cum generis nomen quadam principij antiquitate ad ſe iunctam multitudinem contineret: alia uero, cum genus ab uno quoque procreante duceretur, quod eorum quę procreãtur principium eſt. Cum igitur ſint ſuperius duæ generis ſignificationes propoſitæ, tertium nũc addit de quo inter philoſophos ſermo eſt, illud ſcilicet cui ſupponitur ſpecies, quod idcirco genus uocatum eſſe ſub opinionis creditur ambiguo, quoniam habet aliquam ſimilitudinem ſuperiorum: nam ſicut illud genus quod ad multitudinem dicitur, uno ſolo nomine multitudinem claudit, ita quoq̃ genus plurimas ſpecies cohercet & continet. Item ut genus illud quod ſecũdum procreationem dicitur, principium quoddam eſt eorum quæ ab ipſo procreantur, ita genus cõſtat ſuis ſpeciebus eſſe principium: ergo quoniam utriſq̃ eſt ſimile, idcirco nomẽ quoq̃ generis etiam in hac ſignificatione à ſuperioribus mutuatum eſſe ueriſimile eſt.

> Tripliciter igitur cum genus dicatur, de tertio apud philoſophos eſt ſermo, quod etiam deſcribentes aſſignauerunt, dicentes, genus eſſe quod de pluribus & differentibus ſpecie, in eo quod quid ſit prædicatur, ut animal.

Iure tertium genus philoſophi ad diſputationem ſumũt. hoc enim ſolũ eſt quod ſubſtantiam monſtrat, cætera uero aut unde quid exiſtat, aut quemadmodum à cæteris hominibus in unam quaſi formam populi diuidatur oſtendunt. nam illud quod multitudinem continet genus, illius multitudinis quam continet, ſubſtantiã non demonſtrat, ſed tantum uno nomine collectionem populi facit, ut ab alterius generis populo ſegregetur. Item illud quod ſecundum procreationem dictum eſt, nõ rei procreatę ſubſtantiam monſtrat, ſed tantum quod eius fuerit procreationis initium. At uero genus id cui ſupponitur ſpecies ad differentiam accommodatum, ſpeciei ſubſtantiam informat, & quia inter philoſophos hæc maxima quæſtio eſt quid unumquodque ſit. tunc enim unumquodq̃ ſcire uidemur, quando quid ſit, agnoſcimus. Idcirco reiectis cæteris de hoc genere quo maxime apud philoſophos ſermo eſt, quod etiam deſcribentes aſſignauerunt ea deſcriptione, quam ſubter annexuit. Diligenter uero ait deſcribentes, non diffinientes. diffinitio enim fit ex genere, genus autem aliud genus habere non poterit, idq̃ obſcurius eſt, quàm ut primo aditu dictum pateat: fieri autem poteſt, ut res quæ alij genus ſit, alij generi ſupponatur, ſed cum ſupponitur nõ quaſi genus, ſed tanq̃ ſpecies ſub alio collocatur. unde non in eo quòd genus eſt, ſupponi alicui poteſt, ſed cũ ſupponitur ilico ſpecies fit: quæ cum ita ſint, oſtenditur genus ipſum in eo quòd genus eſt, genus habere non poſſe, ſi igitur uoluiſſet genus diffinitione concludere nullo modo potuiſſet. genus enim aliud quod ei poſſet prępponere nõ haberet, atq̃ idcirco deſcriptionem ait eſſe factam non diffinitionẽ: deſcriptio uero eſt (ut in priore uolumine dictũ eſt) ex proprietatibus informatio quędam rei, & tanquã coloribus quibuſdã depictio. Cum enim in unum plura conue-

nerint, ita ut omnia ſimul rei cui applicantur æquentur, niſi ex genere uel differentijs hęc collectio fiat, deſcriptio nuncupatur. Eſt igitur deſcriptio generis, hæc genus eſt quod de pluribus & differentibus ſpecie in eo quod quid ſit prædicatur. Tria hæc requiruntur in genere, ut de pluribus prædicetur, ut de ſpecie differentibus, ut in eo quod quid ſit. de qua re quoniam ipſe poſterius latius diſputat nos breuiter huius rei intelligentiam ſignificemus exẽplo, hoc modo: Sit enim nobis informa generis animal, id de aliquibus ſine dubio prædicatur, homine ſcilicet, equo, bouе & cæteris, ſed hæc plura ſunt. animal igitur de pluribus prædicatur, homo uero, equus, atq̃ bos talia ſunt ut à ſe diſcrepent, nec qualibet mediocri re, ſed tota ſpecie, id eſt tota forma ſuæ ſubſtantiæ, de quibus dicitur animal. homo enim & equus, & bos animalia nuncupanẽ. prędicatur ergo animal de pluribus ſpecie differentibus. ſed quonã modo fit hæc prędicatio: nõ enim quicquid interrogaueris, mox animal reſpondetur. nõ enim ſi quantus ſit homo interrogaueris, animal reſpondebitur ut opinor. hoc enim ad quãtitatem pertinet non ad ſubſtantiã. Item ſi qualis ſit homo interroges, ne huic quidem reſponſio conuenit animalis, cęteriſq̃ omnibus interrogationibus hanc animalis reſponſionem ineptam atq̃ inutilem ſemper eſſe reperies, niſi ei tantũ apta eſt, quę quid ſit interroget. Interrogantibus enim nobis quid ſit homo, quidq̃ ſit equus, ꝙd bos, animal reſpondebiẽ: ita nomen animalis ad interrogationem ꝙd ſit de homine, equo, atq̃ bouе ac de cæteris prædicatur, unde ſit ut animal prędicetur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid ſit. Et quoniam generis hæc diffinitio eſt, animal hominis, equi, bouis genus eſſe neceſſe eſt: omne autem genus aliud eſt quod in ſemetipſo, atq̃ in re intelligitur, aliud quod ad alterius prędicationem refertur, ſua enim proprietas ipſum eſſe conſtituit. Ad alterum relatio genus facit, ut ipſum animal, ſi eius ſubſtantiam quæras, dicam ſubſtantiam eſſe animatam atque ſenſibilem, hęc igitur diffinitio rem monſtrat per ſe ſicuti eſt, non tanquam referatur ad aliud: at uero cum dicimus animal genus eſſe, non (ut arbitror) tunc de re ipſa nomen hoc dicimus, ſed de ea ratione qua poteſt animal ad cęterorum quę ſibi ſubiecta ſunt, prędicationem referri. Itaque character quidam ac forma generis eſt in eo quod referri prędicatione ad eas res poteſt, quę cum ſint plures & ſpecie differentes, in earum tantum ſubſtantia prædicatur. Huius autem diffinitionis rationem per exempla ſubiecit dicens:

> Eorum enim quæ prædicantur, alia quidem de uno dicuntur ſolo, ſicut individua, ut Socrates, & hic & hoc: alia uero de pluribus, quemadmodum genera & ſpecies, & differentia, & propria, & accidentia communiter, ſed non proprie alicui. Eſt autem genus quidem, ut animal: ſpecies uero ut homo: differentia, ut rationale: proprium, ut riſibile: accidens, ut album, nigrum, ſedere.

Omnium quæ prędicãtur quolibet modo facit Porphyrius diuiſionem, idcirco ut à reliquis omnibus prędicationẽ generis ſeiungat ac ſeparet, id facit hoc modo. Omnium inqt quæ prædicanẽ, alia de ſingularitate dicunẽ, alia de pluralitate: de ſingularitate uero inqt prædicantur quæ cunq̃ unum q̃libet habent ſubiectũ, de quo dici poſſint, ut ea q̃bus ſingula ſubiecta ſunt indiuidua, ut Socrates & Plato, ut hoc album q̃d in hac niue ꝓpoſita eſt, ut hoc ſcamnum in quo nunc ſedemus, nõ omne ſcamnum (hoc eſt enim uniuerſale) ſed hoc quod nunc ſuppoſitum eſt: nec album q̃ in niue eſt (uniuerſale enim eſt album & nix) ſed hoc album q̃d in hac niue nunc eſſe conſpicitur. hoc enim non poteſt de quolibet alio albo prædicari, quod in hac niue eſt, qa ad ſingularitatem deductum eſt, atq̃ ad indiuiduam formam conſtrictum eſt indiuiduí participatione. Alia uero ſunt quæ de pluribus prædicantur, ut genera & ſpecies & differentię & propria & accidentia cõmuniter, ſed nõ ꝓprie alicui.

Genera

Genera quidem de pluribus prædicãtur ſpeciebus ſuis, ſpecies uero de pluribus prę dicantur indiuiduis. homo enim quod eſt animalis ſpecies plures ſub ſe homines ha bet de quibus appellari poſſit. Itẽ equus qui ſubeſt animali loco ſpeciei, plurimos ha bet indiuiduos equos de quibus prædicantur. differẽtia uero ipſa quoq; de pluribus ſpeciebus dici poteſt, ut rationale de homine ac de deo corporibusq; cœleſtibus, quę (ſicut Platoni placet) animata ſunt & ratione uigentia. proprium item & ſi de una ſpecie prædicatur, de multis tamen indiuidnis dicitur, quæ ſub cõuenienti ſpecie col locantur, ut riſibile de Platone, Socrate & ceteris indiuiduis dicitur quæ homini ſup ponuntur. Accidẽs etiam de multis dicitur: album enim & nigrum de multis omni no dici poteſt, quæ à ſe genere ſpecieq; ſeiuncta ſunt. Sedere etiam de multis dicitur, homo enim ſedit, ſimia ſedet, aues quoq; quarum ſpecies longe diuerſę ſunt: accidẽs autem quoniam communiter accidens eſſe poteſt & proprie alicui, idcirco determi nauit dicens & accidentia communiter, ſed non proprie. quę proprie enim alicui ac cidunt indiuidua fiunt, & de uno tantũ ualentia prædicari, & ea quæ cõmuniter acci piuntur, de pluribus dici quęunt. ut enim de niue dictum eſt, illud album quod in hac ſubiecta niue eſt, non eſt communiter accidens, ſed proprie huic niui quæ oculis oſtẽ ſionicq; ſubiecta eſt: ita quoque ex eo quod communiter prædicari poterat (de mul tis enim album dici poteſt, ut albus homo, albus equus, alba nix) factũ eſt, ut de una tantum niue prędicari illud album poſſit, cuius participatione ipſum quoq; factũ eſt ſingulare. Omnino aũt omnia genera uel ſpecies uel differentias uel propria, uel ac cidentia, ſi per ſemetipſa ſpeculemur in eo quod genera uel ſpecies, uel differentiæ, uel propria, uel accidentia ſunt, manifeſtum eſt quoniam de pluribus prædicantur: at ſi ea in his ſpeculemur in quibus ſunt, ut ſecundum ſubiecta eorum formã & ſub ſtantiam metiamur, euenit ut ex pluralitate prędicationis ad ſingularitatem uideam tur adduci. animal enim quod genus eſt, de pluribus prædicatur: ſed cum hoc animal in Socrate conſideramus, ex pluralitate prædicationis adducitur ad ſingularitatem. Socrates enim animal eſt, ipſum animal fit indiuiduum, quoniam Socrates eſt indiui duus ac ſingularis. Item homo de pluribus quidem hominibus prędicatur, ſed ſi illã humanitatem quæ in Socrate eſt indiuiduo conſideremus, fit indiuidua, quoniam So crates ipſe indiuiduus eſt atq; ſingularis. Item differentia, ut rationale de pluribus di ci poteſt, ſed in Socrate indiuidua eſt. Riſibile etiã cum de pluribus hominibus prædi cetur, fit unicum. communiter quoq; accidẽs, ut album, cum de pluribus dici poſſit, in uno quoq; ſingulari corpore perſpectum indiuiduum eſt. Fieri autem potuit com modior diuiſio hoc modo: Eorum quæ dicuntur, alia quidem ad ſingularitatem præ dicantur, alia ad pluralitatem: eorum quæ de pluribus prædicantur, alia ſecundũ ſub ſtantiam prædicantur, alia ſecundum accidens: eorum quę ſecundum ſubſtantiã prę dicantur, alia in eo quod quid ſit dicuntur, alia in eo quod quale ſit, in eo quod quid ſit quidem genus & ſpecies, in eo quod quale ſit differentia. Itẽ eorũ quæ in eo quod quid ſit prædicantur, alia de ſpeciebus prædicantur pluribus, alia minime: de ſpecie bus quidem pluribus prædicantur, ut genera, de nullis uero ſpecies. Eorum autem quæ ſecundum accidens prædicantur, alia quidem ſunt quæ de pluribus prædican tur, ut accidentia, alia quę de uno tantum, ut propria. Poſſet autem fieri etiam huiuſ modi diuiſio: Eorum quæ prædicantur, alia de ſingulis prędicantur, alia de pluribus, eorum quæ de pluribus, alia in eo quod quid ſit, alia in eo quod quale ſit prædicãtur. Eorum quæ in eo quod quid ſit, alia de differentibus ſpeciebus dicuntur, ut genera, alia minime, ut ſpecies. eorũ autem quæ in eo quod quale ſit, de pluribus prędicant, alia quidem de differentibus ſpecie prædicantur, ut differentiæ & accidentia cõmu niter, alia de una tantum ſpecie, ut propria. eorum uero quæ de pluribus differenti bus ſpecie in eo quod quale ſit prædicantur, alia quidem in ſubſtantia prædicantur, ut differentiæ, alia in communiter euenientibus, ut accidentia. Et per hanc diuiſio nem quinq; harum rerum diffinitiones colligi poſſunt hoc modo: Genus eſt quod de pluri

de pluribus ſpecie differentibus in eo quod quid ſit prædicatur. Species eſt quod de pluribus minime ſpecie differentibus in eo quod quid ſit prædicatur. Differentia eſt quod de pluribus ſpecie differentibus in eo quod quale ſit in ſubſtantia prædicatur. Proprium eſt quod de una tantum ſpecie in eo quod quale ſit non in ſubſtantia præ dicatur. Accidens eſt quod de pluribus ſpecie differentibus in eo quod quale ſit non in ſubſtantia prædicatur. Et nos quidem has diuiſiones fecimus, ut omnia à ſemetip ſis ſepararemus. Porphyrio uero alia intentio fuit. Non enim omnia nunc à ſemet ipſis diſiungere feſtinabat, ſed tantum ut cætera à generis forma & proprietate ſe pararet. Ad idcirco diuiſit omnia quę prædicantur, aut in ea quę de ſingulis prædica rentur, aut in ea quæ de pluribus: ea uero quæ de pluribus prædicãtur, aut genera eſ ſe dixit, aut ſpecies aut cętera, horum quoque exempla ſubiiciens adiungit:

> Ab his ergo quæ de uno ſolo prædicantur differunt genera, eo quod hęc de pluribus dicuntur. Ab his autem rurſus quæ de pluribus, à ſpeciebus quidem, quoniam ſpecies & ſi de pluribus prædicentur, non tamen de differentibus ſpecie, ſed numero. homo enim cum ſit ſpecies, de Socra te & de Platone prædicatur, qui non ſpecie à ſe inuicem differunt, ſed nu mero. Animal uero cum ſit genus, de homine, equo, & boue prædicatur, qui differunt à ſe inuicem ſpecie, non numero ſolum. A proprio quoque differt genus, quoniam proprium de una ſola ſpecie, cuius eſt propriũ, præ dicatur, & de ijs quæ ſub una ſpecie ſunt indiuiduis, quemadmodum riſibi le de homine ſolo, & de particularibus hominibus: genus autem non de u na ſolum ſpecie prędicatur ſed de pluribus & differentibus. A differentia uero abijs quę communiter ſunt accidentia differt genus, quoniam & ſi de pluribus & differentibus ſpecie prędicentur differentiæ, & communiter ac cidentia, non tamen in eo quod quid ſit prædicant, ſed potius in eo quod quale eſt, & quomodo ſe habet. Interrogantibus enim aliquibus quid eſt illud de quo prędicantur hęc genus reſpondebimus: differentias autem & communiter & accidentia non reſpondebimus. Non enim in eo quod quid eſt prędicantur de ſubiecto, ſed magis in eo quod quale ſit. Interroganti bus enim qualis eſt homo dicimus rationalis, & qualis eſt coruus, dici mus niger. Eſt autem rationale, differentia: nigrum uero, accidens. Quan do autem quid eſt homo interrogamur, animal reſpondemus: eſt autem genus hominis animal.

Nunc genus à ceteris omnibus, quæ quolibet modo prędicantur, ſeparare conten dit hoc modo: Quoniã enim genus de pluribus prædicatur, ſtatim differt ab his qui dem quæ de uno tantum prædicantur, quæq; unum quodlibet habẽt indiuiduum, ac ſingulare ſubiectum: ſed hęc differentia generis ab his quæ de uno ſolo prędicantur communis eſt ei cum ceteris, id eſt ſpecie, differentia, proprio atq; accidenti, idcirco quoniam ipſa quoque de pluribus prædicantur. Horum igitur ſingulorum differen tias à genere colligit, ut ſolum intelligendũ genus quale ſit ſub animi deducat aſpe ctum dicens: Ab his autem quæ de pluribus prædicantur differt genus: à ſpeciebus quidem primum, quoniam ſpecies & ſi de pluribus prędicantur, non tamen de diffe rentibus ſpecie, ſed numero. Species enim ſub ſe plurimas ſpecies habere non pote rit, alioqui genus non ſpecies appellaret. Si enim genus eſt quod de pluribus ſpecie differentibus

differentibus,in eo quod quid ſit prædicatur, cum ſpecies de pluribus prædicatur,& in eo quod quid ſit, huic ſi addatur, ut de ſpecie differentibus prædicetur, ſpeciei forma tranſit in genus, id quod exemplo quoque intelligi fas eſt. homo enim cū ſit ſpecies,prædicatur de Socrate, Platone, & cæteris quæ à ſe nō ſpecie diſiuncta ſunt, ſicut homo atq; equus uel bos,ſed numero,quod quidem habet dubitationem quid ſit hoc quod numero dicitur differre.Numero enim differre aliquid uidebitur quoti es numerus à numero difiert,ut grex boum, qui fortaſſe continet triginta boues dif fert numero ab alio boum grege,ſi cētum cōtinet in ſe boues. in eo enim quod grex eſt,non differt, neque in eo quod boues,nec niſi numero quidem differunt,quod illi plures,illi uero ſunt pauciores Quomodo igitur Socrates & Plato ſpecie non diffe runt,ſed numero,cum & Socrates unus ſit,& Plato unus, & unitas numero ab uni tate non differat.ſed ita intelligendum eſt quod dictum eſt, numero differentibus id eſt in numerando differentibus, hoc eſt dum numerantur differentibus.cū enim dici mus hic Plato eſt,hic Socrates,duas fecimus unitates,ac ſi digito tangamus dicen tes,hic unus eſt de Socrate.rurſus de Platone hic unus eſt,non eadem unitas in So crate numerata eſt quę in Platone:alioqui poſſet fieri,ut ſecundo tacto Socrate Pla to etiam demonſtraretur,quod non fit.niſi enim tetigeris Socratem uel mente,uel di gito. itemq; niſi tetigeris Platonem,non facies duos,dum numerantur,ergo differūt quæ ſunt numero differentia.cum igitur ſpecies de numero differentibus non de ſpe cie prædicetur,genus de pluribus & differentibus ſpecie dicitur,ut de boue,de equo & de cęteris quæ ſe ſpecie inuicem differunt non numero ſolo. Tribus enim modis unumquodq; uel differre ab aliquo dicitur,uel alicui idem eſſe,id eſt genere,ſpecie, numero. Quæcūque igitur genere eadem ſunt.non neceſſe eſt eſſe eadem ſpecie, ut ſi eadem ſint genere differant ſpecie,ſi uero eadem ſunt ſpecie. genere quoq; eadem eſſe neceſſe eſt:ut cum homo atq; equus idem ſunt genere(uterq; enim animal nun cupatur) differunt ſpecie. quoniam alia eſt hominis ſpecies,alia equi. Socrates uero atque Plato cum idem ſint ſpecie,idem quoq; ſunt genere,uterq; enim ſub animalis prædicatione ponitur. ſi quid uero uel genere uel ſpecie idem ſit,non neceſſe eſt i dem eſſe numero,ut Socrates & Plato,cū & genere animalis & ſpecie hominis idē ſint,numero tamen reperiuntur eſſe diſiuncti. Quod ſi idem ſit numero,idem & ge nere & ſpecie eſſe neceſſe eſt: gladius enim atq; enſis idem ſunt numero. nihil enim omnino aliud eſt enſis quàm gladius, ſed nec ſpecie diuerſi ſunt, utrūq; enim gladi us eſt,nec genere,utrumque enim inſtrumentum eſt,quod eſt gladij genus: quoni am igitur homo,bos atque equus,de quibus animal prædicatur,ſpecie differunt,nu mero etiam eos differre neceſſe eſt: idcirco hoc plus habet genus à ſpecie,quod de differentibus ſpecie prędicatur. nam ſi integram generis diffinitionem demus,*dabi* mus hoc modo: Genus eſt quod de pluribus differentibus ſpecie,non ſolo numero, & *in* eo quod quid ſit prædicatur. At uero ſic ſpecies: Species eſt quod ſolum de plu ribus numero differentibus in eo quod quid ſit prædicatur. A proprio uero differt genus quoniā propriū de una ſola ſpecie, cuius eſt proprium prædicatur, & de his quę ſub una ſpecie ſunt indiuiduis: propriū enim ſemper ſpeciei uni adeſſe poteſt, neq; eam relinquit,nec trāſit ad aliā,atq; idcirco propriū nuncupatū eſt, ut riſibile hominis eſt:itaq; & de ea ſpecie cuius eſt proprium prædicatur,& de his indiuiduis quæ ſub illa ſunt ſpecie,ut riſibile de homine dicitur,& de Socrate,& de Platone,& cæteris quę ſub hominis nomine cōtinentur:genus uero nō de una tātum ſpecie, ut dictum eſt,ſed de pluribus: differt igit genus à proprio,eo quod de pluribus ſpecie bus prædicet,cum proprium de una tātum ſpecie de qua dicit appellet,& de ijs quę ſub illa ſunt indiuiduis, differētiæ atq; accidentis diſcrepantia à genere una ſepara tione concluditur.Omnino enim quia hæc in eo quod quid ſit minime prædicant,eo ipſo ſegregant à genere. nam in cæteris propinqua ſunt generi: nam & de pluribus prædicantur,& de ſpecie differentibus,ſed non in eo quod quid ſit. Si quis enim in terroget

interroget qualis eſt homo, reſpondetur rationalis, quod eſt differentia. Si quis in terroget qualis eſt coruus, dicitur niger, quod eſt accidēs. Si autem interroges quid eſt homo,animal reſpondebitur,quod eſt genus.Quod uero ait,nō in eo quod quid ſit prædicari dicimus, ſed magis in eo q̄d quale ſit, hoc magis quæſtioni occurrit hu iuſmodi. Ariſtoteles enim differētias in ſubſtātia putat oportere prędicari,quod aūt in ſubſtantia prædicatur,hoc rem de qua prædicatur,non quale ſit,ſed quid ſit oſten dit. unde nō uidetur differentia in eo quod quale ſit prædicari, ſed potius in quod eo quid ſit,ſed ſoluitur hoc modo: differentia enim ita ſubſtantiam demonſtrare ſolet, ut circa ſubſtantiam qualitatem determinet,id eſt ſubſtantialem qualitatē proferat: quod ergo dictum eſt magis, tale eſt tanquam ſi diceret,uidetur quidem ſubſtātiam ſignificare,atq; in eo quod quid ſit prędicari, ſed magis illud eſt uerius: quia tametſi ſubſtantiam monſtret,tamen in eo quod quale ſit prædicatur.

Quare genus de pluribus prædicari,diuidit ipſum ab ijs quæ de uno ſolo di cuntur,ſicut indiuidua: de differentibus uero ſpecie, ſeparat eundem ab ijs quæ ſicut ſpecies prædicantur,uel ſicut propria: in eo autem quod quid ſit prędicari,diuidit ipſum à differentijs & communiter accidentibus, quæ ſin gula non in eo quod quid prędicatur,ſed in eo quod quale eſt,uel quomodo ſe habet.

Tria hęc eſſe diximus quæ ſignificationem hanc tertiam generis informarent, id eſt de pluribus prædicari,de ſpecie differentibus,& in eo quod quid ſit, quę ſingulæ par tes genus à cæteris quæ quomodolibet prædicantur diſtribuunt ac ſecernunt, quod ipſe breuiter colligens dicit :id enim quod de pluribus prædicatur genus ab his diui dit,quę de uno tantum prędicantur indiuiduo.Indiuiduū autem pluribus dicitur mo dis.dicitur indiuiduum quod omnino ſecari nō poteſt,ut unitas uel mens,dicitur in diuiduū,quod ob ſoliditatem diuidi nequit,ut adamas,dicitur indiuiduū cuius prędi catio in reliqua ſimilia non cōuenit,ut Socrates:nam cum illi ſint cæteri homines ſi miles non conuenit proprietas & prædicatio Socratis in cæteris, ergo ab ijs quæ de uno tantum prędicantur genus differt,eo quod de pluribus prædicetur. Reſtant igi tur quatuor, ſpecies,& proprium,& differentia,& accidens, quorum à genere diffe rentias colligamus: ſingulis igitur differentijs ab his rebus ſegregabitur genus, ea quidem differentia qua de ſpecie differentibus prædicari genus dicitur: ſeparatur ab his quę ſicut ſpecies prædicanť, uel ſicut propria. ſpecies enim omnino de nulla alia ſpecie dicetur, proprium uero de una tantum ſpecie prædicatur, atq; ideo non de ſpe cie differentibus. Item genus à differētia & accidēti differt, quod in eo quod quid ſit prædicatur,illa uero in eo quod quale ſit appellantur ut dictum eſt. itaq; genus qui dem ab ijs quæ de uno prædicantur,differt in quantitate prædicationis,quod de plu ribus prædicetur: à ſpeciebus uero & proprio in ſubiectorū natura, quoniam genus de ſpecie differentibus dicitur: proprium uero & ſpecies minime. Item genus in qua litate prædicationis à differentia accidenteq; diuiditur. Qualitas enim prædicationis quædam eſt,uel in eo quod quid ſit,uel in eo quod quale ſit prædicari.

Nihil igitur neq; ſuperfluum,neq; minus continet generis dicta deſcriptio. Omnis enim deſcriptio uel diffinitio debet ei quod diffinitur æquari. ſi enim diffini tio diffinitę rei non ſit æqualis,& ſi quidem maior ſit. etiam quędam alia continebit, & nō neceſſe eſt ut ſemper diffiniti ſubſtantiā monſtret. ſi minor ſit,ad omnē diffini tionē ſubſtātię non peruenit: omnia enim quę maiora ſunt de minoribus prædican tur,ut animal de homine:minora uero de maioribus minime. nemo enim uere dicere poteſt, omne animal homo eſt, atq; idcirco ſi ſibi prędicatio conuertenda eſt æqua lis oportet ut ſit:id autem fieri poteſt,ſi neque ſuperfluum quicquam habet neque di

minutum, ut in ea ipſa generis deſcriptione. dictum eſt enim genus eſſe quod de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid ſit prædicatur, quæ deſcriptio cum genere cõuerti poteſt, ut ſi dicamus quod de pluribus ſpecie differentibus in eo quod quid ſit prædicetur, id genus eſſe: quod ſi conuerti poteſt (ut ait) nec plus nec minus continet generis facta deſcriptio.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRICII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI COMMENTARIORVM IN PORPHYRIVM A SE TRANSLATVM LIBER III.

SVPERIOR diſputatio de genere uidetur forſitan omnẽ etiã ſpeciei cõſumpſiſſe tractatum: nam cum genus ad aliquid prædicetur, id eſt ad ſpeciem cognoſci natura generis non poteſt, ſi ſpeciei quæ ſit intelligentia neſciatur. Sed quoniã diuerſa eſt in ſuis naturis eorum cõſideratio atque diſcretio, diuerſa in permiſtis, idcirco ſicut ſingula in prohemio propoſuit, ita diuidere cuncta proſequitur, ac primũ poſt generis diſputationem de ſpecie tractat, de qua quidem dubitari poteſt. ſi enim hæc fuit ratio proponẽdi genus reliquis omnibus quòd naturę ſuæ magnitudine cætera contineret, non æquum erat differentiæ ſpeciem in ordine tractatus anteponere, quòd differẽtia ſpeciem cõtineret, cum præſertim differentiæ ipſas ſpecies informent: prius autem eſt quod informat quàm id quod eius informatione perficitur. Poſterior igitur ſpecies eſt differẽtia: prius igitur de differentia tractandum fuit: etenim prohemio etiam conſentiret, in quo eum ordinem collocauit, quem naturalis ordo ſuggeſſit, dicens utile eſſe noſſe quid genus ſit, & quid differentia, huic reſpondendum eſt quæſtioni, quoniam omnia quæcunq; ad aliquid prædicantur, ſubſtantiam ſemper ex oppoſitis ſumũt. ut igitur non poteſt eſſe pater niſi filius ſit, nec filius niſi præcedat pater, alteriuſq; nomen pendet ex alterio, ita etiã in genere ac ſpecie uidere licet, ſpecies quippe niſi generis non eſt, rurſuſq; genus eſſe nõ poteſt niſi referatur ad ſpeciẽ: nec uero ſubſtantiæ quædã aut res abſolutę eſſe putandæ ſunt genus ac ſpecies, ut ſuperius quoque dictum eſt, ſed quicquid illud eſt quod in naturæ proprietate conſiſtat, id tunc genus fit ac ſpecies: cum uel ad inferiora uel ad ſuperiora refertur. Quorũ igitur relatio alterutrũ conſtituit, eorũ cõtinens factus eſt iure tractatus. de ſpecie igitur inchoans ait hoc modo:

DE SPECIE.

SPecies autem dicitur quidem, & de uniuſcuiuſq; forma, ſecũdum quam dictum eſt. primum quidem ſpecies digna eſt imperio: dicitur autem ſpecies, & ea quæ eſt ſub aſſignato genere, ſecundum quam ſolemus dicere, hominem quidem ſpeciẽ animalis, cum ſit genus animal: album autem coloris ſpeciem, triangulum uero figurę ſpeciem.

SIcut generis ſupra ſignificationes diſtinxit æquiuocas: ita idem in ſpecie facit dicens, nõ eſſe ſpeciei ſimplicem ſignificationem, & ponit quidem duas: longę autem plures eſſe manifeſtum eſt, quas idcirco prætermiſit ne lectoris animum prolixitate cõfunderet: dicit autem primum quidem ſpeciem figuram uniuſcuiuſque uocari, quæ ex accidentium cõgregatione perficitur. Cautiſſimè autem dictum eſt, uniuſcuiuſq;

cuiuſq;. hæc enim ſecundum accidens dicitur, quæ cuicq; indiuiduo forma eſt. ea enim non ex ſubſtantiali quadam forma ſpecies, ſed ex accidentibus euenit. alia eſt enim ſubſtantialis formæ ſpecies, quæ humanitas nuncupatur, ea quæ non eſt quaſi ſuppoſita animali, ſed eſt tanquã ipſa qualitas ſubſtantiam monſtrans. hæc enim & ab hac diuerſa eſt, quæ uniuſcuiuſque corpori accidentaliter inſita eſt, & ab ea quæ genus deducit in partes. poſtremumq; plura ſunt, quę cum eadem ſint, diuerſis tamẽ modis ad aliud atque ad aliud relata intelliguntur, ut hanc ipſam humanitatem in eo quod ipſa eſt, ſi perſpexeris. Species eſt ea quæ ſubſtãtialem determinat qualitatem, ſi ſub animali eam intelligendo locaueris deducit animalis in ſe participationem, ſeparaturq; à cæteris animalibus, ac fit ſpecies generis, quod ſi uniuſcuiuſq; proprietatem conſideres, id eſt quàm uirilis uultus, quàm firmus inceſſus, cæteraq; quibus indiuidua conformantur, & quodãmodo depinguntur. Hæc eſt accidentis ſpecies ſecundum quam dicimus quemlibet illum imperio eſſe aptum propter formæ eximiam dignitatem. huic aliam adiungit ſpeciei ſignificationem, id eſt eam quam ſupponimus generi. Nos uero triplicem ſpeciei ſignificationem eſſe ſubiicimus, unã quidem ſubſtantialem qualitatem, aliam cuiuslibet propriam formam indiuidui, tertiam de qua nunc loquitur, quæ ſub genere collocatur. Credendũ uero eſt propter obſcuritatem eius quam nos adiecimus, quia nimirum altiorem atq; eruditiorem quæreret intellectum, ea tacita prætermiſſi atq; cæteras edidiſſe: cuius quidẽ ſpeciei hæc exempla ſubiecit, ut hominem quidem animalis ſpeciem, album autem coloris, triangulum uero figuræ. hæc enim omnia ſpecies nuncupantur eorum quæ ſunt genera, animal quidem hominis, color autem albi, figura uero trianguli.

> Quod ſi etiam genus aſſignantes ſpeciei meminimus, dicentes quod de pluribus & differentibus ſpecie in eo quod quid prædicatur, & ſpeciẽ dicimus id quod ſub aſſignato genere ponitur.

Dudum cum generis deſcriptionem aſſignaret, in generis diffinitione ſpeciei nomẽ iniecit dicens, id eſſe genus quod de pluribus ſpecie differentibus, in eo quod quid ſit prædicaretur, ut ſcilicet per ſpeciei nomẽ diffiniret genus. nunc uero cum ſpeciem diffinire contendat, generis utitur nuncupatione dicens: ſpeciem eſſe, quæ ſub genere ponatur, cui quidem dicto illa quæſtio iure uidetur opponi. Omnis enim diffinitio rem debet declarare quam concludit, eamq; apertiorem reddere, quàm ſuo nomine mõſtrabat. Ex notioribus igitur fieri oportet diffinitionem quàm res illa ſit quæ diffinitur. Cum igitur per ſpeciei nomen deſcriberet, uel diffiniret genus, abuſus eſt uocabulo ſpeciei uelut notiore quàm generis, atq; ita ex notioribus deſcripſit genus: nunc uero cum ſpeciem uellet termino deſcriptionis includere, generis utitur nomine, rerumq; cõuertit notionem, ut in generis quidem deſcriptione ſit notius ſpeciei uocabulũ: in ſpeciei autem deſcriptione ſit notius generis, quod fieri nequit. ſi enim generis uocabulũ notius eſt quàm ſpeciei, in diffinitione generis ſpeciei nomine uti non debuit. Quod ſi ſpeciei nomen facilius intelligitur quàm generis, in diffinitione ſpeciei nomen generis non fuit apponendum, cui quæſtioni occurrit dicens:

> Noſſe oportet quòd quoniã genus alicuius eſt genus, & ſpecies alicuius eſt ſpecies, idcirco neceſſe eſt & in utrorumq; rationibus utriſq; uti.

Omnia quæcunq; ad aliquid prędicãtur, ex his de quibus prędicanť, ſubſtãtiam ſortiuntur. q; ſi diffinitio uniuſcuiuſq; ſubſtantiæ proprietatẽ debet oſtendere, iure ex alterutro fit deſcriptio in his quæ ad ſe inuicẽ referũtur. ergo quoniã genus ſpeciei genus eſt, et ſubſtantiã ſuã & uocabulũ genus à ſpecie ſumit, in diffinitione generis ſpeciei nomen fuit aduocandũ. Quoniã uero ſpecies id q; eſt ſumit ex genere, nomẽ generis in deſcriptione ſpeciei nõ fuit relinquendũ: quoniã uero diuerſæ ſunt ſpecierũ qualitates, aliæ enim ſunt ſpecies, quę & genera eſſe poſſunt, alię quę in ſola ſpeciei

proprietate permanent, neq; in naturam generis transeunt: idcirco multiplicem spe
ciei diffinitionem dedit dicens:

> Assignant ergo & sic speciem: Species est quę sub assignato genere ponitur,
> & de qua genus in eo quod quid sit prædicatur. Amplius autē sic quoq;: spe
> cies est quæ de pluribus & differentibus numero, in eo quod quid sit prædi
> catur. sed hæc quidem assignatio specialissimę est, & eius quę solum species
> est, non etiam genus: aliæ uero & non specialissimarum esse possunt.

Tribus speciem diffinitionibus informauit, quarum quidem duæ omni speciei cōue
niunt, omnesq; quę quolibet modo species appellantur sua cōclusione determināt:
tertia uero non ita. cum enim duæ sint specierum formæ, una quidem cum species ali
cuius aliquando etiam alterius genus esse potest: altera cum tantum species est, ne
que in formam generis transit. Priores duæ, illa scilicet in qua dictum est id esse spe
ciem quod sub genere ponitur: & rursus, in qua dictum est id esse speciem de qua ge
nus in eo quod quid sit prædicetur, omni speciei conueniunt. Id enim tantum hę diffi
nitiones monstrant, quod sub genere ponit̄: nam & ea quæ dicit id esse speciē, quod
sub genere ponitur, eam uim significat speciei, qua refertur ad genus, & ea quę dicit
id esse speciē, de qua genus in eo quod quid sit prædicatur, eam rursus significat spe
ciei formam quam retinet ex generis prædicatione. Idem est autem & poni sub gene
re, & de eo prędicari genus, sicut idē est supponi generi, & ei genus præponi. Quod
si omnes species collocantur sub genere, manifestum est omnem speciem hoc ambi
tu descriptionis includi. Sed tertia diffinitio de ea tantum specie loquitur, quæ nun
quam genus est, & quę solum species restat: hęc autem species est ea, quæ de differen
tibus specie minime prædicat̄: nam si id habet genus plus à specie, quod de differen
tibus specie prædicatur, si qua species quidem prædicetur de subiectis, sed non de
specie differentibus, ea solum erit species superioris generis, subiectorum uero non
erit genus. Igitur prædicatio ea quam species habet ad subiecta, si talis sit ut de diffe
rentibus specie nō prædicetur, distinguit eam ab his speciebus quæ genera esse pos
sunt, & monstrat eam solum speciem esse, nec generis prędicationem tenere: illa igi
tur tertia descriptio speciei quæ magis species ac specialissima dicitur, diffinitur hoc
modo: Species est quod de pluribus numero differentibus in eo quod quid sit prædi
catur, ut homo. prædicatur enim de Cicerone ac Demosthene & cæteris qui à se (ut
dictum est) non specie, sed numero discrepant. Ex tribus igitur diffinitionibus duas
quidem & specialissimas & nō specialissimas species claudit, hæc uero tertia solum
ultimam speciem: ut autem apertius id liqueat, rem paulò altius orditur, eam'q; con
gruis illustrat exemplis:

> Planum autem erit quod dicitur hoc modo: In unoquoq; prędicamento sunt
> quædam generalissima, & rursus alia specialissima, & inter generalissima &
> specialissima sunt alia quæ & genera & species eadem dicuntur. Est autē ge
> neralissimum quidem supra quod non est aliud aliquod superueniēs genus.
> Specialissimum autem post quod non est alia aliqua inferior species. Inter ge
> neralissimum autem & specialissimum, alia sunt quę & genera & species sunt
> eadem, ad aliud tamen & ad aliud sumpta. Sit autem manifestum in uno prę
> dicamento quod dicitur substantia: est quidem & ipsa genus, sub hac autem
> est corpus, & sub corpore animatum corpus, sub quo animal: sub animali ue
> ro, rationale animal, sub quo, homo: sub homine uero, Socrates & Plato, & qui

> qui sunt particulares homines. Sed horū substātia quidem, generalissimum
> est, & genus solum: homo uero specialissimū, & solum species, corpus ue
> ro, species quidē est substantiæ, genus uero corporis animati, sed & anima
> tum corpus, species quidem est corporis, genus uero animalis. Rursus ani
> mal species quidem est corporis animati, genus uero animalis rationalis, sed
> rationale animal, species quidem est animalis, genus autem hominis: ho
> mo uero species est rationalis animalis, non autem etiam genus particular̄
> hominū, sed solum species. Ac omne quod est ante individua proximeq; de
> ipsis prædicatur, species erit solum, non etiam genus.

Prædiximus ab Aristotele decem prædicamenta esse dispositа, quę idcirco prædica
menta uocauerit, quoniā de cæteris omnibus prędicātur: quicquid uero de alio præ
dicatur si non potuerit prædicatio conuerti, maior est res illa quæ prædicat̄, ab ea de
qua prędicatur. Itaq; hęc prędicamenta maxima rerum omnium, quoniam de omni
bus prędicantur, ostensa sunt. In uno quoq; igitur horum prędicamentorū quædam
generalissima sunt genera, & est longa series specierum, atq; à maximo decursus ad
minima. Et illa quidē quæ de cæteris prędicātur ut genera, neq; ullis aliis supponun
tur ut species, generalissima genera nuncupātur. Idcirco, quia his nullum aliud sup
perponitur genus. Infima uero quę de nullis speciebus dicūtur, specialissimę species
appellātur, idcirco quoniam integrum cuiuslibet rei uocabulum illa suscipiunt, quæ
pura immistaq; in ea de qua quæritur, proprietate sunt constituta: at quoniā species
id quod species est ex eo habet nomen, quia supponitur generi ipsa erit simplex spe
cies, si ita generi supponatur, ut nullis aliis speciebus præponatur ut genus. Species
enim quæ sic generi supponitur alij, ut alij præponatur, non est simplex species, sed
habet quādam generis admixtionem: illa uero species quæ ita supponitur generi, ut
minime speciebus alijs præponatur, illa solū simplex & species est atq; idcirco & ma
xime species est, & specialissima nūcupatur: inter genera igitur quę sunt generalissi
ma, & species quę sunt specialissimę, in medio sunt quędam quę superioribus quidē
collatę sunt species, inferioribus uero genera, hæc subalterna genera nuncupantur,
quod ita sunt genera, ut alterū sub altero collocetur. Quod igitur solum genus est,
id dicitur generalissimum genus, quę uero ita sunt genera ut esse species possint, uel
ita species ut sint genera nonnunquam, subalterna genera uel species appellantur.
Quod uero ita est species, ut alij genus esse non possit, specialissima species dicitur.
His ergo cognitis sumamus unius prædicamenti exemplū, ut ab eo in cæteris quoq;
prædicamentis atque in cæteris generibus & speciebus filo atq; ordine quid eueniat
possit agnosci. Substātia igitur generalissimum genus est. hoc enim de cunctis alijs
prędicatur, ac primum huius species duæ sunt, corporeum & incorporeum, nam &
quod corporeum est substantia dicitur: & item quod incorporeū est substantia prę
dicatur: sub corporeo uero animatum atq; inanimatū corpus ponitur. Sub animato
corpore, animal ponitur: nam si sensibile adijcias animato corpori, animal facis, reli
qua uero pars, id est, species continet inanimatū & sensibile corpus. Sub animali au
tem rationale atq; irrationale. Sub rationali Deus & homo, nam si rationali mortale
subieceris, hominem cōstitues: si immortale Deum, Deū uero dico corporeū, hunc
enim mundū ueteres Deū uocabāt, & Iouis eum appellatione dignati sunt, Deumq;,
Solem, cæteraq; cœlestia corpora, quę animata esse cum Plato, tum plurimus docto
rum chorus arbitratus est, sub homine uero individui singularesq; homines sunt, ut
Plato, Cato, Cicero, quorum numerum pluralitas infinita nō recipit, cuius rei subie
cta descriptio sub oculis ponat exemplum.



Superius posita descriptio ordinẽ à generalissimo usq; ad indiuidua prædicationis ostendit, in qua quidẽ substantia generalissimũ dicit genus, quoniã prepposita est omnibus, nulli uero ipsa supponit, & solum genus propter eandem scilicet dicit causam, homo autem species solum, quoniam Plato, Cato, Cicero, quibus est ipsa præposita non differunt specie, sed nume ro tantum: corporeũ uero quod secundũ à substantia collocat, & species esse probatur, & genus, substantię species, genus animati: at uero animatum, genus est animalis, corporei species: est autẽ animatũ genus sensibilis, animatũ uero sensibile animal est, igitur ipsum animatũ propter propriam differentiã quæ est sensibile, recte genus dicitur esse animalis: animal uero rationalis genus est, & rationale genus est mortalis, cumq; rationale & mortale nihil aliud sit quàm homo, rationale sit animalis species: hominis uero genus, homo uero ipse. Catonis, Platonis, Cicero nis nõ erit (ut dictũ est) genus, sed solũ species, nec solũ differẽtiæ rationalis species est homo, uerũetiã Catonis & Platonis cæterorũq; species appellat, propter diuersam scilicet causam. nã rationalis id circo est species, quoniam rationale per mortale atq; immortale diuiditur, cum sit homo mortale. idem uero homo species est Platonis atq; cæterorum, in forma enim eorũ omniũ homo erit substantialis atq; ultima similitudo. Est autẽ cõmunis & omniũ regula, esse eas species specialissimas quæ supra sola indiuidua collocant, ut homo, equus, coruus, sed non auis, auiũ nãq; multæ sunt species, sed hæ tantũ spẽs dicũtur esse, quorũ subiecta ita sibi sunt cõsimilia, ut substãtialẽ differẽtiã habere nõ possint. In omni aũt hac dispositiõe priora genera cũ inferioribus cõiungunt, ut posteriores efficiãt species. nã ut sit corpus substãtia cũ corporalitate cõiungit, & est substãtia corporea corpus. Itẽ ut sit animatũ, corporeũ atq; substãtia, animato copulat, & est animatũ substãtia corporea habẽs animã. Itẽ ut sit sensibile, eidẽ tria illa superiora iũgunt. Nãq; est sensibile, tantũ est, quantũ substantia corporea animata retinẽs sensum, & totũ animale st. Itẽ superiora omnia rationali iuncta, rationale efficiũt, postremũq; hominẽ superiora omnia nihilominus terminant, id est substantiã hominis addito tantum rationali mortali, est enim homo substãtia corporea, animata, sensibilis, ratiõalis, mortalis. Nos uero diffinitionẽ hominis reddimus dicẽtes, animal rationale mortale, in animali scilicet includẽtes & substantiã & corporeũ & animatũ atq; sensibile, & in cæteris quidẽ speciebus atq; generibus ad hũc modũ uel diuiduntur genera, uel species describuntur.

Quemadmodũ igitur substantia cũ suprema sit, eo quod nihil supra eam sit, genus est generalissimũ, sic & homo, cũ sit species, postquã non est alia species, neque aliud eorum quæ possunt diuidi in species, sed solũ indiuidua (indiuiduum

enim est Socrates & Plato, & hoc album) species erit solum, & ultima species (& ut dictum est) specialissima: quæ uero in medio sunt, eorũ quidem quæ supra se sunt species erunt, eorum uero quę post genera sunt, quare hęc quidẽ duas habent habitudines, illam quæ est ad superiora, secundum quam species dicuntur esse ipsorum, & eam quæ est ad posteriora, secundum quam genera ipsorum esse dicuntur. Extrema uero habent unã habitudinem, nam & generalissimum ad ea quę posteriora sunt, habet habitudinem, cum genus sit omniũ supremum: eam uero quæ est ad superiora nõ habet, cum sit supremum, & primum principiũ, & (ut diximus) supra quod non est aliud superueniens genus: & specialissimũ etiam unam habet habitudinem, ea quę est ad superiora, quorum est species: eam uero quæ est ad posteriora non diuersam habet sed eandem. nam & indiuiduorum species dicitur. Sed species quidem dicitur indiuiduorum, uelut ea continens, species uero superiorum, ut quæ ab illis contineatur.

Ex proportione speciei nomẽ etiam generis ostenditur, tam ut genus, quoniã non habet genus supra se generalissimũ genus dicitur, ut substantia: ita species, quoniam non habet sub se speciẽ sed indiuidua, specialissima species dicit, ut homo. quod aũt est species non habere sub se, id est his præesse, quæ nec in dissimilia diuidi possunt, ut genera diuidũtur, nec in similia secantur, ut species. Illa uero quæ inter genera generalissima, species & specialissimas constituta sunt, species & genera nũcupantur, quæ & ipsa aliis supponũtur, & his alia subiiciuntur, quorum in dissimilia uel in similia possunt esse partitiones. Cumq; duę sint habitudines & quasi comparationes oppositę, quę in omnibus generibus speciebusq; uersantur, una quidẽ quæ ad superiora respiciat, ut specierũ quę suis generibus supponũtur: alia uero quę ad inferiora, ut generũ cum speciebus propriis pręponũtur: generalissima quidẽ genera unam tantum retinent habitudinẽ, eam scilicet quæ inferiora amplectit, illã uero quæ ad præposita cõparatur non habent. Generalissimũ enim genus nulli supponitur. Itẽ species specialissima unam possidet habitudinẽ, per quam scilicet ad sola genera cõparatur. Illam uero quæ ad inferiora committitur, nõ habet. nullis enim speciebus ipsa prępponitur. at uero quæ subalterna sunt genera utraq; habitudine fungũtur, nam & illam possident, quę ad superiora respicit, quoniã quæ subalterna sunt habent superpositũ genus, & illam quæ de inferioribus prædicat. habẽt enim subalterna genera suppositas species, ut corporeũ ad substantiam quidẽ eam retinet habitudinem qua potest poni sub genere: ad animatũ uero eam qua potest de specie prędicari. Specialissimę uero species licet ipsæ indiuiduis præponãtur, tamen præpositi habitudinem non habẽt, idcirco quoniã illa quæ speciei ultimæ supponũtur talia sunt, ut quãtum substantia unum quiddã sunt non habentia substantialem differentiã sed accidentalem, efficitur ergo ut numero saltem distare uideant, ut penè dici possint, et pluribus præesse speciebus, & quodãmodo nulli omnino esse prępositę. nam cũ species substantiam monstret, unaq; sit omnium indiuiduorũ sub specie positorũ substãtia, quodammodo nulli prępposita est, si ad substantiã quis uelit aspicere: at si accidẽtia quis cõsideret, plures de quibus prędicatur species fiunt, non substantiæ diuersitate, sed accidentiũ multitudine. itaq; fit ut genus quidem semper plurimas sub se species habeat: de differẽtibus enim specie prædicatur, differentia uero nisi pluralitati nõ conuenit: at uero species etiam uni aliquando indiuiduo præesse potest. si enim unus (ut perhibetur) est phœnix, phœnicis species de uno tantũ indiuiduo prædicatur. Solis etiam species unum solum intellĩgitur habere subiectum: ita nullam multitudinem

ſpecies per ſe continet,cum etiam ſi unum ſit tantum indiuiduum,ſpeciei tamen non pereat intellectus.quibuſdam enim ſuis quaſi ſimilibus partibus præeſt:ut ſi æris uirgulam diuidas,ſecundum id quod æs dicitur,idem & partes eſſe intelligitur,& totū. Idcirco dictum eſt ſpeciem licet ſit indiuiduis præpoſita,unam tantum habitudinem poſſidere, illam unam ſcilicet qua ſpecies eſt. quando enim prępoſitis ſubditur ſpecies nūcupatur,& eſt ſuperiorū ſpecies tanq; ſubiecta, inferiorumq; ſpecies, idcirco quoniā eorū ſubſtātia monſtrat. Nec ita eſt ſpecies indiuiduorū, quemadmodū ſpeciei genus.illud enim pars eſt ſubſtātiæ,ut animal hominis.Reliquę enim partes rationale atq; mortale adduntur animali ad diffiniendā ſubſtātiam hominis: homo uero Socratis atq; Ciceronis tota ſubſtantia eſt.nulla enim additur differentia ſubſtantialis ad hominē, ut Socrates fiat aut Cicero,ſicut additur animali rationale atq; mortale,ut homo integra diffinitione claudat. Idcirco igitur ſpecies ſpecialiſſima tātum eſt ſpecies,atq; hanc ſolam poſſidet habitudinē ad ſuperiora quidem,quoniā ab his continetur:ad inferiora uero,quoniam ſubſtantiam eorum format & continet.

> Determinant ergo generaliſſimum ita, quòd cum genus ſit nō eſt ſpecies: & rurſus, ſupra quod non eſt aliud ſupraueniēs genus:ſpecialiſſimum uero, quod cum ſit ſpecies,non eſt genus,& quòd cum ſit ſpecies,non amplius in ſpecies diuidere poſſumus, & hoc modo quòd de pluribus & differētibus numero, in eo quod quid ſit,prædicatur. Ea uero quę ſunt in medio extremorum,ſubalterna uocātur genera & ſpecies, & unumquodq; eorum ſpecies eſſe poteſt & genus, ad aliud quidem, & ad aliud ſumpta. Ea uero quæ ſunt ſupra ſpecialiſſima uſque ad generaliſſimum aſcendentia,uiciſſim genera dicuntur & ſpecies,ut Agamemnon, Atrides,Pelopides,Tantalides,& ultimo Iouis. Sed in familijs quidem plerunq; reducuntur ad unum principium,uerbi gratia ad Iouem.

Poſtquam naturam generum ac ſpecierum diuerſitatemq; monſtrauit, eorum ordinem diffinitionis deſcriptionisq; commemorat,ac primum quidem generaliſſimi generis terminum inducit dicēs:generaliſſimum genus eſſe quod cum ipſum ſit genus non habet ſuperpoſitum genus,hoc eſt ſpeciem non eſſe,& rurſus ſupra quod non erit aliud genus ſupraueniēs. Si enim haberet aliud genus ſupueniēs minime ipſum generaliſſimum uocaretur. Specialiſſima uero ſpecies hoc modo deſcribitur,quod cum ſit ſpecies nō eſt genus, ſcilicet ex oppoſito, quoniā oppoſita ex oppoſitis deſcribuntur interdum,nam quoniam præpoſitio oppoſita eſt ſuppoſitioni: genus autem præponitur,ſpecies uero ſupponitur. Si idcirco erit primum genus, quia ita ſuperponitur ut minime ſupponatur, idcirco erit ultima ſpecies, quia ita ſupponitur, ut præponi non poſſit: igitur recte oppoſitorū ex oppoſitis facta eſt diffinitio. Eſt alia rurſus deſcriptio ſpeciei,quòd cum ſit ſpecies, nunquam diuiditur in ſpecies,id eſt genus eſſe non poteſt. Si enim omne genus ſpecierum genus eſt, ſi quid non diuiditur in ſpecies, genus eſſe non poteſt. Eſt rurſus alia diffinitio, quod de pluribus differentibus numero in eo quod quid ſit prædicatur, de qua diffinitione ſæpe eſt ſuperius demonſtratum. nunc illud attendendum eſt(ſicut paulò ſuprà dictum eſt)ſpeciei unum indiuiduum poteſt ſubiectum eſſe, ut phœnici atomus ſua,ut Soli corpus hoc lucidum,ut mundo uel Lunæ, quorum ſpecies ſingulis ſuis indiuiduis ſuperponuntur: quod ſi ita eſt ut ſpecies de uno quolibet indiuiduo prædicetur, ut de phœnice, quomodo conuenit dicere ſpeciem eſſe quæ de pluribus numero differentibus in eo quod quid ſit prędicetur? Sunt enim quædam quæ de numero differentibus minime dicuntur,ut phœnix,Sol,Luna,ſed de his illa ratio eſt de qua etiam ſuperius pauca reddidimus,quæ paululum implexa commodiſſime nodum quæſtionis abſoluet.

Omnia

Omnia enim quę ſub ſpecialiſſimis ſpeciebus ſunt,ſiue infinita ſint, ſiue finito numero conſtituta,ſiue ad ſingularitatem deducantur,dum eſt aliquod indiuiduū,ſemper ſpecies manebit, neque indiuiduorum diminutione ſi quodlibet unum maneat, ſpecies conſumitur, quoniam, ut dictum eſt, tamen ſi plura ſint indiuidua ſubſtantiales differentias non habebunt:id ergo in genere dici non conuenit,quòd his prę eſt,quæ ſubſtantiali à ſe differentia diſgregata ſunt. præeſt enim ſpeciebus quæ diuerſis differentijs informantur. Si igitur una eorum perierit, & ad unitatem ſpeciei redacta fuerit, ratio generis genus eſſe non poterit, quia de differentibus ſpecie prædicatur,non ita in ſpeciebus. Nam ſi omnium indiuiduorum natura conſumpta ſit,& ad unius ſingularitatem indiuidui ſuppoſitæ ſpeciei prędicatio uenerit, eſt tamen ſpecies ac permanet. Talia enim ſunt illa quæ pereunt ac deſunt, quale eſt id quod permanſit & ſubiacet. Quòd uero dicimus de pluribus numero differentibus ſpeciem prædicari,duobus id rectè excuſatur modis: Vno quidē, quia multo plures ſunt ſpecies quæ de numeroſis indiuiduis prędicātur, quàm hæ quibus unum tantum indiuiduum uidetur eſſe ſuppoſitum: deinde hoc modo, quia multa ſecūdum poteſtatem dicuntur,cum actu non ſemper ita ſint,ut riſibilis homo dicitur, etiam ſi minime rideat,quoniam ridere poteſt. Ita etiam ſpecies de numero differētibus prædicatur: nihil enim minus phœnix de pluribus prædicaretur, ſi plures eſſent quàm nunc quando unus eſſe perhibetur. Item Solis ſpecies de hoc uno Sole quem nouimus,nunc dicitur:at ſi in animo plures Soles & in cogitatione fingantur,nihilominus de pluribus Solibus indiuiduis nomen Solis quàm de hoc uno prædicabitur. Idcirco igitur ſpecies de pluribus numero differentibus dicitur prædicari, cum ſint aliquæ quæ de ſingulis indiuiduis appellentur. Illa uero quæ ſubalterna uocantur ita diffiniri queunt:Subalternum genus eſt quod eſſe genus & ſpecies poterit ad eum modū qui eſt in familijs quæ procreant & procreātur, ut etiam ſubiectum monſtrat exemplum,ut Agamēnon,Atrides, & Pelopides, & Tantalides,& ultimum Iouis. Atreus enim Pelopis filius tāquam eiuſdem ſpecies quaſi Agamēnonis genus eſt. Item Agamemnon Pelopides & Tantalides, cum Pelops ad Tantalum comparatur, Tantalusq; ad Iouem quaſi ſpecies, itemq; Tantalus ad Pelopem, Pelops ad Atreum quaſi genera eſſe uideantur,cum Iupiter ſit horum uelut generaliſſimum genus. Sed in familijs quidem plerūq; reducuntur ad unum principium,uerbi gratia ad Iouem.

> In generibus autē & ſpeciebus non ſic ſe habet. neq; enim unum cōmune genus omniū eſt ens, nec omnia eiuſdē generis ſunt ſecundū unum ſupremum genus, quēadmodū dicit Ariſtoteles, ſed ſint poſita, quemadmodū dictum eſt in prædicamentis, prima decē genera, quaſi decem prima principia. Et ſi omnia quis entia uocet,æquiuoce inquit nuncupabit,non uniuoce. ſi enim ens unum eſſet commune omnium genus,uniuoce omnia entia dicerentur: cum uero ſint decem prima,commune eſt ens ſecundum nomen ſolum,non etiam ſecundum rationem,quę ſecundum entis nomen eſt.

Quoniam cum de ſubalternis generibus diceret,familiæ cuiuſdam poſuit exemplū, quæ ab Agamēnone peruenit ad Iouem,quem pro numinis quidem reuerentia, ultimum poſuit. Quantum enim ad ueteres theologos, refertur Iupiter ad Saturnum, Saturnus ad Celum, Celus uero ad antiquiſſimum Ophionē ducitur,cuius Ophionis nullū principiū eſt. Ne igitur quod in familijs eſt, id in rebus quoq; eſſe credat, ut res omnes poſſint ad unū ſui nominis redire principiū, idcirco determinat hoc in generibus ac ſpeciebus eſſe non poſſe. neq; enim ſicut familiæ cuiuslibet, ita etiam omnium rerum unum eſſe principium poteſt. Fuerunt enim qui hac opinione tenerentur, ut rerum omnium quæ ſunt unum putarēt eſſe genus quod Ens nūcupatur,

tra cīū ab eo quod dicimus Eſt. omnia enim ſunt & de omnibus Eſſe prędicatur. Ita que ſubſtantia eſt,& qualitas eſt,itē quantitas eſt, cęteraq; eſſe dicuntur: nec de his aliquid tractaretur,niſi hæc quæ prædicamenta dicuntur, eſſe cōſtaret. Quæ cum ita ſint,ultimum omnium genus ens poſuerūt, ſcilicet quod de omnibus prędicaretur. Ab eo enim quod dicimus Eſt,participiū inflectentes,Græco quidem ſermone ὄν la tine ens appellauerunt.Sed Ariſtoteles ſapientiſſimus principiorum cognitor recla mat huic ſentētiæ, nec ad unum res omnes putat duci poſſe primordium, ſed decem eſſe genera in rebus . quæ cum à ſemetipſis diuerſa ſunt , tum ad nullum commune principium educuntur:hæc autem decem genera ſtatuit, ſubſtantiam, quantitatem, qualitatem, ad aliquid,ubi, quando,ſitum, habere,facere, pati quod uero occurre bat,quoniā de his omnibus Eſſe prædicaretur.Omnia enim quæ ſuperius cōmemo rata ſunt genera eſſe dicuntur.ita diſcuſſit ac repulit dicens,non omne cōmune no men communem etiam formare ſubſtantiam,nec ex eo debere genus eſſe commune arbitrari,quod de aliquibus commune nomen prædicaretur.Quibus enim diffinitio communis nominis conuenit, illa communis nominis iure ſpecies iudicabuntur,& cōmuni illo uocabulo uniuoce prædicantur:quibus uero non conuenit,uox his cō munis tantum eſt,nulla uero ſubſtantia . Id autem manifeſtius declaratur exemplis hoc modo:Animal hominis atque equi genus eſſe prędicamus. demus igitur anima lis diffinitionem quæ eſt ſubſtātia animata ſenſibilis, hanc ſi ad hominē reducamus, erit homo ſubſtantia animata ſenſibilis, nec ulla falſitate diffinitio maculatur. Rur ſus ſi ad equum,erit equus ſubſtantia animata ſenſibilis.id quoque uerum eſt. Cōue nit igitur hęc diffinitio & animali , quòd commune eſt homini atq; equo, & eadem equo atque homini quæ ſpecies ponuntur animalis:ex quo fit, ut homo atq; equus utraq; animalia uniuoce prędicentur . At ſi quis hominem pictū hominemq; uerum cōmuni animalis nomine nuncupauerit,diffiniat(ſi libet)animal hoc modo,ſubſtan tiam animatam eſſe atque ſenſibilem. Sed hæc diffinitio ei quidem homini qui uiuus eſt cōuenit,ei uero qui pictus eſt,minime. neque enim eſt animata ſubſtantia.igitur homini uiuo atque picto quibus communis nominis diffinitio,id eſt animalis nō po teſt conuenire. Non eſt animal commune genus, ſed tamen commune uocabulum dicitur,quòd hoc nomen animal in uiuo homine atq; picto non ut genus,ſed ut uox plura ſignificans. uox enim plura ſignificans æquiuoca nuncupat̄,ſicut ea uox quæ genus oſtendit,uniuoca dicitur.Itaque id quod dicitur ens , & ſi de omnibus dicitur prędicamētis:quoniam tamē nulla eius diffinitio inueniri poteſt,quę omnibus prę dicamentis poſſit aptari,idcirco non dicitur uniuoce de prędicamentis,id eſt ut ge nus,ſed æquiuoce,id eſt ut uox plura ſignificans . Conuincitur hac quoq; ratione id quod dicimus ens,prædicamentorum genus eſſe nō poſſe. unius enim rei duo gene ra eſſe non poſſunt,niſi alterum alteri ſubiiciatur , ut hominis genus eſt animal atq; animatū,cum animal animato uelut ſpecies ſupponatur. At ſi duo ſibimet ita æqua lia ſint,ut nunquam alteri alterum ſupponatur, hæc utraq; eidem ſpeciei genera eſſe non poſſunt. Ens igitur atq; Vnū neutrum alteri ſupponitur. neq; enim unius dice re poſſumus genus ens,nec eius,quod dicimus ens, unū. Nā quod dicimus ens, unū eſt,& quod unum dicimus,ens eſt:genus autē & ſpecies ſibi inuicem minime cōuer tuntur. Si igitur prędicatur,ens de omnibus prædicamentis,prędicatur etiam unum. Nam ſubſtantia unum eſt,qualitas unum eſt,quantitas unū eſt,cęteraq; ad hunc mo dum. Si igitur quoniam Eſſe de omnibus his prædicatur omnium genus erit ens : & unum,quoniā de omnibus prędicatur,erit omnium genus,ſed unum atq; ens(ut de monſtratum eſt)minime alterum alteri præponitur . duo igitur æqualia ſingulorum prædicamentorum genera ſunt,quod fieri nequit:cum hoc igitur ita ſit, id Porphy rius determinauit dicens : non ita in rebus, ut in familijs omnia ad unum principium poſſe deduci, nec omnium rerum commune eſſe genus poſſe, ut Ariſtoteli placet, ſed ſunt præpoſita inquit,quemadmodū in prædicamentis dictum eſt,prima decē ge

nera

nera quaſi decē prima principia, ſcilicet ut nulla interim ratio perquiratur, ſed Ari ſtotelis autoritati cōcedentes,hęc decem genera nulli alij generi credamus eſſe ſub iecta,quę ſi quis entia uocet æquiuocè nuncupabit, non uniuocè,neq; enim una eo rum omnium ſecūdum commune nomen diffinitio poterit adhiberi, quæ res facit, ut non uniuocè de his aliquid prædicetur. Si enim uniuocè prædicaretur,genus eſſet eo rum commune nomen quod de omnibus prædicaretur, at ſi genus eſſet diffinitio ge neris cōueniret in ſpecies,quod quia non fit,commune his id quod dicimus ens,uo cabulum eſt uocis ſignificatione, non ratione ſubſtantiæ.

> Decem quidem igitur generaliſſima ſunt, ſpecialiſſima uero in numero qui dem quodam ſunt,non tamen infinito. Indiuidua autem quæ ſunt poſt ſpe cialiſſima,infinita ſunt quapropter uſq; ac ſpecialiſſima à generaliſſimis de ſcendentes iubebat Plato quieſcere. Deſcendere autem per media diuiden do ſpecificis differentijs,infinita uero relinquenda ſuadet,neque enim eorū poſſe fieri diſciplinam.

Quoniam ſpecierū noſſe naturam ad ſectionem generis pertinet, quoniamq; ſcien tia infinita eſſe non poteſt(nullus enim intellectus infinita circundat)idcirco de mul titudine generum, ſpecierum atque indiuiduorum rectiſſima ratione perſequitur di cens : Supremorum generū numerū notū, eſſe decem enim prædicamenta ab Ariſto tele eſſe reperta quę rebus omnibus generis loco præferēda ſunt. Species uero mul to plures eſſe quàm genera, nam cum decem ſuprema ſint rerum genera,cumq; uni generi non una ſed multæ ſpecies ſupponantur, proximæq; ſpecies ſupremis gene ribus ſubalterna ſint genera uſque dum ad ultimas ſpecies deſcendant, ut nimirum unius generis multas ſpecies neceſſe eſt eſſe utrobique diffuſas . Specialiſſimas ue ro multo plures eſſe quàm ſubalterna, quoniam per multitudinem generum ſubal ternorum ad ſpecialiſſimas deſcenditur ſpecies quas multo plures eſſe quàm gene ra ſubalterna,hoc maxime oſtēditur,quod inferiores ſunt,& ſemper ſubalterna ge nera in plura ſubiecta diuidūtur . Decem uero generum ſpecies multo plures quàm unius exiſtere manifeſtū eſt,ueruntamen & ſi plures ſunt, certo tamen numero con tinētur, quē facile ſiquis diſcutiat omniumq; generū ſpecies proſequaē poſſit agno ſcere.Indiuidua uero quæ ſub unaquaque ſpecie ſunt infinita ſunt,uel eo q; tam mul ta ſunt diuerſis;q; locis poſita, ut ſciētia numeroq; in unū cōcludi cōprehendiq; non poſſit,uel q; in generatione & corruptione poſita nunc quidē incipiūt eſſe, nūc deſi nunt, atq; idcirco ſuprema quidē genera & ſubalterna & ſpecies easq; ſpecialiſſimē nuncupanē: quoniā finitę ſunt numero poteſt terminus ſciētiæ includere, indiuidua uero nullo modo . Idcirco igitur Plato magis à generibus quàm à ſpeciebus idē ſpe cialiſſimis præcipiebat facere ſectionem, per ea enim quæ finita eſſent numero iube bat deſcendere diuidentem,ubi autem ad indiuidua ueniretur,ſtādum eſſe ſuadebat, ne quod natura non ferret,infinita colligeret, ita uero genera in ſpecies diuidi com probat, ut in ſpecificis differētijs ſoluerentur . De ſpecificis uero differentijs melius in eo titulo ubi de differentia diſputatur ac largius diſſeremus. Hic enim hoc tātum dixiſſe ſufficiat eas eſſe ſpecificas differētias,quibus ſpecies informantur,ut rationa le mortale hominis. Cum igitur diuidimus animal rationale atque irrationale, mor tale immortaleq; ſeparamus, cęteraq; genera talibus differentijs,quæ ſubiectas ſpe cies informent . Plato cenſuit eſſe diuidenda uſque dum ad ſpecialiſſima ueniretur, de hinc conſiſtere nec infinita ſequi, quoniam indiuiduorum nunquam eſſet nec di ſciplina nec numerus.

Deſcendentibus igitur ad ſpecialiſſima neceſſe eſt , diuidendo per multitu

dinem

dinẽ ire. Ascendẽtibus uero ad generalissima necesse est colligere multitudinem in unũ. collectiuũ enim multorũ in unam naturã species est,& magis etiam genus. Particularia uero & singularia ecõtrario,in multitudinem semper diuidunt id quod unũ est,participatione enim speciei, plures homines, sunt unus homo. in particularibus autem & singularibus, unus & cõmunis, plures,diuisiuum enim est semper quod singulare est, collectiuum autem & adunatiuum quod commune est.

Diuidere enim est in multitudinem quod unum ante fuerat dissoluere. Omnisq; diuisio ecõtrario cõpositionem cõiunctionemq; meditatur. Quod enim cum sit unum dispartiendo diuiditur,idipsum ex pluribus rursus partibus adunando componitur. Vt igitur superius dictum est, indiuiduorum quidem similitudinem species colligit. Specierũ uero genus similitudo autem nihil est aliud nisi quædam unitas qualitatis, ergo substantialem similitudinem indiuiduorũ species colligere manifestũ est. Substantialem uero similitudinẽ specierũ genera contrahũt,& ad seipsa reducunt. Rursus generis adunationẽ differẽtiæ distribuũt in species, specieiq; adunationem in singulares indiuiduasq; personas accidentia partiuntur. Cum igitur hoc ita sit,necesse est semper cum à genere descẽdis ad species, diuidendo, semper facere multitudinẽ. Cum uero à speciebus ascendis ad genera,componendo,colligere & plures in specierum differentijs quæ diuersæ fuerant similitudinum qualitates adunare. in speciebus etiam idem cõsiderari potest, ut enim ipsa indiuidua quæ sunt infinita unam similitudinẽ substantialem colligũt, ita indiuidua speciem propriam infinite distribuũt. Omnia enim indiuidua disgregatiua sunt & diuisiua. Species uero & genera collectiua,species quidem indiuiduorum collectiua atque adunatiua. Specierum uero genera ut ita dicendum sit, genus quidem species distribuunt, & species ab indiuiduis in multidinem deducũtur: rursus autem genus quidem multas species colligit. Species autem singularem particularemq; multitudinem ad singularitatis deducit unitatem, igitur plus genus adunatiuum est quàm species. Species nanq; sola indiuidua colligit. Genus uero tam species quàm ipsarum quoq; specierum indiuiduas cõtrahit singularesq; personas,sed in hoc conuenienti utitur exẽplo dicens,participatione speciei, id est hominis Cato, Plato, Cicero pluresq; reliqui homines: unus,id est milia hominum in eo quòd sunt homines,unus homo est. At uero est unus homo,qui specialis est, si ad hominum multitudinem qui sub ipso sunt consideretur, plures fiunt, ita & plures homines in speciali homine unus est. Et specialis, unus est in pluribus infinitus. Sic igitur quod singulare quidem est diuisiũ est, quod cõmune uero quoniam multorum unum est, ut genus ac species,collectiuum atq; adunatiuum.

Assignato autẽ genere,specie quid sit utrunq;, & genere quidẽ uno existente, speciebus uero pluribus. semper enim diuisio generis in species plures est. genus quidem semper de speciebus prædicatur,& omnia superiora de inferioribus, species aũt neq; de proximo sibi genere, neq; de superioribus, neq; enim conuertitur. Oportet enim aut æqua de æquis prædicari, ut hinnibile de equo, aut maiora de minoribus, ut animal de homine, minora uero de maioribus, minime. nec enim animal dicis esse hominẽ, quemadmodũ dicis hominẽ animal, de quibus autẽ species prædicat, de his necessario & speciei genus prædicatur & generis genus, usq; ad generalissimũ. Si enim uerũ est dicere: Socratẽ hominẽ, hominẽ aũt animal, animal uero substãtiã, uerum

uerum est Socratem animal dicere atque substantiam: semper igitur cum superiora de inferioribus prædicentur, species quidem de indiuiduo prædicabitur, genus autem & de specie & de indiuiduo. generalissimum autem & de genere,& de generibus, si plura sunt media & subalterna, & de specie,& de indiuiduo. dicitur enim generalissimum quidem de omnibus sub se positis generibus & speciebus & indiuiduis: genus autem quod ante specialissimum est, de omnibus specialissimis & de indiuiduis, solum autem species de omnibus indiuiduis, indiuiduum autem prædicatur de uno solo particulari. Indiuiduum autem dicitur Socrates,& hoc album,& hic ueniens Sophronisci filius, si solus sit ei Socrates filius.

Breuiter quæcunq; superius dicta sunt commemorat hoc modo: Cum inquit assignauerimus quid sit genus,& quid species: cum; suis etiam ea diffinitionibus comprehẽderimus docuerimusq; genus semper in plurimas species solui, illud inquit adiungimus, quoniam omnia superiora de inferioribus prædicantur, inferiora de superioribus minime. Et ea quæ sunt utilia de prædicationis modo rite pertractat. Ostendit autem unum genus in plurimas species solui semper assignata generis diffinitione. Quod enim de pluribus rebus specie differentibus in eo quod quid sit prædicaretur, esse diffiniuit genus. Nihil autem sunt plurimæ res specie differentes, nisi plurimæ species. de quibus autem prædicatur genus, in ea ipsa dissoluitur. Ostensum est igitur ex diffinitionis assignatione, unius generis semper esse species plures, quæ cũ ita sint, genus quidem de specie prædicatur, species uero de indiuiduis, omniaque superiora de inferioribus, inferiora de superioribus nullo modo. Id quare eueniat paucis absoluã. Quæ superiora sunt, substantialia ea genera esse prædiximus: quæ uero genera sunt, ampliora sunt quàm unaquæq; species. Neq; enim in plurima diuideretur genus, nisi ab unaquaq; specie maius existeret. Id cum ita sit, nomen generis toti cõuenit speciei. non enim coęquatur solum speciei generis magnitudo, uerumetiã ipsiẽ ipsam superuadit. Idcirco igitur omnis homo animal est, quoniã intra animalis uocabulum & homo & cætera animalia continentur. At uero nullus dixerit, omne animal homo est. non enim peruenit ad totum animal hominis nomen, quia cum sit minus, nullo modo generis uocabulo coęquatur. Itaque quæ maiora sunt de minoribus prædicantur, quæ uero minora sunt, non conuertuntur ut de maioribus prædicentur. At uero si qua sint æqualia, ea secundũ naturæ parilitatem conuerti necesse est, ut hinnibile atq; equus, quoniam ita sibimet coęquantur. ut neque equus sit nisi hinnibile, neq; quid sit hinnibile, nisi equus. Fit ergo ut omne hinnibile equus sit,& omnis equus hinnibile, quę cum ita sint ea quę superiora sunt nõ modo de sibi proximis inferioribus prędicantur, uerumetiam de inferiorum inferioribus. nam si illud recipitur, ut ea quæ superiora sunt de inferioribus prædicentur, inferiorum inferiora superioribus multo magis inferiora sunt, uelut substantia prædicatur de animali quod est inferius. sed animali inferius est homo, prędicatur igitur etiã substantia de homine. Rursus Socrates inferius est homine, prędicabitur igitur substantia de Socrate. Itaque species quidem de indiuiduis prædicantur: genera uero & de speciebus & de indiuiduis, quod conuerti non potest. nam neque indiuidua de speciebus, & de generibus prędicantur, nec species de generibus. Itaq; fit, ut genus quidem generalissimum de omnibus subalternis generibus prædicari, & de speciebus & de indiuiduis possit, de ipso uero nihil. Vltimum uero genus, id autẽ est quod ante specialissimas species collocatur sine medio, & de solis speciebus specialissimis dici potest & de earũ indiuiduis: species uero de indiuiduis ut dictũ est. indiuidua enim de singulis prædicant, ut Socrates & Plato, eaq; maxime sunt indiuidua, quę sub ostẽsione,

indicatione

indicationeq; digiti cadunt, ut hoc ſcamnũ, & hic ueniẽs, eaq; quę ex aliqua proprietate accidẽtium deſignant nota, ut ſi quis Socratem ſignificatione uelit oſtẽdere, nõ dicat Socrates, ne ſit alius qui forte hoc nomine nuncupetur, ſed dicat Sophroniſci filius, ſi unicus Sophroniſci fuerit. indiuidua enim maxime oſtẽdi queunt, ſi, uel tacito nomine, ſenſui ipſi oculorum digito, tactiue monſtrẽtur, uel ex aliquo proprio nomine, ſi ſolus illud adeptus eſt nomẽ: uel ſi ex parentibus, ſi illorũ eſt unicus filius, uel ſi ex quolibet alio accidenti ſingularitas demonſtratur, eo quod accidẽtia ad unã ſe prædicationẽ habeant, eiusq; uel prædicatio uel dictio non tranſeat ad alterum, ſicut generis quod ad ſpecies, ſpecierum uero ad indiuidua.

Indiuidua autem dicuntur huiuſmodi, quoniam ex proprietatibns conſiſtit unumquodq; eorum, quarum collectio nunquam in alio quolibet eadẽ erit. Socratis enim proprietates nunquam in aliquo quolibet erunt particulariũ eædẽ. Hæ uero quæ ſunt hominis proprietates: dico autem eius qui eſt cõmunis, erunt eędem pluribus, magis autem in omnibus particularibus hominibus in eo quod homines ſunt.

Quoniam ſuperius indiuiduum appellauit, huius nominis rationem conatur oſtendere: ea nanq; ſola diuiduntur, quę pluribus cõmunia ſunt. in his enim unumquodq; diuiditur, quorum eſt commune, quorumq; naturam ac ſimilationem continet. Illa uero in quibus commune diuiditur, communi natura participant, proprietasq; communis rei his quibus communis eſt conuenit. At uero proprietas indiuiduorum nulli communis eſt. Socratis enim proprietas, ſi fuit caluus, ſimus, propenſa aluo, cæteriſq; corporis liniamentis, aut morum inſtitutione, aut forma uocis non cõueniebat in alterum: hæ enim proprietates, quę ex accidentibus ei obuenerãt, & eius formam figuramq; coniunxerant, in nullum alium cõueniebant. Cuius uero proprietates in nullum alium cõueniunt, proprietates eius nulli poterãt eſſe communes. Cuius autem proprietas nulli cõmunis eſt, nihil eſt quod eius proprietatẽ participet. Quod uero tale eſt ut proprietatẽ eius nullus participet, diuidi in ea quę nõ participat, nõ poteſt: rectè igitur hęc quorũ proprietates in alium non conueniunt, indiuidua nuncupantur. At uero hominis proprietas, id eſt ſpecialis conuenit in Socratem & Platonem & in cæteros, quorum proprietates ex accidentibus uenientes, in quemlibet alium ſingularem nulla ratione conueniunt.

Cõtinetur igitur indiuiduum quidem ſub ſpecie, ſpecies autem ſub genere. Totum enim quidem eſt genus, indiuiduũ autem pars, ſpecies uero totum & pars: ſed pars quidem alterius, totum uero non alterius, ſed in alijs. In partibus enim totum eſt. De genere quidẽ & ſpecie, & quid ſit generaliſſimũ, & quid ſpecialiſſimum, & quæ genera, & ſpecies eadem ſunt, & quę indiuidua, & quot modis genus & ſpecies dicatur, ſufficienter dictum eſt.

Retractat omnia breuiter quæ ſuprà latius abſoluit dicens: Indiuiduum à ſpecie contineri, ſpecies uero ipſas à genere, huius que cauſam reddens ait: Omne genus totum eſt, indiuiduum uero pars. Genus enim in eo quod totum eſt, continet tantum, & ſi ſpecies eſſe poteſt: totum enim non ut genus eſt ſpecies, ſed ut ea quæ ſupponi tur generi. Genus igitur in eo quod genus eſt, totum eſt ſpeciebus: ſemper enim continet eas. At uero indiuiduum ſemper eſt pars. nunquam enim ipſum aliquid ſua proprietate concludit. Species uero, & pars, & totum eſt pars quidem generis, totum uero in diuiduis. Et cum pars eſt ad ſingularitatem refertur, cum totũ ad pluralitatem. Quoniam enim unum genus pluribus ſpeciebus ſupereſt, una quælibet ſpecies pars eſt generis, id eſt unius. Quoniam autem ſpecies pluribus indiuiduis præeſt,

præeſt, non eſt uni indiuiduo totũ, ſed plurimis. Idcirco enim totum dicitur, quia plura cõtinet & cohercet. Nam ut pars ſit aliquid, unũ ipſum unius pars eſſe poterit: ut uero totum ſit, unum ipſum unius totum eſſe non poterit. Idcirco alterius quidẽ pars eſt ſpecies, alijs uero totum. ſed de genere quidem & ſpecie dictum eſt, & quid ſit generaliſſimum genus: quoniam id cui nullum aliud ſuperponitur genus. & quid ſpecialiſſima ſpecies: quoniã ea cui ſpecies nulla ſupponitur, & quę genera eædem ſunt & ſpecies, ſcilicet ſubalterna quibus aliquid ſupraponitur, aliquid uero ſupponitur. quæ etiam indiuidua, ea ſcilicet quorum proprietates alteri nequeunt conuenire, & quot modis genus & ſpecies dicitur. Genus quidem aut in multitudine, aut in procreatione, aut in participatione ſubſtantiæ conſiſtit, ſpecies autem ex figura, aut ex generis ſuppoſitione, ut ſufficienter dictũ eſt. Quibus abſolutis modum uoluminis terminabo, ut quarti area libri differentiæ reſeruetur.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRICII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI COMMENTARIORVM IN PORPHYRIVM A SE TRANSLATVM LIBER QVARTVS.

DE differentia diſputanti non æquè illud debet occurrere, quod in generis ſpecieiq; tractatu de collocationis ordine quærebatur. Illic enim meminimus inquiſitum, cur eſſet omnibus præpoſitũ genus, ut id primum ad diſputationem ueniret, cur poſt genus ſpecies eſſet iniecta. nunc uero ſuperuacuum eſt dicere, cur poſt ſpeciem differentia ſumpta ſit, cum illud iam fuerit inquiſitũ, cur non ante ſpeciem collocata ſit. Quod ſi mirum uidebatur ſpeciẽ differentiæ in diſputationis loco fuiſſe prępoſitã, eo q; differentia continentior ac magis amplior eſſet ſpecie, quid eſt quod poſſit quiſq; mirari, ſi eandẽ differẽtiã ante proprium atq; accidẽs collocauerit. Cum propriũ unius ſemper ſit ſpeciei, ut poſterius demonſtrabitur, accidens uero exteriorem quãdam oſtendat naturam, nec omnino in ſubſtantia prędicetur, differentia uero utrumq; contineat, & de pluribus ſpecie-bus & in ſubſtantia prędicetur. Sed hæc hactenus, nunc ad ipſa Porphyrij uerba redeamus.

DE DIFFERENTIA.

DIfferentia uero communiter, proprie, & magis proprie dicitur. Cõmuniter quidẽ differre alterum ab altero dicitur, quoniam alteritate quadã differt quocunque modo, uel à ſeipſo uel ab alio. differt enim Socrates à Platone alteritate quadam, & ipſe à ſe puero iam uir factus, & à ſe faciente aliquid cum quieſcit, & ſemper in aliquo modo habendi ſe alteritatibus ſpectatur. Proprie autem differre alterum ab altero dicitur, quando inſeparabili accidente alterum ab altero differt. Inſeparabile uero accidens eſt, ut naſi curuitas, cæſitas oculorum, & cicatrix cum ex uulnere occalluerit. Magis autem proprie alterũ differre ab altero dicitur, quando ſpecifica differentia differt, quemadmodum homo ab equo ſpecifica differentia differt rationali qualitate.

Tribus

Tribus modis aliud ab alio distare prædiximus, genere, specie, numero, in quibus omnibus aut secundum substantiales quasdam differentias alia res distat ab alia, aut secundum accidens. Nam quæ genere uel specie distant, substantialibus quibusdam differentijs disgregata sunt, idcirco quoniam genera & species quibusdam differentijs substantialibus informantur. Nam cum homo ab arbore genere distet, animalis sensibilis qualitas in eo differentiam facit. Addita enim sensibilis qualitas animato, animal facit: eidem detracta facit inanimatum atq; insensibile, quæ uirgulta sunt. igitur homo atque arbor genere differunt. utraque enim sub animalis genere poni non possunt. nam differentia sensibili secūdum genus discrepant, quæ unius ex propositis tantum genus, id est hominis informat, ut dictum est. Illa uero quæ specie distāt manifestum est, quod ipsa quoq; differentijs substantialibus discrepant, ut homo atque equus differentijs substātialibus rationalitate atq; irrationalitate distant. Ea uero quæ individua sunt, & solo numero discrepant, solis accidentibus distant, hæc autem sunt uel separabilia uel inseparabilia. Separabilia quidē, ut moueri, dormire. distat enim alius ab alio quod ille somno præmatur, hic uigilet. Distat item inseparabilibus accidentibus, quod hic staturæ sit longioris, hic minime. Quæ cum ita sint, interna rium numerum has differentiarum diuersitates Porphyrius colligit, hisq; ipsæ nomina quibus post utatur, apponit, dicens: Omnis differentia uel communiter uel propria, uel magis propria nuncupatur. Communiter quidem eam differentiam sumens quæ quodlibet accidēs monstraret, quæ in quadam alteritate consistit, ut si Plato à Socrate differat quod ille sedeat hic ambulet, uel quod ille senex, hic uero sit iuuenis. à seipso etiam sæpe aliquis differre potest, ut si nūc quidem faciat aliquid cum ante quieuerit, uel si nunc adolescens iam factus sit, cum prius tenera uixisset infantia. Communes autem differētiq; nuncupatq; sunt, quoniam nullius proprię esse possunt differentiæ, & quæ separabilia accidentia sola significant. Nam & stare & sedere & facere aliquid ac non facere, multorum atq; adeò omnium sunt, & separabilia esse accidentia manifestum est. Quibus si qua differunt, communibus differentijs distare dicuntur. Præterea puerum esse atq; adolescentem uel senem, ea quoq; ueraciter separabilia sunt accidentia. Nam ex pueritia ad adolescentiam, atq; hinc ad senectutem, ab hac deniq; ad decrepitam usq; ætatem, naturę ipsius necessitate progredimur. Illud forsitan sit dubitabile de uniuscuiusq; forma corporis, an ullo modo separari queat. Sed ea quoq; est separabilis forma. nullius enim diuturna ac stabilis forma perdurat. Idcirco nec peregrinus pater relictum domi puerum, si adolescentē rediens uiderit, potest agnoscere: forma enim semper quę ante fuerat, permutat, atque ipsa alteritas qua distamus ab altera semper diuersa est. Constat igitur hanc communem differētiam separabilibus maxime accidentibus applicari, propria uero est quæ inseparabilia significat accidentia. Ea huiusmodi sunt ut si quis cæsijs nascatur oculis si quis incuruo naso: dum enim adest nasus atq; oculi, ille cæsius, ille semper erit incuruus, atq; hoc per naturam. Sunt uero alia quę per accidens corporibus fiunt, ut si cui uulnus inflictum cicatrice fuerit obductum, hoc si occalluerit propriam differentiam facit. distabit enim alter ab altero quod hic cicatricem habeat, ille uero minime, postremoq; in his omnibus uel separabilibus accidentibus uel inseparabilibus, alia sunt naturaliter accidētia, alia extrinsecus. Naturaliter quidem ut pueritia uel iuuentus & totius conformatio corporis. Sicq; cæsij oculi, & curuitas nasi, & superiora quidem exempla separabilis accidentis per naturam sunt, posteriora uero inseparabilis accidentis. Item extrinsecus uel ambulare, uel currere: id enim nō natura sed sola affert uoluntas. Natura uero tantum posse dedit non etiam facere, atque hæc sunt separabiles accidētis extrinsecus uenientis exempla. Illa uero inseparabilis accidentis extrinsecus, ut si qua cicatrix obducta uulneri occalluerit. Magis propriæ autem differentiæ predicantur, quę non accidens, sed substantiam formant, ut hominis rationabilitas: differt enim homo à cæteris quod rationalis est uel ꝙ mortalis.

Hæ sunt

Hæ sunt igitur magis propriæ, quę monstrant uniuscuiusq; substantiam. Nam si illæ quidem idcirco communes dicuntur, quia separabiles atq; omnium sunt, aliæ autem propriæ, quoniam separari non possunt, quamuis sint in accidētium numero, illæ iure magis proprię prædicantur, quę non modo à subiecto separari non possunt, uerū etiam subiectis ipsis speciem substantiamq; perficiunt. Ex his igitur tribus differentiarum diuersitatibus, id est communibus, proprijs, & magis proprijs fiunt secūdum genus, uel speciem, uel numerum discrepātię. Nam ex communibus, & proprijs secundum numerum distantiæ nascuntur: ex magis proprijs uero secundum genus ac speciem.

> Vniuersaliter ergo omnis differentia alteratum facit cuilibet aduenies, sed ea quę est communiter & proprie, alteratum facit: illa autem quæ est magis proprie, aliud. Differentiarum enim, aliæ quidem alteratum faciunt, aliq; uero aliud. Illę igitur quæ faciunt aliud, specificę uocātur, illæ uero, quæ alteratum, simpliciter differentiæ. animali enim rationalis differentia aduenies aliud facit, & speciem animalis facit. Illa uero quæ est mouendi, alteratum facit à quiescente. Quare hęc quidem aliud, illa uero alteratum solum facit.

Omnis differentia alterius ab altero distantiam facit. Sed hæc quę facit alteratū, uel est communis uel continens uel cum quodā proprio & magis proprio differentiarū modo, quare quicquid qualibet ratione ab alio diuersum est, alteratum esse dicitur. Si uero accesserit illi diuersitati, ut etiā specifica quadam differētia sit diuersum, non alteratum solum, uerumetiam aliud esse prædicatur. Alteratio igitur continens est, aliud uero intra alterationis spaciū cōtinetur. igitur omne quod aliud est, alteratum est, sed non omne quod alteratum est, aliud dici potest. Itaque si accidentibus aliquibus fuerit facta diuersitas, alteratum quidem effectum est. Quoniāquidem quolibet modo, uel ex quibuslibet differentijs cōsiderata diuersitas alterationem facit intelligi, aliud uero non fit, nisi substantiali differētia alterum ab altero fuerit dissociatum. Itaq; cōmunes & proprię differentię, quoniā accidentiū (ut dictū est) sunt quę solum efficiunt alteratum, aliud uero minime: magis autem propriæ, quoniam substantiam tenent & in subiecti forma predicātur, non modo alteratum quod est commune, & substantiali & accidentali differentię, sed etiam aliud faciunt, quòd ea sola retinet differentia, quę substantiam continet formamq; subiecti. Atq; hæ quidem differētiæ quæ faciunt aliud, specificę nuncupantur idcirco quod efficiūt speciem, quam, cum substantialibus differentijs informauerint, faciunt ab alijs ita esse diuersam, ut nō alterum solum sit, uerum etiam tota aliud esse prædicetur. Itaq; fit huiusmodi diuisio: Differentiarū aliæ alteratum faciunt, aliq; uero aliud, & illæ quidem quę faciunt alteratum, simpliciter puroq; nomine differentię nuncupantur, illę uero quę aliud, specificę differētię predicantur. Atq; ut planius liqueat quid sit alteratum, & quid aliud, tali describuntur termino uel declarantur exemplo: Aliud est quod tota speciei ratione diuersum est, ut equus ab homine, quoniam rationalis differētia animali aduenies hominem facit, aliudq; eum quàm equum esse cōstituit. Item si unus homo sedeat, alter assistat, nō efficietur homo diuersus ab homine, sed eos alteratio sola disiungit, ut eum qui assistit ab eo qui sedet alteratum faciat. Itemq; si ille sit nigris oculis, iste cæsijs, nihil quātum ad formam humanitatis attinet permutatum est, ita secundum has differentias alteratio sola cōsistit: at si equus quidem iaceat, homo uero ambulet, & aliud est equus ab homine & alteratū, dupliciter quidem alteratū, semel uero aliud. Alteratum est, quod omnino specie diuersum est, & est aliud. Omne enim aliud, ut dictum est, etiam alteratum est, uel quòd accidētibus distat, quòd ille iaceat hic ambulet. Semel uero est aliud, quòd rationabili atq; irrationabili differentijs se-

 gregatur,

gregatur, quæ ſpecificæ ſunt, & ſubſtãtiales dicuntur. Eſt igitur alteratum, quod ab aliquo qualibet ratione diuerſum eſt.

Secundum igitur aliud facientes differentias & diuiſiones fiũt à generibus in ſpecies, & diffinitiones aſſignantur, quę ſunt ex genere, & huiuſmodi differentijs: ſecundum autem eas quæ ſolum alteratum faciunt, alterationes ſolum conſiſtunt, & aliquo modo ſe habentis permutationes.

Quoniam in principio huius operis generis, ſpecieiq; differẽtiæ, proprij & accidentis notitiam ad diuiſionem atq; diffinitionem utilem eſſe prędixit, idcirco nunc differentiarum ipſarum facta diuiſione eaſdem partitur & ſegregat, quæ nam differentiæ diuiſionibus ac diffinitionibus accõmodent, quæ uero minime. Quoniã igit diuiſio generis ita in ſpecies facienda eſt, ut illę à ſe ſpecies omni ratione ſubſtantiæ diuerſæ ſint, idcirco nõ probat eſſe aſſumendas eas ad diuiſionẽ differentias, quę uel ſeparalis, uel inſeparabilis accidẽtis ſignificationẽ tenẽt, uel eas differẽtias quę ſolũ faciũt alteratum, aliud uero perficere & informare non poſſunt. Inutiles enim ſunt ad diuiſionem hę differentiæ quæ faciunt alteratum. Segregandæ igitur ſunt communes & proprię à generis diuiſione, illæ aſſumẽdæ tantum quę ſunt magis proprię. Nam illæ faciũt aliud, quod generis diuiſio uidetur expoſcere. Ad diffinitionem quoq; eædem magis propriæ plurimum ualerẽt. Communes & proprię, uelut inutiles ſegregãtur. communes enim & propriæ, quoniam accidens diuerſi generis ferunt, nihil ſubſtantiæ ratione cõformant, diffinitio uero omnis ſubſtantiã conatur oſtendere. Specificæ uero differentiæ illę ſunt, quæ ut ſuperius dictum eſt, ſpeciem informant ſubſtantiamq; perficiunt, hæ ſunt magis propriæ. Eędem igitur ſicut in diuiſionem generis, ita etiam in diffinitionem ſpecierũ aſſumuntur, nunc diuiſiuę, ad partitionem generis accõmodãtur. Ita igitur cum diuiſiuę ſint generis aliud cõſtituunt quàm erat, in ſubſtãtię uero diffinitione ſpeciei informationẽ faciunt: cumq; magis propriæ & aliud faciant & ſpecificæ ſint, eo quòd aliud faciunt, diuiſionibus aptę ſunt: hæ uero, qua ſpeciem informant diffinitionibus accommodatę ſunt. Cõmunes autem & propriæ quoniam neque aliud faciunt, ſed alteratum, neque omnino ſubſtantiam mõſtrant, æque à diuiſione ut à diffinitione diſiunctæ ſunt.

A ſuperioribus rurſus inchoanti dicendum eſt, differentiarum alias quidem eſſe ſeparabiles, alias uero inſeparabiles. Moueri enim & quieſcere, & ſanũ eſſe, & ægrum, & quæcunq; his proxima ſunt, ſeparabilia ſunt. At uero aquilum eſſe, uel ſimũ, uel rationale, uel irrationale, inſeparabilia ſunt. Inſeparabilium autem, aliæ quidẽ ſunt per ſe, alię uero per accidens. nam rationale per ſe ineſt homini, & mortale, & diſciplinæ eſſe ſuſceptibile. At uero aquilum eſſe uel ſimum, per accidens & non per ſe.

Superius differentias tripliçi diuiſione partitus eſt dicẽs, aut cõmunes eſſe, aut proprias, aut magis proprias, dehinc eaſdem alia diuiſione in duas ſecuit partes, dicens has quidem aliud facere, illas uero alteratum. Nunc tertiam earundem facit diuiſionem, dicens alias eſſe ſeparabiles, poſſe autẽ de unoquoq; cuius multæ ſunt differentiæ, plurimas fieri diuiſiones, ut ex ipſa differẽtiarũ natura manifeſtũ eſt. Nã ſi omnis diuiſio differẽtijs diſtribuitur, quorũ multæ ſunt differentiæ, multas etiam diuiſiones eſſe neceſſe eſt. Fit autem ut animal diuidatur hoc modo: Animaliũ alia quidem ſunt rationalia, alia irrationalia. Itẽ alia mortalia, alia immortalia. Item alia pedes habẽtia, alia minime. Rurſus alia herbis ueſcentia, alia carnibus, alia ſeminibus. Ita nihil mirum uideri debet ſi multiplex differentiæ eſt facta partitio, ac primũ quidem cum in ternarium differẽtiæ numerũ membra ſecuiſſet, cõmunes, proprias, & magis proprias nuncupauit. Secunda uero diuiſio cõmunes & proprias intra nomen alteratũ facientis

facientis incluſit, magis proprias uero intra aliud facientis. Hæc uero tertia diuiſio qua ait differentiarũ alias eſſe ſeparabiles, alias inſeparabiles, unam quidẽ ex facientibus alteratũ ſeparabilibus differentijs adiungit, cæteras uero inter ſeparabilis differentiæ uocabulum claudit. unam enim ex alteratũ facientibus, id eſt propria differentia, & reliqua quę aliud facere demõſtrata eſt, id eſt magis propria, inſeparabiles differentiæ eſſe dicuntur, quarũ ita ſubdiuiſio fit: Inſeparabiliũ differentiarum aliæ ſunt per ſe, aliæ per accidens. per ſe quidem, magis propriæ, ſecundũ accidens uero, proprię: per ſe autem aliquid ineſſe dicitur, quod alicuius ſubſtantiam informat. Si enim idcirco quęlibet ſpecies eſt, quoniã ſubſtantiali differentia cõſtituitur, illa differentia per ſe ſubiecto adeſt, neq; per accidẽs, aut per quodlibet aliud mediũ, ſicut per ardorem ſolis adhęret nigredo faciei hominis, ſed ſui præſentia ſpeciẽ quã tuetur informat, ut hominem rationalitas. homini enim huiuſmodi differentia per ſe ineſt, id circo homo eſt, quia rationabilitas adeſt, quę ſi diſceſſerit, ſpecies hominis non manebit, & has quidẽ quæ ſubſtantiales ſunt inſeparabiles eſſe nullus ignorat. Separari enim à ſubiecto non poterunt, niſi interempta ſit natura ſubiecti. Secundum accidens uero quæ inſeparabiles differentiæ ſunt, hæ quæ proprię nuncupantur, ut aquilum eſſe, uel ſimũ, quę idcirco per accidens nuncupantur, quoniã iam cõſtitutę ſpeciei extrinſecus accidunt, nihil ſubiecti ſubſtantiæ accommodantes.

Illæ igitur quę per ſe ſunt, in ratione ſubſtantię accipiũtur, & faciũt aliud: illæ uero quę ſecundũ accidens, nec in ſubſtantiæ ratione accipiuntur, nec faciũt aliud, ſed alteratũ. Et illę quidem quæ per ſe ſunt, non ſuſcipiunt magis & minus: illæ uero quę per accidens, & ſi inſeparabiles ſint, intenſionem accipiũt & remiſſionem: nam neq; genus magis & minus prædicatur de eo cuius eſt genus, neq; generis differentiæ, ſecundũ quas diuiditur. ipſæ enim ſunt quæ uniuſcuiuſq; rationem cõplent: eſſe autem unicuiq; unum & idem, nec intenſionem nec remiſſionem ſuſcipiens eſt, aquilum autem uel ſimum eſſe, uel coloratũ aliquo modo, & intenditur & remittitur.

Differentijs rite partitis earũ inter ſe diſtantiã monſtrat Porphyrius, atq; unã quidẽ repetit quã ſuperius dixit. Cum enim tres eſſe dixiſſet differentias communes, proprias, & magis proprias, alteratũ facere dixit proprias, ſicut & cõmunes, aliud uero minime, ſed hoc ſolis magis propriis reſeruauit, nunc igitur idem repetit dicens: Quoniam inſeparabiles differentiæ quæ ſubſtantiã monſtrãt, id eſt quę per ſe ſubiectis ſpeciebus inſunt easq; perficiunt, aliud faciũt: Illæ uero quæ ſunt propriæ, id eſt ſecundũ accidens inſeparabiles differentię, neq; in ſubſtantia ſunt, neq; aliud faciũt, ſed tantum, ut ſuperius dictũ eſt, alteratũ. Item alia diſtantia eſt earum differentiarum quæ ſecundũ ſubſtantiam ſunt, ab his quæ accidens: quoniam quę ſubſtantiam monſtrant, intendi aut remitti non poſſunt, quę uero ſecundũ accidens & intenſione creſcunt, & remiſſione decreſcunt: id autẽ probatur hoc modo, unicuiq; rei eſſe ſuũ neque creſcere neq; diminui poteſt, nam qui homo eſt humanitatis ſuæ nec crementa poteſt, nec decrementa ſuſcipere. Nam neq; ipſe plus à ſe aut minus hodie uel quolibet alio tempore homo eſſe poteſt, nec homo rurſus ab alio homine plus homo poteſt eſſe uel animal. Vtriq; enim æqualiter animalia, æqualiter homines eſſe dicũtur. Quod ſi unicuiq; eſſe ſuum nec cremẽto ampliari poteſt, nec imminutione decreſcere, quod per id facile monſtrari poteſt: quoniã quę genera ſunt uel ſpecies, nulla intenſione uel remiſſione uariãtur, nõ eſt dubiũ quin differẽtiæ quoq;, quę uniuſcuiuſque ſpeciei ſubſtantiã informant, nec remiſſionis detrimenta ſuſcipiant, nec intenſionis augmenta. Itaq; ſubſtantiales differentię neq; intenſionẽ, neq; remiſſionem ſuſcipiũt, huius cauſa hęc eſt: Quoniã eſſe unicuiq; unũ eſt, & idem eſt, & intẽſionem remiſſionemq;

miſſionemq́ non ſuſcipit, huius exemplum ſit. Genus enim dici non poteſt plus minus ue cuilibet eſſe genus. omnibus enim genus æqualiter ſuperponitur. Differẽtiæ quoq́ quę diuidunt genus, & informant ſpeciem, quoniã ſpeciei eſſentiam cõplent, nec intenſionem recipiunt, nec remiſſionem. Quæ uero ſecundũ accidens differẽtiæ ſunt inſeparabiles, ut ſimum eſſe, uel aquilinũ, uel coloratum aliquo modo, & intenſionem ſuſcipiunt & remiſſionem. Fieri enim poteſt ut hic paulò ſit nigrior, hic uero amplius ſimus ſit, ille minus aquilus. At uero q́ non omnes homines æqualiter rationales mortalesq́ ſint, nec ſpecierũ, nec differẽtiarũ natura uidetur admittere.

> Cum igitur tres ſpecies differentiæ conſiderentur, & cum hæ quidem ſint ſeparabiles, illę uero inſeparabiles, & rurſus inſeparabiliũ, hę quidẽ ſint per ſe, illę uero per accidens, & rurſus earum quæ per ſe ſint differẽtiarum, aliæ quidem ſunt, ſecundum quas diuidimus genera in ſpecies: alię uero ſecundum quas ea quę diuiſa ſunt ſpecificãtur, ut cum per ſe differentię omnes huiuſmodi animalis ſint, animati & ſenſibilis, rationalis & irrationalis, mortalis & immortalis, ea quidẽ quæ eſt animati & ſenſibilis differẽtia, cõſtitutiua eſt animalis ſubſtantiæ. eſt enim animal ſubſtantia animata ſenſibilis, ea uero quę eſt mortalis & immortalis differentia, itemq́ rationalis & irrationalis, diuiſiuæ ſunt animalis differentiæ, per eas enim genera in ſpecies diuidimus.

Fit nunc differentiarum plena & ſuprema diuiſio, quę eſt huiuſmodi: differentiarum aliæ ſunt ſeparabiles, aliæ inſeparabiles. inſeparabiliũ, alię ſunt ſecundum accidens, alię ſubſtãtiales. Subſtantialiũ alię ſunt diuiſiuæ generis, alię cõſtitutiuæ ſpecierum. Quod uero ait: Cum igitur tres ſpecies differẽtię cõſiderentur, ad hoc retulit, quòd in prima differentiarũ diuiſione, partim eas cõmunes dicit eſſe, partim proprias, partim magis proprias dixit, quas rurſus tres differentias, alias ſeparabiles eſſe mõſtrauit, alias inſeparabiles. Separabiles quidẽ cõmunes, inſeparabiles uero proprias, ac magis proprias. Inſeparabilium uero fecit diuiſionem dicens, alias eſſe ſecundũ accidens, alias ſecundũ ſubſtãtiam cõſiderari, & illas eſſe ſecundum accidens, quę proprię nuncupantur: magis proprias uero ſecundũ ſubſtantiam conſiderari. Earũ uero quæ ſecundũ ſubſtantiam ſunt, ſubdiuiſionem facit, quòd aliæ earum genus diuidant, alię ſpeciem informent. Ad cuius rei facilem cognitionẽ, illa tertij libri ſpecierum generumq́ diſpoſitio tranſcribatur, ſitq́ primũ ſubſtantia, ſub hac corporeum atq́ incorporeum, ſub corpore animatum atque inanimatum, ſub animato ſenſibile atq́ inſenſibile, ſub quo animal, ſub animali rationale atq́ irrationale, ſub rationali mortale atque immortale, & ſub mortali ſpecies hominis, quę ſolis deinceps indiuiduis præponatur. In hac igitur diuiſione, omnes hę differentiæ ſpecificę nuncupantur. generum enim ſpecierumq́ differentiæ ſunt: ſed generum quidem diuiſiuæ, ſpecierũ autẽ cõſtitutiuæ, id autẽ probatur hoc modo: Subſtantiã quippe corporei atq́ incorporei differentiæ partiunt̃, corporeũ uero animati atq́ inanimati, animatũ ſenſibilis atq́ inſenſibilis partiunt̃. Ita igitur genera ſubſtãtiales differentię partiunt̃, & dicũtur generũ diuiſiuę. At uero ſi eædẽ differentię quę à genere deſcẽdentes genus diuidũt, colligant̃, & ad unũ ad q́ poſſunt iungi copulent̃, ſpecies informãtur: nam cum animal ſubſtantiæ ſit ſpecies, (Omnia enim ſuperiora de inferioribus prędicantur, & quicquid inferius fuerit, ſpecies erit etiam ſuperioris.) animatum tamen atq́ ſenſibile quæ ſunt eiuſdem differentię, ſi referantur ad genera diuiſiuæ ſunt, ſi ad ſpeciem, conſtitutiuę fiunt animalis, etuſq́ ſubſtantiam formant atque conſtituunt, diffinitionemq́ conformant, ut ſit animal ſubſtantia animata ſenſibilis. Subſtantia quidem eſt genus, animatũ uero atq́ ſenſibile diuiſiuæ eiuſdem differentiæ, cõſtitutiuæ animalis.

animalis. Item animal rationabilitas atq́ irrationabilitas, mortalitas atq́ immortalitas diuidit, ſed iuncta rationalitas atq́ mortalitas, quæ animalis diuiſiua fuerant, fiũt hominis cõſtitutiuę, eiusq́ perficiunt ſpeciem, atq́ omnem eius rationẽ diffinitionis informãt atq́ perficiunt. At ſi irrationabilitas cum mortalitate iungatur, fiet equus atq́ quodlibet animal, quod ratione nõ utit̃. Rationabilitas uero atq́ immortalitas copulatę ſubſtantiã Dei informant. Ita igitur eædem differentiæ cum referũtur ad genera, diuiſiuę generũ fiunt. Si uero ad inferiores ſpecies cõſiderentur, informant ſpecies, earumq́ ſubſtantiã conuenienti copulatione conſtituunt. In hoc quæſitum eſt, quemadmodũ dicerentur eſſe hæ differentię ſpecierũ cõſtitutiuæ, cum irrationabilis differentia atq́ immortalis nullam ſpeciem uideantur efficere. Reſpondemus primũ quidem placere Ariſtoteli, cœleſtia corpora animata non eſſe. Quod uero animatũ non ſit, animal eſſe non poſſe: quod uero non ſit animal, nec rationale eſſe concedi, ſed eadem corpora propter ſimplicitatem & perpetuitatem motus æterna eſſe cõfirmat. Eſt igitur aliquid quod ex duabus his differẽtijs cõficiatur, irrationabili ſcilicet atq́ immortali. Quod ſi magis cõcedendum Platoni eſt, & cœleſtia corpora animata eſſe credendũ, nullum quidem his differẽtijs poteſt eſſe ſubiectũ. Quicquid enim irrationabile eſt corruptioni ſubiacens & generationi, immortale eſſe non poterit. Sed tamen hę differentię, quoniã in ſubſtãtialium differentiarũ numero ſunt, ſi iungi ullo modo potuiſſent, earum naturam & ſpeciem quoq́ poſſent efficere: atq́ ut intelligatur quæ ſit hæc potentia efficiendæ ſubſtãtiæ ſpecieiq́ formandę, reſpiciamus ad proprias atq́ communes, quæ tametſi iungãtur, ſpeciem ſubſtantiamq́ nulla ratione conſtituunt. Si quis enim loquatur ambulans, quę ſunt duę communes differentiæ, uel ſi longus ac albus, num idcirco eiſdem eius ſubſtantia cõſtituitur? minime. Cur? quia nõ eiuſdẽ ſunt generis, quę alicuius poſſunt conſtituere & cõformare ſubſtantiam: ita igitur hæ, id eſt irrationale atque immortale, etiamſi ſubiectum aliquod ſubſtantiæ habere non poſſunt, poſſent tamen ſubſtantiam efficere, ſi ullo modo iungi copulariq́ potuiſſent. Præterea irrationale iunctũ cum mortali ſubſtantiã pecudis facit. Eſt igitur cõſtitutiua irrationalis differentia. Item immortale atque rationale cõiuncta, efficiũt Deũ. Eſt igitur immortale quod ſpeciem format. Quod ſi inter ſe iungi nequeunt, non idcirco quod in natura eorum eſt, abrogatur.

> Sed hæ quidem quę diuiſiuæ ſunt differentię generũ, cõpletiuę fiunt & conſtitutiuę ſpecierum. diuiditur enim animal rationali & irrationali differẽtia, & rurſus mortali & immortali differẽtia, ſed eæ quę ſunt rationalis differentię & mortalis, cõſtitutiuę ſunt hominis, rationalis uero & immortalis, Dei: illæ uero quæ ſunt irrationalis & mortalis, irrationabiliũ animaliũ. Sic & ſuprema ſubſtantia, cum diuiſa ſit animati & inanimati differentia, ſenſibili & inſenſibili, animata & ſenſibilis congregatæ ad ſubſtantiam, animal perfecerunt, animata uero & inſenſibilis perfecerunt plantam.

Geminum differentiarũ uſum eſſe demonſtrat, unum quidem quo genera diuidũrur, aliũ quo ſpecies informantur. necq́ enim hoc ſolum differentiæ faciũt, ut genera partiantur, uerumetiã dum genera diuidunt, ſpecies in quas genera deducuntur efficiũt. Itaq́ quę diuiſiuę ſunt generũ, fiunt conſtitutiuæ ſpecierum, huiuſq́ illud exemlum eſt, quod ipſe ſubiecit: Animalis quippe differẽtiæ ſunt diuiſiuę, ratiõale atq́ irrationale, mortale atq́ immortale. his enim prędicatio diuiditur animalis: Omne enim, q́ animal eſt, aut rationale, aut irrationale: aut mortale, aut immortale eſt. Sed iſtæ differentię quę diuidunt genus quod eſt animal, ſpeciei ſubſtantiã formamq́ conſtituũt. Nam cum ſit homo animal, efficitur rationali mortaliq́ differentijs. quę dudũ animal partiebantur. Item cum ſit equus animal, irrationali mortaliq́ differentijs conſtitui-

tur, quæ dudum animal diuidebant. Deus autem cum ſit animal, ut de Sole dicamus, rationali immortalíq; efficitur differẽtijs, quas diuidere genus habita partitio paulò monſtrauit. Sed hic (ut diximus) Deum corporeũ intelligi oportet, ut Solem & cœlum cæteraſq; huiuſmodi, quæ cũ animata & rationabilia Plato eſſe cõfirmat, tum in deorum uocabulum antiquitatis ueneratione probantur aſſumpta, de primo quoq; genere, id eſt ſubſtantia demonſtrantur uenire differentiæ. Nam cũ eius diuiſiuæ ſint differentiæ, animatum atq; inanimatum, ſenſibile atq; inſenſibile, iunctæ differentiæ ſenſibilis atque animati efficiunt ſubſtantiam animatam atque ſenſibilem, quod eſt animal. Iure igitur dictum eſt quę diuiſiuę ſunt differentię generum, eaſdem conſtitutiuas eſſe ſpecierum.

Quoniam ergo eædem aliquo modo acceptę ſiunt conſtitutiuæ, aliquo modo autem diuiſiuę, omnes ſpecificæ dicuntur: & his maxime opus eſt ad diuiſiones generum, & diffinitiones ſpecierum, ſed non his quæ ſecundũ accidens inſeparabiles, nec magis his, quæ ſunt ſeparabiles.

Omnes à genere differentias procedentes genus ipſum à quo procedunt, diuidere nullus ignorat. Ipſæ autem quæ diuidunt genus, ſi ad poſteriores ſpecies applicẽtur, informant ſubſtantias earũ, easq; perficiũt. Eædẽ igitur quę ſunt conſtitutiuæ ſpecierum, eædem ſunt diuiſibiles generũ, alio tamen mõdo atq; alio cõſideratæ, ut ſi relatæ quidem ad genus in contrariã diuiſionem ſpectentur diuiſibiles generis inueniuntur. Si uero iunctæ aliquid efficere poſſunt, ſpecierũ conſtitutiuæ ſunt. Quæ cum ita ſint, hæ differentię quæ genus diuidunt, rectiſſimè diuiſiuæ nominantur: quæ enim conſtituunt ſpeciẽ ſpecificæ nuncupantur, ſed cõſtituunt ſpeciem hæ differentiæ quę ſunt generis diuiſiuæ. Igitur eædem quæ ſunt ſpecierũ conſtitutiuæ, ſpecificæ nũcupantur: quare quę generum diuiſiuæ, & quę ſpecierum conſtitutiuę ſunt, iure ſpecificę nuncupantur. Has igitur in diuiſione generis, & in diffinitione ſpecierum accipi oportere, manifeſtum eſt. quoniam enim diuiſiuę ſunt, per eas diuidi oportet genus: quoniam autem conſtitutiuę, per eas ſpecies diffiniri. quibus enim unumquodque cõſtituitur, hiſdem etiam diffinitur. Cõſtituitur autem ſpecies per differẽtias generis diuiſiuas, quę ſunt ſpecificę. Iure igitur hæ ſpecificę ſolæ, & in generis diuiſione, & in ſpecierum diffinitione ponũtur, & de ſpecificis quidem hęc ratio eſt. De his autem quæ uel ſeparabilia, uel inſeparabilia cõtinent accidentia, nihil in generum diuiſione, uel in diffinitione ſpecierum poterit aſſumi, idcirco quoniam quę diuiſibiles ſunt, ſubſtantiam generis diuidunt: & quę conſtitutiuę ſunt, ſubſtãtiam ſpeciei conſtituunt: quæ uero ſunt inſeparabilia accidentia, nullius ſpeciei ſubſtantiam informant. unde fit ut multo minus ſeparabilia accidentia ad diuiſionem generũ uel ſpecierum diffinitiones accommodentur. Omnino enim diſſimiles ſunt ſubſtantialibus differentijs. Nam inſeparabilia accidentia hoc fortaſſe habent cõmune cum ſpecificis, hoc eſt cum ſubſtantialibus differentijs, quòd eque ſubiectum non relinquũt, ſicut nec ſpecificę differẽtię. Separabilia autẽ accidentia, nec hoc quidẽ: ſeparari enim poſſunt non tantum poteſtate & mentis ratiocinatione, ſed actus etiam præſentia, & omnino ueniendi uel diſcedendi uarietatibus permutantur.

Quas etiam determinantes dicunt: Differentia eſt qua abundat ſpecies à genere. Homo enim ab animali plus habet rationale & mortale. animal enim ipſum nihil horũ eſt. nam unde haberẽt ſpecies differẽtias? nec enim omnes oppoſitas habet. namq; idem ſimul habebit oppoſitas, ſed quemadmodum probant, poteſtate quidẽ habet omnes differentias ſub ſe, actu uero nullam. Et ſic nec ex his quæ non ſunt, aliquid fit, nec in eodem ſimul oppoſita erunt.

Specificas differentias diffinitione concludit, dicens ſubſtantiales differẽtias à quibuſdam

buſdam tali deſcriptionis ratione diffiniri. Differentia ſpecifica eſt qua abundat ſpecies à genere. fit enim genus animal, ſpecies homo: habet igitur homo differẽtias in ſe, quæ ipſum conſtituunt rationale atq; mortale. omnis enim ſpecies cõſtitutiuas, formę ſuæ differentias in ſe retinet, nec præter illas eſſe poteſt, quarũ cõgregatione perfecta eſt. Si igitur animal quidẽ ſolũ genus eſt, homo uero eſt animal rationale mortale, plus habet homo ab animali id quod rationale eſt atq; mortale. Quo igiẽ abundat ſpecies à genere, id eſt quo ſuperat genus, et quo plus habet à genere, hoc eſt ſpecifica differẽtia? Sed huic diffinitioni quędã queſtio uideẽ occurrre, habẽs principiũ ex duabus propoſitionibus per ſe notis: una quidẽ, quoniã duo cõtraria in eodẽ eſſe non poſſunt: alia uero, quoniã ex nihilo nihil fit. Nam nec contraria pati ſeſe poſſunt, ut in eodẽ ſimul ſint, nec aliquid ex nihilo fieri poteſt. omne enim quod fit, habet aliquid unde effici poſſit atq; formari. Quæ propoſitiones talem faciũt quæſtionem: dictum eſt differentiam eſſe id qua plus habet ſpecies à genere. Quid igitur? dicendũ ne eſt, genus eas differentias, quas habet ſpecies non habere: & unde habebit ſpecies differentias: quas genus non habet? niſi enim ſit unde ueniant, differentię in ſpeciẽ uenire non poſſunt: quod ſi genus has differentias nõ habet, ſpecies aurẽ habet, uidentur ex nihilo differẽtiæ in ſpeciem cõueniſſe, & factum eſſe aliquid ex nihilo, quod fieri non poſſe ſuperius dicta propoſitio monſtrauit: q; ſi differẽtias omnes genus continet, differentiæ autem in contraria diſſoluũtur, fiet ut rationabilitatẽ atque irrationabilitatem, mortalitatem atq; immortalitatẽ ſimul habeat animal, quod eſt genus, & erunt in eodem bina cõtraria, quod fieri non poteſt. Neq; enim in corpore ſolet eſſe alia pars alba, alia nigra, ita fieri in genere poteſt. genus enim per ſe cõſideratum partes nõ habet, niſi ad ſpecies referatur: quicquid igitur habet, nõ partibus, ſed tota ſui magnitudine retinebit. Nec illud dubium eſt, quin in partibus ſuis genus habeat cõtrarietates, ut animal in homine habet rationabilitatem, in boue uero cõtrarium. Sed nunc non de ſpeciebus quærimus de quibus conſtat quod dictum eſt, ſed an ipſum per ſe genus eas differentias, quas habent ſpecies habere poſſit, atque intra ſuæ ſubſtantiæ ambitum continere: hanc igitur quæſtionem tali ratione diſſoluimus: Poteſt quidlibet id quod eſt nõ eſſe, ſed alio modo eſſe, alio uero non eſſe. ut Socrates cũ ſtat, & ſedet & non ſedet, ſedet quidem poteſtate, actu uero non ſedet. Cum enim ſtat, manifeſtũ eſt eum non agere ſeſſionẽ, ſed potius ſtandi immobilitatẽ. Sed rurſus cum ſtat, ſedet, non quia iam ſedet, ſed quia ſedere poteſt: ita actu quidem non ſedet, poteſtate uero ſedet. Et ouum animal eſt, & non eſt animal: non eſt quidẽ animal actu, adhuc namq; ouũ eſt, nec in animalis proceſſit uiuificationẽ, ſed idem eſt tantũ animal poteſtate: quia poteſt effici animal, cum formã ac ſpeciem uiuificationis acceperit. Ita igitur genus habet has differentias & non habet, nõ habet quidem actu, ſed habet poteſtate. Si enim ipſum per ſe animal cõſideretur, differentias non habet. Si autẽ ad ſpecies reducatur, habere poteſt, ſed diſtributim, atque ut eius ſpeciebus ſeparatim nihil poſſit euenire contrarium. Ita ipſum genus ſi per ſe conſideretur differentijs caret: quod ſi ad ſpecies referatur per diſtributas ſpecies, uelut in partibus ſuis contraria retinebit, atq; ita nec ex nihilo uenerunt differentiæ quas genus retinet poteſtate, nec utraq; cõtraria in eodem ſunt, cum cõtrarias differentias in eo quod dicitur genus, actu non habeat. impoſſibilitas enim eius propoſitionis quę dicit cõtraria in eodem eſſe non poſſe, in eo conſiſtit quòd contraria actu in eodẽ eſſe non poſſunt. Nam poteſtate & non actu duo cõtraria in eodem eſſe nihil impedit. Quæ uero nos cõtraria diximus, Porphyrius oppoſita nuncupauit. Eſt enim genus contrarij oppoſitũ. omnia enim contraria ſi ſibimetipſis conſiderentur oppoſita ſunt.

Definiunt autẽ & hoc modo: Differentia eſt quæ de pluribus & differentibus ſpecie in eo quod quale ſit prædicatur. rationale enim & mortale de homine

prædicatum in eo quod quale eſt homo dicitur, ſed nō in eo quod quid eſt. quidnā enim eſt homo interrogatis nobis, cōueniens eſt dicere, animal: quale autem requiſiti, rationale & mortale, conuenienter aſſignabimus.

Tres ſunt interrogationes ad quas genus, ſpecies, differentia, propriū, atq; accidēs reſpondeā, hæ autē ſunt: Quid ſit, quale ſit, quomodo ſe habet. Nam ſi quis interroget, quid eſt Socrates, reſpōdere per genus ac ſpeciē cōuenit aut animal, aut homo. Si quis quomodo ſe habeat Socrates interroget, iure accidēs reſpondetur, id eſt aut ſedet aut legit, & cætera. Si quis uero qualis ſit Socrates interroget, aut differentia, aut proprium, aut accidens reſpondebit̄, id eſt uel rationalis, uel riſibilis, uel caluus. Sed in proprio quidē illa eſt obſeruatio, quòd illud propriū dici poteſt, quod de una ſpecie prędicaā: accidens uero tale eſt quod qualitatem deſignat quę non ſubſtantiā ſignificat. Differentia uero talis eſt, quæ ſubſtantiā demonſtret. Interroganti igitur qualis unaquæq; res ſit, ſi uolumus reddere ſubſtantię qualitatē differentiā prædicamus. Quę differētia nunquā de una tantū ſpecie prędicatur, ut mortale uel rationale, ſed de pluribus. Quod igitur de pluribus ſpeciebus inter ſe differētibus prædicaā ad eam interrogationē, quæ quale ſit id de quo quæritur interrogat, ea eſt differētia, cuius talem poſuit diffinitionē: Differētia eſt quod de pluribus ſp ecie differentibus in eo q̄ quale quid ſit prędicaā. cuius diffinitionis cauſam rationemq; pertractās ait:

Rebus enim ex materia & forma cōſtantibus, uel ad ſimilitudinē proportionemq; materiæ & formæ conſtitutionem habētibus, quēadmodū ſtatua ex materia quidē eſt æreę, forma aūt figura: ſic & homo cōmunis & ſpecialis, ex materia quidē proportionabiliter cōſiſtit genere: ex forma aūt differentia, totū aūt hoc animal rationale mortale, homo eſt, quēadmodum ſtatua.

Dixit ſuperius differētias eſſe quæ in qualitate ſpeciei prædicarentur: nunc autē cauſas exequitur, cur ſpeciei qualitas differentia ſit: Omnes inquit res uel ex materia formaq; conſiſtunt, uel ad ſimilitudinē materiæ atq; formæ ſubſtantiā ſortiūtur. Ex materia quidem formaq; ſubſiſtunt omnia quæcunq; ſunt corporalia. Niſi enim ſit ſubiectum corpus quod ſuſcipiat formā nihil omnino eſſe poteſt. Si enim lapides non fuiſſent tanti, muri parietesq; non eſſent. Si lignum non fuiſſet, omnino nec menſa quidem, quę ex ligni materia eſt, eſſe potuiſſet. Igitur ſuppoſita materia ac prgiacente cum ipſam figura ſuperuenerit, fit quælibet illa res corporea ex materia formaq; ſubſiſtens: ut Achillis ſtatua ex æris materia, & ex ipſius Achillis figura perficitur. Atq; ea quidem quę corporea ſunt, manifeſtum eſt ex materia formaq; ſubſiſtere: ea uero quæ ſunt incorporalia, ad ſimilitudinem materię atq; formæ habent ſuperpoſitas priores antiquioresq; naturas, ſuper quas differentiæ uenientes efficiūt aliquid, quod eodem modo ſicut corpus, tanquam ex materia ac figura cōſiſtere uideatur, ut in genere ac ſpecie, additis generi differētijs ſpecies effecta eſt. Vt igitur eſt in Achillis ſtatua, æs quidem materia eſt, forma uero Achillis qualitas, & quædam figura, ex quibus efficitur Achillis ſtatua, quæ ſubiecta ſenſibus capitur: ita etiam in ſpecie quę eſt homo, materia quidē eius genus eſt quod eſt animal, cui ſuperueniens qualitas rationalis, animal rationale, id eſt ſpeciem facit. Igitur ſpeciei materia quædam eſt genus: forma uero, quaſi qualitatis differentia. Quod eſt igitur in ſtatua æs, hoc eſt in ſpecie genus: quod in ſtatua figura conformans, id in ſpecie differentia. Quod in ſtatua eſt ipſa ſtatua, quæ ex ære figuraq; conformatur, id in ſpecie eſt ipſa ſpecies, quæ ex genere differentiaq; coniungitur. Quod ſi materia quædam ſpeciei genus eſt, forma autem differentia: omnis uero forma qualitas eſt, iure omnis differentia qualitas appellatur. Quę cum ita ſint, iure in eo quod quale ſit interrogātibus reſpondetur.

Deſcribunt autem huiuſmodi differentias, & hoc modo: Differentia eſt quod eſt

eſt aptum natum diuidere ea quæ ſub eodem genere ſunt. rationale enim & irrationale, hominem & equum quæ ſub eodē genere ſunt animali diuidūt.

Hæc quidem diffinitio cum ſit uſitata & ante oculos expoſita: eam tamē exemplī inſuper luce reſerauit. Omnes enim differentiæ idcirco differentiæ nuncupantur, quia ſpecies à ſe differre faciunt, quas unum genus includit, ut homo atq; equus proprijs diſcrepant differentijs: nam ſicut homo animal eſt, ita etiā equus. ergo ſecundum genus nullo modo diſtant. Quæ igitur ſecundū genus nullo modo diſcrepant, ea differentijs diſtribuuntur. Additū enim rationale quidem homini, irrationale uero equo, equus atq; homo quæ ſub eodem fuerant genere, diſtribuuntur & diſcrepāt, additis ſcilicet differentijs.

Aſſignant etiam hoc modo: differentia eſt, qua differunt à ſe ſingula. nāq; homo & equus ſecūdum genus non differunt. Sumus enim animalia nos & irrationabilia, ſed additum rationale diſiunxit nos ab illis: rationales quoque ſumus & nos & dij, ſed mortale appoſitum diſiunxit nos ab illis.

Vitioſa ratione & nō ſana q̄ uult explicat diffinitio quorundā. Id enim dicit eſſe differentiā, qua unaquæq; res ab alia diſtat, in qua diffinitione nihil intereſt quòd ita dixit, an ita cōcludat: Differentia eſt id quod eſt ipſa differētia. etenim differētię nomine in eiuſdē differētiæ uſus eſt diffinitione dicēs: Differētia eſt qua differūt à ſe ſingula. Quod ſi adhuc differētia neſcīt, niſi diffinitione clareſcat, differre quoq; quid ſit quomodo poſſumus agnoſcere? ita nihil amplius attulit ad agnitionē, qui differentię nomine in eiuſdem uſus eſt diffinitione. Eſt autē cōmunis & uaga nec includens ſubſtantiales differentias, ſed quaslibet etiā accidentales hoc modo: Differentia eſt qua à ſe differunt ſingula. quę enim genere ſunt eadē, differētia diſcrepant: ut cū homo atq; equus idem ſint in animalis genere, quoniā utraq; ſunt animalia, differunt tamen differentia rationali: & cū dij atq; homines ſub rationalitate ſint poſiti, differūt tamen mortalitate. Rationabile igitur hominis ad equū differētia eſt, mortale hominis ad Deū. atq; hoc quidē modo ſubſtantiales differētię colligūtur. Quod ſi Socrates ſedeat Plato uero ambulet, erit differentia ſeſſio uel ambulatio, quæ ſubſtantialis nō eſt. Namq; iſtam quoq; differētiam diffinitio uidetur includere cum dicit, differentia eſt qua differūt à ſe ſingula. quomodocūq; enim Socrates à Platone diſtiterit, nullo autem alio modo diſtare ab illo niſi accidētibus poteſt. Id erit differētia ſecundū ſuperioris terminū diffinitionis, quam rem ſcilicet uiderunt etiam hi qui diffinitionis huius uagum communemq; finem reprehendentes certæ concluſionis terminum ſubiecerunt.

Interius aūt perſcrutantes differentiā dicūt, non quodlibet diuidēs ea quæ ſub eodem genere ſunt eſſe differentiam, ſed quod ad eſſe cōducit, & quod eſt pars eius, & quod eſt eſſe rei. Neq; enim quod aptum natū eſt nauigare, erit hominis differētia, & ſi proprium ſit hominis. Dicimus enim animalium hæc quidem apta eſſe ad nauigandū, illa uero minime, diuidentes hominem ab alijs: ſed aptum eſſe ad nauigandum, non erit completiuum ſubſtantiæ, nec eius pars, ſed aptitudo quædam ſolum. Idcirco quia nō eſt talis differentia, quales ſunt differentiæ quæ ſpecificæ dicuntur, erunt ergo ſpecificæ differentiæ, quæcunq; alteram faciunt ſpeciem, & quæcunque in eo quod quid eſt eſſe rei accipiuntur. Ac de differentijs quidem iſta ſufficiant.

Senſus propoſitionis huiuſmodi eſt: Quoniā ſuperius dixit determinaſſe quoſdam differentiam eſſe qua à ſe ſingula diſcreparent, ait alios diligentius de differentia

perſcrutantes,non fuiſſe arbitratos recte eſſe ſuperius propoſitam diffinitionẽ.Neque enim omnia quęcunque ſub eodem poſita genere differre faciunt differentiæ de quibus nunc tractatur,id eſt ſpecificę nominari queũt.Plures enim ſunt quę ita diuidunt ſpecies ſub uno genere poſitas,ut tamen eorũ ſubſtantiã minime conformentur quia non uidentur eſſe differentiæ ſpecificæ, niſi illę tantum quæ ad id quod eſt eſſe proficiunt,id eſt hæ quæ in diffinitionibus alicuius partes ponuntur:hæ autem ſunt, ut rationale hominis.Nam ſubſtãtiam hominis cõformat,& ad eſſe hominis proficit,& diffinitionis eius pars eſt. ergo niſi ad id quod eſt eſſe cõducit,& eius quod eſt eſſe rei pars ſit,ſpecifica differẽtia nullo modo poterit nũcupari. Quid eſt autẽ eſſe rei ? nihil aliud niſi diffinitio. Vnicuiq; enim rei interrogatę quid eſt,ſi quis quod eſt eſſe monſtrare uoluerit,diffinitionẽ dicit. Ergo ſi quid diffinitionis pars fuerit, eius erit pars quę uniuſcuiuſq; rei quid eſſe ſit deſignet.Diffinitio eſt quidẽ quę quid una quæq; res ſit,oſtendit ac profert,demonſtratur;q; quòd unicuiq; rei ſit eſſe per diffinitionis aſſignationẽ. Illæ uero differentię quæ non ad ſubſtantiã cõducunt, ſed quod dam extrinſecus accidens afferunt,ſpecificę non dicũtur, licet ſub eodem genere poſitas ſpecies faciãt diſcrepare:ut ſi quis hominis atq; equi hanc differentiã dicat aptũ eſſe ad nauigandũ,homo autem aptus eſt ad nauigandũ,equus uero minime: & cum ſit equus atq; homo ſub eodem genere animalis,addita differentia,aptũ eſſe ad nauigandũ,equũ diſtinxit ab homine. Sed aptum eſſe ad nauigandũ nõ eſt huiuſmodi,q; poſſit hominis formare ſubſtantiam ſicut rationale,quæ eſt ſubſtãtialis qualitas,ſed tantum quãdam quodãmodo aptitudinem monſtrat, & ad faciendũ aliquid uel non faciendũ opportunitatem.idcirco igitur ſpecifica differentia nõ dicitur. Quo fit,ut non omnis differẽtia quæ ſub eodem genere poſitas ſpecies diſtribuit, ſpecifica eſſe poſſit,ſed ea tantum quæ ad ſubſtantiã ſpeciei proficit, & quæ in parte diffinitionis accipitur.Cõcludit igitur eas eſſe ſpecificas differentias quæ alteras à ſe ſpecies differre faciunt per diſtantias ſubſtantiales:nam ſi unicuiq; id eſt eſſe,quodcunq; ſubſtantialiter fuere,quæcunq; differẽtiæ ſubſtãtialiter diuerſę ſunt,& illas ſpecies quibus adſunt omni ſubſtantia faciunt alias ac diſcrepantes,atq; hæ in diffinitionis parte ſumuntur.nam ſi diffinitio ſubſtantiam monſtrat, & ſubſtantiales differentiæ ſpecies efficiunt,ſubſtantiales differentię partes ſunt diffinitionum.

DE PROPRIO.

PRoprium uero quadrifariam diuidũt: Nam & id quod ſoli alicui ſpeciei accidit,& ſi non omni,proprium eſt:ut homini eſſe medicum uel geometram. Et quod omni accidit, & ſi non ſoli, quemadmodum homini eſſe bipedem. Et quod ſoli & omni & aliquando,ut homini in ſenectute caneſcere.Et quod ſoli & omni & ſemper, quemadmodum homini eſſe riſibile:nam & ſi non rideat ſemper,tamen riſibilis dicitur,non quòd ſemper rideat,ſed quòd ſemper aptus natus ſit ad ridendum,hoc autem ei ſemper naturale eſt,ut & equo hinnibile. Hęc autẽ nominantur uere propria,quoniam conuertuntur.quicquid enim eſt equus hinnibile eſt:& quicquid hinnibile,equus.

SVperius dictũ eſt omnia propria ex accidentium genere deſcendere. Quicquid enim de aliquo prędicaẽ aut ſubſtãtiã informat,aũt ſecundũ accidẽs ineſt. Nihil uero eſt q; cuiuslibet rei ſubſtantiã monſtret niſi genus,ſpecies,& differẽtia.Genus quidẽ & differẽtia,ſpeciei : ſpecies uero indiuiduorũ.Quicquid ergo reliquum eſt in accidentiũ numero ponitẽ.Sed quoniã ipſa accidentia habent inter ſe aliquã differentiam,idcirco alia quidem propria,alia priore atq; antiquiore nomine accidentia nuncupantur,

cupantur,& de accidentibus paulò poſt. Nunc de proprijs quę quadrifariã diuiduntur,non tanquam genus aliquod proprium in quatuor ſpecies diuidi ſecariq; poſſit, ſed hoc quod ait diuidunt, ita intelligendum eſt tanquam ſi diceret nuncupant, id eſt proprium quadrifariam dicunt, cuius quadrifariæ appellationis ſignificationes enumerat,ut quæ ſit conueniens & congrua nuncupatio proprietatis oſtendat. Dicit ergo quod proprium primo eſt,accidens quod ita uni ſpeciei adeſt,ut tamen nullo modo cœquetur ei, ſed infra ſubſiſtat ac maneat,ut hominis dicitur propriũ medicum eſſe,idcirco quod nulli animaliũ ineſſe poteſt. Nec illud attẽdendum an hoc de omni homine prædicari poſſit,ſed illud tãtum quod de nullo alio niſi de homine dici poteſt, medicũ eſſe.Et hęc quidẽ ſignificatio proprij dicitur eſſe ſoli, etiã ſi non omni. Soli enim ſpeciei, etiam ſi non omni coęquatur,ut homini medicum eſſe, ſoli quidẽ ineſt homini,ſed non omnibus hominibus ad ſciẽtiam adeſt.Aliud proprium eſt quod huic è contrario dicitur omni etiam nõ ſoli, quod huiuſmodi eſt,ut omnem quidẽ ſpeciẽ contineat eamq; tranſcendat. Et quoniãquidẽ nihil eſt ex ſubiectis ſpeciei quod illo proprio non utatur dicimus omni. Quoniam uero trãſcendit in alias, dicimus non ſoli,hoc huiuſmodi eſt quale homini eſſe bipedem. Proprium enim eſt hominis eſſe bipedẽ.Omnis enim homo bipes eſt etiamſi nõ ſolus. aues enim & bipedes ſunt. Geminæ igitur ſignificationes proprij quæ ſuperius dictæ ſunt habẽt aliquid minus. prima quidem quod non omni,ſecunda uero quod non ſoli,quas ſi iungimus,facimus omni & ſoli. Sed dempſimus aliquid ſecundum tempus,ſi ei adiicjatur aliquando,ut ſit hæc tertia proprij nuncupatio,omni & ſoli, ſed aliquãdo, ut eſt in ſenectute caneſcere, uel in iuuentute pubeſcre. omni enim homini adeſt in iuuẽtute pubeſcere,& in ſenectute caneſcere & ſoli. Pubeſcere enim ſolius eſt hominis ſed aliquando. neq; enim in omni tempore,ſed in ſola tantum iuuentute. Hæc igitur determinatio proprij in eo quidẽ quod omni,& ſoli ineſt, abſoluta eſt,ſed ex eo minus aliquid cõtrahit,cum dicimus aliquãdo,quod ſi auferamus,ſit proprij integra & ſimplex ſignificatio hoc modo :Propriũ eſt quod omni,& ſoli,& ſemper adeſt,ut homini riſibile, equo hinnibile. Omnis enim homo,& ſolus homo riſibilis eſt & ſemper, ſimiliter & equus hinnibile. Neq; illud nos ulla dubitatione perturbet q; ſemper homo nõ rideat. nõ enim ridere propriũ eſt homini,ſed riſibile, q; nõ in actu ſed in poteſtate cõſiſtit. ergo etiãſi nõ rideat, quia ridere tamẽ poſſit, ſoli & omni homini ſemper adeſſe dicit̃,& cõuenienter propriũ nũcupatur. Nam ſi actu ſeparet̃ à ſpecie poteſtate nulla ratione diſiungitur. Quatuor igitur ſignificationes proprij dixit. Nam prima quidem eſt quando accidens ita ſubiectæ ſpeciei adeſt, ut ſoli ei adſit, etiamſi non omni, ut homini medicina. Secunda uero cum ſoli quidem non adeſt, omni uero ſemper adiungitur, ut homini eſſe bipedem. Tertia uero cum omni & ſoli,ſed aliquando,ut homini in iuuentute pubeſcere. Quarta cum omni,& ſoli,& ſemper adeſt,ut eſſe riſibile. Atque ideo cætera quidem conuerti non poſſunt. Neq; enim coæquatur quod ſoli,ſed nõ omni ſpeciei adeſt. Species quidẽ de ipſo dici poteſt, ipſum uero de ſpecie minime. Qui enim medicus eſt, poteſt dici homo. Homo uero qui eſt, medicus etiam non dicitur. Rurſum quod ita eſt alij proprium, ut omni adſit etiamſi non ſoli, ipſum quidem de ſpecie prædicari poteſt, ſpecies uero de eo minime. Nam bipes prædicari de homine poteſt, homo uero de bipede nullo modo. Rurſus quod ita adeſt, ut omni & ſoli, ſed aliquando adſit, quoniam de tempore habet aliquid diminutum, nec ſimpliciter adeſt, reciprocari nõ poterit. Poſſumus enim dicere omnis qui pubeſcit homo eſt, nõ tamen dicimus, omnis qui eſt homo pubeſcit. poteſt enim minime ad iuuentutem uenire, atque ideo nec pubeſcere (niſi forte non ſit pubeſcere hominis proprium) ſed in iuuẽtute pubeſcere ſolummodo. Aut etiam cum nondum eſt in iuuentute, aut etiam præterijt, tamen ſit ei proprium non tale quale tunc fieri poteſt, cum præter iuuẽtutem eſt, ſed quale cum in iuuentute conſiſtit, atq; ideo hoc quod non in omne tempus tenditur, etiam ſi tale eſt quod omni ſpeciei adſit, quod tamen

men in tempus aliquod differatur, integrũ atq; absolutũ proprium esse non dicitur. Quartum est quod ita adest, ut & solam teneat speciem, & ut omni adsit, & absolutum sit à temporis cõditione, ut risibile quod à superiori plurimũ distat. nam quod risibile est, semper ridere potest. Rursus qui potest in iuuentute pubescere, cum ipsa iuuentus nõ sit semper, non ei adest, semper ut in iuuentute pubescat: hæc autem quarta proprij significatio quam nulla temporis diffinitio constringit, absoluta est, atq; ideo etiam conuertitur, & de se inuicem proprium atq; species prædicantur. homo enim omnis risibilis est, & omne risibile homo.

DE ACCIDENTI.

ACcidens est quod adest & abest, præter subiecti corruptionẽ. Diuiditur autem in duo, in separabile, & in inseparabile. Separabile enim accidens est dormire: nigrum uero esse, inseparabiliter coruo & æthiopi accidit: potest autem intelligi, & coruus albus, & æthiops nitens candore præter subiecti corruptionem. Diffinitur autem sic quoq; Accidens est quod contingit eidem inesse uel non inesse, & quod neq; genus est, neque species, neq; differentia, neque propriũ, semper autẽ est in subiecto subsistẽs. Omnibus igitur determinatis quæ proposita sunt: dico autem genere, specie, differentia, proprio, & accidente, dicendum est quę sint ipsis communia, & quæ propria.

QVoniam ut superius dictum est omnia quæ de aliquo predicantur, uel substantialiter uel accidentaliter dicuntur. Cumq; ea quę substantialiter predicantur, eius de quo dicũtur substãtiam diffinitionemq; contineant, & sint eo antiquiora atque maiora quod ex substantialibus predicatis efficitur: cumq; ea quę substãtialiter dicuntur pereunt, necesse est ut simul etiam ea interimãtur, quorum naturã substantiamq; formabant: quæ cum ita sint, necesse est ut quæ accidẽtaliter dicuntur, quoniã substantiã minime informant, & adesse & abesse possint præter subiecti corruptionem. Ea enim tantum cum absunt subiectũ corrumpere possunt, quæ efficiunt atque cõformant quæ sunt substantialia: quæ uero non efficiunt substantiã, ut accidentia, ea cum adsunt, uel absunt, nec informant substantiã nec corrumpunt. Est igitur accidens quod adest & abest præter subiecti corruptionem. Id autẽ diuiditur in duas partes. Accidẽs enim aliud est separabile, aliud inseparabile. Separabile quidem, ut dormire, sedere. Inseparabile uero æthiopi atq; coruo, color niger. In qua re talis oritur dubitatio. ita enim est diffinitũ: Accidens est quod adest & abest præter subiecti corruptionem. Idem tamen accidens aliquando inseparabile dicitur: quod si inseparabile est, abesse nõ poterit. Frustra igitur positũ est accidens esse quod adesse, & abesse possit, cum sint quędam accidentia, quę à subiecto nõ ualeant separari. Sed fit sæpe ut quę actu disiungi nõ ualeant, mente & cogitatione separẽt. Sed si animi ratione disiunctę qualitates à subiectis nõ ea perimunt, sed in sua substantia permanẽt, atq; perdurant, accidẽtes esse intelliguntur. Age igitur quoniam æthiopi color niger auferri non potest animo eũ & cogitatione separemus, erit igitur color albus æthiopi. Num idcirco species cõsumptę sunt? minime. Item etiam coruus, si ab eo colorem nigrũ imaginatione separemus, permanet tamen auis, nec interijt species: ergo q; dictũ est adesse et abesse, nõ re sed animo intelligendũ est, alioqui et substãtialia quę omnino separari nõ possunt, sæpe animo & cogitatione disiungimus, ut si ab homine rationabilitatẽ auferamus, quã licet actu separare non possumus, tamẽ si animi imaginatione disiungimus, statim perit hominis species, quod idem in accidẽtibus nõ fit. Sublato enim accidenti cogitatione, species manet. Est quoq; alia accidentis diffinitio

cæterorũ omnium priuatione, ut id dicatur accidens quod neq; genus sit, neque species, neq; differẽtia, neq; proprium, quę diffinitio plurimũ uaga est ualdeq; cõmunis. Sic enim etiã genus diffiniri potest, quod neq; species, neq; differentia, neq; proprium sit, nec accidẽs: eodẽ quoq; modo species ac differentia atq; proprium. Cum autem eadem similitudine definitionis plurima definiri queunt, non est terminans & circũcluſa descriptio, præsertim cum longè sit ab definitionis integritate seiunctũ, q; cuiuslibet rei formã aliarũ rerũ negatione demonstrat. Quibus omnibus expeditis, id est genere, specie, differentia, proprio atq; accidenti, descriptisq; eorum terminis quantum postulabat institutionis breuitas, ea ipsa communiter pertractanda persequitur, ut quas inter se habeant differentias hęc quinque, de quibus superius disputatum est, quasue cõmuniones mediocri cõsideratione demonstret, ut non solum quæ ipsa sint, uerumetiam quemadmodum ipsa inter se comparentur, appareat.

ANITII MANILII SEVERINI BOETHI PATRICII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI COMMENTARIORVM IN PORPHYRIVM A SE TRANSLATVM LIBER V.

EXPEDITIS per se omnibus quæ proposuit, & quãtum in uniuscuiusq; cõsideratione poterat, ad scientiæ terminum breuiter adductis, nũc iam nõ de singulorũ natura, id est uel generis uel differentię, uel speciei, uel proprij, uel accidentis, sed de ad se inuicem relatione pertractat. Nam quia communiones ac differentias rerum colligit, nõ ut sunt per se res illę cõsiderat, sed ad alias qualiter comparentur. Id autem duplici modo fit, uel similitudine dum retractat cõmunitates, uel dissimilitudine dum differentias: quę cum ita sint, nos quo que (ut adhuc fecimus) propter planiorẽ intellectum philosophi uestigia persequentes, ordiemur de his communitatibus quę adsunt generi, speciei, differẽtię, proprio, atque accidenti.

OVm igitur omnibus est de pluribus prędicari. Sed genus quidẽ de omnibus sub se speciebus & de indiuiduis, similiter & differentia prædicat, species uero de his quę sub ipsa sunt indiuiduis: at proprium, & de specie cuius est propriũ, & de his quę sub ea specie sunt in diuiduis. Accidẽs autem, & de speciebus, & de indiuiduis. namq; animal & de equis, & de bobus prædicatur, quæ sunt species, & de hoc equo, & de hoc boue, quæ sunt indiuidua. Irrationale uero de equis & bobus, & de his qui sunt particulares prædicatur. Homo preterea de his qui sunt particulares, prędicatur. Risibile quoq; & de homine, & de his qui sunt particulares, prędicatur. Nigrum postremo de coruo & hebeno, & de his qui sunt particulares, quod est accidẽs inseparabile. Item moueri de homine & de equo, & de his qui sunt particulares, quod est accidens separabile, sed principaliter quidem de indiuiduis, secundario uero & de his quæ cõtinent indiuidua prædicatur.

ANtequam singulorũ ad unũquodq; habitudinẽ tractet, illam prius respicit, quam omnes ad se inuicẽ habere uidentur: hęc autẽ est una cõmunio quę propositarum

positarum quinq; rerum numerũ pluralitate predicationis includit. omnia enim de pluribus predicantur. in hoc ergo sibi cuncta communicant, nam & genus de pluribus prædicatur, itemq; species ac differentia, & proprium, atque accidens: quæ cum ita sint, est eorum una atq; indiscreta communio de pluribus prædicari. Designat autem Porphyrius ipsam de pluribus prædicationem, quemadmodum in singulis fiat, & unumquodq; propositorum de quibus pluribus prædicetur ostẽdit. Ait enim genus quidem de pluribus prædicari, id est speciebus ac specierũ indiuiduis, ut animal prædicatur de homine atq; equo, ac de his indiuiduis quæ sub eis sunt. Itẽ genus prædicatur de differentijs specierum, atque id iure: quoniã enim species differentiæ informãt, Cũ igitur genus de speciebus prædicetur, consequens est ut etiam de his dicaẽ, quæ specierum substantiam formamq; efficiunt, quo fit, ut genus etiam de differentijs prædicetur, ac nõ de una, sed de pluribus. dicitur enim quod rationale est esse animal, & rursus quod irrationale est, esse animal. Ita genus de speciebus ac differentijs prædicaẽ, ac de his quæ sub ipsis sunt indiuiduis, differẽtiq; uero de pluribus dicũtur speciebus ac de earũ indiuiduis, ut irrationale de equo prædicatur ac boue, quæ sunt plures species, & de his quæ sub ipsis sunt indiuiduis eodẽ modo dicitur. nam quod de uniuersali prædicatur, prædicatur & de indiuiduo. Quod si differentia de speciebus dicitur, prædicabitur etiam de eiusdem speciei subiectis. Species uero de suis tantum indiuiduis prædicatur. neque enim fieri potest, ut quę species est ultima quæque uere species ac magis species nuncupatur, hæc alias deducatur in species. quod si ita est, sola post speciem indiuidua restãt: iure igitur species de suis tantũ indiuiduis prædicatur. ut homo de Socrate, Platone, Cicerone, & ceteris. Proprium item de specie prędicatur cuius est proprium. neque enim esset proprium alicuius si de aliquo prędicaretur. de quo enim quæq; res, & soli & omni, & semper dicitur, eiusdem propriũ esse monstratur: quæ cum ita sint, proprium de specie dicitur, ut risibile de homine. omnis enim homo risibilis est. Dicitur etiã de indiuiduis speciei de qua prædicatur. Est enim Socrates, Plato, & Cicero risibilis: accidẽs uero & de speciebus pluribus dicitur, & de diuersarum specierum indiuiduis. Dicitur enim coruus atque æthiops niger, & hic æthiops atque hic coruus qui sunt indiuidui: nigri autem secundum nigredinis qualitatem uocantur, atque hoc quidem est accidens inseparabile. Sed multo magis separabilia accidentia pluribus inhęrescũt, ut moueri homini, & boui. uterque enim mouetur. Et rursus ea quę sub homine sunt atque boue indiuidua, moueri sępe prędicãtur. Sed aduertendũ est autore Porphyrio, quod ea quę accidentia sunt principaliter quidem de his dicuntur, in quibus sunt indiuidua: secundo uero loco, ad uniuersalia indiuiduorum referuntur, atque ita prædicatio subteriorum superioribus redditur, ut quoniam nigredo singulis coruis adesse dicitur, dicitur etiam adesse speciali coruo. Nam quia omnia particularia qualitas ista accidentis nigredinis inficit, idcirco eandẽ nigredinem de specie quoq; prędicamus dicẽtes, coruũ ipsam speciem, nigrũ esse. In quibus omnibus mirũ uideri potest, cur genus de proprio prædicari non dixerit: nec uero speciẽ de eodẽ proprio, nec differentiã de proprio, sed tantum genus quidẽ de speciebus atq; differẽtijs. Differentiã uero de speciebus atq; indiuiduis. Speciẽ de indiuiduis. Propriũ de specie atq; indiuiduis. Accidẽs de speciebus atq; indiuiduis. Fieri enim potest ut quę maioris prædicationis sunt, ea de cunctis minoribus prędicentur, & quę æqualia sunt sibimet cõuertantur. Eoq; fit ut genus de differentijs, & speciebus, & proprijs atq; accidẽtibus prędicetur, ut cum dicimus q; rationale est, animal est. genus de differentia, quod homo est, animal est. genus de specie, quod risibile est, animal est, genus de proprio, quod nigrũ est. si forte coruũ uel æthiopem demonstremus, animal est, genus de accidẽti prædicamus. Rursus quod homo est, rationale est, differentiam de specie. Quod risibile est, rationale est, differentiam de proprio. Quod nigrũ est, rationale est, si æthiopem demõstremus, differentiã de accidente. Item quod risibile est, homo est, speciẽ de proprio. Quod nigrũ est, homo est,

est. si æthiopẽ designemus, speciem de accidenti. Qua in re quod nigrũ est, etiam risibile est in æthiopis demõstratione, propriũ de accidenti prędicatur: conuerti autem ad totum accidẽs potest, ut quoniã indiuiduis singulorũ esse præponitur, idcirco de superioribus etiã prędicatur, ut quoniã Socrates animal est, rationale est, risibile est, & homo est. Cumq; in Socrate sit caluitiũ quod est accidens, prędicatur idem de animali, de rationali, de risibili, de homine, ut accidens de quatuor reliquis prædicetur. Sed horum profundior quæstio est, nec ad soluendũ satis est tẽporis, hoc tantum ingredientiũ intelligentia expectet, quòd alia quidem recto ordine prędicãtur, alia uero obliquo, quoniã moueri hominem rectũ est, id quod mouetur hominem esse conuersa locutione proponitur. Quocirca rectã Porphyrius in omnibus propositionẽ sumpsit. Quod si quis uim prædicationis solutionisq; attenderit in singulis comparans prædicationibus, eas quidem prolationes quæ rectæ sunt, inueniet à Porphyrio esse numeratas: eas uero quæ conuerso ordine prędicantur, fuisse sepositas.

Commune est autem generi & differentiæ cõtinentia specierum. continet enim & differentia species, & si nõ tot quot genera. rationale enim, & si nõ contineat irrationabilia quemadmodum animal, tamen cõtinet hominem & deum quæ sunt species. Et quæcunq; prędicantur de genere, ut genus, & de his quę sub ipso sunt speciebus prædicãtur. Item quęcunq; de differentia prędicãtur, ut differentia, & de his quę ex ipsa sunt speciebus prędicabũtur. Nam cũ genus sit animal, non solum de eo prędicatur substãtia, & animatũ, & sensibile, sed etiã de his quæ sub animali sunt speciebus omnibus prędicantur hæc usq; ad indiuidua. Cumq; sit differentia rationale, prędicatur de ea ut differentia, id quod est ratione uti. non solum autẽ de eo quod est rationale, sed etiã de his quæ sub rationali sunt speciebus prędicabitur ratione uti. Commune uero est, & hoc perempto genere uel differentia, simul perimi & ea quæ sunt sub ipsis. quemadmodum enim si nõ sit animal, nõ est equus neq; homo: sic si non sit rationale, nullum erit animal quod utatur ratione.

Post eam quæ cũctis adesse uisa est cõmunitatem, singulorum ad se similitudines ac dissimilitudines quęrit. Et quoniam inter quinq; proposita genus ac differentia uniuersalioris sunt prædicationis. Siquidem genus, & species continet & differentias: differentiæ uero species continent, neque ab his ullo modo continentur. Primum generis & differentiarum similitudines colligit, ac primum quidem ponit hanc. Dicit enim commune esse generi ac differentiæ, ut species claudãt. nam sicut genus sub se habet species, ita etiam differentia, & si non tot quot habet genus. Etenim quoniam genus differentiam etiam claudit, & non unam tantum sub se differentiam cohercet ac retinet, plures necesse est ut habeat sub species, quam quęlibet una earũ quas claudit differentiarũ: ut animal prædicaẽ de rationabili & irrationabili. Quod si ita est, prędicabiẽ & de his quę sub ratiõali sunt positę speciebus, & de his quę sub irrationali. Est ergo cõmune animali & rationali, id est generi & differẽtiæ, q; sicut genus de deo & homine prędicatur, ita etiã rationale quod est differẽtia, de deo & de homine dicit. Sed non tantũ hęc prędicatio funditur quantũ animalis, id est generis. Animal enim nõ de deo solũ atq; homine dicit, sed de equo, & boue prædicatur, ad quæ rationalis differentia nõ peruenit. Sed quandocũq; deũ supponimus animali, secundum eorum opinionem facimus, qui solem, stellasq; atq; totum hunc mundum animatum esse confirmant, quæ etiam deorũ nomine (ut sæpe dictum est) appellauerũt. Secunda item cõmunio est generis ac differentię, quoniam quæcunq; prędicãtur de

genere ut genera, eadem & de his quæ ſub ipſo ſunt ſpeciebus prędicãtur ad hãc ſimilitudinem: & quæcũq; prædicantur de differẽtia ut differẽtia, eadẽ quoq; & de his quę ſub ipſa differẽtia ſunt, ut differẽtię p̃dicant̃. Cuius ſentẽtię talis eſt expoſitio: Sũt plura quę de generibus prędicantur, ut genera. ut de animali dicitur animatũ & ſubſtãtia, atq; hęc ut genera. Hęc igitur prędicant̃ & de his quę ſub animali ſunt, rurſuſq; ut genera. nam hominis, & animatũ & ſubſtãtia genus eſt, ſicut ante fuerat animalis. Item in ipſis differentijs quędam differentię inueniuntur quæ de ipſis differentijs prædicantur, ut de rationali duæ differentię dicũtur. Quod enim rationale eſt utitur ratione, uel habet rationẽ. Aliud eſt autem uti ratione, aliud eſt habere rationẽ, ut aliud eſt habere ſenſum, aliud uti ſenſu. Habet quippe ſenſum & dormiẽs, ſed nõ utitur. Ita quoq; dormiens habet rationem, ſed minime utitur. ergo ipſius rationabilitatis quędã differentia eſt ratione uti, ſed ſub rationabilitate poſitus eſt homo. Prædicatur igitur de homine ratione uti, ut quædam differẽtia. Differt enim à cæteris animalibus homo, quia ratione utitur. Demonſtratũ eſt igitur quòd ſicut ea quę de genere prędicantur, dicuntur de generi ſubiectis: ita etiam ea quę de differentia prędicantur, dicuntur de his quæ differentijs ſuis ſupponũtur. Tertium cõmune eſt, quòd ſicut abſumptis generibus, ſpecies interimũtur, ita cõſumptis differentijs ſpecies de quibus differentię prædicantur intereunt. Cõmune enim eſt hoc, uniuerſaliũ in ſubſtantia pereuntium perire ſubiecta. Sed prima cõmunio demõſtrauit genera de ſpeciebus prædicari, ſicut etiam differentias. Propter hanc igitur ſimilitudinem ſi auferantur genera, ſpecies pereunt. Sic etiam ſpecies perire neceſſe eſt quę ſub differẽtijs ſunt, ſi uniuerſales earum differentię conſumantur, cuius exemplum eſt: Si enim auferas animal hominem atq; equum ſuſtuleris, quę ſunt ſpecies poſitę ſub animali. Si auferas rationale, hominem deumq; ſuſtuleris, qui ſunt ſub rationali differentia collocata. Et de communitatibus quidem hactenus, nunc de generis & differentiæ diſſimilitudine perpendit.

Propriũ autem generis eſt de pluribus prędicari quàm differẽtia, & ſpecies, & proprium, & accidẽs. animal enim de homine, & equo, & aue, & ſerpente prædicatur. Quadrupes uero de ſolis quatuor pedes habentibus. homo uero de ſolis indiuiduis hominibus. itẽ hinnibile de ſolo equo & de his qui ſunt particulares: ſimiliter & accidẽs de paucioribus quàm genus. Oportet aũt differentias accipere quibus diuiditur genus, non eas quæ complent ſubſtantiam generis. Amplius, genus continet differentiam poteſtate. animalis enim hoc quidem rationale eſt, illud uero irrationale: differentiæ uero non cõtinent genera. Amplius, genera quidẽ priora ſunt his quæ ſub ſe ſunt poſitę differentijs, & propter hoc ſimul quidem eas auferunt: non autem ſimul auferuntur ab eis. ſublato enim animali aufertur rationale, & irrationle, differentiæ uero non auferunt genus. nam etiam ſi omnes interimantur, tamen ſubſtantia animata ſenſibilis, intelligi poteſt, quę eſt animal. Amplius, genus in eo quod quid eſt, differentia in eo quod quale quid eſt prædicatur, quemadmodum dictum eſt. Amplius, genus unum quidem eſt ſecundum unamquamque ſpeciem, ut eſt hominis animal, differentiæ uero plures, ut rationale, mortale, mẽtis & diſciplinæ ſuſceptibile, quibus ab alijs differt. Amplius, genus quidem ſimile eſt materiæ, formę uero differentia: cum autem ſint, & alia communia, & propria generis & differentiæ, nunc iſta ſufficiant.

Proprium

Proprium quidem quid ſit conuenienti atq; integro uocabulo diffinitum eſt. Sed per abuſionem illa etiam propria quorumlibet dicuntur, quæ in unaquaq; re ab alijs continent differentiam, licet cum alijs ſint ea ipſa communia. Per ſe quippe proprium eſt homini quod ei omni, & ſoli, & ſemper adeſt, ut riſibilitas: per uſurpatam uero locutionem etiam propriũ hominis rationabilitas dicitur, non per ſe proprium, quippe cũ ei cum deorum eſt natura cõmune, ſed homini rationabilitas propriũ dicitur, ad diſcretionem pecudis quod rationale non eſt: id uero propter hanc cauſam, quoniam id proprium uniuſcuiuſque dicitur quod habet ſuum. quo igitur quis ab alio differt, proprium eius non abſurda uſurpatione prædicatur. Sed nunc quod dicit proprium generis eſſe de pluribus prædicari quàm cætera quatuor, idipſum generis tale proprium eſt, quale per ſe propriũ dici ſolet, id eſt quod ſemper, & ſoli, & omni adſit generi. Generi enim ſoli adeſt, ut differentia, ſpecie, proprio atq; accidente uberius atque affluentius prædicetur. Sed de his differentijs, propriis atq; accidentibus, id dici poteſt, quę ſub quolibet genere ſunt, id eſt de differentijs quidem quæ quodlibet diuidunt genus: ſpecie uero quæ diuiſibili generis differentia informatur. Proprio autẽ illi ſpeciei quæ ſub illo genere eſt, quod differẽtijs eſt diuiſiuum, accidentibusq; quæ his hærent indiuiduis quæ ſub ea ſpecie ſunt, quam deſignatum genus includit. Hoc facilius exẽpla declarant. Sit enim genus animal, quadrupes ac bipes differẽtiæ ſub animalis poſitæ cõtinentia, homo atq; equus ſpecies ſub eodem genere conſtitutæ, riſibile atque hinnibile propria earundem ſpecierum, uelox & bellator, accidentia quæ his indiuiduis accidunt, quæ ſub ſpeciebus hominis atq; equi continentur. Animal igitur quod eſt genus, prędicatur de quadrupede & bipede quę ſunt differẽtiæ: quadrupes uero non dicitur de bipede, ſed tantum de his animalibus quæ quatuor pedes habent. Plus igitur prædicatur genus quàm differentia. Rurſus homo de Platone, & Socrate prædicatur, & de cęteris: animal uero non modo de hominis indiuiduis, uerumetiam de cæteris irrationabilibus indiuiduis dicitur. plus igitur genus quàm ſpecies prædicatur. Sed cum ſit propriũ equi hinnibile, cumq; genus quàm ſpecies uberius prędicetur, prædicatio quoq; generis proprij ſupergreditur prædicationem. Accidẽs quoq;, & ſi pluribus ineſſe poteſt, tamen ſæpe genere cõtractius inuenitur, ut bellator, non proprie niſi homo dicitur, & uelocitas in paucis animalibus inuenitur: quo fit, ut genus & differentia, & ſpecie, & proprio, & accidẽte, amplius prædicetur. Atq; hæc eſt una proprietas generis quę genus ab alijs omnibus diſiungat ac ſeparet. Oportet autem inquit nunc eas differentias intelligere, quibus diuidi tur genus, non quibus informatur genus. illę enim à quibus informatur genus, plus quàm ipſum genus ſine dubio prędicantur, ut animatũ & corporeũ ultra animal tendunt cũ ſint differentię animalis non diuiſiuæ, ſed potius conſtitutiuæ. Omnia enim ſuperiora de inferioribus prædicantur. Quæ uero de inferioribus prędicantur, neq; conuerti poſſunt, hęc ab eis quę inferiora ſunt amplius prædicantur. Poſt hoc aliud proprium generis oſtendit quo ab his differentijs quæ ſub eodem ſunt poſitę ſegregatur. Omne enim genus continet differentias poteſtate: differẽtia uero genus non poteſt continere. Animal enim rationale atq; irrationale continet poteſtate. neque enim rationabilitas, aut irrationabilitas animal poterit continere. Poteſtate aũt ait, continere animal differentias, quia (ut ſuperius dictum eſt) genus quidem omnes habet ſub ſe differentias poteſtate, actu uero minime: ex quo fit, ut alia proprietas oriatur. Sublato enim genere, perit differentia: ueluti ſublato animali interimitur rationabilitas, quod eſt differẽtia. At ſi rationabile interimas, irrationabile animal manet. Sed obijci poteſt, quid ſi utraſq; differẽtias ſimul abſtulero, num poterit remanere genus? Dicimus poteſt. Vnũquodq; enim nõ ex his de quibus prædicatur, ſed ex his, ex quibus efficitur ſubſtantiã ſumit. Itaq; fit, ut genus ſublatis differentijs diuiſiuis permanere poſſit, dum tamen maneant illę, quę ipſius generis formam ſubſtantiamq; conſtituunt. Quoniam enim animal animata atq; ſenſibilis differentiæ cõſtituunt:

tuunt: hę ſi maneañt atq; iungantur, perire animal non poteſt, licet ea pereãt de quibus animal prædicatur, rationale ſcilicet atq; irrationale. unumquodq; enim (ut dictum eſt) ex his ſubſtantiæ proprietatẽ ſumit, ex quibus efficitur, non ab his de quibus prædicatur. Amplius ſi utraſq; differentias genus poteſtate cõtinet, ipſum per ſe neutram earũ intra ſe poſitam collocatamq; cõcludit: quod ſi actu quidẽ eas non continet, ſed poteſtate, actu etiam ab his poterit ſeparari. hoc ipſum enim, quod eſt eas poteſtate cõtinere, id erat actu nõ cõtinere. Genus uero, quia quaslibet differentias actu non cõtinet, actu ab eiſdẽ etiã ſeparatur. Rurſus aliud eſt generis propriũ, quod ex proprietate prædicationis, agnoſcitur. Omne enim genus ad interrogationem quid eſt unumquodq;, reſponderi cõuenit, ut animal in eo quod quid eſt de homine prędicatur: differentia uero minime, ſed in eo quod quale ſit. omnis enim differentia in qualitate cõſiſtit. Sed hoc proprium tale eſt quale ſuperius diximus nõ per ſe, ſed ſecundũ alicuius differẽtiam dictũ, alioqui cõmune eſt hoc generi cum ſpecie, ut in eo quod quid ſit prędicetur: ſed quia hac in re genus à differẽtia diſcrepat, quoniam differentia quidem in eo quod quale eſt, genus uero in eo quod quid eſt prædicatur, generis propriũ dicitur nõ per ſe, ſed ad differentię cõparationem, & in omnibus reliquis eandem rationem cõueniet ſpeculari. quodcunq; enim ita proprium generi dicitur, ut nulli ſit alij cõmune, ſed tãtum hoc genus habeat, & ſemper, id ſecundum ſe propriũ nuncupatur: quicquid uero cum alio commune eſt, id non per ſe, ſed ad alterius differentiam propriũ dicitur. Alia rurſus generis & differentiæ ſeparatio eſt, quòd genus quidem ſpeciei unũ ſemper adeſt, ſcilicet proximũ. plura enim poſſunt eſſe ſuperiora, uelut hominis animal atque ſubſtantia, ſed proximum eiuſdem hominis animal tantum: differẽtię uero plures uni ſpeciei adeſſe poterũt, ut rationale atq; mortale homini. Itaq; fit diffinitio ex uno quidem genere, ſed pluribus differentijs, ut hominis animal rationale atq; mortale. Rurſus alia diſcretio eſt, quod genus quidem uelut quendam ſubiecti locum tenet, differentia uero formę, ita ut illud ſit materia quædam, quę figuram ſuſcipiat: hęc uero ſit forma, quę ſuperueniens ſpeciei ſubſtantiã rationemq; perficiat. Idcirco pluribus differentijs à genere differentiã ſegregauit, quia hæc maxime generis quandam ſimilitudinem continet, quia eſt uniuerſalis, & præter genus inter cætera maxima. Sed cum alia plura cõmunia, pluraq; propria generis inter ſe ac differentię ualeant inueniri, ſufficiant nunc inquit iſta. Satis eſt enim ad diſcretionem quaslibet differẽtias aſſumere, etiamſi quæ dici poſſunt non omnia colligantur.

Genus autem, & ſpecies commune quidem habent de pluribus prædicari, quemadmodum dictum eſt. Sumatur autem ſpecies, ut ſpecies ſolum, non autem ut genus, ſi fuerit idem ſpecies & genus. Commune his eſt etiam hoc, priora his eſſe de quibus prędicantur, & totum quoddam eſſe utrunq;.

Generis & ſpeciei enumerat tria communia, unum quidem de pluribus prędicari. genus enim & ſpecies de pluribus prędicantur, ſed genus de ſpeciebus, ut dictum eſt, ſpecies uero de indiuiduis. Sed nũc de illa ſpecie loquitur quæ tantum ſpecies eſt, ut homo, id eſt quę non etiam genus eſt, ſed ultima ſpecies. Quod ſi talem ſpeciem ponamus quæ etiã genus eſſe poteſt, ac de ea dicamus q; cõmune habet cum genere de pluribus prædicari, nihil intereſt an ita dicamus, ipſum genus id ſecum habere commune, de pluribus prædicari. Talis eſt enim ſpecies quę non ſolum eſt ſpecies, ſed etiam genus eſt. Eſt autem commune his quoq; quòd utraq; priora ſunt his de quibus prędicantur. Omne enim quod de pluribus prædicatur, ſi recto (ut ſuperius dictum eſt) ordine dicatur, prius eſt his de quibus prędicatur. Pręterea eſt illis hoc etiã commune quod genus ac ſpecies totum ſunt eorum quæ intra ſuum ambitum continent & cohercent. omnium enim ſpecierum totum genus eſt, & omnium indiuiduorum

duorum totum eſt ſpecies. Aeque enim genus & ſpecies adunatiua eſt plurimorũ, quod uero multorum adunatiuum eſt, id eorum quę ad unitatis formam reducit, recte dicitur totum.

Differunt autem eo quòd genus quidem ſpecies cõtinet, ſpecies uero continẽtur, & non cõtinent genera. De pluribus enim prędicatur genus quàm ſpecies. Amplius genera quidẽ prę̃iacere oportet, & informata differentijs ſpecificis perficere ſpecies. unde & priora ſunt naturaliter genera, & ſecũ ſpecies interimentia, nec tamen ab eis interimuntur. nam ſi ſpecies ſit, eſt & genus: genus uero ſi ſit, non omnino erit ſpecies. Et genera quidẽ uniuoce de ſpeciebus prædicantur, ſpecies uero de generibus minime. Amplius genera quidem excedunt eas quæ ſub ipſis ſunt ſpecies, cõtinentia: ſpecies autem excedunt genera proprijs differentijs. amplius nec ſpecies fiet unquã generaliſſimum, nec genus fiet unquam ſpecialiſſimum.

Expeditis cõmunibus generis & ſpeciei, nunc de eorũ diſcretione pertractat. Differre enim dicit genus à ſpecie, quoniã genus continet ſpecies: ut animal cõtinet hominem, ſpecies uero non cõtinet genera, neq; enim homo de animali prædicatur. Itaq; fit ut ſpecies quidem cõtineatur à generibus, nunquã uero contineat genera. Omne enim quod amplius prædicatur, illius eſt continens, quod minus dicitur. Quod ſi genus amplius prędicetur quàm ſpecies, neceſſe eſt, ut ſpecies quidẽ contineatur à genere. genus uero nullo modo ſpeciei ambitu prædicationis includatur: huius autẽ ratio eſt, quoniã genus ſemper ſuſcipiẽs differentiã, ſpeciem facit. hoc eſt genus quod habet latiſſimã prædicationẽ, coartatum in differentias & cõtractum facit ſpeciem. omnino enim generi iuncta differẽtia ſpeciẽ reddit, & ex uniuerſalitate, & latiſſima prędicatione in anguſtũ ſpeciei terminum contrahit. Animal enim cuius prædicatio per ſe longè lateq; diffuſa eſt, ſi corripiat rationalis differentiã & mortalis, diminuit atq; cõtrahit in unũ hominis ſpeciem: unde fit ut minor ſit ſemper ſpecies quàm genus, atq; ideo contineatur ſed non contineat, ſublatoq; genere auferatur ſpecies. ſi enim totũ auferas pars nõ erit, quod ſi ſpecies auferatur genus manet: ueluti cũ animal ſuſtuleris, interimitur etiam homo, ſi hominem auferas, animal reſtat, hoc etiam cauſa eſt, ut genus de ſpecie uniuoce prædicetur, id eſt ut ſpecies ſuſcipiat diffinitionem generis & nomen, ſed non è conuerſo, diffinitionẽ quippe ſpeciei genus ſuſcipere nõ uidetur, ſubſtantiã enim priorũ inferiora ſuſcipiũt. Si enim diffinias animal, & dicas, ſubſtantiã eſſe animatã atq; ſenſibilem: aut ſi prædices de homine animal, uerũ dixeris. Si etiã animalis diffinitionẽ de homine prædicaueris, dicas q; hominem eſſe ſubſtantiam animatam atq; ſenſibilem, nihil fuerit in propoſitione falſi, ſed ſi hominis rationem reddas, animal rationale mortale, ea animali non cõueniunt. neque enim id q; animal eſt, id dici poterit animal rationale mortale. fit igitur, ut ſicut ſpecies generis nomẽ ſuſcipit, ita etiam capiat diffinitionẽ: & ſicut genus nomẽ ſpeciei non ſuſcipit, ita nec eiuſdem diffinitione monſtretur, ſed cuius nomẽ & diffinitio de aliquo prædicatur, id uniuoce dicitur. Cum igitur generis & nomen & diffinitio de ſpecie prædicetur, genus de ſpecie uniuoce dicitur. Quoniam uero ſpeciei de genere neq; nomen neq; diffinitio prædicatur, non cõuertitur uniuoca prædicatio. Differũt genera à ſpeciebus hoc quoq; modo, quòd genera ſuperuadũt ſpecies ſuas aliarum continentia ſpecierum: ſpecies uero genera differẽtiarum pluralitate. Animal enim quod eſt genus, ſuperuadit hominem, quod eſt ſpecies, quia non hominem ſolum cõtinet, uerũ etiam bouem, equũ aliasq; ſpecies, quas ſuæ prædicationis ſpatio includit. Species uero ut homo, ſuperuadit genus, ut animal multitudine differentiarum. Nam actu genus non habet rationale uel mortale, nullas quippe actu genus retinet

differentias, eaſdem ſpecies ſuæ ſubſtantiæ inhærentes atq; inſitas tenet. Homo enim rationalis eſt atq; mortalis, quod genus minime eſt. Animal enim neque mortale eſt per ſe neq; rationale. Quod ſi genus quidē plus quàm unam continet ſpecie, at uero ſpecies multis differentijs informātur, ſuperat quidē genus ſpeciem continentia ſpecierū, ſpecies uero uincit genus differentiarum pluralitate. Illa quoq; eſt differentia, quòd genus quoniā omniū primū eſt, nunq; in tantum deſcendere poterit ut fiat ultimum: ſpecies uero quę cunctis eſt inferior, nunq; in tantū aſcendere poterit, ut ſuprema omniū fiat. nunquam igitur nec ſpecies generaliſſimū fiet, nec genus ſpecialiſſimum. Sed ex his quæ dictæ ſunt differentijs, aliæ ſunt quæ genus à ſpecie proprię coniunctæq; diſterminant: aliæ uero quæ non ſolum genus à ſpecie, uerumetiam à cæteris deducūt ac diſterminat. neq; enim de his tantū oportet differētijs quæ ſunt dictæ, uerūetiam in cęteris cōſiderare, ſi proprie normā diſcretionis quęrimus agnoſcere.

Generis aūt & proprij cōmune quidē eſt ſequi ſpecies: namq; ſi homo eſt, animal eſt: & ſi homo eſt, riſibile eſt. Cōmune eſt quoq; æqualiter prædicari genus de ſpeciebus, & proprium de his quæ participāt illo indiuiduis. æqualiter enim & homo & bos animal eſt, & Cicero & Cato ſunt riſibiles. Commune demum eſt his uniuoce prędicari, genus de proprijs ſpeciebus, & proprium de his quorum eſt proprium.

Tria interim generis ac proprij dicit eſſe cōmunia, quorū primū illud eſt, quoniam ita genus ſequitur ſpecies ut propriū. poſita enim ſpecie neceſſe eſt intelligamus genus & propriū. neutrū enim ſpecies proprias derelinquit. nā ſi homo eſt, animal eſt: ſi homo eſt, riſibile eſt. ita quemadmodū genus, ſic propriū ab ea ſpecie cuius eſt proprium non recedit. Illud quoq; eſt cōmune quòd æqualis eſt generis participatio, ſicut etiam proprij. Omne enim genus æqualiter à ſuis ſpecibus participatur, propriū uero indiuiduis omnibus æqualiter adhæreſcit. Manifeſtū eſt autē participatione eſſe generi æquale proprium. neq; enim plus homo animal eſt, quàm equus atq; bos, ſed in eo quod ſunt animalia, æqualiter animalis, id eſt generis uocabulū trahunt. Cato enim & Cicero æqualiter riſibiles ſunt, etiāſi æqualiter nō rideant. in eo enim q; apti ad ridendū ſunt, dici riſibiles poſſunt, non quòd ſemper rideant. Aequaliter ergo ea quæ ſub genere ſunt, ſuſcipiūt genus, ſicut ea quę ſub proprijs propria. Tertiū illud, quòd ſicut genus de proprijs ſpeciebus uniuoce prędicaē, ita etiā propriū de ſua ſpecie uniuoce dicitur. Genus enim quoniā ſubſtantiā ſpeciei continet, non modo eius nomen de ſpecie, uerūetiam diffinitio prędicatur. Propriū uero quia ſpeciem non relinquit, eiq; ſemper æquatur, nec in aliā ſpeciem trāſgreditur, nec infra ſubſiſtit, diffinitionē quoq; propriū ſpeciebus tradit. cuius enim nomen uni tantum conuenit ſpeciei cui æquatur, dubitari non poteſt, quin eius quoque diffinitio ſpeciei conueniat. Quo fit ut ſicut genus de ſpeciebus, ita proprium de ſua ſpecie uniuoce prædicetur.

Differūt autē, quoniā genus prius eſt, poſterius propriū. oportet enim eſſe prius animal, de hinc diuidi differentijs & proprijs. Amplius, genus quidē de pluribus ſpeciebus prędicatur quarum eſt genus, propriū uero de una ſola ſpecie cuius eſt propriū. Amplius, propriū quidem cōuerſim de eo cuius eſt propriū prędicatur, genus uero de nullo cōuerſim prędicatur. nam nec ſi animal eſt, homo eſt: nec ſi animal eſt, riſibile eſt: ſi uero riſibile eſt, homo eſt, & ecōuerſo. Amplius, omni ſpeciei ineſt proprium cuius eſt proprium & ſoli & ſemper, genus uero omni quidē ſpeciei ineſt cuius fuerit genus, & ſemper, nō tamē ſoli. Amplius propria quidē interēpta non ſimul interimūt genera:

genera: genera uero interempta interimunt ſpecies quarum ſunt propria. Quare his interemptis quorum ſunt propria, & ipſa ſimul interimuntur.

Tale rurſus proprium ſumit, quòd ad alterius cōparationem propriū nūcupetur. dicit enim propriū eſſe generis, prius eſſe ęq; propria. Oportet enim prius eſſe genus, quod ueluti materia differentijs ſupponatur, ueniētibus; q; differentijs fieri ſpeciē cū quibus propria naſcuntur. Si igitur prius eſt genus quàm differentiæ, prius etiā differentiæ quàm ſpecies, & ſpeciebus propria coęquētur, non eſt dubium quin propria generibus poſteriora ſint, ac per hoc quod dictum eſt, proprium eſſe generis, prius eſſe quàm propria: cōmune hoc eſt generi cum differentia. Differentiæ enim ſpecies cōformantes priores conſiderantur eſſe quàm propria. Siquidē ſpeciebus ipſis priores ſunt, quas propria ratione determinant: ſed ut dictum eſt hoc proprium, ad differentiam proprij intelligendum eſt, non quale ſuperius proprium per ſe conſtitutum eſt. Rurſus differt genus à proprio, quod genus quidem de pluribus prædicatur ſpeciebus, proprium uero minime. nam neque genus eſt, niſi plures ex ſe ſpecies profe-rat, nec propriū ſi alteri cuilibet ſpeciei poſſit eſſe cōmune. Fit igitur ut genus quidē plurima ſub ſe ſpecies habeat, ut animal hominem atq; equū: proprium uero unam tantū, ſicut riſibile, hominē. quo fit ut illa quoq; proprietas ex differentia naſcatur. genus enim prædicatur quidē de ſpeciebus, ipſum uero in nulla prædicatione ſupponitur: proprium uero & ſpecies alterna prædicatione mutantur. Fit enim prædicatio aut à maioribus ad minora, aut ab æqualibus ad æqualia. Genus igitur quòd maius eſt, de ſpeciebus omnibus prædicatur: ſpecies uero quoniā minores ſunt, de generibus dicuntur, ut animal de homine dicitur, homo uero de animali nullo modo prædicatur. At uero propriū quoniam ſpeciei æquale eſt, æque prædicaē atq; præponitur: ut riſibile de homine dicitur. omnis enim homo riſibilis eſt, eodemq; modo conuertitur, omne enim riſibile homo eſt. Differt etiam propriū à genere, quòd proprium uni ſpeciei & omni & ſemper adeſt: genus uero ex his quidē duo retinet, in uno uero diuerſum eſt. nam ſpeciebus ſuis & ſemper adeſt & omnibus non uero ſolis. hoc enim erat tantū proprijs eſſe, quòd ſingulas ſpecies tantum cōtinent. hoc enim generibus quòd plures. igitur propria quidem ſingulas obtinēt ſpecies, genera uero non ſingulas. adeſt igitur proprium uni ſoli ſpeciei & ſemper & omni: genus uero & omni quidem & ſemper, ſed non ſoli: ut riſibile homini ſoli, animal uero eidem homini, ſed non ſoli. præeſt enim cunctis quæ irrationabilia nuncupamus. Præterea ſi auferamus genus, ſpecies interimuntur, nam ſi non ſit animal, non erit homo: ſi auferamus ſpecies nō interimitur genus, nam ſi non ſit homo, animal non peribit. Species uero & propria, quoniam ſunt æqualia, alterna ſe uice conſumunt. nam ſi non ſit riſibile homo non erit: ſi homo non ſit, riſibile non manebit. Cōſumunt igitur genera ſub ſe poſitas ſpecies, non uero ab his inuicem conſumuntur: ſpecies uero & proprium inuicem perimuntur & perimunt.

Generi uero & accidenti commune eſt de pluribus (quemadmodū dictum eſt) prędicari, ſiue ſeparabile ſit accidens, ſiue inſeparabile. etenim & moueri de pluribus, & nigrum de coruis & de æthiopibus & aliquibus inanimatis prædicantur.

Nihil eſt quod inter cætera ita ſit à generis ratione diſiunctum ſicut eſt accidēs. nam cum genus cuiuslibet ſubſtantiam monſtret, accidens uero à ſubſtantia longè diſiunctum ſit, & extrinſecus ueniens, nihil uero notius cōmune poteſt habere cum genere quàm de pluribus prædicari. Genus enim de pluribus prædicatur ſpeciebus, accidens uero non modo de pluribus ſpeciebus, uerumetiam generibus animatis atq; inanimatis, ut nigrum dicitur de rationali homine & de irrationali coruo, & de inani

Genus. Differentia. Species. Proprium. Accidens.



Quę cum ita ſint, in generibus quòcp & ſpeciebus & cæteris idem cõſiderabitur. Erũt ergo quatuor differentiæ, quibus genus à differẽtia ſpecie, proprio, accidẽtiq; diſiungit. Aliæ rurſus quatuor, q̃bus differẽtia à genere, ſpecie, proprio atcp accidenti diſcrepat. Rurſus quatuor ſpeciei ad genus, differẽtiam, propriũ atcp accidẽs. Quatuor etiã proprij ad genus, differentiã, ſpeciẽ, atque accidẽs. Quatuor inſuper accidẽtis ad genus, differentiã, ſpeciẽ atcp propriũ: quę cõiunctæ omes uiginti explicant differentias. Sed hoc fiet ſi ad numeri referatur naturam, comparationis q̃ alternationem. nam ſi ad ipſas differentiarũ naturas uigilãs lector aſpiciat, eaſdẽ ſæpe ſumptas differentias inueniet. Quo enim genus differt à differentia, eodẽ differentia diſtat à genere: & quo differentia diſtat à ſpecie, eodẽ ſpecies à differentia diſgregatur, & in cæteris eodẽ modo. In hac igitur differentiarũ diſpoſitione, quam ſupra diſpoſui, eaſdem ſæpius annumeraui. At ſi differentiarum ſimilitudines detrahamus decem fient omnino differentię, quas ad præſentẽ tractatũ uelut diuerſas atcp diſſimiles oportet aſſumi. Age enim differat genus à differentia, ſpecie, proprio atcp accidenti, quatuor differẽtijs, quas ſuprà iam diximus. Item ſumamus differentiam, diſtabit hęc à genere primum, dehinc à ſpecie, proprio atque accidenti: ſed quo diſcrepet à genere iam ſuperius explicatum eſt, cum diceremus quo genus à differẽtia diſcreparet. Detracta igitur hac cõparatione, quoniam ſuprà cõmemorata eſt, relinquuntur tres diſcrepantiæ, quibus differentia à ſpecie, proprio, accidentiq; diſiungitur, quæ iunctæ cum ſuperioribus quatuor, ſeptem reddũt differẽtias. Poſt hanc ſpecies ſi ſumatur, quatuor quidem eius erunt differentiæ ſecũdum numeri diuerſitatẽ, cum ad genus, differentiã, proprium atcp accidẽs cõparatur, ſed priores duæ comparationes iam dictæ ſunt. nam quo ſpecies differat à genere tunc dictum eſt, cum quid genus differret à ſpecie dicebamus: quo uero ſpecies à differentia diſtet commemoratum eſt, cum differentiæ ad ſpeciem diſſimilitudines redderemus. Quibus detractis duę ſuperſunt integræ atque intactæ ſpeciei ad proprium & accidens diſcrepantiæ. Quę iunctæ cum ſeptem, nouem differentias copulant: proprij uero ſi ad numerum differentię cõſiderentur, quatuor erunt ſcilicet ad genus, differentiam, ſpeciem atcp accidens cõparati, quarũ quidem tres ſuperiores differẽtię iam dictę ſunt. Nam quid à genere proprium diſtet, tunc dictum eſt, cum quid genus à proprio diſtaret oſtendimus. Rurſus quid propriũ à differentia diſcrepet, in colligenda diſtantia differẽtiæ proprijq; ſuperius demonſtratũ eſt: nam quid proprium differat à ſpecie, tũc expoſitum eſt, quando quid ſpecies diſtaret à proprio dicebaẽ. Reſtat igitur differentia una proprij ad accidens, quæ ſuperioribus iuncta, decem differẽtias claudit: accidentis uero ad cætera poſſent quidem eſſe quatuor, niſi iam omnes probarentur eſſe conſumptæ. Nam quid differat uel genus, uel differentia, uel ſpecies, uel propriũ ab accidenti ſuprà monſtratum eſt: nec ſunt plus diuerſæ differentiæ accidentis ad cætera, quàm cæterorum ad accidens. Itacp fit, ut cum ſit quinque rerum numerus, ſi prima aſſumatur, quatuor fiant differentiæ: ſi ſecũda, tres, uincanturq; ſecundę rei ad cæteras differentiæ, à primis ad cæteras una tãtum diſtãtia. Nam cum prima habuerit quatuor, ſecunda retinet tres: tertia uero ſi ſumatur, duas habebit differentias, quę uincuntur à primis quatuor differẽtijs duabus. quarta uero ſi ſumatur unam habebit differentiam, quę uincitur à primis quatuor differẽtijs tribus. quinta uero, quoniam nullam habebit omnino differẽtiam nouã, totis quatuor à primis differentijs ſuperatur, atcp hoc numerorũ gradu quidem uſque ad denarium numerum tenditur, quatuor, tres, duæ, una: ut generis quidem quatuor, differentiæ uero tres, ſpeciei duæ, proprij una, accidentis

accidẽtis nulla ſit. Primæ generis quidẽ cõparationes quatuor nouas tenẽt differentias: ſecũdę uero differẽtię cõparationes tres nouas tenẽt. una enim ſuperius enumerata est: ſt uincit autẽ à primis quatuor nouis differentijs una tantũ: ſpeciei uero tertia cõparatio duas tantũ habet differẽtias nouas, duas quippe ſuperius enumeratas cognoſcimus, & uincitur à quatuor primis duabus tantũ differentijs nouis: propriũ uero unam tãtum retinet nouam, quoniam tres habet ſuperius enumeratas, uincituրq; à prima, nouis tribus differentijs: quinti uero accidentis comparationes, quoniã nullam retinent nouam differentiã, totis quatuor à primis generis tranſcendũtur. Atcp ad hunc modum ex uiginti differentijs ſecundum numerum decem ſecundũ diſſimilitudinẽ contrahuntur, ut tamen has ſecundũ diſſimilitudinẽ differentias non in quinario tantum numero, uerum in ceteris quoq; notas habere poſſimus, dabitur regula talis, quę plenam differẽtiarum diſſimilitudines in qualibet numeri pluralitate reperiat. Propoſitarum enim numero rerum ſi unum dempſeris, atcp id quòd dempto uno relinquitur, in totam ſummam numeri multiplicaueris, dimidium eius quod ex multiplicatione factum eſt, coequaliter ei pluralitati quam propoſitarum rerum differentiæ cõtinebant. Sint ergo res quatuor, a. b. c. d. his aufero unã, fiunt tres. has igitur per totam ſummam quater multiplico, fient duodecim. horum ſi dimidium teneo, ſex erũt. Tot erunt igitur differẽtiæ inter ſe rebus quatuor cõparatis. a. quippe ad b. & c. & d. tres retinet differentias. Rurſus b. ad c. & d. duas: c. uero ad d. unã. quæ iunctæ ſenarium numerum complent: atque hanc quidem regulam ſimpliciter ac ſine demonſtratione nunc dediſſe ſufficiat. In prędicamẽtorum uero expoſitione, ratio quoque cur ita ſit, explicabitur.

Cõmune ergo eſt differentiæ & ſpeciei æqualiter participari. homini enim æqualiter participant particulares homines, & rationali differentia. Commune quoq; eſt & ſemper adeſſe his quæ eorum participant. ſemper enim Socrates rationalis eſt, & ſemper homo eſt.

Dictũ eſt ſæpius ea quæ ſubſtantiam formãt nec remiſſione cõtrahi, nec intenſione produci. unicuiq; enim id q̃ eſt, unũ atcp idem eſt. Quod ſi differẽtia ſpecierum ſubſtantiã monſtrat, ſpecies uero individuorũ, equaliter utracp ab intẽſione & remiſſione ſeiuncta ſunt, quo fit ut æqualiter participentur. Omnes enim individui mortales ſunt atcp rationales ſicut homines. nam ſi idem eſt eſſe homini quod eſt eſſe rationale, cum omnes homines æque ſint homines, neceſſe eſt ut ſint æqualiter rationales. Aliud quoq; cõmune habet differẽtia cũ ſpecie, quoniã ita differentiæ ſui participantia nõ relinquũt ut ſpecies. ſemper enim Socrates rationalis eſt. Socrates enim quia rationabilitate participat, ſemper homo eſt, quia ſcilicet humanitate participat. ut igitur differentiæ ſui participantia non relinquunt, ita ſpecies his quę eam participant ſemper adiuncta eſt.

Propriũ autem eſt differentiæ quidẽ in eo quod quale ſit prędicari, ſpeciei uero in eo quod quid eſt: nam & ſi homo uelut qualitas accipiatur, non erit tamen ſimpliciter qualitas, ſed ſecundũ id quod generi aduenientes differenti eum cõſtituerunt. Amplius, differentia quidẽ ſępe in pluribus ſpeciebus cõſideratur, quemadmodũ quadrupedes in pluribus animalibus ſpecie differentibus: ſpecies uero in ſolis his quæ ſub una ſpecie ſunt individuis. Amplius, differentia quidem prior eſt ea ſpecie quę eſt ſub ipſa. ſimul enim ablatũ rationale, interimit hominem: homo uero interẽptus non aufert rationale, cum ſuperſit Deus. Amplius, differẽtia quidem componitur cum alia differentia. rationale enim & mortale compoſitum eſt in ſubſtantiam hominis: ſpecies uero ſpeciei non cõponitur, ut gignant alterã ſpeciem, quędam

enim equa cuidam aſino permiſcetur ad muli generationē. equa enim ſimpli
citer aſino conueniens nunquam perficeret mulum.

Expoſitis cōmunitatibus quantū ad inſtitutionem pertinebat differentiæ & ſpeciei, earundē nunc diſſimilitudines colligit dicens: differunt q̄ ſpecies in eo q̄ quid ſit prædicatur, differentia autē in eo quod quale ſit. Huic differentię poterat quæſtio occurrere. nam ſi humanitas ipſa quæ ſpecies eſt, qualitas quędā eſt, cur dicaē ſpecies in eo quod quid ſit prædicari, cum propter quandā ſuę naturę proprietatē quędam qualitas eſſe uideatur. Huic reſpondemus, quia differentia ſolum qualitas eſt: humanitas uero nō ſolum eſt qualitas, ſed tantū qualitate perficiē. Differētia enim ſuperueniēs generi ſpeciē facit: ergo genus quadā differētiæ qualitate formatum eſt ut procedat in ſpeciem: ſpecies uero ipſa qualis quidē eſt ſecundū differētiam illius quæ eſt pura ac ſimplex qualitas, qua ſcilicet perficiē & cōformatur: qualitas uero ipſa pura ſimplexq̄ nullo modo eſt, ſed ex qualitatibus effecta ſubſtātia. Itaq̄ iure differentia quæ pure ac ſimpliciter qualitas eſt in eo q̄ quale eſt ſciſcitantibus reſpondeē, ſpecies uero in eo quod quid ſit: licet ipſa quoq̄ quædā qualitas ſit nō ſimplex, ſed ab aliis qualitatibus informata. Rurſus illa quoq̄ differētia eſt, quia plures differētia ſub ſe ſpecies cōtinet: ſpecies uero tantū indiuiduis præeſt. Rationalitas enim & hominē claudit & Deum: quadrupes, equū, bouem, canem, & cætera: homo uero ſola indiuidua. atq̄ in aliis ſpeciebus eadē ratio eſt. Idcirco enim diffinitiones quoq̄ ſecutæ ſunt, ut differentia uocareē, quòd de pluribus ſpecie differentibus in eo q̄ quale ſit prædiceē: ſpecies uero q̄ de pluribus numero differētibus in eo q̄ quid ſit prędiceē. Ideo etiā ſuperioris naturæ ſunt differentię q̄ ſpecies, quoniam cōtinentes ſunt ſpecierū. nam ſi quis auferat differentiā, ſpeciē quoq̄ ſuſtulerit, ut ſi quis auferat rationabilitatē hominem Deumq̄ cōſumpſerit: ſi quis uero hominē tollat, rationabilitas manet in reliquis ſpeciebus conſtituta: igitur differentiæ diſtāt à ſpecie, q̄ una differentia plures ſpecies cōtinere poteſt, ſpecies uero nullo modo. Alia rurſus eſt differentia, quoniā ex pluribus differentijs una ſpecies iungiē: ex pluribus uero ſpeciebus nulla ſpeciei ſubſtātia copulaē. Iunctis enim differentijs mortali ac rationali factus eſt homo: iunctis uero ſpeciebus nulla unquam ſpecies informaē. Quod ſi quis occurrat dicens: quoniā permiſtus aſino equus efficit mulum, nō recte dixerit. Indiuidua enim indiuiduis iūcta, indiuidua rurſus alia fortaſſe perficiūt, ipſe uero equus ſimpliciter, id eſt uniuerſaliter, & aſinus uniuerſaliter nec̄q̄ p̄miſceri poſſunt, nec̄q̄ aliquid ſi cogitatione miſceaneē, efficiūt. Cōſtat igiē differētias quidē plurimas ad unius ſpeciei ſubſtantiam cōuenire: ſpecies uero in alterius ſpeciei naturam nullo modo poſſe cōgruere.

Differentia uero & proprium commune quidem habent æqualiter participari ab ijs quæ eorum participant. æqualiter enim rationalia, rationalia ſunt: & riſibilia, riſibilia. item ſemper & omni adeſſe commune utriq̄ eſt. ſi enim curtetur qui bipes eſt, tamē id ad q̄ natū eſt ſemper prædicatur. nā & riſibile ad id q̄ natū eſt ſemper dicitur, ſed nō in eo quod ſemper rideat.

Nunc differentię propriſq̄ cōmunia cōtinua oratione proſequitur. Cōmune enim dicit eſſe proprio ac differētiæ, q̄ æqualiter participaneē. æque enim omnes homines rationales ſunt, æque riſibiles. illud, quia ſubſtantiā monſtrat: iſtud, quia eſt æquū propriæ ſpeciei, & ſubiectā ſpeciē nō relinquit. Aliud etiam his cōmune ſubiungit: æqualiter enim differentia ſemper ſubiectis adeſt, ut propriū. ſemper enim homines rationales ſunt, ut ſemper quoq̄ riſibiles. Sed obiici poterat non ſemper eſſe bipedem hominē, cū ſit bipes differentia, ſi unius pedis perfectione curteē, q̄ tali modo ſolui mus queſtionē. Propria & differētię nō in eo q̄ ſemper habeaneē, ſed in eo q̄ ſemper naturaliter haberi poſſunt, ſemper dicuneē adeſſe ſubiectis. Si enim quis curteē pede, nihil attinet ad naturā, ſicut nihil ad detrahēdum propriū ualet, ſi homo non rideat. Hęc enim nō in eo quod adſint, ſed in eo q̄ per naturā adeſſe poſſint, ſemper adeſſe dicuntur.

dicuntur. Ipſum enim ſemper non actu eſſe dicimus, ſed natura. Nūquam enim fieri poteſt, ut per naturæ ipſius proprietatem nō ſemper homo bipes ſit, etiam ſi fieri poteſt ut uno pede uel ambobus curteē, uel etiā ſi diminuto pede natus ſit. in his enim non ſpeciei atq̄ ſubſtantiæ, ſed naſcenti indiuiduo derogatur.

Proprīū aūt differentiæ eſt, quòd hęc quidem de pluribus ſpeciebus dicitē ſępe, ut rationale de homine & de Deo: proprīū uero de una ſola ſpecie, cuius eſt proprium. Amplius, differentia illis eſt conſequens, quorum eſt differentia, ſed non cōuertitur: propria uero conuerſim prædicatur de his quorum ſunt propria, propter id quod conuertuntur.

Diſtat à proprio differētia, quia differētia plures ſpecies claudit, ac de his omnibus prędicaē: proprīū uero uni tantū ſpeciei coniungitur atq̄ æquaē. Rationale enim de homine atq̄ de Deo prędicatur: quadrupes uero de equo & cęteris quadrupedibus. Riſibile uero unā tantū ſpeciē cōtinet, id eſt hominem. unde fit ut differentia ſemper ſpeciem cōſequatur, ſpecies uero differentiam miniме. Proprīū uero ac ſpecies alternis ſeſe uicibus æqua prædicatione comitaneē: ſequi uero diciē aliquid, quando quālibet re prius nominata, poſterius reliqua cōuenit nuncupari: ut ſi dicā omnis homo rationabilis eſt, prius hominē, poſterius differentiā poſui. ſequiē ergo differētia ſpeciē. At ſi conuertā nomina dicamq̄, omne rationabile homo eſt, propoſitio nō tenet uerit atē. igitur ſpecies nulla ratione differentiā comitaneē: proprīū uero & ſpēs, quia cōuerti poſſunt, mutuo ſe ſequūtur: ut omnis homo riſibilis, & omne riſibile homo.

Differentiæ autem & accidenti commune quidem eſt de pluribus dici: commune uero ad ea quæ ſunt inſeparabilia accidētia ſemper & omnibus adeſſe. bipes enim ſemper adeſt & omnibus coruis, & nigrum ſimiliter.

Duo quidē differētiæ & accidētis cōmunia, pponit, quorū unū inſeparabilibus & ſeparabilibus accidētibus cū differētia cōmune eſt: ab altero uero ſeparabile accidens ſegregaē. Tantū uero inſeparabile ſecūda cōmunione claudit. Eſt enim cōmune differētię cū omnibus accidētibus de pluribus prædicari. nā & ſeparabilia & inſeparabilia accidentia ſicut differētia de pluribus ſpeciebus & indiuiduis prędicanē: ut bipes de coruo atq̄ cygno nuncupatur, & de his indiuiduis quæ ſub coruo & cygno ſunt. Itē de eodē coruo atq̄ cygno albū & nigrū, quę ſunt inſeparabilia accidētia, p̄dicantur. Ambulare enim uel ſtare, dormire ac uigilare de eiſdē dicimus, quę ſunt accidentia ſeparabilia: reliqua uero cōmunitas ea tantū accidentia uideē includere quę ſunt inſeparabilia. nam ſicut differentia ſemper ſubiectis ſpeciebus adhęreſcit, ita eriā inſeparabilia accidentia nunc̄q̄ uidentur deſerere ſubiectū. ut enim bipes quod eſt differentia, nūquam coruorum ſpeciem derelinquit, ita nec nigrum quod accidēs inſeparabile eſt. differentia uero idcirco non relinquit ſubiectū, quoniam eius ſubſtantiam complet ac perficit: accidens uero huiuſmodi eſt, quia nō poteſt ſeparari. nec̄q̄ enim poſſet eſſe accidens inſeparabile, ſi ſubiectum aliquando relinqueret.

Differunt aūt quòd differentia quidem continet & non continetur. cōtinet enim rationalitas hominem & Deū: accidentia uero quodāmodo cōtinent, eo quòd in pluribus ſunt, & quodammodo continentur, eo quòd non unius accidentis ſuſceptibilia ſunt ſubiecta, ſed plurimorum. Et differētia quidem in intenſibilis eſt & irremiſſibilis: accidentia uero minus & magis recipiunt. Amplius, impermiſtæ ſunt quidē cōtrariæ differentiæ, miſcentur uero contraria accidentia. Huiuſmodi quidem cōmuniones & proprietates differentię & cæterorū ſunt: ſpecies uero quo quidē differat à genere & differentia,

rentia,dictum eſt quando dicebamus quo genus & differentia differat à cæ
teris,reliquum eſt quo differat à proprio & accidenti dicere.

Poſt differentiæ & accidẽtis redditas cõmunitates,nunc de eorũ differentijs tractat, ac primũ quidẽ talem proponit: Differentia omnis inquit ſpeciem cõtinet.Rationabilitas enim continet hominẽ,quoniã plus rationabilitas quàm ſpecies, id eſt homo prædicaẽ.ſupergreſſa enim ſubſtantiã hominis in Deũ uſq; diffunditur. Accidentia uero aliquãdo quidem cõtinent,aliquãdo cõtinentur. Cõtinent quidem,quia quodlibet unũ accidens ſpeciebus adeſſe pluribus cõſueuit, ut albũ cygno & lapidi:ut nigrũ coruo & æthiopi atq; ebeno. Cõtinenẽ uero,quoniã plura accidẽtia uni accidũt ſpeciei,ut uideaẽ illa ſpecies plura accidẽtia cõtinere.cũ enim æthiopi accidit ut ſit niger,accidit ut ſit ſimus,ut crĩpus, quæ cũcta accidẽtia ſunt æthiopis,ſpẽs eſt,quæ eſt homo,intra ſe plurima accidentia uideẽ includere.Huic occurri poteſt: qm̃ differentiæ q̃q; aliquo modo cõtinenẽ,alio modo cõtinẽt, ut rationabilitas cõtinet hominẽ. (plus enim q̃ de homine pr̃dicaẽ) cõtinetur quoq; ab homine,quoniã nõ ſolũ hanc differentiã homo cõtinet,uerũetiã mortale. Reſpõdebimus cõtra hoc,Omnia quæcunq; ſubſtantialiter de pluribus prædicantur,ab his de quibus dicũtur non poterũt cõtineri.quo fit ut differẽtia quidẽ non cõtineantur à ſpecie,& ſi ſint plures differentiæ quæ ſpeciẽ informent.Accidẽtia uero cõtinentur,quoniã accidentia ſpeciei ſubſtantiã nulla pr̃dicatione cõſtituunt. nam nec propriè uniuerſalia dicũtur accidentia,cum de ſpeciebus pluribus dicũtur: differentiæ uero maxime dicũtur uniuerſalia & proprie. Quę enim quorũlibet uniuerſalia ſunt,ea neceſſe eſt eorũ quorũ ſunt uniuerſalia etiã ſubſtantiã contínere. quo fit ut quia ſubſtantiã differentiæ monſtrant, intenſione ac remiſſione careant. una enim quæq; ſubſtantia neq; cõtrahi neq; remitti poteſt. At uero accidentia quoniã nullam cõſtitutionem ſubſtãtiæ profitentur intenſione creſcunt,& remiſſione decreſcũt. Illa quoq; eorũ eſt differentia, quòd differentiæ cõtrariq; permiſceri, ut ex eis fiat aliquid, non quæũt: accidẽtia uero cõtraria, & quædã medietas ex alterutra cõtrarietate cõiunguntur.Ex rationabili enim & irrationabili nihil in unũ iungi poteſt: ex albo uero & nigro cõiunctis fit aliquis medius color.Expoſitis igit diſtantijs differẽtiq; ad cætera. reſtat de ſpecie dicere,cuius quidẽ differentias ad genus ante collegimus, cum generis ad ſpeciẽ differẽtias dicebamus, eiuſdem etiam ſpeciei diſtantias ad differentiã diximus,cum differẽtiæ ad ſpeciem diſſimilitudines mõſtrabamus.Reſtat igitur ſpeciem proprio & accidẽti communione coniungere,tum differentijs ſegregare.

Speciei uero & proprij cõmune eſt quidẽ de ſe inuicẽ pr̃dicari.nam ſi homo eſt,riſibile eſt:ac ſi riſibile,homo, riſibile uero ſecundũ id q̃ natũ eſt ridere accipi,ſæpe iam dictũ eſt.Cõmune eſt quoq; æqualiter participari:equaliter enim inſunt ſpẽs his quæ eorũ participãt,& ꝓpria quorũ ſunt propria.

Cõmune inquit habent proprium atq; ſpecies ad ſeipſa pr̃dicationes habere conuerſas. Nam ſicut ſpecies de proprio, ita proprium de ſpecie prædicatur. nam ut eſt homõ riſibilis,ita eſt riſibile homo: idq; iam ſuperius dictum eſſe cõmemorat,cuius cõmunitatis rationẽ ſubdit, eam ſcilicet qua æqualiter ſpecies indiuiduis participantur,ſicut eadem propria his quorum ſunt propria: quæ ratio non uidetur ad conuerſionem prædicationis accommodata, ſed potius ad illam aliam ſimilitudinem, quia ſicut ſpecies æqualiter ab indiuiduis participantur,ita etiam propria. æque enim Socrates & Plato homines ſunt, ſicut etiam riſibiles. Itaq; tanquã aliam cõmunionem debemus accipere illud quod eſt additum: æqualiter enim ſunt ſpecies his quæ eorum participant,& propria quorum ſunt propria. An magis intelligendum eſt hoc modo dictum,tãquam ſi diceret, Æqualia ſunt ſpecies & propria. nam quia ſpecies eorum ſunt ſpecies ,quæ ſpeciebus ipſis participant:& propria eorum propria,quæ

propriis participãt.propriũ atq; ſpecies æqualiter utriſq; inſunt,id eſt neq; ſpecies ſuperuadit ea quę ſpecie participant,neq; propria ſuperuadũt ea quæ propriis participãt. Cũq; hæc propria ſpecierũ ſint propria, ſpecies ac propria æqualia eſſe neceſſe eſt,atq; inuicem prædicari.

Differt autem ſpecies à proprio, quoniã ſpecies quidem poteſt & alijs eſſe genus,propriũ uero aliarũ ſpecierũ eſſe impoſſibile eſt.Et ſpecies quidẽ ante ſubſiſtit quàm propriũ,propriũ uero poſt ſit in ſpecie. oportet enim ante hominẽ eſſe ut ſit riſibile.Amplius ſpecies quidẽ ſemper actu adeſt ſubiecto, propriũ uero aliquãdo actu,poteſtate uero ſemper.homo enim ſemper actu eſt Socrates,non uero ſemper ridet,quamuis ſit natura ſemper riſibilis. Amplius,quorũ termini differentes ſunt & ipſa ſunt differentia: eſt autem ſpeciei quidẽ eſſe ſub genere,& de pluribus differentibus numero in eo quod quid ſit pr̃dicari,& cętera huiuſmodi:ꝓprij uero eſt,ſoli & omni,& ſemp adeſſe.

Primam proprij & ſpeciei differentiam dicit, quoniam ſpecies poteſt aliquando in alias ſpecies deriuari, id eſt poteſt eſſe genus: ut animal,cum ſit ſpecies animati poteſt eſſe genus hominis (ſed nunc nõ de his ſpeciebus loquit quę ſunt ſpecialiſſimæ, atq; hunc cõfundere uideẽ errorẽ, q̃ cũ de his ſpecibus dicere propoſuerit quę eſſent ultimæ,nũc de his quę ſunt ſubalterne,& ſępe locũ generis obtineant diſſerit) propria uero nullo modo genera eſſe poſſunt,quoniã ſpecialiſſimis adæquantur. Quæ quoniã genera eſſe nequeũt,nec propria quę ſunt ipſis æqualia eſſe permittunẽ.Rurſus ſpecies ſemper ante ſubſiſtit q̃ propriũ. niſi enim ſit homo,riſibile eſſe nõ poterit,& cũ iſta ſimul ſint,tamẽ ſubſtantiæ cogitatio p̃cedit proprij rationẽ.Omne enim propriũ in accidẽtis genere collocaẽ.Eo enim differt ab accidẽti, quia circa omnẽ ſolam quãlibet unam ſpeciẽ uim propriæ p̃dicationis cõtinet: accidens aũt quãdo cõtinet ad multas ſpecies poteſt diffundi. Quod ſi priores ſunt ſubſtãtiæ q̃ accidentia, (ſpecies uero ſubſtãtia eſt, propriũ uero accidẽs) nõ eſt dubiũ,quin prior ſit ſpecies, propriũ uero poſterius. Diſcernunẽ etiam ſpecies à proprio actus poteſtatiſq; natura,ſpecies enim actu ſemp indiuiduis adeſt, propria uero non ſemper,ſed aliquoties actu,poteſtate autẽ ſemper. Socrates enim & Plato actu ſunt homines, nõ uero ſemper actu rident,ſed riſibiles eſſe dicũtur,quia tametſi nõ rideãt,ridere tamẽ poſſunt. Natura itaq; ſpecies, ut ꝓpriũ ſemper ſubiectis adeſt, ſed actu ſpecies, propriũ uero nõ ſemper actu,ut dictũ eſt. At rurſus quoniã diffinitio ſubſtantiã mõſtrat,quorũ diuerſæ ſunt diffinitiões,diuerſas neceſſe eſt eſſe ſubſtantias: ſpeciei uero & proprij diuerſæ ſunt diffinitiones,diuerſæ igitur ſunt ſubſtãtię. Eſt aũt ſpeciei diffinitio ſub genere eſſe,& de pluribus numero differentibus in eo quod quid ſit prædicari, quam ſuperius frequenter expoſitam nunc iterare non opus eſt. Proprium uero ita diffinitur:Propriũ eſt q̃ uni & omni & ſemper ſpeciei adeſt. Quod ſi diffinitiones diuerſæ ſunt,non eſt dubiũ ſpeciem,& proprium ſecundũ naturæ ſuę terminos diſcrepare.

Speciei uero et accidẽtis cõmune quidẽ eſt de pluribus pr̃dicari,rarę uero ſunt alię cõmunitates,ꝓpterea q̃ plurimũ diſtãt à ſe accidẽs,et id cui accidit.

Speciei & accidentis ſimilitudinẽ cõmunem dicit de pluribus prædicari. de pluribus enim dicitur ſpecies,ſicut & accidẽs.Raras uero dicit eſſe alias eorum cõmuniones, idcirco quoniã longè diuerſum eſt,id q̃ accidit,& cui accidit. Cui enim accidit ſubiectum eſt atq; ſuppoſitũ. Quod uero accidit ſuperpoſitũ eſt, atq; aduenientis naturę. Item quod ſupponitur ſubſtantia eſt, quod uero uelut accidens prædicatur, extrinſecus uenit. Quæ omnia multam eius quod eſt ſubiectum, & eius quod eſt accidens differentiam faciũt, tamen inueniri etiam alię poſſunt ſpeciei & accidentis inſeparabilis cõmunitates, ut ſemper ſubiectis adeſſe. æque enim homo ſingulis hominibus

ſemper

ſemper adeſt,& inſeparabilia accidentia ſingulis indiuiduis præſto ſunt: & quòd ſicut ſpecies de his quę continet indiuidua,æque de pluribus, ut accidentia indiuiduis prædicantur.Nam homo de Socrate, Platone, nigrum uero atq; album de pluribus coruis,& cygnis quibus accidit,nuncupatur.

Propria uero utriuſq; ſunt,ſpeciei quidē in eo quod quid eſt prędicari de his quorum eſt ſpecies,accidentis aūt in eo quod quale eſt,uel quomodo ſe habens. Amplius unamquāq; ſubſtantiā,una quidē ſpecie participare, pluribus autem accidētibus,& ſeparabilibus,& inſeparabilibus. Et ſpecies quidē ante intelligi poſſunt quàm accidētia,etiamſi ſint inſeparabilia. oportet enim ante eſſe ſubiectū,ut illi aliquid accidat:accidētia uero poſterioris generis ſunt,et aduentitiæ naturæ. Et ſpeciei quidem participatio æqualiter eſt,accidentis uero uel ſi inſeparabile ſit, non æqualiter . æthiops enim plus alio æthiope habebit colorē uel intenſum,uel remiſſum ſecundū nigredinē. Reſtat igitur de proprio & accidenti dicere. quo enim propriū à ſpecie, & differentia, & genere differt,dictum eſt.

Quod nunc propriū ſpeciei & accidentis ſe exequi pollicet, tale propriū intelligendum eſt, quod ſuperius dictū eſt,ad cōparationem dicatur differentiū rerum.& species uero in eo ꝙ quid eſt prædicatur , accidens uero in eo quod quale eſt, qua differentia nō ab accidētibus ſolum ſpecies diſcernit, uerūetiam à differētijs & propriis, nec ſolum ſpecies ab eiſdē,uerūetiam genus . Præterea quòd ſpecies in eo ꝙ quid eſt prædicatur,accidens uero in eo quod quomodo ſe habeat. id quoq; cōmune eſt ſpeciei cū genere,genus quippe ab accidēti in eo quod quid eſt, & quomodo ſe habeat prædicatione diuiditur. Itē unamquāq; ſubſtantiā una uidetur ſpecies cōtinere, ut Socratē homo, atq; ideo Socrati una tantū propinquitas ſpeciei eſt hominis . Rurſus indiui duo equo una ſpecies equi eſt proxima, itēq; in cæteris. unicuiq; enim ſubſtantię una ſpecies præeſt,at uero unicuiq; ſubſtātiæ nō unū accidens iungit. unicuiq; enim ſubſtantiæ plura ſemper accidentia ſuperueniūt, ut Socrati quòd caluus,ꝙ ſimus, quòd glaucus,quòd propenſo uentre, & in alijs quidē ſubſtantijs de numero accidentium idem cōuenit dicere. De hinc ſemper ante accidentia ſpecies intelliguntur. niſi enim ſit homo cui accidit aliquod accidens eſſe nō poterit: & niſi ſit quęlibet ſubſtātia cui accidens poſſit adiungi,accidens nō erit. Omnis autē ſubſtantia propria ſpecie continetur.recte igitur prius ſpecies , accidētia uero poſterius intelligūtur .poſterioris enim ſunt generis, ut ait,& aduentitiæ naturæ. Nam quę ſubſtantiā non informant, recte aduentitiæ naturæ eſſe dicūtur,& poſterioris generis. His enim ſubſtantijs adſunt quæ antè differentijs informatæ ſunt: rurſus quoniā ſpecies ſubſtantiā mōſtrat, ſubſtātia uero (ut dictū eſt) intenſione ac remiſſione caret, ſpeciei participatio intenſionē remiſſionemq; nō ſuſcipit: accidēs uero uel ſi inſeparabile ſit,poteſt intenſionis remiſſionisq; cremēto & decremēto uariari,ut ipſum inſeparabile accidēs,quod æthiopibus ineſt,nigredo. Poteſt enim quibuſdam talis adeſſe ut ſit fuſcis proxima, alijs uero talis.ut ſit nigerrima.Reſtat nūc,ꝑ prij accidētis cōmuniones ac differentias perſequi.Sed quo propriū differat à genere,ſpecie & differētia,ſuperius demonſtratū eſt,cū qd genus,ſpēs,& differētia à ꝓprio diſtaret oſtendimus.Nūc reliqua de cōmunitate & differētia cōſideratio eſt , quę ꝓpriū accidētib. aut iūgit aut ſegregat.

Cōmune autem priſ & accidētis inſeparabilis eſt,quòd præter ipſa nunquā cōſiſtant ea in quibus cōſiderantur. quemadmodū enim præter riſibile nō ſubſiſtit homo,ita nec præter nigredinē ſubſiſtit æthiops: & quemadmodum ſemper & omni adeſt proprium,ſic & inſeparabile accidens.

Quoniam

Quoniam pr opriū ſemper adeſt ſpeciebus,nec eas ullo modo relinquit, quoniamq; inſeparabile accidens à ſubiecto non poteſt ſegregari, hoc illis inter ſe uidetur eſſe cōmune,quòd ea quibus inſunt, præter propria & inſeparabilia accidentia,eſſe non poſſunt.Inſeparabilia uero accidentia cōparat proprio,quoniā ut in ſpecie dictū eſt rariſſimæ ſunt ſpeciei atq; accidētis ſimilitudines,quocirca multo magis priſ atque accidentis communitates difficile reperiuntur. accidens enim in contrariū diuidi ſolet, in inſeparabile accidens atq; ſeparabile: quæ uero ſub genere in cōtrarium diuiduntur,ea nullo alio niſi tantum generis prædicatione participant.Quod ſi proprium inſeparabile quoddā accidens eſt,à ſeparabili accidenti plurimum differt,atq; ideo nullas priſ & ſeparabilis accidentis ſimilitudines quærit. Sed quoniā ipſum proprium certis quibuſdam rationibus ab inſeparabilibus accidentibus differt, horum & communitates inueniri poſſunt : & inter ſe differentiæ,quarum una quidem ea eſt quam ſuperius expoſuimus,ſecunda uero quoniam ſicut proprium ſemper,& omni ſpeciei adeſt, ita etiam inſeparabile accidēs:nam ſicut riſibile omni homini,& ſemper adeſt,ita etiam nigredo omni coruo, & ſemper adiuncta eſt.

Differt autem,quoniam proprium uni ſoli ſpeciei adeſt,quemadmodum riſibile homini:inſeparabile uero accidens,ut nigrum,non ſolum æthiopi,ſed etiam coruo adeſt,& carboni,& ebeno,& quibuſdā alijs . Amplius propriū conuerſim de eo cuius eſt proprium prædicatur: inſeparabile uero accidens conuerſim non prędicatur.Et propriorum quidem æqualis eſt participatio, accidentium uero hæc quidem magis,illa uero minus. Sunt quidem & aliæ communitates & proprietates eorum quæ dicta ſunt,ſed ſufficiunt hæc & ad diſcretionem ipſorum,& ad communitatis traditionem.

Priſ atq; accidētis prima quidem differentia eſt,quia proprium ſemper de una tantum ſpecie dicit, accidēs uero minime:ſed eius prędicatio in plurimas diuerſi generis ſubſtātias ſpecieſq; diffundit.riſibile enim de nullo alio niſi de homine prędicat. Nigrū uero ꝙ eſt quibuſdā inſeparabile accidēs,tam coruo,& æthiopi quę diuerſa ſunt ſpecie,q; coruo atq; ebeno,quę differūt generibus nō tantū ſpecie,preſto eſt. quo fit, ut priſ quidē cōuerſio æqua ſeruet,in accidentibus uero minime. Quoniā enim propria in ſingulis eſſe ſuū habēt,atq; omnes cōtinent ſpecies proprias,cōuerſo ordine prędicant . Nam quod riſibile eſt, homo eſt:& ꝙ homo, riſibile. nigrū uero nō ita,ſed ipſum quidē de his prędicari poteſt quibus ineſt. Illa uero ad huius prædicationē cōuerti retrahiq; nō poſſunt.nigrū enim de carbone,ebeno,homine,atq; coruo prędicatur,hęc uero de nigro minime. Nam quæ plura continent,de his quę continent prędicari poſſunt,ea uero quę continentur de ſeſe continentibus nullo modo prędicantur. Rurſus proprium quidem æqualiter participatur, accidens remiſſionibus atq; intenſionibus permutatur. omnis enim homo æque riſibilis eſt, æthiops uero nō æqualiter niger eſt,ſed(ut dictū eſt)aliquis quidem paulo minus niger,alius uero teterrimus inuenit. Et de priſ quidē atq; accidētis differētijs ſatis dictū eſt. Reſtabat uero accidentis ad cętera cōmuniones proprietatesq; explicare, ſed iam ſuperius annumeratę ſunt cū generis,differētiæ,priſ,& accidētis ſimilitudines ac differētias aſſignauimus . Fortaſſe autē his inſtitutus animus, & ſolertior factus,alias præter eas,quas nunc diximus, cōmunitates & differentias quinq; rerū quę ſuperius ſunt poſitę reperiet,ſed ad diſcretionem atq; ad eorū ſimilitudines cōparandas eaſſe rē quę ſunt dicta ſufficiant. Nos etiā quoniā promiſſi operis portū tenemus, atq; huius libri ſeriem primo quidem à rethore Victorino , poſt uero à nobis latina oratione conuerſam gemina expoſitione patefecimus,hic terminum longo ſtatuimus operi continenti quinque rerum diſputationem & ad prædicamenta ſeruienti.

ANITII MANILII SE VERINI BOETHI PATRICII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI IN CATEGORIAS ARISTOTELIS LIBER PRIMVS.

EXPEDITIS his quæ ad prædicamenta Aristotelis Porphyrij institutione digesta sunt, hos quoq; commentarios in prædicamenta perscribēs mediocris styli seriem persecutus, nihil de altiorum quæstionum tractatione permiscui, sed dilucidandi moderatione seruata, nec angere lectorem breuitate uolui, nec dilatatione confundere. Quare prius breuiter huius operis aperienda uidet intentio, quę est huiusmodi: Rebus præiacētibus, & in propria principaliter naturæ constitutione manentibus, humanum solum genus extitit, quod rebus nomina posset imponere. Vnde factum est, ut sigillatim omnia prosecutus hominis animus singulis uocabula rebus aptaret. Et hoc quidem, uerbi gratia, corpus, hominem uocauit, illud uero, lapidem, aliud lignum, aliud uero colorem. Et rursus quicunq; ex se alium genuisset, patris uocabulo nuncupauit. Mensuram quoque magnitudinis proprij forma nominis terminauit, ut dicēret bipedale esse, aut tripedale, & in alijs eodem modo. Omnibus ergo nominibus ordinatis, ad ipsorum rursus uocabulorum proprietates figurasq; reuersus est, & huiusmodi uocabuli formam, quę inflecti casibus possit, nomen uocauit, quæ uero temporibus distribui, uerbū. Prima igitur illa fuit nominum positio, per quam uel intellectui subiecta uel sensibus designaret. Secūda cōsideratio, qua singulas, pprietates nominū figurasq; perspicerent, ita ut primū nomen sit ipsum rei uocabulū: ut uerbi gratia, cum quælibet res homo dicatur. Quod autem ipsum uocabulum, id est homo, nomen uocatur, non ad significationem nominis ipsius refertur, sed ad figurā, idcirco quòd possit casibus inflecti. Ergo prima positio nominis secundum significationem uocabuli facta est, secunda uero secundum figurā: & est prima positio, ut nomina rebus imponerentur, secunda uero ut alijs nominibus ipsa nomina designarentur. Nam cum homo uocabulum sit subiectæ substātiæ, id quod dicitur homo, nomen est hominis, quod ipsius nominis appellatio est. Dicimus enim quale uocabulum est homo? & proprie respondetur, nomen. In hoc igitur opere hæc intentio est, de primis rerum nominibus, & de uocibus res significantibus disputare, non in eo quòd secundum aliquam proprietatem figuramq; formantur, sed in eo quòd significantes sunt. Nam quodcūque de substantia uel facere uel pati dicitur, non ita tractatur, quasi unum eorū casibus inflecti possit, aliud uero temporibus permutari, sed quasi aut hominem, aut equū, aut individuum aliquod, aut speciem genusue significet. Est igitur huius operis intentio de uocibus res significantibus, in eo quod significantes sunt pertractare. Hæc quidem est tempori introductionis, & simplicis expositionis apta sententia, quam nos nunc Porphyrium sequētes, quòd uidebatur expeditior esse planiorq; digessimus. Est uero in mente de intentione, utilitate & ordine, tribus quæstionibus disputare, uidelicet in alio commentario quem cōponere proposui de eisdem categorijs ad doctiores, quarum una est quid predicamentorum uelit intentio, ibiq; numeratis diuersorū sentētijs, docebimus cui nostrum quoq; accedat arbitrium, quod nemo huic in præsentia sententiæ repugnare miretur, cū uideat quanto illa sit altior cuius nō nimium ingredientium mentes capaces esse potuissent, ad quos mediocriter imbuendos ista conscripsimus. Afficiendi ergo, & quodammodo disponendi mediocri expositione sunt in ipsis quasi disciplinę huius foribus, quos ad hanc paramus scientiam admittere. Hanc igitur causam mutatæ sentētiæ utriusq; operis lector agnoscat, quod illic ad scientiam

ad scientiam Pythagricam perfectamq; doctrinam, hic ad simplices introducendo rum motus expositionis sit accommodata sententia: sed nunc ad propositum reuertamur, sitq; in præsens prædicamentorum intentio, quæ superius est comprehensa. id est de primis uocibus significantibus prima rerum genera, in eo quod significantes sunt disputare: & quoniam res infinitæ sunt, infinitas quoque uoces, quæ significent eas esse necesse est: sed infinitorū nulla cognitio est, infinita namq; animo comprehendi nequeunt. Quod autem ratione mentis circundari non potest, nullius scientię fine concluditur, quare infinitorum scientia nulla est: sed hic Aristoteles non de infinitis rerum significationibus tractat, sed decem prædicamenta constituēs, ad quæ ipsa infinita multitudo significantium uocum referri debeat, terminauit: ut uerbi gratia, cum dico homo, lignum, lapis, equus, animal, plumbum, stannum, argentum, aurum, & alia huiusmodi quæ nimirum infinita sunt, hæc omnia ad unum substantiæ uocabulum deducātur. Hæc namq;, & si qua sunt alia quæ certe sunt infinita uocabula, unum substantię nomen includit. Rursus cum dico bipedale, tripedale, sex, quatuor, decem, lineam, superficiem, soliditatem, & quæcūque alia ex eodem genere quæ infinita sunt, uno quantitatis nomine continentur: ut hæc omnia sub quantitate ponantur. Rursus cum dico album, uel scientiam, uel bonum, uel malum, uel alia huiusmodi, quęque in hoc quoque genere infinita sunt, unum tamen nomen cōcludens omnia qualitatis occurrit, & de alijs quoque similiter. Rerum ergo diuersarum indeterminatam infinitamque multitudinem, decem prædicamentorum paucissima numerositate conclusit, ut ea quæ infinita sub scientiam cadere non poterāt, decem proprijs generibus diffinita scientiæ comprehensione claudantur. Ergo decem prædicamenta quę dicimus, infinitarum in uocibus significationū genera sunt. sed quoniam omnis uocum significatio de rebus est, quæ uoce significantur in eo ad significantes sunt, genera rerum necessario significabunt. Vt igitur cōcludenda sit intentio, dicendum est in hoc libro de primis uocibus, prima rerum genera significantibus in eo quod significantes sunt, dispositum esse tractatum. Sed quoniam de intentione dictum est, breuiter huius operis utilitas explicanda est. Nam cum res infinitæ infinitis quoq; uocibus significarentur, & (ut dictum est) sub scientiam uenire non possent, hac definitione, qua decem prædicamentorum diuisio facta est, cunctarum rerum & uocum significantium acquirimus disciplinam. Hinc est quod ad logicam tendentibus primus hic liber legendus occurrit, idcirco quòd cum omnis logica syllogismorum ratione sit constituta, syllogismi uero propositionibus iungantur, propositiones uero sermonibus constent, prima est utilitas quid quisque sermo significet, propriæ scientiæ diffinitione cognoscere. Hæc quoque nobis de decē prædicamentis inspectio, & in physica Aristotelis doctrina, & in moralis philosophiæ cognitione perutilis est, quod per singula currentibus magis liquebit. Quocirca de ordine quoque libri huius eadem ratio est. Nam quoniam res simplices compositis natura priores sunt, quæ enim composita sunt, ex simplicibus componuntur. Hic quoniam de simplicibus uocibus res significantibus disputatur, secūdum ipsius simplicitatis principalem naturā, primus hic Aristotelis liber inchoantibus addiscitur. Nec illud ferè dubium est, ad quam partem philosophiæ huius libri ducatur intētio, idcirco quoniā qui de significatiuis uocibus tractat, de rebus quoq; est aliquatenus tractaturus. Res etenim & rerum significatio iuncta est, sed principalior erit illa disputatio quæ de sermonibus est: secundo uero loco illa quæ de rerum ratione formatur. Quare quoniā omnis ars logica de oratiōe est, & in hoc opere de uocibus principaliter tractatur, (quanquam enim sit huius libri relatio ad cæteras quoque philosophiæ partes) principaliter tamen refertur ad logicam, de cuius quodammodo simplicibus elementis, id est de sermonibus in eo principaliter disputaui. Aristotelis uero neque ullius alterius liber est, idcirco quod in omni philosophia sibi ipse de huius operis disputatione consentit, & breuitas ipsa atque subtilitas ab Aristotele non di-

 screpat,

ſcrepat,alioqui interruptū imperfectumq́ue opus edidiſſe uideretur qui de ſyllogiſmis ſcriberet,ſi aut de propoſitionibus prætermiſiſſet,aut de primis uocibus tractatum,quibus ipſę propoſitiones continentur,omitteret.Quanquam extet alter Ariſtotelis liber de eiſdem diſputans,eadem ferè continens,cum ſit oratione diuerſus. ſed hic proprietatis liber calculum cœpit. Archites etiam duos compoſuit libros ὰs καθόλους λόγους inſcripſit,quorum in primo hęc decem prædicamenta diſpoſuit.Vnde poſteriores quidam non eſſe Ariſtotelem huius diuiſionis inuentorem ſuſpicati ſunt,quod Pythagoricus uir eadem conſcripſiſſet,in qua ſententia Iamblicus philoſophus eſt non ignobilis,cui non conſentit Themiſtius,neque concedit eum fuiſſe Architem,qui Pythagoricus Tarentinusq́ eſſet,quique cum Platone aliquātulum uixiſſet,ſed peripateticum aliquem Architem,qui nouo operi autoritatem uetuſtate nominis conderet,ſed de his aliâs. Reſtat inſcriptio quę uaria fuit.Inſcripſere namque alij de rebus,alij de generibus rerum,quos eadē ſimiliſq́ culpa confudit. Namq́ (ut docuimus) non de rerum generibus,neque de rebus,ſed de ſermonibus rerū genera ſignificantibus in hoc opere tractatus habetur,hoc uero Ariſtoteles ipſe declarat cum dicit:Eorum quæ ſecundum nullam complexionem dicuntur,ſingulum aut ſubſtantiam ſignificat,aut quantitatem.Quod ſi de rebus diuiſionem faceret, non dixiſſet ſignificat,res enim ſignificatur,non ipſa ſignificat.Illud quoque maximo argumento eſt Ariſtotelem non de rebus,ſed de ſermonibus res ſignificantibus ſpeculari,quòd ait:Singulum igitur eorum quæ dicta ſunt,ipſum quidem ſecundum ſe in nulla affirmatiõe dicitur,horum autem ad ſe inuicem complexione affirmatio fit. Res enim ſi iungantur,affirmationem nullo modo perficiunt,affirmatio namque in oratione eſt.Quocirca ſi prędicamēta iuncta faciunt affirmationem(affirmatio uero non niſi in oratione eſt,quæ autem iunguntur ut affirmatio fiat,hę ſunt rerum ſignificantes uoces)prædicamentorum tractatus non de rebus ſed de uocibus eſt. male igitur uel de rebus uel rērum generibus inſcripſerunt. Annotāt alij hūc librum legēdum ante Topica,quod nimis abſurdum eſt. Cur enim non magis ante phyſica? quaſi uero minor huius ſit libri uſus in phyſicis,cum primi reſolutorij ante Topica legantur,& ante primos reſolutorios Perihermenias liber ad cognitionem ueniatinchoantis,cur non magis hunc librum uel ante perihermenias,uel ante reſolutorios inſcripſerunt?Quare repudianda eſt inſcriptionis iſtius quoq́ ipſa ſententia, dicendumq́ue eſt: Quoniã rerum prima decem genera ſunt,neceſſe fuit decem quoq́ eſſe ſimplices uoces, quæ de ſubiectis rebus dicerentur. omne enim quod ſignificat de illa re dicit quam ſignificat,ergo inſcribendus liber eſt de decē prædicamentis. Sed forte quis dicat, ſi de ſignificantibus rerum uocibus ipſa diſputatio eſt,cur de ipſis diſputat rebus? dicendum eſt,quoniam res ſemper cum propria ſignificatione coniunctæ ſunt,& quicquid in res uenit,hoc idem in rerū uocabulis inuenitur: quare recte de uocabulis diſputans,proprietatem ſignificātium uocum de his quæ ſignificabantur,id eſt de rebus aſſumpſit. Erit alia quoq́ fortaſſe quæſtio:Cur cum hic orationē in decem prędicamenta ſit partitus,in perihermenias libro in duas tantū partes diuiſionem fecit,in uerbum uidelicet & nomen?Sed hoc inter eſt quod illic figuras uocabulorum diuidit,in hoc de ſignificationibus tractat,quare non eſt ſibi ipſe contrarius.In perihermenias enim libro de nomine & uerbo conſiderat,quæ ſecundum figuram quandam uocabuli ſunt,quod illud inflecti caſibus poteſt, illud uariari per tēpora;hic uero non ſecundum has figuras,ſed in eo quod uoces ſignificantes ſunt diſputatur: quare diuerſam in diuerſis rebus atq́ tractatibus faciendo diuiſionem,nulla contrarietate notabitur.neq́ nunc orationem diuidit,ſed ad multitudinem generum nomina ipſa diſpertit. nam quoniam decem rerum genera ſunt non ſecundum orationem,ſed ſecundum rerum ſignificationem in decem prædicamenta uoces diuidit,deq́ his tractat.Atq́ ideo neceſſe fuit quodammodo diſputationem de rebus quoq́ miſceri,ita (ut dictū eſt)ut non aliter niſi ex rebus proprietates in ſermonibus apparerent,

apparerent,atq́ ita non de rebus proprie ſed de prædicamentis,id eſt de ipſis rerum ſignificatiuis uocibus in eo ꝙd ſignificantes ſunt,ſeriem diſputationis orditur. Cur autem ſi de prædicamentis diſputat de æquiuocis uel uniuocis uel denominatiuis primus illi tractatus eſt? Idcirco nimirū quod quædam ſemper à diſputantibus prę mittunt, quibus poſitis facilior de ſequentib. poſſit eſſe doctrina: ut in geometria, prius termini præponunt, poſt theorematum ordo conteritur. Ita quoque hic quicquid ad prædicamentorum diſputationem poſſit eſſe utile, prius quàm ad ipſa prędicamenta ueniret,expoſuit: quare quoniam quæ prędicēda erant explicaui, nunc ad ipſius diſputationis ſeriem textumq́ue ueniamus.Quid autem æquiuoca uel uniuoca uel denominatiua utilitatis habeant, ſecundum ipſas ſingulorum rationes diffinitionesq́ tractabitur.

DE ÆQVIVOCIS.

Æquiuoca dicuntur quorū ſolum nomē cōmune eſt, ſecundū nomen uero ſubſtātiæ ratio diuerſa,ut animal,homo & quod pingitur.Horū enim ſolū nomen cōmune eſt, ſecundū nomen uero ſubſtantię ratio diuerſa. Si quis enim aſſignet quid ſit utrunque eorum,quo ſint animalia,propriam aſſignabit utriſque rationem.

Omnis res aut nomine aut diffinitione monſtratur:namq́ ſubiectam rem aut proprio nomine uocamus,aut diffinitione qd ſit oſtēdimus. Vt uerbi gratia,quandam ſubſtantiam uocamus hominis nomine, & eiuſdem definitionem damus dicentes eſſe hominem animal rationale,mortale.ergo quoniã res omnis aut diffinitione aut nomine declaratur,ex his duobus nomine ſcilicet & diffinitione diuerſitates quatuor procreantur.Omnes namq́ res aut eodē nomine & eadē definitione iunguntur, ut homo & animal.utraq́ enim animalia dici poſſunt,& utraq́ una diffinitione iunguntur.Eſt namq́ animal ſubſtātia animata ſenſibilis,& homo rurſus ſubſtātia animata ſenſibilis,& hæc uocantur uniuoca.Alia uero quæ neque nominibus neq́ diffinitionibus cōiunguntur:ut ignis,lapis,color, & quæ proprię ſubſtantię natura diſcreta ſunt,hæc autem uocātur diuerſiuoca. Alia uero quæ diuerſis nominibus nuncupantur,& uni diffinitioni deſignationiq́ ſubdunt, ut gladius,enſis.hęc enim multa ſunt nomina,ſed id quod ſignificant una diffinitione declaratur, & hoc uocatur multiuocum.Alia uero quę nomine quidem congruunt,diffinitionibus diſcrepant: ut eſt homo uiuens & homo pictus.nam utrumq́ uel animalia uel homines nuncupantur.Si uero quis uelit picturam hominemq́ diffinire, diuerſas utriſq́ diffinitiones aptabit, & hæc uocantur æquiuoca. Quare quoniam quid ſint æquiuoca dictum eſt,ſingulas Ariſtotelicę diffinitionis ſententias perſequamur. Æquiuoca inquit dicuntur res ſcilicet,quæ per ſe ipſas æquiuocę non ſunt, niſi uno nomine prædicentur: quare quoniã ut æquiuoca ſint,ex cōmuni uocabulo trahunt,recte ait, æquiuoca dicuntur.Non enim ſunt æquiuoca,ſed dicuntur.Fit autem nō ſolum in nominibus,ſed etiam in uerbis æquiuocatio:ut cum dico complector te, & complector à te.In quibus ſignificationibus cum unum nomen ſit complector, alia tamen faciendi ratio eſt, alia patiendi:atque ideo hic quoq́ æquiuocatio eſt. unum enim nomen quod eſt complector,diuerſis faciendi & patiendi diffinitionibus termina tur.In præpoſitionibus quoque,& in coniunctionibus frequenter æquiuocatio reperitur,atq́ ideo quod ait:Quorum nomen ſolum commune eſt, nomen accipiendum eſt omnis rerum per uocem ſignificatio,id eſt omne uocabulum non propriū ſolum,aut apellatiuum,quod ad illud tantum nomen pertinet quod caſibus inflecti poteſt,ſed ad omnem rerum ſignificationem,qua rebus impoſita uocabula prædicamus.Solum autē duobus modis dicitur.ſemel cum aliquid unum eſſe dicimus, ut ſi dicamus ſolus eſt mundus, id eſt unus: alio uero modo cum dicimus ad quandam ab altero diuiſionem,ut ſi quis dicat ſolam me habere tunicam,id eſt nō etiam

togam,ad diuiſionem uidelicet togæ.Hic ergo Ariſto.poſuit dicens ſolum nomen commune eſt quaſi hoc uoluiſſet intelligi non etiam diffinitio, æquiuoca enim iungũtur nomine,ſed diffinitione diſſentiunt. Commune quoq; multis dicitur modis. Dicitur commune quod in partes diuiditur,et non iam totum commune eſt,ſed partes eius propriæ ſingulorum ut domus. Dicitur commune quod in partes non diuiditur,ſed uiciſſim in uſus habentium tranſit,ut ſeruus communis uel equus. Dicitur etiam commune quod utendo cuiuſque fit proprium, poſt uſum uero in commune remittitur,ut eſt theatrum, nam cum eo utor, meum eſt, cum inde diſcedo in commune remiſi. Dicitur quoque commune, quod ipſum quidem nullis diuiſum partibus,totum uno tempore in ſingulos uenit,ut uox uel ſermo ad multorũ aures uno eodemque tempore totus atque integer peruenit. Secundum hanc igitur ultimam communis ſignificationem Ariſtoteles putat æquiuocis rebus commune eſſe uocabulum. Namque in homine picto et in homine uiuo totum in utriſque uocabulum dicitur animalis,ſecundum nomen uero ſubſtantiæ ratio diuerſa,hoc hac ſignificatione præmittit,ut ſi aliter reddantur diffinitiones quàm ſecundum nomen, ſtatim tota diffinitio labet ac titubet. Ac primum de diffinitionis proprietate dicendũ eſt. Illæ enim certæ diffinitiones ſunt quæ cõuertuntur, ut ſi dicas quid eſt homo,animal rationale mortale uerum eſt,quid eſt animal rationale mortale, homo, hoc quoque uerum eſt. At uero ſi ita quis dicat,quid eſt homo? ſubſtantia animata ſenſibilis,uerum eſt,quid ſubſtantia animata ſenſibilis? homo,hoc non modis omnibus uerum eſt,idcirco quod equus quoq; eſt ſubſtantia animata ſenſibilis,ſed homo non eſt. Ergo illas conſtat eſſe diffinitiones integras quę conuerti poſſunt. Sed hoc fit in iis quę non de communi ſed uno tantum,ut cum de hominis nomine redduntur,uerbi gratia. Animal eſt commune nomen,ſi dixerit quis, homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis,procedit:ſi non cõuertatur, quia de communi nomine reddita eſt diffinitio,ſin uero de uno nomine redditur, tunc de ipſo nomine facienda eſt diffinitio,ſic tamen eſt recta facienda,ut hominis diffinitio,ſit animal rationale mortale,non ſubſtantia animata ſenſibilis, illa enim ſecundum hominis nomen,iſta ſecundum animalis eſt reddita. Idem etiam in his nominibus,quæ de duabus rebus communiter prædicantur ſi ſecundum nomen ſubſtantiæ ratio non reddatur, poteſt aliquoties fieri,ut ex uniuocis æquiuoca ſint,& ex æquiuocis uniuoca. namq; homo atque equus cum ſecundum nomen animalis uniuoca ſint,poſſunt eſſe æquiuoca, ſi ſecundum nomen minimè diffinita ſint. Homo nanq; & equus communi nomine animalia nuncupantur,ſi quis ergo hominis reddat diffinitionem dicens,animal rationale mortale,& equi,animal irrationale hinnibile,diuerſas reddidit diffinitiones, & erunt res uniuocæ in æquiuocas permutatæ. Hoc autem idcirco euenit,quod diffinitiones non ſecũdum animalis nomen redditæ ſunt,quod eorum commune uocabulum eſt, ſed ſecũdum hominis atque equi. Nam ſi ſecundum commune nomen quod eſt animal diffinitio redderetur,ita fieret,homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis,ſecundum nomen ſcilicet animalis. & rurſus,equus eſt ſubſtantia animata ſenſibilis,ſecundum nomen rurſus animalis,ſecundum idem nanque animalis uocabulum equus atq; homo uniuocè prædicant. Rurſus ex æquiuocis uniuoca fiunt hoc modo, ſi quis Pyrrhum Achillis filium & Pyrrhum epiroten dicat eſſe uniuocos, idcirco quod uno nomine et Pyrrhi dicantur, & ſint animalia rationabilia atq; mortalia. Hic ſecundum nomẽ hominis reddita diffinitio,ex æquiuocis fecit uniuoca. Quod ſi ſecundum nomen pyrrhi diffinitionis ratio iungeretur uel à parentibus uel à patria, diuerſis eos oporteret diffinitionibus terminari. Recte igitur additum eſt,ſecundum nomen,idcirco quod ſi aliter facta ſit diffinitio,ſtabilis eſſe non poterit,& frequenter diuerſos ſecum ducit errores. Ratio quoque multimodè dicitur. Eſt enim ratio animæ,& eſt ratio computandi,eſt ratio naturæ,ipſa animarum ſimilitudo naſcentium,eſt ratio quæ in diffinitionibus uel deſcriptionibus redditur. Et quoniam generaliſſima genera genere carent,

carent,indiuidua uero nulla ſubſtantiali differẽtia diſcrepant, diffinitio uero ex genere & differentia trahitur,neq; generaliſſimorum generum, neque indiuiduorum ulla poteſt diffinitio reperiri. Subalternorum uero generum, quoniam & differentias habent & genera,diffinitiones eſſe poſſunt. At uero quorum diffinitiones reddi nequeunt,illa tantum deſcriptionibus terminantur. Deſcriptio autem eſt,quæ quãlibet rem propria quadã proprietate deſignat. Siue ergo diffinitio ſit, ſiue deſcriptio, utraq; rationem ſubſtantiæ deſignat. Quare cum ſubſtantiæ rationem dixit,& diffinitionis & deſcriptionis nomen incluſit. Æquiuocorum alia ſunt caſu,alia cõſilio. Caſu,ut Alexander Priami filius & Alexander magnus. Caſus enim id egit,ut idem utriq; nomẽ poneret. Conſilio uero,ea quæcunq; hominum uoluntate ſunt poſita. Horum autem alia ſunt ſecundum ſimilitudinem,ut homo pictus, & homo uerus, quo nunc utit Ariſtoteles exẽplo,alia ſecundũ proportionem,ut principium, nanq; principiũ eſt in numero unitas, in lineis pũctus. Et hęc æquiuocatio ſecundũ proportionẽ eſſe dicit. Alia uero ſunt quæ ab uno deſcendũt,ut medicinale ferramentũ,medicinale pigmentum,ab una enim medicina æquiuocatio iſta deſcendit. Alia quæ ad unum referuntur,ut ſiquis dicat ſalutaris uectatio eſt,ſalutaris eſca eſt,hæc ſcilicet id circo ſunt æquiuoca,quod ad ſalutis unum uocabulum referuntur. Cur autem prius de æquiuocis poſt de uniuocis tractat? Idcirco quod ipſa decem prędicamenta cum diffinitionibus diuerſa ſint,uno prędicationis uocabulo nuncupantur,cuncta enim prædicamenta dicimus,ipſa uero prędicamenta quoniam rerum genera ſunt,de ſubiectis rebus uniuocè prædicantur. Omne enim genus de ſpeciebus propriis uniuocè dicitur,quare rectius primo de omnium prædicamentorum communi uocabulo tractat,quaſi dehinc quemadmodum ſingula de ſpeciebus propriis prædicarentur, exprimeret. At ſi (ut dictum eſt) non de rebus,ſed de nominibus libri huius intentio eſt. Cur de æquiuocis & non de æquiuocatione tractauit? æquiuocę namq; res ſunt, æquiuocatio uero uocabulum. Idcirco,quoniam ipſum nomen nihil in ſe retinet æquiuocationis,niſi diuerſæ ſint res de quibus illud uocabulum prædicetur. Quare in de ſubſtantiam ipſa æquiuocatio trahit,de ipſis dignius inchoatum eſt. Videtur aũt alius eſſe modus æquiuocationis quem Ariſto. omnino non recipit. Nam ſicut dicitur pes hominis,ita quoq; dicitur pes nauis,& pes montis,quæ huiuſmodi omnia ſecũdum translationem dicuntur. Translatio uero nullius proprietatis eſt. Quare ſecundum translationem æquiuoca nunquam ſunt,niſi propriis & immutabilibus ſubiectæ res uocabulis appellentur. Eſt autem talis eorum uniuerſalis inſpectio. Neque enim omnis translatio ab æquiuocatione ſeiungitur, ſed ea tantum cum ad res habẽtes poſitum uocabulum,ab alia iam nominata re nomen ornatus cauſa transferẽ,ut quia iam dicitur quidã auriga,dicitur etiam gubernator, ſiquis ornatus gratia eum qui gubernator eſt,dicat aurigam,non erit auriga nomen æquiuocum licet diuerſa, ideſt moderatorem currus nauisq; ſignificet. Sed quoties res quidem uocabulo eget,ab alia uero re quæ uocabulum ſumit, tunc iſta translatio æquiuocationis retinet proprietatem,ut ex homine uiuo ad picturam nomen hominis dictum eſt. Et de æquiuocis hactenus,nunc de uniuocis pertractemus.

DE VNIVOCIS.

VNiuoca uero dicuntur quorum nomen commune eſt, & ſecundũ nomen eadem ratio ſubſtantiæ,ut animal,homo atque bos, communi enim nomine utraque animalia nuncupantur, & eſt ſubſtantię ratio eadem. Si quis enim aſſignet utriuſque rationem quid utrunque ſit, quo ſint animalia,eandem aſſignabit rationem.

POſt æquiuocorũ diffinitionem ad uniuocorum terminum tranſitum fecit,in quibus nihil aliud diſcrepat,niſi quod æquiuoca diffinitione diſiuncta ſunt,uniuoca ipſo quoque termino coniunguntur,ſed cætera omnia quæcunq; in æquiuocorũ

diffinitione dicta ſunt, in hac quoq; uniuocorũ deſignatione conueniunt. Nam quẽ admodum in æquiuocis ſecundum nomẽ æquiuocarũ rerũ diffinitio fiebat, ita quoque in uniuocis ſecundum nomen ſubſtantiæ ratio aſſignabitur. Sunt autem uniuoca aut genera ſpeciebus, aut ſpecies ſpeciebus, genera ſpeciebus, ut animal atq; homo. Nam cum hominis animal ſit genus, dicitur homo animal, ergo et animal et homo, animalia nuncupantur. Secundum igitur cõmune nomen ſi utrosq; diffinias, dicis animal eſſe ſubſtantiam animatam atq; ſenſibilem, hominem quoq; ſecundum id quod animal eſt, ſi ſubſtantiam animatam ſenſibilem dixeris, nihil in eo falſitatis inuenies. Species uero ſpeciebus uniuocę ſunt, quæ uno atque eodẽ genere continentur, ut homo, equus atq; bos, his cõmune genus eſt animal, et communi nomine animalia nominantur. Ergo ſecundum nomen unum quod illis commune eſt, animalis, una illius ratio diffinitionis aptabitur, omnia enim ſunt ſubſtantiæ animatæ atq; ſenſibiles. Secũdũ igitur poſteriorẽ uniuocatiõis deſignationẽ Ariſto. qua ſpecieb. ſpecies uniuocæ ſunt, ut homo & bos, quæ ſub eodẽ ſunt genere, ſumpſit exemplũ.

DE DENOMINATIVIS.

DEnominatiua uero dicũt, quę cũq; ab aliquo ſolo differẽtia caſu ſecũdũ nomẽ habẽt appellationẽ ut à Grãmatica grãmaticus, & à fortitudine fortis.

HAec quoque diffinitio nihil habet obſcurum. Caſus enim antiqui nominabãt aliquas nominum trãsfigurationes, ut à iuſtitia iuſtus, à fortitudine fortis, etc. Hæc igitur nominis trãsfiguratio, caſus ab antiquioribus uocabatur. Atq; ideo quotieſcunq; aliqua res alia participat, ipſa participatione ſicut rem, ita quoq; nomen a dipiſcitur, ut quidam homo, quia iuſtitia participat & rem quoq; inde trahit, & nomen, dicitur enim iuſtus. Ergo denominatiua uocantur, quæcunq; à principali nomine ſolo caſu, ideſt ſola transfiguratione diſcrepant. Nam cum ſit nomen principale iuſtitia, ab hoc transfiguratum nomen iuſtus efficitur. Ergo illa ſunt denominatiua, quæcunq; à principali nomine ſolo caſu, ideſt ſola nominis diſcrepantia, ſecundum principale nomen habent appellationem. Tria ſunt autem neceſſaria, ut denominatiua uocabula conſtituant. Prius ut re participet, poſt ut nomine, poſtremo ut ſit quędam nominis transfiguratio, ut cum aliquis dicitur à fortitudine fortis, eſt enim quędam fortitudo qua fortis ille participet, habet quoq; nominis participationem, fortis enim dicitur. At uero eſt quædam transfiguratio, fortis enim & fortitudo nõ eiſdem ſyllabis terminantur. Siquid uero ſit q̃d re nõ participat, neque nomine participare poteſt. Quare quæcũq; re nõ participãt, denominatiua eſſe nõ poſſunt. Rurſus quoque, quæ re quidẽ participãt, nomine uero minimẽ, ipſa quoque à denominatiuorum natura diſcreta ſunt, ut ſiquis, cum ſit uirtus, uirtute ipſa participet, nullo eum alio nomine niſi ſapientem uocamus. Sed uirtus & ſapientia nomine ipſo diſiuncta ſunt, hic ergo re quidem participat, nomine uero minimẽ. Quare ſapiẽs à uirtute denominatus eſſe non dicitur, ſed à ſapientia, qua, ſcilicet & participat, & nomine iungitur, & transfiguratione diuerſus eſt, rurſus ſi transfiguratio non ſit, ut quædam mulier muſica, participat quidem ipſa muſicæ diſciplina, & dicitur muſica. Hęc igitur appellatio non eſt denominatiua ſed æquiuoca, uno enim nomine & diſciplina ipſa & mulier muſica dicitur. Quoniam ergo ſimilis terminus ſyllabarum eſt, & nomen ſimile, & nulla transfiguratio, denominatiua eſſe non poterunt, quare quicquid denominatiuum eſſe dicit, illud & re participabit & nomine, & aliqua transfiguratione uocabuli diſcrepabit. Hæc igit quæ ad prædicamenta neceſſaria credidit, premiſit. Multiuoca uero & diuerſi uoca reſpuit, q̃d ad preſentẽ tractatũ utilia nõ putauit. Breuiter tamẽ utraq; diffiniẽda ſunt. Multiuoca ſunt quorum plura nomina una diffinitio eſt, ut eſt ſcutum, clypeus. His enim plura nomina, ſed una diffinitio eſt, et Marcus Portius Cato, his enim tot nominib. res una ſubiecta eſt. Diuerſifica ſunt quorũ neq; nomen idẽ eſt, neq; eadẽ diffinitio, ut homo, color, & quicquid omnino à ſe & nominis nuncupatione & diffinitionis ratione diſcretum eſt.

Eorum

Eorum quæ dicuntur alia quidem ſecundum complexionem dicuntur, alia uero ſine complexione. & ea quæ ſecundum complexionem dicuntur ſunt, ut homo currit, homo uincit: ea uero quæ ſine complexione dicũtur ſunt, ut homo, bos, currit, uincit.

Poſtquam de coniunctione diffinitionum atq; nominum quantũ ad præſens attinebat opus, ſufficienter expoſuit, quoniam de primis nominibus prima rerum genera ſignificantibus diuiſio facienda eſt, non nomine, ſed genere diſcrepãtibus, nunc oſtendit qd ſit ſine complexione cuiuslibet uocabuli facta prolatio. Sine complexione enim dicunt quęcũq; ſecundũ ſimplicẽ ſonũ nominis proferunt, ut homo, equus. his enim extra nihil adiunctũ eſt. Secundum complexionem dicuntur quæcunq; aliqua cõiunctione copulant, ut aut Socrates aut Plato, uel quęcunq; ſecundũ aliquod accidens coniungunt. Nam quia uerbi gratia in Socratẽ uenit ambulatio, dicimus Socrates ambulat, & eſt prolatio iſta ſecundum complexionem, idcirco qa cũ dico Socrates ambulat, Socratem ſum cum ambulatione complexus. Quod aũt ait: Eorũ quę dicunt, nihil aliud demõſtrare uult, niſi de primis rerũ uocabulis huius libelli diſpoſuiſſe tractatũ. Rerũ em̃ uocabula ſunt quæ dicunt, ipſa enim ꝓprie nominamus.

Eorum quę ſunt alia de ſubiecto quodã dicũtur, in ſubiecto uero nullo ſunt: ut homo de ſubiecto quidem dicitur aliquo homine, in ſubiecto autem nullo eſt. Alia in ſubiecto quidem ſunt, de ſubiecto autem nullo dicũtur. In ſubiecto aũt eſſe dico, quod cum in aliquo non ſicut quædam pars ſit, impoſſibile eſt ſine eo eſſe in quo eſt: ut quædam grammatica in ſubiecto quidem eſt, in anima, de ſubiecto autem nullo dicitur. & quoddam album in ſubiecto eſt corpore (omnis enim color in corpore eſt) de ſubiecto autem nullo dicitur. Alia & de ſubiecto quodam dicuntur, & in ſubiecto ſunt: ut ſcientia in ſubiecto quidem eſt, in anima, de ſubiecto aũt dicitur, ut de hac grãmatica. Alia neq; in ſubiecto ſunt, neq; de ſubiecto dicũtur, ut aliquis homo, uel aliquis equus, nullũ enim horum neq; in ſubiecto eſt, neq; de ſubiecto dicit. Simpliciter aũt quæ ſunt indiuidua & numero ſingularia, de nullo ſubiecto dicuntur: in ſubiecto autem nihil prohibet horum aliqua eſſe. quędam enim grammatica in ſubiecto eſt, de ſubiecto autem nullo dicitur.

Hic Ariſtoteles ſermonum omnium multitudinem in paruiſſimam collegit diuiſionem. Nam quod rerum uocabula in decem prædicamenta diſtribuit, maior hac diuiſione non poteſt inueniri. nihil enim eſſe poterit, quod huic diuiſioni undecimum adiici queat. Omnis enim res aut ſubſtantia eſt, aut quantitas, aut qualitas, aut ad aliquid, aut facere, aut pati, aut quãdo, aut ubi, aut habere, aut ſitus. quo circa tot erunt etiam ſermones qui iſta ſignificent. & hæc eſt maxima diuiſio, cui ultra nihil poſſit adiungi: paruiſſima uero eſt quæ fit in quatuor, in ſubſtantiam & accidens, & uniuerſale & particulare. Omnis enim res aut ſubſtãtia eſt, aut accidens, aut uniuerſalis, aut particularis. Sicut ergo decem ſuperioribus nihil addi poterat, ita ex his quatuor nihil demi. Nam neq; minor ulla diuiſio his quatuor fieri poteſt, nec maior quã ſi denario limite predicamenta claudant. Cur autẽ in his quatuor diuiſio facta eſt, paucis exponam. Prima qdem rerũ eſt omniũ diuiſio in ſubſtantiam atq; accidens: ſed quoniam ſubſtantia proferri non poteſt, niſi aut uniuerſaliter aut particulariter intelligatur. Nam cum dico homo, rem dixi uniuerſalem, idcirco quod nomen hoc de multis indiuiduis prædicat: cum uero dico Socrates uel Plato, rẽ dixi particularẽ, quoniã Socrates de nullo ſubiecto dicitur. Et accidẽs quoq; eodẽ modo. nam cum

dixero ſcientiã, rem protuli uniuerſalem, idcirco quòd ſcientia & de grammatica et de rhetorica, & de alijs omnibus ſub ſe poſitis prædicatur. Si uero dixero Platonis ſcientiam, quoniam omne accidens quod in indiuidua uenit indiuiduum fit, particularem ſcientiam dico, nanq; Platonis ſcientia, ſicut ipſe Plato, particularis eſt). Igit quoniã neq; ſubſtantia neq; accidens ullo modo proferri poteſt, niſi in ſuo nomine aut uniuerſalitatis uim, aut particularitatis induat, rectè in quatuor diuiſio facta eſt, ut ſit omnis res aut ſubſtantia aut accidens, & horũ aut uniuerſalis, aut particularis. Ex his igitur quatuor fiunt complexiones. Nam cum uenerit uniuerſalitas in ſubſtãtiam, fit uniuerſalis ſubſtantia, ut eſt homo uel animal. Vniuerſale autẽ eſt quod aptum eſt de pluribus prædicari. Particulare uero quod de nullo ſubiecto prædicatur. Ergo eſt una complexio, uniuerſalitatis et ſubſtantię, ut ſit ſubſtantia uniuerſalis. Si uero particularitas ſubſtãtię copuletur, fit ſubſtantia particularis, ut eſt Socrates uel Plato, & quicquid in ſubſtantia indiuiduum reperit. At cum miſcetur uniuerſalitas accidenti, fit accidens uniuerſale, ut ſcientia, quę cũ ſit accidens, & præter animã cui accidit eſſe non poſſit, tamẽ uniuerſalis eſt quod de ſubiecta grãmatica uel alijs ſpeciebus prædicari poteſt. Cũ uero particularitas accidenti coniungit, fit accidens particulare, ut Platonis uel Ariſtotelis ſcientia. Fiũt enim quatuor cõplexiones, ſubſtãtia uniuerſalis, ſubſtantia particularis, accidens uniuerſale, accidens particulare. Vt aũt accidẽs in ſubſtãtię naturã tranſeat, uel ſubſtãtia in accidẽs, fieri nullo modo poteſt, et accidẽs quidẽ uenit in ſubſtantiã, ſed nõ ut ſubſtãtia fiat, neq; enim quoniã color quod eſt accidẽs uenit in ſubſtantiã, idcirco color iam ſubſtãtia eſt. Nec quoniã ſubſtãtia ſuſcipit colorẽ, idcirco color iam ſubſtãtia fit. Quare neq; ſubſtãtia in accidentis, neq; accidens in ſubſtantię naturã tranſit. At uero nec particularitas, nec uniuerſalitas in ſe tranſeunt. Nãq; uniuerſalitas poteſt de particularitate prædicari, ut animal de Socrate uel Platone, & particularitas ſuſcipiet uniuerſalitatis prædicationem, ſed non ut uniuerſalitas ſit particularitas, nec rurſus ut quod particulare eſt uniuerſalitas fiat. Ergo quatuor complexiones, uniuerſalem ſubſtantiam, uniuerſale accidens, particularem ſubſtantiã, particulare accidens Ariſtoteles diſponere cupiens, non eorũ nomina, ſed deſcriptiones appoſuit. Et quoniam generaliſſimorũ generum diffinitiones non poterat inuenire, deſcriptionibus uſus eſt his, id ſubſtantiã eſſe dicens, quod in ſubiecto non eſſet. Accidens uero quod in ſubiecto eſſet. Omne nanq; accidens in ſubiecto eſt, ut color in corpore, ſcientia in anima, et ſubiectam habet ſubſtantiam omne accidens. Si quis enim ſubſtantiam tollat, accidens non erit. Quare ſubſtantia locus quidam eſt ubi accidentis ualeat natura conſiſtere. Ipſa uero ſubſtantia per ſe cõſtat, atq; ideo dicitur ſubſtantia, nec ullo ſubiecto alio nititur, ſed cunctis ipſa ſubſtantia eſt. Alioqui ſi ſubſtantia in ullo ſubiecto eſſe poſſet, eſſet accidens. Omne enim acidens in ſubiecto eſt, & quicquid in ſubiecto eſt, illud eſt accidens. Quod ſi ſubſtantia eſſet in aliquo ſubiecto, cõtinuo fieret accidens, ſed ſubſtãtia accidens eſſe non poteſt, ſicut ſuprà docuimus. Quare quoniam accidens in ſubiecto eſt, ſubſtantia uero accidens non eſt, ſubſtantia in ſubiecto non eſt. Vniuerſalitatis uero deſcriptio eſt, de ſubiecto prædicari. Omnis nanq; uniuerſalitas de ſubiectis particularibus prędicatur, nam quoniam uniuerſale eſt animal, uel homo, de Socrate prædicatur & Platone. Dicitur enim Socrates animal atque homo. Et quoniã uniuerſale eſt accidens ſcientia, dicitur de ſubiecta grammatica, grammatica enim ſcientia eſt. Particularitas uero quoniã ipſa eſt rerũ ultima, & nihil eſt illi ſubiectũ, de nullo ſubiecto prædicatur, nam quoniam uniuerſalitas de ſubiecto prædicatur, particularitas uero uniuerſalitas non eſt, particularitas de ſubiecto non prædicabitur. Vbi enim res diſcrepant, & diffinitio diſcrepabit, ita quoq; in his, nã quoniã diſcrepat ſubſtãtia et accidẽs, diffinitiones quoq; eorũ diſcrepabũt. Vt quoniã eſt accidẽs in ſubiecto, erit ſubſtãtia nõ in ſubiecto. Et quoniã uniuerſalitas de ſubiecto prædicaẽ, particularitas aũt ab uniuerſalitate non diſcrepat, de ſubiecto non prędicaẽ. Has igitur

igiẽ huiuſmodi deſcriptiones Ariſt. ita permiſcuit dicẽs: Eorũ quæ ſunt, alia de ſubiecto quodã dicũẽ, in ſubiecto uero nullo ſunt, uolẽs. ſ. uniuerſalẽ ſubſtantiã demõſtrare. Nã q̃d dixit de ſubiecto dicũẽ, uniuerſale eſt, q̃d uero ait in ſubiecto nullo ſunt, ſubſtãtia ergo q̃d ait quædã de ſubiecto dici, in ſubiecto uero nullo eſſe, uniuerſalẽ ſubſtãtiã demõſtrare cõtẽdit, ut enim ſępius dictũ eſt, q̃d de ſubiecto dicitẽ, uniuerſale eſt, q̃d in nullo ſubiecto eſt, ſubſtãtia. Hęc iũcta, ideſt de ſubiecto quodã dici, et in ſubiecto nullo eſſe, uniuerſalẽ ſubſtantiã demõſtrant. Poſt uniuerſalẽ ſubſtãtiã particulare accidẽs poſuit dicẽs: Alia aũt in ſubiecto quidẽ ſunt, de ſubiecto aũt nullo dicũẽ. Nã quod ait in ſubiecto ſunt, accidẽs mõſtrat, quod uero addidit, de ſubiecto autẽ nullo dicũẽ, particulare. Accidẽs enim in ſubiecto eſt, particularitas de nullo ſubiecto prędicatur. Ergo quæcũq; res ipſa quidẽ in ſubiecto eſt, ſed ſi de nullo ſubiecto prædicatur, accidẽs eſt particulare, ut eſt quedã grãmatica ideſt Ariſtarchi, uel alicuius hominis indiuidua grãmatica, illa enim quoniã indiuiduí hominis, ipſa quoq; facta eſt in diuidua & particularis, ergo quoniã quædam gãmatica in anima eſt, accidens eſt, & quoniã de nullo ſubiecto prędicaẽ, particularis eſt, quemadmodũ enim ipſe Ariſtarchus de nullo ſubiecto dicitẽ, ita quoq; eius grãmatica de nullo ſubiecto prædicatur. Nõ aũt dicit q̃ ipſa grãmatica particularis eſt, ſed q̃d quædã grãmatica, ideſt alicuius hominis indiuiduí grãmatica, quã ſcilicet homo particularis propria retinet cognitione. Et quoniã incorporale accidẽs poſuit q̃d animę acciderẽt, ideſt grammaticã, quę eſſet in anima, ponit quoq; aliud exemplũ corporale, ait enim et quoddã albũ in ſubiecto eſt corpore, omnis enim color eſt in corpore, hic quoq; non omne albũ dicit eſſe particulare, ſed q̃d ad indiuiduũ corpus albũ uenit. Probatur quoq; particulare albũ in ſubiecto eſſe hoc modo, nam color quod genus eſt albi uel cuiuſdam albi in corpore eſt, & eſt in ſubiecto. Quare cuius genus in ſubiecto eſt, ipſum quoq; in ſubiecto eſt. Omnes enim ſpecies uel indiuidua proprio genere continentẽ, & eiuſdem habent naturam. Quoniam uero eſſe in aliquo multis dicitur modis, quid uelit Ariſtoteles oſtẽdere eſſe in ſubiecto, paucis abſoluam. Dicitur enim eſſe aliquid in aliquo nouem modis, dicimus enim eſſe aliquid in loco, ut in foro uel in theatro. Dicimus quoque eſſe in aliquo, ut in aliquo uaſe, ut triticum in modio. Dicitur etiam eſſe in aliquo uelut pars in toto, ut manus in corpore. Dicitur eſſe in aliquo, uelut totum in partibus, ut corpus in omnibus ſuis partibus. Rurſus uelut in genere ſpecies, ut in animali homo, uel genus in ſpeciebus ſuis. Dicimus quoq; eſſe in aliquo, uelut aliqd in fine eſſe, ut quoniam bonæ uitæ finis beatitudo eſt. Siquis ſit beatus, in fine eſt, ſicet bonæ uitæ. Dicimus quoq; eſſe in aliquo ut in quolibet potente, ut in Imperatore eſſe regimen ciuitatis. Dicimus quoq; uelut formam in materia, ut ſimilitudinem Achillis in ære uel in marmore. Nouem igitur modis aliquid in aliquo eſſe dicitur, ut in loco, ut in uaſe, ut pars in toto, ut totum in partibus, ut in genere ſpecies, ut in ſpeciebus genus, ut in fine, ut in Imperatore, ut in materia forma. Horum igitur Ariſtoteles tria ſola commemorat, ſed duo in unum cõiuncta, aliud ſeparatum. Ait enim: In ſubiecto autem eſſe dico, quod cum in aliquo ſit, non ſicut quædam pars, impoſſibile eſt eſſe ſine eo in quo eſt. Senſus autem talis eſt: Hoc inquit dico eſſe accidens, quod ſit in ſubiecto, ideſt quod ita ſit in altero, ut pars eius non ſit & ſine aliquo ſubiecto eſſe non poſſit, ut uerbi gratia, color cum in corpore nulla pars corporis eſt, & ſi color à corpore ſeparatur, color nuſquam eſt. Omnis enim color in ſolo corpore eſt. Ergo illud eſt accidens quod ſemper ita in ſubiecto eſt altero, ut eius pars non ſit, ut cum ab eo in quo eſt ſeparatur, ad nihilum redigatur, & per ſe ſine alterius ſubiecto eſſe nõ poſſit. Quod autem ait ut nõ ſit ſicut aliqua pars, ab ea ſcilicet ſignificatione in aliquo conſiſtendi diuidere uoluit, ſecundum quam partes in toto eſſe dicimus, non enim tale eſt ſubiectum, ut eius accidens pars ſit. Quod uero dicit, impoſſibile eſt eſſe ſine eo in quo eſt, ab ea, ſcilicet ſignificatione diuiſit, quæ eſt eſſe aliquid in uaſe uel in loco, quod enim in uaſe uel in loco eſt: à uaſe

uel loco poterit separari: ut triticum quod in modio est, potest à modio segregari, & homo à theatro discedere; accidens uero ab eo in quo est segregari non potest. Quare solas tres posuit significationes, id est secundum quam in uase, uel in loco dicitur esse, & secundum quam pars in toto est. Sed ut in uase & ut in loco una sententia distribuit dicens, impossibile est esse sine eo in quo est. Sed fortasse quis dicat non esse diffinitionem ueram, illa esse in subiecto quæ sic sint in alio non ut sint partes, & sine eo in quo sint esse non possint. Socrates enim uel homo quilibet cum accidens non sit, tamen semper in loco est & sine loco esse non potest. Quibus respondendum est, quòd Socrates loca poterit permutare, & esse præter locum in quo fuit: & postremo si intelligentia capiamus per se subsistit, accidentia uero per se ipsa non constant. Sed si quis quoq; obiiciat, posse locum accidentia permutare. malum nāq; si in manu teneatur, manus mali odore completur, adeo odor quod est accidēs, in aliud subiectum transire potest. Sed non hoc ait Aristoteles, quoniam mutare accidens locum non potest, nec ita dixit impossibile esse sine eo in quo erat, sed sine eo in quo est. hoc enim significat mutare quidem posse locum, sed sine aliquo subiecto nō posse subsistere. Quare recta est atq; integra diffinitio eius quod in subiecto est, quod ita sit in altero non sicut quædam pars, & impossibile sit esse sine eo in quo est: secundū aūt illam significationem dictū est secūdum quam formā in materia esse dicimus. Namq; forma si in materia sit, per seipsa nulla ratione consistit. Postquā igitur particulare accidens quid esset ostendit dicens, quod in subiecto est & de subiecto non prædicatur, & in subiecto consistentis rei diffinitionem reddit dicēs. Quod cum in aliquo sit non sicut quedam pars, impossibile est esse sine eo in quo est. Ad uniuersale accidens continenti disputatione reuertitur quod definit hoc modo. Nāque post eius rei quæ in subiecto est diffinitionem, & post particularis accidētis exēpla, ad uniuersale accidens transitum fecit, inquiens alia esse quæ in subiecto sint, & de subiecto prædicentur, quod scilicet accidens uniuersale significet: nam quoniam de subiecto dicitur, uniuersale est, quoniam in subiecto est, accidens. in subiecto ergo esse, & de subiecto prędicari, uniuersale accidens monstrat. Huius quoq; complexionis conuenientia proponit exempla. ait enim scientiam in subiecto esse, in anima. nam nisi anima sit in qua sit, scientia nulla est, idcirco quòd scientia actus est animę. nam ea quæ sunt inanimata nihil sciunt. Hinc sequitur substantiæ particularis propositio, quam scilicet ita declarat, quod neque in subiecto sit, neque de subiecto prædicetur. nam quod in subiecto non est, substantia est, & quod de subiecto non prædicatur particularitas. Vtraque igitur res de subiecto non prædicari, & in subiecto non esse, particularis est substātia. Res igitē quatuor cum propria cōplexione nō secundū ꝓpria nomina, sed secundū ꝓprias rationes diffinitionesq; cōtexuit. Nam pro substātia uniuersali posuit, q̄d in subiecto non est, & de subiecto prædicat: pro accidēti particulari dixit, q̄d in subiecto est, & de subiecto nō prædicat. Accidēs uero uniuersale per hoc designauit q̄d ait, quod & in subiecto est, & de subiecto dicitur. Pro particulari substantia interposuit, quod nec in subiecto est, nec de subiecto prædicatur; simpliciter aūt quæ sunt indiuidua & numero singularia de subiecto nullo dicuntur, in subiecto autem nihil ea prohibet esse. quędā enim grammatica in subiecto est. Omnis particularitas aut substantia erit aut accidens. nam cum dico Socratem, indiuiduā & particularem significaui substantiam: cum dico quandam grāmaticam, indiuiduum & particulare accidens dixi. Indiuidua autem sunt, quę nec in alias species diuidi possunt, nec in alia indiuidua. Nam quemadmodum animal diuiditur in species, hominem atq; equū, homo autem in singulos homines, id est in Socratem & Platonem & cęteros, sic Plato & Socrates non diuiduntur in alios. Atque hoc idē de accidētibus dici conuenit. nam quemadmodū scientia diuidit in species, grāmaticā & rhetoricam, grāmatica uero ipsa in particulares grāmaticas, quas scilicet particulares homines norūnt: sic ipsa particularis grāmatica in particulares grammati-

Grammaticas nō secat. Ergo indiuidua sunt quæcūq; sunt numero singularia, & in nullas alias multitudines secūdū species uel secūdū indiuidua diuidunt. Omne indiuiduū, q̄niā particulare est, de subiecto non p̄dicat, omne aūt q̄d de subiecto nō prædicatur, aut substātia erit, ut Plato, aut accidēs, ut q̄dam Grāmatica. Ex his ergo particularibus substātia, scilicet, atq; accidēti quæ de subiecto non p̄dicant, substātia q̄dē nec in subiecto est, accidēs uero in subiecto est. Ita illa indiuidua quæ substātiæ sunt, in subiecto esse nō potērūt, alia uero indiuidua q̄ secundū accidētis naturā dicūtur, illa in subiecto esse nihil prohibet. Atq; hoc est q̄d ait. Simpliciter aūt quę sunt indiuidua & numero singularia, de nullo subiecto dicunt, in subiecto autem ea nihil prohibet eorū aliqua esse. Quędā enim Grāmatica in subiecto est, de subiecto aūt nullo dicit. Hoc enim maluit demōstrare, & accidētib. & substātijs particularibus hoc esse cōmune, q̄d de subiecto non p̄dicantur. Hoc enim dixit, Simpliciter aūt quæ sunt indiuidua & numero singularia, de nullo subiecto dicunt. Subaudiēdo, scilicet siue substātiæ sint siue accidētia, sed nō omnia indiuidua nō sunt in subiecto. Indiuidua enim accidētia in subiecto esse nihil, phibet. Quædā em Grāmatica cū sit indiuidua, & de subiecto nō p̄dicet, tamē in subiecto est, id est, in anima. Sed ut cōgregatim dicat, sensus huiusmodi est, omnia q̄dem quęcūq; sunt indiuidua, de subiecto q̄dē nullo dicunt, sed nō omnia nō sunt in subiecto. Nam cū particularis substantia in subiecto nō sit, ut Plato, particulare tamē accidēs in subiecto est, ut quædā Grāmatica, in anima. Illud quoq; magna attentione notandū est, qs sit huius ordo, ꝓpositi. Nā cū sint quatuor cōplexiones, factæ ex quatuor rebus, quarū duæ natura discrepant, ut substantia & accidens, duæ quantitate, ut particularitas & uniuersalitas, coniunctis compositisq; his quatuor omnibus differentiem lateribus dispositionem fecit. Posuit enim prius substātiā uniuersalē dicēs, q̄d in subiecto nō est & de subiecto dicit. Post hanc primā positionē totis discrepantē rebus, rem subdit, id est accidens particulare, quod in subiecto esset, & de subiecto non prędicatur. Nam cum accidens dixit, à substantia disgregauit, q̄d particulare addidit ab uniuersali disiūxit. Rursus ex alio latere dispositit in diuisione accidēs uniuersale, dicēs q; in subiecto est, & de subiecto prædicatur, & ultimo substātiam particularē contrariam superiori accidenti



dixit, q̄d nec in subiecto est, nec de subiecto prædicat, substātiæ particularitatē, uniuersalitati accidētis opponēs. Sed ut planius q̄d dicimus sit, figurā descriptionēq; subiecimus, in qua superius latus substantia accidentiq; notauimus, reliquū particularitatis et uniuersalitatis titulo inscripsimus, Aristotelicā cōplexionē angulariter & per latera designantes.

Quādo alterū de altero prędicat ut de subiecto, quæcūq; de eo q̄ prædicat dicunt, omnia etiam de subiecto dicūtur, ut homo

prædi-

prædicatur de quodam homine, animal uero de homine, ergo & de quodã homine animal prędicabitur, quidam enim homo, & homo est & animal.

Cum superius de his quę in subiecto sunt, id est, de accidẽtib. loqueret, diffinitionem cõstitutę in subiecto rei, & pter subiectũ nullo modo pmanẽtis in media tractatione disposuit, dicẽs, illud esse qp necp pars esset alicuius, nec sine subiecto posset ullo modo pmanere. Patefacto igit qd sit esse in subiecto, nunc qd sit pdicari de subiecto declarat. Duobus em modis pdicationes fiũt, uno secundũ accidẽs, alio de subiecto: de homine nãp prædicat album, dicit enim homo albus, rursus de eodẽ homine pdicatur animal, dicit enim homo animal. Sed illa prior pdicatio quæ est homo albus est secundũ accidẽs est, nãp accidens, qd est albũ, de subiecto homine prędicat, sed non in eo qd quid sit, nam cũ albũ sit accidẽs, homo substãtia, accidẽs de substãtia in eo qp quid sit pdicari nõ potest, ergo ista prædicatio secũdũ accidẽs dicit. De subiecto uero prędicare est, qties altera res de altera in ipsa substãtia prędicat, ut animal de homine, nã quonia animal & substãtia est, & genus hominis, idcirco in eo qd qd sit de homine prædicat. Quare illa sola de subiecto pdicari dicunt quæcunp in cuiuslibet rei substãtia, & in diffinitiõe ponunt, ergo qtiescunp huiusmodi fuerit pdicatio, ut alterum de altero ut de subiecto pdicet, id est ut de eius substãtia dicat, ut animal de homine, hanc ꝓprietatẽ euenire necesse est, ut si de eo qd prædicat, ꝓpiam ut de subiecto, id est eius substãtia pdicetur, necessario idẽ hoc qd de prædicato dicit, dicatur etia de prædicati subiecto, ut homo pdicatur qdem de Socrate in eo quod qd sit. Interrogãtibus enim qd sit Socrates, hominẽ respodemus. At uero de ipso homine in eo quod qd sit animal dicit, in substãtia enim hominis animal prędicat, atp ita fit ut animal quidẽ de homine, homo uero de Socrate in eo qd quid sit, ut de subiecto prędicent. Ergo quonia ista cõsequẽtia, & animal de Socrate in eo qd quid sit prędicabitur. Potest enim dici interrogãtib. qd est Socrates? animal. Ergo manifestũ est qd si qua res de alia ut de subiecto pdicetur, ut homo de Socrate, de eadem uero re q prædicatur, de homine scilicet alia rursus superior, ut de subiecto prædicet, ut animal, necesse erit & hãc eandẽ de subiecto eius de quo ipsum dicit prædicari, ut animal de Socrate, Socrates nãp subiectus est homini, de quo animal pdicatur. Ergo cõstat huius modi diffinitio quę dicit, qties alterũ de altero pdicatur ut de subiecto, si qd sit quod de eo qd prædicat, in eo quod qd sit dici possit, hoc idẽ ipsum de eo qd prius subiectum erat, possit pdicari. Sed fortasse quisp dicat minime uerũ esse qd dictũ est, nam cũ homo de Socrate pdicetur: Socrates enim homo est, de homine uero species, homo enim species est. Socrates species esse nõ dicit. Et rursus cũ animal de homine pdicetur, de animali uero genus, animal enim genus est, homo generis uocabulo caret, nõ enim dicit homo esse genus, homo enim genus non est, sed tantũ species. His dicendũ est qd minus aduerterint illã esse diffinitionẽ de subiecto pdicationis, quæ in eo qd quid sit unũquodp & in eius substãtia pdicaretur, nunc aũt species de homine nõ in eo qd quid sit prædicatur. Nep enim si qs hominis diffinitionẽ reddat speciem nominauit, sed designatiuũ nomen est tantũ, utrũ de pluribus. specię differentibus prædicetur hoc nomen: quod est homo, an certe tantũ de solis indiuiduis. Nam quoniam de indiuiduis solis homo prædicet, idcirco species dicitur, & quoniã de specie differẽtibus animal dicit, idcirco animal genus uocamus. Et sunt quodãmodo nominũ nomina. Quare nep genus de animali, nep species de homine, in eo q qd sit pdicatur, sed tantum designant, quomodo homo & animal de subiectis (ut dictum est) ꝓpriis prædicentur. Ergo non est mirandum si ad eorum subiectum quæ de subiecto dicunt, eius prędicati, qd de subiecto non dicitur, prædicatio peruenire non potest.

Diuersorum generũ & non subalternatim positorum, diuersæ secundũ speciem sunt differentiæ, ut animalis & scientiæ, animalis siquidem differẽtiæ sunt, ut gressibile, uolatile, bipes & aquatile, scientię uero nulla harum est, neque

neque enim scientia a scientia differt in eo quod est bipes. Subalternorũ uero generum nihil prohibet easdem esse differentias, superiora enim de inferioribus prędicantur, quare quęcunque fuerint prędicati differentiæ, erunt eędem & subiecti.

Cum multis modis genus dicatur, solum qd nunc tractari conuenit assumamus. Dicitur enim genus quod de pluribus specie differentibus in eo quod quid sit prædicatur, ut animal prædicatur de homine, & de equo, & de cane, & de boue, & de cæteris, quæ omnia specie ipsa a se discreta sunt. Species uero est quod de pluribus numero differentibus in eo quod quid sit, prædicatur, ut homo prędicat de Catone, Socrate, Platone, Virgilio, Cicerone, & de singulis hominibus, qui specie ipsa nõ differunt, sed tantum a se numero distant. Differentia uero est, quę sub eodem genere positas species propria qualitate disterminat, nã cũ equus & homo quantũ ad genus unum sint. (uterp enim animal est.) Differentia rationalis & irrationalis utroslibet disiungit ac discernit. Qualitate enim quadam rationabilitatis, & irrationabilitatis uterp a propriæ substantiæ diffinitione dissentiunt. Ergo differentia est quæ de pluribus specie differentibus in eo quod quale sit prædicatur. Namp hæc ipsa differẽtia quæ est irrationabilitas de multis specie differentibus prædicatur, ut de cygno, & equo, & pisce, quæ omnia a se cum specie ipsa dissentiant, irrationabilitatis tamen qualitate coniuncta sunt. Sed non in omnibus differẽtia de pluribus specie differentibus prædicatur. Sunt enim quædam quæ non nisi de una specie prædicant, ut gravitas de sola terra, leuitas de solo igne, ꝓprie dicit. At uero nec species semper de pluribus numero differentibus prædicatur, mundi enim species de uno solo mũdo dicitur, & phœnicis species de una tantum phœnice, sed idcirco ita diffinita est, quod frequentius differentia de pluribus specie differentibus prędicatur, quam de uno. Eo demp modo & species frequentius inuenitur de pluribus numero differẽtibus prædicari, quam de una tantum re ac singulari. His ita positis sunt quędam genera, quę generalissima nuncupantur, quibus genus inueniri non possit, sunt species quibus alias subiectas species nullus inueniet. Inter utrap aũt sunt alia quæ subalterna genera nominant, quæ superiorũ quidẽ species sunt, posteriorũ uero genera, ut substãtia genus quidẽ est generalissimũ, ut eius genus inueniri nõ possit, homo uero species est, ut eius species alia reperiri nõ ualeat. Animal uero ad substãtiã quidẽ species est, ad hominem uero genus. Decem igit prædicamentorum significatio nihil aliud demonstrat, nisi rerum decem genera quæ generalissima nominamus. Ergo quoties genera generalissima discrepant, eorũ quoq species discrepabũt, & quoties species discrepãt, quonia differentijs disiunguntur atque informantur, differentię quoq diuersarũ specierũ discrepabũt. Animal nãp & scientia, quonia est animal substantia, scientia uero ad aliqd. Quonia ap genus animalis est substãtia, & genus scientię est ad aliqd, omni substãtię a se ratiõe discreta sunt, & differẽtię quoq scientię atp animalis omnibus qualitatib. disiunguntur. Est namp differẽtia animalis, bipes & quadrupes, animal enim ab alio animali differt, ꝓ hoc qdẽ bipes sit, ut homo uel auis, illud uero quadrupes, ut equus atp bos, illud uero multipes ut formica uel apis. Sed scientia differentias huiusmodi nõ habet, nep em scientia a scientia differt in eo qd bipes est. Quare cõstat qties diuersa sunt genera, specierũ quoq differentias esse discretas. At hoc est ꝓ ait. Diuersorũ generũ & nõ subalternatim positorũ diuersas secundũ speciẽ differẽtias esse. Et hoc exẽpli adiectione firmauit dicẽs: Animalis & scientię diuersas esse differẽtias, nã cũ sit bipes animalis differẽtia, scientiæ nõ est. Et hoc quidẽ de diuersis generibus dictũ est, id est, quę subalterna nõ sunt. Qd si subalterna sunt genera nihil prohibet aliãs easdẽ esse differẽtias, aliãs diuersas, ut auis est species animalis, & rursus est genus corui, & est subalternũ genus, auis. Sed animalis differẽtię sunt ratiõalis atp irratio-

irrationalis,auis uero differẽtia rationalis nõ eſt. Nulla enim auis ab alia aui differt, q̃d ſit rationalis. ergo hoc loco nõ ſunt eædẽ ſubalternorũ generũ differẽtiæ. Si quis uero has generis, id eſt animalis differẽtias dicat,ut animaliũ alia ſunt quæ paſcant herbis,alia quę ſeminibus,alia quæ carnibus,hæ differentiæ conueniunt in ſubaltero genere,uidelicet in aui. namq; auium ſunt aliæ quæ ſeminibus ueſcuntur, alię quæ herbis,aliæ quę carnibus:ut uultur,& miluus. ergo in ſubalternis generibus nihil ꝓhibet eaſdem eſſe differentias,& iterum diſcrepare, hoc autem idcirco euenit, quia quę de prædicato dicuntur poſſunt de ſubiecto prędicari. Quare quod dicitur de genere,poteſt etiã dici de ſpecie. atq; hoc eſt quod ait: Subalternorũ uero generum nihil prohibet eaſdẽ eſſe differentias. Superiora enim de inferioríb. generibus prædicant. ſed cum diceret nihil prohibet eaſdem eſſe differentias, hoc quodãmodo uoluit demõſtrare,eſſe quaſdam eaſdem differentias, aliâs uero poſſe eſſe diuerſas,cui rem contrariam intuliſſe uidetur cum dicit: Quare quæcunq; prædicati differentiæ fuerint,eædem erunt etiam ſubiecti. nam cũ illic dixiſſet, nihil prohibet eſſe eaſdem differentias generum ſubalternorum,hic omnes caſdem eſſe declarat, dicit enim: Quęcunq; fuerint differentiæ prędicati, eaſdẽ etiã ſubiecti eſſe. atq; hęc res plures maximis illigauit erroribus,ut emendandum crederent locum nõ ut eſſet ita. Quare quæcunq; prædicati differentiæ fuerint, eædem erunt etiam ſubiecti, ſed ut hoc modo. Quare quæcunq; ſubiecti differentię fuerint,eædem erunt etiam prædicati. Sed hoc abiiciendum eſt. neq; enim fieri poteſt,ut in rem ſuperiorẽ prædicatio poſterioris redundet. Nam cum dicit,quæcunq; ſubiecti fuerint differentiæ,eædẽ erunt prædicati,hoc ſcilicet ſignificatur,ut prædicatio ſubiecti redeat in prædicatum,q̃d fieri non poteſt. Sed dicendum eſt quod ſunt alię differentiæ quæ dicuntur completiuæ prædicati & cuiuslibet illius ſpeciem informantes,quæ cõmuni nomine ſpecificæ nominantur. Nam cum dico animatum & ſenſibile,ſi ſubſtantiæ coniungantur, diffinitionem & ſpeciem mox animalis efficiunt. Animal enim eſt ſubſtantia anima ta ſenſibilis,atq; hæ differentiæ dicuntur ſpecificæ & completiuæ. Sunt aũt alię quę ipſæ qdem nihil complent,nec ullã ſpeciem reddũt,ſed genus tantum diuidũt, ut rationale & irrationale. hæc enim diuidũt genus,id eſt animal. Animal enim rationali differentia irrationaliq; diuidit. Ergo illæ quæ ſunt generis diuiſiuæ differentiæ,poſſunt aliquoties eædem eſſe:poſſunt aliquoties non eædẽ,ut animalis,quoniã diuiſibilis eſt differentia quę eſt rationale,poteſt eã non habere auis, quæ eſt ſubalternum genus. Et rurſus eaſdem diuiſibiles habere poteſt,ut eaſdem quas ſuperius diximus. Nam cum diuidant animal differentię,quæ carnibus,herbis, & ſeminibus ueſcũtur, eædem poſſunt eſſe ſubalterni generis,id eſt auis. ergo hę diuiſibiles poſſunt etiam eſſe diuerſæ. Illę uero quæ cõpletiuæ & ſpecificę ſunt,aliquãdo nõ prędicari de ſubiecto non poſſunt. Vt quoniã animal habet differentias cõpletiuas, & ſuæ ſpeciei effectiuas,ſenſibile ſcilicet & animatũ, hę differentiæ de homine quod eſt ſubiectũ animalis nõ prædicari non poſſunt. Omnes enim ſpecificæ differentiæ de his prædicantur,quorũ ſpeciẽ cõplent:ut de animali prædicaẽ ſenſibile & animatũ,& hoc ut de ſubiecto. In ſubſtãtia enim animalis utraq; prędicanẽ. ſed animal prædicaẽ de homine,ut de ſubiecto. neceſſe eſt ergo animatũ atq; ſenſibile de homine p̃dicari ut de ſubiecto. Hoc eſt enim q̃d ſuperius pręmiſit cũ diceret: Quãdo alterũ de altero prędicaẽ ut de ſubiecto,quęcunq; de eo q̃d prędicaẽ dicũtur,omnia etiã de ſubiecto dicuntur. atq; hoc in omnibus generibus recte cõſtat intelligi. Ergo diuiſibiles differentiæ poſſunt aliquãdo cũ ſubiectis eſſe cõmunes,aliquãdo diuerſæ: ſpecificæ uero & cõpletiuæ cũ ſubiectis cõmunes nõ eſſe nõ poſſunt. Q̃d ergo Ariſtoteles ait, Subalternorũ generũ nihil prohibere eaſdẽ eſſe differẽtias,diuiſibiles differẽtias eaſdem eſſe nihil prohibere putandũ eſt,quæ poſſunt eſſe etiã diuerſæ. Quod ait uero: Quęcũq; prędicati differẽtię fuerint,eædẽ erũt etiã ſubiecti,de ſpecificis intelligẽdũ eſt: quę cũ ſpeciẽ cuiuslibet informẽt,& de eo ꝙ informãt,ut de ſubiecto p̃dicenẽ, ad quod/

ad quodcunq; ut ſubiecto prædicatur illud quod ipſę differentiæ informant, de eo ut de ſubiecto prædicabuntur,& de eo non prædicari non poſſunt. Quare nihil eſt in huiuſmodi theoremate quod ullo modo debeat emendari.

Eorum quidem quæ ſecundum nullam complexionem dicuntur, ſingulum aut ſubſtantiam ſignificat,aut quãtitatem,aut qualitatem,aut ad aliquid, aut ubi,aut quando,aut ſitum,aut habere,aut facere, aut pati. Eſt autem Subſtantia ut figuraliter dicatur,ut homo,equus. Quantitas,ut bicubitum, tricubitum. Qualitas,ut album,grammaticum. Ad aliquid,ut duplum,dimidium,maius,minus. Vbi,ut in lyceo,in foro. Quando,ut heri,ſuperiori anno. Sitũ, ut ſedet,iacet. Habere,ut calciatus,armatus. Facere, ut ſecare,urere. Pati,ut ſecari,uri. Singula igitur eorum quę dicta ſunt,ipſa quidem ſecundum ſe in nulla affirmatione dicuntur, aut negatione, horum autem ad ſe inuicem,affirmatio uel negatio ſit,complexione. Videtur autem omnis affirmatio uel negatio,uel uera uel falſa eſſe:eorum autem quę ſecundum nullam complexionem dicuntur,ſingula neque uera,neque falſa ſunt, ut homo,album,currit,uincit.

Poſt paruiſſimam in quatuor enumerationem, id eſt in ſubſtãtiam,accidens,uniuerſalitatem,particularitatem,nunc eſt de partitione maxima tractaturus,quæ fit in decem. hac enim enumeratione maior non poteſt inueniri. neque enim undecim prędicamenta poterunt inueniri,nec ultra decem ullo modo aliquod genus recte excogitari poteſt. quare facit huiuſmodi enumerationem,ſed non diuiſionem. Diuiſio namq; fere eſt generis in ſpecies: prædicamentorum uero,quoniam genus unum nõ habent,diuiſio eſſe non poteſt,ſed potius enumeratio eſt. Sunt uero quidam qui contendunt recte enumerationem nõ eſſe diſpoſitam. alij namq; ut ſuperuacua quædã demunt,alij ut curto operi addunt,alij uero permutant,quos nimirum non recte ſentire alio nobis opere dicendum eſt,ait autem:Eorum quę ſecũdum nullam complexionem dicuntur. Adeo non de rebus,ſed de uocibus tractaturus eſt,ut diceret Dicuntur. Res enim proprie non dicuntur ſed uoces:& quod addidit,ſingulã aut ſubſtantiam ſignificat. late patet eum de uocibus diſputare. nõ enim res ſed uoces ſignificant,ſignificantur autem res. Sine complexione uero dicuntur(ut dictum eſt)quęcunque ſingulari intellectu & uoce proferuntur: ſecundum complexionẽ uero quę cunque aliqua coniunctione,uel accidentis copulatione miſcenẽ. Sed quid ex iis quæ quę ſecundum nullam complexionem dicuntur efficitur? ipſe demonſtrat cum dicit: Singula igitur eorum quæ dicta ſunt,ipſa quidem ſecundum ſe in nulla affirmatione dicuntur, horum aũt ad ſe inuicem cõplexione affirmatio fit. uidetur enim omnis affirmatio uel falſa eſſe uel uera. Eorum aũt quæ ſecundum nullam complexionem dicunẽ, neq; uerum quicq̃, neq; falſum eſt, ut homo,album,currit, uincit. Significat ergo & hic ea quæ ſine ulla complexione dicunẽ, affirmationis uim non obtinere. Si quis enim dicat homo,uel album,uel decẽ,uel quidlibet ſimplici modo,in eo neque uerũ aliquid inueniet, neq; falſum,ſed omnis affirmatio uel uera uel falſa eſt. Igitur uniuerſaliter pronunciat prædicamẽta affirmationis ratione penitus nõ teneri: ſed hæc eadem ſi cum quadam complexione coniuncta ſint, fieri propoſitiones neceſſe eſt,quæ in ſe uerum falſumue contineant. Sed non omnis complexio propoſitionẽ facit, nec ſi dixero, Socrates in foro, idcirco iam propoſitio eſt. ſed ſi quis dicat, Socrates in foro ambulat,tunc fit propoſitio,quæ aut affirmatio eſt aut negatio. Affirmationes autem & negationes,uel uerę uidenẽ eſſe uel falſæ. atq; ideo quodcunque neque uerum neque falſum eſt, illud propoſitio non eſt. Ergo quadã complexione ex iis quæ ſecundam nullam complexionẽ dicunẽ, ueritas falſitaſq; cõficitur. Affir/

mationem

mationẽ aũt ſolã nunc Ariſtoteles interpoſuit, idcirco quòd omnis affirmatio prior eſt. hoc enim negatio tollit, quod affirmatio ante cõſtituit: prius quidẽ ſecũdum ſignificationẽ ſed non ſecundũ genus, q̃d alio liquebit loco. Maxime aũt mõſtrat Ariſtoteles ſe non de rebus, ſed de uocibus tractaturũ, quod ait: Horum aũt ad ſe inuicem complexione affirmatio fit. non enim rerum complexione fit affirmatio uel negatio, ſed ſermonum. nec in rebus eſt ueritas & falſitas, ſed in intellectibus atque opinionibus, & poſt hæc in uocibus atque ſermonibus. Atque hæc hactenus. Secundum complexionem ergo ſunt quæcunque ex integris compoſitis fiunt, ut Socrates ambulat. nam & Socrates & ambulat uterq; integer ſermo eſt, & cõiunctus affirmationem facit. At uero ſiquis dicat flammiger, uel multiſonus, uel fluctiuagus, ſecundum complexionem non erit iſta prolatio, idcirco quod ex neutris integris factum eſt. Horum autem decem prædicamentorũ diffinitiones inueniri nõ poſſunt, idcirco quòd ea quæ ſignificant generaliſſima ſunt. Subſtantia enim & quãtitas, & qualitas nulli unquam generi uidentur eſſe ſubiecta. Quare quoniam diffinitio omnis à genere ducitur, genus quod alij generi ſubiectum non eſt, à diffinitione relinquitur. Sed nunc quidem omnium prædicamentorum conuenientia dixit exẽpla: poſt uero latius de unoquoque tractabitur: & quoniam diffinitio inueniri nulla poteſt, quibuſdam proprietatibus informantur, quare quoniam de his dictum eſt plene, ad tractatum ſubſtantiæ tranſeamus.

DE SVBSTANTIA.

SVbſtantia autem quæ proprie & principaliter & maxime dicitur, eſt quę neque de ſubiecto dicitur, neque in ſubiecto eſt, ut aliquis homo, uel aliquis equus. Secundę autem ſubſtantiæ dicuntur ſpecies, in quibus illę quæ principaliter ſubſtãtię dicuntur, inſunt. Et hæ quidem & harum ſpecierum genera, ut aliquis homo, in ſpecie quidem eſt in homine, genus uero ſpeciei, animal eſt. Secundę ergo ſubſtantiæ hę dicuntur, ut eſt homo atque animal.

QVæritur cur prædicamentorũ tractatũ à ſubſtãtijs inchoauerit. nam quoniã omnis res aut in ſubiecto eſt, aut ſubiecto nõ eſt. Quicqd in ſubiecto eſt, eget ſubiecto, quoniã in propria natura nõ poteſt cõſiſtere: & quoniã rebus omnibus ſubſtantia ſubiecta eſt, nihil eorum quæ ſunt in ſubiecto pręter ſubſtantiam poterit permanere. Sed prior illa natura eſt, ſine qua alia eſſe non poſſunt, quocirca prior naturaliter uideẽ eſſe ſubſtantia, non abſurde igitur in diſputatione quod prius per naturam fuit, prius etiam ſumpſit. & diffinitionem quidem ſubſtantiæ proferre non potuit, ſed poſt exemplum ſuperius datum deſcriptionem quandam profert, qua quid ſit ipſa ſubſtantia queamus agnoſcere: hoc eſt autem, non eſſe in ſubiecto. ſubſtantia enim in ſubiecto non eſt, facit autem quandam ſubſtantiarum diuiſionem cum dicit, alias primas eſſe ſubſtantias, alias ſecundas: primas uocans indiuiduas, ſecundas uero indiuiduarum ſpecies & genera. Ergo cum primis ſecundiſq; ſubſtantijs cõmune ſit non eſſe in ſubiecto, additum primis ſubſtantijs, de ſubiectis non prædicari, primas ſubſtantias à ſecundis ſubſtantijs ſeparat. ſubſtantia enim indiuidua, in eo quod eſt ſubſtantia, in ſubiecto non eſt; quòd autem indiuidua eſt, de ſubiecto non prædicatur. Sunt ergo primæ ſubſtantiæ quæ neque in ſubiecto ſunt, neque de ſubiecto dicuntur, ut eſt Socrates uel Plato. Hi enim quoniam ſubſtantiæ ſunt, in ſubiecto nullo ſunt. Quoniam uero particulares indiuiduique ſunt, ne nullo ſubiecto prędicantur. Secundæ uero ſubſtantiæ ſunt, quibus commune eſt cum primis ſubſtantijs, quòd in ſubiecto non ſunt, proprium uero quod de ſubiecto prædicantur, quæ ſecundæ ſubſtantiæ ſunt uniuerſales, ut eſt homo atque animal, homo nãq; & animal, in nullo

in nullo ſunt ſubiecto, ſed de ſubiecto aliquo prædicant. Sunt igitur primæ ſubſtantiæ particulares, ſecundæ uniuerſales. Proprie autem ſubſtantias indiuiduas dicit, q̃ hominem quidem idem ipſam ſpeciem, & animal, quod eſt genus, non niſi ex indiuiduorum cognitione colligimus. Quare quoniam ex ſingulorum ſenſibus generalitas intellecta eſt, merito propriæ ſubſtantiæ indiuidua & ſingula nominantur. Principaliter uero indiuiduæ ſubſtantiæ dictæ ſunt, quod omne accidens prius in indiuiduo, poſt uero in ſecũdas ſubſtãtias uenit. Nam quoniam Ariſtarchus grammaticus eſt, homo uero eſt Ariſtarchus, eſt homo grãmaticus: ita prius omne accidẽs in indiuiduum uenit, ſecundo uero loco etiam in ſpecies generaq; ſubſtantiarum accidẽs illud uenire putabitur. Rectè igitur quod prius ſubiectum eſt, hoc ſubſtantia principaliter appellatur. Maximè autem ſubſtantia prima dicitur, idcirco quòd quæ maxime ſubiecta eſt rebus alijs, ea maxime ſubſtãtia dici poteſt: maxime autem ſubiecta eſt prima ſubſtantia. omnia enim de primis ſubſtantijs dicuntur, aut primis ſubſtantijs inſunt, ut genera & ſpecies: nanq; & genera & ſpecies prædicant de proprijs indiuiduis, ut animal atq; homo prædicantur de Socrate, id eſt ſecundæ ſubſtantiæ de primis: ſin uero ſint accidentia, in primis ſubſtantijs principaliter ſunt. Quare quoniã & accidẽtia in primis ſubſtãtijs principaliter ſunt, & ſecũdæ ſubſtãtiæ de primis ſubſtantijs prædicãtur, primę ſubſtãtię ſecundis ſubſtantijs accidentibuſq; ſubiectæ ſunt. Quare quoniam iſtę maxime ſubiectæ ſunt & accidentiũ ſubſiſtentiæ, & ſecundarum ſubſtantiarum prædicationi, idcirco maxime ſubſtantiæ nuncupantur. Dicit autem non omnis ſpecies neq; omnia genera, ſecundas eſſe ſubſtãtias, ſed eas tantũ quæ primas ſubſtantias cõtinerent, ut eſt homo atq; animal: homo nanq; cõtinet Socratem, id eſt aliquam indiuiduam ſubſtantiam. Animal uero continet indiuiduũ ſpeciẽq;, id eſt hominẽ & aliquẽ hominẽ. Quare genera & ſpecies quæ de primis ſubſtantijs prædicantur, ipſas ſecundas putat eſſe ſubſtãtias, hoc aũt hoc modo ait: Secundæ autem ſubſtantię dicuntur in quibus ſpeciebus illæ quæ principaliter ſubſtantiæ dicuntur inſunt: hęc & harum ſpecierũ genera, & inde conuenientia ponit exempla, ac ſi diceret: Non omnia genera neque omnes ſubſtantias dico, ſed eas tantum ſpecies in quibus indiuidua illa, id eſt primę ſubſtantiæ ſunt, & harum ſpecierum, id eſt quæ continent primas ſubſtantias, genera. Hoc autem idcirco dictum uidetur, ne quis colorem quod genus eſt, uel albũ quod eſt ſpecies, ſecundas putet eſſe ſubſtantias. iſta enim primas ſub ſe non cõtinent. Sed dicat aliquis quemadmodũ primæ poterunt eſſe ſubſtantiæ indiuiduę, cum omne quod prius eſt ſublatum auferat id quod eſt poſterius, poſterioribus uero ſublatis priora non pereãt? homo nanq; ſi pereat, Socrates quoque ſit continuo periturus: ſi uero Socrates interierit, homo continuo non peribit. Si igitur ſublatis generibus & ſpeciebus indiuidua perimuntur, ſublatis indiuiduis genera ſpeciesq; permanent, magis primas ſubſtãtias ſpecies & genera nominari dignum fuit. Sed hoc modo indiuiduorum natura non recte accipitur. Neq; enim cuncta indiuiduorum ſubſtantia in uno Socrate eſt, uel quolibet uno homine, ſed in omnibus ſingulis. Genera nanq; & ſpecies non ex uno ſingulo intellecta ſunt, ſed ex omnibus ſingulis indiuiduis, mentis ratione concepta. Semper etiam quæ ſenſibus propinquiora ſunt, ea etiam proxime nuncupanda uocabulis arbitramur. Qui enim primus hominem dixit, non illum qui ex ſingulis hominibus conficitur, cõcepit, ſed animo quendam ſingularem atque indiuiduum cui hominis nomen imponeret. Ergo ſublatis ſingulis hominibus, homo nõ remanet, & ſublatis ſingulis animalibus animal interibit. Quocirca quoniam in hoc libro de uocabulorũ ſignificatione tractatus habeẽ, ea quibus uocabula prius poſita ſunt, merito primas ſubſtantias nuncupauit: prius autem illis uocabula ſunt indita, quę prius ſub ſenſibus cadere potuerunt. Senſibus uero obijciuntur prima indiuidua. merito igitur ea prima in diuiſione poſuit. Eodem quoq; modo illa quæſtio ſoluitur quæ dicit: Cum naturaliter primæ intellectibiles ſint ſubſtantiæ, ut Deus & animus, cur non has pri-

tem communius. Et cum aliquam arborem reddideris, manifestius assigna-
bis, cum arborem reddideris quàm plantam.

Constat indiuiduas substantias primas & maximè & propriè esse substãtias. Secun
dę uero substantiæ, id est genera & species, sicut non æqualiter à prima substãtia di-
stant, ita non æqualiter substantię sunt, nam quoniam propinquior est species prime
substantię quàm genus, idcirco magis est substantia species quàm proprium genus,
ut homo propinquior est Socrati quàm animal, atque ideo magis est homo substan
tia. Animal uero quãquam & ipsum substantia sit minus tamen homine, hoc autem
idcirco euenit, quod in omni diffinitione conuenientius species ad primam substan-
tiam dicitur quàm genus. Nam si quid sit Socrates aliquis uelit ostendere, propin-
quius substãtiam Socratis proprietatemq; monstrabit, si dixerit eum esse hominem,
quàm si animal. Quod enim animal est Socrates, cõmune est cum cæteris qui homi-
nes non sunt, id est cum equo atque boue. Quod uero homo est, cum nullo alio est
commune, nisi cum his qui sub eadem specie hominis cõtinentur. Quocirca propin-
quior erit ad significationem designatio, cum indiuiduo species redditur, quàm si ge
neris uocabulum prædicetur. Rursus si quamlibet indiuiduã arborem designare ali-
quis uolens, arborem dicat, propinquius designabit quid sit id quod diffiniuit, quàm
si plantam nominet, planta autem genus est arboris. prędicatur enim planta & de ijs
quæ arbores non sunt, ut de caulibus atq; lactucis, quare constat species magis esse
substãtias, eo quòd sint primis & maxime substantijs propinquiores. Et quod in eo
quòd quid sit, assignata species conuenientius & euidẽtius assignet, genus uero lon
ginquius atque communius.

> Amplius principales substantiæ eo quòd alijs omnibus subiectæ sunt, & alia
> omnia aut de his prædicantur, aut in eis sint, ideo maximę dicuntur substan
> tiæ. Sicut autem principales substantię ad alia omnia se habent, sic & species
> ad genus se habet, subiacet enim species generi, genera enim de speciebus
> prędicantur, species autem de generibus non cõuertuntur. Quare & ex his
> manifestum est speciem magis genere substantiam esse.

Magis esse substantias species ualidiori rursus argumentatione confirmat, per simi-
litudinem namque hoc ita esse declarat. Nam cum omnes substantiæ aut primæ sint
aut secundę, secundarum autem aut genera aut species, specierum atq; generũ quic-
quid similius primis substãtijs inuenitur, hoc magis substantia merito putabitur. Sed
primæ substantiæ idcirco maximę substantiæ dicuntur, quod omnibus ita subiectæ
sunt, ut aut in ipsis sint cætera ut accidentia, aut de ipsis alia prædicentur ut substan-
tiæ secundę. Quod ergo in primas substantias, hoc idem in species uenit. Namq; spe
cies & cunctis subiacent accidentibus, & de speciebus genera prædicãtur, de generi
bus uero species non prędicantur. Quare non similiter genera subiacent, quemad
modum species. Non enim de generibus species prędicantur. Ergo sicut primæ sub-
stantię subiectæ sunt secundis substantijs & accidẽtibus, ita species subiecte sunt &
accidentibus, & generibus. Genera uero quanquam subiecta sint accidentibus, spe-
ciebus tamen ipsa non subiacent. Quocirca maior est similitudo speciei ad primas
substantias, quàm generis, quod si maior est similitudo specierum ad maximas sub-
stantias, ipsę erunt magis substantiæ. Sed ne quis nos arbitretur dicere, quod ea quæ
sunt genera, species esse non possunt, sed in eo quòd sunt genera, species esse non
possunt. Nam in eo quòd species est, de superioribus nõ prędicatur, sed in eo quòd
genus, de eo prędicabitur cuius est genus. Quocirca genera ipsa, quorum sunt ge-
nera his subiacere non possunt, species uero quorum sunt species, de his prædica-
ri non possunt.

Ipsarum

> Ipsarum uero specierum quecunq; non sunt genera, nihil magis alterum al
> tero substantia est, nihil enim familiarius assignabis de aliquo homine, homi-
> nem assignando, quàm de aliquo equo, equum. Similiter autem & principa
> lium substantiarum nihil magis alterum altero substãtia est, nihil enim ma
> gis aliquis homo substantia est, quàm aliquis bos.

Prædictũ est quoq; ut Porphyrius in libro de generibus, speciebus, differentijs, pro-
prijs, atque accidẽtibus planissimè docuit alia esse solum genera, quorum genus in-
ueniri non posset, alia solum species, quæ in alias species diuidi non ualerent. Hæ au
tem sunt quæ de pluribus numero differentibus in eo quòd quid sit prædicãtur, ut ho
mo de singulis hominibus dicitur, & equus de singulis equis, & bos de singulis bo-
bus, qui sub propria specie positi à seipsis propriæ naturæ figura non discrepant. Er
go huiusmodi species, ut est homo atq; equus, quæ solis indiuiduis præsunt, quoniã
genera esse non possunt, æqualiter semper substantię sunt. Nam tam propinquè red
ditur de quolibet indiuiduo equo, nomẽ equi, quàm de quolibet indiuiduo homine,
hominis nomen. Quocirca si æqualiter species hę, quæ genera non sunt, ad primas
substantias sunt, æqualiter esse substantiæ merito putabuntur, hoc autem dicit non
quod omnes species æqualiter substantię sint, sed quę æqualiter à primis substantijs
distãt. Potest enim fieri ut cuius libet superioris generis una quælibet species sit, quæ
comparata ad propriam speciem minus illa superior uideatur esse substantia, ut ani-
malis si quis dicat speciem esse auem, eiusdem quoque speciem hominem, auis & ho
mo nõ æqualiter substãtiæ sunt, idcirco quod auis homine superior est. Homo nam-
que in alias species non diuiditur, est enim magis species. Auis autem potest in alias
diuidi species, ut in accipitrem & uulturem, quæ quanquã aues sunt specie, tamẽ ipsę
dissentiunt. Propriè autẽ species accipiter ac uultur est, hi enim solis indiuiduis præ-
sunt. Quare homo atque accipiter æqualiter à primis substantijs distãt, & sunt æqua
liter substantiæ. Homo uero atque auis quoniam superior est auis homine, nõ æqua
liter substantię sunt, magis enim substantia homo est. Ergo quecunq; species æqua-
liter à suis indiuiduis distant, æqualiter substantię sunt. Quod quoniam species hæ
quæ genera non sunt, æqualiter à primis substãtijs absunt, æqualiter substãtiæ dicun
tur. Planum autem est, ut expositione non egeat, primas quoque substantias æqua-
liter esse substantias, aliquis homo enim atque aliquis equus, quoniam sunt indiui-
dua, principaliter substantiæ sunt, & propriè & maximę. Quocirca in maximis sub-
stantijs, neque minus, neq; magis substantia poterit inueniri. Indiuidua igitur æqua
liter substantię sunt.

> Merito igitur post principales substantias, sola aliorum species & genera di
> cuntur esse secundę substantiæ. Eorum enim quę prædicantur, principalem
> substantiam sola hæc indicant. Aliquem enim hominem si quis assignauer-
> rit quid sit, speciem quidẽ uel genus assignans, familiariter assignabit, & ma
> nifestius faciet hominem uel animal assignãs. Aliorum uero quicquid assigna
> uerit quilibet assignabit extraneæ, uelut albũ, aut currit, aut quæcunq; taliũ
> reddens, ergo merito hę solę aliorum, secundæ substantiæ dicuntur.

Ordine & conuenienter post primas substantias, id est indiuidua, genera & species
secundas esse substantias constitutas monstrat Aristoteles, quæ est firma atq; expedi
ta probatio, ait enim: Post primas substantias rectè genera & species secundas sub-
stantias esse nominatas. In diffinitionibus enim ubi substantia cuiuslibet ostẽditur,
nihil aliud primas substantias monstrat, nisi genus & species. Socrates nãq; si quis

quid ſit interroget, dicitur homo, uel animal, & in eo quòd quid ſit Socrates interrogatus, rectè hominẽ uel animal eſſe reſpõdet. Quare quid ſint primæ ſubſtantiæ ſecũdæ monſtrãt, quod ſi quis præter ſecũdas ſubſtãtias in interrogatione quid ſit prima ſubſtantia dicat, id alieniſſimè profert, ut ſi quid ſit Socrates interrogãti, aliquis reſpondeat albũ, uel currit, uel aliquid huiuſmodi, quod ſecunda ſubſtantia nõ ſit, nihil cõuenienter unquam profert, ſi quid de prima ſubſtantia præter ſecũdas ſubſtantias dicat. Quare quoniam nihil eorũ quæ non ſunt ſecundæ ſubſtantiæ, quid ſit prima ſubſtantia declarat, ſecundæ autem ſubſtantiæ genera & ſpecies ſunt, rectè poſt primas ſubſtantias ſpecies & genera ſecundæ dicuntur eſſe ſubſtantiæ.

Amplius principales ſubſtantię eo ꝙ alijs omnibus ſubiaceant, & alia omnia de ipſis prædicantur aut in ipſis ſunt, idcirco propriè ſubſtantiæ dicuntur. Sicut autem primæ ſubſtantiæ ad omnia alia ſeſe habent, ita principaliũ ſubſtantiarum genera & ſpecies ad omnia reliqua ſeſe habent. De his enim omnia reliqua prædicãtur, aliquem enim hominem dicis Grãmaticum eſſe, ergo & hominem, & animal, Grammaticũ dicis, ſimiliter autem & in alijs.

Hæc quoꝙ eſt de eadem re probatio, qua rectè poſt primas ſubſtãtias genera & ſpecies eſſe poſitas uerißima ratione confirmat. Namꝙ indiuidua idcirco primæ dicuntur eſſe ſubſtantiæ, & quod alijs cunctis ſubiaceant. Nam quoniam ſecũdis ſubſtantijs ad predicationem ſuppoſitę ſunt, & de his ſecundæ ſubſtantię dicuntur, & quoniam accidẽtibus ut poſſint eſſe accidentia ſubduntur, idcirco primę ſubſtãtiæ ſunt. Et ſicut primæ ſubſtãtię cunctis ſubiacẽt accidentibus, ſic etiã ſecũdę. Nam quoniã aliquis homo accidẽtibus ſubiacet, & homo & animal accidenti ſupponiť, & quoniam eſt quidam homo Grammaticus, id eſt Ariſtarchus, eſt homo Grãmaticus, eſt etiã animal grammaticũ. Quocirca accidẽtibus primę ſubſtantię principaliter ſubduntur, ſecundæ uero ſecundo loco, & quemadmodũ primæ ſubſtantiæ & accidentibus & ſecundis ſubſtantijs ſubiacent, ſic ſecundæ ſubſtantię accidẽtibus ſupponuntur, ſed ſecundę ſubſtantię ſpecies & genera ſunt. Rectè igitur poſt primas ſubſtantias ſpecies & genera ſecũdas ſubſtantias eſſe propoſuit.

Commune eſt autem omni ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe, principalis enim ſubſtantia neqꝫ de ſubiecto aliquo dicitur, neqꝫ in ſubiecto eſt. Secundæ uero ſubſtantię ſic etiã cõſtant, quia nulla eſt in ſubiecto. Etenim homo de ſubiecto aliquo homine dicitur, in ſubiecto autem nullo eſt, neqꝫ enim in aliquo homine homo eſt. Similiter animal de ſubiecto quidem dicitur aliquo homine, non eſt autem animal in aliquo homine.

Poſt enumerationem ſubſtantiarũ & diuiſionem in qua alias primas, alias ſecundas eſſe propoſuit, quoniã ſubſtãtiæ diffinitio nulla eſt reddita, idcirco quia generaliſſimum genus diffinitionibus nõ tenetur, proprietatẽ quandam cupit exquirere, quaſi ſignum aliquod quo ſubſtãtiam quęramus agnoſcere, ꝓriusꝫ quid ipſis ſubſtantijs communiter poſſit euenire proponit, poſt uero quid illis propriũ ſit quærit, ſed idcirco iſta pręmittit, ut ad illud uerum propriũ ſine ullo errore perueniat, & quod uerè eſt ſubſtantiarũ proprium ultimum dicat. Tribus autem modis proprium ſignificatur. Eſt enim proprium quod alicui ſpeciei omni euenit & nõ ſoli, ut homini bipedem eſſe. Omnis enim homo bipes eſt, ſed non ſolus, aues namque & ipſæ ſunt bipedes. Aut ſoli & nõ omni, ut eidem homini euenit ut ſit Grãmaticus, ſed nõ omni homini, neqꝫ enim omnis homo Grãmaticus eſt. Aut uero tertia propriį ſignificatio eſt, quę omni & ſoli & ſemper, ut riſibile. Omnis enim homo riſibilis eſt, & ſolũ eſt animal homo quod rideat. Ex his igiť illa duo ſuperiora quę diximus, ubi omni & non

non ſoli, aut ſoli & non omni, eſſe quædam propria dicebamus, quę à propriorũ ueritate eſſe uidẽtur aliena. Hoc uero tertium quod omni ineſt & ſoli, hoc uerè eſt proprium, illa autem ſuperiora conſequentia quidem dicuntur, nõ tamen uerè propria, hoc autem ultimum, uerè eſt proprium. Quęcunque ergo talia propria Ariſtoteles inuenerit, quæ aut ſolis & non omnibus ſubſtantijs, aut omnibus & non ſolis euenìant, uelut non uerè in natura cuiuslibet conſtituta repudiat. Illud uero ultimũ ponit quod & omni ſubſtantiæ, & ſoli ualeat euenire. Illa enim ſunt propria quæ conuertuntur, ut ſi quid fuerit homo, riſibile eſt, ſi quid eſt riſibile, homo eſt, hæc autem ſolum conuerti poſſunt, quæ omni ſoliꝙ contingunt, nam neqꝫ ulli alij magis, neqꝫ ulli minus euenient, quare his prædictis ad loci ipſius orationem expoſitionemꝫ ueniamus. Quod ergo dicit hoc eſt, omnibus ſubſtãtijs cõmune eſt, ut in ſubiecto non ſint, namqꝫ primæ ſubſtantiæ, id eſt indiuidua in ſubiecto non ſunt, quod planiſſimè his demonſtratur. Nunquam enim particularis ſubſtantia alicui accidẽs eſſe poteſt, ſecundæ uero ſubſtantię habent quandam imaginem quod ſint in ſubiecto, uidẽtur enim ſecundæ ſubſtantię in ſubiectis, id eſt primis ſubſtãtijs eſſe ſed falſo, nam ſecundæ ſubſtãtiæ de primis ſubſtantijs ſolum prædicantur, nõ in ipſis ſunt. Animal enim de quodam homine tantum dicitur, non etiam in aliquo homine conſiſtit, ut in ſubiecto. Hoc autem illa res probat, quòd omnia quæcunque in ſubiecto ſunt, eorũ quoque indiuidua in ſubiecto ſunt, color quoniam in ſubiecto corpore eſt, & quidam color ſubiecto corpore nititur, in hoc uero quoniam primæ ſubſtantiæ, id eſt indiuidua in ſubiecto non ſunt, nec eorũ uniuerſalia, id eſt ſecundę ſubſtantiæ, quæ genera ſpeciesꝫ ſunt, poſſunt aliquo niti ſubiecto. Quare ſecundæ ſubſtantiæ primas ſubſtantias ad prædicationem tantum ſubiectas habent, non etiam ut ipſe primis ſubſtantijs accidant. Illud quoque maximum argumentum eſt ſecundas ſubſtantias non eſſe in ſubiecto, quoniam omne quod in ſubiecto eſt, poteſt mutari, illa quæ ſubecta eſt nõ mutatur, ut color qui eſt in corpore, eodem corpore manente poteſt mutari, ut niger fiat ex albo. Manentibus autem ſubſtantijs primis, ſecundæ ſubſtantię non mutantur. Quam uero ipſe Ariſtoteles poſuit probationem, ſecundas ſubſtãtias non eſſe in ſubiecto, huiuſmodi eſt, prædocuit enim quorundam quæ ſunt in ſubiecto nomen de ſubiectis poſſe prędicari, rationem uero nunquam. Album enim cum ſit in corpore, dicitur corpus album, & prędicatur albedo de corpore, ſed alia eſt diffinitio albedinis, alia corporis. Secundæ uero ſubſtantię de primis ſubſtantijs, & nomine prędicantur, & diffinitione iunguntur. Nam quidã homo animal eſt & homo, ſed quidam homo, & hominis, & animalis ratione diffinitur. Et ut ueraciſſimè ſententia concludatur, omne ꝙ eſt in ſubiecto, æquiuocè de ſubiecto diciť. Secũdę uero ſubſtantię de primis nõ æquiuocè ſed uniuocè nũcupãtur, idcirco quod (ut dictũ eſt) & nomine & diffinitione cõſentiunt. Quare quemadmodũ primę ſubſtantię in ſubiecto nõ ſunt, ſic ſecundæ ſubiecto carebunt. Commune eſt igitur omnibus ſubſtantijs, & ſecundis & primis in ſubiecto non eſſe, & quodcunqꝫ ſubſtantia fuerit conſequens eſt, ut in nullo ſubiecto ſit. Sed quæritur utrum hoc ſoli ſubſtãtię inſit an etiam alijs, nam ſi ſoli ſubſtantiæ ineſt, quoniã omni ſubſtantię hoc ineſſe monſtrauimus, quod in ſubiecto non ſit, uerum proprium dicitur eſſe ſubſtãtię, non eſſe in ſubiecto. Hoc enim dictũ eſt eſſe maximè propriũ, quod omnibus ineſſet & ſolis, ſed hoc non eſſe ſubſtantiæ proprium ueriſſima Ariſtoteles probatione confirmat dicens:

Amplius eorum quæ ſunt in ſubiecto, nomen quidem de ſubiecto aliquãdo nihil prohibet prædicari, rationem uero impoſſibile eſt. Secundarum uero ſubſtantiarum & nomen de ſubiectis & ratio prædicabitur, rationem enim hominis & animalis de aliquo homine prædicabis. Quare non erit ſubſtantia eorum quę ſunt in ſubiecto. Non eſt autem hoc propriũ ſubſtãtię, nanqꝫ

dem ſubſtantijs indubitabilè & uerũ eſt,quoniã hoc aliquid ſignificant. Indiuiduum enim & unũ numero eſt quod ſignificatur. In ſecundis uero ſubſtantijs,uidetur quidẽ ſimiliter appellationis figura hoc aliquid ſignificare,quando quis dixerit uel hominem,uel animal,non tamen uerũ eſt,ſed magis quale aliquid ſignificat,neq; enim eſt unũ quod ſubiectum eſt, quemadmodum prima ſubſtantia,ſed de pluribus homo dicitur & animal. Non autẽ ſimpliciter quale quid ſignificat,quemadmodũ album,nihil enim album aliud ſignificat quàm qualitatẽ,genus autẽ & ſpecies circa ſubſtantiã qualitatẽ determinant,qualẽ enim quandã ſubſtantiã ſignificant,plus autẽ in genere quàm in ſpecie determinatio ſit,dicẽs enim animal plus cõplectitur quã hominẽ.

Poſtquã ſuperius geminas dixit ſubſtantiæ conſequentias,id eſt in ſubiecto nõ eſſe, & cuncta ab his uniuocè prædicari,& eas à maximę proprio ſubſtãtiæ ſeparauit,idcirco quod differentijs etiam uidentur eſſe cõmunes, aliud adijcit quod idcirco ſubſtantiæ propriũ non ſit, quod non ſit in omni ſubſtantia. Nam quemadmodũ quantitas,quantum ſignificat,& qualitas quale,ſic etiã ſubſtatia uideẽ hoc aliquid ſignificare. Nam cum dico Socrates uel Plato uel aliquã indiuiduam ſubſtãtiam nomino, hoc aliquid ſignifico,ſed omnibus hoc ſubſtãtijs nõ ineſt. Indiuiduis nãq; quoniam particularia ſunt & numero ſingularia,uerũ eſt hoc aliquid à ſubſtantijs ſignificari. In ſecũdis uero ſubſtãtijs nõ idem eſt. Nanq; ſecũdæ ſubſtantię nõ ſunt unę,nec numero ſingulares,ſed ſpecies intra ſe plurima indiuidua continent, & multas intra ſe ſpecies genus includit,quocirca cum dico homo,non hoc aliquid ſignificaui, neque enim ſingulare eſt hominis nomẽ,idcirco q̃ de pluribus indiuiduis prædicaẽ,ſed potius quale quiddã,qualis enim ſubſtantia ſit demonſtraẽ,cũ dicitur homo. Qualitas autẽ hæc circa ſubſtantiã terminatur,nam ſicut indiuidua qualitas ſpecies & genera qualitatis habet, & ſicut ſingulas quãtitates quantitas ſpeciebus & generibus claudit,ita quoq; indiuiduarũ ſubſtantiarũ ſpecies & genera ſecũdæ ſubſtantiæ ſunt. Ergo cũ dico homo,talẽ ſubſtantiã ſignifico,quę de pluribus numero differentibus in eo q̃ quid ſit prædicaẽ,qualem ergo quandã ſubſtantiã ſignifico,cũ hominẽ dixi,talem ſcilicet,quę indiuiduis nominetur,idem quoq; de genere eſt. Nam cum dico animal, talem ſubſtantiã ſignifico, quę de pluribus ſpeciebus dicaẽ. Eſt igitur qualitas ut album,quæ ſemper ſit in ſubſtantia,ſed nõ ut ipſam ſubſtãtiam interimat, idcirco quod proprietatẽ ſubſtantiæ albedo non habet. Qualitas uero hæc quę de ſubſtantijs dicitur,circa ſubſtantiã qualitatẽ determinat,qualis ſit enim illa ſubſtãtia demonſtrat. Nam ſi homo eſt rationalis, & ſubſtãtia erit rationalis, ſed rationalis qualitas eſt. Qualem ergo ſubſtantiã monſtrãt ſecũdę ſubſtantię. Quocirca nõ eſt hoc propriũ ſubſtantiæ,hoc aliquid ſignificare. Secũdę enim ſubſtantiæ nõ hoc aliquid, ſed quale aliquid(ut dictũ eſt)monſtrãt,ita tamẽ quale aliquid monſtrãt,ut ipſam qualitatem circa ſubſtãtias determinent. Qualitas enim ſecundarũ ſubſtantiarũ in indiuiduis eſt,de ipſis enim naturaliter prædicaẽ,quę ipſa indiuiduę ſubſtantiæ ſunt. Qualitas igitur ſecundarũ ſubſtantiarũ circa indiuidua,id eſt quæ prima ſunt terminatur. Determinatio uero quoties ipſe terminus multa concludit,maior eſt,& minor quoties pauciora,quocirca genus plurima colligit,ſpecies uero non tam plurima. Nam cum dico animal, etiam hominem bouemq;,& alia cuncta animalia hoc uno nomine clauſi. Cũ uero dico homo, ſolos homines indiuiduos hac nominis ſignificatiõe cõcluſi,quo circa maior fit determinatio per genus,q̃ per ſpeciem, & fit determinatio circa ſubſtantiã qualitatis,uel quod ſubſtantialis qualitas in genere & ſpecie eſt,uel quod ſecundũ quandã cõmunionem ſubiectorũ dicitur. Sed per ſe qualitas ut albũ, neq; ullius ſubſtantiã ſignificat, neq; ullã cõmunionem, ſicut genus ſpecierũ ſuarũ, & indiui-

& indiuiduorũ ſpecies oſtendit. Quo circa aliud ſubſtantiæ propriũ requirendũ eſt.

Ineſt autem ſubſtantijs etiã nihil ipſis eſſe contrarium,primę enim ſubſtãtiæ quid erit contrarium,ut alicui homini uel alicui animali,nihil enim eſt contrarium,at uero nec homini nec animali aliquid eſt cõtrarium,nõ eſt autem hoc ſubſtãtię propriũ,ſed etiam multorum aliorum,ut quantitatis, bicubito enim uel tricubito nihil eſt cõtrarium, at uero nec decem nec alicui talium. Niſi quis forte multa paucis dicat eſſe contraria,uel magnum paruo, determinatarum uero quantitatum nullum ulli eſt contrarium.

Adiecit quoque aliud ſubſtantiæ proprium dicens,ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium: hoc aũt ex ea quę ſigillatim fit inductione cõfirmat. Homo enim homini uel equo, uel alicui alij animaliũ non eſt contrarius. Sed ſi quis forſitan dicat cum ignis atque aqua ſubſtãtię ſint,ignẽm aquæ eſſe contrariũ,mentietur. Non enim ignis aquæ contrarius eſt,ſed qualitates ignis qualitatibus aquę opponuntur. Calor enim & frigus contraria ſunt,& humor & ſiccitas, quæ qualitates cũ aliæ ſint in igne, aliæ in aqua, ipſas ſubſtãtias cõtrarias facere uidentur,ſed nõ ſunt,hoc aũt ex omnibus alijs ſubſtãtijs poteſt probari,in quibus nihil quiſq; poterit inuenire cõtrariũ. Sed hoc ſolius ſubſtantiæ proprium non eſt,nanq; & quantitas definita contrarijs caret. Nam neq; duo tribus contraria ſunt, nec duobus quatuor,nec aliquid huiuſmodi, nam ſi dicamus tres duobus eſſe contrarios,cur nõ his duobus etiã quatuor uel quinq; contrarios eſſe ponamus ? nulla enim afferri ratio poteſt,cum tres duobus cõtrarij ſint,cur quatuor,uel quinq; duobus cõtrarij non ſint. Quod ſi hoc eſt,uel quatuor,uel tres, uel quinq;,uel quicũq; à duobus diſtant numeri,contrarij fiant duobus,& erunt unirei multa cõtraria,quod fieri nõ poteſt. Non eſt igitur contrariũ aliquid quantitati. Sed ſi quis dicat magnũ paruo uel multæ paucis eſſe contraria,hæc quidẽ etiã ſi quis quantitates eſſe confirmat, tamen diffinitæ quantitates non ſunt, quantum enim ſit magnum uel quãtum paruũ, non definit qui loquitur, eodem modo,etiam de multis atque paucis. Quare ſi quis hæc quantitates eſſe dicat,indeterminatas indefinitasq; eſſe confitebitur. Dicit autem Ariſtoteles terminatæ quantitati nihil eſſe contrariũ, ut duobus uel tribus,uel lineæ uel ſuperficiei. Quod ſi etiam aliæ quantitates habẽt contraria,aliæ uero non habent, nihil omnino impedit ad hoc quod dicitur, propriũ non eſſe ſubſtantię,idcirco quod conſtat quaſdã quantitates non habere contraria. Quod ſi hoc & in quantitatibus euenit nõ eſſe cõtrarium, ſubſtantiarum proprium nõ eſt. Atq; hæc quidẽ ſi quis magnũ uel paruũ in quãtitatibus ponat, manifeſtũ eſt (ut ipſe eſt poſterius mõſtraturus) hęc non eſſe quantitates,ſed ad aliquid, magnum enim ad paruum dicitur,ſed cum ad ea loca uenerimus, propoſiti ordinem loci diligentius exequemur. Nunc quoniam declaratũ eſt & ſubſtantiæ nihil eſſe contrariũ, & hoc ei proprium non eſſe, quoniam idem etiam in quantitatibus conſideratur,ad ſequens proprium expoſitionis ſemitam conuertamus:

Videtur autẽ ſubſtantia nõ ſuſcipere magis & minus, dico autem hoc non q̃ ſubſtantia à ſubſtantia non ſit magis & minus ſubſtantia,hoc enim dictũ eſt, quia eſt,ſed quoniã unaquæq; ſubſtantia,hoc ipſum quod eſt,nõ dicitur magis & minus,ut ſi eſt hęc ſubſtãtia,homo,nõ eſt magis aut minus homo,nec ipſe ſeipſo,nec alter altero,non eſt enim alter altero magis homo,ſicut eſt albũ alterũ altero magis albũ,& bonũ alterũ altero magis bonũ. Sed & ipſum ſe magis,& minus dicit,ut corpus cũ ſit albũ, magis albũ eſſe dicit nunc q̃ prius,& cũ calidũ ſit,magis & minus calidũ dicit. Subſtantia uero non dicit

magis

magis aut minus ſubſtantia, nõ enim homo magis nunc homo quàm prius dicitur, nec aliorũ quicquam quæ ſubſtantię ſunt, quapropter nec recipit ſubſtantia magis & minus.

Hoc proprium non ſimpliciter dicitur, ſed cum aliqua diſtinctione, ait enim ſubſtantiam neq; magis recipere, neq; minus, non hoc dicens, quoniã ſubſtantia nõ eſt magis ab alia ſubſtantia. Namq; quidã homo cum ſit ſubſtantia, magis eſt ſubſtantia ab homine, id eſt ab ſpecie, & homo ab animali, id eſt à genere. Ergo nõ hoc dicit, quoniam non inueniũtur ſubſtantiæ quæ à ſubſtantijs magis ſubſtantię ſint, hoc enim dictum eſt, quoniã eſt, id eſt quoniã inueniuntur. At enim ſuperius primas ſubſtantias, id eſt indiuiduas maximè eſſe ſubſtantias, in ſecũdis uero ſubſtãtijs, magis eſſe ſubſtantias ſpecies, quàm genera. Ergo nõ dicit, quoniã nulla ſubſtãtia ab alia ſubſtantia magis ſubſtantia eſt, ſed hoc ipſum quod eſt, quęlibet illa ſubſtãtia nõ dicitur magis & minus ſubſtantia, ut ſi eſt ſubſtantia homo, non dicit, quoniã homo nõ eſt magis & minus ſubſtantia, indiuiduus enim homo magis eſt ſubſtãtia, ſpecies uero minus ſi ad primã, id eſt indiuiduã ſubſtãtiam referatur. Sed hoc dicit, hoc ipſum quod eſt, id eſt, homo non erit magis homo uel minus homo, quocirca non dicit, quoniam homo non eſt magis ſubſtantia uel minus, ſed quoniam homo, hoc ipſum quod eſt, nõ eſt magis uel minus homo, non eſt enim aliquis homo magis & minus homo, & hoc idem in eiuſdem comparatione cõuenit ſpeculari. Nam ipſe homo à ſeipſo non eſt plus homo, at uero nec ſi ad alterum conferatur, ad alterũ uero ita, ut ſub eadem cõiunctione ſint, ut quidam homo indiuiduus ad aliquem in diuiduũ hominem comparatus, non erit magis & minus homo, & ipſa ſpecies ſeipſa non erit magis & minus homo, ſed hoc palàm eſt in ſubſtantijs, in qualitatibus uero poteſt eſſe magis & minus, album enim poteſt fieri magis album ſeipſo, & ſuſcipere magis & minus, ut ſit magis album & minus album, poteſt & alio albo plus eſſe album, ut lilium, lana, & alio albo minus eſſe album. ut lana lilio, & cygnus niue, atq; idem in alijs qualitatibus, ut bono & calido. Namque hæc poſſunt temporibus permutari, & in plus minusue tranſduci, fit enim aliquoties bono melius & deterius, & calido feruentius & tepidius, homo uero quod eſt ſubſtantia, neq; nunc plus erit homo quàm fuit antea, neque poſt magis aut minus erit homo quàm nunc eſt. Quocirca cum ſubſtãtia non ſuſcipiat magis & minus, tamen propriũ eius hoc non erit. Sed cur non ſit proprium ipſe Ariſtoteles uelut notũ conticuit, nos autem addimus, quoniam non ſolum ſubſtantiæ non ſuſcipiunt magis & minus, ſed & alia multa, circulus enim alio circulo non erit magis circulus aut minus, nec duplum magis duplum uel minus, æqualiter enim duplus eſt quaternarius ad binariũ, & denarius ad quinariũ cõparatus, quocirca quoniam etiam in alijs idem eſt, hoc ſubſtantiæ proprium non eſſe putandum eſt. Sed hæc quidem omnia quæcunque ſunt in ſubſtantijs omnibus, propria tamen ſubſtantiæ nõ ſunt, eo quòd etiam in alijs ſint, conſequentia ſubſtantię appellantur. Hæc enim omnia ſubſtantias conſequuntur, ut ubicunq; fuerit ſubſtantia, ea quæ dicta ſunt inueniantur, id eſt in ſubiecto non eſſe, & prædicationes ab his uniuocè fieri, & quod hoc aliquid ſignificet, & quod nihil ſit illis contrarium, & quod non ſuſcipiant magis & minus, illa uero quę non omnibus ſubſtantijs inſunt accidẽtia ſunt ſubſtantijs, quocirca propria non ſunt. Quod ſi propria non ſunt, nondum quale ſit ſubſtantia demonſtrant. Quare ut ſubſtantiæ qualitatem propriè cognoſcamus, talis eſt huic requirenda proprietas, quæ & ſolis ſubſtantijs inſit & omnibus, hæc autem huiuſmodi eſt, quam ipſe propoſuit.

Maximè uero ſubſtantię proprium eſſe uidetur, cum unum & idem numero ſit, contrariorũ ſuſceptibilem eſſe, & in alijs quidẽ nõ habebit quiſquã quid proferat quæ cũq; non ſunt ſubſtantiæ, q̃ cũ ſit unũ numero, ſuſceptibile contrariorum

trariorum ſit, uelut color quod eſt unum & idem numero, nõ erit album & nigrum, neq; eadem actio & una numero, erit praua & ſtudioſa. Similiter autem & in alijs quæ ſubſtantiæ non ſunt. Subſtantia enim cum unum & idem numero ſit, capax contrariorum eſt, ut aliquis homo cum unus & idem numero ſit, aliquando quidẽ niger, aliquando autem ſit albus, & calidus & frigidus, & prauus & ſtudioſus. In nullis autẽ alijs aliquid tale uidetur, niſi quis forſitan inſtet, dicens orationem & opinionem contrariorum eſſe ſuſceptibilia, eadem enim oratio uera & falſa eſſe uidetur, ueluti ſi uera ſit oratio, ſedere quendam, ſurgente eo, illa eadem oratio falſa erit, ſimiliter autẽ & de opinatione. Si quis enim uerè putat ſedere aliquem, ſurgente eo, ille idem falſo putabit, eandem habens de eodẽ opinionem. Sed & ſi quis hoc ſuſcipiat, tamen modo differt, nam ea quæ in ſubſtantijs ſunt, ipſa mutata ſuſceptibilia ſunt contrariorũ, frigidum enim de calido factum mutatũ eſt, alteratũ enim eſt, & nigrũ ex albo, & ſtudioſum ex prauo. Similiter autem & in alijs, unum quodq; ipſorum mutationẽ ſuſcipiẽs, eſt ſuſceptibile contrariorũ. Oratio autem & opinio ipſa quidẽ immobilia omnino perſeuerant, cũ uero res mouetur, cõtrarium circa ea ſit, oratio namq; permanet eadẽ, ſedere aliquẽ, cum uero res mota ſit, aliquando quidẽ uera, aliquando autẽ falſa ſit, ſimiliter autem & in opinione. Quapropter quo ad modũ ſaltem ſubſtantiæ proprium eſt, eo quòd ſecundum mutationem ſuam captabilis eſt cõtrariorum, ſi quis recipiat placitum & orationem ſuſceptibilia eſſe contrariorum.

Ait maxime propriũ eſſe ſubſtantiæ, quod eadem & una numero cõtrariorum ſuſceptiua ſit, nihil contrariũ ſuperioribus dicens. Illic enim dixerat ſubſtãtias ſubſtãtijs non eſſe cõtrarias, hic uero dicit nõ ſubſtantias ſubſtãtijs eſſe cõtrarias, ſed res in ſe cõtrarias poſſe ſuſcipere, ut unus atq; idem homo, nũc quidẽ ſit ſanus, alio uero tempore ſit æger, ægritudo autẽ & ſanitas cõtraria ſunt. Ergo quoniã declaratũ eſt ſubſtantiam poſſe cõtraria ſuſcipere, demonſtrandum eſt, quemadmodũ hoc ſolis ſubſtantijs inſit, hoc enim in nullis alijs inuenitur, namq; in qualitate qualitas nõ erit eadem, neq; una numero cõtrariorum ſuſceptiua, idem enim & unũ numero non erit album atq; nigrũ, cum albũ fuerit & poſt in nigrũ uertitur, tota qualitatis ſpecies permutatur, & nõ erit unũ atq; idem numero quod contrariũ eſt, ſed diuerſum. At uero & actio eadẽ & una numero, nõ erit bona atq; mala, ſed fortaſſe una bona, alia mala, ita ut diuerſæ ſint, nõ eędẽ numero, hoc etiã in alijs reperitur. Ipſa uero ſubſtantia cũ una ſit & numero ſingularis, cõtraria ſuſcipit, ut idem atq; unus homo cũ fuerit candidus atq; albus à ſole tactus nigreſcit, & albũ in nigrũ conuertitur, & in contrarium permutatur, utraſq; res in ſe cõtrarias ſuſcipiens. Nulli igitur alij ineſſe hoc niſi ſolis ſubſtantijs, ſatis ſuperiora demonſtrãt. Si quis autẽ opponat orationem & opinionẽ unã atq; eandẽ contrariorũ eſſe ſuſceptibilẽ, ideo quod cũ dico Cicero ſedet, uel eum ſedere opinor, cum uerè ſedet, uera eſt & oratio de eodẽ & opinio quod ſedet, cũ uero ſurrexit ille, eadẽ permanet opinio uel oratio quæ dicit uel arbitrat. Cicero ſedet, ſed falſa eſt, q̃ nõ ſedet, uidetur opinio atq; oratio eadem & una numero nunc quidem eſſe uera, nunc autẽ falſa, & cõtraria ipſa ſuſcipere, ſed hoc falſum eſt, quod oratio & opinio cõtraria non recipiunt, nam ſi quis hoc recipiat quod etiã oratio atq; opinio contrariorũ ſuſceptiua ſint, non tamen eodem modo quo ſubſtantia.

Nam

Nam ſubſtantia ipſa contraria ſuſcipiens permutatur, Cicero nanq; ipſe in ſe ægritudinem ſuſcipiẽs ex ſano factus eſt æger, & mutatus ipſe contraria ſuſcipit, ſermo uero uel opinio ipſa quidẽ immutata permanent, ſed cum rebus de quibus dicũtur permutatis, ipſq; inueniũtur falſæ eſſe uel uerę. Et ſubſtantia quidem ipſa cum iſs quę ſuſcipit contrarijs permutatur, oratio uero & opinio, eo quòd res de quibus dicuntur uel arbitrantur, permutentur, ipſę uidentur falſæ eſſe uel uerę. Nam cum dico Cicero ſedet, ſi ille ſurrexit, oratio quidem ipſa nihil paſſa eſt, ſed res de qua fuit ipſa oratio, mota eſt. Qui enim ſedebat ſurrexit, idcirco ex uera oratiõe facta eſt falſa. Quo circa ſubſtãtia ipſa ſuſcipiens (ut dictũ eſt) cõtraria permutatur, oratio uero uel opinio nõ mutatur, ſed re circa eas mota ipſæ ueræ uel falſæ ſunt. Quare proprium ſubſtantię ita eſſe putabitur contrariorũ ſuſceptibile, ut ipſa permutata contraria ſuſcipiat, non ut re mutata, ipſa inpermutata immutabilis q; permaneat. Atq; hoc dictũ eſt, ſiquis orationem atq; opinionem cõtrariorum ſuſceptibiles putet, nõ autem eſſe orationem atque opinionem contrariorum ſuſceptibiles, ipſe rurſus adiecit.

Non eſt autem hoc uerũ, oratio nanq; & opinio, non in eo quod ipſa aliquid recipiant, contrariorum ſuſceptibilia eſſe dicuntur, ſed in eo quod circa alterum aliqua paſſio facta ſit, nam quo res eſt uel non eſt, eo etiã oratio uera aut falſa eſſe dicitur, non eo quod ipſa ſit ſuſceptibilis cõtrariorum. Simpliciter enim à nullo nec oratio mouetur, nec opinio. Quapropter non erunt ſuſceptibilia cõtrariorum, cum nulla in eis contrariorũ paſſio facta ſit. At ſubſtantia eo quod ipſa contraria recipiat, hoc ſuſceptibilis dicitur contrariorum eſſe. Languorẽ enim & ſanitatem ſuſcipit, candorẽ & nigredinem, & unumquodq; taliũ ipſa ſuſcipiendo, contrariorũ eſſe ſuſceptibilis dicitur. Quare proprium erit ſubſtantiæ cum idem & unum ſit numero, contrariorũ eſſe ſuſceptibilẽ cũ permutatione ſuijpſius. Ac de ſubſtantia quidẽ dicta ſufficiant.

Ait enim orationem atque opinionem ipſa quidem contrarij nullius eſſe ſuſceptibilia,, neq; enim falſitas ueritasq; in oratione uel opinione inſita eſt, ſed idcirco uidentur contrariorum eſſe ſuſceptibilia, quod (ut ipſe ait) circa alteram quandam paſſionem ſint, hoc eſt circa hoc eſſe opinionem uel orationem. Nam circa ſedere & non ſedere quę ſunt contraria, eſt ſedendi aliquem & non ſedendi opinio uel oratio, atq; ideo quoniã circa alias res ſunt, quæ ſibi ſunt contrarię, illis permutatis iſta uidentur eſſe cõtraria, non quod ipſa ſuſcipiant contraria, ſed quod circa cõtrarias paſſiones rerum ſint. Nam neq; oratio neq; opinio permutatur, ſed ſola tantum de quibus eſt oratio atq; opinio, id eſt ſedere & nõ ſedere. Quocirca quoniã nullã ipſa oratio uel opinio ſuſcipiunt paſſionem, nec quicquam in eis fit, atque euenit contrarium, contrariorum eſſe ſuſceptibilia non uidentur. At ſubſtantia eo quod ipſa ſuſcipiat contrarium, contrariorum dicitur eſſe ſuſceptibilis. Cicero enim ſuſcipiens ſanitatem ſanus fit, & ſuſcipiens ægritudinem fit æger. Oratio uero atque opinio (ut dictum eſt) contraria non ſuſcipiunt. Quare erit hoc proprium ſubſtantię contrariorum eſſe ſuſceptibilem. Sed ſi quis forſitan dicat, cur cum ignis calidus ſit, nunquam frigus ſuſcipiat, & cur cum aqua ſit humida, nunq; ſuſcipiat ſiccitatem. His enim oppoſitis uidetur non omnis ſubſtantia, contrariorũ eſſe ſuſceptibilis, & ſubſtantię hoc proprium infirmabitẽ, cum nõ ſit in omnibus ſubſtantijs. Sed dicendũ eſt quoniã ea cõtraria ſuſcipere uidẽtur ſubſtantiæ, quæ ſunt in eius natura nõ inſita, alioqui nõ ſuſcipit quicquid illi ſubſtãtialiter adeſt. Suſcipere enim dicimus aliquid de rebus extrinſecus poſitis & præter ſubſtantiã cõſtitutis, quoniã igit̃ in ſubſtantia ignis ineſt calidũ eſſe, ignis calorem nõ ſuſcipit, quocirca neq; eſt ignis caloris ſuſceptibilis, neq; frigoris.

Calorem quidem non ſuſcipit, idcirco quod eius naturę ſubſtantiæq; immutabiliter adheſit. Frigus enim nõ ſuſcipit, quoniã caloris natura ipſius ignis contrariũ ſponte repudiat. Quocirca ſi quid eſt quod ſuſcipiat ignis, id eſt extrinſecus poſitum, accipiat neceſſe eſt eius quoque contrarium, ipſe unus permanens ac ſingularis. Idem quoq; de aqua dicendum eſt. illa enim ſicut ignis calorem, ſic non ſuſcipit humiditatem, ſed eſt quodãmodo & ipſi humiditas naturaliter inſita. atq; ideo calor ignis, uel humiditas aquæ non ſolum qualitates dicuntur, ſed etiam ſubſtantiales igni & aquę qualitates. nanq; aqua quoniam in ſe neque frigus neque calorem ſubſtantialiter habet, ſuſceptibilis & frigoris & caloris eſſe dicitur. Quocirca non de his contrarijs loquitur, quę ſubſtantialiter inſunt, ſed de his quæ poteſt ſuſcipere unaquæq; ſubſtantia, id eſt quod poteſt extrinſecus adhiberi: hoc autem in omnibus eſſe ſubſtãtijs manifeſtum eſt. nam quoniã Cicero ſanus & æger eſt, homo ſanus & æger eſt: & ſi homo ſanus & æger eſt, animal ſanũ atq; ægrotũ eſt. Sed cũ duobus modis animal atq; homo ſpectentur, uno quod de pluribus prędicentur, altero quod ſubſtantiæ ſint in eo quod de pluribus prędicantur, contrariorum ſuſceptiua non ſunt: ut animal in eo quòd de ſpeciebus dicitur, neque ſapiens eſt, neq; inſipiens. & homo in eo quòd de indiuiduis dicitur, neque ſanus eſt, neq; æger: in eo uero q; ſubſtantiæ ſunt, & quòd indiuiduis ſubſtantijs præſunt, cõtrariorum ſuſceptibiles ſunt. Quocirca erit hoc ſolius proprium ſubſtantiæ, contrariorum eſſe ſuſceptibilem. Hæc de ſubſtantia dicta ſufficiant. Secundi uero uoluminis ſeries ab expoſitione inchoabitur quantitatis.

ANITII MANILII SE
VERINI BOETHI COMMENTARIORVM
IN PRAEDICAMENTA ARISTOTELIS
LIBER SECVNDVS.

TSi nos curæ officij conſularis impediunt, quo minus in his ſtudijs omne otiũ, plenamq; operam conſumimus, pertinere tamen uidetur hoc ad aliquam reipublicæ curam, elucubratæ rei doctrina ciues inſtruere. Nec male de ciuibus meis merear, ſi cũ priſca hominum uirtus urbium cæterarũ ad hanc unam rempublicã, dominationem, imperiumq; trãſtulerit, ego id ſaltim quod reliquũ eſt, Græcæ ſapientiæ artibus mores noſtræ ciuitatis inſtruxero. Quare ne hoc quidem ipſum conſulis uacat officio, cum Romani ſemper fuerit moris q; ubicunq; gentium pulchrum eſſet atq; laudabile, id magis ac magis imitatione honeſtare. Aggrediar igitur & propoſiti ſententiam operis ordinemq; contexam.

DE QVANTITATE.

QVantitatis autem, aliud quidem eſt diſcretũ, aliud autem continuum, & aliud quidem ex habentibus poſitionem ad ſe inuicem ſuis partibus conſtat: aliud autem ex nõ habentibus poſitionem. Eſt autẽ diſcreta quantitas, ut numerus & oratio. Continua uero, ut linea, ſuperficies, corpus. Amplius aũt & præter hęc eſt tempus & locus. Partiũ etenim numeri nullus eſt cõmunis terminus, ad quẽ copulentur particulæ eius: ut quinq; ſi ad decem ſunt particulę, ad nullũ cõmunem terminũ copulant̃ quinq; & quinq;, ſed ſemper diſcreta ſunt & ſeparata.

Sic & tria & ſeptem ad nullum communem terminum coniunguntur, omni no autem non habeas in numero accipere communem terminum partium, ſed ſemper diſcretæ & ſeparatæ ſunt. Quapropter numerus quidem diſcre torũ eſt, ſimiliter autem & oratio diſcretorũ eſt. Quod autem oratio quan titas ſit manifeſtum eſt. mẽſuratur enim ſyllaba breui & longa. Dico autem orationem cum uoce factam. ad nullum enim communem terminum parti culæ eius copulantur. Non enim eſt communis terminus ad quem ſyllabæ copulentur, ſed unaquæq; diuiſa eſt, ipſa ſecundum ſeipſam.

Poſt ſubſtantiæ tractatum cur de quantitate potius ac nõ de qualitate propoſuerit hæc cauſa eſt, quòd omnia quæcunque ſunt, ſimul atque ſunt in numerum cadunt. Omnis enim res aut eſt una, aut plures: unum uero uel plures quãtitatis ſcientia col liguntur. Sed non omnis res ſimulatque eſt, aliquam accipit qualitatẽ. ipſa enim ma teria ſub quantitatis quidem principium cadit, quod una eſt, ſub qualitatem uero mi nime. ipſa enim cunctis eſt interim qualitatibus abſoluta, ſuperaddita uero forma quadam afficitur qualitate: per ſe autem numero quidem una eſt, qualitate uero nul la. quocirca ſi res omnis ſimul atque eſt cadit in numerum, non autẽ omnis res mox ut eſt, ſtatim ſuſcipit qualitatem, recte prius de quantitate propoſuit. Eſt quoq; alia cauſa, cur prius de quantitatis ratione pertractet. Omne enim corpus ut ſit, tribus di menſionibus cõſtat, longitudine, latitudine, altitudine: ut uero ſit corpus cum quali tate, tunc erit aut albũ, aut nigrũ, aut quodlibet aliud. & quoniam prius eſt eſſe cor pus, poſt uero eſſe corpus album, prius erit corpori tribus conſtare dimenſionibus quàm eſſe album. Sed tres dimenſiones & numero & cõtinuatione ſpatij quãtitates ſunt. Longitudo enim & latitudo & altitudo in quãtitatibus numerantur, albũ uero qualitatis eſt: quocirca ſi prius eſt, ex tribus conſtare dimenſionibus quàm eſſe albũ, prior erit quantitas qualitate. quocirca rectè eſt tractatus de quantitate propoſitus. Item alia cauſa, quòd quãtitas plura habet ſubſtantiæ cõſimilia. nam quemadmodũ ſubſtantiæ nihil eſt contrarium, & ſubſtantia non recipit magis & minus, ſic etiam quantitas. quantitati enim nihil eſt contrariũ, nec quantitas recipit magis & minus, ut paulò poſt docebimus: qualitas uero & contraria ſuſcipit, ut album & nigrũ, & magis & minus, ut cãdidius & nigrius, & cãdidiſſimũ & nigerrimum. id enim ſumit intenſionẽ quod poteſt ſumere diminutionem. Quod ſi ſubſtãtiæ ſimilior quantitas eſt, rectè poſt ſubſtãtiam de quantitate propoſuit. Quantitatis autem dicit eſſe diffe rentias duas: quantitatis nanq; alia diſcreta eſt & diſgregata, alia uero cõtinua. Poſt hanc rurſus diuiſionẽ alio modo partitus eſt quãtitatem. dicit enim quãtitatis aliam quę conſtat ex habentibus poſitionẽ ad ſe inuicem ſuis partibus: aliã uero ex nõ ha bẽtibus poſitionẽ. unam uero rem diuerſe poſſe diuidi manifeſtũ eſt, hoc modo. utſi quis diuidat animal dicẽs: Animaliũ alia ſunt rationabilia, alia irrationabilia. & rur ſus eãdem ipſam rem alio modo partiamur, ut eſt: Animaliũ alia ſunt greſſibilia, alia non greſſibilia. eorumq; animalium rurſus, alia ſunt carnibus ueſcentia, alia her bis, alia ſeminibus. Hic ergo una eademq; res diuerſo ordine modoq; diuiſa eſt. Ita igitur Ariſtoteles unum idemq; quantitatis nomen diuerſẽ partitus eſt, in ea ſcilicet quæ diſcreta eſſent, & quæ continua, & in ea quæ haberent poſitionem partium, & quę non haberent. Sed de ſecunda diuiſione poſterius dicendum eſt, nunc prima tra ctetur. Ait enim de prima diuiſione hoc modo: Quãtitatis aliud eſt continuũ, aliud diſgregatum. Diſgregatum eſt cuius partes nullo communi termino cõiunguntur. Continuum uero cuius partes habent aliquem comunem terminum, ad quem uide antur eſſe coniunctæ. Diſcretarum nanque quantitatum ipſe exempla ponit & ſpe cies. Oratio enim diſcreta eſt quantitas, eodemq; modo & numerus, & numerũ eſſe quantitatem

quantitatem nemo dubitat. Diſcreta uero eſt, quoniam denarius numerus cum con ſtet ex quinque & quinq;, quæ res quinarium ad quinarium iungat ut faciat denarij corpus, non poteſt inueniri. Nam ſi tres & ſeptem quis dixerit, quo communi termi no tres & ſeptem coniungantur, ut denarij reddatur unum integrum corpus, nul lus inueniet, atque hoc quidem in omni numero ſpeculari licet. Nullus enim nu merus ita partes habet, ut eas aliquis communis terminus iungat, ſed ſemper partes ipſq; diſiunctæ atque diſcretæ ſunt, & huiuſmodi uocatur quantitas diſcreta. Nume rus ergo diſcreta quantitas eſt, orationem uero quantitatem eſſe dicit, idcirco quod omnis oratio ex nomine conſtet & uerbo, ſed hæc ſyllabis conſtant. Omnis autem ſyllaba uel longa uel breuis eſt. Longum uero uel breue ſine ulla dubitatione quan titas eſt, quocirca quod ex quantitatibus conſtat, id quantitatẽ eſſe quis dubitet? At uero oratio ipſa cum ſit quantitas, illa quoque diſcreta eſt. Cum enim dico Cicero quod orationis eſt pars, partes huius nominis ci. & ce. & ro. nullo communi termi no coniunguntur. Non enim reperiemus, quo cõmuni termino iungatur ci. ſylla ba ad. ce. ſyllabam. Vel rurſus. ce. ſyllaba ad ro. ſyllabã. Quocirca etiam oratio quã titas uidetur eſſe diſcreta. Sed ſi quis fortaſſe dicat hunc eorum eſſe communem ter minum, quo ita iunguntur, ut aliquid ſignificent, ut in hoc ipſo nomine Cicero com munis ſyllabarum terminus ipſa ſignificatio ſit. Si enim ce. ſyllaba quę media eſt pri ma ponatur. & ro. quæ ultima eſt, media, & ci. que prima eſt ultima nomen quod e rat antea id eſt Cicero tranſuerſis per loca ſyllabis nihil ſignificabit. Illi dicendũ eſt quoniam quęcunq; in quadam oratione proferuntur ſiue ſignificent, ſiue nihil ſigni ficent, ſyllabarum communis terminus nullus eſt. Nam ſi quis dicat permutatis ſyl labis quod eſt Cicero, ceroci ſignificationem quidem amiſit, ſed æqualiter ſyllabę ad nullum communem terminum coniunguntur. Quod ſiquis hunc quidem ipſum ſer monem aliquid ſignificare poſuerit, ut hoc ipſum cicero aliquid ſignificat, ſignifi catio quidem addita eſt, nullus tamen, ſyllabis terminus appoſitus. Quare ſiue ſigni ficet, ſiue nihil ſignificet nomen, partes eius diſcretæ atq; diſiunctæ ſunt, & nullo cõ muni termino coniunguntur, quoniam uero græca oratione λόγος dicitur etiam a nimi cogitatio, & intra ſe ratiocinatio, λόγος quoq; & oratio dicitur ne quis Ariſto telem cum diceret λόγος ideſt orationem quantitatem eſſe diſcretam, de eo putaret dicere quem quiſque λόγος ideſt rationem in propria cogitatione diſponeret, hoc ad didi, dico autem illam quæ fit cum uoce orationẽ. Apud romanam namq; linguam diſcreta ſunt uocabula orationis atque rationis. Græca uero oratio utriuſque uoca bulum & rationis & orationis λόγος appellat. Quare ne quid mendax tranſlatio cul paretur, idcirco hoc quoque addidi. Dico uero illam quæ fit cum uoce orationem, a pud latinos enim nulla alia oratio eſt præter hanc ſolam quę fit cum uoce orationẽ. Apud græcos uero eſt alius λόγος qui fit in animi cogitatione. Quo circa nequid de eſſet, etiam hoc quod latinam orationem minus eſſet conueniens, tranſtuli. Quod quare ita fecerim, hac expoſitione patefeci, atque hæc quidem de diſcreta quantita te ſufficiant. Continua uero quantitas eſt (ut dictum eſt) cuius quantitatis partium cõmunis terminus inuenitur, ut eſt linea, ſuperficies corpus, & præter hæc tempus, & locus, quod ipſe Ariſtoteles deſignat his uerbis.

> Linea uero continua eſt, eſt enim ſumere communem terminum ad quem particulæ eius copulantur, punctum & ſuperficiei, lineam, plani nanq; ad quendam communem terminum particulæ copulantur. Similiter autem et in corpore poteris ſumere communem terminum, lineam uel ſuperficiem, ad quem copulantur corporis particulæ.

Poſtquam de diſcretis explicuit, tranſijt ad ſpecies continuæ quantitatis. Continuæ autem quantitates ſunt (ut dictum eſt) in quarum partibus quidam communis eſt ter minus, ut linea. Si quis enim diuidat lineam quæ eſt longitudo ſine latitudine, duas

in utraque diuisione lineas facit,& utriusque ex diuisione lineæ singula in extremitatibus puncta redduntur. Lineæ enim termini puncta sunt. Quocirca cum illa linea diuisa non esset, utraque puncta quę in utrisque linearum capitibus post diuisionem apparent, simul antea fuisse intelliguntur, quę sunt in diuisione separata. Intelligitur ergo partium lineæ cōmunis terminus, punctum, id est quoddam paruissimū quod in partes diuidi secariq́ue non possit. Superficies quoque quæ est latitudo sine altitudine, communem terminum habet in partibus, lineam, corpus uero solidum, superficiem. Eodem enim modo diuisa superficies duas per singulas partes lineas efficiet, quemadmodum et in linea diuisa duo puncta altrinsecus reddebantur. Corpus quoque solidum cum diuiseris, duas in utrisque diuisionis partibus superficies facies, quæ cum coniuncta sint atque indiuisa, punctum quidem partium lineæ intelligitur cōmunis terminus. Linea uero superficiei, superficies autem solidi corporis. Est aūt signum cōtinui corporis, si una pars mota sit, totum corpus moueri, & si totum corpus mouetur, certe simul aliæ partes uicinæ mouebuntur, ut si iaceat uirgula uel ex ære, uel ex ligno, uel ex quolibet alio metallo, siquis unum eius caput uel quamlibet eius partem moueat, tota mox uirgula cōmouetur. Hoc autem idcirco euenit quod eius partes quodam communi termino coniunguntur, & illæ communis terminus una parte mota cæteras mouet. Hoc uero in discretis non est. In numero nanque cū sint decem, si unum mouero, cæteri non mouentur, immoti enim permanent nouē, & si plenus tritico sit modius, si unum tritici granum mouero, non omnia continuo grana commouebuntur. Idcirco quod discreta est multitudo, nec granum grano ullo communi termino uidetur implicitum. At uero si ipsius grani pars una sit mota, totum corpus grani moueatur necesse est. Non autem nunc hoc dicitur, quod linea cōstet ex punctis, aut superficies ex lineis, aut solidum corpus ex superficiebus, sed quod & lineæ termini puncta sunt, & superficiei lineæ, et solidi corporis superficies, nullaq́; res suis terminis constat. Quocirca punctum lineæ non erit pars, sed communis terminus partium. Superficiei linea, & superficies solidi corporis non erunt partes, sed partium termini communes. Constat igitur, & lineam & superficiem, et solidi corporis crassitudinem esse cōtinuam quantitatem. His alia rursus apponit.

> Talium est autem & tempus & locus, præsens enim tempus & præteritum & futurum copulat. Rursus locus continuorum est, locum enim quendam corporis particulę obtinent, quę ad quendam communem terminum copulantur, igitur & loci particulę quę obtinent singulas corporis partes, ad eundem terminum copulantur, ad quem corporis particulę. Quapropter continuus erit locus. Ad unum enim terminum communem copulantur eius particulæ.

Tempus quoq; & locum continuæ quantitatis esse pronunciat. Tempus nanque esse quantitatem res illa demonstrat, quod in spatio, ideſt in longitudine & in breuitate consideratur. Continuum uero esse res illa demonstrat, quod partes temporis habeant aliquem communem terminum ac medium, ad quem coniungantur extrema. Nam cum sint partes temporis præteritum & futurum, horum præsens tempus communis est terminus, huius nanque finis est, illius initium. Locus quoque continuorum est. Locum uero dicimus quodcunq; illud sit, quod partes corporis tenet, siue suprà siue à latere, seu subter sit. Quod si cunctæ partes corporis locum aliquem tenent, & qui circa corpus est locus, per omne corporis spatium partesq; diffunditur, omnes corporis partes à loci partibus occupabuntur. Quod si ita est, qui communis terminus coniungebat corporis partes, eius termini locus illa quoque loca quæ sunt corporis partium iungit, & est eodem modo locus de continua quantitate, quē admodum & corpus. Ita enim communis terminus inuenitur in loco partium quē-

admodum

admodum & corporis, idcirco quod corporis locus, per corpus omne diffunditur. Quod autem dixit, sunt autem talium & locus & tempus, quoniam superius de continuis loquebatur, tempus quoque & locum continuis addidit dicens: Sunt autem talium & tempus & locus ideſt continuorum, sed post continuæ discretæq; quantitatis diuisionem aliam à principio rursus orditur.

> Amplius autem aliæ quidem constant ex particulis quæ in eis sunt, positionem ad se inuicem habentibus. aliæ autem ex non habentibus positionem, ut lineæ quidem particulæ positionem habent ad se inuicem. Singulum enim eorum situm est alicubi, & habes unde sumas & assignes unumquodq; ubi situm est in plano, & ad quam particulam reliquarum copulatur: similiter autem & particulę plani habent quandam positionem, similiter nanque unumquodque ostenditur ubi iacet, & quæ ad se inuicem copulentur, solidi quoque & loci similiter.

Rursus digerit quantitatis differentias. Sunt enim quantitatis aliæ quidem quæ ex habentibus positionem ad se inuicem suis partibus constant, aliæ uero quæ nullam partium habent positionem. Positionem uero partium retinere dicuntur, quarum triplex ista natura est, primum ut eius partes alicubi sint, deinde ne pereāt, tertio uero ut sese partes ipsę coniungant & propria se ordinatione continuent, ut est linea. Posita enim linea in superficie possis agnoscere ubi partes ipsius sint, caput quidem lineæ esse ad dexteram, medium medio loco, extremitatem uero ad sinistram, & hęc manentibus ipsis partibus dicuntur, Partes enim lineæ non pereunt, sed in loco in quo sunt permanent. Possis quoque monstrare, quæ pars lineę cui parti continuent, ideſt ad quam partem caput alterius partis extremitasq́ue coniungitur, ut dicas hæc pars, uerbi gratia medietas lineę hic finitur, locum ubi desinat monstrans, alia rursus pars lineæ totius hic incipit. Ergo linea posita in superficie qualibet & locum aliquē partes eius retinent, & partes ipsæ non pereunt, & posset quilibet agnoscere ubi extremitas partium coniungatur, & quo ad se inuicem loco continuentur. Hoc quoq; idem in superficie euenit, partes enim superficiei in aliquo loco sunt, & ipsæ quoque non pereunt, & ubi pars parti coniungatur ostenditur, idem quoq; soliditas habet, & loci quoque partes continuantur ad eas scilicet partes, ad quas corporis partes sibi met continuantur, sicut iam supra dictum est. Quocirca eiusdem naturæ erit & locus, cuius tota soliditas erit. Ergo et locus ex eodem genere quantitatis est, quo est et soliditas, ideſt ex habentibus ad se inuicem positionem suis partibus constans. Locus igitur & ipse ex habentibus suis partibus positionem ad se inuicem constat. Ergo tria hæc (sicut supra dictum est) consideranda sunt, ut ad se inuicem positionem partes habere uideantur, id est locum in quo partes ipsæ sint positæ, ut partes illæ nō pereant, ut sit partium continentia atq; continuatio. Quod siquis dicat hanc rem loco deesse, eo quod in loco non sit, in loco enim cuncta sunt, locus autem in loco esse ipse non poterit. Dicendum est quoniam idcirco superficies & soliditas & linea habere positionem partium dicuntur, quod in loco sint, & partes permaneant, & sint continuæ. Quare multo magis ipse locus cuius neque partes pereunt, & sibi perpetuè continuatimq; coniunctæ sunt, habere positionem partium dicitur, & de his quidem quæ ex habentibus positionem ad se inuicem suis partibus constant, hæc dicta sint. Quæ uero non habent positionem, ipse rursus adiecit.

> In numero autem non poterit quisquam ostendere quemadmodum particulæ eius positionem aliquam ad se inuicē habeant, aut ubi sitæ sint, aut quæ particulę eius ad se inuicem nectantur. Sed neque illæ quæ temporis sunt, non enim permanent particulę temporis, quod autem non est permanens,

quomodo positionem aliquam habebit, sed magis quendam ordinem particularũ tempus habere dices, ut aliquid quidem prius sit temporis, aliud uero posterius. Sed & de numero similiter, eò quod prius numeratur unum quàm duo, & duo quàm tria, & ita habebunt quidem quendam ordinẽ, positionem uero non multum accipies. Sed & oratio similiter, non enim permanent particulæ eius, sed & dictum est & non amplius sumi hoc, qua propter non erit positio particularum eius, siquidem nihil permanent. Alia itaque constant ex particulis quæ in eis sunt positionem ad se inuicem habentibus, alia autem ex non habentibus positionem.

Hæc scilicet idcirco nullam positionem ad se inuicẽ partiũ retinẽt, quod his aliquid de supradictis rebus deesse manifestũ est. Numerus enim ipse discretus est, nec partes eius ad se inuicẽ coniunguntur, sed omnino discretæ sunt. Atq; idcirco nõ est ex his quæ habent ad se inuicẽ aliquam partiũ positionẽ, nec uero possis ostendere, qui numerus quo loco iaceat, habere autem positionẽ dicit, quod (ut dictũ est) & in loco aliquo positum est, & ipsa positio manentibus partibus constat, & ad se inuicem coniunctis continuatisq;, ut ubi quæque iaceat, & quæ ad quam continuetur possit ostẽdi, in numero uero nihil horũ est. Nam neq; in aliquo loco esse positus demonstrat, nec eius partes cõiunctæ sunt. Quocirca numero ex tribus his quæ diximus, dugres desunt, loci positio & partium continuatio, tẽpus etiam quanq; sint eius partes cõtinuæ, tamen quoniam nõ permanent, sed semper mouentur, semperq; prætereunt, habere positionem partium non dicitur. Semper enim ueloci agitatione torquetur, & currentis aquæ more, in nulla unquam statione consistit, quod quia partes eius non permanent, ex habentibus ad se inuicem positionem suis partibus constare nõ dicitur. Sed hęc quanq; positionem partium habere non possunt, tamen habent ordinẽ quendam, quem præter positionem partium tantum retinent. Dicimus enim priorẽ esse binarium quàm ternarium, atq; hunc quàm quaternarium & in tempore nimirũ idem ordo reuertit. Posterius enim futurum præsente, præsensq; præterito. Quocirca etsi hæc non habent aliquam partium positionẽ, retinent tamẽ ordinẽ. Quod uero dicit, positionem uero nõ multũ accipies, tale est ac si diceret, penitus non accipias. Multum enim pro omnino uidetur adiunctum, ac si diceret positionẽ uero non omnino accipies. Idcirco quod ipsa quidem cõtinuatio dat aliquam imaginem, quod possit habere aliquam partium positionem, sed hoc minimè est. Idcirco quod quamuis sint continuæ quantitates, si tamen uno careãt ex his quæ superius dicta sunt, positionem partium habere non possunt. Nam aqua quam fistula euomit, dũ cadit quidem retinet positionẽ, cũ uero iam effusæ undæ se miscuerit, positionem partiũ perdit, & fluuius quoq; quando in pelagus fluit, & positionem uidet habere partiũ & esse continuus, cum nondum marinæ aquæ fluuij superficies ipsa permista est, cũ uero extremitas amnis marina alluuione contingit, totam sine dubio positionem uidet amittere. Oratio quoq; similiter sese habet, nam nec ipsa ullo loco posita est, nec eius partes ad aliquam coniunguntur, sed à se inuicem illæ discretæ sunt, nec eius partes dictæ sunt, permanent, atque hoc est quod ait. Sed dictum est, & non est ultra hoc sumi. Mox enim dicitur sermo, mox præterit, nec ulla ratione poterit permanere, quare mox ut aliquid dictum sit, eius partes ostendi, & demonstratione sumi, non possunt. Constat igitur orationem quoque ex his esse quæ positionem partium non habent, de ordine uero dubium est. Nam siquis sermo aliquid significet, ut cùm Cicero, est in eo quidam ordo quod ci. syllaba primum dicitur, secunda uero ce. tertia ro. & potius ex significatione ordinem sumit, si uero nihil significet, nec ordinem dicitur habere, ut scindapsus nihil quidem significat, sed siue secundam

secundam syllabam primam ponas, siue ultimam primam, siue quomodolibet syllabarum ordinem seriemq; permisceas, idem erit, in significatiuis enim uocibus idcirco esse dicitur, quod illo ordine permutato uis significationis euertitur, hic uero ubi nulla est significatio nihil interest quomodolibet iaceant partes. Quare oratio in aliquibus quidem habet ordinem partium, in alijs uero nec ordo ipse poterit inueniri. An fortasse oratio dici non potest quæ nihil significat, & nulla est oratio, quæ ordinem non habeat. Ergo secundum priorem quantitatis diuisionem, ubi dicebatur quantitatis alia esse continua, alia uero discreta. Quinq; sunt continua, duo uero discreta. Continua quidem linea, superficies, soliditas, locus, tempus. Discreta uero numerus & oratio. In hac uero secunda diuisione qua dicit alias quantitates ex habentibus, ad se inuicem positionem constare partibus. Quatuor quidem sunt quæ retinent positionem ideſt linea, superficies, corpus, locus. Tria uero quę positionem nõ habent, sed ex his duo semper ordinem retinent, tempus scilicet et numerus. Oratio uero siquid significet, habet ordinem, si uero nihil significet, inordinata est, si tamẽ oratio nihil significans dici possit, his dictis ipse concludit dicens: Igitur alia ex habentibus ad se inuicem partibus positionem constant, alia uero ex non habentibus positionem. Hac igitur diuisione finita transit ad cætera mõstrans quę propriè quantitates nuncupantur, quæ secundum accidens.

> Proprię autem quantitates hæ solę dicuntur quas diximus, alia uero omnia secundum accidens, ad hæc enim aspicientes & alia dicimus quantitates, ut multum dicitur album, eò quod superficies multa sit, & actio longa, eò quod tempus multum sit, & motus multus, neq; enim horum singulum per se quãtum dicitur, ut siquis assignet quanta sit aliqua actio, tempore diffiniet, anni mensuram uel sic aliquo modo assignans. Et album quantum sit assignans, superficie diffiniet. Quanta enim superficies fuerit, tantum esse album dicet.
>
> Quare solę propriè & secundum seipsas quantitates dicũtur, quæ dictæ sunt aliorum uero nihil per se, sed per accidens.

Principaliter aliquid esse dicitur, quod per se tale est, quale esse demonstratur. Secundum accidens uero illud quod non per se, sed per aliud, tale est, quale esse dicit, ut albedini per se ineſt color, secundum naturam enim albi, color esse dicitur albedo, cũ uero homo dicitur coloratus, non per se dicitur, idcirco quod homo in eo quod homo est, color non est, sed quoniam habet colorem, idcirco dicit coloratus. Ergo quẽ admodum album idcirco color est per se, quoniam color naturale quoddam est genus, homo uero idcirco coloratus dicitur, quoniam habet colorem & dicitur album quidẽ per se & principaliter color, homo uero secundũ accidẽs coloratus. Ita quoq; et quantitates. hęc enim omnia quæ dicta sunt, ideſt linea, superficies, corpus, numerus, oratio, tempus, per se & secundũ propriam naturã quantitates dicũt. Si qua uero alia dicunt, secundũ aliquam quantitatẽ, nõ per se, sed secundũ accidẽs nominantur. ut album dicit multũ, non idcirco quod albedo sit quantitas, sed quoniam multa sit superficies, in qua illud album sit. Si enim multũ spatiũ fuerit in quo albũ sit, multum erit album: Quocirca nõ quoniam ipsa albedo per se aliquam quantitatẽ habet, sed quoniam in aliqua quantitate est constituta ideſt insuperficie. Idcirco secundum superficiem quod est quantitas quæ scilicet per se multa est, albũ multũ dicit non secundum se, atq; ideo album nõ per se, nec principaliter, sed secundum accidens multum dicit. Actio quoq; ideo dicit lõga, q̃d multo tẽpore acta sit, multam uero ægritudinem idcirco dicimus, si eadem multo sit tẽpore, et motum multum idcirco, q̃d multo tẽpore factus sit, ut si quis multo tẽpore currat. Siquis uero multum cursum illum dicat esse, qui sit uelocissimus, ille conuenienter sermone non utit. Velocitas

enim non quãtitas ſed potius qualitas eſt, quales enim ſecundum eam dicimur, ideſt ueloces non quanti. Secundum quantitatem uero multum dicitur, hoc autem monſtrat ipſa rerum diffinitio, ſiquis enim album multum mõſtrare deſideret, & proprio termino rationis includere, illi dicendum eſt multum eſſe album, quod in multa iacet ſuperficie, & motum atque actionem multam quæ longo tempore perficiãt, quare quoniam ad proprias quantitates aſpicientes, atq; ad eas res cæteras referẽtes, quãtitates uocamus, ut album ad ſuperficiem quę uera eſt quantitas, & curſum, et aliquẽ motum atque actionem ad tempus, quod ipſum uere quantitas eſt, reducimus: hæc non per ſe quantitates, ſed per eas quæ proprie quantitates dictæ ſunt nominantur. Quocirca quoniam quod per ſe non eſt, ſecundum accidens eſt, recte cætera omnia præter ea quæ ſuperius in quantitate numerata ſunt, per accidens eſſe, nõ per ſe quãtitates dicuntur. Solæ igitur proprie & ſecundum ſe ipſe quantitates dicuntur, hæ quæ ſuperius comprehenſæ ſunt. Aliæ uero per ſe quantitas non ſunt, ſed (ut ipſe ait) forte per accidens. Poſt diuiſionem igitur continui atq; diſcreti & habentis poſitionem partium & non habentis, & quæ ſunt per ſe principaliter, & rurſus per accidens quantitates, ſolito more uiam inueniendi quantitatum proprietas ingreditur.

Amplius quantitati nihil eſt contrarium, in definitis enim manifeſtũ eſt, quoniam nihil eſt contrarium, ut bicubito, uel tricubito, uel ſuperficiei, uel alicui talium, nihil enim ipſis eſt contrarium. Niſi forte quis multa paucis dicat eſſe contraria, uel magnum paruo, horum autem nihil eſt quantitas, ſed magis ad aliquid, nihil enim perſeipſum paruũ uel magnũ dicitur, ſed eo quod ad aliud refertur, nam mons quidem paruus dicitur, miliũ uero magnum, eò quod hoc quidem ſui generis maius ſit, illud uero minus ſui generis, ergo ad aliud eſt eorum relatio, nam ſi per ſeipſum magnum uel paruum diceretur, nunquam mons quidem paruus, miliũ uero magnum diceretur. Rurſus in uico plures homines eſſe dicimus, in ciuitate paucos, cum tamen ſint eis multo plures, & in domo quidem multos, in theatro uero paucos, cum tamen ſint plures. Amplius bicubitum uel tricubitum & unumquodque taliũ quantitatem ſignificat, magnum uero uel paruum non ſignificat quantitatẽ, ſed magis ad aliquid, quoniam ad aliud ſpectat magnum uel paruum, quare manifeſtũ eſt, quoniam hęc ad aliquid ſunt. Amplius ſiue ponat aliquis hæc eſſe quantitates, ſiue non ponat, nihil ipſis contrarium eſt. Quod enim non poteſt ſumi perſeipſum, ſed ad ſolam alterius relationem refertur, quomodo huic aliquid erit contrarium? Amplius ſi erunt magnum & paruum contraria, continget ipſum idem ſimul contraria recipere, & ea ipſa ſibimet eſſe contraria. Contingit enim idem ipſum ſimul & paruum eſſe & magnum, eſt enim aliquid ad hoc quidem paruum, ad aliud uero hoc idem ipſum, magnum. Quare idem paruum et magnum in eodem tempore eſſe cõtingit, quare contraria ſimul ſuſcipiet. Sed nihil eſt quod uideatur ſimul cõtraria poſſe ſuſcipere, ut ſubſtãtia ſuſceptibilis contrariorũ quidẽ eſſe uidetur, ſed nullus ſimul et ſanus eſt et ęger, nec albus et niger ſimul eſt, nihilq; aliud eſt cp ſimul cõtraria ſuſcipiat. Et eadẽ ſibiipſi cõtingit eſſe cõtraria, nã ſi eſt magnũ paruo cõtrariũ, ipſũ aũt idẽ ſimul eſt et paruũ et magnũ, ipſum ſibi erit cõtrarium.

Sed

Sed impoſſibile eſt idem ſibi eſſe contrarium, non eſt igitur magnum paruo contrarium, nec multa paucis. Quare etiam ſi non relatiuorum hæc aliquis dicat, ſed quantitatis, nihil habebunt contrarium.

Definita quantitas eſt quæ alicuius termino numeri coërcetur, ut ſunt duo, uel tres & quæ ad hunc modum dicuntur, ac ſi dicas bicubitum, tricubitũ, & cætera. Et quæ aliqua propria ſignificatione definita ſunt, ut eſt ſuperficies & ſoliditas, quid enim & quæ quãtitates dicantur, agnoſcitur, quocirca harum, quoniam ſunt diffinitæ, nulla ulli contraria eſt, neq; enim bicubito tricubitum contrarium eſt, ſicut neq; numerus ulli numero, at uero nec ſuperficies ſoliditati, nec aliquid horũ. Sed quoniã quædam indefinita imaginem quandam quantitatis oſtendunt, ut magnum & paruum, quæ uidentur eſſe contraria, hęc ſibi Ariſtoteles opponit dicens, non eſſe quãtitates, ſed magis ad aliquid, quod ipſius ſermonibus aſtruamus. Sed non eſt hoc proprium quãtitatis non habere contraria, non enim omnis quantitas contrarijs caret, ſed nobis per ſingula quæq; currentibus quæ quantitatis ſpecies contraria nõ habeant, quę ue habeant conſiderandum eſt. Linea quidem contrario caret, linea enim lineæ contraria non eſt, ſed ſi quis dicat rectam lineam curuæ lineę eſſe contrariã, fallitur. Non enim in eo quod linea eſt, curua linea rectæ lineæ contraria eſt, ſed in eo quod curua eſt, & in his non lineæ uidentur eſſe contrariæ, ſed ipſa rectitudo & curuitas. Quare non in eo quod quantitas eſt, linea curua, rectæ lineæ contraria eſt, ſed in eo quod qualis. Nam quoniam curuitas et rectitudo contraria ſunt, ſecundum id quod curua & recta eſt linea, non ſecundum quod lineæ ſunt, ſuſcipiunt contrarietatem, quocirca linea in eo quod linea eſt, contrario caret. At uero nec ſuperficies ſuperficiei contraria eſt, ſed forte dicat aliquis albam ſuperficiem, nigræ ſuperficiei eſſe contrariã, cui ſimiliter occurẽdum eſt, in eo quod ſuperficies ſunt non eſſe contrarias, ſed in eo quod eſt in his albedo atq; nigredo, quę cõtraria eſſe quis dubitat? Eodem quoq; modo & lenem & aſperam ſuperficiem, ſiquis contrarias dixerit, refellitur, quod non ſecundum quantitatem ſuperficiei, ſed ſecundum qualitatem aſperitatis lenitatisq; ipſæ ſuperficies contrarium tenent. At uero nec corpori quicquam ullo modo contrarietatis opponitur, cui ſiquis dicat incorporale eſſe contrarium, refutabitur. Quòd omnis contrarietas proprijs nominibus dicitur, ut bonum malum, album nigrũ, corporale uero & incorporale non ſecundum contrarietatem, ſed ſecundum priuationem habitumq; proferuntur. Incorporale enim corporis eſt priuatio. Nec tempori quoq; quicquam contrarium eſt, ſed ſi nox diei uidetur oppoſita, non in eo quod tẽpus eſt, ſed in eo quod dies eſt aër lucidus, nox aër obſcurus. Aër uero neq; tempus neq; quantitas eſt, lumen quoq; & obſcuritas qualitates ſunt & non quantitates. Oratio etiam quanq; uideaẽ habere contrarium, tamen contrariam non habet oppoſitionem, uidetur enim uera oratio eſſe & falſa, quæ ſunt contraria, ſed oratio uera & falſa in ſignificatione eſt. Cum enim quod eſt, oratio ſignificat, uera eſt, cum uero q̃d non eſt deſignat, tunc falſa eſt. Oratio uero non ſecundum id quod ſignificat in quãtitate numeraẽ, ſed ſecundum id quod profertur. Secundum enim id q̃d proferimus orationem, longa ſyllaba breuiq; componiẽ, quæ omnem orationem nõ ſecundum id quod ipſa ſignificat, ſed ſecundum id quod ad prolationem eſt, metiuntur. Illud quoq; manifeſtum eſt in numero non eſſe contraria, duo enim tribus, uel tres quaternario contrarij non ſunt, nec ullus alter numerus cuilibet alij numero cõtrarius eſt. Locus uero habet aliquam contrarietatem, ſurſum enim & deorſum cõtrarium eſt. Sed quidam uolunt non eſſe quantitatis quod ſurſum dicitur et deorſum, ſed potius habitudines, quas græci σχέσεις uocant, quæ enim pars ad caput noſtrum eſt, hãc ſurſum uocamus, quæ pars pedibus ſubiacet, illa deorſum dicitur, quocirca ſecundum habitudinem quandam quodammodo ad nos ipſos relata, ſurſum deorſumq; prædicamus. Herminius quoq; ait ſurſum & deorſum non eſſe loca, ſed quandam quodã-

modo positionẽ loci. Est enim res sursũ atq; deorsũ, non est aũt idẽ esse aliqd loci, ꝙd locũ, loci enim est positio in loco, locus uero ipse positio nõ est. Sed siquis omnem mũdi respiciat figurã, quomodo rerũ omniũ formã sphęræ ambitus amplectit, et terra media est, in sphera uero nihil est ultimũ, nisi ꝙd eiusdẽ terminũ medietatis obtinuerit, quicqd in extremo cœli cõuexitatis est, illud sursum esse dicet, ꝙd uero est mediũ, illud deorsum. Quo circa sunt secundũ locum sursum deorsumq; cõtraria, sursum in cœlo, deorsum in terra, idcirco ꝙd à se lõgè disiuncta sunt, unde post quoq; cõtraria hoc modo sunt diffinita. Cõtraria sunt quęcunq; à se lõgissimè distãt, hinc est uidelicet tracta diffinitio, ꝙd quoniã cœlũ terraq; distãt, lõgissimè distare uidebant, et illud esse sursum, hæc uero deorsum, quoniã deorsum atq; sursum nõ ob aliã causam contraria dicuntur, nisi quod à se longe disiuncta sunt quòd esse contrarium, longissimè distare diffiniunt, quod Aristoteles hoc modo pronunciat.

> Maximè autem circa locum uidetur esse contrarietas quantitatis, sursum enim ad id quod est deorsum contrarium ponunt, locum qui est in medio deorsum dicentes, eo quòd multa distantia medij ad terminos mundi sit, uidentur autem & aliorum cõtrariorum diffinitionem ab his proferre, quę enim à se inuicẽ multũ distant, eorũ quę sub eodẽ genere sunt, cõtraria determinãt.

In omni enim sphera media terra est, quod ipsa astrorũ demõstrat ordinata uertigo, adiecit quoq; causam cur huiusmodi loca cõtraria dicantur, quod multa distantia est medietatis ad mundi terminos. Terminos uero mundi cœli ultimam conuexitatem dicit, ex hac igitur loci contrarietate, & cætera definita esse contraria sic demõstrat. Videntur autem & aliorum contrariorum diffinitionem ab his proferre, quæ enim multum à se distant, in eodem genere contraria esse diffiniunt. Sed quoniam ne ordo contrarietate quantitatis impediretur, idcirco superioribus in quibus singulis quantitatibus nihil esse contrarium dicebamus, has loci contrarietates adiecimus, et quędam in medio prætermissa sunt. Rursus ad superiora redeamus, ut expositionis ordo sese ipse contineat. Ait enim superius cum quantitati nihil esse contrarium proponeret bicubito, uel tricubito, uel superficiei, uel alicui talium nihil posse esse contrarium. Diffinitis enim his quantitatibus, cõtrarium nihil esse uidet, ut duobus uel tribus, sed quædam cum sint indefinita nec quantitates & contraria uideantur, hæc rursus adiecit. Nisi multa paucis dicat quis esse contraria, uel magnum paruo. Horũ autem nihil est quantitas, sed ad aliquid, nihil enim per seipsum magnũ dicit uel parium, sed ad aliquid refertur. Nam mons quidem paruus dicit, milium uero magnũ, eo quòd hoc quidem sui generis maius sit, illud uero sui generis minus. Ergo ad aliud est eorũ relatio, nam si per seipsum paruum uel magnum diceret, nunquam mõs quidem aliquando paruus, milium uero nunquam magnum diceretur. Rursus in uico quidem plures homines esse dicimus, in ciuitate uero paucos, cum tamen sint eis multo plures, & in domo quidem multos, in theatro uero paucos, cum sint plures. Amplius bicubitum & tricubitum & unumquodq; talium quantitatem significat, magnum uero uel paruum non significat quantitatem, sed magis ad aliquid, quoniã ad aliquid spectatur magnum & paruum, quare manifestum est quòd hæc ad aliquid sunt. Quemadmodum diffinitæ quantitates contrarijs non tenentur, ipse superius cõprobauit dicens, bicubito uel superficiei nihil esse contrariũ, indefinitæ uero, ut est magnũ & paruũ, multa & pauca dant imaginẽ contrarietatis. Sed illud occurrit has non esse quantitates. Omnis enim quantitas per se dicit, bicubitũ enim & tricubitũ & duo, & tres, & superficies ad nihil aliud refertur, magnum uero uel paruum sine alijs dici non possunt. Cum enim dicis magnum, ad alicuius alterius comparationem atque æquationem refertur. Eodem quoque modo & paruum, quod ipsa Aristoteli

Aristotelica probat inductio. Si enim magnũ & paruũ p se dicerentur & nõ ad alterius relationẽ, nunq; diceremus montẽ paruũ & miliũ magnum. Si enim magnũ parumq; non ad relationẽ alterius diceret, mõs semp magnus, semperq; paruũ milium diceretur. Sed aliquẽ collem ad Atlantis altitudinẽ conferẽtes, dicimus paruũ montem, & rursus milium ad minora alia grana milij cõferentes, magnũ miliũ nominamus, & simpliciter qcquid magnum uel paruum dicit ad eiusdẽ generis speciem referentes, magnũ paruũq; nominamus, ut monti montẽ cõparamus, miliũ uero milio, & alia huiusmodi, multa & pauca eodem modo dicũtur, dicimus enim, si fuerint homines centũ in uico, plures esse homines. At uero si in ciuitate sint, paucos dicimus, nunc ad paruitatẽ uicorũ, nunc ad magnitudinẽ ciuitatũ conferẽtes. Rursus si sint in domo quinquaginta, multi sunt, si in theatro pauci, ideo ꝙd tũc in theatro esse paucos dicimus cum ad eos quanti in theatro esse debebant comparamus. Amplius quoniã cõsistit magnum paruũq; referri semper ad alterum, singulas uero quantitates nihil ad aliud comparãtes, suas ac proprias nominamus, ut tres, duo, quatuor, lineam, superficiem, magnũ paruũq;, multa & pauca, à quantitatis diuisione disiuncta sunt. Sunt enim ista nõ quãtitates, sed potius relatiua. Amplius siue aliquis ponat eas esse quãtitates, siue nõ ponat, nihil illis erit cõtrariũ, ꝙd enim nõ est sumere per seipsum, sed ad solã alterius relationẽ, ꝙmodo huic aliqd erit contrariũ? Hoc quoq; ualidissimo argumẽto ꝓbatur quantitatibus his quæ prædictæ sunt, nihil esse contrariũ, nisi soli forsitan loco. Nam si qs magnũ & paruum, uel multa & pauca in quãtitatib. ponat, etiam hoc si concedatur, tamen quoniam semper referuntur ad aliud, cõtrarijs non tenentur. Omne enim contrarium per se consistit, nec illud ad alterius comparationem relationemq; profertur, ut bonum non dicitur mali bonum, nec rursus malum boni malum, sed ipsum in propria natura & prolatione consistit. Quæcunque sunt contraria, eodem modo sunt. Magnum uero & paruum quoniam non per se constant, sed ad alterius relationem referuntur, contraria esse non possunt. Amplius si sunt magnum & paruum contraria, contingit idem simul cõtraria susc̃ipere, & ea ipsa sibi esse contraria. Contingit enim simul idem paruum esse & magnum. Est enim aliquid ad hoc quidem paruum, ad aliud uero hoc idem ipsum magnũ. Quare idem paruum & magnum & eodem tempore esse contingit, quare simul contraria susc̃ipiet, sed nihil est quod uideatur simul contraria posse susc̃ipere, ut substantia, susceptibilis quidem contrariorum uidetur esse, sed non susc̃ipit in uno eodem tempore, nam nullus simul est sanus & eger, nec albus & niger simul, nihilq; aliud simul cõtraria susc̃ipiet. Et eadem sibijpsi contingit esse contraria. Nam si est magnum paruo contrarium, ipsum autem idem simul est paruum & magnum, ipsum sibi erit contrarium, sed impossibile est ipsum sibi esse contrarium. Non est igitur magnum paruo contrarium. Constat hoc & immutabile in propria ratione consistit, unam eandemq; rem, uno eodemq; tempore contraria non posse susc̃ipere, ut substantia susceptibilis quidem contrariorũ est. Homo nãq; cum substantia sit, & ægritudinẽ susc̃ipiet & salutẽ, sed non eodẽ tempore, & albedinẽ & nigredinem capit, sed alio atq; alio tempore, ut uero uno eodẽq; tempore contraria utraq; susc̃ipiat, fieri nequit, q; si magnum paruo aliquis cõtrariũ ponat, eueniet quoddam impossibile, ut una atq; eadem res eodem tempore utrasq; susc̃ipiat contrarietates, & eadem ipsa sibi possint esse contraria. Ponamus enim magnũ paruo esse contrarium, sed una atque eadem res, uno eodẽq; tempore potest magna esse & parua, ut si sit decem pedum mensura collata ad duorum pedum magnitudinem, magna est, ad centum uero cubitorũ magnitudinem mensuramq; collata, eadem parua est. Potest ergo eadem res eodẽ tempore & magnitudinis esse susceptibilis & paruitatis. Eadem enim res uno eodemq; tempore ad maiorem minoremq; collata eadem magna & parua est. Quod si magnum paruo contrarium est, eadem uero res eodem tempore & magnitudinem susc̃ipit & paruitatem, eodem tempore cõtingit ut eadẽ res contraria utraq; susc̃ipiat,

ſed hoc impoſſibile eſt. Quocirca quoniam res eadem eodem tempore contrariorū ſuſceptibilis non eſt, poteſt uero una atq; eadem res magnitudinem paruitatemq; ſuſcipere, magnitudo & paruitas contraria non ſunt. At uero ſi quis magnum paruo cōtrariū ponat, eadē ratione unā eandēq; rem ſibiipſi dicit eſſe cōtrariā. Nam ſi paruum magno eſt contrariū, eadē uero res (ut docui) parua & magna poteſt eſſe ad aliud & ad aliud ſcilicet cōparata. Res quæ parua & magna eſt, eadē ſibi poteſt eſſe contraria, paruū em̄ & magnū contrariū dictū eſt, ſed eſt impoſſibile. Quocirca paruū & magnū contraria nō ſunt. Poſt huiuſmodi uero rationē & argumētationis firmiſſimæ propoſitionē de contrarietate diſſerit loci, de qua ſuperius iam diximus, quo circa p̄tereunda eſt ne repetitæ expoſitiōis iteratio, faſtidio ſit potius quā doctrinę.

Non uidetur autem quantitas ſuſcipere magis & minus, ut bicubitum, neq; enim eſt aliud alio magis bicubitum, neque in numero, ut ternarius quinario: nihil enim magis tria dicentur quàm quinque, nec tria potius quàm tria, neque tempus aliud alio magis & minus dicitur, nec in his quæ dicta ſunt, magis & minus omnino dicitur. Quare & quantitas non ſuſcipit magis & minus.

Aliud proprium rurſus appoſuit quod quamuis quantitatis proprium nō ſit, cur tamen non ſit ipſe reticuit, nobis tamē eſt demonſtrādum, quod autem dicit tale eſt, quantitas magis & minus non ſuſcipit, nullus enim numerus alio numero nec magis nec minus eſt numerus. Nam ternarius ſi quinario cōparetur, nec magis nec minus eſt numerus, et rurſus ipſi tres ſibiipſis cōparati, nec magis nec minus ſunt tres, nec tempus quoq; habet aliquid magis & minus, ut magis aliud tempus ſit alio tempore, ſōgius quidem tempus tempore eſſe poteſt, ut uero dicatur magis tempus alio tempore uel minus fieri nequit, hoc quoq; etiam in ſubſtantia demonſtratum eſt, homo nāq; alio homine non eſt magis homo, nec minus, idē quoq; euenit etiā in quantitate. Quod quia etiā in ſubſtantia eſt, proprium quantitatis hoc non eſt, habet hoc quoq; quantitas ut in ſequenti ordine ipſe mōſtrauit. Quocirca quoniam prius hoc de ſubſtantia dixerat, nunc uero idem de quantitate propoſuit, idcirco non eſſe hoc propriū quātitatis, cōmemorare neglexit. Cuius enim eſſet alterius nō ſuſcipere magis & minus, tūc dixit cū de ſubſtātia diſputaret. Ait em̄ q; ſubſtātię nunq; magis minusue ſuſcipiēt, quo circa ad maximē ꝓpria, ſolita conſtituendi ratiōe regreſſus eſt.

Proprium autem maximę quantitatis eſt, quod & æquale & inæquale dicitur. Singulum enim earum quæ dictæ ſunt quantitatum æquale dicitur & inæquale, ut corpus & æquale & inæqualè dicitur, & tempus æquale & inæquale dicitur, & numerus æqualis & inæqualis dicitur, & oratio æqualis & inæqualis. Similiter autē & in alijs quę dicta ſunt, ſingulum & æquale & inæquale dicitur. In cæteris uero quæ quantitates non ſunt, non multum uidebitur æquale & inæquale dici, nam affectio & diſpoſitio æqualis & inæqualis non multum dicitur, ſed magis ſimilis & diſſimilis, & album æquale & inæquale non multum dicitur, ſed ſimile. Quare quātitatis maximę eſt proprium æquale & inæquale dici.

Quantitatis proprium apertiſſimè deſignat eſſe, q̄d ſecundum quantitatē æqualitas & inæqualitas nuncupat̄. Singulæ enim quantitates æquales atq; inæquales dicūtur, ut æqualis linea lineæ, & rurſus inæqualis, & ſuperficies ſuperficies æqualis atq; inæqualis dicit̄, & corpus æquale & inæquale dicit̄. Numerus quoq; & tēpus & locus æqualis atq; inæqualis dicitur. In alijs autem quę quantitates nō ſunt, non eſt facilè ut æqualitas uel

litas uel inæqualitas nominet̄, diſpoſitiōes ergo quę affectiōes appellant̄, nō dicunt̄ æquales uel inæquales, ſed magis ſimiles & diſſimiles. Diſpoſitio aūt uel affectio eſt ad aliquā rem accommodatio & applicatio, ut ſi quis grammaticam legens, qui nō dum perdidicit, habet ad eam aliquam diſpoſitionem, id eſt, ea affectus eſt, & habet aliquid accommodatum, & quaſi propinquum. Poſſunt autem ſimiliter eſſe duo diſpoſiti & affecti, æqualiter uero minimè, ut duo ſimiliter eſſe albi, æqualiter uero nō. Nam ſi quis de duobus ſimiliter albis æqualiter eſſe albos dicat, recta nominis nunc utpatione non utitur. Omne enim æquale & inæquale, in menſura & in quantitate perſicitur. Simile uero & diſſimile quemadmodum de quantitate non dicitur, ita nec de alia qualibet re niſi de quantitate, rectè æqualitas & inæqualitas nuncupantur. Quare proprium eſt quantitatis æquale & inæquale nominari, ſed quoniam de quantitate dictum eſt, ad relatiuorum ordinem tranſeamus. Poſt quantitatis tractatum tertium prædicamentum de relatiuis ingreditur, quare relatiua hoc modo diffinit.

DE RELATIVIS.

AD aliquid uero talia dicuntur, quæcūq; hoc ipſum quod ſunt, aliorum eſſe dicuntur, uel quomodolibet aliter ad aliud, ut maius id quod eſt alterius dicitur, aliquo enim maius dicitur, & duplum alterius dicitur hoc ipſum quod eſt, alicuius enim duplum dicitur. Similiter autem & alia quæcunq; ſunt huiuſmodi.

CVr autem de his quæ ſunt ad aliquid differat, omiſſo interim de qualitate tractatu, hæc cauſa eſt, quod poſita quātitate magis minus ue eſſe neceſſe eſt. Quare cum quantitatem continuo ad aliquid conſequatur, rectè poſt quantitatem relatiuorum ſeries ordinata eſt. Illud quoq; eſt in cauſa, quod ſuperius cum de quantitate tractaret, relatiuorum mentio facta eſt, cum de magno paruoq; diceret̄, ut ergo continens & non eſſet operis interrupta diſtinctio, ideo quantitate finita de relatione poſuit. Quod autem ait ad aliquid uero talia dicuntur, hoc monſtrat, quod non ſicut quantitas per ſe & ſingulariter intelligi poteſt, eodem quoq; modo ſubſtantia & qualitas, & unumquodq; aliorum prędicamentorum, ſicut per ſe cōſtat, ita etiam per ſe & ſingulariter intelligit̄, ſic ad aliquid per ſe & ſingulariter capi intellectu nō poteſt, ut dicamus eſſe ad aliquid ſingulariter. Quicquid enim in natura relatiōis agnoſcit̄, id cum alio neceſſe eſt cōſideretur, cū enim dico dominus, per ſeipſum nihil eſt, ſi ſeruus deſit. Quocirca cū unius relatiui nūcupatio, mox ſecū etiā aliud trahat ad aliqd, unum eſſe per ſe non poteſt, atq; ideo non dixit Ariſtoteles. Ad aliquid uero tale dicitur, ſed plurali numero talia dicunt̄, inquit, demonſtrans relatiuorum intelligentiam non in ſimplicitate, ſed in pluralitate conſiſtere, non eſſe autē quandā per ſe relatiuorum naturā ſine coniunctione aliqua alterius ſubſiſtente, ipſe Ariſtoteles mōſtrat. Qui dicit ea eſſe relatiua, quęcunq; hoc ipſum q̄d ſunt aliorū dicūtur. Docet enim aliqua cōiunctione alterius relatiua formari, hoc ipſum enim quod ſunt aliorū dicunt̄. Quod enim eſt dominus hoc alterius dicit̄, id eſt ſeruī. Siue aūt relatiua dicamus, ſiue ad aliquid, nihil intereſt. Ad aliqd em̄ dicitur q̄d ipſum qdem cū per ſe nihil ſit, relatum tamen ad aliud conſtat, ut dominus, ſi deſit id ad quod dicitur, id eſt, ſeruus, nō eſt, dicitur enim ad ſeruum, manifeſtum ergo eſt ſi ſeruus deſit, dominum dici non poſſe, quare dominus ad aliquid dicitur, id eſt, ad ſeruum. Relatiua quoq; dicuntur idcirco, quod eorum nuncupatio ſemper ad aliquid referatur, ut domini ad ſeruum, quare nihil intereſt quolibet modo dicatur. Huiuſmodi autem diffinitio Platonis eſſe creditur, quæ ab Ariſtotele paulo poſterius emendatur. Relatiuorum autem alia eiſdem caſibus referuntur, alia diuerſis, alia uero omni ſunt caſu carentia. Quod, ſcilicet mōſtrās addidit, uel quomodolibet aliter ad aliud. Quid aūt eſt, ipſius penè textus ſermone mōſtrat̄. Cum em̄ dico dominus ſeruī dominus, ad genitiuum

caſum

casum reddidi nominatiuum,& rursus ad eundem si conuertero. Dico enim seruus domini seruus,& hic quoq; nominatiuus ad genitiuū relatus est.Eodem quoq; modo sese habet pater filij pater,& filius patris filius,& magister discipuli magister,& discipulus magistri discipulus,hęc ergo id quod sunt,similiter aliorum dicuntur. Nā quod aliorum dicuntur,secundum genitiuum redditur casum, alia uero non secundum eundem casum consequentiam reddūt.Sensus enim ad aliqd est,sensibilis enim rei est sensus.Quod enim sensibile est sentiri potest,q̄d sentiri potest,sensibile est,& nunc quidem sensus sensibilis rei sensus genitiuo accōmodatus est. Huius enim rei sensibilis dictum est,at si cōuertas,fiet.Sensibilis res sensu sensibilis est. Sed cum sic casui septimo redditur nominatiuus in hac relatione, quę dicit sensibile sensu sensibile est, non eodem casu quo superius dictū est conuertit̄. Dicimus enim sensus sensibilis rei sensus est,& hic nominatiuus reddit̄ ad genitiuum.Hęc enim relatio ad septimum casum se aptari non patitur. Sciētia quoq; scibilis rei scientia est,siquidem hoc scitur quod sciri potest,& q̄d sciri potest,scibile est,sed non eadē ratione, nec ad eundem casum relatio ista conuertitur.Dicimus enim scibilis res scientia scibilis est. Est enim prima relatio ad genitiuum,secunda conuersio ad septimum. Hæc quoq; relatio secundum eosdem conuertitur casus,cum dicimus maius minore esse maius,& minus maiore esse minus.Duplum quoq; & medium relatiua sunt,sed & eisdem casibus conuertuntur.Duplum namq; dimidij duplum est,dimidium uero dupli dimidium est.Sunt autem alia quoq; relatiua quæ ipse sic addidit.

> At uero sunt etiam & hæc ad aliquid,ut habitus, affectus,scientia, sensus, positio: hæc enim omnia quæ dicta sunt,hoc ipsum quòd sunt,aliorū esse dicuntur, uel quomodolibet aliter ad aliud, & non aliud aliquid, habitus enim alicuius habitus dicitur, & disciplina alicuius disciplina,& positio alicuius positio. Similiter autem & alia.

De sensu quidem & scientia dictum est superius,nunc uero de habitu, dispositione, & positione dicendum est.Dispositio est ad aliquā rem mobilis applicatio, ut si quis quam flammæ propinquus caleat,ille dispositus dicitur ad calorem,id est, habens aliquam applicationē coniunctionemq; ad calorem.Idem uero est affectio quod dispositio,ne nouo nomine error oriat̄,& ideo dispositio cum sit quędam ad aliam rē cōiunctio,uel ab alia affectio,facile mobilis est,celerius etenim permutatur. Habitus autem est dispositionis uel affectionis firma & non facile permutabilis accessio,ut si quisquam in sole ambulans fuscior fiat,dispositus ad nigredinem dicitur & nigredine affectus.Sin aūt illa nigredo fortius & immutabiliter corpus infecerit,habitus nominatur:Quocirca habitus est inueterata affectio. Vnde omnis habitus dispositio uel affectio est,nō aūt omnis dispositio uel affectio habitus. Et ne multa dicēda sint hoc quoq; constat in habitu & dispositione,quod habitus immutabilis passio est, dispositio uero nō similiter,sed affectio quędā est,& ad aliquā rem cōiunctio,quæ potest facile permutari.Positio uero est alicuius rei collocatio,ut est statio, sessio, inclinatio,accubatio,& alia huiusmodi.Nam & qui stat quodammodo positus esse dicit̄ & collocatus,& qui sedet,& qui accumbit,& qui secundū cæteras positiones est positus appellat̄.Quocirca & statio & sessio & accubatio positiones erūt. Sed quoniā quid essent dictum est,nunc si sunt ad aliqd uideamus,habitū relatiuè dici ea res probat,quæ alijs quoque rebus documento fuit esse relatiuis,ut est in sensu atq; in scientia.Idcirco enim dictū est sensum sensibilis rei esse sensum,q̄d res sensibilis est quæ sentiri potest,est ergo habitus habilis rei habitus.Habilis enim res est quę haberi potest,illius enim rei habitus est quę haberi potest.Quocirca erit habitus habilis rei habitus,sed res quoq; habilis habitu erit habilis,ipso em̄ habitu res quæ haberi possūt, habemus.Dispositio quoq; eodē modo.Dispositio nāq; dispositæ rei dispositio est, & dispo-

& dispositа res dispositione dispositа est.Caloris enim dispositio calentis, id est, ad calorem dispositi,dispositio est.Eodem modo dispositus ad calorem caloris dispositione dispositus est,uelut si hoc modo sit dictum, omnis affectio affecti affectio est, & omne affectum affectione affectum est.Et calor calentis fit calor,& calens calore fit calidum.Positio quoq; relatiua est,nam positio positæ rei positio est,& positа res positione positа est,& hoc intelligi conuenit secundum priorem habitus & dispositionis modum.Illa quoq; res probat positionem esse ad aliquid,quod eius species relatiuę sunt, statio enim stantis rei statio est,& qui stat statione stat,& de sessione quidem & de accubitu idem dici potest.Quocirca & habitus & dispositio uel affectio,& positio relatiua sunt,& hęc omnia uel similibus uel dissimilibus cōuenientibus tamen prædicationi casibus conuertunt̄.Eorum autē quę secundum casus conuertuntur,alia sunt quę eodem nomine prędicātur, alia uero quæ dispari, cum enim dico simile simili simile est,& æquale æquali æquale est,& dissimile dissimili dissimile est,eisdem uocabulis eisdemq; nominibus tota fit prędicatio. Cum autem dico duplum medij duplū,uel maius minore maius,disparibus uocabulis facta est prædicatio.Quoniam uero relatiuorum diffinitionem ita proposuit,ut diceret ad aliquid uero talia dicuntur,quęcunq; hoc ipsum quod sunt aliorum dicunt̄,uel quomodolibet, aliter ad aliud,quid esset hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur,iam diximus,nunc quid sit,quod ait, uel quomodolibet aliter ad aliud, requirendum est, quod ipse Aristoteles conuenientibus in ordine probat exemplis,ait enim.

> Ad aliquid ergo sunt quæcunque id quod sunt aliorum esse dicuntur, uel quomodolibet aliter ad aliud,ut mons magnus dicitur ad alium.Magnum enim ad aliquid dicitur,& simile alicui simile dicitur, & omnia talia similiter ad aliquid dicuntur.Sunt autem & accubitus & statio & sessio, positiones quędam,positio uero ad aliquid dicitur. Accumbere autem uel stare uel sedere ipsa quidem non sunt positiones, denominatiuè uero dicuntur ab ijs quæ dictę sunt positionibus.

Quoniam accubitus & statio & sessio positiones dicunt̄, & quoniam omnis positio ad aliquid est,sufficienter superius compræhensum est. Nunc uero quid sit,quod ait, uel quomodolibet aliter ad aliud expediemus, in relatione per quam dicimus, filius patris filius, nulla coniunctio mista est, nisi tantum sola casuum uis prędicationis huius membra coniungit. Cum autem dico montem magnum,ad alium referens paruum, ita propono,mons magnus ad montem paruum, & mons paruus ad magnum,hic nullorum casuum uis est,quanquam enim accusatiuus uidetur esse permittus,tamen ille huius relationis uim non tenet,sed præpositio quæ ad accusatiuum datur,cum enim dico,mons magnus ad paruum montem, præpositio sola est quæ uim huius continet relationis, ut si quis dicat, magnus mons paruū montem, nihil significet definitū.Quocirca quamuis accusatiuus casus in hac propositione sit,non tamē hic uim casus tenet,sed præpositio,atq; hoc est q̄d ait, uel q̄modolibet aliter ad aliud,ut q̄niam superius secundū casus relationes fieri dixerat,erant autem quædā relationes quæ nullis casib. tenerent̄.Adiecit hoc,uel q̄modolibet aliter ad aliud,ac si diceret,Omnis relatio aut casib. fit q̄d per hoc demōstrauit quod ait, quæcunq; id q̄d sunt aliorum dicuntur,aut præter casus sunt,quod hæc sententia docet, uel quomodolibet aliter ad aliud,atq; hęc hactenus.Sed cū positio sit ad aliqd & sint species eius relatiuæ (sessio enim & statio relatiua sunt) sedere & stare nulla relatio est.Stare namq; & sedere de statione & sessione denominatiuè dicuntur.Omnis aūt denominatio non est id q̄d est ea res de qua nomināt̄,ut grāmaticus,nō enim idē est q̄d grāmatica de qua nominatus est.Quocirca si sedere de sessiōe, & stare de statiōe denominatiuū est,sessio uero & statio relatiua sūt,sedere & stare quę à relatiuis denominatiua

minatiua ſunt,relatiuorum genere non tenentur,& uniuerſaliter. Quicquid ex quibuslibet poſitionibus denominatur,illud non ad relatiua,ſed ad prædicationem quę ſitus dicitur reduci poteſt.

Ineſt autem & contrarietas in relatione, ut uirtus uitio contraria eſt, cum ſit utrunque ad aliquid,& ſcientia inſcientiæ. Non autem omnibus relatiuis ineſt contrarietas, duplici enim nihil eſt contrarium, neque triplici, nec talium ulli.

Quemadmodum in ſubſtantia uel quantitate ſi eorum eſſet proprium contraria ſuſcipere rimatus eſt,ita quoq; nunc in relatiuis de contrarietate conſiderat, utrũ relatiuorum ſit proprium contraria poſſe ſuſcipere,& quoniam uirtus & uitia utraq; ſunt habitus,uirtus enim eſt mentis affectio in bonam partem & difficile commutabilis,uitium affectio in malam partem,ipſa quoque difficile mobilis & diuturnita te perdurans.Quoniam igitur & uitium & uirtus habitus ſunt, omnis autem habitus ad aliquid eſſe monſtratus eſt (habilis enim rei habitus eſt)erunt uirtus atq; uitium relatiua,ſed hæc contraria ſunt,igitur relatiua contraria ſuſcipere nõ recuſant. Sed ſi dicat quis quid cauſæ eſt,ut uirtutem atq; uitium ipſumq; habitum paulopoſt inter qualitates numeret. Atqui ut alia ſignificatione una res diuerſis generibus ſupponatur,nihil prohibet. Socrates namq; in eo quod eſt Socrates ſubſtantia eſt, in eo quòd pater uel filius ad aliquid,ita ad aliud atq; ad aliud ducta prædicatione eandem rem ſub diuerſo genere nihil poni prohibet. habitus quoque & uirtus & uitium eodem modo eſt. Poteſt enim in qualitate poni habitus quod ex eo quales homines nũcupentur,habentes enim dicimus aliquos rei habitus retinentes. Virtus quoq; qualitas eſt idcirco quod ex eo boni homines dicuntur & ſecundum illam qualitatem, id eſt,bonitatem quales homines,id eſt,bonos homines nuncupamus, ſimiliter autem & uitium. Ipſe quoque habitus ad aliam predicationem dictus ſit iterum relatiuus,q̃d enim habitus habilis rei habitus eſt ad aliquid eſt,& quod alicuius uirtus eſt, ad aliquid uirtus eſt,& quod alicuius uitium eſt,ad aliquid quoq; ipſum eſt, ergo nihil impedit eaſdem res ad aliud atq; aliud uerſas diuerſæ predicatiõi ſubſtitui. Ipſum uero ad aliquid preter ullum aliud prædicamentum intelligere non poſſumus, ut patrem & filium,dominum & ſeruum ſecundum ſubſtantiam conſideramus. Nam & qui dominus & qui ſeruus eſt,ſubſtantia eſt. Duplum & triplum ſecundum quantitatem,hæc enim in quantitate conſiſtunt,ſcientia uero & inſcientia ſecũdum qualitatem. Secundum enim has quales dicimur,ſciẽtes ſcilicet atq; inſcij. Quocirca q̃niam præter aliud prædicamentum per ſe relatiua nullus intelliget,ſecundum ea prædicamenta de quibus intelligitur relatio, ſecũdum ea dicitur contraria poſſe ſuſcipere,ut Socrates ipſe quidẽ ſubſtãtia eſt,ſed ſubſtãtia contrariũ nõ recipit. Pater uero atq; filius ſecundũ ſubſtãtiam predicaẽ,non eſt enim pater atq; filius niſi in ſubſtãtia ſit. Quocirca quoniã ſecundũ ſubſtantiã dicitẽ,cõtrarietate caret. Rurſus duplũ uel dimidium ſecundum quantitatẽ dicitẽ,quãtitas uero cõtraria nõ habere monſtrata eſt, igitur nec duplũ atq; dimidiũ cõtrarijs pugnat,qualitas uero recipit cõtrarietatẽ, bonum enim & malum ſecundũ qualitatem opponunẽ,bonum igitẽ & malũ contrarijs non carent. Igitur ſecundum quę prædicamẽta relatiua dicunẽ,ſi illa ſuſcipiunt contraria,& relatio ſuſcipit. Sin uero illa prius repudiant contrarietatẽ,nec illud ad aliquid quod ſecundum ea dicitur,ulla unquam contrarietate diuidit. Quare habere contraria relationis proprium nõ eſt,nam neq; in ſola relatione eſt(habet enim hoc quoq; qualitas) nec in omnibus ad aliquid conſiderari poteſt. Quę enim ſecundũ talia predicamenta dicunẽ ad aliquid quæ non recipiunt contrarietatem,ut ſecundum ſubſtantiam pater & filius,uel ſecundum quantitatẽ duplum & medium, in talibus relatiuis contraria nullo modo reperiunẽ. Quod uero neque ſoli neque omnibus ineſt,hoc proprium non eſt,non eſt igitẽ proprium relationis habere contraria.

Viden/

Videntur autem magis & minus relatiua ſuſcipere, ſimile enim & diſſimile,magis & minus dicitur,& æquale & inæquale magis & minus dicit̃, cum utrumq; ſit relatiuum,ſimile enim alicui ſimile dicitur,& inæquale alicui inæquale,non autem omnia relatiua ſuſcipiunt magis & minus, duplex enim non dicitur magis & minus, duplex,nec talium ullum.

Quæritur nunc an relationis ſit proprium ſuſcipere magis & minus,ſed in hoc illa ratio ſeruaẽ quemadmodum in contrarijs dictum eſt. Quoniam quęcunq; ſecundum ea dicunẽ,quæ cõtraria non recipiunt,ipſa quoq; contrarijs carent. In hoc uero cum ſecundum quantitatẽ dicaẽ æquale & inæquale,ſuſcipit & magis & minus. Dicitur enim magis æquale & minus æquale. Eodem modo & ſimile,magis ſimile & minus ſimile dicit̃. Sed ſi forte quis dicat cur cum quantitatis ſit dici æquale & inæquale,& quantitas magis atque minus non ſuſcipiat æquale & inæquale & intenſione creſcat & remiſſione minuatur? Dicendum eſt quoniam quemadmodum ſubſtãtia ipſa per ſe in eo quod ſubſtantia eſt,non eſt proprium,ipſi tamẽ proprium eſt cõtraria poſſe ſuſcipere,ita & in quãtitate conſideraẽ,propriũ enim eſt, nõ hoc ipſum cuius eſt proprium,ſed quædam alia extrinſecus qualitas,paſſioq;. Paſſio enim qualitatis eſt,& quædam qualitas æquale & inæquale dici poteſt,quod quoniam nõ eſt idem proprium quod eſt illud cuius eſt proprium,& æquale uel inæquale dici, nõ eſt quantitas cuius eſt proprium,ſed quædam qualitas & paſſio quãtitatis. Hæc autem dicitur ad aliquid,ipſum enim quod eſt alterius dicitur,æquale enim æquali equale dicimus,& ſimiliter ſimile ſimilis ſimile,ſed non capiunt omnia relatiua magis & minus. Nullus enim poteſt dicere magis & minus duplum eſſe aliquid,nam ſiue denarius ad quinarium comparetur,ſiue quaternarius ad binarium,æque uterque duplus eſt,æque uterq; medietas. Qualitas quoque recipit magis & minus, dicimus enim magis album & minus album. Quare quoniam neq; omni relationi neque ſoli ineſt ſuſcipere magis & minus,Et per qualitatem relatio ſuſcipit & magis & minus,relationis proprium non eſt ſuſcipere magis & minus.

Omnia autem relatiua ad conuertentia dicuntur, ut ſeruus domini,& dominus ſerui dominus,& duplum dimidij duplum,& dimidium dupli dimidium,& maius minore maius,& minus maiore minus, ſimiliter autem & in alijs. Sed caſu aliquoties differunt ſecundum locutionem,ut ſcientia ſcibilis rei ſcientia dicitur,& ſcibile ſcientia ſcibile, & ſenſus ſenſibilis ſenſus, & ſenſibile ſenſu ſenſibile.

Clara hęc eſt proponentis & non inuoluta ſententia. Dicit enim omnia relatiua ad conuertentia dici,quod ipſe proprijs patefecit exemplis. Omne enim ad aliquid ita ad aliud prædicaẽ,ut illud ad quod prædicatur uideatur poſſe conuerti, & hoc eſt quod ait. Omnia relatiua ad conuertentia dicuntur. Conuerti autem eſt,ut ſi prima res dicitur ad ſecundã,ſecunda rurſus dicatur ad primam. Ponatur enim primus pater,ſecundus filius,& dicaẽ hoc modo,pater filij pater eſt,id rurſus conuerti poteſt, ut prius ponamus filium,& talis ſit predicatio,filius patris filius. Ergo pater ad talem dicitur,id eſt,ad filium qui conuertit̃, & filius qui dicitur ad patrẽ, ad talem rem dicit̃,quæ ipſa quoq; cõuertit̃,ut de filio predicet̃. Omniaq; relatiua hoc modo ſunt, omne enim relatiuũ ad tale aliqd predicaẽ q̃ ipſum in p̃dicatione cõuerti poſſit, ſed nec omnia dicunẽ ſecundum eandem uocis prolationem. Alia enim ſunt quæ eiſdẽ caſibus conuertuntur, ut dictum eſt, pater enim filij, pater eſt, & filius patris filius eſt. Alia uero quę non eiſdem,ut ſcientia ſcibilis rei ſcientia eſt. Hic genitiuus eſt medius,ſcibile autẽ ſcientia ſcibile eſt,hic ſeptimus prædicationẽ tenet,alia uero nullo (ut ſupra dictũ eſt)caſu cõiuncta ſibimet conuertuntur; ut mõs magnus ad paruum

dicitur,

dicitur,& paruus ad magnum. Ergo omnia relatiua ad conuertẽtia dicũtur, quamuis non eisdem casibus conuertantur, quod ipse ait dicens. Sed casu aliquoties differunt secundum locutionem, quod uero addidit nimis diligenter adiectum est.

> At uero aliquoties non uidebitur conuerti, nisi conuenienter ad quod dicitur assignetur. Si peccet is qui assignat, ut ala si assignetur auis, non conuertitur auis alæ. neque enim prius conuenienter assignatum est, ala auis, neque enim in eo quod auis est, in eo auis ala dicitur, sed in eo quod alata est. Multorum enim aliorum alæ sunt, quæ non sunt aues, quare si assignetur conuenienter, conuertitur, ut ala alati ala, & alatum ala alatum. Aliquoties autem forsitan & nomina fingere necesse erit, si non fuerit positum nomen, & ad quod conuenienter assignetur, ut remus si nauis assignetur, nõ erit conueniens assignatio, neque enim in eo quod est, nauis in eo eius remus dicitur. Sunt enim naues quarum remi non sunt, quare non conuertitur, nauis enim non dicitur remi nauis, sed forte conuenientior assignatio erit, si sic quodammodo assignetur, remus remitæ rei remus, aut aliquo modo aliter, nomen enim non est positum. conuertitur autem si conueni enter assignetur, remitum enim remo remitum est. Similiter autem & in alijs, ut caput conuenientius assignatur capitati, quàm si animalis assignetur, neque enim in eo quod animal est, caput habet, multa enim sunt animalia quæ capita non habent.

Supra iam de relatiuorum conuersione proposuit, dixitq́ue quicquid est ad aliquid, uel eisdem casibus uel dissimilibus, tamen ad conuertentia dici, hoc uero idcirco euenit quòd omne ad aliquid esse suum ex alterius habitudine & comparatione trahit, quòd si utraq; secundum ad aliquid sint opposita, ad aliquid nuncupantur, æquum uocabuli nũcupationemq́ue sortita, nam si pater & filius utrique ad aliqd sunt, si pater ad filium prædicatur, quoniam ad aliquid est, filius quoq; quia ad aliquid est, ad quoddam aliud prædicabitur, sed nullius est filius nisi patris. Ergo hæc uocabula ex alterutra nuncupatione principium sumunt. Quocirca quæ sibi inuicem substantiam donant, recte ad se inuicem prædicantur, & hoc quidem in omnibus relatiuis constat intelligi, sed huiusmodi conuersio non uno modo, nec quomodolibet fieri potest, nisi enim conuenienter quælibet illa res ad id quod dicitur prædicetur, huiusmodi conuersio nulla ratione conuertitur. Cum enim dicatur caput animalis caput dici non potest, animal capitis animal. Ergo ita redditum nulla ratione conuertitur. Atq; hoc est quod ait, non uideri in omnibus relatiuis posse conuerti, nisi conuenienter ad quod dicitur assignetur. Si enim peccet is qui assignat, ut non cõuenientem prędicationem faciat, conuersio non procedit, quæ tamen est ipsa cõuenientia qua possint semper relatiua conuerti, huiusmodi est. Cum enim dico alam auis esse alam, non conuertitur, ut auis alæ sit auis, idcirco quod non est conuenienter facta prędicatio, non enim in eo quòd auis est, in eo habet alam, multa enim sunt quæ habent alam, aues tamen nullo modo nominantur, ut apes sunt & uespertiliones, & quicquid est aliud tale, habere quidem dicimus alas, eas tamen aues non dicimus, quare non in eo quod auis est, in eo est eius ala, sed in eo quod alata est, idcirco enim alam habet, quoniam alata est, & quicquid fuerit alatũ, alas habebit, quare ita facta prędicatio illam conuersionem retinet atque custodit, ala enim alati ala est, & alatum ala alatum est. Eodem quoque modo de capite, si quis dicat caput animalis est caput, non conuenienter uim prædicationis aptabit, nõ enim in eo quod animal est, in eo

est, in eo habet caput, multa enim sunt animalia quæ capite carent, ut ostrea, & conchilia, & cætera huiusmodi. Igitur dicendum est caput capitatę rei esse caput, et capitatam rem capite esse capitatam. Vides ne quemadmodum conueniens prædicatio alternam in se uocabuli conuersionem reuersionemq́; reddiderit? Ita quoq; speculãdum est & de alio exemplo quod ipse proposuit, remus enim si nauis remus dicatur, nullo modo conuertitur, ut nauis remi nauis esse nominetur. Sunt enim quædam naues quæ remis penitus non utuntur, ut lintres quas solo subigunt conto, & idcirco non conuertitur. Dicendum est igitur remum remitæ rei esse remum, & remitam rẽ remo esse remitam. Necesse quoq; erit nomen fingere, si positum non sit, nam quẽadmodum filius patris filius, et pater filij pater, reciproca conuersione prædicantur, et utrunq; nomen in usu est, sic si defuerit nomen, ipse tibi aliquid debebis effingere, ut in eo quod est, ala alati ala, alatum enim nouiter factum est, & nunq; ante dictum, quo autem modo possimus nomina ipsa confingere, quoniam necessarium esse posuimus, artem quoq; cõponendi sequenti ordine demonstremus. Sed hoc faciendũ est, si prius illud purgauero, quod quidam contra Aristotelem' culpandi studio ponunt. Aiunt enim non esse solius relationis ad conuertentiam dici. Siquis enim sic dicat, cum sol super terram est, dies est, & cum dies est super terram, sol est, recipiũt hæc quoq; conuersionem, quæ confessę à relatiuorum definitione segregata sunt.

Non igit̃ in solis relatiuis inquiunt cadit ista conuersio, sed Iamblicus duas huius rei protulit solutiones, unam peruacuam, aliam uero perfortem, ait enim nihil officere ad Aristotelis sententiam, si & alia conuertantur, non enim inquit Aristoteles solis hoc relatiuis esse, sed omnib. nanq; hoc relatiuis inest, nec ulla ratione negari potest, quocirca quoniam non dixit Aristoteles solis hoc inesse relatiuis, illorum quæstio huius præclari philosophi sententiam non moratur. Sed hoc potius accidentis est q; naturæ, & ad aliud quodammodo refugium concurrentis potius q; ex ipsa Aristotelis, auctoritatem dictorum eius aliquod propugnaculum comparãtis. Aliam uero attulit causam prorsus grauem, ait enim proprium esse hoc relatiuorum, non secundũ suam nuncupationem, sed secundum aliquam habitudinem eodem modo cõuerti. Qui enim dicit cum sol est super terram, dies est, et cum dies est, sol est super terram, nullam habitudinem monstrat, sed tantummodo consequentiam ostendit. Consequitur enim super terram solem esse cum dies est, & cum sol super terram cursus agat, diem esse, cum uero aliquis dicit filius patris filius, & pater filij pater, habitudinem & comparationẽ & quodammodo cõtinentiã utrorũq; declarat. Atq; hoc quoque in alia quauis relatione spectare licet. Quocirca quoniã omnia ad aliquid secundũ quandã ad se inuicẽ habitudinẽ cõtinentiamq; dicũt, secũdũ cõtinentiã quoque et habitudinẽ eorũ cõuersio faciẽda est, qua in re nos quoq; grauiter dicentis Iamblici auctoritati concedimus. Nunc uero quæ sit ars fingendi nomina sicubi desunt, dicendum uidetur, quam ipse Aristoteles his uerbis tradit.

> Sic autem fortasse quis facile sumet in quibus nomẽ est positum, si ab his quę prima sunt, his ad quæ conuertũtur, nomina ponat, ut in his quæ dicta sunt, ab ala alatum, à remo remitum. Omnia ergo quæ ad aliquid dicuntur, si conuenienter assignentur, ad conuertentiam dicuntur.

Quoniam sunt quæ ita dicuntur ad aliquid, ut nisi conuenienter aptentur, conuersio nulla sit, in omnibus autem ad aliquid conuersionem expectari necesse est quæ sit hæc conuenientia, & quemadmodum assignari relationes oporteat, ipse demonstrat. Siquid enim dicitur ad aliquid quod conuerti non possit, ab ipso quod dicitur si denominatio fit, mox conuertitur, ut ala dicitur auis & recta quidem est hæc prædicatio, sed ad naturam relationis incongrua. Nunc igitur quoniam dici non potest auis alæ, dicitur autem ala auis, ab ipsa prædicatione, quæ ad aliud prædicatur, si denominatio fit, mox redit consueta conuersio relatiuis. Nam cum dicitur ala auis, ut

dicatur auis alæ,in conueniens eſt,ſi uero ex ala fiat denominatio,ut dicatur ala alati,tic conuerſio manet. Alatum enim ala alatũ eſſe dicimus,ſicut alam alati eſſe alã, & hoc idẽ in remo euenit. Nam quoniã remus nauis dicit̃, & remi nauis ut ſit, nulla ratione conuertitur,ſi ex remo ſit denominatio ſtatim reddit ex more cõuerſio. Dicimus enim eſſe remum remitæ rei eſſe remum,& hoc illi conuertitur. Remita enim res remo remita eſt. Ergo ex eo q̃d prius dicitur,nomen fingendum eſt, ſicut ex eo q̃d eſt ala,quoniam prius ad auem non dicitur,quia auis ad alam nõ conuertitur,denominatio facta eſt,ut diceretur alatum. Atq; hoc eſt q̃d ait,ſi ab his quæ prima ſunt his ad quę conuertuntur nomina ponantur. Prima nanq; prædicatio eſt ab ala. Dicimus enim alam auis, & hoc quærimus ut ad alam prædicatio cõuertatur,ergo ab eo quod prius dicitur,illi ad quod conuertitur nomen fingendum eſt,ut ea quę prius dicit̃ ala,rei ad q̃ cõuertit̃,ſic ut cõuenienter apteſ̃,fingendũ eſt nomẽ alatũ,q̃d ipſum ex ala denominatum eſt,atq; hoc idem & in cæteris relatiuis licet intelligi.

> Nam ſi ad quodlibet aliud aſſignentur,& non ad illud ad quod dicitur, non conuertuntur. Dico autem quoniam nec eorum quæ indubitanter conuertibilia dicuntur,& quibus nomina poſita ſunt,ullum conuertitur, ſi ad aliquid eorum quæ ſunt accidentia aſſignentur,& non adea,ad quæ dicuntur,ut ſeruus, ſi domini non aſſignetur ſeruus,ſed hominis,uel bipedis,aut alicuius talium,non conuertitur. Non enimeſt conueniens aſſignatio.

Aliud quoq; argumentum dedit,ſi relationes conuenienter non reddantur,non poſſe cõuerti. Fortaſſe enim quis dicat alam & caput nõ eſſe ad aliquid, quod ſiquis hoc quoq; concedat,illud tamen nullus negare poterit, quin ſeruus aut filius ſemper ad aliud prædicentur. Ergo in hac quoque re, quæ confeſſæ relatiua eſt, perit relationis propria conuerſio,ſi non conuenienter,& ad illud ad quod proprie dicitur, aſſignetur. Nam cum ſit ad aliquid ſeruus,niſi domini reddatur,id eſt ad id ad quod conuenienter dicitur,nulla hac ratione conuerſio eſt. Dicatur ergo ſeruus hominis,uel ſeruus bipedis,non conuertitur,ut dicat quis bipedem eſſe ſerui,aut hominem eſſe ſerui. Eodem quoque modo de filio,ergo quæcunq; ſunt extrinſecus ſi ad ea id quod eſt ad aliquid prædicetur nulla conuerſio eſt. Quod autem ait accidentia,non quod homo ſit accidens,aut bipes,differentia hominis accidenter inſit,ſed interdum conſuetudinis Ariſtotelicæ eſt,quæ ſecundo loco & extrinſecus prædicantur, dicere ſecundum accidens prædicari. Seruus autem prius ad dominum eſt,ſecundo uero loco ad hominem. Idcirco enim quod dominus homo eſt,ideo ſeruus ad hominem dicitur. Et idcirco quia dominus bipes eſt,ideo ſeruus bipedis dicitur. Ergo ſecundum accidens dixit ſecundo loco,uolens oſtendere extraneam & nõ conuenientem fieri prædicationem,ſiquis ad hominem uel bipedem ſeruum & non ad dominũ referat. Manifeſtum igitur eſt quoniam in his quoque quæ confeſſę ſunt ad aliquid, & in quibus nomina ſunt. Nomen enim & ſerui & domini in uſu eſt,non quemadmodum in remo aut in ala,ubi neque alatum neque remitum nomen fuit,niſi ipſe fingeret Ariſtoteles. Cum ergo hęc ita ſint, manifeſtum eſt quoniam ſi non conuenienter aptarent̃, conuerſionem prædicatio non teneret.

> Amplius ſi conuenienter aſſignetur id,ad quod dicitur,omnibus alijs circũ ſcriptis quæcunque accidentia ſunt,relicto ſolo illo ad quod aſſignatum eſt, ſemper ad ipſum conuenienter dicetur, ut ſi ſeruus dicatur ad dominum, circumſcriptis alijs omnibus quæ ſunt accidentia domino, ut eſſe bipedem, uel ſciẽtiæ ſuſceptibilem,uel hominem,relicto ſolo domino, ſemper ſeruus dicetur

> dicetur adipſum,ſeruus enim domini ſeruus dicitur. Si autem non conueniẽter reddatur id ad quod dicitur,circunſcriptis omnibus alijs,relicto q̃ illo ſolo ad quod redditum eſt,non dicetur ad aliud,aſſignetur enim ſeruus hominis,& ala auis,circunſcribatur q̃ue ab homine eſſe dominum, non amplius ſeruus ad hominem dicetur,cum enim dominus non ſit,ſeruus non eſt. Similiter autem & de aue,adimatur ab ea alatam eſſe, non erit amplius ala ad aliquid,cum enim non ſit alatum,nec ala erit alicuius. Quare oportet aſſignare id,ad quod conuenienter dicitur. Ac ſi ſit nomen poſitum, facilis erit aſſignatio,ſin autem non ſit,fortaſſe erit neceſſarium fingere nomen, ſi ſic autẽ reddantur, manifeſtum eſt,quoniam omnia relatiua conuerſim dicentur.

Aliud quoq; ualidum addidit argumentum in omni ſecundum ad aliquid, prædicatione ſolam eſſe aſſignationis conuenientiam requirendam. Quo enim permanente cunctis alijs pereuntibus,relatiuorum prædicatio conſtat, & quo pereunte cũctis alijs permanentibus,ad aliquid prædicatio non manet,illud eſt, ad quod conuenienter nominis relatio referatur. Qui enim dominus eſt,idem et homo eſt,idemq; bipes idem quoq; ſcientiæ perceptibilis,ad quodlibet igitur horum ſeruus non prædicabitur,ſi dominus nõ ſit,quod ſi dominus ſit,etiam ſi quodlibet horum pereat,nihil impedit prædicationem. Prædicetur enim ſeruus ad dominum,& ab eo cętera perimãtur. Pereant enim ab eo quod eſt homo,ac bipes,quod ſcientiæ perceptibilis,his omnibus pereuntibus,dominus ſolus permaneat,cæteris igitur pereuntibus,ſeruus tamen nihilominus dicitur ad dominum,ad hominem uero non dicitur,pereũte enim domini nomine,ſerui ad hominem nulla prædicatio eſt,quod ſi ad dominum ſeruus non referatur,pereatq; domini nomen,omnibus alijs manentibus,non erit prædicatio. Auferatur enim dominus & maneat homo,& bipes,& ſciẽtiæ perceptibilis,nõ poteſt dici ſeruus hominis,uel ſeruus bipedis. Domino enim non manente ſeruus interit,quare manente domino ad quod ſeruus conuenienter aptatur, cunctis alijs pereuntibus,prædicatio manet,ſublato uero domino,ad quem eſt conueniens prędicatio,cunctis alijs manentibus prædicatio non eſt. Eodem modo etiam de ala,niſi enim ad alatum referatur,cunctis alijs manentibus integra prædicatio non eſt. Adeo non ſolum non conuertitur,ſed nec prædicatio ulla erit, niſi relatio ei ad quod conuenienter dicitur,aſſignetur. Simul etiam hæc quoq; ars eſt & uia noſcendi,cum in natura multa ſunt,ad quod potiſſimum relatio prędicetur. Nam cũ in domino ſit, & homo,& animal,& diſcipline perceptibile et bipes,in ſeruo quoq; idem,ad quod horum aut domini nomen aut ſerui referre poſſimus,ſic oſtẽditur. Qua enim re manente ſublatis cæteris prædicatio ualet,& qua re ſublata,cęteris manentibus,intercipitur prędicatio,ad illud relatio rectiſſime prędicatur. His igitur poſitis totius argumenti uim ſententiamq; concludit,ait enim; Omnia quæcunq; ad aliquid ſunt æqua prædicatione conuerti,hoc autem huiuſmodi eſt. Quæcunq; enim ad ſe inuicem æqualiter prædicantur,& conuerſione facta retorquentur,illa æquali natura & dimẽſione fundata ſunt,ut ſunt propria & ſpecies. Relatiua quoq; ut conuertantur, æqualia eſſe oportet. Nam ſi una res amplior,alia fuerit minor,conuerſionem nõ habẽt, nam in eo quòd eſt ala auis,minus eſt auis ala,multa enim ſunt quæ alas habent & aues non ſunt,atq; ideo conuerſio non fit. Et in eo quòd eſt remus nauis, maior eſt nauis remo,multæ enim naues ſunt quarum remi nõ ſunt. Quare in his nulla poteſt eſſe conuerſio,ſi uero ſint æqualia ut filius atq; pater,conuerſio non fugit. Nunquam enim eſt filius niſi patris,& rurſus nunquam pater eſt niſi filij. Quocirca æqualia eſſe oportet,quæcunq; ad aliquid prædicantur. Horum uero ſi nomen ſit poſitum,poſitis nominibus uti oportet. Si uero nomen poſitum non ſit,ex his quæ in prima prę

dicatione ſunt (ut ſuperius dictum eſt) nomen oportet effingere. Quod ſi ita reddatur ut omne ad aliquid conuenienter ad quod dicitur prædicetur, et æqualis erit prædicatio, & mox conuerſionis reciproca natura ſubſequitur. Conſtat igitur omnia relatiua ad conuertentia dici. His aliud proprium iungit.

> Videntur autem ad aliquid ſimul eſſe natura, & in pluribus quidem uerũ eſt, in aliquibus aũt uerum non eſt, ſimul enim duplum eſt, & dimidium, & cum ſit dimidium, duplum eſt, & cum ſit dominus, ſeruus eſt, & cum ſit ſeruus dominus eſt, ſimiliter autem his & alia, ſimul etiam auferunt hæc ſeſe inuicem. Si enim non ſit duplum, non eſt dimidium, & ſi non eſt dimidium, non eſt duplum, ſimiliter autem & in alijs quæcunque talia ſunt.

Illa ſimul eſſe dicuntur quęcunque talia ſunt, ut uno poſito quolibet aliud neceſſario ſubſequatur, & uno quolibet perempto aliud modis omnibus interimatur, ut pater & filius. Nam cum pater eſt, filium quoque eſſe neceſſe eſt, cum ſit filius, pater eſt. Rurſus ſi pereat filius, patrem quoque perire manifeſtum eſt, non quod pereat ipſa ſubſtantia, ut pereunte Hectore, Priamus pereat, ſed perit ipſa relatio. Ergo quoniam uel interempto patris nomine, filij nomen perit, ſublato quoque filij nomine nomen patris perit. Poſito etiam patre in ſubſtantia quę conſtituto, filij quoque nomẽ infertur, & poſito filij nomine ſequitur patris & à patris nomine nunquam ſeparatur, idcirco pater & filius ſimul eſſe dicuntur. Ergo ſimul ea ſunt quæ ſe inuicem uel interimunt uel inferunt, & de his quidem ipſe poſterius tractat. Nũc autem hoc quoque ineſſe relatiuis expoſuit dicens, relatiuis quoque eſſe ut ſimul ſint, nam cum duplum ſit, dimidium eſt, & cum dimidium, duplum. Huius autem argumentum eſt, quod interempto duplo, dimidium perit. Rurſus quoque duplo conſtituto, dimidiũ conſtituitur. Igitur quoniam duplum atque dimidium relatiua ſunt, & hæc ſimul ſũt natura, id eſt ipſa eſſentia, & hoc manifeſtum eſt quoque relatiuis accidere, ut ſimul natura eſſe uideantur. Idem quoque eſt in eo quòd eſt ſeruus & dominus. Nam quoniam alterutris interemptis uterque deperit, & alterutro conſtituto uterque ſubſiſtit, conſtat ſeruum atque dominum cum ſint ad aliquid ſimul eſſe natura. Sed hæc ita ſunt, ut ſint quidem in relatiuis, ſed omnibus his quæ ſunt ad aliquid, non æquentur. Sunt enim quædam relatiua quorum unum prius natura ſit, quod ipſe rurſus adiecit.

> Non autem in omnibus relatiuis uerum uidetur eſſe, ut ſint ſimul natura. Scibile enim ſcientia prius naturaliter eſſe uidetur. Nanque ut plurimum, prius rebus ſubſiſtentibus ſcientias accepimus. In paucis uero uel nullis hoc quis reperiet, ſimul cum ſcibili ſcientiam eſſe factam.

Propoſuit non in omnibus relatiuis eſſe hoc, ut uideantur ſimul eſſe natura, hoc autem probat ex his, quod quoniam ſcientia ad aliquid eſt. (Scibilis enim rei ſcientia dicitur) non poterit eſſe ſcientia, niſi ſit res aliqua quæ ſciri poſſit. Hanc autem primã eſſe neceſſe eſt, ut in Matheſeos diſciplina. Scimus enim triangulum tres interiores angulos duobus rectis angulis æquos habere. Vnde neceſſe eſt prius fuiſſe quod sciri poſſet, poſtea uero ad hanc rem aptam fuiſſe notitiam, atque hoc eſt quod ait. Nanque in pluribus ſubſiſtentibus rebus ſcientias accipimus. Prius enim rebus conſtitutis & quaſi præpoſitis ſciẽtiæ ratio ſequit. Quare nõ eſt in omnibus relatiuis ſimul eſſe natura. Nã cũ ſcientia & ſcibile relatiua ſint, antiquius eſt ſcibile quàm ſcientia. Quod uero interpoſuit, in paucis enim uel nullis hoc quis perſpiciet ſimul cũ ſcibili ſcientiã factã, tale eſt. Quandam nanq; res animus ſibi ipſe confingit, ut chimerã, uel centaurũ, uel alia huiuſmodi, quæ tunc ſciunt, cũ ea ſibi animus finxerit. Tunc autẽ eſſe

eſſe incipiunt, quando primum in opinione uerſantur. Tunc igitur ſciuntur, cum in opinione uerſata ſint, & hæc ſimul habent eſſe & sciri. Nam quoniam in opinione naſcuntur, mox eſſe incipiunt, ſed cum in ratione ſunt, tunc eorum ſcientia capitur. Igitur mox ut fuerint, mox ſciuntur, & eſt eorum ſcientia cum eorũdem eſſentia cõiuncta. Nanq; antequàm chimera fungeretur, ſicut ipſa in nulla opinione fuerat, ita quoq; eius ſcientia non erat. Poſtquam uero ipſa animarum imaginatione conſtituta eſt, eius quoque cum ipſa imaginatione ſcientia cõſecuta eſt, atque ideo ait, in paucis hoc poſſe perſpici, ut ſimul cum ſcientia ſcibile ſit, ut in hac eadem chimera, quæ cum ſit ſcibilis, cum ſcientia nata eſt. Sed quoniam nihil quod in ſubſtantia non permanet, neque in ueritate conſiſtit, ſciri poteſt (ſcientia enim eſt rerum quæ ſunt compræhenſio ueritatis) et quicquid ſibi animus fingit, uel imaginatione reperit, cum in ſubſtantia atque ueritate conſtitutum nõ ſit, illud poſſe ſciri non dicitur, atque ideo non eſt eorum ſcientia ulla, quæ ſola imaginatione ſubſiſtunt, idcirco itaque dubitans dixit, in paucis enim uel nullis. Hęc enim ipſa pauca ita quiſque reperiet, ut ſi ad ueram rationem examinationemq; contenderit, nulla eſſe perpendat. Quod ſi quiſquam chimeræ aliqua eſſe ſcientiam dicat, quæ non eſt quanquam hoc falſum ſit, tamen hoc quoque conceſſo pauca erunt, in quibus ſcientia cum ſcibili ſimul natura ſit. Multis enim rebus antepoſitis & conſtitutis ſcientia naſcitur. Quocirca non in omnibus relatiuis uerum eſt, ut ſimul eſſe natura dicantur & ſicut falſum illud eſt in nullis hoc eſſe relatiuis, ita falſum eſt rurſus in omnibus. Sed hunc tractatum longius texit.

> Amplius ſcibile quidem ſublatum, ſimul aufert ſcientiam, ſcientia uero ſimul non aufert ſcibile. Nam ſi ſcibile non ſit, non eſt ſcientia, ſcientia uero ſi nõ ſit, nihil prohibet eſſe ſcibile, uelut circuli quadratura ſi modo eſt ſcibilis, ſcientia ſiquidem eius nondum eſt, ipſa uero ſcibilis eſt.

Diximus illa eſſe ſimul, quæcunq; alterutro conſtituto, uel alterutro interempto ſimul utraque conſtituerentur, uel etiam perimerentur. Conſtituto enim ut ſit pater, conſtituetur eſſe filius, & pater ſimul infert ſubſtantiam filij. Eodem quoque modo filius ſimul infert uocabulum patris, non eſt enim filius niſi patris. Eodem quoque modo altero interempto utrunque perire neceſſe eſt, alterum autẽ altero prius multis dicitur modis, ſed quod nunc quærimus tale eſt. Nam priora illa eſſe dicũtur, quæ ipſa quidem perempta res alias tollunt, ipſa uero illata atque conſtituta, ſimul res alias nõ inferunt, ut eſt unus atque duo. Interempto enim uno, duo quoque pereunt. Vnde enim eſt unius in duobus geminatio, ſi unus intereat? Conſtituto uero atque poſito ut ſit unus, nondum duo ſunt. Nondum eſt enim facta unius geminatio, ergo dicuntur illa priora eſſe, quæcunque alia ſimul quidem illata non inferunt, ſed perimunt interempta. Scibile ergo & ſcientiam non eſſe ſimul illa res probat, quod ſiquis rem ſcibilem tollat, ſcientiam quoque ſuſtulerit. Nulla poteſt enim ſcientia permanere, ſi res quæ ſciri poſſit intereat. At ſi ſcibile eſſe conſtituas, non omnino ſcientia conſequitur. Infantibus enim ea nobis quæ nunc nouimus erant, & in ſuæ naturæ ſubſtantia permanebant, ſed eorum apud nos ſcientia non erat. Multæ quoque ſunt artes, quas eſſe quidem in ſuæ naturę ratione perſpicimus, quarum neglectus ſcientiam ſuſtulit. Multumq; ego ipſe iam metuo, ne hoc ueriſſimè de omnibus ſtudijs liberalibus dicatur. Quocirca ſi & ſcientiam ſublatum ſcibile perimit, & illatum ſcibile ſcientiam non infert, neque conſtituit, prius eſt id quod ſciri poteſt quàm illud quod compræhendere uidelicet atque complecti notitia. Ipſe autem ad hanc rem obſcuriſſimum commodauit exemplum. Solet enim in Geometria huiuſmodi eſſe propoſitio. Iubemur enim propoſito quatuor laterum ſpatio, æquale triangulum conſtituere, & facimus hoc modo: Sit quatuor laterũ ſpatium. a.b. oportet ergo. a.b. ſpatio æquale triangulum conſtituere, & ut ſit duplum. a.b. ſpatio. c.d. e.f. ſpatium. Ducatur

catur angularis.c.f.dico quoniam.c.d.f.triãgulum æquale est.a.b'. spatio, quoniam c.d.e.f.spatium duplum est.a.b,spatio,a.b.igitur.c.d.e.f.spatij medietas est, angularis enim,f.c.totum.c.d.e.f.spatium medium diuidit. Quæ autem eiusdem sunt media,sibi æqualia sunt,c.d.f.igitur &.c.e.f.triangulum.a.b.spatio æquale est,propositio igitur spatio.a.b,æquũ triangulum constitutum est.c.d.f,quod oportebat facere.



Eodem quoque modo quæsitũ est, si sit propositũ circulo æquum fieri quadratũ.Quadratũ ergo est,quod equalib.lateríb.omnes quatuor angulos equuos haber,idest rectos,et Aristot. quidẽ tẽporib.nõ fuisse inuentũ uidet'.Post uero repertũ est, cuius quoniã lõga demõstratio est prętermittẽda est. Atq; hoc est,ꝺd ait,uelut circuli quadratura, nã sicut manẽte quadrato, linea perobliquũ ducta triangula figura producit',ita circulo nõ mutato circumpositis angulis,qui & ipsius circuli lateribus æqualiter dirigũt', quadrati forma consurgit,quod(ut potuimus) coniectura depinximus. Cũ enim alicui circulo æquum quadratum constituitur,in quadraturam circuli illius mensura redigitur. Nunc ergo hoc est ꝺd dicit ut circuli quadratura,id est equi quadrati ad circulũ constitutio si fieri potest, & si res est quæ sciri possit,sciẽtia quidem eius nondũ inuenta est. Nondũ enim quisquam sub Aristotele æquũ quadratum circulo constituerat. Quod si est aliqua eius scientia,quæ nondum reperta est,certe prius est quod sciri possit,post uero scientia. Nã cũ posset Aristotele uiuo sciri circuli quadratura,nulla tamẽ adhuc eius scientia reperta est,atq; ideo prius erat quod sciri posset,quàm ipsius rei ulla notitia.

Amplius animali quidẽ sublato,nõ est sciẽtia,scibiliũ uero plurima esse cõtingit. Addit aliud ualidius argumentũ prius esse scibile scientia,illud enim notũ est si per desidiã disciplina depereat,iterire quidem scientiam,sed scibile permanere. Scibile autem dico quod sciri possit,quod si omnino animal non sit,cum quis scire possit omnino nõ fuerit,sciẽtia quidẽ ipsa funditus interibit,nihil tamẽ prohibet esse ea quę permanente animali possit inquirentis animus scientiæ ratione complecti.

Similiter his sese habent & ea quæ de sensu sunt,sensile enim prius quàm sensus uidetur esse. Sublato enim sensili simul aufertur sensus,sensus uero sensile non simul aufert,sensus enim circa corpus & in corpore sunt,sensibili autem perẽpto,peremptũ est & corpus:sensile enim est et corpus,cũ uero corpus nõsit,sublatus est et sensus. Quare simul aufert sensile sensũ, sensus uero sensile,non tollit. Animali enim perempto, sensus quidem peremptus est,sensibile autem non,est autem sensile,ut corpus calidum,dulce,amarum & alia omnia quæcunque sensilia sunt.

Id nanq; proponit sensibus inueniri,dicit enim sensu prius esse sensibile,quod communi priorum diffinitione probabile esse constituit. Dictum est nanq; illa esse priora, quæ simul quidem interempta perimerent,non aũt simul alijs interemptis ipsa deperire,

perire,ut orbem solis prius dicimus proprio lumine,sublato enim orbe,lumen illud quod ab eo est penitus non manebit,sublato lumine solis, orbis manebit. Ita quoque nunc in sensibilibus,atque in ipso sensu esse proposuit, sublato quod sentiri possit, sensus omnino sublatus est. Neque enim esse poterit sensus,cum quod possit sentire non inuenit. Quod si sensus omnino depereat,sensibile permanebit,& hoc euidentibus firmat exemplis,nam cum ea quæ sunt in rebus,uel incorporea sint, uel certe corporea,& quicquid ad corporis materiam referri potest,hoc sensuũ uarietati subiaceat,quicquid ad incorporalia,intellectus ratione,& speculatione teneatur. Cum sit sensus omnis in corpore,si corpus intereat cum omnino corpus non sit, quoniã quæ sunt incorporea sentiri non possunt,& quæ sentiri poterant interempta sunt,omnino sensus euertitur. Sed si sensus auferatur sensibilia permanebunt, & quoniã sensus animalium effectiuus est,æqua est utrorumq; perditio,siue enim sustuleris animal sensus peribit,siue sensus euertantur,animalia quoque sublata sunt. Sed euersis atq; interemptis animalibus cum proprijs sensibus,permanent corpora quę anima non utuntur,quod si sublatis animalibus sensibusq; deperditis, corpora inanimata subsistunt,cum corpora sint quæ sentiri possunt. Animalia quæ sentire ualeãt si interempta sint,manente sensibili sensus euersus est. Non igitur sicut sensibilis interemptio,sensus interimit,sic sensuum perditionem,extinctio sensibilium comitatur. Id uero etiam hoc probabitur argumento, ante enim quàm actu ipso aliquid sentiamus,sensus non est,Nam prius quàm dulce aliquid degustemus, gustatio ipsa dulcedinis non est,quod autem gustari possit,idest mel uel quodlibet aliud propriæ naturæ ratione cõsistit. Quocirca prius esse quod sentiri possit,post uero sensus Aristotele auctore firmatur.

> Amplius sensus quidem simul cum sensato fit,simul enim,& animal sit & sensus. Sensile autem ante est quàm sensus esset. Ignis enim & aqua & alia huiusmodi ex quibus ipsum animal constat,ante sunt quàm animal sit omnino, uel sensus. Quare prius sensile quàm sensus esse uidetur.

In compositis rebus atq; ex alijs iunctis priores sunt,hæ res quæ componunt aliquid ipsa substantia quam componunt. Nanq; cum corpus animalis sit ex igne, aëre, aqua & terra,priora hæc esse necesse est quàm ipsum sit animal, ꝺd illa elemẽta cõiungũt. Hoc quoq; etiam in alijs patet,nam cum sit liber ex uersibus,prior est uersuum natura,quàm libri. Cunque uersus cõstet uerbis atque nominibus, & cæteris quas Grammatici partes orationis uocant,hæc ex quibus ipse uersus constat, uersu ipso priora esse necesse est. Quocirca sensus quoque ipsis iam compositis animalibus superuenit. Nam cum animal constet ex quatuor elementis, & cum sensus semper naturam animalium comitetur,cum ipsis animalibus sensus fieri & nasci necesse est. Quod si cum animalibus,ideſt compositis rebus,sensus nascitur, sicut animali priora sunt ea ex quibus ipsum animal cõstat,sic quoque sensu qui cum animali nascitur,illa priora sunt,ex quibus animalis natura coniungitur. Coniungitur autem animal atque cõponitur ex quatuor elementis. Quatuor igitur elementa sensu priora sunt, sed quatuor elementa corpora sunt,corpus uero omne sensibile est. Prius igitur sensibile ꝺ̃ sensus est. Sensus enim cum re composita nascitur,illa uero quæ componunt & sensibilia sunt,& priora ipso composito. Vniuersaliter enim si quæ duę res sint simul,cũ quælibet res una earũ prior sit,& altera prior erit,ut animal atque sensus, cum utraque simul sunt, simulq; nascuntur,cum quatuor elementa quę sunt sensibilia priora sint quam animal,sensu quoq; esse priora necesse est, quocirca cõclusit dicens:Quare prius quàm sensus sensibile esse uidetur. Sed quidam quorum Porphyrius quoq; unus est astruunt in omnibus uerum esse relatiuis, ut simul natura sint,ueluti ipsum quoque sensum & scientiam non precedere scibile atque sensibile sed simul esse,ꝺ̃ quoniam breuis est oratio,non grauabor apponere. Ait enim si cuiuslibet sciẽtia nõ

sit, ipsum quod per se poterit permanere, scibile esse non poterit, ut si formarum scientia pereat, ipsæ fortasse formæ permaneant, atq; in priore natura consistãt, scibiles uero non sint. Cum enim scientia quæ illud comprehendere possit, non sit, ipsa quoque sciri non potest res. Nanq; omnis res scientia scitur, quę si non sit, sciri nõ possit. Porro autem res quæ sciri non potest, scibilis non est. Hoc idem de sensu gustãtis, si gustus enim pereat, mel forsitan permanebit, gustabile autem non erit. Ita quoq; omnino si sensus pereat, res quidem quæ sentiri poterant sint, sensibiles uero non sint sensu perecũte. Et fortasse neq; sciẽtia neque sensus, secundũ sentientes speculandus est, sed secundũ ipsam naturã quæ sensu ualeat comprehendi. Nanque res quæcunq; per naturã sensibilis est, eã quoq; in natura sua, priũ sensũ quo sentiri possit, habere necesse est. Et quodcũque sciri potest per naturã, nunq; possit addisci, nisi quędã eius in natura scientia uersaretur. Hæc Porphyrius. Sed nos ad Aristotelis ordinem textumq; ueniamus. Nanque ille adiecit quoque alias quæstiones.

Habet autem quæstionem, utrum nulla substantia ad aliquid dicatur, quemadmodum uidetur, si hoc contingat secundum quasdam secundas substantias, nam in primis substantijs uerum est, nam neque tota neque partes ad aliquid dicuntur, nam aliquis homo non dicitur alicuius aliquis homo neque aliquis bos, alicuius aliquis bos. Similiter autem et partes, quædam enim manus, non dicitur alicuius quædm manus, sed alicuius manus, & quoddam caput, non dicitur alicuius quoddam caput, sed alicuius caput. Similiter autem & in secundis substantijs, atque hoc quidem in pluribus, ut homo nõ dicitur alicuius homo, nec bos alicuius bos, nec lignum, alicuius lignum sed alicuius possessio dicitur. In huiusmodi ergo manifestum est, quoniam non est ad aliquid. In aliquibus uero secundis substantijs habet aliquam dubitationem, ut caput alicuius caput dicitur, & manus alicuius manus dicitur, & singula huiusmodi, quare hæc fortasse ad aliquid esse uidentur.

Contra ea quæ superius disputata sunt huiusmodi nodum quæstionis oppositi, quoniam enim prima diffinitio relatiuorum fuerat, illa esse relatiua quęcunq; hoc ipsum quod essent aliorum dicerentur, secundum hanc diffinitionem possunt quędam substantiæ uideri esse relatiuæ, quod si sit, substantiæ in diffinitionem accidentium transeunt. Nam cum sint accidentia relatiua, si quas substantias relatiuas esse cõcedimus in accidentium numero ponendas esse censebimus, sed hoc contrarium est. Si enim substantia in subiecto non est, accidens autem in subiecto est, qui fieri potest ut idem & in subiecto sit et in subiecto non sit? utrum autem possit quædam substantia accidentium suscipere rationem, hoc modo quærendum est. Primæ nanque substantię ipsæ quidem ad aliquid non dicuntur, neque partes primarum substantiarum quas ipsas quoque in primis substantijs numeramus. Socrates enim non dicitur alicuius aliquis Socrates, nec homo alicuius aliquis homo, nec bos alicuius aliquis bos, neq; partes primarũ substãtiarũ quę ipsæ quoq; sunt primę substãtiæ. Caput enim nõ dicit alicuius aliqd caput sed tantũ alicuius caput, & manus nõ dicit alicuius aliqua manus, sed tãtũ alicuius manus. Quare neq; primæ substãtiæ, neq; primarũ substantiarũ partes ad relationem dici poterunt. Quod si secundas quoque substantias speculemur, nec ipsæ quoque ad aliquid dicẽtur. Neque enim dicitur animal alicuius esse animal, aut homo alicuius esse homo. Quod si quis dicat posse esse animal alicuius, ut equũ meum, uel quodlibet aliud, non in eo quòd animal est, sed in eo quòd est possessio dicitur alicuius, et sic non dicitur animal alicuius animal, sed animalis possessio, alicuius possessio, Ergo neq; primę substantię, neque partes primarum substantiarum,

neque secundæ substantię ad aliquid dicuntur. Partes autem secundarum substantiarum ad aliquid hoc ipsum quod sunt dicuntur. Caput enim alicuius caput dicitur, si quidem capitati caput dicemus, & manus alicuius manus. Si quidem ex manu nomẽ fingere uolumus, ad quod manus referri possit, sicut caput ad capitatũ, & in alijs quidem rebus eodem modo. Sed si partes secundarum substantiarum accidẽtes sint, & ipsæ secundæ substantię accidentes erunt, aut si hoc non placet, constabunt secundę substantiæ ex partibus accidentibus, quod fieri nequit. Quid igitur dicẽdum est? aut enim diffinitio relatiuorum reprehendenda est, aut aliter soluenda dubietas. Sed posita atq; constituta priori diffinitione, quæ dicit, illa esse relatiua quæ id quod sunt aliorum dicuntur, hic quæstionis nodus solui non poterit, quod ipse Aristoteles hac adiunctione testatur.

> Si igitur sufficienter eorum quæ sunt ad aliquid diffinitio assignata est, aut nimis difficile, aut impossibile est ostendere, quoniam nulla substantia ad aliquid dicitur. Si autem non sufficiẽter, sed sunt ad aliquid, quibus hoc ipsum esse, est ad aliquid quodammodo se habere, fortasse aliquid ad ista dicet.
>
> Prior uero diffinitio sequitur quidem omnia relatiua, non tamen, quod ipsa sint ad aliquid est hoc, quod ea ipsa quæ sunt aliorum esse dicuntur.

Proposita ergo atq; firmata priore relatiuorum diffinitiõe difficile defendi poterit aut fortasse nunq; quasdam substantias non esse relatiuas. Nam si ad aliquid illa sunt quæcunq; id quod sunt aliorum dicuntur, ut id quod est caput capitati dicitur caput, habebit igitur substantia quæ est caput ad aliqd relationem, & ita erit substantia relatiua atq; accidens, quod est impossibile. Quare quoniam proposita atq; constituta priore diffinitione hæc incommoditas in dispositione consequitur, ut constet ratio non integrę diffinitionis, assignatio permutetur. Ait enim non esse integram diffinitionem quæ supra sit reddita, nec magis illa esse ad aliqd, quæ id quod sunt aliorũ dicuntur, potius quàm ea quibus ipsum esse est ad aliquid quodammodo se habere. Sed fortasse uideatur quibusdan inconsulte legentibus & minimè cõsiderantibus, id quod diffiniri oportuerat, hoc in diffinitione esse sumptum, quod est uitiosissimũ. Si enim idcirco diffinitio sumitur, ut res de qua quæritur assignetur, quæ magis est aperтior diffinitio, si re ipsa quam diffinit, in assignatione diffinitionis utatur? Diffinitio nãq; idcirco reddit, ut res de cuius quidẽ esse dubitatur, diffinitione patefiat. Quod si rem ipsam quam diffinit, in diffinitione protulerit, nihilo planior diffinitio sit, ut si quis hominem diffinire uolẽs dicat, hoc ipsum esse hominem quod hominẽ. Ita quoque non considerantibus, Aristoteles relatiuorum diffinitionẽ reddidisse uidebitur. Ait enim esse ad aliquid, quibus hoc ipsum esse est ad aliquid quodammodo se habere, ac si diceret, ea sunt ad aliquid, quæ se ad aliquid quodammodo habẽt. Sed minutius atq; acutius considerantibus, uis integræ diffinitionis prompte atq; ueraciter apparebit, non enim in eo quòd est dici, ad aliquid consideramus, sed in eo quòd est esse, ea nanq; sunt relatiua, quæ in quadam comparatione & relationis habitudine cõsideramus, ut quaternarius numerus, & hoc ipsum quod est esse dicitur, id est quaтor, & aliud quoddam, id est duplum, ut si ad binarium conferatur. Sed quod de quaternario numero dicimus, quaternarium hoc ad ipsius quaternarij numeri naturam refertur. Quod uero duplum, non est hoc quaternarij, sed duorum ad quod duplum dicitur, & ad quod propria relatione duplum est. Binarius quoque numerus et binarius est, & medietas, binarius quidem secundum suam naturam, medietas uero secundum quaternarij relationem. Quocirca in comparatione quadam atq; in habitutudine ea quę sunt ad aliquid speculamur, quaternarius enim in eo quòd quaternarius est ad aliquid non dicitur, in eo uero quod est duplus, duorum relatiuus est scilicet, ad binarium comparatus, Binarius quoq; in eo quòd sunt duo,

ad aliquid non refertur,ſed in eo quod eſt medietas,ſcilicet ad quaternarium comparatus. Ergo ut ſit duplus quaternarius,non duobus,ſed medietate eget,ut ſit medietas binarius,nõ quaternario,ſed duplo opus eſt. Vides nẽ ut habitudine quadam & comparatione res aliud in natura retinentes, aliud tamen ad ſe inuicem ſint: & hoc non ex propria ſed ex inuicem natura mutuentur,nam quod eſt duplus numerus ex medio trahit,quod eſt medietas ex duplo,atque hoc ijs quæ ſunt ad aliquid extra euenit,& ideo nihil patientibus neque permutatis ipſis quæ ad aliquid referuntur, ipſa ad aliquid fiunt,nihil enim permutato de quaternario duplus ipſe eſt,ſi ad binarium referatur, & nihil de binario permutato,medietas eſt binarius,ſi ad quaternarium dicitur. Ergo relatiuorum hoc eſt eſſe,id eſt hęc eorum natura atq; ſubſtãtia eſt, ut id quod ſunt ad aliquid referantur,id eſt non ſolum referri dicantur,ſed etiam referantur. Atq; hoc eſt quod ait,ſed ſunt ad aliquid quibus hoc ipſum eſſe eſt ad aliqd quodammodo ſe habere,ac ſi diceret quorum ſubſtantia eſt ad aliqd aliud referri,& quæ ita ſunt ut ipſa id quod ſunt ad aliud referantur,& eſſe eorum ſit ad aliquid aliud referri,ſed non omnia quæ dicunt̃ ad aliud,& eſſe de alio mutuant̃. Illa nanq; diffinitio prior,maior eſt,diffinitionem nanq; relatiuorum ſupergreſſa eſt, includit enim ea quoq; quæ relatiua non ſunt,& quemadmodum hominem cum dico,mortalem eũ eſſe neceſſe eſt, cũ dico mortalẽ,nõ neceſſe eſt eſſe hominẽ, ita quoq; ea quę hoc ipſum q̃ ſunt ex altero trahũt,& eſſe habẽt ad alterius relationẽ, & eſſe ſuũ ad alterius referũt nũcupationẽ. Quæ uero ad aliud tantũ dicunt̃,nõ neceſſe eſt, ut eſſe ſuũ ad aliquid habeãt relatum,quo poſteriorem diffinitionem ſuſcipiant,& iſta ſententia breuiter includatur,ut quæcunque hanc diffinitionem ſuſceperint,ut hoc ipſum eſſe ſit ad aliquid quodammodo ſe habere,habeãt eam quoq; diffinitionem, quæ eſt relatiua eſt e quęcunque id quod ſunt aliorum dicũtur,quæ uero hanc habuerint diffinitionem illam non neceſſario habeant,ut ea quæ ſunt ad aliquid,etiam ad aliqd dicantur. Sed ea quæ dicuntur ad aliquid,non omnino ad aliqd ſint,quod ſi iſta diffinitio poſterior recipiatur,quę dicit ea eſſe ad aliquid,qbus hoc ipſum eſſe eſt ad aliqd quodammodo ſe habere,poterit ſuperior ſolui dubitatio,quo dicamus id quod ipſe poſteriore diſputatiõe ſecutus eſt,quod autem ait. Prior uero diffinitio ſequitur quidem omnia relatiua,non tamen hoc eis eſt eſſe,quod ſint ad aliquid,quod ea ipſa quę ſunt aliorum dicuntur,hoc eſt quod non idcirco aliquid relatiuum eſſe dicitur, quoniam alterius eſſe dicitur. Sed tunc merito res aliqua relationis nomine continebitur,quoties non ſolum ad aliquid dicitur, ſed hoc ipſum eſſe eius ad aliquid eſt quodammodo ſe habere. Quare quid hanc diffinitionem proprium conſequatur, ipſe addidit.

> Ex his ergo manifeſtum eſt,quod ſi quis aliquid eorũ quæ ſunt ad aliquid diffinite ſciet,& illud ad quod dicitur diffinite ſciturus eſt. Si enim quis nouit aliquid, quod eſt eorum quæ ſunt aliquid (eſt autem eſſe eorum quæ ſunt ad aliquid idem quòd ad aliquid quodammodo ſe habere) & illud nouit,ad quod hoc quodammodo ſe habet.

Proprium relatiuis ſecundum eam quæ ſuperius dicta eſt diffinitionem hoc eſſe cõfirmat,quod ſi quis id quod eſt ad aliqd diffinite ſcit,quoniam relatiuum eſt, & illud ad quod referri poteſt,diffinite ſciturus eſt quid ſit,nam relatiua ea ſunt quibus hoc eſt eſſe, ad aliquid quodammodo ſe habere,quoniam ut ſit quaternarius duplũ à binario trahit. Si quis nouit eſſe quaternarium numerum duplum,& binarium neceſſario ſciturus eſt eſſe dimidiũ,ad quem quaternarius duplus eſt, fieri enim nullo modo poteſt, ut cum quis nouerit aliquam rem eſſe relatiuam diffinite,non illud quoq; ſciat ad q̃d illa res dicit̃ diffinite,huius aũt rei una probatio eſt quæ ex diffinitione uenit. Diffinita enim ſunt illa eſſe ad aliqd,quorũ ea eſſet ſubſtantia, ut quodãmodo ſe ad ali-

ad aliquid haberent,q; ſi ſcio quaternariũ numerũ eſſe duplum, eo q̃d ad binarium quodammodo coniungatur,nullus quaternarium duplum eſſe poterit ſcire,niſi qui ſciet medietatem eſſe binariũ,& hoc quidẽ in omnibus cõſideretur. Nam ſi neſciat quis ad quid aliquid referatur,eorum quæ relatiua ſunt, illud quoq; ignorabit,utrum omnino ad aliquid referatur,quod his uerbis Ariſtoteles dicit:

> Si enim id non nouerit omnino,ad quod hoc quodammodo ſe habet,nec ſi ad aliquid quodammodo ſe habet ſciturus eſt,ſed in ſingulis palam hoc eſt: Vt hoc ſi quis nouit diffinite quod eſt duplum,& cuius duplum eſt, mox diffinite nouit, ſi uero nullius diffinite nouit, ipſum duplum,neque ſi eſt duplũ omnino nouit. Similiter aũt & hoc aliqd,ſi nouit aliqs quòd melius eſt diffinite, & quo melius eſt,neceſſarium eſt noſſe. Indiffinite autem non ſciet,quòd hoc eſt peiore melius,opinio enim id quidem ſit,non diſciplina,non enim ſciet exacte quod eſt peiore melius, ſi enim ſic contingit, nihil eſt peius eo. Quapropter palam eſt, quòd ſi nouerit quis aliquid relatiuorum diffinite,neceſſarium eſt & illud ad quod dicitur diffinite noſſe.

Huius quoq; rei exempla perſequitur dicens,ſi duplum ad aliquid eſſe nouimus,ſcimus quoq; id cuius duplum eſt,quòd ſi neſcimus id cuius eſt duplum,duplum autem eſſe cuiuslibet rei ex hoc eſt,quod ei ſit medietas, ipſam quoq; rem quæ dupla ſit,utrum dupla ſit ſcire non poſſumus. Si igitur diffinite nouimus quamlibet illam rem eſſe duplam,etiam cuius dupla eſt diffinite nos ſcire neceſſe eſt. Vt ſi nouit q̃s Anchiſem patrem diffinite eſſe Aeneæ,& Aeneam diffinite filium eſſe agnoſcet, uel ſi in diffinite nouit,quoniam pater eſt,indiffinite etiam ſciturus eſt, quoniam filij pater eſt. Et rurſus ſi Aeneam quis indiffinite nouit,quoniam filius eſt, ſciturus quoque eſt indiffinite, quoniam patris eſt filius. Manifeſtum eſt ergo, quoniam ea quæ ſunt ad aliquid,ſi diffinite ad aliquid eſſe ſciantur,etiam illud diffinite ſciẽdum eſt, ad q̃d illa referuntur. Quod in ſubſtantijs non eodem modo eſſe Ariſtotele probamus autore,qui huius quæſtionis ſeriem ita concludit.

> Caput uero & manus & horum ſingula quæ ſubſtantiæ ſunt, hoc ipſum quòd ſunt eſt ſcire diffinite. Ad quod autem dicantur, non eſt neceſſariũ ſcire. Cuius enim caput hoc,uel cuius manus ſit,nõ eſt ſcire diffinite,quare non erunt hęc ad aliquid. Si uero non ſunt hęc relatiua, uerum erit dicere,quod nulla ſubſtantia relatiuorum eſt.

In capite ingt & in manu & in alijs ſubſtãtijs nõ eſt uerũ,quoniã ſi qs aliqd horũ alicuius eſſe nouit,& ad aliqd aliud referri,idcirco & ad quã referatur diffinite ſciturus eſt. Si qs enim operto capite atq; omnibus membris manum foras exerat,manifeſtũ eſt q̃niam manus illa alicuius manus eſt,cuius aũt manus ſit,dici diffinite nõ poteſt. Similiter q̃q; opertis oculis,facieq; uelata ſi cuiuslibet caput aſpicias,illud q̃dẽ caput alicuius eſſe nõ dubitas, cuius aũt ſit diffinite nõ proferes. Quare q̃niam hæc huiuſmodi ſunt,ut ſi quis ea diffinite ſciat eſſe alicuius,cuius ſint,diffinite ſcire non poterit,à relatiuorum diffinitione,q̃rum ſi una res quęlibet diffinite ſciat̃ eſſe ad aliqd, illa quoq; res ad quã dicit̃,diffinite ſcit̃,ſubſtãtiæ ſegregant̃. Subijciendũ tamen eſt illud quoq;,q̃d omnino uerũ eſt in diffinitionib. rem ipſam quę diffinit̃,ſumi nõ oportere. Multa em̃ ſunt quæ aliter ꝓferunt̃ & diffiniunt̃,& aliter accipiunt̃,ut ſi qs dicat albũ eſſe colorẽ nigro cõtrariũ,poteſt hoc & in corpore accipi,nãq; et color albũ dicitur, & corpus q̃d albo participat, albũ nominatur. Quocirca ne qs putet tale albũ eſſe diffinitum, q̃d ad participationẽ albi & corporis referatur, ita dicendum eſt: album eſt quod

est quod cum in aliquibus est, tum color nigro contrariū. Atque ita rem ipsam in sua diffinitione sumimus, quod scilicet Aristoteles, id est rem ipsam quæ diffinitur in diffinitione sumi non oportere inter uerisimilia Topicorum posuit argumenta. Nunc autem post relatiuorum disputationem, ad maiorem nos de his rebus tractatum studiosus doctor hortatur, dicens:

Fortasse difficile est de huiusmodi rebus considenter declarare, nisi sæpe pertractata sint, dubitasse autem de his singulis non erit inutile.

Quod, scilicet, nunquā diceret, nisi nos ad maiorem acuminis exercitationē considerationēq; reuocaret. Quod quoniā eius est adhortatio, nos quoq; in alijs de his rebus dubitationes solutionesq; ponere minimè grauabimur.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI COMMENTARIORVM IN PRÆDICAMENTA ARISTOTELIS, LIBER TERTIVS.

Onsueta in principio quæstio est, cur post relationis prædicamē tum disputationē qualitatis aggressus est, quod nimis curiosum est. Mirabile enim fuerat, cur post quantitatis ordinem non statim de qualitate cœpisset, sed quoniā quantitati quædā relationis admiscuit, & disputationē de relatione continuauit, idcirco nō est mirabile post expeditā relationis interpositionē ad qualitatis eum ordinē reuertisse, quanq; etiā ex hoc quoque recta sit series. Nam post magnū paruūq;, statim proportio, & quædā ad aliud cōparatio cōsequit, ut sit aut maius aut minus, aut æquale uel inæquale, quæ sunt ad aliquid. Post hæc autem innasci quasque necesse est passiones, quæ à qualitatis natura non discrepant, ut album, uel nigrum, uel calidum, uel frigidum, uel quæcunq; his sunt consimilia, quæ prædicatio qualitatis includit. Est uero titulus huius propositi de quali & de qualitate. Quæritur enim cur ei non aut de quali dixisse, aut de qualitate suffecerit, quod hoc modo soluitur: Dicimus enim quale non uno modo, qualitatem uero simpliciter. Quale enim dicimus & ipsam qualitatem, & illā rem quæ qualitate illa participat, ut albedo quidem qualitas est, qui uero participat albedinem albus dicitur. Sed & albedinem ipsam cōmuniter quale dicimus, id est, ipsam proprie qualitatem, & albū dicimus quale, illud scilicet quod superius comprehensa qualitate participat. Ita ergo & ipsam qualitatē & rem quæ qualitate participat, qualia cōmuniter appellamus, qualitas uero simpliciter dicit. Res enim ipsa quæ participari potest, sola qualitas nominatur. Res uero quę participat, qualitatis uocabulo nō tenetur, ut albedo qualitas quidem est, albus uero qualitas non est. Differunt ergo hoc quod dicimus quale & qualitas, quod illud dupliciter, illa simpliciter appellat. Quo circa quā quā quidā negent hunc titulum Aristotelis esse, idemq; confirment posteriore adiectione signatum, nos tamen dicimus propter quandam nominū similitudinem demonstrandam utrunq; posuisse, ut nihil distare uideatur, utrum quale an qualitas, id quod appositum est prædicamentū dicatur, quale enim ipsam aliquoties rem (ut diximus) qualitatemq; significat. Sit ergo ex rebus sumpta diffinitio qualitatis. Quod uero inquam diffinitionem, quod & superius in alijs quoq; prædicamentis, eodē sumus usi uocabulo, nullus arbitretur generalem me diffinitionē uoluisse signare, sed diffinitionis nomen, in rem descriptionis accipiat. In his enim quæ generalissima genera sunt,

nera sunt, diffinitio quęri non debet, sed descriptio quędam naturæ, non enim potest inueniri diffinitio eius rei, quæ genus ipsa sit, & quæ genus nullum habeat. Quocirca his propositis, atque antea constitutis, incipiendum est de qualitate.

DE QVALITATE.

Qualitatem autem dico, secundum quam quales quidam dicuntur. Hic quæritur cur omnium in disceptatione doctissimus tam culpabili qualitatē termino diffinitionis incluserit. Volentibus enim nobis quid sit qualitas scire, ita respondet: qualitas est secundum quā quales quidam dicūtur. Nihil enim minus erit obscurius atque ignorabilius, quod ait, secūdum quam quales dicuntur, quàm si de ipsa sola qualitate dixisset. Nam si illi sunt quales, qui qualitatem habent, ut sciantur quales, prius qualitas cognoscenda est. Amplius quoque nihil differt dixisse eā qualitatem secundum quam quales quidā dicuntur, tanquàm si diceret eam esse qualitatem quę qualitas sit. Nam sic qualitatem diffinire uolens ait: Secundum quā quales quidam sunt. Rursus si quis quales aliquos diffinire uoluerit, eodem modo dicere poterit, qui in se retinent aliquam qualitatem. Quod si qualitas quidem quid sit per quale, quid autem sit quale, superiore qualitate monstratur, nihil intererit dicere qualitatem esse, qualitatem, quàm qualitatem esse, secundum quam quales dicuntur. Sed si ordinata diffinitio generalis & in hoc generalissimo genere poni potuisset, rectè culpabilis determinatio uideretur. Nunc autem frustra contenditur, cum iam (ut sæpè dictum est) descriptionis potius loco hunc terminum quàm alicuius diffinitionis addiderit. Quocirca si designatio tantum quædam, & quodāmodo adumbratio rei eius de qua quæritur, & non diffinitio est, absurda calumnia est, rebus notioribus res ignotiores probantem non ante perspecta descriptiōis ratione culpare. Illud autem quis dubitet notiores esse eos qui quales sunt, illa ipsa ex qua quales dicuntur qualitate: ut qlibet albus notior est ipsa albedine. Nam si albedo qualitas est, albus uero ab albedine, id est, à qualitate denominatus est, albus erit qualis nominatus ab albedine qualitate. Quod si ut dictum est notior albus est albedine, qualis notior erit qualitate, sicut Grammaticus quoq; notior est Grammatica. Grammaticus quoq; qualis est denominatus, scilicet à grammatica qualitate. Omnia enim quæ sensibus subiecta sunt, notiora sunt nobis quàm ea quæ sensibus non tenentur. Quare nihil impedit describentem & quodammodo naturam rei eius de qua quęritur designantem, res ignotiores notioribus approbare.

Est autem qualitas eorum quę multipliciter dicuntur, & una quidem species qualitatis habitus & dispositio dicitur. Differt autem habitus à dispositione, quòd permanentior & diuturnior est. Tales autem sunt scientiæ et uirtutes, scientia enim uidetur esse permanentium & eorum quę difficilimè moueantur, si quis uel mediocriter sumat scientiam, nisi fortè grandis permutatio facta sit, uel ab ęgritudine, uel ab aliquo huiusmodi. Simliter autem & uirtus, ut iustitia & temperantia, & singula talium nō uidentē posse facilè amoueri, neque facilè permutari. Affectiones uero dicuntur quæ sunt facilè mobiles & cito permutabiles, ut calor & frigiditas, sanitas & ęgritudo, & alia huiusmodi. Afficitur enim circa eas homo quodammodo, citoq; permutatur, & ex calido frigidus fit, & ex sanitate in ęgritudinē transit. Similiter autem in alijs, nisi forte in his quoque cōtingat propter temporis longitudinem in naturam cuiusque transferri, ut insanabilis, uel difficilè mobilis existat affectus, quem iam quilibet habitudinem uocet.

Propo-

Proponit qualitatem multipliciter dici,quæ res traxit aliquos in errorem,ut eis ſuſpicio naſceretur Ariſtotelem credere qualitatem æquiuocè nominari.Nam ſi omnis æquiuocatio multipliciter dicitur,qualitas autem ſecundum Ariſtotelẽ ipſa quoque multipliciter appellatur,ſecundũ Ariſtotelem nomen qualitatis æquiuocũ eſt. Nos uero defendimus multipliciter dici,eſſe nõ una tantũ ſignificatione nominari. Dicitur enim aliquid multipliciter dici,cum & æquiuocè dicitur, & diuerſo modo de ſuis ſpeciebus multipliciter prædicatur. Et communis eſt multiplex appellatio, etiam in his nominibus,quæ ueluti genera de ſpeciebus dicuntur, uelut æquiuoca de ſubiectis.Nãq; & animal multipliciter dicit. Nam ſi multæ ſint ſpecies,quæ animali ſubiectæ ſunt,ipſum quoq; multipliciter quodammodo nominatur.Iſtam autẽ multiplicationẽ,non ad æquiuocationẽ retuliſſe Ariſtotelem,ſed potius ut qualitatem genus eſſe proponeret,illa res monſtrat,quod ait, & una quidem ſpecies qualitatis habitus affectioq; dicitur.Nam qui ſpeciẽ dicit eſſe qualitatis habitum & affectionem,quis eum dubitet ipſam qualitatẽ uim obtinere generis arbitrari?Cur uero dicit unã ſpeciẽ eſſe qualitatis,cum geminas propoſuerit,habitudinem ſcilicet & affectionem,quæritur.Nam ſi unũ idemq; ſit habitus & affectio,ſuperflua eſt eiuſdem rei repetita propoſitio,ſin uero differant,quare differant inueſtigandũ eſt. Genere enim ne diſtent,illa res præuenit,quod utraque ſub qualitate conſtituit. Reſtat ergo ut aut ſpecie diſcrepent,aut numero, ſed ſi ſpecie diſcreparent, non ab Ariſtotele pro una ſpecie ponerẽtur.Reliquũ eſt igitur ea neq; genere neq; ſpecie differre, ſed numero.Habitus nãq; diſpoſitio idẽ eſt ſecundũ ſpeciẽ,ſed numero tantũ & propria quadã qualitate diſtẽtiunt. Diſpoſitionẽ uero in diſcrete idẽ quod affectionẽ uoco.Nam ſicut Socrates à Platone nihil quidẽ ſecundũ ipſam humanitatis ſpeciẽ diſcrepat,ſola tamen propriæ perſonæ qualitate diſiuncti ſunt,ita quoque diſpoſitio atq; habitus,nec potius hoc modo diſtant,ſed quemadmodũ ipſe Socrates dũ eſſet paruulus,poſt uero pubeſcens à ſeipſo diſtabat.Eodẽ quoq; modo habitus & diſpoſitio,nãque habitus firma eſt diſpoſitio,affectio infirmus eſt habitus,ut quemadmodum diſtat albus color ab albo colore,ſi in pictura hic quidẽ pmaneat,ille uero ſtatim periturus ſit,niſi quod is qui permanentior eſt,in habitu eſt, ille uero qui facile periturus eſt,in affectione,ita nihil aliud inter eſt inter habitũ atq; diſpoſitionẽ. Nãquatuis permanentior ſit habitus,facilẽ uero mobilis diſpoſitio,non niſi tantũ diutur nitate differunt permanendi. Vnde fit ut genere & ſpecie habitus à diſpoſitione nõ diſcreper. Quocirca recte quæ numero ſolo diſtabant,non ſpecie ſub unius ſpeciei nuncupatione utraq; ſunt ab Ariſtotele propoſita,ſed eſt horũ propria differentia, q̃d habitus diutiſſimè permanẽtes diſpoſitiões ſunt. Diſpoſitio aũt facilẽ mobilis habitus,ſed ſi horũ exẽpla quæramus,hæc poterunt inueniri. Habitudines ſunt ut artes,diſciplinæ,uirtutes. Nam ars non facilẽ mobilis uidet & diutiſſimè permanet. Hoc enim ars ipſa meditat ut uſu atque exercitatione non pereat. Quis enim eſt qui ſciens rectè Grãmaticã nulla ui interueniẽte ualidioris paſſionis amiſit? Ferẽ enim quidã ſummus orator ęgritudine febribuſq; decoctus,omnẽ literarũ amiſiſſe doctrinam,in aliis uero rebus ſanus ac ſibi cõſtãs & in omni re uegetus permanſiſſe. Diſciplina quoq; etiã ipſa eſt in permutatione difficilis. Quis enim ſciens triangulũ duobus directis angulis,tres interiores ſimiles habere angulos, hãc ſcientiã præter uim (ut dictũ eſt)fortioris paſſionis amiſit? Virtutes quoq; in eodẽ genere ponẽdæ ſunt. Virtus enim niſi difficile mutabilis non eſt,neq; enim q ſemel iuſtè iudicat iuſtus eſt, neq; qui ſemel adulteriũ facit,eſt adulter,ſed cũ iſta uoluntas cogitatioq; permanſerit. Ariſtoteles enim uirtutes non putat ſciẽtias,ut Socrates, ſed habitus in Ethicis ſuis eſſe declarat. Quocirca conſtat eſſe habitus ſtabiliter permanentes,difficilemq; mutabiles,hoc tantũ excepto,ut nõ eas uis aliqua maior alicuius permutationis impellat & deſtruat. Affectiõis uero ſpecies ſunt,ut calefactio atq; perfrictio,& ęgritudo atque ſanitas,cum ad eas quodammodo ſit homo diſpoſitus atque affectus, non tamen

tamen immutabiliter aut caloris qualitatẽ habeat aut frigoris,ſicut nec perpetuo ſanitatis,aut perpetuo ægritudinis. Quin etiam ſiqua ſunt quę per longi temporis ęgritudinem,corporibus immutabiliter indurantur, ut ea iam in naturam quodãmodo corporis cuiuſq; tranſierint,ut ſi quis percuſſus cicatricem faciat inſanabilem,illi ex diſpoſitione & affectione quidam factus eſt habitus. Quocirca rectè dictũ eſt diſpoſitiones inueteratas,habitus facere.Nam cum quælibet diſpoſitio permanẽs & difficilè mobilis facta ſit,illa iam non diſpoſitio aut affectio,ſed habitus uocandus eſt.

> Manifeſtum eſt autem quoniam hæc uolunt habitudines nominari, quæ ſunt diuturniora & difficilè mobilia. Nanque in diſciplinis non multum retinentes ſed facile mobiles,non dicuntur habitum habere,quamuis ſint ad diſciplinas peius uel melius diſpoſiti. Quare differt habitus à diſpoſitione, quòd hoc quidẽ facilè mobile eſt,illud uero diuturnius & difficilè mobile.

Habitus eſſe qualitates difficilè mobiles & diuturniſſimè permanentes hoc argumẽto confirmat,quòd eos quibus quęlibet ſcientia traditur,ſi ab eis non fortiter addiſcatur,eius rei quam diſcunt habitum retinere non dicimus.Qui enim literas diſcens nondum ſoluto curſu ſermonis, ſed ſyllabatim quodãmodo atque interciſè per imperitiam legerit,eum quidem diſpoſitum eſſe atq; affectum dicimus ad ſcientiam literarum,non tamen adhuc illum habitum retinere.Quare idem quoq; eſt in aliis rebus. Omnes enim quicunque ad aliquam rem diſpoſiti,eius rei qua ſunt aliquo modo affecti,non diuturnam in ſe receptionem habent,eos ad illam rem diſpoſitos quidem eſſe arbitramur,habitum uero habere non dicimus. Rectè igitur habitus diuturnior & permanentior,diſpoſitio uero facilè mobilis neque perdurabilis ab Ariſtotele proponitur.

> Sunt autem habitus etiam diſpoſitiones,diſpoſitiones uero non neceſſe eſt habitus eſſe, qui enim retinent habitus & quodammodo diſpoſiti ſunt per eos,qui autem diſpoſiti ſunt non omnino retinent habitum.

Senſus quidem talis eſt,quod omnis quicunq; habeat habitũ,habet quoq; in eodem habitu diſpoſitionem. Si quis uero habeat diſpoſitionem,non ſit eum neceſſe etiam habitum retinere.Habitus ab habendo dictus eſt.Idcirco quod ab aliquo immutabiliter uel difficile immutabiliter habeatur,ut glauci oculi,uel aduncę nares,uel alicuius artis ſcientia atq; doctrina, quæ ſi quis habeat,etiam diſpoſitus ad ea eſſe dicitur. Si quis autem diſpoſitus ad aliquam rem ſit, non eum neceſſe eſt etiam habitum habere,ut ſi quis negligentius opertus algore quatiatur,diſpoſitus quidem tunc ad frigus eſt,non tamen eius retinet habitũ. Videtur autem eandem ſimilitudinem ſeruare genus.Nam genus amplius prædicatur,& ubicunq; ſpecies ſit, mox quoq; nomen generis præſto eſt. Vbi autem ſit genus,non neceſſario ſpeciei uocabulum cõſequit,ut ſi quis eſt homo,eũ animal eſſe neceſſe eſt. Si quis eſt animal,nõ ſtatim homo dicitur. Quocirca cũ quicquid eſt habitus,diſpoſitio ſit,quicquid diſpoſitio non omnino ſit habitus,uidetur genus eſſe quoddam habitus diſpoſitio,ſed illud uerius, ubi intenſio eſt atq; remiſſio,genus intenſionis,remiſſionẽ eſſe non poſſe.Nam ſicut in eo quod eſt album & magis album,magis albi genus album eſſe non poteſt, idẽ nanque eſt album & magis album,niſi forte quod ſola diſcrepant intenſione, quod magis albũ quadã quaſi intenſione augmentoq; creſcit atque porrigit,ſic etiam habitus atq; diſpoſitio cũ idẽ ſint,utraq; ſola differũt intẽſione,q̃d auctior quodãmodo, & incremẽto quodã permanẽtior firmiorq; eſt habitus diſpoſitiõe,q̃circa diſpoſitio habitus genus nõ eſt,eodẽ q̃q; modo nec diſpoſitiõis ſpecies, habitus. Sed nũc quidã ita eſt habitus,ut nõ per diſpoſitionẽ creuerit,neq; per aliquã nondũ durabilẽ qualitatem

tatem ad perfectum uenerit ſtatum, ut eſt naſi curuitas, uel cæſitas oculorum, ſi ſubita facta ſit. Hęc enim ab ipſo habitu nulla prȩcedente diſpoſitione cœperũt, forte enim nunquam ad ea diſpoſitus fuit aliquis, qui adhuc non haberet. Alij uero habitus intenſione fiunt atque inueteratiõe diſpoſitionis, ut ea quę in artibus doctrinisq; uerſantur. Prius enim quis ad ea diſpoſitus eſt, poſt uero habitum capit, alia uero nõ intenſione, ſed quadam permutatione ad habitum ueniunt, ut lac quod ex liquido defigitur & conſtipatur in caſeum, & uinum quod ex dulci atq; ſua ui in acidum guſtum ſaporemq; cõuertitur, neq; enim plus tunc uinum eſt quàm fuit ante cum eſſet ſuaue, ſed cum quadam permutatione in aliam qualitatem habitudinẽq; tranſgreſſum eſt, ac de prima quidem qualitatis ſpecie ſufficienter eſt dictum.

Aliud uero genus qualitatis eſt, ſecundum quod pugillatores uel curſores, uel ſalubres, uel inſalubres dicimus, & ſimpliciter quæcunq; ſecundũ potentiam naturalem uel impotentiam dicuntur. Non enim quoniam ſunt diſpoſiti, aliquo modo, unumquodq; huiuſmodi dicitur, ſed quod habent potentiam naturalem uel impotentiam, facere quiddam facile uel nihil pati, ut pugillatores uel curſores dicuntur, non quod ſint diſpoſiti aliquo modo, ſed quod habeant potentiam naturalem hoc facile faciendi. Salubres autem dicuntur, eo quòd habeant potentiam naturalem, ut nihil à quibus libet accidentibus facile patiantur, inſalubres uero eo quòd habeant impotentiam naturalem non facilè patiendi. Similiter autem his & molle & durum ſe habent, durum enim dicitur quia habeat potentiam non facile ſecari, molle uero quòd habeat eiuſdem ipſius impotentiam.

Secundam uero ſpeciem qualitatis eſſe commemorat, quæ ex quadam naturali potentia impotentiaq; proueniat, hoc autem huiuſmodi eſt, ut cum aliquos ualidi corporis intuemur nondum pugiles, neq; huius peritia artis imbutos, ſed ſic eos pugillatores dicimus, non in eo quod iam ſint pugiles, ſed eo quod eſſe poſſint, & ſi quorum leue corpus aſpicimus, ſurasq; non magnas, eos facilè moueri curſuq; ueloces exiſtimamus, quanq; nondũ ad curſus certamen aſpirent, nec ſint curſores, eos tamẽ curſores ſecundum potentiam nominamus, non quod iam currant, ſed quòd poſſint currere, non abſurde uocabimus. Eodem quoq; modo eos uocamus ſalubres uel inſalubres, quos ualenti corpore uel fragiliore, uel ad ſanitatem aptos, uel ad ægritudinem credimus. Vnde fit ut quoſdam ægrotos poſſimus ſalubres uocare, quoſdam uero ſanos inſalubres dicere, non enim, quod iam actu uel ſani uel ægroti ſint, ſalubres uel inſalubres dicuntur, ſed quod uel ſani diutius eſſe poſſint uel ægroti. Sed quæſtio eſt, cur cum de qualitatis ſpeciebus propoſitum ſit, ſecundum genus dixerit qualitatis & non ſpeciem, ita enim ait: Aliud uero genus qualitatis eſt ſecundum ꝙd pugillatores, uel curſores, uel ſalubres & inſalubres dicimus. Sed qui hoc quærunt ignorare uidentur illud eſſe ſolum genus, quod ſuper ſe aliud genus non habeat. Illud uero ſolum ſpeciem, quod ſub ſe nullas ſpecies claudat, illa uero quæ inter genera generaliſſima ſpecies q; ſpecialiſſimas ſunt, communi poſſe generis & ſpeciei nomine nuncupari. Quocirca quoniam de ea ſpecie qualitatis Ariſtoteles tractat, quæ nondum ſit ſpecies ſpecialiſſima, ſed magis generis prima ſpecies, & huiuſmodi ſpecies quę poſſit eſſe & genus, nihil abſurdum eſt eãdem & ſpeciei & generis loco ponere. Sed ut ſunt quędam qualitates, à quibus denominatione quadã facta quę libet illa res dicitur, ut ab albedine album, uel à luxuria luxurioſum, uel quicquid huiuſmodi eſt, in his quæ ſunt ſecundum potentiam naturalem non ita eſt. Ars enim ipſa pugillatoria nõ eſt propoſita, à qua pugillatores dicamus. Pugillatores enim non dicuntur

dicuntur ab eo quod uſum pugillatoriæ artis exerceant, ſed ab eo quòd ad eam ſecũdum potentiam naturalem affecti ſunt, quocirca quos dicimus pugillatores à pugillatoria dicti nõ ſunt, neq; ab ea denominari poſſunt, ſed magis à pugillatoria arte pugiles appellantur. Pugilis enim eſt qui pugillatoria arte utitur, atq; hoc idem in cæteris licet uidere. In his ergo nulla certa qualitas eſt à qua cætera nominent. Sed ſi qua tamen inuenienda atq; exprimenda ſit, talis eſt quam ipſe Ariſtoteles hoc modo denunciat, quæ ſit ſecundum potentiam aliquid faciendi, uel impotentiam aliquid patiendi. Pugillatores enim & curſores idcirco dicimus, quod habeant potentiam faciẽdi, ideſt currere atq; eſſe pugiles. Salubres uero denominamus, quod & ipſi habeant aliquam quodãmodo impotẽtiam aliquid patiendi, qui enim minus ab extrinſecus accidentibus patitur, hic de ſanitate ſecurus eſt, & qui de ſanitate ſecurus eſt, illum ſalubrem eſſe re uera poſſumus prædicare. Alia uero eſt qualitas quæ ſecundum nihil patiendi impotentiam dicit, ut eos quos inſalubres uocamus, hi enim impotentiam habent nihil patiendi, idcirco quod habeant potentiam aliquid cito patiendi, quod ſi quis eſt qui ab extrinſecus accidentibus aliquid facile patiatur, ille potens eſt facilime ægritudini ſubiacere, ſecundum quam potentiam inſalubres dicimus etiã ſi ſint ſani. Eodem quoq; modo durum dicitur & molle. Durũ enim eſt quod habet potentiam non citius ſecari, quod enim durum eſt, difficilime aliqua ſectione diuidi tur. Molle autem quod habeat impotentiam difficilius ſecari, quod quoniam molle ſecatur facile, ſecundum impotentiam difficilius ſecari molle dicimus. Et hæc eſt ſecunda ſpecies qualitatis, nunc tranſeamus ad tertiam.

Tertia uero ſpecies qualitatis eſt paſſibiles qualitates & paſſiones, ſunt autẽ huiuſmodi, ut dulcedo, amaritudo, auſteritas, & omnia his cognata. Amplius & calor, & frigus, & albedo & nigredo. Et quoniã hæ qualitates ſunt, manifeſtum eſt, quęcunque enim iſta ſuſceperint, qualia dicuntur ſecundum ea, ut mel quoniam dulcedinem ſuſcepit, dulce dicitur, & corpus albũ, eo quod albedinem ſuſcepit. Similiter autem ſeſe habent & in cæteris.

Tertiũ genus qualitatis proponit, ꝙd nos in partẽ qualitatis ſpeciemq; cõuertimus paſſibiles qualitates et paſſiones. Hæc autem à ſe plurimum diſtant, tamen cũ utraq; qualitates ſint, utraq; prius docet, poſt uero quæ eorum diſtantia eſſe uideatur edi ſerit, & prius eorum conuenientia proponit exempla. Nam quid ſint paſſibiles qualitates docens ait, ut dulcedo uel amaritudo, calor & frigus, nigredo & albedo, & alia his cognata, hæc quæ ſuperius comprehenſa ſunt qualitates eſſe illa ratione confirmat, quã in primordio de qualitatis diſputatione ipſius qualitatis eſſe reddiderat. Diffiniti onem enim qualitatis eſſe prędixerat, ſecundũ ꝙ quales uocamur. Quod ſi ſecundũ qualitatis quales uocamur, ab amaritudine uero uel à dulcedine amarũ, uel dulce dicitur. A nigredine atq; albedine nigrũ atq; albũ, quis dubitet has eſſe qualitates in quibus qualitatis conuenit diffinitio. Illa enim ſemper eiuſdem naturæ eſſe creduntur, quæcunq; eiuſdem deſcriptionis finibus terminant, ut ſi qua res diffinitionem hanc, quæ eſt animal rationale mortale ſuſceperit, eam hominẽ eſſe manifeſtũ eſt. Quocirca ſi hæ quas paſſibiles qualitates uel paſſiones dixerat, ſuſcipiũt qualitatis diffinitionẽ, eo ꝙd qualia dicũt quę illa ſuſceperint has etiã conſtat eſſe qualitates.

Paſſibiles uero qualitates dicuntur, non quòd hæc quæ illas ſuſceperint qualitates, aliquid patiantur, neque enim mel quod aliquid paſſum ſit, idcirco dicitur dulce, nec aliquid aliud huiuſmodi. Similiter autẽ his & calor & frigus paſſibiles qualitates dicuntur, non quod ipſa quæ eas ſuſcipiunt, aliquid paſſa ſint, ſed quoniam ſingula eorum quæ dicta ſunt, ſecundum ſenſum qualitatem paſſionis perfectiua ſunt, paſſibiles qualitates dicuntur, dulcedo enim

quandam passionem secundum gustum efficit, & calor secundum tactum, similiter autem & alia.

Passibilium qualitatum exempla constituerat dulcedinem uel amaritudinem, frigus atq; calorem, albedinem atq; nigredinem, quæ cum passibiles qualitates sint, non tamen uno eodemq; modo passibiles qualitates dicunt, sed longè distant rationes, quibus hæc omnia qualitates passibiles appellantur, ut prius dulcedo uel amaritudo, calor & frigus passibiles qualitates dicuntur, nō quod ea quę sunt dulcia aliquid extrinsecus patiantur, nec quòd ea quæ sunt amara, ex aliqua passione saporē aſperū amaritudinemq; susceperint. Neq; enim mel aliquid passum est, ut ei dulcedo esset in natura, nec uero absinthiū ab ulla aliqua extrinsecus passione amaritudinis horror infecit, quocirca hæc atq; his similia non idcirco dicuntur esse passibiles qualitates, q̄d ipsæ aliquid passæ sint, sed quod ex his passiones quædam in sensibus dimittantur. Nanq; ex melle q̄d dulce est, dulcedo quædā in gustu relinquit, simulq; etiā calor & frigus passionem quandam sensibus faciunt. Patimur dulcedinem, cū aliquid dulce gustamus, simulq; secundum caloris et frigoris qualitatem, talium sensuum passionē subimus. Quocirca calor & frigus, amaritudo atq; dulcedo, idcirco passibiles qualitates dicuntur, quod secundum sensuum qualitatem, aliquam in nobis efficiant passionem, non quod ipsa extrinsecus aliquid patiantur.

Albedo autem & nigredo & alij colores non similiter his quæ dicta sunt, passibiles qualitates dicuntur, sed hoc quod hæ ipsæ qualitates ab aliquibus passionibus innascuntur.

Quoniam uero passibiles qualitates etiam colores esse dicuntur, ideſt albedo & nigredo. Non autem eodem modo passibiles qualitates dicuntur, quemadmodum amaritudo atq; dulcedo, calor & frigus, nunc quę eorum distantiæ esse possint, exponit. Amaritudo enim atq; dulcedo non quod ipsa aliquid extrinsecus parerentur, sed quòd ipsæ efficerēt passiones, passibiles qualitates uocabantur, albedo uero & nigredo contrarię. Non enim quod ipsæ aliquas sensibus passiones importent, sed quod ex alijs quibusdam passionibus innascantur. Hoc autem uidetur Aristo. eo quodammodo considerasse, quod post proposuit hoc modo.

Quoniam ergo fiunt per aliquam passionem multę colorum mutationes manifestum est, rubescens enim aliquis rubeus factus est, & timens pallidus, & unumquodque talium.

Hoc autem ex nō lōgi temporis passionibus ad passiles qualitates & diutiſſimè permanentes, acutiſſima consideratione transfertur, fit enim rationis probabilitas hoc modo. Monstrantur enim colorum qualitates ex passionibus nasci, quod cum uerecundia passio quędam sit, ex ea rubor exoritur, & cū timor loco passionis habeatur, ab ea pallor metuentis uultum atq; ora defigit. Quare quoniā hi colores ex quadam passione uidentur innasci, etiam in naturali colore eandem uerisimile est euenisse rationem. Nā quoniā cū uerecūdia fit, in os omnis sanguis egreditur, & uelut delictū tecturus effunditur, ita quoq; fit rubor ex sanguinis progressione, atq; in apertū effusione. Quocirca si hoc ex in naturali passione cōtigerit, naturali facies rubore perfunditur. Pallor uero fit, quoties à facie sanguis ad præcordiorum interiora ingreditur. Quod si hæc quoq; naturalis passio det, uerisimile est eodem infectū calore procreari. Quocirca siue per ægritudinem pallor fit, quod naturale non est, siue per aliquem naturalem euentū passionis accidat, cæteraq; ad eundē modū, passibiles qualitates dicūt, eo q̄d ex aliquibus passionibus sint, quod ipse Aristo. hac uoce testatur.

Quare & si quis naturaliter aliquid talium passus est, similē colorē oportet eū habere. Quæ enim affectio nunc ad uerecundiam circa corpus facta est,

est, et secundum naturalem passionem eadem fiet affectio, ut naturalis color sit similis.

Nam siue aliquis uel nondum natus aliquid patiatur, quo faciem sanguis relinquat, sive quolibet alio modo sanguis ex infantis uultu ad interiora migrauit, faciē naturalis infecit pallor, & quæ nūc nō naturales passiones dispositionesq; sunt, ut cū hi colores faciem uel totum corpus inficiunt, hij si naturaliter contigerint eisdem, similibus signatus coloribus uultus aspicietur. Nunc enim cum æstus in superficie uultus sanguinem impositum decoxerit, nigredinis perusti sanguinis rubor reddit colorē. Quod si idem aliqua passione in faciem nondum geniti infantis acciderit, eandem uerisimile est affectionem coloris corpus suscipientis inficere. Quare quæ in coloribus sunt idcirco passibiles qualitates dicuntur, non quòd ipse aliquid patiantur, sed quòd ex aliquibus passionibus in cuiuslibet corpus atq; ora proueniunt.

Quæcunque ergo taliū caſuum ab aliquibus passionibus difficile mobilibus & permanentibus principium sumpserint, passibiles qualitates dicuntur, siue enim secundum naturalem substantiam pallor aut nigredo facta est, qualitates dicuntur. Quales enim & secundum eas dicimur, siue propter ægritudinem longam, uel æstum aliquid tale contingit, nigredo uel pallor, & nō facile præterit, uel in uita permanet, qualitates & istæ dicuntur. Similiter enim quales & secundum eas dicimur.

Dat quoddam signum quo perspecto ualeamus agnoscere, quas harum omniū quæ supra dictæ sunt, qualitates oporteat appellari. Si enim ita uel casu aliquo, uel natura hæ qualitates euenerint, ut eorum sit tardus exitus permutatioq; difficilis, qualitates uocantur. Si quis enim uel per ęgritudinem, uel per naturam pallidus fiat, sitq; in eius corpore permanens pallor, tunc qualitas appellatur, & hoc non in corporalib. solū uitijs, sed etiam in animi quoq; affectionibus inuenitur. Si quis enim uel per naturā, uel quolibet alio postea casu assiduis comessationibus delectet, & hoc illi quodammodo in ipsa mentis dissolutione permaneat, ab eoq; difficile moueatur, passibilis qualitas effecta est, idcirco quod secūdum eam quales dicuntur, quibus illa prouenerit. Niger enim dicitur in quo nigredo permanserit. Comessator cui uoluptas perpetua comessādi est. Est ergo signū in passibilibus qualitatib. hoc eas esse immobiles & permanentes. Quæ autem huiusmodi sunt quæ facilimè permutantur, & tēporali statu sunt, de his talis Aristotelis uidetur esse sententia.

Quæcunq; uero ex his fiunt quæ facile soluuntur, & cito transeunt, passiones dicuntur, qualitates uero minimè, non enim dicimur secundum eas quales, neque enim qui propter uerecundiam rubeus factus est, rubeus dicitur, nec cui pallor propter timorem uenit, pallidus est, sed magis quia aliquid passus sit, quare passiones huiusmodi dicūtur, qualitates uero minimè. Similiter his & secundum animam passiones & passibiles qualitates dicuntur. Quæcūque enim mox innascendo ab aliquibus passionibus difficile mobilibus fiunt, qualitates dicuntur, ut & dementia, & ira, & alia huiusmodi, quales enim secundum eas dicimur, ideſt & iracundi, & dementes. Similiter autem & quæcunq; aliæ alienationes non naturales, sed ab aliquibus casibus factæ sunt, difficile prætereuntes uel etiam omnino immobiles, & huiusmodi alia qualitates sunt, quales enim & secundum eas dicimur. Quæcunq; uero ex his quæ facile & citius prætereunt fiunt, passiones dicuntur, ut si quis contristatus ira

cundior fit, non enim iracundus dicitur, qui in huiusmodi passione iracundior est, sed magis aliquid passus. Quare passiones quidem huiusmodi dicũtur, qualitates uero minime.

Quid de his affectionibus iudicaret, quæ ad præsens tempus atq; ad momentum animis uel corporibus inhærerent, ipse non obscura oratione uulgauit. Nam cum prius eas esse passibiles qualitates pronunciaret, quæ ex aliquibus passionibus gignerẽtur, & tamen in subiectis immutabiliter permanerent, nunc illas affectiones quæ ita sunt in subiectis ut cito prætereant, non qualitates, sed passiones uocat. Si quis enim propter uerecundiam rubore infectus est, quoniam rubor ille non permanet, rubeus non uocatur, qui si rubeus diceretur, esset quoque ipse rubor passibilis qualitas, quoniam in subiecto corpore diutissime permaneret. Nunc autem quoniam nullo modo rubeus dicitur, cui à uerecundia rubor uenit, qualitates autem sunt secũdum quas quales uocamur, uerecundiæ rubor nõ qualitas, sed quædã passio est, nam si esset qualitas, ab eo rubore rubei dicerentur, ideſt quales, sed hoc non ita est. Non igit huiusmodi affectiones, quę haud multo durant tempore qualitates uocantur, sed potius passiones. Passus enim aliquid dicitur, qui propter uerecũdiam rubeus sit. Eadẽ ratio est etiam in animi passionibus. Nam si ad momentum quis iratus est, non id circo eum iure aliquis iracundum uocet, sed si huiusmodi uitium in cuiuslibet animo constanter inhęserit. Nam si quis uel per naturam uel per ægritudinem sit læsus corpore, ut uel perpetuam dementiam, uel immobilem incurrat iracundiam, ille uel demens uel iracundus dicitur. Et quæcunq; alienationes (ut ipse ait) uel secundum naturam, uel per casum permanentes fuerint, illæ in passibili qualitate numerantur, idcirco quod secundum eas quales dicimur. Quæ aũt (ut dictum est) non permanent sed facile transeunt, eas non qualitates, sed solum uocamus passiones. Sed quoniam tres species qualitatis enumerauit, unam secundũ quam habitus dispositionesq; dicerentur, alteram secundum quam naturalis potentia uel impotentia ad aliquid faciendum uel patiendum subiectarum rerum naturas pararet, tertiam secundum quam passibiles qualitates dicerentur, et hanc tali duplicitate partitus est, ut alias idcirco diceret passibiles esse qualitates, quod ipsæ aliquas gignerent passiones, alias uero ꝙd ab aliquibus ipsæ passionibus nascerentur. Quæri potest, quomodo hæ quoque passibiles qualitates distent à prima illa specie qualitatis, quæ secundum habitum dispositionem q; posita est. Nam siquis calorẽ frigusq; persenserit, habet quidẽ qualitatẽ passibilem, sed tamen in eiusdem ipsius dispositione atq; affectione uersat, dispositus nanq; est ad eundem calorem atq; frigus, quem sumpsit atq; habuit, quod scilicet ipse Aristoteles uidens calorem frigusq; in utraq; specie numerauit, nanq; & dispositionem dixit calorem atque frigus, & passibilem qualitatem. Huius quæstionis talis solutio est. Nihil impedit secundum aliam scilicet atq; aliam causam, unam eandemq; rem gemino generi speciei sue supponere, ut Socrates in eo quòd pater est ad aliquid dicitur, in eo quòd homo, substantia est, sic in calore atque frigore in eo quod quis secundum ea uidetur esse dispositus, in dispositione numerata sunt. Secũdum uero quod ex aliquibus passionibus innascũt, pascibiles qualitates dictæ sunt. Ipsæ uero ab habitu distant, id est passibiles qualitates, quod in plurimis ad habitus rebus per artes atque scientias peruenitur, ita ut ipse habitus ordine & filo quodam perficiatur. Passibiles uero qualitates eo modo minimè. Quo uero distent hæ passibiles qualitates à secunda specie, quæ secundum naturalem potentiam uel impotentiam dicitur, quæritur, cuius perplana distantia est. Dicimus enim secundum potentiæ naturalis speciẽ aliquid dici, nõ secundũ præsentẽ actũ, sed secundũ id ꝙd ad hoc esse potest, frigus uero caloręq; & dulcedo uel amaritudo nõ secundũ ꝙd possit esse, sed secundũ id ꝙd iã sit cõsiderãt, quocirca distat hæc tertia species à secũda, ꝙd hic secundũ possibilitatẽ dicit, tertia uero secundũ actũ. Sed quod dudũ promiscuè passiones

siones affectionum nomine uocabamus, hæc quoq; nõ longa quæstio alia est. Sic enim inueniemus quod passio ab affectionibus discrepare uideatur. Si qua enim corpora ita calefacta sint, ut ex se quoq; ipsa aliquem calorem emittere ualeãt, illa ad calorem affecta nuncupantur. Siqua uero tantum calorem momento susceperint, passiones dicimus, & ab affectionibus segregamus, ut hic sit integrum passionum affectionumq; & habitus augmentum, ut amplificata passio in affectionem transeat, augmentata affectio in habitum permutetur, & hæc quidem de tertia specie qualitatis pronunciasse sufficiat. Nunc quartæ speciei uim naturamq; ueracissima disputatione confirmat, usq; quo progressa qualitatis distributio conquiescit. Nobis quoq; disputationum prolixitas moderanda est. Prouidendum quoq; est ut sufficiẽs breuitas ordini expositionis adhibeatur, ne aut breuitatem comitetur obscuritas, aut planitiem minus moderata oratio, odioso fastidio & longinquitate deformet.

Quartum uero genus qualitatis est figura, & circa unumquodque constans forma. Amplius ad hæc rectitudo & curuitas, & siquid simile est his, secundum enim unumquodque eorum quale quid dicitur, triangulum enim uel quadrangulum esse quale quid dicitur, & rectum aut curuum. Et secundum formam unumquodque quale dicitur.

Quarta est species qualitatis quæ secundum unamquamq; formam figuramq; perspicitur. Est autem figura, ut triangulum uel quadratum, forma autem ipsius figuræ quædam qualitas est, ut figura quidem est triangulum uel quadratum, forma autem ipsius trianguli uel quadrati quædam qualitas, unde etiam formosos homines dicimus. Figura enim quædam uel pulchrior, uel mediocris, uel alio quodammodo constituta, qualitas formaq; nominatur. Has autem esse qualitates nullus dubitat. Siquidem & à figura dicitur figuratus, et à forma formosus. Amplius quoque triangulum etiam à triangulatione denominatum est, & quadratum à quadratura. Quod si illæ sunt qualitates, secundum quas quale aliquid appelletur, non est qui dubitet formam figuramque esse qualitates, quoniam omnia quæ his participant ex ipsis qualia nominantur, sed quoniam in continuæ quantitatis speciebus & triangulum & superficies enumerata est, ipsa quidem superficies quantitas est, ipsius uero superficiei compositio qualitas, est enim figura (ut Geometrici diffiniunt) quæ sub aliquo uel aliquibus terminis cõtinetur. Sub aliquo quidem, ut circulus, sub aliquibus uero, ut triangulus uel quadratus. Quare spatium quidem ipsum, quod à supra dictis lineis continet, superficies dicitur, quæ est quantitas. Superficies nanq; quoniam in dilatione quadã & spatio constat, quãtitas est, sed compositio ipsius superficiei, qualitas. Nam quoniam tres lineæ conuenienter in se iunctis terminis, unum spatium concluserе, quod tribus angulis à tribus lineis continetur, hoc ipsum spatium quod concludũt ad quãtitatem referri potest, quod uero tribus lineis, hoc est qualitas, figura enim est triangula, hoc idem quoq; dici potest etiam in linea. Nam quoniam longitudo sine latitudine est, quantitas dicitur, quod recta siue curua est, redditur rursus ad qualitatem.

Rarum uero & spissum, asperum & lene putabuntur quidem qualitatem significare, sed aliena huiusmodi putantur esse à dispositione quæ circa qualitatem est. Quandam enim positionem magis uidetur utrunque partium significare, spissum quidem est eo quòd partes sibi ipsæ propinquæ sint, rarũ uero eo quòd distent à se inuicem, & lene quidem quod in rectum sibi partes iaceant, asperum uero quod hæc quidem pars superet, illa uero sit inferior. Et fortasse alij quoq; apparebunt qualitatis modi, sed qui maxime dicuntur, ferè tot sunt. Qualitates itaque sunt quæ prædicta sunt, qualia uero sunt,

Alia igitur quæ ſecundum eos affectus dicuntur qualia, indubitanter recipiunt magis & minus. Grammaticior enim alter altero dicitur, & iuſtior, & ſanior, ſimiliter & in aliis.

Aliud quoque proprium protulit, quod tractata ratione ab integra proprietate qualitatis excluſit. Ait enim qualitates poſſe uel intendi uel minui. Poſſe enim dicit alterum altero plus album appellari, ut nix argento, & quæ candidiora ſunt marmora, & iuſtum alterum altero magis & minus dicimus. Nanque iuſtius aliquid factum, nec non etiam iuſtiſſimum eſt. In quibus autem comparationes ſunt, in his magis minuſque dici manifeſtum eſt, hoc quoque modo ipſum album, uel alia qualitas non ſolum contra alterum eiuſdem ſpeciei comparata intenſione creſcit, & relaxatione minuitur, ſed etiam à ſeipſa recipit comparationem. Dicitur enim nunc quidem argentum candidius eſſe quàm antea, cum fuerit deterſum. Sed cum hæc ita ſint, non eſt magis minuſque ſuſcipere proprium qualitatis, neque enim ſola qualitas magis minuſque ſuſcipit, hęc enim intenſio & relaxatio in his quoque quæ ſunt ad aliquid inuenitur, ut in eo quod eſt æquale & inæquale poſſumus dicere plus æquale uel minus, & in cæteris huiuſmodi, nec uero omnes qualitates ſuſcipiunt magis & minus quod ipſe ſic ponit. Non autem in omnibus hoc eſt, ſed in pluribus. Dubitabit enim quis an iuſtitia magis eſſe iuſtitia dicatur, ſimiliter autem & in aliis affectionibus. Quidam uero in hoc dubitant, dicunt enim iuſtitiam iuſtitia non magis uel minus dici, nec ſanitatem ſanitate, minus autem habere alterum altero ſanitatem dicunt, & iuſtitiam minus alterum altero habere. In hoc tres fuere ſententiæ. Quidam nanque dicebant, in omnibus ſecundum materiæ habitudinem reperiri poſſe magis & minus. Proprium nanque eſſe materię corporumque intenſione creſcere & minui relaxatione, quæ quorundã Platonicorum ſententia fuit. Alia uero quę ſecundum certiſſimas ueriſſimaſque artes, atque uirtutes non dicere eſſe magis & minus, ſecundum autem medias dici poſſe, ut hæc ipſa Grammatica atque iuſtitia, non dicitur magis Grammatica neque magis iuſtitia. Eſſe autem quaſdam alias mediocres artes, in quibus idipſum poſſet euenire. Tertia eſt de qua Ariſtoteles loquitur, quod ipſas quidem habitudines nulla intenſione creſcere, nec diminutione decreſcere putat, ſed eorum participantes, poſſe ſub examine compoſitionis uenire, ut de his magis minusue dicatur. Sanitatẽ nanq; ipſam & iuſtitiam, alteram, altera magis minusue non eſſe. Neque enim quiſquam dicit magis eſſe ſanitatem alia ſanitate. Sed hoc ſolum dicere poſſumus magis habere ſanitatem aliquem, id eſt eſſe ſaniorem, & magis ſanum & minus ſanum. Dicimus ergo quod ipſæ quidem qualitates non ſuſcipiunt magis & minus. Qui uero ſecundum eas quales dicuntur, ipſi ſub comparatione cadunt, ut iuſtior, & ſanior, & Grammaticior. Nanque ipſa Grammatica, id eſt literatura non ſuſcipit magis & minus, nullus enim dicit alteram altera magis eſſe Grammaticam, ſed eum qui Grammatica ipſa participat. Dicimus literatum, quem à literatura ſcilicet denominamus, literatus autem ſuſcipit magis & minus, ut Donatus Grammaticus plus erat ætate iam prouecta Grammaticus, id eſt literatus, quàm cum primum ad huiuſmodi ſtudia deueniſſet. Sed quanquam ſe hæc ita habeant, tamen inuenimus aliquas qualitates quibus indubitatę comparatio inueniri non poſſit, ut ſunt quas ipſe ſuppoſuit.

Triangulus uero et quadrangulus non uidetur magis et minus ſuſcipere, nec aliqua aliarum figurarum.

Hæc enim quæ ex quarta ſpecie qualitatis dicta ſunt, magis minusue nulla ratione ſuſcipiunt, nullus enim dicit plus eſſe alium circulum quàm alium, nec magis eſſe illud

illud triangulum quàm illud, dicitq; fortaſſe maiorem, magis autem non dicit. Huius autem rei hęc ratio eſt, ut cum ſit trianguli diffinitio, figura quæ ſub tribus rectis lineis continetur, ſi qua ſunt quæ hanc diffinitionem in ſe ſuſcipiant, ut & ipſa tribus rectis lineis contineantur, propriè triangulæ formę ſunt, eodem quoq; modo & circulus ita diffinitur. Circulus eſt figura plana, quæ ſub una linea continetur, ad quam ex uno puncto qui intra ipſam eſt, omnes quæ exeunt lineæ æquæ ſibi ſunt. Rurſus quadrati diffinitio talis eſt. Quadratum eſt, quod quatuor æqualibus lineis & quatuor rectis angulis continetur. Quæcunq; igitur uel circuli diffinitionem ſuſcipiunt, uel quadrati, æqualiter uel circuli, uel quadratæ formę ſunt, ſiqua uero non ſuſcipiunt, nullo modo ſunt. Si qua uero ſunt quę neq; quadrati ſuſcipiunt diffinitionem, neq; circuli, neq; quadrati ſunt, neq; circuli, ut eſt figura quæ parte altera longior dicitur. Illa enim ita diffinit, parte altera lõgior figura eſt, quę ſub quatuor lineis cõtinet, rectiſq; angulis, q̃ quatuor lineæ æquę ſibi qdẽ nõ ſunt, cõtra ſe uero poſitę binæ ſibi æquę ſũt. Ergo qa huiuſmodi figura neq; circuli diffinitionẽ capit, neq; quadrati æqualiter, neq; circulus, neq; quadratus eſt. Si qua enim cuiuslibet formę diffinitionẽ ſuſcipiunt, omnino eadem ſunt. Vt qui circuli circulus, qui quadrati quadratus, qui trianguli triangulus, qui parte altera longioris, parte altera longior, & in cęteris eodem modo. Si qua uero non ſuſcipiunt, ut triangulum, circuli diffinitionem non capit, neq; omnino circulus eſt, nec poteſt dici inter quadratum & triangulum, quoniam utraq; circuli diffinitionem non capiunt, quadratum quidem plus eſſe circulõ, triangulum uero minus, omnino enim utraq; à circuli ratione diſiuncta ſunt, quod his uerbis ab Ariſtotele tractatur.

Quæcunque enim diffinitionem trianguli ſuſcipiunt & circuli, omnia ſimiliter trianguli uel circuli ſunt. Eorum uero quæ non ſuſcipiunt, nihil magis alterum altero dicitur, nihil enim quadratum magis quàm parte altera lõgior forma, circulus eſt, nullum enim ipſorum recipit circuli rationem. Simpliciter autem ſi utraque non recipiunt propoſiti rationem, non dicetur alterum altero magis. Non ergo omnia qualia recipiũt magis & minus, horum itaque quę prędicta ſunt, nihil eſt proprium qualitatis.

Nam ſi hoc diffinitio facit, ut demonſtret rationem cuiuſque ſubſtantiæ, quæcunque diffinitione diſcrepant, illa etiam ipſa natura ſubſtantiæ diſcrepabũt. Recte igitur ſi qua cuiuslibet rei propoſitę ſiue trianguli, ſiue quadrati diffinitionem non capiunt, ab eiuſdem natura diſiuncta ſunt. Quocirca neq; triangulum, neque quadratum, neque circulus, neq; quid horum eſt, ſuſcipiunt magis & minus. Sed cum hęc qualitates ſint, non omnes qualitates æquæ magis minusue ſuſcipiunt. Quod ſi neque in omni qualitate intenſio diminutioq; prouenit, neque in ſola, quod hęc eadem in relatione reperias, non eſt magis minusue ſuſcipere proprium qualitatis. Quodnam igitur qualitatis proprium eſſe dicendum eſt, idipſe planiſſimè ſubterpoſuit.

Similia uero & diſſimilia ſecundum ſolas dicuntur qualitates. Simile enim alterum alteri non eſt ſecundum aliud quicquam, quàm ſecundum illud quod quale eſt. Quare proprium erit qualitatis, ſecundum eam ſimile & diſſimile dici.

Simile inqt & diſſimile ſolæ retinent qualitates. Nam quamuis ſimile ad aliquid ſit, tamen hoc ipſum quod dicimus, ſimile non dicimus, niſi q̃d quale eſt. Nam ſi eadẽ qualitas ſit in duobus, illa in quibus eſt, ſimilia ſunt, nec eſt aliud prædicamentum q̃d ſecundum ſimile & diſſimile dici poſſit, & de aliis quidem omnibus notum eſt, q̃niam de nullo dicitur. Quod ſi qs de quantitate affirmet, dici poſſe ſecundum eam ſimile atq;

le atq; dissimile, monstratum est secundum quantitatem non simile & dissimile, sed æquale & inæquale prædicari. Quocirca quoniam per singula quæq; pergentibus, & in omnibus idem qualitatibus inuenitur, & in nullo alio prædicamento esse perspicitur, rectè hoc proprium qualitatis esse firmauit. Sed quoniam cum de his quę referuntur ad aliquid tractaretur, affectus atq; habitus in his quæ sunt ad aliquid numerauit, nunc uero eosdem quoq; qualitati suppossuit, ipse sibi quãdam obiecit quæstionem, cur si prius sub ijs quæ ad aliquid referuntur, ista subiecerit, nunc sub qualitatibus ea ipsa posuerit. Superius nanq; monstrauit ea quę essent à se diuersa, easdem species habere non posse, cum dicit diuersorum generum & non sub alternatim positorum diuersæ species & differentiæ sunt. Quocirca cum relatio atq; qualitas diuersa sint genera, easdem utrique supponi species non oportet, hoc est enim quod dicit:

> At uero non decet conturbari, ne quis nos dicat de qualitate propositionẽ facientes, multa de relatiuis interposuisse, habitus enim dispositiões eorum quæ sunt ad aliquid esse dicebamus, penè enim in omnibus qualitatibus genera ad aliquid dicuntur, non autem aliquid eorum quæ singula sunt. Nã cum disciplina genus sit, hoc ipsum quod est alterius dicitur, alicuius enim disciplina dicitur. Eorum uero quæ singula sunt, nihil ipsum quod est alterius dicitur, ut Grammatica non dicitur alicuius Grammatica, nec Musica alicuius Musica, nisi fortè secundum genus & hęc ad aliquid dicuntur, ut Grammatica dicitur alicuius disciplina, non alicuius Grammatica, & Musica alicuius disciplina, non alicuius musica. Quapropter quę quidem singularia sunt, non sunt ad aliquid.

Quam quæstionem ualidissima argumentatione dissoluit his, scilicet, uerbis: Penè enim ea quæ sunt in omnibus his generibus ad aliquid dicuntur. Eorum uero quæ sunt singulatim, id est, species nihil huiusmodi sunt. Hęc enim est argumentatio, quã greci ἐπιχείρημα uocant. In huiusmodi affectionibus atq; habitudinibus, quæ inter ea sunt genera, eas solas ad aliquid posse reduci, quæ uero species essent illorum generum non posse in relatiuis, sed in qualitatibus numerari, ut scięntia cum sit habitudo, habet sub se alias habitudines Grammaticam & Geometriã. In hoc igitur scientia ipsa quod genus est, ad aliquid semper refertur, dicimus enim scientiam alicuius scientiam. Grammaticam uero quæ eius species est, nullus dicit alicuius esse Grammaticam, dicatur enim si fieri potest Grammaticam, Aristarchi esse Grammaticã. Sed omnia quæcunq; dicuntur ad aliquid, conuertuntur. Dicit ergo & Aristarchus, Grãmaticæ Aristarchus, quod fieri nõ potest. Non igitur Grammatica Aristarchi, ut ad aliquid dicitur. Est etiam argumentũ non species, sed huiusmodi genera, ad aliquid appellari, ut cum ipse quidem species ad aliquid non dicantur, ut Grammatica non dicitur alicuius Grãmatica, si quando tamen est ut species ad aliquid referatur, id nõ secundum se, sed secundum genus, ut Grammaticę quoniam genus est scientia quæ relatiua est, si quis Grammaticã ad aliquid referre contendat, non potest secũdum ipsam Grammaticam, eam ad aliquid prędicare, sed secundum scientiam, id est secundum genus suum. Non enim dicitur Grammatica alicuius Grammatica, sed fortasse Grammatica alicuius scientia. Non ergo Grammatica secundũ Grãmaticam ad aliquid dicitur, sed secundum scientiam. Et hoc est quod ait, ut Grammatica non dicitur alicuius Grammatica, nec Musica, sed fortasse secũdum genus proprium istæ dicuntur alicuius, ut Grammatica alicuius dicitur scięntia, non alicuius Grãmatica. Ergo singularum specierum nihil est quod aliqua relatione prędicetur. Genera uero harum specierum relatiua sunt, quæ paulò superius dixi, quod enim ait, penè enim in omnibus qualitatibus genera ad aliquid dicuntur, non autem aliquid eorum quæ sunt

sunt singula, hoc demonstrare uoluit, genera ipsa habitudinum dispositionumq; esse relatiua, species uero generum quas singulatim esse dixit, ad aliquid nullo modo prædicari. Quas idcirco esse singulatim uocauit, quia Grãmatica una est, & rursus Musica una, scientia uero non una. Rectè igitur species scientiæ singulatim esse nominauit. Constat igitur quòd genera huiusmodi habitudinum dicantur ad aliquid, species uero ad nihil aliud propria prædicatione referantur. Quocirca quoniam huiusmodi species relatiuas non esse demonstrauit, nunc quod reliquum est qualitates esse confirmat.

> Dicimur autem secundũ singula quales. Hæc enim & habemus. Scientes enim dicimur, quòd habemus singulas scientias aliquas. Quare hæc erũt etiam qualitates, quæ singularia sunt, secundum quas etiã quales dicimur. Hæc autem non sunt eorum quę sunt ad aliquid.

Illas esse qualitates superius confirmatum est ex quibus aliqui quales uocarentur, nos autem idcirco Grammatici dicimur, non quòd uniuersalem scientiam, sed quod ipsam Grãmaticam habeamus, & hoc uerè dicitur, idcirco nos dici scientes, quia Grãmatici sumus, potius quàm idcirco Grammaticos quòd aliquã scientiam retinemus. Nullus enim à generali scientia Grammaticus, aut sciens, nisi à singulatim scientia sciens, Grammaticusq; perhibetur. Igitur quoniã ex his habitudinũ speciebus quales uocamur, ipsę species in qualitate numerandæ sunt. Sed cum qs Grãmatica participat, de ea etiam genus dicitur, & secundum eam non solum ad Grãmaticam, sed ad scientiam ąq; coniungitur. Dicitur enim idcirco sciens. Ergo quoniam habens Grammaticam, & sciens, & Grammaticus dicitur, non potest ulla scientia participare, qui singulas non habuerit. Qui enim cunctis speciebus caret, illi quoq; genere ipso carendum est. Quare quoniam has species habemus, & secundum eas quales dicimur, à Grammatica scientes & Grammatici nuncupamur, has autem ipsas species monstratum est ad aliqd non referri. Rectè igitur huiusmodi habitudines quæ in alterius relatiuis species sunt, in qualitate numeratæ sunt. Quod si qs hoc quoq; inuitus accipiat, aliud addit quo totum quęstionis uinculum soluetur, ait enim.

> Amplius si contingat hoc ipsum & quale & relatiuũ esse, nihil est inconueniens in utrisq; hæc generibus enumerare.

Nam cum sit uerum unam eandemq; rem duobus diuersis generibus suppositã esse non posse, illud tamen conuenit secundum aliud atque aliud unam eandemq; speciem duobus generibus posse subnecti, ut in eo quod suprà iam dictum est, cum Socrates substantia sit, pater uero ad aliqd, cumq; substantia discrepet atq; relatio, nihil tamen est inconueniens eundem ipsum Socratem in eo quòd homo est, substantiæ supponi, in eo quod habet filium, relationi. Quocirca si secundum aliam atque aliam rem duobus generibus eadem res quælibet diuersissimis supponatur, nihil inconueniens cadit. Ita quoq; & habitudines in eo quod alicuius rei habitudines sunt, in relatione ponuntur, in eo quod secundum eas quales aliqui dicuntur, in qualitate numerantur. Quare nihil est inconueniẽs unam atq; eandem rem, secundum diuersas naturæ suę potẽtias, geminis & si contingat pluribus, adnumerare generibus. Quo circa quoniam de qualitate tractatum est, nos quoq; orationis cursum ad reliqua prędicamenta uertamus.

DE FACERE ET PATI.

Suscipit autem facere & pati contrarietatẽ, & magis & minus. Calefacere enim & frigefacere cõtraria sunt, & calefieri, & frigefieri, & delectari ac cõtristari. Quare susçipit contrarietatẽ & magis & minus, calefacere enim dicit magis & minus, & calefieri magis & minus, & con-

& contriſtari magis & minus, ſuſcipit igitur magis & minus, facere & pati, de hisitaq; tanta dicantur.

Decurſis quatuor prædicamentis quæ aliqua quæſtione & conſideratione egere uidebantur, tenuiter cætera breuiterq; perſtringit. Et de facere quidem & pati nihil in hoc libro, niſi quòd contraria ſuſcipiant, & intenſionem imminutionemq; ab Ariſtotele eſt diſputatum, in alijs uero eius operibus plene ab eo perfecteq; tractata ſunt, ut hoc ipſum de facere & pati in his libris quos περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς inſcripſit, de alijs quoq; prædicamentis non illi minor in alijs operibus diſputatio fuit, ut de eo quod eſt ubi & quando in phyſicis, & de omnibus quidem altius ſubtiliuſq; in libris quos μετὰ τα φυσικὰ uocauit, exquiritur. Ac de facere quidem & pati ipſe planiſſime poſuit poſſe ea ſuſcipere contrarietates. Dicimus enim ignem calefacere & frigefacere, quod ſcilicet ad faciendum refertur. Dicimus aquam calefieri & frigefieri, quod nihilominus ad patiendi ducitur prædicamentum. Magis quoque & minus ſuſcipere, apertiſſimis demonſtrat exemplis. Sic enim magis calefacere & minus, & magis calefieri & minus dicitur, atq; hęc hactenus. Ipſe enim hęc apertiſſime poſuit. Eſt autem horum deſcriptio talis, quod in faciendo quidem, actus quidam à quolibet in aliam rem ueniens, conſideratur à quo ueniat. In patiendo autem in eo ille actus conſideratur, in quẽ uenit. Actus enim & paſſio ſimul in phyſicis eſſe monſtrata ſunt. Ac de facere quidem ac pati, ad præſens tempus hæc dicta ſufficiant.

Dictum eſt autẽ & de ſitum eſſe, in his quę ad aliquid ſunt, quòd denominatiue à poſitionibus dicitur, de reliquis autem quando, & ubi, & habere, eo quòd manifeſta ſunt, nihil de his ultra dicitur, quã quod in principio dictum eſt, quia habere quidem ſignificat calciatum eſſe, armatum eſſe, ubi autem, ut in lyceo, in foro, quando, ut heri. Et alia quæ de his dicta ſunt. De poſitis itaq; generibus, ſufficiant quę dicta ſunt.

DE SITV ET POSITIONE.

POſitio quidem quoniam ipſa eſt alicuius, in ijs quæ ſunt ad aliquid, numerata eſt, ſed quoniam omnis res quæ ab alio denominatur, aliud eſt quàm idipſum à quo denominata eſt, ut aliud eſt, qui eſt Grãmaticus, atque Grãmatica, quàmuis Grãmaticus à grammatica denominetur. Ita cum ſit poſitio relatiua, quicquid denominatiue à poſitionibus dicitur, hoc relatiuorum genere non tenetur. Poſitio aũt ipſa relatiua eſt, poſitum uero eſt à poſitiõe denominatum. Statio enim cuiuſdam ſtatio eſt. Stare uero quoniam à ſtatione denominatũ eſt, non ponitur in eo genere in quo ſtatio fuit. Quare ſub relatione hoc prędicamentum non inuenitur. Sed quoniam nihil eſt ad quod, hoc reducere genus atq; aptare poſſimus, dicendum eſt ſuum eſſe genus. Vt accumbere ab accubitu, ſtare à ſtatione, & cætera quidem quæ idcirco ſe Ariſtoteles exequi denegat, quoniam planiſſima ſunt, ait enim: De reliquis uero, id eſt, quando & ubi & habere propterea quia manifeſta ſunt, nihil de his ultra dicitur, quã quod in principio dictũ eſt, & eorum prædicta ponit exempla.

DE VBI ET QVANDO.

DIcendum autẽ eſt breuiter de prædicatione quę eſt ubi & quando. Sicut ipſum ad aliquid per ſe eſſe non poteſt, niſi ex alio aliquo naturã trahat, ita & quando & ubi, eſſe non poteſt, niſi locus ac tempus fuerit. Locum enim ubi, tẽpus uero quando, comitatur. Non eſt autem idem tempus, & quãdo, nec ubi & locus, ſed propoſito prius loco ſiqua res in eo ſit poſita, ubi eſſe dicitur. Rurſus ſi certa res in tempore eſt, quando eſſe perhibetur, ut Apollinares ludi, cum ſint in tempore, quando eos eſſe dicimus. Habent autem hæc quoq; proprias diuerſitates, ubi quidem, quod aliquoties infinitè dicitur. Alicubi enim eſſe dicimus aliquẽ, ut Socratem, aliquoties autem

autem diffinite, ut in lyceo uel in Achademia, habet quoque ubi ſecundum ipſum locum in quo eſt, aliquas contrarietates. Surſum enim eſſe & deorſum ubi eſſe dicitur. Temporum quoque uarietates in eo prædicamento, quod eſt quando eſſe manifeſtum eſt. Futura enim & præſentia præteritaq; in quando prędicamento ueniũt. Dicimus enim fuiſſe aliquando Scipionem conſulem Romanum, nunc eſſe oriẽtis Imperatorem, qui nunc Anaſtaſius appellatur. Futurum autem eſſe aliquem, quæ ſcilicet ſecundum quando prædicamentum dicuntur.

DE HABERE.

HAbere autem eſt quoddam extrinſecus ueniens, neque innatum ei à quo habetur, aliudque, quàm eſt illud ipſum à quo habetur, in ſe retinere, ut armatũ eſſe uel ueſtitum eſſe. Habere enim eſt ueſtes atque arma tenere, quæ cum eo nata non ſunt, neque aliqua cum eo qui habet, communi natura proprietateq; iungantur, ſed quoniam de his Ariſtoteles tacuit nobis quoque nunc eorum longior tractatus omittendus eſt.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI COMMENTARIORVM IN PRÆDICAMENTA ARISTOTELIS, LIBER QVARTVS.

XPeditis omnibus prædicamentis, cur præter propoſitum operis in hanc oppoſitorum diſputationem ſit ingreſſus, à multis ante quęſitum eſt, ſed Andronicus hanc eſſe adiectionem Ariſtotelis non putat, ſimulq; illud arbitratur, idcirco ab eo fortaſſe hanc adiectionem de oppoſitis, & de his quę ſimul ſunt, & de priore, & de motu & de æquiuocatione habendi non eſſe factam, quod hunc libellum ante Topica ſcripſerit, quodq; hæc ad illud opus nõ neceſſaria eſſe putauerit, ſicut ipſe Categoriæ ꝓſunt ad ſenſum Topicorũ nõ ignorãs, ſcilicet quòd ſufficienter in Topicis quantũ ad argumẽta pertinebat, & de his omnibus quæ adiecta ſunt, & de prædicamentis fuiſſe propoſitum. Sed hęc Andronicus. Porphyrius uero hanc adiectionẽ uacare & carere ratione non putat. Cuius hãc prodidit cauſam. Vt enim multa ſunt, quæ quod communibus animi cõceptionibus ſeſe ſuggererent, in huius libri principijs ab Ariſtotele prędicta ſunt, ut de æquiocis, & uniuocis, & denominatiuis, & de his omnibus, quæcunq; uſq; ad ſubſtantiæ diſputationem ad ipſorum prędicamentorum utilitatem cognitionemq; prædicta ſunt, ita quędã fuiſſe, quæ eſſent quidẽ in cõmunibus ſenſibus, egerent tamen ſubtilioris diuiſionis modo; hæc diligenter ſuppoſita ſunt, ut quid eſſent propriè teneret, ne falſis opinionibus traductus non firmus animus luderetur. Docet autem hoc, inquit etiam ipſe ordo congruus rationiq; conueniens titulorum, hanc adiectionem fuiſſe perutilem atq; neceſſariam. Prius enim de oppoſitis, poſt uero de his quę ſimul ſunt, & de his quę poſteriora ſunt. Poſt autem de motu, ad poſtremum de habendi æquiuocatione ſermonem faciens, libri ſeriem terminauit. Idcirco quòd in omnibus quidem prædicamentis ante quæſiuit, utrum poſſint habere cõtraria. In his uero quę ſunt ad aliquid, dixit magnum paruo non poſſe eſſe contrarium, ſed oppoſitum. Quid uero eſſet oppoſitũ dicere prętermiſit, ne ordo diſputandi continuus rumperetur. Hic igitur rectè quod illic prætermiſerat, prius edocuit. In relatiuis quoq; de his quę ſunt prius, quæq; ſimul natura gignunt, ſtrictim tetigit, quod nunc diligenter explicat. Faciendi uero patiendiq; prędicamenta ſunt, in quibus quidam quaſi motus agitatioq; conſideratur, neceſſe igitur fuit de motu dicere, qui naturam faciendi atq; patiendi uelleꝫ

uellet ostendere. Quis autem dubitet cuiuslibet sermonis æquiuocationem monstrare,esse perutile? Quare quoniam habere quoq; prædicamentum est,non fuit inconueniens neq; superfluum de habendi æquiuocatione tractasse.

DE OPPOSITIS.

DE oppositis autem quoties solent opponi dicendum est, dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter, aut ut ad aliquid,aut ut cõtraria, aut ut habitus & priuatio,aut ut affirmatio & negatio, opponitur autem unumquodque istorum, ut figura dicam relatiua quidem,ut duplum dimidio. Contraria autem ut malo bonum,secundũ priuationem & habitum,ut cęcitas uisui,secundum affirmationem & negationem,ut sedet non sedet.

ILlud quoque quęritur,utrum oppositionis nomen æquiuocè prędicet. Dicimus enim quatuor modis opponi,aut ut contraria,aut ut aliquid,aut ut habitũ & priuationem,aut ut affirmationem & negationem. Hic ergo contenditur utrum æquiuocatio quędã circa has quatuor diuersitates sit,an idipsum quod dicimus oppositũ generis uice prædicetur,ut sit uniuocum. Sed in hoc Stoicorum Peripateticorumq; diuersa sententia fuit,& ut ipsi inter se Peripatetici,diuersè sectati sunt. Stoicorum quoniam longa sententia est prætermittatur, alijs autem Peripateticis placet nomẽ hoc oppositi de subiectis æquiuocè prædicari,ita affirmantibus,quoniam Aristoteles ita dixit,de oppositis quoties solent opponi dicendum est,hoc, id est quoties ad multiplicitatem pertinet æquiuocationis. Sed qui melius iudicauere,hi oppositionis nomen generis loco dicunt debere prædicari,idcirco quod cum nomẽ oppositionis de subiectis quatuor oppositionibus prædicetur,ab his quoq; diffinitio nõ oberret. Sunt enim opposita quæ in eodem,secundum idem,in eodem tempore,circa unam eandemq; rem,simul esse non possunt,quod per singula quæq; pergentibus in singulis oppositis inuenitur. Nanq; album & nigrum quę sunt contraria uno eodemq; tempore circa unum idemq; corpus partemq; corporis simul esse non possunt,nec seruus atque dominus eiusdem,eodem tempore idem seruus idem dominus est,nec habitus & priuatio,quis enim dicat in eodem oculo uno eodemque tempore & uisum posse esse & cęcitatem? Iam uero affirmatio & negatio quam repugnantes sint,quãq; in eodem simul esse non possint,nulli dubium est. Quare si ea quæ sub oppositione ponuntur,oppositionis nomen diffinitionemq; suscipiunt,quid est dubiũ oppositionem non æquiuocè prædicari? His igitur positis ad eorum distantias differentiasq; ueniamus.

> Quæcunq; igitur ut relatiua opponuntur,ea ipsa quę sunt oppositorum dicuntur, aut quomodolibet aliter ad ea, ut duplũ dimidij ipsum quod est, alterius dicitur duplum,alicuius enim duplum,sed & scientia scibili tanquã relatiua opposita est,& dicitur scientia hoc ipsum quod est scibilis,& scibile hoc ipsum quod est ad oppositum dicitur,id est,ad scientiam. Scibile enim aliquo dicimus scibile,id est scientia. Quęcunq; ergo opposita sunt tanquã ad aliquid,ipsa,quę sunt aliorũ dicunt̃,aut quomodocunq; ad se inuicẽ.

Ea quidem huius oppositionis quę secundum relationem dicuntur,& per seipsa plana atq; uulgata sunt,& superiori relationis disputatione iam cognita. Illa enim sunt ad aliqd quæcunq; id quod sunt aliorũ dicuntur,uel quomodolibet aliter ad ea,ut seruus domini seruus,& dominus serui dominus,& magnum ad paruum dicitur,& rursus paruum referẽ ad magnũ; Quod si hoc in relatiuis omnibus inueniẽ,nulla est dubitatio,quin etiam in his hoc deprehendi possit, quę secũdum ad aliquid opponunt̃, ut ea

ut ea ipsa id quod sunt oppositorũ dicãtur uel quomodolibet aliter ad opposita, ut si est seruus domino oppositus,dominus serui dicatur,id est oppositi sui,& rursus si dominus seruo oppositus est domini seruus dicatur. Paruum uero ad magnũ,& magnum ad paruum,id est ad oppositũ sibi. Atq; hoc quidem in omnibus secundum ad aliquid oppositionibus inueniri necesse est. Quocirca sit hęc proprietas eorum quæ secundũ ad aliquid opponuntur,quòd ea ipsa quę sunt ad opposita referũtur,& ipsorum esse dicuntur. His ergo ante constitutis docet differẽtiam, qua inter se ea quę secundum contrarietatem dicuntur, uel ea quæ secundum ad aliquid,discrepant atque dissentiunt,ait enim:

> Illa uero quę ut cõtraria opponuntur,ipsa quidem quæ sunt nullo modo ad se inuicem dicuntur, contraria uero sibi inuicem dicũtur,neq; enim bonum mali dicitur bonum,sed contrarium,nec album nigri album,sed contrarium, quare differunt à se inuicem hę oppositiones.

Dictum est in his quæ secundũ ad aliquid opponuntur, quod ea ipsa id quod sunt ad id quod sibi est oppositum dicerentur. Contraria uero & ipsa quidem opponuntur sibi,sed id quod sunt ad oppositа non dicuntur,contraria autẽ dicuntur. Hoc autem huiusmodi est. Bonum malo contrariũ dicimus esse,& rursus malum bono. Nigrum quoq; albo cõtrarium putamus,nihilominus quoq; album nigro. Sed cum hoc arbitramur,non tamen dicimus ea id quod sunt esse oppositorum. Si enim diceremus id quod est bonum esse oppositi sui,non diceretur bonum malo esse cõtrarium,sed bonum esse mali bonum. Nec ita prædicationem quis faceret nigrum albo esse contrarium,sed nigrũ albi esse nigrum. Hoc est enim id quod est nigrum dici ad oppositum suum. Si quis dicat nigrum albi esse nigrum, quod quoniam non dicitur,ea ipsa quæ sunt non dicuntur oppositorũ,ea,scilicet,quæ sibi ut contraria uidentur opponi. Sed quoniam dicimus bonum malo contrarium,& nigrum albo contrarium,quanquam id quod sunt oppositorum non dicantur, tamen ad opposita ut contraria nominantur. Atq; hoc est quod ait: Ipsa quidem quæ sunt nullo modo ad se inuicem dicuntur. Contraria uero sibi inuicem dicuntur. Nõ enim dicitur bonum mali bonum, hoc est enim id quod est oppositi prædicare, sed dicimus bonum malo contrarium. Quocirca differunt ea quæ similiter ad aliquid opponuntur, his quæ secundum contrarietatem sibi sunt opposita, quod ea quidem quæ secundum relationem opposita sunt,id quod sunt oppositorũ dicũtur. Illa uero quę ut cõtraria,ipsa quidẽ quod sunt oppositorũ nomine minimè, sed tantum cõtraria prędicantur, ut bonum contrarium esse dicatur oppositi sui non boni. Dicimus enim bonum malo contrarium, cum non dicamus bonum mali bonum. Sed quoniã differentiam secũdum ad aliquid oppositionis contrariorumq; monstrauit, ipsorum inter se contrariorum differentiam discrepantiamq; persequitur.

> Quęcunq; uero contrariorum talia sunt, ut in quibus nata sunt fieri, uel de quibus prędicantur,necessarium sit alterum ipsorum inesse,nihil horum est medium. Quorum uero non necessarium est alterum inesse, horum aliquid est medium omnino,ut languor & sanitas in corpore animalis natura habent fieri,& necessariũ est alterum esse animalis in corpore, uel languorem uel sanitatem, par quoq; & impar de numero prædicãtur,& necessarium est alterum in numero esse aut impar aut par, & nihil est in medio eorum, neq; inter languorem & sanitatem,neq; inter par & impar. Quorum uero nõ est necessarium alterum inesse,horum est aliquod medium, ut nigrum & album in corpore natura habent fieri,& non est necessarium alterum horum inesse

corpori, non enim omne corpus aut album, aut nigrum eſt, prauum quoq; & ſtudioſum prædicantur quidem de homine, & de alijs multis, ſed non eſt neceſſariũ alterũ horũ ineſſe illis de quibus prædicant, non enim omnia uel praua, uel ſtudioſa ſunt, ſed eſt horũ mediũ aliquid, ut albi quidẽ & nigri, fuſcum & pallidũ, & quicunq; alij colores, prauí uero & ſtudioſi, ꝙ neq; prauũ, neq; ſtudioſum eſt. In aliquibus itaq; nomina poſita ſunt ijs, quæ media ſunt, ut albi & nigri, fuſcum & pallidũ, & alij colores. In aliquibus autem nomina quidem medio aſſignare promptum nõ eſt, ſed per utrorunq; extremorum negationem quod medium eſt, determinatur, ut, neq; bonum, neq; malum, neque iuſtum, neque iniuſtum.

Breuis contrariorũ partitio hoc modo facienda eſt. Cõtrariorum alia ſunt habentia medietatẽ, alia uero nõ habentia, & eorũ quorũ eſt aliquid mediũ, in alijs plures medietates, in alijs uero una tantum medietas inuenitur. Atq; horum aliquæ medietates proprijs nominibus appellantur, in aliquibus uero ipſæ quidem medietates proprijs appellationibus carent, contrariorum uero negatione ſignantur. Sed hæc quæ dicta ſunt, à primordio repetentes proprijs probemus exemplis. Illa uero contraria quæ medio carent talia ſunt, ut neceſſe ſit alterũ eorũ proprio ineſſe ſubiecto, ut eſt ægritudo & ſanitas. Omne enim corpus in quo ægritudo ſanitaſq; uerſatur, aut ægrum aut ſanũ eſt. Atque ideo quoniam ægritudo & ſanitas medietate carent, alterutrum eorum inerit ei ſubiecto, in quo utraque nata ſunt fieri, & de quo prædicantur. Nam quoniam in corpore animalis ſanitas & ægritudo fieri nata eſt, id eſt ita fieri ſolet, & ita omne natũ eſt animal, ut aut ſanum eſſe poſſit aut ægrũ. Et quoniam de animalis corpore aut ſanũ, aut ægrũ prędicaẽ, neceſſe eſt quoniam hæc medio carent in omni corpore animalis, aut ægritudinẽ, aut ſanitatem eſſe. Quocirca eorũ quæ medio carent, neceſſe alterũ intereſſe ſubiecto, & quæcũq; talia ſunt, ut alterũ ipſorum ſubiecto ineſſe neceſſe ſit, nulla inter ea medietas claudit. Illa uero contraria in quibus aliqua medietas eſt nõ ſunt talia, ut eorũ neceſſe ſit alterũ ineſſe ſubiecto. Nam in illis quæ medio carẽt, idcirco alterutrũ ſubiecto ineſſe neceſſe eſt, ꝙ eorũ medietas nulla eſt quę poſſit interea ſubiectæ ineſſe ſubſtãtię, ut in numero quoniã paritas & imparitas mediũ nihil habẽt. (Omnis enim numerus aut par aut impar eſt, nec eſt ꝙ p̃terea numero ineſſe poſſit) ideo omnis numerus aut par aut impar eſt. In his uero quę inter ſe meditatẽ aliquã cõplectunt, nõ eſt neceſſe ſemp alterũ contrariorũ ineſſe. Poteſt nanq; ineſſe medietas, ut in colore, quoniã album atq; nigrũ cõtrarietatis uice diuerſa ſunt, habent autem mediũ quod eſt rubrum uel pallidũ, idcirco non omne corpus uel album uel nigrũ eſt, quoniam poteſt aliquando in ſubiectis corporibus albi atq; nigri medietas inueniri. Videmus nanq; rubrũ corpus, ut roſam multosq; p̃terea flores, quos uerni temporis clementia parturit. Rectè igitur dictum eſt, eorum quorum non ſunt aliquæ medietates alterũ ſemper ineſſe ſubiectis, & in quibus neceſſe eſt alterũ ineſſe, fieri nõ poſſe quin illic medietas ulla ſit. Eodẽ quoq; modo & quę medietates habẽt, nõ neceſſario alterutra ſubiectis ineſſe, & quę nõ eſt neceſſe alterutra ſubiectis ineſſe, nõ eſt dubiũ, quin illic quędã poſſit eſſe medietas, ſed in aliquibus quidẽ plures, in aliquibus aũt una eſt medietas, ut in colore inter albũ atq; nigrum plures medietates ſunt. Eſt enim (ut dictũ eſt) rubrũ, eſt quoq; pallidũ, eodem quoq; modo uenetum, & multa p̃terea huiuſmodi. In calido uero atq; frigido una medietas eſt, que dicitur tepor. Horũ autem quibus una medietas eſt, in alijs nomen eſt poſitũ, in alijs non. Et poſitum quidem nomen eſt, ut inter calidũ frigidũq;, hanc enim medietatem tepidũ eſſe prædicamus. Non eſt uero poſitũ in eo quod Ariſtoteles ipſe ſic dixit: Improbi uero & probi, quod neque probum eſt, neque improbum. Nam

Nam quoniam bonũ atq; malum ſibi ſunt cõtraria, nõ autem neceſſe eſt omne quod boni maliue ſuſceptibile eſt, uel bonũ eſſe uel malum, idcirco dixit bonum malumq; cum ſint cõtraria, habere quandam medietatẽ, cui nomen poſitũ quidem non ſit, ſed nihilominus eam quis inter has contrariorũ naturas inueniet. Nam quod dictũ eſt à poſterioribus inter bonũ malũq; eſſe ea quæ dicant indifferentia, ut intereſt uirtutẽ atq; turpitudinem, quæ utraq; ſibi ſunt cõtraria, diuitiæ & pulchritudo, quæ (ut Stoici putant) neq; mala, neq; bona ſunt, atq; idcirco indifferentia nominauere, ſed hoc ipſum ꝙ dicimus indifferens apud priores nomẽ nõ erat, & à poſterioribus inuentũ eſt. Ariſtoteles autem qui hoc nomine uſus nũquam eſt, ait probum atq; improbum habere quidem aliquã medietatẽ, uerũtamen eam nullo nomine nuncupari, ſed eam utriuſq; cõtrarij negociatiõe diffiniuit. Ait enim medietatẽ probi atq; improbi eſſe, quod neq; probum eſſet neq; improbum, ut iuſti atq; iniuſti medietas eſt, quod neq; iuſtum, neq; iniuſtum eſt. Sed ne uideatur inconueniens aliquid negationibus diffiniri, ipſe ait: In aliquibus uero non eſt nomine aſſignare medietatẽ, utriuſq; uero negatione diffinitur. Nanq; ubi eſt una medietas, ſi utraq; cõtraria ſint remota, ſola tantum medietas permanebit, ut in eo quòd eſt bonũ & malum, quoniam his una medietas eſt, ſublato bono atq; malo, ſolum quod neq; bonũ, neq; malum eſt relinquitur. Quocirca tota rurſus diuiſio breuiter aſſumẽda eſt. Eorum quæ ſunt cõtraria quorum neceſſe eſt ſemper alterum ineſſe in his, in quibus ea ſecundum propriam naturam ineſſe cõtingunt, ea nullam inter ſe tenent medietatẽ, ut in corpore ſanitas & ægritudo, in numero paritas atq; imparitas. Quæcũq; uero in his in quibus eſſe poſſunt, non ita ſunt, ut eorum neceſſe ſit alterũ ineſſe, hæc aliquam inter ſe qualitatem medietatis amplectuntur, ut albedo atq; nigredo, rubrũ, frigidum atq; calidum tepore. Horum autẽ alia ſunt quæ unã ſolam cõtinent medietatẽ, alia uero quæ multas, & multas, ut inter album atq; nigrum, pallidũ, uenetum, quæ medietates ſunt. Inter calidum atq; frigidũ una ſola eſt medietas, tepor. Horũ autem quę unã retinent medietatem, in alijs nomina ſunt poſita, ut in eo ipſo calore ac frigore. Eſt enim tepor medietas caloris atque frigoris. In aliquibus uero nomen poſitum non eſt, ut in eo quòd eſt bonum atq; malum, iuſtum atque iniuſtũ. In his enim medietas nomẽ poſitum non habet, ſed utrorumq; cõtrariorum negationibus diffinitur, ut dicamus eam eſſe boni atque mali medietatem, quod neque bonum eſt neque malum, eamq; eſſe iuſti & iniuſti medietatẽ, quæ utraque cõtrarietate ſummota, utrorumq; negatione relinquitur, ut eſt neque iuſtum, neque iniuſtum.

Priuatio autem & habitus dicitur quidem quæ habent fieri circa idem aliquid, ut uiſio & cæcitas circa oculum. Vniuerſaliter autem dicendo, in quo natus eſt habitus fieri, circa hoc idem dicitur utrumq; horum.

Ordine tertiã ſpeciem propoſitę oppoſitionis exequitur eam quæ ſecũdum habitũ priuationemq; dicitur, atque in ea unam ſimilitudinem poſuit, quæ illi eſt cum contrarietate coniuncta. Nam ſicut ea quæ ſunt cõtraria circa idem ſunt, ut album, quoniam ſemper in corpore eſt, nigrũ quoq; ſemper eſt in corpore, & iuſtitia, quoniam ſemper animo inſerta eſt, iniuſtitia quoque mentis eſt uitium, ita quoq; ea quę ſecundum priuationẽ habitumq; dicuntur, circa idem ſemper neceſſe eſt inueniri, ut quoniam uiſus habitus eſt (habemus enim uiſum) & uiſus eſt in oculo & circa oculum. Cæcitas quoque quę priuatio uiſus eſt, p̃ter oculum non eſt. Auditus etiam qui habitus eſt, quoniã circa aures eſt, eius quoq; priuatio quæ ſurditas dicitur, ab auribus nõ recedit, ita quoq; & circa ꝙ fuerit habitus, circa idem ipſum illius habitus priuatio conſideratur. Atq; hinc regulam dat. Vniuerſaliter enim dicit in quo ſit habitus in eo fieri priuationem. Quid uero ſit priuari, continuata diſpoſitione ſubiunxit:

Priuari autem tunc dicimus unumquodque ſuſceptibiliũ habitus, quãdo id

quod natum eſt habere,& quando natum eſt habere,nullo modo habet.

Quid ſit priuatio hac Ariſtoteles diffinitione concluſit. Neq; enim quæcũq; non habent uiſum,cæca dicuntur,nec uero ſurdũ eſt omne quod non ſentit auditum, nemo enim neque parietem cęcũ dixerit,nec ſurdum lapidem,nec quicquid huiuſmodi eſt. Sed ea ſola priuari dicimus habitu,quæcũq; aut habuere habitũ eoq; caruere,aut habere potuere & non habent.Parietẽ autem idcirco non dicimus cæcũ, quod in eo uiſus naturaliter uenire non potuit.Paruos uero catulos quibus uiſus non eſt,non ſatis digne aliquis cæcos eſſe pronunciet. Eo enim tempore nondũ naturaliter uiſum habere poſſunt. Si uero exhauſtis diebus quibus his oculi patefieri & lucẽ haurire naturaliter poſſunt,nõ habeant uiſum,eos cæcos eſſe manifeſtum eſt. At uero neq; oſtrea dicuntur edentula,quoniã naturaliter non habent dentes,ſed nec infantulos quibus adhuc nondum huiuſmodi ætas eſt,ut habeant dentes, uocamus edentulos, ſed ſi aut is qui ante habuit,dentes amiſerit,aut quo iam tempore habere naturaliter debet,dentes non habet,ut ſi quis puerorum ſeptimo anno omnino nullum creauerit,illos iure edentulos appellamus,atque hoc eſt,quod ait:

> Edentulum enim dicimus non qui non habet dentes,nec cæcum qui nõ habet uiſum,ſed quando qui debuit habere nõ habet.Quædã enim à generatione neq; dentes,neq; uiſum habent,ſed non dicũtur edentula neq; cęca.

Hoc eſt,non omne quod nõ uidet cæcũ,nec quod dentes nõ habet,edentulum appellamus. Plura enim ſunt quę aut omnino aut certo tẽpore naturaliter hæc habere nõ poſſunt, ſed eſt illa priuatio quoties is habitum non habet, qui habere naturaliter poteſt,& eo tẽpore cum iam per naturã illius eſſe cõpos habitus poſſit,uel ſi habẽs quis retinẽsq; habitũ,illũ cuiuslibet incurſione caſus amiſerit,ut in pueris iam adultis ſi non habeant dentes. Nam quoniam homines ſunt poſſunt habere, quod ſi habentes amiſerint, edentuli dicuntur, ſi uero omnino non creuerint dentes, quoniam iam pueris atque adultis ut dentes haberent,naturaliter poterat euenire, id quod caſu aliquo uel ægritudine officiente factum eſt, eos edentulos & habitu dentium priuatos eſſe nominamus.

> Priuari uero & habere habitũ,non eſt habitus & priuatio,habitus enim eſt uiſus.Priuatio uero cæcitas,habere autẽ uiſum,non eſt uiſus,nec cæcũ eſſe, cæcitas,priuatio enim quædam eſt cæcitas,cæcum uero eſſe priuari & non priuatio eſt.

Hic ueriſſima ratione monſtratur utrũ ea quæ ſub priuatione atq; habitu cadant,priuationes ſint atq; habitus, an minimẽ, nam quoniã habitus eſt uiſus, priuatio uero cæcitas,ſub habitu uero eſt habere uiſum,& ſub priuatione eſſe cæcum, utrũ habere uiſum idem ſit quod ipſe qui habetur uiſus,& utrũ idem ſit cæcum eſſe quod cęcitas, perſpicaciter intuentibus aliud quoddã eſt habere aliquid,quod habetur. Tres nãq; res ſunt in eo in quo eſt habitus,is qui habet,ea res quæ habet,& habere,ut eſt is qui uidet,& ipſe uiſus,& hoc ipſum q̃ ex utriſq; fit ex eo,ſcilicet,qui uidet & uiſu,quod eſt uidere. Diſtat autem & uidere ab eo qui uidet, & hoc ipſum uidere rurſus à uiſu. Aliud eſt enim id quod fit,quàm is qui facit. Videre autẽ uidẽs operatur,aliud eſt igitur uidere quàm uidens. Diſtat autem uidere etiã à uiſu,aliud namq; eſt id quod fit,q̃ id per quod aliquid geritur,uidere autem per uiſum fit. Diſtat ergo uidere ab eo ipſo (qui ipſum uidere efficit) uiſu,ſed uidere uiſum habere eſt,uiſum autẽ habere habitũ retinere eſt,& uiſus habitus eſt.Nõ eſt igitur idem habitus & quid eſt ſub habitu, id eſt quẽlibet habitũ retinere.Eodẽ quoq; modo etiã in priuatione,& illic quoq; tres ſunt res, is qui priuatur, hoc ipſum quod fit, id eſt priuari,& ipſum quo quis priuat, ideſt ipſa priuatio.Quod ſi diſtat is qui habet,eo ipſo quod eſt habitum habere.Diſtat & is qui priuat eo quod eſt priuari. Quod ſi etiam diſtat quod eſt habere habitũ illo

illo ipſo habitu qui habetur. Diſtat neceſſario id quod eſt priuari illa ipſa, ſcilicet, priuatione qua quiſq; priuatur. Quare neq; id quod ſub habitu eſt habitus appellari poteſt, neq; id quod ſub priuatione priuatio. Rectè igitur dictum eſt habitũ habere non eſſe habitum,priuariq; non eſſe priuationem,cui rei aliqua quædam ualidiorius argumentationis adiungitur,quam Ariſtoteles ita pronunciat.

> Amplius ſi idem eſſet cæcitas & cęcum eſſe, utrũque de eodem prædicaretur.Sed cęcus dicitur homo,cæcitas uero nullo modo homo dicitur.

Si idem inquit eſſet cæcitas quod eſt eſſe cæcum, de quocũque cæcum eſſe diceretur de eo quoque cæcitas prædicaretur,ſed cæcum dicimus eſſe hominem,cæcitatem uero ipſum hominem nullus dicit; quare quoniam in utriſque diuerſa eſt prędicatio,& de quo cæcitas dicitur,nõ de eo dicitur,cæcum, rurſumq; de quo cæcum eſſe prædicatur,is cæcitas dici non poteſt, non eſt dubium,quin aliud ſit cęcũ eſſe quàm cæcitas, id eſt priuationem eſſe aliud quàm priuari,ſed quamuis diſtent,æquali tamen oppoſitionis uice funguntur,quod ipſe loquitur ſic.

> Oppoſita uero etiam hæc uidentur eſſe,priuari & habitũ habere, ſicut priuatio & habitus,modus enim oppoſitionis idem eſt,nam ſicut cæcitas uiſui oppoſita eſt,ſic cæcum eſſe ad uiſum habere oppoſitum eſt.

Aequa namq; proportione ſibi priuatio atq; habitus opponũtur, & ea quę ſub priuatione habituq; claudũtur.Cur enim ſi priuatio atq; habitus,id eſt uiſus & cæcitas ſibi ſunt oppoſita,non etiam uidere atq; eſſe cęcũ eodẽ modo inuicẽ ſibimet opponantur.Quare quanquam hæc diſtent,tamen modus in his oppoſitionis æqualis eſt.

> Non eſt autem neque id quod ſub affirmatione & negatione iacet,affirmatio & negatio,affirmatio namq; oratio eſt affirmatiua,negatio autem oratio negatiua,horũ uero quę ſub affirmatione & negatione ſunt,nullum eſt oratio,ſed res ipſæ.Dicũtur autem etiã hæc eſſe oppoſita alterutris,ſicut affirmatio & negatio,nam in his,modus oppoſitionis eſt idem.Sicut enim affirmatio aduerſus negationem oppoſita eſt,ut quæ ſedet ei quæ non ſedet,ſic & res quæ ſub utroque poſitæ ſunt,ſedere quempiam & non ſedere.

Ad quartã oppoſitionis ſpeciem tranſitũ fecit, quæ ſecũdum affirmationẽ negationẽq; dicit. Affirmatio autẽ eſt quæ aliquã rem alicui quadã participatione cõiungit. Negatio uero quę aliquã rem ab aliqua re quadã ſeparatione diſiungit, ut eſt omnis homo eſt animal,animal enim ad hominẽ hæc oratio iungit. Participat enim homo proprio genere,ſcilicet animal,negatio uero,homo lapis nõ eſt. Diſiungit enim naturam lapidis ab humanitate qui negat, ſed multa de his in lib. de interpretatione dicenda ſunt. Quare plenior horum diſputatio in tempus aliud differatur. Ariſtoteles uero ſimpliciſſimè & penè incurioſè propter eos qui inſtituuntur diffinitiones affirmationis negationiſq; ſignauit,dicens negationẽ affirmationemq; affirmatiuas eſſe negatiuasq; orationes. Quod ſi examinatius ac ſubtilius definiſſet, affirmationem per affirmatiuam orationẽ non diffiniret. Nam ſi dubiũ eſt quid ſit affirmatio, nihilo magis clarum atq; perſpicuũ eſt quid ſit affirmatiua oratio. Idcirco quod ſi quis neſcit quid ſit affirmatio, idem ſine dubio neſciturus eſt quid oratio ſit affirmatiua. Sed idcirco hic indulgentius terminauit, quod in libro περὶ ἑρμενείας utriuſq; uerã plenãq; uim diffinitionis aptauit. Eadem quoq; in his ratio eſt quæ ſunt ſub affirmatione & negatione,quę in his quæ ſub priuatione atque habitu ponebantur, nam ſicut nõ eſt idem habitus atq; priuatio,quod habere habitum atque priuari,ita non idem eſt affirmationem & negationẽ eſſe quod eſt ſub affirmatione & negatione. Affirmatio eſt, uerbi gratia, ſedet Socrates, negatio uero,non ſedet Socrates. Sub affirmatione au-

tem hoc ipſum ſedere Socratẽ, id eſt hoc quod ſub affirmatione dicit facere. Sub negatione uero nõ ſedere Socratẽ, id eſt non facere id ꝙ negatio ſubmouet, hoc autem ita probatur, quod omnis affirmatio omnisq; negatio, orationes ſunt, ſicut eorum ſupradicta diffinitio determinatioq; mõſtrauit. Sedere autem & non ſedere, id eſt facere & non facere, orationes non ſunt, quod ſi affirmatio & negatio orationes ſunt, dicitur id quod ſub affirmatione & negatione eſt, ea ipſa affirmatione & negatione diſtare. Sed in hoc ſeruant illam quoq; ſimilitudinem, quod ea ipſa ſibi ſunt oppoſita, quæ ſecundũ affirmationem negationemq; dicuntur. Sicut enim ipſa affirmatio quæ dicit, ſedet Socrates, & quæ dicit, nõ ſedet Socrates, ita quoque idipſum quod eſt ſedere Socratẽ, & non ſedere, certa ratione ſimilitudinis opponũtur. Sed quoniã quatuor ſpecies oppoſitionis dictę ſunt, nunc Ariſtotelis ueſtigia perſequentes, earum differentias colligamus quæ ſunt numero ſex, nam ſi quæ res ſint quatuor, easq; differre à ſe ac diſtare uolumus. Sex ſolas differentias inuenimus. Cum enim primã differre à ſecunda ac tertia atq; quarta ponimus, tres ſunt differentiæ. Item ſecundã rem à prima re differre oſtendere atq; demonſtrare ſuperfluũ eſt. Cum enim primæ rei ad ſecundã diſtantiã colligeremus, quid ſecũda diſtaret à prima docuimus. Relicta igitur primę ad ſecundã rem differentia, ſecundę & tertię, item ſecũdæ quartęq; differentiæ monſtrabũtur, quæ ſunt duæ, quę tribus ſuperioribus iunctæ quinq; ſolas efficũt. Reſtat tertię rei quartęq; diſtantia. Nam primæ ad ſecũdam atq; tertiam demonſtrata eſt diſcrepãtia, cũ primã à ſecunda diſtaret, atq; eodẽ modo à tertia monſtrabamus. Id his probatur exemplis. Nam cum oppoſitio ea quæ eſt ſecundũ ad aliquid, ab his oppoſitionibus quæ ſunt ſecundũ cõtrarietatẽ priuationem atq; habitũ, atque affirmationem & & negationem diſtare proponitur, tres ſunt differentiæ. Cum uero ea quæ ſecundũ priuationem atq; habitum oppoſitio eſt, à cõtrarijs, & ab affirmatione negationeq; diſcrepat, duæ ſunt differẽtiæ, quæ iunctæ ſuperioribus quinq; perficiũt. Idcirco enim quid diſtaret habitus atque priuatio, ea oppoſitione quæ relatiua eſt ꝓtermiſimus, quoniã prius mõſtrauimus quid relatiua oppoſitio ab habitu priuatio neq; differret, nõ eſt enim dubiũ, æquã eſſe in utriſq; differentiã, cũ una ab alia diſcrepauerit. Reſtat una ſola differentia quæ eſt contrariorũ ad affirmationem ſcilicet, & negationem, prętermiſſa namq; eſt contrariorũ differentia, de relatiua ſcilicet, & ſecundum habitum priuationemq; oppoſitione, quid hæc ſuperius à cõtrarietate diſtaret, monſtratum eſt. Quare quoniam quot ſunt horum differentiæ cognitum eſt, ad ſequentis operis ordinem ueniamus.

Relatiua Contraria Priuatiua Negatiua



Quod autẽ priuatio & habitus non ſic oppoñtur ut ad aliquid, manifeſtum eſt, neq; enim dicitur hoc ipſum quod eſt oppoſiti, uiſus enim non eſt cæcitatis uiſus, nec alio ullo modo ad ipſum dicitur. Similiter autẽ neque cæcitas, ſed priuatio quidẽ uiſus cæcitas dicitur, cæcitas uero uiſus non dicitur. Amplius ad aliquid omnia, reciproce dicuntur, quare & cæcitas ſi eſſet eorum quæ ad aliquid ſunt, utique conuerteretur ad illud ad quod dicitur, ſed non conuertitur, neque enim uiſus dicitur cęcitatis uiſus.

Et cætera quidẽ quæ ſunt differẽtia perſpicuẽ ſuperius, in contrariorũ differẽtia relatiua oppoſitione ante premiſſa ſunt. Vnã namq; differẽtiã contrariorũ relatiuorũq; dixit eſſe, ꝙ cõtraria nõ ita ut ea quæ ſunt ad aliquid cõuerterentur. Neq; enim quis pronũciat malitiã bonitatis eſſe malitiã, neq; bonitatẽ malitiæ eſſe bonitatẽ, uelut filium

lium patris eſſe filiũ, rurſusq; patrẽ filij patrem. Eadẽ quoq; & in his quæ ſecundum priuationẽ habitũq; reddũtur, dicitur differẽtia. Nam ſicut ea quę ſunt ad aliquid oppoſita, aduerſum ſemetipſa redduntur, & omnia ad oppoſita prædicãtur, nõ eodem modo in habitu atq; priuatione eſt. Nullus enim dicit cæcitatis eſſe uiſum, nec rurſus uiſus eſſe cæcitatem. Quocirca ſi ea quę ſunt relatiua ad oppoſita prædicãtur, cõuerſimq; dicũtur (cũ enim ſit oppoſitus filio pater, pater filij dicitur, ſcilicet ad oppoſitum, rurſusq; conuertitur ut patris filius appelletur) quoniã hoc in his quæ ſunt ſecundum priuationẽ & habitũ non dicitur. Neq; enim cum ſit uiſus oppoſitus cęcitati, ſecundũ priuationẽ atq; habitũ dicit uiſus cęcitatis, id eſt nunq; ſecundũ hanc oppoſitionẽ aliquid oppoſiti prædicaẽ neq; cõuertitur, neq; enim dicitur cęcitas uiſus, recte priuatio atq; habitus nõ in eadẽ qua relatiua, ſed in alia ſpecie numerata ſunt.

Quod autem neq; ut contraria opponuntur ea, quę ſecundum priuationem & habitũ dicuntur, ex his manifeſtũ eſt. Quorũ enim cõtrariorum nihil eſt medium, neceſſe eſt in quibus nata ſunt fieri, aut de quibus prędicantur, alterum ipſorũ ineſſe ſemper, horum enim nihil erat medium, quorũ alterũ neceſſarium erat ineſſe ſuſceptibili, ut languorẽ & ſanitatem, & impar & par. Quorũ uero aliquod eſt mediũ, nunquã neceſſitas eſt omni ſuſceptibili ineſſe alterũ, neq; enim neceſſe eſt omne ſuſceptibile candidũ uel nigrum eſſe, neq; frigidũ, neq; calidũ, horũ enim medium aliquid nihil prohibet eſſe, horũ etiã erat aliquid mediũ, quorũ non erat neceſſariũ alterũ ineſſe ſuſceptibili, prætẽr illa quibus naturaliter unũ ineſt, ut igni calidũ eſſe, & niui candidũ. In his enim determinate neceſſariũ eſt alterũ ineſſe & nõ alterutrũ, non enim poſſibile eſt ignem frigidũ eſſe, neq; niuem nigrã. Quare omni quidẽ ſuſceptibili non eſt neceſſarium alterum eorũ ineſſe, ſed ſolum quibus naturaliter unũ ineſt, his determinate unũ, non alterutrum ineſſe contingit.

Prolixitatem textus idcirco contraxi quod & ea ipſa quæ dicuntur, ſupra iam dicta ſunt, nec longior ordo poſſit aliquod creare faſtidiũ, quod nos hac textus diuiſione ſeiunximus, & prius quidem proponit ante oculos, omnes inter ſe contrariorũ differentias, quas ipſe quantũ potero breuiſſimè cõmemorabo, ait enim: Contrariorum quę mediis carẽt, ſemper alterũ ineſſe ei quod illas cõtrarietates ſuſcipere poteſt, ut ægritudo & ſanitas, quoniã ſemper in animalis corpore reperitur, & ea ſine ullo eſt aduerſus ſuum cõtrariũ medio. Idcirco omne corpus animalis ſemper aut ęgrotat, aut ſanũ eſt, & ſemper alterũ aut ſanitatis aut ægritudinis ineſt ei, quod has ſuſcipit cõtrarietates. Eorũ uero cõtrariorum quæ habent aliquã medietatem, nõ neceſſe eſt ſemper alterũ ineſſe ei cui accidunt, ut albũ atq; nigrũ, cum ſint utraq; cõtraria, quoniam habent aliquã medietatem, ut rubrũ, ueniunt autem ſemper in corpora, non neceſſe eſt omne corpus fieri, aut albũ aut nigrũ. Quoniã poteſt aliquãdo cõtingere, ut illa eorũ medietas corpori cuilibet eueniat, atq; hoc ita eſt in iſs quæ medio nõ carẽt, quæ ipſa mediata uocamus, exceptis his quibus una cõtrarietas eſt inſita per naturã, ut nix alba eſt, ignis calidus. In his enim unã ſemper neceſſe eſt euenire nõ aliã, nec utrũlibet, ſed diffinite unã, id enim nõ uenit in ignẽ, ut aliquando ſit calidum, aliquando frigidũ, aliquãdo uero ꝙ horũ medietas eſt tepidũ, ſed ſemp naturali calore ſuccendiẽ, nec nix aliquãdo fit nigra, nec rurſus rubea, nec ullis alijs coloribus ꝓmutatur, ſed ſolũ ſemp alba eſt. Cũ hæc ita ſint ea quę ſecũdũ habitũ priuationẽq; oppoñtur, ſi & ab his cõtrarijs diſtare mõſtrata ſint quę mediis carẽt, & ab his quæ intra ſe quandã medietatẽ qualitatis includũt, & ab his quoq; quę cũ mediata ſint, tamen diffinite alicui inſunt, perfectè monſtratum eſt ea quæ ſecundum habitum & priua-

tionem sunt à contrarijs discrepare, quare quid distent Aristotele teneamus aut ore.

In priuatione uero & habitu neutrum horum quę dicta sunt, uerum est, neq; enim semper susceptibili necessarium est alterum ineesse eorum. Quod enim nondũ naturã habet ad uidendum, neq; cæcum, neq; uisum habens dicitur. Ideoq; nõ erunt hæc talium cõtrariorum, quorum nihil est mediũ, sed neq; quorũ est medium, necessariũ enim est omni susceptibili alterũ istorũ ineesse. Quãdo enim iam natum fuerit ad habẽdum uisum, tunc aut cæcum, aut habens uisum dicetur, & horũ nõ determinate alterũ, sed alterutrũ cõtingit, non enim necessariũ est, uel cæcum, uel habẽs uisum esse, sed quod cõtingit. In cõtrarijs autẽ quibus mediũ est, nunquã necessarium fuit omni susceptibili alterũ ineesse, sed quibusdã, & his determinate unum, sed nõ quod cõtingit, unde palàm est quod secundum neutrum modum tanquam cõtraria, opposita sunt hæc, quę secundum priuationem & habitum opponuntur.

Dat primo differẽtias quibus ea qua sunt secundũ habitum & priuationẽ opposita, ab ijs quę sunt immediata cõtrarijs distent. In his enim cõtrarijs quæ medium non habent, semper necesse est ipsorũ alterum ineesse eisq; his ipsis subiectũ est. In habitu uero & priuatione nõ ita est. Non enim semper quælibet res aut habitũ habet aut priuationem, sed est tẽpus quãdo utrumq; nõ habeat, ut catuli quibus nondũ per naturam oculi patent. Illos enim nec habere habitũ dicimus, quoniã non uident, nec priuatos uisu, quoniã paruuli adhuc uisum per naturã habere nõ possunt. Igitur horũ quæsibi secundum priuationẽ habitumq; sunt opposita, non semper alterũ subiecto inest eorũ. Sed eorũ quæ sunt cõtraria immediata, id est medio carẽtia, semper alterum susceptibili inest. Distat igitur ea quæ secundũ habitum & priuationẽ est oppositio, ijs quæ secundum cõtraria putãtur opponi. Sed quoniã sunt quędã cõtraria quæ insunt alicui per naturã, ut niui albũ, igni calidũ, coruo nigrum, etiã ab his discrepat oppositio priuationis & habitus. Ea enim quæ per naturam insunt, diffinita sunt, & nullo modo permutanẽ, ut est album niui. Nõ enim nix aut alba aut nigra est, sed tantũ alba, & coruus nõ aut albus aut niger, sed solũ niger. In priuatione uero & habitu una res esse nõ potest diffinita, sed semper aut priuatio cõtingit, aut habitus, & hoc est quod ait, & horũ nõ diffinite alterũ, sed aut hoc, aut illud. Neq; enim necesse est aut cæcũ esse, aut habẽtẽ uisum diffinite subaudiendũ est, catulus enim qui p naturã nondũ uidet, aut habitũ habiturus est, id est uisum, aut eo priuãdus est, ut sit cęcus, sed nõ diffinite unũ, sed aut hoc aut illud indiffinite cõtingit. Distat igitẽ hæc oppositio his contrarijs quæ aliquibus per naturã immutabiliter accidũt. Restat igitur ut his cõtrarijs quę mediata sunt, hanc oppositionẽ differre doceamus. In illis enim non semper necesse erit cõtraria ineesse subiecto. Idcirco q; eorũ medietates possint subiectis euenire subsitãtijs, ut album uel nigrũ quod nõ est alicui per naturã, sed rãtum secundũ accidens. Possunt enim utraq; nõ esse in corporibus, quoniã his uel rubrũ uel pallidũ, quæ sunt eorũ medietates eueniunt. In priuatione uero id & habitu nõ est. Quando enim poterit per naturã habere habitũ, utrisq; quæ ea suscipiũt, carere non possunt. Catulus enim cũ per naturã uidere potuerit, aut habitũ habere dicitur, & est uidens, aut priuationẽ, si fuerit cæcus. Ita semper ab eo tẽpore quo illi per naturã utrumlibet habere cõcessum est, alterutrũ retinebit, id est aut priuationẽ retinebit, aut habitum. Quocirca si in his contrarijs quæ medio non carent, potest fieri ut utraq; cõtraria in subiecto non sint, in priuatione uero & habitu ab eo tempore quo per naturã potest utrunq; retinere, fieri non potest nisi eorũ habeat alterũ, distant hæc quoq; mediata ab his quæ secundũ uim priuationis atq; habitus opponuntur. Sed ante monstratum est & his contrarijs quę per naturam essent, & ijs quæ medio carerent, hanc oppositionem

tionem esse dissimilem. Rectè igitur positum est priuationis atq; habitus oppositionem ab his quę opponuntur ut contraria, discrepare.

Amplius in cõtrarijs quidẽ existente susceptibili, possibile est in alterutrũ fieri mutationẽ, nisi alterũ alicui naturaliter insit, ut igni calidũ esse, namq; possibile est quod sanũ est, languere, & candidũ, nigrũ fieri, & ex studioso, prauũ, & ex prauo, studiosum possibile est fieri. Prauus enim ad meliores cõsuetudines deductus, & ad doctrinas, & si modicũ aliquid proficiat ut melior sit. Siue ro semel uel modicũ crementũ sumpserit, palã est q; aut perfectè mutabitur, aut satis multũ incremẽtum sumet. Semper enim bene mobilior ad uirtutem fiet, uel quodcunq; crementũ sumpserit à principio. Quare uerisimile est amplius eum sumere cremẽtum, & hoc dum semper sit, perfectè in contrarium habitum restituetur, nisi fortè tempore suspensum sit. Verum in priuatione & habitu impossibile est mutationẽ in alterutrum fieri, sed ex habitu quidem in priuationem fit mutatio, a priuatione uero in habitum impossibile est, neque enim qui cæcus factus est, rursus uidit, neq; cum esset caluus, rursus comatus est factus, nec cum esset sine dentibus, dentes iterum orti sunt.

Aliam rursus contrariorũ & huius oppositionis quę secundũ habitũ priuationemq; dicit, discrepãtiam ponit. Ea enim quę contraria sunt, possunt in alterna uariatis uicibus permutari. Quod enim calidũ est, potest effici frigidum, rursusq; quod frigidum est, potest in caloris uerti qualitatem. His tamen (ut dictum est) solis exceptis, quibus una quælibet res contrariorum naturaliter insita est, in his enim solis fieri non potest alterna mutatio: In his uero quæ accidenter & non per naturam subiectis eueniunt, fit semper in contraria permutatio, ut ex sano ægrum, ex ægro rursus sanum corpus efficitur animalis. Iam uero illud uerum est, ex bono procliuior semper semita uidetur ad malum, & facilima esse ex probitate ad malitiam permutatio, quod Terentiano docetur exemplo: A labore procliuem ad libidinem. Sed quanquam difficilis sit transitus ad uirtutes à turpitudine uitiorum, Aristoteles tamen fieri posse hunc transitum confirmat. Huius enim Philosophi sententia est, uirtutes non esse scientias, ut Socrates ait, neq; ut Stoici naturaliter eas esse, sed discibiles, & per quandam boni consuetudinem hominum mentibus inseri. Atque ideo si quis sit quibuslibet prioribus uitijs obnoxius, si eum melior sermo susceperit, & sapientium consuetudine confabulationeq; comatur, aliquid ex ante actis uitiorum illecebris emendabitur, & sese aliquantulum exuet, & paululum liberior ad meliora procedet. Ita ut sit primo quidem minus malus, post uero non malus, deinde iamiamq; aliquantulum bonus. Cui si huiusmodi intensio frequẽtissimè fiat, nec paruitate temporis preueniatur, aut ei terminus mortis offecerit, nõ est dubium illum ex pessimo per probas consuetudines cõfabulationesq; sapientum, in perfectam uirtutis habitudinem permutari. Est igitur ex bono in malum, & ex malo in bonum rursus permutatio, atq; hoc quidem fit in contrarijs. In habitu uero & priuatione non fit, est namq; permutatio sed hæc una tantum, nulla ratione sese cõuertens, ait enim: Ab habitu ad priuationem permutatio, à priuatione uero ad habitũ impossibile est. Et hoc planissimè docet exẽplis. Quis enim unquam ex cęco factus est uidens? quis aliquando caluus, crinitus efficitur? cui amissis ætate dentibus rursus alij procreantur? Quare si in cõtrarijs fit alterna mutatio, in priuatione uero atque habitu non fit, distat hęc oppositio ab ea, scilicet, oppositione, quæ sit secundum contrarias qualitates.

Quæcunq; uero tanquã affirmatio & negatio opposita sunt, palàm est, quod

nullo prędictorum modorũ oppoſita ſunt. In ſolis enim iſtis neceſſarium eſt ſemper aliud quidẽ eorum uerũ, aliud autem falſum eſſe, neque enim in contrarijs neceſſariũ eſt ſemper, alterũ uerum eſſe, alterũ falſum, neq; in iſs quæ ſunt ad aliquid, neque in habitu & priuatione, ut ſanitas & languor cõtraria ſunt, & neutrũ neq; uerum neq; falſum eſt. Similiter duplum & dimidiũ tanquã relatiua oppoſita ſunt, & nõ eſt eorum alterum, neq; uerum, neq; falſum, ſed neq; ea quę ſecundum priuationẽ & habitum dicuntur, ſicut uiſus & cęcitas. Omnino autẽ eorum quę ſecundũ cõplexionem ullam dicunt, nihil neq; uerũ, neq; falſum eſt, porrò autẽ quæ dicta ſunt, ſine complexione dicuntur.

Expoſitis his differentijs quibus uel cõtrarijs relatiua, uel priuatio & habitus relatiuis, uel rurſus priuatio & habitus cõtrarijs diſcreparent, nunc ſequit̃ quid his omnibus ſecũdum affirmationem negationemq; oppoſita diſtent, & dat ſignũ proprium affirmationis & negationis, ut eas ſemp quæramus agnoſcere, ut ſi qua ſint quæ hoc ſigno minimè teneantur, illa ab affirmationis negationisq; oppoſitione differre dicamus. In affirmatione enim & negatione fieri nõ poteſt, ut ſi affirmatio uera ſit, ſtatim falſa negatio non ſit, ſi negatio uera, affirmatio mendacij nota carere poſſit, ut ſi quis dicat Socrates ambulat. Socrates non ambulat. Si uerũ eſt Socratem ambulare, falſum eſt nõ ambulare, & rurſus ſi uerũ eſt nõ ambulare, falſum eſt ambulare. Hãc autẽ ueri falſiq; diuiſionem nullus unquam in alijs oppoſitionibus poterit inuenire. Nam in his quę ſunt ad aliquid nõ ſolum non eſt neceſſe oppoſitionẽ ipſam ſibi uerum falſumq; diuidere, ſed in his nulla omnino neq; ueritas, neq; falſitas inuenitur. Si quis enim dicat hoc tantũ, pater, uel rurſus, filius, neq; uerum aliquid neq; falſum pronũciat, & in cõtrarijs quoq; idem eſt, nam cum bono malum ſit cõtrarium, ſi quis nominet bonũ, & ſi quis rurſus ſimpliciter pronunciet malum, nulla in hac prędicatione neq; falſitas, neq; ueritas eſt. Eodẽ quoq; ſe modo habet etiã in his quæ ſecundum habitũ priuationemq; dicũtur. Similiter enim nihil neq; uerum, neq; falſum eſt, ſi quis uiſum nominet uel cæcitatem, hoc autem idcirco euenit, quia omnia quæcunque ſunt, in quibus aut falſitas, aut ueritas inuenitur, ſecundũ aliquam cõplexionem dicuntur. Ea uero quæ ſimpliciter proferuntur, ueri atq; falſi prolatione carẽt, ut ipſe ait, cum in principio omnia prędicamẽta numeraret. Dicẽs ſingula eorũ quę eſſent dicta, in nulla affirmatione dicit, quadã uero cõplexione inter ſe horum prędicamentorum ueritatem falſitatemq; gigni, de quibus Ariſtoteles edocuit, pręter cõplexionem aliquã in ſermonibus ueritatẽ falſitatemq; inueniri non poſſe. Siquidem exemplo quoq; hoc manifeſtũ eſt. Si enim dixero Socrates homo eſt, aut uerũ aut falſum eſt. Quod ſi hoc tantum dicã Socrates, aut rurſus, homo, nihil in eo neq; ueritatis neque falſitatis eſt. Quocirca quoniã omnis affirmatio cum cõplexione profertur, poteſt in ea, aut ueritas, aut falſitas inueniri. Ea uero quæ ſunt ad aliquid ſimpliciter & ſine ulla cõplexione dicũtur. Similiter autem & cõtraria, & ea quæ ſunt ſecundũ habitum priuationemq; ſibimet oppoſita, ut eſt pater filius, bonum malum, uiſus cæcitas, quæ quoniam ſine cõplexione dicuntur (ubi autem complexio non eſt, illic nec falſitas neq; ueritas eſt. In affirmationibus uero ſolis & negationibus quæ ſecũdum complexionem dicũtur, aut ueritas, aut falſitas reperitur) Secundum affirmationem & negationem oppoſitio à cunctis alijs ſuperioribus diſtat.

Sed maximè uidebitur hoc tale contingere in his quæ ſecundum complexionem contraria dicuntur. Sanum namq; eſſe Socratem, ad languere Socratem contrariũ eſt, ſed neq; in his neceſſariũ eſt alterũ ſemper uerũ, alterũ autẽ falſum eſſe, cũ enim Socrates ſit, erit illud quidẽ uerũ, illud uero falſum, cum

cum uero non ſit, ambo falſa ſunt, neq; enim languere, neque ſanum eſſe, uerum eſt, cum non ſit ipſe Socrates omnino. In priuatione uero & habitu cum non ſit, neutrum uerũ eſt, cum uero ſit, nõ ſemper erit alterũ uerum, alterum autem falſum. Habere namq; uiſum Socratem, ad id quod eſt Socratem cæcum eſſe oppoſitum eſt, ſicut priuatio & habitus. Et cum ſit, neceſſarium non eſt alterum uerum uel falſum eſſe, cum enim nondum natus eſt habere, utraq; falſa ſunt, & cum non ſit omnino Socrates, ſic quoque falſa ſunt utraque, & uiſum eum habere, & cæcum eſſe.

Quoniam uidentur quædã cõtraria ſecundum cõplexionem dici, in quibus aut falſitas reperitur aut ueritas, ſed neq; ut affirmatio ſit neq; ut negatio, de his quoq; dicit, quid diſtent his cõplexionibus, quę ſecundũ affirmationem negationemq; dicãtur. Nam ſicut ægritudo eſt cõtraria ſanitati, ita quoq; ægrotũ eſſe Socratem, ei quod eſt ſanũ eſſe cõtrarium eſt. Oratio quoq; quæ dicit Socrates ſanus eſt, cõtraria eſt ei quę pronũciat. Socrates ægrotat, in his ergo & ueritas inuenitur & falſitas. Quod igitur hæc diſtãt ea oppoſitione quę ſecundũ uim affirmationis aut negationis opponitur, hoc ſcilicet, quod ſubſiſtẽte re, de qua utraq; dicuntur, utrũlibet eorũ uerum eſt, ſi tamen ea cõtraria prædicãtur, quę mediis carẽt, nam uiuẽte & ſubſiſtẽte Socrate, quoniam ægritudo & ſanitas immediata cõtraria ſunt, ſi quis de Socrate dicat. Socrates ſanus eſt, rurſusq; alius pronunciet. Socrates ægrotat, unam uerã, unam falſam eſſe neceſſe eſt. Socrates enim uiuens aut ægrotat aut ſanus eſt, & ſi uerũ eſt eum ægrotare, ſanũ eſſe falſum eſt, & ſi falſum eſt ægrotare, ſanum eſſe uerũ eſt, ſi uero Socrates ipſe non ſubſiſtat neq; omnino ſit, utrũq; de eo falſum eſt dicere, quoniã ægrotat & ſanus eſt. Qui enim omnino non eſt, neq; omnino poterit ægrotus eſſe nec ſanus. Ergo in cõtrarijs ſubſiſtẽte re de qua prædicantur, ſemper una prædicatio uera eſt, alia falſa, in his, ſcilicet, cõtrarijs quæ ſecundum cõplexionem dicuntur & carẽt medio. Non ſubſiſtente autem re, cõtrarietates utręq; ſunt falſæ. Illa uero quæ ſecundũ priuationẽ habitumq; dicuntur, ſi cum cõplexione prędicentur, & ſubſiſtat res non neceſſe eſt aliam uerã eſſe, aliã falſam, & cum res omnino non ſit, utręq; ſunt falſæ. Socrates enim cum ſit iam in ſuę matris aluo, & nondũ ſit genitus in lucem quidem ædi tus nõ eſt, ipſe tamen eſt atq; uiuit, ſed tunc neq; uidens eſt neq; cæcus, & uidẽs quidem nõ eſt. Quoniã nondum in lucẽ eſt editus. Cæcus uero idcirco nõ dicitur, quoniam adhuc uidere nõ poterat. Ergo cũ ſit atq; ſubſiſtat res, de qua habitus & priuatio prędicãtur, poteſt fieri ut de ea falſa utraq; prędicentur, ſi uero res de qua dicitur nõ ſit, omnino utraſq; falſas eſſe neceſſe eſt, ut cũ Socrates omnino nõ eſt, falſum eſt eũ dicere uel uidentẽ eſſe uel cæcũ. Ille enim uidet atq; cæcus eſt qui uiuit atq; ſubſiſtit, cũ uero de quo dicit non ſit omnino, utraq; de eo falſo dicũtur. In catulis quoq; idẽ eſt, nam cũ iam ſunt editi, ſubſiſtunt quidẽ, ſed neq; cæci ſunt neq; uidentes, quia nondũ p naturã uiſum habere potuerũt. Sin uero omnino non ſint, rurſus falſum eſt de his utrũq; pdicari. In affirmatione uero & negatione nõ ita eſt, ut ipſe pronũciat.

In affirmatione uero & negatione ſemper ſiue ſit, ſiue non ſit, aliud quidẽ uerum erit, aliud uero falſum, languere nãq; Socratẽ & nõ lãguere Socratẽ, cũ ipſe ſit palam eſt, quia alterũ eorum uerũ, alterũ uero falſum eſt, & cum non ſit, ſimiliter, languere enim cum non ſit, falſum eſt, nõ languere autem uerũ. Quare in his ſolis proprium erit, ſemper alterum eorum uerum, alterum falſum eſſe, quæcunq; tanquam affirmatio & negatio oppoſita ſunt.

In affirmatione inquit & negatione ſiue res ſubiecta ſubſiſtat, ſiue non ſit omnino, ſemper

ſemper in una ueritas, in alia falſitas inueniuntur. Non eſſe enim idem dicere ægrotare aliquem quod non eſſe ſanũ, nec idem cæcũ eſſe quod non uidere perſpicacissimè docet. Nam qui ægrotat niſi ſubſiſtat non poteſt ægrotare. Non eſſe autẽ ſanũ, non ita eſt, nam etiam ſi nõ ſit omnino aliquis, poteſt de eo qui non eſt, hęc negatio prędicari. Quod enim omnino nõ eſt, ſanũ eſſe non poteſt, quod ſanum eſſe nõ poteſt, nõ eſt utiq; ſanum. Eodem quoq; modo eſt, & de cæcitate, & de uiſu, nec enim idem eſt dicere cæcum eſſe aliquem, quod non uidere, qui enim cæcus eſt, ſubſiſtit utiq;, ut ſit cæcus, non uidere uero etiam de omnino non ſubſiſtente dici poteſt. Qui enim non ſubſiſtit omnino uidere non poteſt, & qui uidere non poteſt, non uidet. Quocirca in affirmatione & negatione ſiue ſit de quo dicitur, ſiue non ſit, una ſemper uera eſt, altera falſa. Nam cum ſit Socrates & uiuat, ſi de eo uerũ eſt dicere, quoniã uidet, falſum eſt dicere, quoniã non uidet, & ſi de eo uerũ eſt dicere, quoniam ſanus eſt, falſum eſt dicere de eo quoniã non eſt ſanus. Si negationes uerę ſunt, falſæ ſunt affirmationes. Si uero res ſubiecta non ſubſiſtat omnino, de eo quidem affirmatio falſa eſt, negatio ſemper uera. Noſtro enim tẽpore cum Socrates nõ eſt neq; ſubſiſtit, ſi quis dicat Socrates uidet, & alius dicat Socrates nõ uidet, falſum quidem eſt de eo dicere, quoniam uidet, uerũ autem quoniã nõ uidet. Qui enim omnino nõ eſt, uidere nõ poteſt, qui uidere non poteſt, non uidet. Ita firmum immutabileq; ſemper manet in affirmationibus & negationibus alteram ſemper ueram, alteram falſam in prædicatione cõſtitui. Quocirca quoniam in cõtrarijs & in ijs quæ ſecundũ priuationẽ habitumq; ſunt, ſi cum complexione utraq; dicantur de re non ſubſiſtente, falſa ſunt utraq; quę prędicãtur. Cum hoc idem in affirmationibus & negationibus non ſit, omnes cæteræ oppoſitiones ab affirmatione & negatione diſſentiũt. Monſtratæ ſunt igitur oppoſitiones quatuor & ſex differentiæ, una quidem contrariorũ, & eius quæ eſt ad aliquid. Secunda cõtrariorum & eorum quæ ſunt ſecundũ habitũ & priuationem. Tertia contrariorũ & eius oppoſitionis quę eſt ſecundum affirmationem & negationẽ. Quarta relatiuorũ & eius quæ eſt ſecũdum habitũ & priuationem. Quinta relatiuorũ & eius quæ eſt affirmationis & negationis. Sexta priuationis & habitus ad negationem & affirmationẽ. Sed poſt has oppoſitionũ differentias quędam de contrarijs ad multas proficientia quæſtiones ab Ariſtotele traduntur.

Contrariũ autẽ eſt bono quidẽ ex neceſſitate malum, hoc autẽ palam eſt per ſingulorũ inductionem, ut ſanitati languor, & iuſtitiæ iniuſtitia, & fortitudini timiditas, ſimiliter autem & in alijs. Malo autẽ aliquando bonum quidem eſt contrarium, aliquando autem malum, ægeſtati enim, cum ſit malum, ſuperabundantia cõtraria eſt, cum etiam ipſa ſit malum. Similiter autem & mediocritas cõtraria utriq; cum ſit, bonum eſt, ſed in paucis hoc tale quiſpiam inſpiciet, in pluribus uero ſemper malo bonum contrarium eſt.

Hoc loco monſtratur quod omne bonũ ſemper malo contrariũ eſt, non autem omni malo ſemper bonum, nam quodcũ q; fuerit bonum, ſolum illi malum contrariũ eſt, malo autẽ & bonũ poteſt eſſe cõtrarium & malum. Sanitati enim quę bona eſt, ægritudo quæ eſt mala, contraria eſt. Rurſus felicitati quę eſt bona, infelicitas quæ ipſa quoq; eſt mala, cõtraria eſt. Eſt aũt inuenire malum quod duas habet cõtrarietates, boni, ſcilicet, & alterius mali. Nam cũ ea ſunt cõtraria quæ à ſe plurimũ diſtent, cum ſit timiditas habitus animi peſſimus, duas habet cõtrarietates, temeritatẽ, ſcilicet, & fortitudinẽ, nam qui omnia timet & eſt timidus, et qui nihil timet omnino in quo eſt temeritas, longè à ſeſe diſtãt & diſcrepant, quocirca ſibi cõtraria ſunt, cum utraque ſint mala. Rurſus quoniã bonũ malo contrariũ, & fortiudo bona eſt, timiditas mala erit, & erit fortitudini contraria oppoſitaq; timiditas. Duę igitur contrarietates opponuntur timiditati, temeritas & fortitudo, ſed temeritas contraria eſt ſecundum longiſſimam

longiſſimam diſtantiã quantitatemq; diſcrepantis habitus atq; contrarij. Timiditas uero fortitudini uidetur oppoſita, ſecũdum qualitatem bonitatis atq; malitiæ. Quare ſufficienter eſt demonſtratũ bona ſemper malis eſſe contraria, mala uero etiã malis. Inductio autem eſt ſingulorũ exemplorum collectio, & ad uniuerſalem per ea cognitionem collectionemq; reductio, ut ſi quis dicat qui Muſicam nouit Muſicus eſt, & ab ea denominatur, & Medicus, qui medicinam, rurſus qui Grãmaticam, Grãmaticus, & ex his ſingulis rebus colligat uniuerſaliter, & quicunq; aliquam artem nouit eiuſdem denominatione ſignatur, ut à Grãmatica Grammaticus, à Medicina Medicus, & cætera huiuſmodi. Quocirca hoc quod ſuprà diximus de cõtrarijs. Ariſtoteles exemplorũ planiſſima inductione firmauit. Illud quoq; addidit mala poſſe malis eſſe cõtraria, in pauciſſimis inuenri, ſemper autem mala bonis eſſe cõtraria. Nam & in his ipſis in quibus mala malis contraria ſunt, ineſt tamen ut etiã ſimul bonis cõtraria eſſe uideantur, ut timiditas, quoniam temeritati cõtraria eſt, ſimul eſt etiã fortitudini contraria. Sed non neceſſe eſt, ut quodcunque malum bono eſt cõtrarium, mox etiam mali eſſe contrarium, ut ægritudo ſanitati quidem, quod eſt bonum contraria eſt, alij uero malo contraria non eſt. Rectè igitur dictum eſt, malum malo contrarium in paucioribus inueniri.

Amplius cõtrarium non neceſſarium eſt, ſi alterum ſit, & reliquũ eſſe. Sanis nãq; omnibus, ſanitas quidẽ erit, languor uero nõ erit. Similiter aũt ſi omnes albi ſint, albedo quidem erit, nigredo uero non erit. Amplius ſi Socratẽ eſſe ſanum, ad id quod eſt Socratem languere contrarium eſt, cum non ſit poſſibile utrunque eidem ineſſe ſimul, non erit poſſibile, cum alterum cõtrarium ſit, & reliquũ eſſe, cum enim hoc ſit, Socratem ſanum eſſe, nõ erit illud, languere Socratem.

Dictum eſt in relatione, quædam relatiua ſimul eſſe naturaliter, ut cum ſit filius, pater eſt, cum uero ſit pater, ſine filio eſſe nõ poſſe. Quocirca ſimul ſemper ſunt pater & filius, hoc uero in cõtrarijs non eſt. Ait enim nõ neceſſe eſt ſimul ſemper eſſe contraria. Si enim nullus ægroret & ſint omnes ſani, cum ſit ſanitas, non erit ægritudo, & una cõtrarietate manẽte, alia omnino nõ erit, ut ſi quis hoc idem dicat de cygnis, etenim omnes cygni ſunt albi, in cygnis nigredo non erit. Atq; hoc idem ad uniuerſalia referendũ eſt. Nam ſi omnia quæ ſunt, alba ſunt, omnino nigredo non erit. Tractum aũtẽ hoc uidetur eſſe ſigillatim à partibus. Nam quod duo contraria in eodem uno eodemq; tempore eſſe non poſſunt, ut Socrates cum ſanus eſt, ægrotus nõ eſt, & cũ ſanus eſt, manente ſanitate non eſſe poterit ægritudo. Et non erit neceſſarium uno contrario poſito, mox ſubſequi alterũ. Nam ſi neceſſe eſſet uno contrario conſtituto, mox aliud ſequi, poſſet idem Socrates uno eodemq; tempore, & ſanus eſſe & æger, quod fieri non poteſt. Non eſt igitur neceſſe cum ſit una contrarietas, mox aliam ſequi. Quocirca fieri poteſt ut cum unum contrarium ſit, aliud non ſit. Idq; in ſingularibus etiã neceſſe eſt, ut in eo quod eſt Socratẽ eſſe ſanum, non eſt Socratem ægrotare, quod Socratis ſanitati eſt contrarium. Socrates enim quanquam cõtrariorum ſuſceptibilis ſit quoniam ſubſtantia eſt, tamen uno eodemq; tempore contraria utraque non ſuſcipit.

Palam uero eſt q; & circa idẽ aut ſpeciẽ aut genere, natura habẽt fieri cõtraria, lãguor nãq; & ſanitas in corpore animalis natura habẽt fieri, albedo aũt et nigredo ſimpliciter in corpore, iuſtitia uero in anima hominis et iniuſtitia.

Docet circa quæ ſemper poſſint eſſe contraria. Ait enim circa eas res quæ aut genere eadem ſint, aut ſpecie, ut eſt corpus quidem animalis unũ ſecundũ genus, omnium enim animalium unum genus eſt, & circa hoc ægritudo uel ſanitas inuenitur. Simili-

ter

ter & circa corpus omne indiſcrete, uel animalis uel inanimati, albedo & nigredo eſt, quod, ſcilicet omne corpus & ipſum ſecũdum genus eſt unum, nanque his genus eſt ſubſtantia. Iuſtitia quoq; & iniuſtitia in anima eſt. Omnis autem anima que iuſtitiam iniuſtitiãq; ſuſcipit, rationalis eſt, id eſt hominis, ſed omnes homines idem ſunt ſecũdum ſpeciem. Omnes igitur animæ eædem ſecundum ſpeciem ſunt, iuſtitia ergo & iniuſtitia circa eaſdem res ſecundũ ſpeciem reperiuntur. Quocirca rectè iam concluſum eſt, omnia contraria circa eaſdem res uel ſecundum genus, uel ſecundum ſpeciem inueniri.

Neceſſarium eſt autem omnia cõtraria uel in eodem genere eſſe, uel in contrarijs generibus eſſe, uel ipſa genera eſſe. Album enim & nigrum in eodem genere ſunt, color enim genus eorum eſt, iuſtitia uero & iniuſtitia in contrarijs generibus, illius enim uirtus, huius autem nequitia genus eſt. Bonum uero & malum non ſunt in genere, ſed ipſa ſunt genera aliquorum exiſtentia.

Monſtrat id quod reliquum eſt, ideſt ubi poſſunt ſemper contraria ueſtigari, omnia enim quæ ſunt contraria, aut ſub eodẽ genere ſunt, aut ſub contrarijs generibus, aut ipſa ſunt genera. Sub eodem genere ſunt cõtraria, ut album & nigrũ ſub uno genere, id eſt colore, color enim albedinis & nigredinis eſt genus. Hęc igitur ſub uno ſunt genere. Alia uero contraria in contrarijs generibus inueniuntur, ut iuſtitia & iniuſtitia. Iuſtitiæ enim genus eſt bonum, iniuſtitiæ uero malum, malum uero bono cõtrarium eſt, iuſtitia ergo & iniuſtitia ſub contrarijs generibus ſunt. Rurſus alia ipſa ſunt genera, ut bonum & malum, utraq; ſunt genera ſub ſe malorum bonorumq; poſitorum, & non hoc nunc dicitur quod bonitas & malitia nulli alij generi ſubduntur, ponuntur enim ſub qualitate. Sed particularium bonorum & malorum nõ eſſe alia genera, niſi ipſum bonum & malum generaliter. Rectè igitur bonũ & malum aliorum particulariũ bonorum, malorumq; genera ſunt numerata. Quare rectiſſimè dictum eſt omnia contraria, aut ſub eodem eſſe genere, ut album & nigrum ſub colore, aut in contrarijs generibus, ut iuſtitia atque iniuſtitia ſub bono & malo, aut ipſa eſſe genera, ut eſt ipſum bonũ & malum, quæ genera iuſtitiæ atq; iniuſtitiæ numerata ſunt.

DE MODIS PRIORIS.

PRius autem alterũ altero dicitur quadrupliciter, primo quidem & maximè propriè ſecũdum tempus, ſecundũ quod antiquius alterũ altero & ſenius dicitur, in eo enim quod tempus amplius eſt, & antiquius, & ſenius dicitur.

POſtquam uero de oppoſitis diſputationem quantum ad præſens tempus attinebat explicauit, nũc quæ priora dici poſſint, quæ poſteriora diſſerit. Et ait, primo quidem & propriè, & quod in uſu prius dicimus, hoc eſt, quando aliquam rem alia res tẽpore præcedit, & ſuperat, & dum propriè loquimur ſecundũ temporis præceſſionem, aliud antiquius dicimus, aliud ſenius. Antiquius quidẽ in iſis quę inanimata ſunt, ut Porphyrio placet, ſenius uero in iſis quæ anima nõ carent, ut ſi quis dicat antiquius fuiſſe bellum Thebanorũ atq; Græcorũ Troiæ excidio, idcirco quod tẽpore præcedat, filij nanq; ducũ qui Thebano periere prælio, Troiæ prœliis interfuerunt, ut Diomedes Tydei filius, & Stenelus filius Capanei. Atq; hoc quidẽ ita, quoniãeſt & in rebus inanimatis q̃ antiquius dicit, ut cũ dicimus antiquiorẽ eſſe dominationẽ Regum in ciuitate Romana, quàm cõſulum & magiſtratuũ. In rebus uero animatis ſenius uocamus. Seniorem̃q; nanq; dicimus Pythagorã Socrate, Socratẽ Ariſtotele, idcirco quod ſe temporibus antecedant. Ergo prius alterũ altero dicitur propriè ſecundũ tempus, prioris autẽ quatuor fuere diſtantię, ut ipſe Ariſtoteles dicit, cum ait: Prius alterum altero dicitur quadrupliciter. Easq; ſigillatim breuiter enumerat, ad quas

quas ipſæ addidit quintã, quæ priſcis Philoſophis eſſet incognita. Et quoniã de primo prioris modo dictum eſt, de ſecundo dicamus.

Secundo autem quod non cõuertitur ſecundum ſubſiſtendi cõſequentiam, ut unum duobus prius eſt, duobus enim exiſtentibus, mox conſequens eſt unum eſſe, uno autem exiſtente, non eſt neceſſarium duo eſſe. Idcirco nõ conuertitur ab uno conſequentia, ut ſit reliquum, prius autem uidetur illud eſſe à quo non conuertitur eſſendi conſequentia.

Secunda inquit ſignificatio prioris eſt, quæ nõ tẽpore intelligitur, ſed natura, & hoc ait à quo non cõuertitur ſubſiſtendi cõſequentia. Nam ſi duæ res ita ſint oppoſitæ, ut ſi una ſit, neceſſe ſit eſſe aliã, & ſi alia ſit non neceſſe ſit eſſe aliã, illa prior eſt qua poſita ut ſit, nõ eſt aliã eſſe neceſſe, & hoc quidem uniuerſaliter dictũ eſt. Planius uero his fiet exemplis. Binarius enim numerus & unitas eam retinet naturã, ut ſi quis duo eſſe proponat, unũ quoq; eſſe monſtrauerit, unum enim in ipſis duobus cõcluditur, nec præter duas unitates poterit eſſe binarius. Quocirca ſi quis binariũ numerũ eſſe poſuerit, unum quoq; eſſe conſequitur, idcirco binarius ut ſit, indiget unitate. At uero ſi quis ponat eſſe unitatẽ, nondũ neceſſe eſt eſſe binarium. Ergo ab unitate ſubſiſtendi cõſequentia non cõuertitur. Poſita enim unitate neceſſe nõ fuit binariũ numeri ſubſequi quantitatem, idcirco quod binario nõ indiget unitas, ſicut indigens erat unitate binarius. Quare prior eſt unitas binario, quod ſi ita eſt, et quicquid ita fuerit, ut ab eo ſubſiſtendi cõſequentia non conuertatur, prius Ariſtotele autore probabitur, ut in eo quod eſt homo & animal. Cum dico hominem, mox dixi animal, cũ animal dixero, nihil adhuc de homine dictum eſt. Omnis enim homo animal eſt, non omne animal, homo.

Tertio uero ſecũdum ordinem quendam prius dicitur, quẽadmodum & in diſciplinis & in orationibus, nam & in demonſtratiuis diſciplinis eſt prius et poſterius per ordinem, elementa enim in Geometria priora ſunt ijs, quę deſcribũtur per ordinem. Principia enim priora ſunt Theorematibus ordine, & in Grãmatica elemẽta priora ſunt ſyllabis, & in orationibus ſimiliter proœmium prius eſt narratione, ordine.

Ponit tertiã prioris ſignificationẽ, ut in Geometria priora ſunt inquit elemẽta deſcriptionibus. Elementa uero ait quos terminos appellamus, id eſt ubi quid punctũ ſit, quid linea, quid figura prædicit. His enim cognitis & fideliter animo apprehẽſis, poſtea omnes Geometriæ deſcriptiones fiũt, quę Problemata & Theoremata nuncupant. Ergo quoniã prius diſcũtur elementa, poſt ad deſcriptiones eſt trãſitus, priora ſunt elementa deſcriptionibus, ordine ſcilicet, quoniã ut deſcriptio poſſit intelligi, prius elementa tradũtur, & in Grãmatica quoq; prius ſingulę tradũtur literę cũ quæ ex his ſyllabæ cõiunguntur, quocirca ipſo quoq; ordine priores ſunt ſyllabis. Rhetores uero non ſæpè à narratione, ſed ab exordio agere cauſas incipiunt, ideo quod exordia narrationibus priora ſunt ordine, quare tertius modus prioris iſte eſt, qui ſecundum nexum cuiuſdam ordinis in qualibet arte eſt conſtitutus.

Amplius pręter ea quę dicta ſunt, quod melius eſt & honorabilius prius naturaliter eſſe uidetur, conſueuerunt enim & plurimi honorabiliores & magis à ſe dilectos, priores dicere apud ſe. Sed eſt penè alieniſſimus hic omniũ modus, modi itaq; qui dicti ſunt de priore fermè iſti ſunt.

Dicit prius uideri, quod neq; ſecundum tempus aliquoties, neq; ſecundũ ſubſiſtendi conſequentiã, nec ſecundum ordinem ſit, ſed quodcunq; præcioſius fuerit, prius eſſe uideatur, ut ſol, luna prior eſt, & anima corpore, & animus anima. Hoc uero tali argumento

gumento probat, quod hi qui aliquos uenerantur, & honorabiliores existimant, dicant eos apud se esse priores, & hi qui in rebus publicis plurimum possunt, priores dicuntur ab his qui eos maximè uenerantur. Sed ut ipse ait, alienissimus est à significatione prioris hic quartus qui nunc est dictus modus, etenim de his melius dici potest, ut dicantur uenerabiliores & honorabiles, ut uero priores dicantur, abusio potius quàm ulla proprietas est. Quintus modus quem ipse addidit huiusmodi est.

Videtur autē prēter eos qui dicti sunt, alter esse prioris modus. Eorū enim quæ cōuertuntur secundum essentiæ consequentiam, id quod alterius quolibet modo causa est, digne prius natura dicitur. Quòd uero sunt quædam huiusmodi palàm est, esse nanq; hominem conuertitur secundū essentię consequentiam ad ueram orationem de se. Nam si est homo, uera est oratio qua dicitur, homo est, & si uera est oratio qua dicitur, homo est, cōsequitur esse hominem. Est aūt quidem uera oratio nequaquam causa ut sit res, uerumtamen uidetur quodāmodo res causa, ut sit oratio uera. Ex eo enim quod res est, uel non est, oratio uera aut falsa dicatur necesse est. Ideoq; secūdum quinque modos prius alterum altero dicitur.

Nouimus quasdam res in prædicatione posse conuerti. Quod si una earum quę conuertuntur alteri causa est, & ueluti naturalem subsistentiam subministrat, illa naturaliter prius esse perhibetur. Ipse autem aptissimo quod proposuit affirmauit exemplo. Nam si est aliqua res, uerum est de ea dicere, quoniam est. Rursus si de ea uerum est dicere quoniam est, illam ipsam rem esse necesse est, ut quoniam est homo, uerum est dicere quoniam est homo. Quod si uerum est dicere quoniam est homo, nulla est dubitatio quin homo sit. Ergo quoniam duo hæc sibimet cōuertuntur, respiciamus nunc quæ sit harum causa alteri, ut subsistere ualeat, atq; ut esse possit. Video autem rem dicto uero subsistentiæ dare principium, nam quia homo est, idcirco uerū est dicere de eo quoniam est, sed non idcirco homo est, quoniā de eo uerè dici potest, quoniam est. Res enim ut ueritas adsit, dicto principium est, sed non ut res subsistat, uero efficitur dicto. Quocirca prius est, esse hominem, posterius, uerum de eo esse dictū. Idcirco quoniam quamuis conuertantur, tamen una harum rerum alteri subsistendi causa est. Ait enim id esse prius inter ea quę conuertuntur secundum essentiæ consequentiam, quod alterius quomodolibet causa est. Vt in hoc ipso sermone de homine, cōuertuntur utraq; quidem, sed homo ut sit sermo uerus, causa est atq; principiū. Quod Aristoteles ita ait: Est autem uerus sermo nullo modo causa subsistendi rem. Res autem uidetur quodammodo causa esse ut sermo uerus sit. Neque enim idcirco res est, quoniā sermo est, sed idcirco uerus est sermo, quoniam res ipsa subsistit. Quocirca quinque hi prioris modi sunt, quorum superius quatuor dixit, secundum tempus, scilicet secundum id quod non cōuertitur ad subsistendi consequentiam, secundum ordinem, secundum reuerentiam, & secundū conuersionem, cum altera res alij subsistēdi causa est. Sed quoniā de priori dictū est. Nūc de his quæ simul sunt incipit.

DE MODIS SIMVL.

SImul autem dicuntur simpliciter & propriè quidem, quorū generatio est in eodem tempore, neutrum enim neque prius neque posterius est eorum. Simul itaque hæc dicuntur secundum tempus.

CVm de prioribus disputaret illa propria priora esse cōtenderat, quæ secūdum uim precedentis temporis dicerentur, quare cum de his quæ simul sunt disputat,

tat, idem reuocat, & rectè. Nam si maximū modum prioris solum efficiet tempus, cur quoq; non simul editam naturam tempus efficiet? Ait ergo, & simpliciter & propriè dici simul esse ea, quæ unius temporis ortu prolata sint, ut si illa sint antiquiora atque priora, quęcunq; non æquali, sed præcedenti tempore proferunt, quæ se temporibus non præcedunt, rectissimè simul esse ponuntur. Quę enim uno tempore edita atq; prolata sunt, illa secundū tempus simul esse dicuntur, id est simul naturale principium substantiamq; sortita, atq; hæc quidem secundum tempus simul esse dicunt. Secundum naturam uero simul esse perhibentur, quæcunq; inuicē ad se conuertuntur, cum altera res alteri subsistendi, neq; causa sit, neq; principium, ut sunt huiusmodi, duplum & medium, nam cum sit duplum, medium est, cum rursus sit medium, duplum est. Seruus quoq; & dominus eodem modo sunt, filius quoq; & pater. Hæc enim quæcunq; illata quidē inferunt alia, sublata uero auferunt simul, sibimet semper inuicē conuertuntur, nam si dicā patrē, filiū quoque intelligi necesse est, si dixero filium, pater mox sub intelligentiā cadit. Quod si alterū sustulero, utraq; perimo, nam si tollā filiū, pater non est, si patrē abstulero, filiū quoq; perire necesse est. Atq; hæc ita sibimetipsa conuertuntur, ut tamen altera res alteri causa penitus non sit, nā quoniam pater filio in prædicatione conuertit̄ manifestū est, sed neq; pater filio causa est ut sit, nec filius patri, hoc aūt huiusmodi est. Si Aeneas habuit Ascaniū filiū, non dicimus, quoniam non fuit Aeneas causa ut esset Ascanius, sed non fuit pater causa ut esset filius. Nam q̄d dico Ascanius, quædam propria substantia est, quod dico filius, esse nō potest, nisi ad aliquid referatur, & cum Aeneā nomino, substantiā dixi, si patrem appello, nulla ratione constat, nisi ad filium referatur. Igitur causa fuit Aeneas ut esset Ascanius, sed non est causa pater ut esset filius. Pater namque tunc fit cum filius fuerit. Quòd si hęc tempore ipso priora non sunt, causa autem cuiuslibet rei prior est quàm illa cuius causa est, ut oriatur, nulla dubitatio est, quin pater atque filius, quæ utræque prędicationes æquales sunt tempore, neutra neutri causa sit, cum tamē substantiæ ipsæ sibi ut sint, causa sint prædicationis. Nec ullo modo simile debet uideri ei quod paulò ante dictum est de homine, esse uerum de eo sermonē, scilicet quoniam est. Illic enim cum res esset, tunc poterat esse uerus de ea sermo. Prius enim est ut sit aliquid, post uero ut de eo uerum aliquid esse dicatur. Nunc uero non ita est, ut prius aliquis sit pater, post uero filius. Mox enim ut pater est, filium esse necesse est, mox ut est filius, patris sine dubio prædicatio consequitur, quemadmodum ergo iste modus sit, qui scilicet simul secundum naturam est, Aristoteles ita pronunciat.

Naturaliter autem simul sunt, quæcunque conuertuntur quidem secundū quod est esse consequētiam. Sed nequaquam causa est alterum alteri ut sit, ut in duplo & dimidio, conuertuntur etenim hæc, nam cum sit duplum, est dimidiū, & cum sit dimidiū, est duplū, sed neutrum alteri causa est ut sit.

In his quæ ita priora esse dicebantur, ut conuerterentur, quamuis secundum essentiam eorum consequentia esset, tamen quia in his alia res alij causa atque principium est, hoc erat quòd una prior esse uideret, ea quidem cuius causa erat. Quod distat ab ijs quæ conuertuntur, & se inuicem auferūt, quæ cum neutra neutri causa sit, & tamē conuertuntur, dignè simul naturaliter esse perhibentur.

Dicuntur etiam simul naturaliter & quæ ex eodem genere è diuerso diuiduntur à se inuicem. È diuerso autem diuiduntur, quæ secundum eandem diuisionem sunt, ut gressibile, uolatile, & aquatile, hęc enim è diuerso diuiduntur, quę sunt ex eodem genere secundū diuisionem, animal namque diuiditur in hæc, in uolatile, gressibile, & aquatile, & nihil horum prius uel posterius est, sed simul per naturam hæc esse uidentur.

Tertium modum eorum quæ ſimul ſunt hũc addidit, illa quoq; ſimul eſſe, quæ æqua li diuiſione ſub genere ponantur, ut ſi ponat quis animal genus hominis & equi, hominem uero & equum à genere, id eſt ab animali diuidat, homo uero & equus quoniam ſub eodem genere ſunt, ſimul eſſe natura dicuntur, & conueniens regula eſt in omnibus quibuſcunq; generibus, cum enim ſpecierum diuiſiones fiunt, illic ſpecies natura ſimul ſunt, & ſi ſub his ipſis ſpeciebus quædam alia ponantur, inter ſe etiam ipſa ſimul eſſe natura dicuntur. Diuidatur enim genus, ideſt animal in uolatile atq; greſſibile, & quoniam ſunt ſub eodem genere, ſimul natura ſunt. Et ſi quid horũ in ſubiectas partes ſpecieſq; ſoluatur, ut uolatile quidem in his auibus quæ ſeminibus ueſcuntur, & in ijs quæ carnibus, & in his quæ herbis. Hæ tres ſpecies rurſus, quę ſub uolatili ſunt, ſimul eſſe naturaliter appellantur, quod Ariſtoteles ita dicit.

Diuiditur autem & ſingulum horum in ſpecies rurſus, ut greſſibile animal, et uolatile, & aquatile. Erunt ergo & illa ſimul naturaliter quæcunque ex eodem genere ſecundum eandem diuiſionem ſunt, genera uero ſemper ſpeciebus priora ſunt, neque enim conuertuntur ſecundum eſſendi conſequentiam, ut cum ſit aliquid aquatile quidem, eſt animal, cum uero ſit animal, non eſt neceſſe ut ſit aquatile. Simul ergo per naturam dicuntur, quæcunque cõuertuntur quidem ſecundum eſſendi conſequentiam, ſed nequaquam quidem cauſa eſt alterum alteri ut ſit, & ea quæ ex eodem genere è diuerſo diuiduntur ab inuicem, & ſimpliciter ſimul ſunt quorum generatio in eodem tempore eſt.

Atq; idcirco fieri non poteſt ut genus habeat unam ſpeciem. Nam ſi quæcunq; ſub genere ſunt, ſimul ſunt. Simul autem niſi plura eſſe non poſſunt, genus igitur ſub ſe unam ſpeciem habere non poteſt. Si enim una fuerit, fieri non poteſt ut ſimul eſſe dicatur, quia illud eſt, quod ſub eodem genere, quædam res ſolent quæ ſimul ſint naturaliter inueniri. Sed hæc de ſpeciebus. Genera autem ſemper priora ſunt, non enim conuertuntur ſecundum ſubſiſtentiæ conſequentiam. Prioris unus modus eſt ſecundum quem illa priora eſſe dicerentur, quæcunq; ad ſubſiſtẽdum nullo modo cõuerterentur, quod hoc idem in generibus cadit. Genera enim non conuertuntur ad ſubſiſtentiæ conſequentiam hoc modo. Sit enim animal genus, homo uero ſpecies. Cum uero dico hominem eſſe, animal quoq; eſſe conſequitur. Si animal dixero, ad hominem ſubſiſtentiæ conſequentia non conuertitur. Poteſt enim eſſe animal, non tamẽ homo. Quocirca ab animali ad hominem non conuertitur ſubſiſtentiæ conſequentia. Quod ſi poſito homine animal conſtat, animali uero nominato non eſt neceſſe hominem eſſe. Animal eſt prius homine. Illa quoq; priorum deſcriptio eſt, quod ea quæ ſunt priora ſublata quidem auferunt, illata non inferunt. Animal enim ſublatũ ſecum quoq; hominem tollet, illatum uero ut dicatur eſſe animal, non ſecum ſtatim hominem infert. Poſteriora uero è diuerſo ſunt. Illata enim ſimul inferũt, ſublata nõ auferunt. Dictis quidem homo, ſimul ſecum animal infert, omnis nanq; homo animal eſt. Quod ſi homo ſubſtantialiter auferatur, nõ eſt neceſſe animal quoq; auferri, quòd hoc nomen animalis in pluribus ſpeciebus ualet atptari. Quod ſi ita contingit ſublato homine permanebit animal. Quocirca concludit tres eſſe ſpecies eorum quæ ſimul ſunt ſecundũ tempus, ſecundum naturam cum utraq; ita cõuertuntur, ut neutra neutri cauſa ſit. Tertium genus eſt ſecundum eandem ſub eodem genere diuiſionem. Quoniam in faciendo atq; patiendo inerat quidam motus, facere autem & pati prædicamentis adiunxerat, idcirco nunc de motibus tractat, & ſex numero eſſe pronunciat.

DE

DE SPECIEBVS MOTVS.

Motus autem ſpecies ſunt ſex, generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio, & ſecundum locum mutatio, alij itaque motus palàm eſt quia alij ab inuicem ſunt. Nõ eſt enim generatio corruptio, neque augmentum diminutio, neque ſecundum locum mutatio, ſimiliter autem & in alijs.

In Phyſicis Ariſtoteles motus ſpecies alia ratione partitus eſt. Ait enim aliud eſſe permutationem, aliud motum, & permutationis quidem duas eſſe ſpecies ait generationem & corruptionem. Motus uero tres ſecundum quantitatem, ſecundum qualitatem, ſecundum locum, igitur quoniam hic liber ad introductionem quodam modo factus eſt, noluit nimis diuiſionis attenuare rationem, ne ingredientium animos ſubtiliori diuiſione confunderet, facit igitur diuiſionem motus hoc modo. Eſt enim una ſpecies motus ſecundum ſubſtantiam, alia ſecundum quantitatem, alia ſecundum qualitatem, alia ſecundum locum. Et ſecundum ſubſtantiam quidem eſt generatio & corruptio, hæc enim utraq; in ſubſtantia fiunt. Nam & ſecundum ſubſtantiam generatur aliquid, & ſecundum ſubſtantiam corrumpitur. Secundum quantitatem uero, ut crementum et diminutio. Etenim ſecundum quantitatẽ uel aucta creuiſſe, uel detracta diminuta eſſe dicuntur. Secundum qualitatem uero quæ dicitur cõmutatio, ſecundum aliquas ſcilicet paſſiones, quas qualitates eſſe manifeſtum eſt. Secundum locum uero, ut intus in longitudinem, uel in curuaturã flexus, & intus quidem in longitudinem, eſt ut à ſurſum in deorſum, à prioribus retrorſum, à dextra in ſiniſtram, & rurſus ſi hæc conuertas & in directum pergas idem motus erunt. Illud quoq; uerum eſt has eſſe omnes ſpecies motus, nullo nãq; ſibi participant, niſi ſolo generis nomine, quod motus dicuntur, nam neq; generatio idem eſt quod corruptio, namq; generatio eſt in ſubſtantia ingreſſus, corruptio uero ex ſubſtantia egreſſus. Nec diminutio idem quod crementum, nec ſecundum locum trãslatio alicui ſuperiorum conſimilis eſt. Commutatio autem habet forte aliquam dubitationem, ꝙd non uideatur à ſuperioribus diſcrepare, quam quæſitionem ita propoſuit.

In alteratione uero habet quandam quæſtionem, ne forte neceſſarium ſit id quod alteratur, per aliquam reliquarum motionum alterari, hoc autem non eſt uerum. Nam pene, ſecundum omnes paſſiones aut plures, alterari accidit, nulla aliarum motionum communicãte. Neq; enim augeri neceſſarium eſt, quod per paſſionem mouetur, neque minui. Similiter autẽ in alijs. Ideo que erit alia præter illos motus, alteratio. Nam ſi eadem eſſet oporteret id quod alteratur mox uel augeri uel minui, uel aliquem aliorum motuum conſequi, ſed non eſt neceſſe. Similiter autem et quod augetur, aut alia aliqua motione mouetur, alterari oportebat.

In commutatione uero eſt aliqua dubitatio, ne forte neceſſe ſit quod cõmutatur ſecundum aliquem reliquorum motuum commutari. Nam ſi omne quod commutatũ aut generatur, aut corrumpitur, aut minuitur, aut creſcit, aut id ſecundũ locum tranſferri neceſſe eſt, dubium non eſt nihil à ſuperioribus cæteris hanc differre ſpeciem, quę ſecundum commutationem dicitur, quod Ariſtoteles reſpuit dicens, hoc autem non eſt uerum. Sed quoniam quod commutatur non omnino neque generatur, neque corrumpitur tut qui in ſole diutius ſtetit, ſi ex candido niger eſt factus, commutatus quidem ſecundum colorem dicitur, non tamen generatus eſt aut corruptus, nec uero illi aliquod uel crementum factum eſt uel diminutio, ſed nec loci transla-

tio nulla est, potest enim aliquis uno eodemq; loco consistens, aliquibus extrinsecus uenientibus passionibus permutari, potest quoq; & crescere & decrescere, præter qualitatis commutationem, quod ipse Aristoteles ita pronunciat.

Sed sunt quædam crescentia, quæ non alterantur, ut quadratum circumposito Gnomone creuit quidem, alteratum uero nihil factũ est, sic et in alijs huiusmodi, quare alij sunt motus à se inuicem.

Quod dicit tale est: Si quadrato inquit addatur Gnomo, crescit quidem quadratus, nõ tamen commutatur. Ideoq; sublato Gnomone quadratus diminuitur, sed non commutatur. Sit enim quadratus a.b.c.d. & ducatur ei angularis b.c. & diuidantur quatuor latera, a.c. a.b. b.d. d.c. in æqualia. g.e. h.f. punctis, et ducantur g.h. f.e. lineæ. Diuisus igitur quadratus a.d. in quatuor quadratos qui sunt. e.g. f.g. e.h. h.f. quorumlibet tres qui circa eandem angularem sunt si demantur, figura ipsa Gnomo uocatur, utsi quis tollat hos tres. e.g. g.f. f.h. inuenitur. m.n. Gnomo. qui. m.n. Gnomo separatur à b.e. h. quadrato. Totus quidem. a.d. quadratus imminutus est, qui ex tam magno factus est paruus, non tamen formam Tetragoni commutauit. Quod si. e.h. Tetragonus solus sit, & ei circumponatur Gnomo, qui est. m.n. creuit quidem Tetragonus, & maior factus est, sed non cõmutatus est. Omnes enim Tetragoni sibi sunt propria qualitate consimiles. Quod si commutatio huiusmodi motus esset, ut non omnino à superioribus separaret, nulla esset dubitatio, quin semper oporteret quicquid commutatur secundum aliquem priorum motuum modum commutari. Ita ut aut nasceretur, aut corrumperetur, aut minueretur, aut crescceret, aut secundum locum fieret aliqua permutatio. Quod quoniam nõ est, ab omnibus superioribus motibus hæc motus species distat. Sed monstratum superius est quinq; superiores motus species à se omni ratione substantiæ discrepare. Quocirca distant à se similiter hi sex motus, atque diuersi sunt.



Est autem simpliciter quidem motui quies contraria. Singulis uero singuli, generationi quidem corruptio, augmentationi autem diminutio, secundum locum uero mutatio, secundum locum quies, maximè autem uidetur oppositum esse in cõtrarium locum mutatio, ut quæ est inferius, ei quæ est superius, & ea quę est superius, ei quę est inferius. Nunc iam motuum contrarietates exequitur, & ipsi quidem generi ideest motui dicit quietem esse cõtrariam, habet enim motus quietem contrariam. Singulis uero speciebus motuum motus ipsi contrarij sunt, ut generationi corruptio, & cum generatio sit motus atq; corruptio, utraque tamen sibimet contraria sunt, cremento quoq; diminutio contraria est. Quare diuerso modo hæ species motus contrarietatem habent, quam genus dudum habere monstrauimus, motus enim ipse habet quietem contrariam. Specierum uero motibus non quies tantum sed alij motus cõtrarij sunt, ut generationi corruptio & cremento diminutio, secundum uero locum translationis contrarietas similis est generi. Nam & ipsa habet contrariam secundum locum quietem, contrarium namq; est moueri de loco in locum, & non moueri, & est non moueri quidem secundum locũ quies,

quies, moueri uero secundum locum translatio. Maximè autem, inquit, secũdum locum mutationi contraria est in contrarium locum permutatio. Vt si qua res sursum sit atq; ibi maneat, & sit quieta, postea sit ei motus talis, ut deorsum moueatur, quam quam ipsi superiori motui quies contraria sit, multo magis quidem huiusmodi motus, qui in contrarium fit locum illi superiori motui contrarius est. Atq; hoc quidem & in alijs motibus accidit, ut siquis sit ad dexteram, si ei in sinistram motus sit in cõtrarium locum factus dicitur motus, atq; hoc idem in alijs motibus licet uidere, sed Aristoteles dubitat si reliquo motui, id est commutationi aliquid possit esse contrarium, quam quæstionem ita proponit:

Reliquo uero assignatorum motuum non facile est assignare quid sit contrarium, uidetur autem nihil ei contrarium esse, nisi quis & in hoc secundum qualitatem quietem opponat, aut in contrarium qualitatis mutationem, sicut & in mutatione secundum locum, quietem secundum locum, aut in contrarium locum mutationem. Est enim alteratio secundum qualitatem mutatio.

Ex similitudine motuum contrarietates quoq; colligimus. Nam quoniam superius motui secundum locum contrariam reperit secundum locum quietem, & quoniam omnis commutatio quæ secundum aliquam passionem fit, secundum qualitatem cõmutatur, motus eius contrarietatem posuit secundum qualitatem quietem, ut si lapis cum frigidus est si ita permaneat, qualitas illa manserit, & quieuit, quod si repeat, qualitas illa commutata est, & est ipsa commutatio contraria, & factus est quidem motus, & in tepore lapidis secundum qualitatem facta est permutatio, fuit autẽ in frigore quies secũdum eandem qualitatem. Quocirca licet uideatur hic motus quidem omnino contrarium non habere, tamen sicut superius dictum est secundum locum translationi contrariam esse secundum locum quietem, cur non quoque secundum qualitatem commutationi dicatur quies secundum qualitatem esse cõtraria? Definitio namque cõmutationis est translatio secundum qualitatem, cum enim qualitas cuiuslibet rei mouetur, fit translatio, scilicet secũdum qualitatem. Quod si maximè uideatur secundum locum translationi esse contraria, non solum secũdum locum quies, sed etiam in contrarium locum translatio, secundum qualitatem quoq; mutationi non solum erit contraria secundum qualitatem quies, sed maximè in cõtrariam qualitatem cõmutatio, ut si quid cum est album, si rubrum fiat, quieti quidẽ ei quæ in albo colore poterat permanere, cõtraria fuit qualitatis ipsa mutatio, ut ex albo in rubrum mutaretur, si quid enim ex albo uertatur in nigrũ, illud maximè permutatur, & illud superiori mutationi contrarium est, quoniam permutatum est in contrariam qualitatem. Atque hoc est quod ait:

Quapropter opposita erit secundum qualitatem mutationi secundũ qualitatem quies, aut in contrarium mutatio qualitatis, ut albũ fieri, ad id quod est nigrum fieri, alteratur enim in contrariũ qualitatis mutatione facta.

Id quoq; apertissimo uulgatur exemplo. Quare quoniam de motibus expeditum est, habendi æquiuocationem quæ sequitur explicemus.

DE MODIS HABERE.

HAbere aũt multis modis dicit, aut enim tanquã habitũ & affectum, aut aliam quamlibet qualitatem, dicimur enim disciplinam aliquam habere atque uirtutem. Aut tanquam quantitatem, ut contingit ei qui habet magnitudinẽ, dicitur enim tricubitam

bitam magnitudinem habere uel quadricubitum. Aut tanquam ea quæ circa corpus sunt, ut uestimentum uel tunicam. Aut tanquam in parte, ut in manu annulum. Aut tanquam partem, ut manum uel pedem. Aut tanquã in uase, ut in modio grana tricici, uel in lagena uinum, uinum enim habere lagena dicitur, & modius grana tritici, hæc ergo omnia haberi dicuntur, ut in uase. Aut tanquam possessionem, habere enim domum aut agrũ dicimur. Dicitur etiam uir uxorem habere, & uxor uirum. Sed uidetur alienissimus qui nũc dictus est modus esse in eo quod est habere, nihil enim aliud per uxorem habere significamus, nisi quia cohabitant, fortè tamen & alij quidam apparebunt modi de eo quod est habere. Sed qui consueuerunt dici, penè omnes enumerati sunt.

Æquiuocum esse habendi modum manifestum' est, habere enim ita multis dicitur modis, ut tamen æquiuocè prædicetur. Dicimur enim habere aliquam qualitatem, ut habitum uel dispositionem. Dicimur quoque habere scientiam uel uirtutẽ, quantitatem quoq; habere perhibemur, dicimur enim in mensura habere quinq; uel quatuor pedes. Nec non etiam in ipsis partibus corporis aliquid, & ipsas partes habere prædicamur, dicimur enim & habere digitos, & in digito annulos. Circa corpus & que aliquid habere dicimur, ut tunicam, uel quodlibet aliud uestimentum. Necnon etiam in uase haberi aliquid dicitur, ut triticum in modio, & uinum in dolio, hæc, scilicet, ita haberi dicuntur, ut in uase. Dicitur etiam quis habere uxorem, quæ, scilicet significatio nulli supradictæ communis est, sed (ut ipsi Aristoteli uidetur) longè diuersa est hæc significatio ab habendi prædicamento, non enim proprie habemus uxores, sed quod habere quis dicatur uxorem, hoc significat habitare cum eo uxorem, habere enim habitare dicimus, ut est Socratem habent, id est cum Socrate habitant atque eum colunt. Quare ipse quoque Aristoteles inquit esse aliquos fortasse præter eos qui dicantur, habendi modos, hortaturq; nos ad ulteriorem aliquam inquisitionem, ut nos quoque quæramus per quos, præter priores dictos modos, alios possit habere prædicari. Et de hac æquiuocatione quidem habendi sufficienter dictum est. Sed forte quis dubitet, cur cũ habere superius in genere nominauerit, nunc idipsum æquiuocum ponat, sed hæc quæstio ita soluitur. Non absurdum est idẽ prædicamentum nunc uniuocè, nunc æquiuocè prædicari, uniuocè quidem ut superius cum eiusdem specierum exempla proposuit, ut est calciatum esse uel armatum, horum enim talium genus est. Æquiuocè uero ut in his modis quos superius exposuimus. Quod si & habet aliquas proprias species habendi prædicatio, dicitur autem & ipsum nomen multipliciter, nihil est incongruũ in genere numerari, sufficit enim ad demonstrandum genus esse & habendi prædicationẽ, quod sub se aliquas partes speciesq; contineat.

ANITII

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRITII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI EDITIONIS PRIMAE SEV MINORVM COMMENTARIORVM, IN Librum Aristotelis de interpretatione, Liber primus.

MAgna quidem libri huius apud Peripateticam sectam probatur autoritas. Hic namq; Aristoteles simplicium propositionum naturam diligenter examinat, sed eius series scrupulosa impeditur semita, & sublimibus præsta sententijs, aditum intelligentiæ facilem non relinquit. Quocirca nos libri huius enodationem duplici commentatione suppleuimus, & quantum simplices quidem intellectus sententiarum oratio breuis obscuraq; complectitur, tantum hac operis huius tractatione digressimus. Quod uero altius acumen considerationis exposcit, secundæ series editionis expediet. Nunc à me tantum lector expectet, quantum pedetentim minutatimq; secundum orationis ordinem textumq; sermonis, id quod angustia breuitatis latet intelligat. Et prius quæ sit huius operis intentio breuiter demonstrãdum est. Inscribitur etenim Græcè liber hic περὶ ἑρμηνείας. Quod Latinè de interpretatione significat. Quid ergo sit interpretatio paucis absoluam. Interpretatio est uox significatiua per seipsam aliquid significãs. Siue enim nomen sit, quod per se significet, ut est homo. Siue uerbum, ut est curro. Siue ꝙd Grãmatici participium uocant. Siue pronomen. Siue ex his iuncta oratio, ut est homo currit. Siue quolibet alio modo, uel nomen, uel uerbum uel ex his oratio iuncta, per se aliquid significet, interpretatio nominatur. Quare cum sint quædam in orationis partibus quæ per se nihil significant, alijs tamen iunctæ designant, ut sunt: Coniunctiones, uel præpositiones, hæc interpretationes esse non dicimus. Interpretatio enim siue simplex est, ut nomen & uerbum, siue composita, ut ex his iuncta copulataq; oratio, uel per seipsam significare debet, si simplex est, uel ex his quæ per se significant iuncta esse, si composita est. Quare interpretatio est uox aliquid per seipsam significans. Sed quoniam uerba nominaq; interpretationes sunt, oratio quoq; omnis quæ ex significantibus per se prædicamentis iungitur, interpretatio nuncupatur, & quoniam plurimæ sunt interpretationes, inter quas illa quoq; est oratio, in qua uerum falsumue inueniri potest, id est enunciatiua, de qua hoc in libro tractandũ est. Idcirco Aristoteles de communi nomine & continenti, libro titulum inscripsit. Interpretatio namq; est nomen et uerbum, et interpretatio etiam est huiusmodi: Omnis homo animal est. Sed in hac uerum falsumq; auditor intelligit. Hæc enim oratio quæ dicit omnis homo animal est, uera uel falsa est. Interpretatio quoq; est etiam huiusmodi oratio: Da mihi codicem. In qua uerũ falsumq; nullus inueniat. Etenim da mihi codicem, neq; uerum esse poterit neq; falsum. Quocirca quoniam de his solis orationibus in quibus uerum falsumq; reperitur, quas enunciationes & propositiones uocamus, quæ interpretationes sunt, disputaturus est, quoniamq; de nominibus illis uerbisq; dicendum est, quid sint, quamue uim in significatione retineant, recte librum de interpretatione signauit. Nec nos hoc turbet, quod sunt quædam interpretationes de quibus in hoc libro non tractet. Tanquam enim siquis de homine disputans, titulum operis de animali posuisset, quanquam non de omni animali, tamen quoniam de aliquo disputaturus esset, recte de animali libro nomen imponeret. Ita nunc licet non de omni interpretatione pertractet, tamen quoniam de una quæ est enunciatio, & de nominibus & uerbis, quæ interpretationes simplices sunt, dicendum erat, de communi & generali uocabulum libro de interpretatio

ne imposuit. Est autem intentio libri huius de simplici enunciatiua oratione disserere. Simplex autem enunciatiua oratio est, in qua cum uerum falsumue sit, illud tamen est ut sine cõiunctione totus orationis ordo proponat, ut est: Homo est, homo animal est, homo currit, homo pauidus currit. Hæ enim propositiones sine coniunctione propositæ sunt, & hæ dicunt prædicatiuæ, quæ sunt cum nomine & uerbo. Illa uero quæ sunt huiusmodi: Si sol est super terrã dies est, duplices atq; hypotheticæ, nec nõ etiã cõditionales uocant. Ponit enim si hoc sit, hoc esse, idest, si sol est, esse diem. Quare hæ simplices non sunt, sol est enim, & dies est, duæ propositiones sunt, quas una cõiunctio si, copulat atq; cõponit. Sed de his nullus hoc libro tractatus habebit. Quare quoniam de simplicibus enũciatiuis orationibus tractaturus est, idest de simplici affirmatione & simplici negatione, quoniamq; affirmationes & negationes uerbis ac nominibus coniungit, ut in ea quæ est: Homo currit, affirmatione, est homo nomen, currit uerbum. Et rursum: Homo non currit, negatio eodem nomine uerboq; cõiungit. Recte prius de simplici affirmatione & de simplici negatione, omninoq; de enũciatione simplici disputaturus est. Quoniam omnis enũciatio simplex, uerbis nominibusq; coniungit, primam disputationẽ de nominibus & uerbis instituit. His enim prius ad scientiam uenientibus, tota facilime natura orationis aperitur. De quibus autem ei in toto dicendum est libro, inchoans ipse sic proponit:

DE SIGNIS.

PRimũ oportet constituere quid sit Nomen, & quid Verbum, postea quid est Negatio, & Affirmatio, & Enunciatio, & Oratio.

IN principio, inquit, huius sermonis de enunciatione instituitur, constituere, id est, definire oportet, quid Nomen sit, quid Verbum. Hæc enim (ut dictum est) omnem coniungere orationẽ ualẽt. Quæ oratio genus est aliarũ orationũ. Sunt enim principales quinq; orationũ differẽtiæ: Est aũt prima oratio deprecatiua, ut: Iuppiter omnipotẽs precibus si flecteris ullis. Secũda imperatiua, ut: Suggere tela mihi. Tertia interrogatiua, ut: Quo te Mœri pedes? Quarta uocatiua, ut: Huc ades ô Meliboe? Quinta enũciatiua, in qua uerũ inesse falsumq; perspicit. Huius autẽ duæ sunt species, una affirmatio, altera negatio. Affirmatio est, ut: Homo animal est. Negatio, ut: Homo animal non est. Ergo orationẽ uerba nominaq; constituũt. Enunciationis autẽ oratio genus est. Enũciatio uero affirmationis & negationis. Quare elemẽta quædam sunt quæ coniungunt orationẽ nomina & uerba, & de his disputat primum, de hinc propositionis duas ultimas species sumit, & dicit se de affirmatione & negatione dicturũ. Post has harũ genus proponit idest enunciationẽ. Vltimũ uero, quod horũ maximũ est, orationẽ. Est uero quodãmodo conuersus ordo ab speciebus usq; ad earum genera prima perueniens. Proponẽdo enim ab affirmatione & negatione ad enunciationem, quod est genus, ascẽsum est. Ab enũciatione ad enũciationis genus quod est oratio, propositionẽ operis leuauit, diuerso tamen modo de cunctis disputat. Prius enim de oratione, post de enunciatione, deinde de affirmatione, postremo de diffinitione negationis edisserit, cõuerso scilicet ordine. Sed hoc posterius liquebit. Quod autem prius negationem, postea proposuit affirmationem, nihil interest, cũ omnes species æqueue sibimet sint, et uni generi æqualiter supponant. Quocirca si affirmatio & negatio enunciationis species sunt, rectum est quamlibet earũ prius indiscretè proponere. Quemadmodum autem affirmatio & negatio species enunciationis sint, & hæc earum genus. Secunda editione monstrandum est.

Sunt ergo ea, quæ sunt in uoce, earũ quæ sunt in anima passionũ, notæ, & ea quæ scribũtur, eorũ quæ sunt in uoce. Ac quemadmodũ nec literæ eædem omnibus, sic nec eædẽ uoces. Quorũ autẽ hæ primo notæ, eædem omnibus passiones animæ sunt, & quorũ hę similitudines, res iam eædẽ. De his itaq; dictum est in his quæ dicta sunt de anima. Alterius est enim negocij.

Quoniam

Quoniam nomen & uerbum in definitionibus suis, significatiua paulo post propositurus est, primũ explicat quorum sint significatiua quæcũq; significant, id est, quæ designent ipsum nomen & uerbũ. Tota autẽ ratio sensus huiusmodi est: Tria sunt ex quibus omnis collocutio disputatioq; perficitur, res, intellectus, uoces. Res sunt quas animi ratione percipimus, intellectuq; discernimus. Intellectus uero qbus res ipsas addiscimus. Voces quibus id quod intellectu capimus, significamus. Preter hęc autem tria est aliud quiddam, quod significat uoces, hæ sunt literæ, harũ enim scriptio uocum significatio est. Cum igitur hæc sint quatuor, res, intellectus, uox, litera. Rem concipit intellectus, intellectum uero uoces designant, ipsas uero uoces literę significant. Intellectus uero animæ quædam passio est. Nisi enim quandam similitudinem rei quam quis intelligit in animę ratiõe patiatur, nullus est intellectus. Cum enim uideo orbem uel quadratum, figuram eius mente concipio, & eius mihi similitudo in animæ ratione formatur, patiturq; anima rei intellectę similitudinem, unde fit ut intellectus, & similitudo sit rei, & animæ passio. Horum autẽ rursus quatuor, duę sunt naturales, duę secundum hominũ positionem. Voces namq; & literę secundum hominũ positionẽ sunt. Intellectus autem & res naturaliter. Hoc illo approbatur, quod apud diuersas gentes diuersis uocibus utũtur & literis. Idcirco quoniam ipsi sibi uoces, quibus uterent, & literas quibus scriberent, cõposuerunt. Intellectus autem & res nullus posuit, sed naturaliter sunt. Neq; enim quod apud Romanos est equus, apud Barbaros ceruus est, sed apud diuersas gentes eadem rerũ natura est. Præterea neq; quod nos intelligimus esse equum, canem Barbari putant. Sed eadem apud diuersissimas gentes substantiarum intellectuũ q̃ ratio est constituta. Quarę duæ harum sunt secundũ hominum positionẽ, id est, uoces & literæ, duæ secundum naturam, res & intellectus. Nunc ergo hoc dicit, quoniã uoces quidẽ significant intellectum, ipsas etiam uoces literæ significãt. Sunt autem intellectus animę passiones, & uoces quidem & literę naturales non sunt. Quemadmodum enim uox non eadẽ apud omnes gentes, ita nec literę. Sed intellectus & res easdem apud omnes quamlibet diuersissimas gentes inuenies. Atq; hoc est quod ait: Sunt ergo ea, quę sunt in uoce, earum, quæ sunt in anima passionũ notæ. Id est, ipsæ, inquit, uoces intellectus qui sunt animæ passiones significant, eorumq; sunt significatiuę, ergo ea quæ sunt in uoce significant illas, & earũ sunt notæ, quæ sunt animę passiones. Animę autẽ passiones intellectus sunt. Igitur ea quæ sunt in uoce, intellectuũ qui sunt in anima passiones, notæ sunt eosq́ue significant. Quoniã his, id est, uocibus omnis significatur intelligentia mẽtisq; cõceptio. At uero quod addidit: & ea, quæ scribuntur, eorum, quæ sunt in uoce, tantundẽ ualet quantũ si diceret: Notę sunt literæ quæ scribuntur uerborũ & nominũ quæ sunt in uoce. Mõstrauit igitur uoces intellectuũ esse significatiuas, & literas uocũ, nunc de eorũ natura pertractat, dicens: Et quemadmodum nec literæ omnibus eædem, sic nec eædem uoces. Hoc ad monstrandum ualet uoces & literas positione constitui, non natura. Etenim diuersę apud diuersos sunt uoces & literæ, & quemadmodũ literæ eædẽ apud omnes homines nõ inueniũtur, ita quoq; nec uoces. Quarę hæ secundũ positionem sunt, q̃d ipse reticuit uelut planũ. Manifestũ enim est, q̃d per gentes singulas permutatur, hoc non natura cõstitutum esse, sed positione. Quod uero addidit: Quorum autẽ hæ primũ notæ sunt, eędem omnibus passiones animæ sunt, & quorũ hæ similitudines, res etiam eædẽ. Ad hoc pertinet, ut naturales esse res intellectusq; declaret. Idem nãq; (ut dictum est) intellectus passiones animæ sunt, rerum uero similitudines. Ergo nũc quidem hoc dicit: quorum hæ, Id est, uoces, de quibus supra dixerat notę sunt, eædem sunt animæ passiões, & ut nec literæ sunt eędẽ, sic nec eædẽ uoces. Quorũ ergo hæ uoces significatiuæ sunt, id est, passionũ animæ, hæ sunt apud omnes eædẽ, significãt autẽ uoces, illa quæ sunt intellectus, intellectus igit animę passio est, apud omnes homines nõ diuersa. Ergo naturalis apud omnes homines est animi cõceptio, atq; animæ passio.

Quorum ſunt notæ ea quæ uerſantur in uocibus. Docet autem & res, quarum ſunt ſimilitudines intellectus & animæ paſſiones, eſſe non poſitione ſed naturaliter cõſtitutas. Idcirco quod hæ res quarum ſimilitudines ſunt intellectus, qui intellectus animæ paſſiones ſunt, apud omnes eædem ſunt. Hoc eſt enim quod ait, & quorum hæ ſimilitudines, ſcilicet animę paſſiones quæ ſunt ſimilitudines rerũ, res etiam eædem. Ac ſi diceret: Quorum intellectus ſunt ſimilitudines. Qui intellectus animæ paſſiones ſunt, id eſt, res apud omnes eædem ſunt. Quod autem ita poſuit: Quorũ autem hę primum notę, hoc ſentit: De uocibus enim dicit, quoniam quorum uoces primum notæ ſunt, apud omnes eędem ſunt animæ paſſiones. Vox enim etiam intellectum rei ſignificat, & ipſam rem. Vt cum dico lapis, & intellectũ lapides & ipſum lapidem, id eſt, ipſam ſubſtãtiam deſignat. Sed prius intellectum, ſecundo uero loco rem ſignificat. Ergo nõ omnia quæ uox ſignificat paſſiones animę ſunt, ſed illa ſola quę prima, primo enim ſignificatur intellectus, ſecundo uero loco, res. Sed intellectus paſſiones animæ ſunt, quorum ergo primũ notæ ſunt uoces, eædem ſunt apud omnes homines animæ paſſiones. Eſt alia quoque ſcriptura hoc modo ſe habens: Quorum autem hę primũ notę, hæ omnibus paſſiones animæ ſunt, & quorum hæ ſimilitudines, res etiam hæ. Quod ſi ita ſcriptum eſt, hoc dicere uidetur: Oſtendit enim quorum ſint notæ uoces, & quorum ſint rurſus animę paſſiones, tanquam ſi diceret: Voces quod ſignificant, & quorum notæ ſunt illę ſunt animę paſſiones, & rurſus quorum ſimilitudines ſunt hæ quæ ſunt animę paſſiones, hæ ſunt res, tanquam rurſus ſi diceret: quorum ſunt ſimilitudines ea quæ in intellectibus atque animæ paſſionibus ſunt, illæ res ſunt. Sed de his diſputationes trahere lõgius nõ uult. Ait enim de his quidem dictum eſt, in his quę ſunt dicta de anima. Alterius eſt enim negocij. Etenim aliud eſt principaliter de intellectibus animę diſputare, aliud tantum ſibi ad diſputationem ſumere, quantum ad logicę poſſit pertinere peritiam. Quare alterius negocij eſt, principaliter de animę paſſionibus diſputare.

Eſt autem, quemadmodum in anima, aliquoties quidem intellectus ſine uero uel falſo, aliquoties autem cui iam neceſſe eſt horum alterum ineſſe, ſic etiam in uoce. Circa cõpoſitionẽ enim & diuiſionem eſt falſitas & ueritas.

De enunciatione dicturus in qua ueritas & falſitas inuenitur, recte prius monſtrare proponit, in qua prolatione uocum horum alterum, id eſt, aut ueritas aut falſitas inueniri queat. Sed omnis uox animi ſenſa ſignificat, quare ex animi intellectibus quid euenerit uocibus indicatur. Ergo nunc hoc dicit: Similitudo eſt, inquit, quædam inter ſe intellectum atque uocum, quemadmodum enim ſunt quædam ſimplicia quæ ratione animi cõcipiuntur, & cõſtituuntur intelligentia mentis, in quibus neque ueritas ulla, neque falſitas inuenitur, ita quoque in uocibus eſt. Simplex enim intellectus, ut uerbi gratia, hominis uel equi, neque falſitatem ullam retinet neque ueritatem, cum enim intelligo ſimpliciter hominem & ſubſtãtiam ipſam nihil ueri uel falſi in cogitatione retineo. Quod ſi curſum rurſus animi cogitatione perſpexero, cogitatio ipſa quoniam ſimplicis rei tenet intuitum, ueritate & falſitate ſecluſa eſt. Sed quando curſum & hominem iunxero, & ex his aliquid intelligentia mea fecero, id quoque ſi uoce proferam, huiuſmodi erit: Homo currit. Tunc ex hac ſubſtãtiæ & accidentis compoſitione & cõiũctione huiuſmodi intellectus fit, in quo uel falſitas poſſit eſſe uel ueritas. Ergo quemadmodũ in intellectu ſunt quædam aliquoties ſimplicia, uero falſoque carentia, aliquoties autẽ cum iam neceſſe eſt aut ueritatẽ ineſſe intellectui aut falſitatem, ſic eſt etiã in uoce. Nam ſi ſimplicẽ intellectũ uero falſoque carẽtẽ uox preferat, ipſa quoque uox à ueritate & falſitate relinquitur. Quod ſi huiuſmodi profe rat intellectum, qui in ſe uerum falſumue contineat, ipſa quoque ueri falſique reti net ſignificationem. Docuit autem per hoc quod ait: Circa compoſitionem enim & diuiſionem eſt ueritas falſitaſque, in qua prolatione uocis enunciationes poſſu mus

mus inuenire. Quoties enim ſubſtantiã cũ accidẽte coniũgimus atque componimus, uel intellectũ intellectui copulamus, ut fieri propoſitio poſſit in cogitatione, tũc fit idẽ in uoce. Et eſt nũc affirmatio, ut: Homo currit. Hominẽ quippe curſum que cõpoſuit atque coniunxit, & inde affirmatio nata eſt, ueritatẽ continẽs uel mendaciũ. Nũc uero negatio, ſi huic aduerbium negatiuũ non iunxero, & ſubſtantiam ab accidente diuiſero atque diſiunxero, ut eſt: Homo non currit. Id non q̃d eſt aduerbiũ negatiuũ, hominem à curſu diuiſit atque diſiunxit, factaque eſt inde negatio rurſus ueritatem falſitatẽue ſignificãs. Recte igitur dictum eſt circa compoſitionem quod eſt affirmatio, uel diuiſionem quod eſt negatio, ueritatis falſitatisque conſtare naturam.

Nomina igitur ipſa & uerba conſimilia ſunt, ſine compoſitione uel diuiſione intellectui, ut homo, uel album, quando non additur aliquid, neque enim uerum aut falſum eſt.

Nunc quid ſit intellectus ſine uero uel falſo continuata oratione proſequitur. Ea enim, inquit, quæ ſimplicia dicuntur, ſimilia ſunt ſimplicibus intellectibus, qui ſine ulla compoſitione uel diuiſione, animi puro capiuntur intuitu. Cum enim homo uel album, ipſa quidẽ ſimplicia ſint, & ſignificent aliquid, nihil tamen neque uerũ neque falſum deſignant: Omne enim ſimplex nomen uel uerbum à ueritate & falſitate ſeclu ditur. Atque ideo (quoniam ut dictum eſt) quæcunque ſunt in uocibus, ſignificant animæ paſſiones, ſimplices uoces, & ſine compoſitione uel diuiſione, ſimiles ſunt his intellectibus quos ſine compoſitione & diuiſione ſimplex intelligentia concipit. In his enim atque in huiuſmodi nulla neque ueritas, neque falſitas inuenit, niſi enim aliquid addatur, ut id quod ſimplex intelligis, uel per ſe cõſtituas eſſe, uel ei aliquid ſecundũ eſſe coniungas, in his ueritas & falſitas non erit. Cum enim ſimpliciter dico homo, ſi non aliquid addidero, ut uerbum, eſt, & fiat huiuſmodi compoſitio homo eſt, uel huiuſmodi aliquid, ut: Homo uiuit, quod idem ualet, tanquam ſi dicam, homo uiuẽs eſt. Ergo niſi aliquid huiuſmodi fuerit adiũctum, quod intellectam rem uel per ſe eſſe conſtituat, ut: Homo eſt, cum dico, per ſe hominem eſſe deſignaui, uel iuncto accidente tale aliquid apponatur, quod idem ei quod eſt eſſe ſignificet, ut eſt: Homo uiuit. Vita enim homini iuncta eſt, & uiuit idem ſignificat, quod uiuens eſt, nulla ueritas nec falſitas ualet intelligi. Hoc autem conuenientiſſimo monſtrat exemplo.

Signum autem huius eſt, etenim hircoceruus ſignificat quidem aliquid, ſed quod nondum uerum uel falſum, ſi non eſſe, uel non eſſe, addatur, uel ſimpliciter, uel ſecundum tempus.

Magnam uim habet exempli huius ſubtilitas. Non enim ſola illa nomina uel uerba falſitate ac mendacio ſeparata ſunt, quæcunque ſimplicia ſunt, ſed etiam illa quæcũque ſunt compoſita, ſi ſint dicta ſimpliciter. Hircoceruus enim compoſitum nomen eſt, ſignificans hircum & ceruum. Sed niſi ei aut eſſe aut nõ eſſe addatur, ut dicamus hircoceruus eſt, uel hircoceruus non eſt, nullus inde ueri falſiue intellectus poterit prouenire. Ipſum enim quanquam ſit compoſitum, tamen ſimpliciter dictum, ueritati uel falſitati proximum non eſt. Si quis enim dicat tantum hircoceruus, nihil enunciat. Quod ſi nihil enunciat præter ueritatem falſitatemque, quoddam compoſitum de ſignans nomen auditor intelligit. Quod uero ait uel ſimpliciter uel ſecundum tempus, ad hoc ualet, ne putaremus tunc fieri ſolum de nomine enunciationem. Cum ei præſens tempus adiungitur, ut cum dicimus: Hircoceruus eſt, uel hircoceruus non eſt, in his iam ueritas eſt aut falſitas. Sed non ſolum ſi præſens tempus deſignet propoſitio, ſed etiã ſi præteritũ, ut ſi quis dicat: Hircoceruus fuit, uel futurum, ut ſi quis dicat: Hircoceruus erit, enunciationẽ facit. Ergo hoc eſt q̃d ait uel ſimpliciter uel ſecundũ tempus, huiuſmodi enim ſimpliciter facta enũciatio ſecundũ præſens eſt. Etenim q̃d præſens dicimus, tẽpus nõ eſt, ſed confiniũ temporũ. Tempus autem eſt aut futurũ aut

aut preteritum,ergo non poteſt in eo quod eſt hircoceruus ueritas aut falſitas inue
niri,niſi ei aut eſſe,aut non eſſe addatur,uel præſens ſignificãs,quod eſt ſimpliciter,
uel tempus quod eſt preteritum aut futurũ.Si quis enim ſic dicat: Hircoceruus eſt,
ſimpliciter dixit,id eſt,ſecundum præſens.Si quis autem Hircoceruus erit uel fuit,ſe
cundum tempus,futurum,ſcilicet,& preteritum.Hæc igitur quę erant utilia prælo
cutus,ad definitionem nominis,diſputationis curſu accedit.

DE NOMINE.

NOmen igitur eſt uox ſignificatiua ſecundum placitum ſine tem
pore,cuius nulla pars eſt ſignificatiua,ſeparata.

Omnis diffinitio genere & differentijs perficitur.Sumpſit ergo ad diffinitionẽ
uocem eſſe nominis genus.Cætera uero quæ executus eſt, pro differentijs ag
gregauit.Eſt autem huius termini talis expoſitio: Nomen eſt,inquit,uox.Sed uocũ
alię ſunt quę ſignificant,aliæ quæ nihil ſignificant. Nomen autem ſignificat id cu
ius nomen eſt,Nomen igitur eſt uox ſignificatiua.Vocum ſignificatiuarũ,aliæ ſunt
naturaliter,alię non naturaliter.Naturaliter eſt uox ſignificatiua,ut ea quę dolores
naturaliter mõſtrat aut gaudia.Non naturaliter uero ſignificatiuæ uoces ſunt,quas
ſecundum poſitionem eſſe dicimus.Secundum poſitionẽ uero ſunt,quas ſibijpſi ho
mines poſuerunt,ut cum dixit aliquis: Primus qui rebus nomina condidit,hęc ſub
ſtantia dicatur aurum, hic lapis, hæc aqua,& alia ſimilia.Tales igitũ uoces ſecũdum
poſitionẽ ſunt.Et ita ſecundũ poſitionẽ, quemadmodũ ipſis hominibus placuit,à
quibus nomina illa formata ſunt.Huiuſmodi ergo uoces quę ſecundum poſitionẽ
ſunt,ſecundũ ponentiũ placitum ſunt.Sed nomen non naturaliter ſignificat.Apud
diuerſas enim gentes,diuerſa ſunt nomina:Quæ autẽ apud diuerſos diuerſa ſunt,ea
non ſunt naturaliter,ſed ſecũdum placitũ eorum qui poſuerũt,poſitionemq; ponẽ
tium.Alioquí ſi naturaliter eſſent,quẽadmodũ ea quę dulcia ſunt apud Romanos,
non eadẽ ſunt apud Scythas amara,nec acida,ſed apud ipſos quoq; dulcia, & apud
omnes gentes ſunt eodẽ modo.Ita quoq; omnia nomina ſi naturaliter eſſent, eiſdẽ
omnes homines uterentur. Quare quoniam nomina naturaliter non ſunt, nec na
turaliter ſignificant,ſecundum placitũ ſunt,ſcilicet ponentiũ atq; autorum,& à qui
bus nomina ipſa rebus impreſſa ſunt.Eſt ergo nomen uox ſignificatiua ſecundum
placitum.Secundum placitum autem poſitionemq; ſignificãtium uocum, aliæ tem
pus ſecum ad ſignificationem trahunt,aliæ præter tempus prædicantur.Tempus ſe
cum trahunt,ut eſt curro,& lego,uel cucurri,& legi,& quæcunq; ſunt uerba. Om
ne enim uerbum cum tempore eſt.Nomina uero ſine tẽpore ſunt. Cum enim dico:
Socrates uel Plato,uel albedo,uel aliquid huiuſmodi,temporibus carent. Nomen
ergo uox eſt ſignificatiua ſecundum placitum ſine tempore. Vocum ſignificatiua
rum ſecundum placitum ſine tempore, aliæ ſunt quarum partes aliquid extra ſigni
ficant,alię quarum partes extra nihil deſignant.Hęc namq; uox, quę eſt Socrates cũ
Platone aliiſq; diſcipulis,quæ eſt oratio,& ſignificatiua eſt, & ſecundum placitũ.
Partes nãq; ipſius quæ ſunt nomina,ſecundum placitum ſunt,& ſine tempore.Nul
la namq; in ea ne imaginatio quidẽ temporis inuenitur, ſed habet hoc quod partes
eius extra ſignificant.Tota namq; oratio eſt,Socrates cum Platone aliiſq; diſcipu
lis,ſed eius pars Socrates ſi à tota oratione diſiuncta ſit,ſignificat aliqd.Nominis au
tem pars nihil extra ſignificat,ipſius enim nominis quod eſt Socrates,quod diſiun
ctum à tota cõnexione ſignificat,partes nihil extra deſignant. Neq; enim So,neq;
cra,neque tes,aliquid præter totum nomen extra deſignant. Quare rectiſſimè diffi
nitio conſtituta eſt.Nomen eſſe uocem ſecundum placitum deſignatiuam ſine tẽ
pore,cuius partes nihil extra ſignificant.Hoc autem propoſitis docet exemplis.

In nomine enim quod eſt equiſerus,ſerus per ſe nihil ſignificat, quemad
modum in oratione quæ eſt,equus ferus.

Si enim

Si enim ſit oratio quæ dicat equus ferus,duas res ſignificat,equum & ferum. Vtrun
que enim eſt,unum ſubſtantia,alterum quale. Qui uero dicit equiſerus, unum no
men eſt,& ei unum quod ſignificat ſubiectum eſt,quocirca unum quoq; permiſtio
iſta ſignificat,quod ſi unum ſignificat tota permiſtio,pars inde ſeparata nihil extra
deſignat.In toto enim nomine quod eſt equiſerus,cõſignificat quidem ferus,per ſe
uero nihil ſignificat,quod ſi per ſe id quod dicimus ferus aliquid ſignificare arbitre
mur,non iam erit pars nominis,ſed ipſum erit integrum nomen, & habebit partes
ſe,& rus. Quocirca quoniam nominibus unum ſubiectum eſt,& unum ſignificat
totum nomen,uel ſi ſit æquiuocum,uel ſi non ſit,canis enim cum ſit æquiuocum,ſe
mel totum latrabilem,ſecundo totum cœleſtem,& rurſus totum marinum ſignifi
cat,quare quoniam quodlibet nomen unum aliquid ſignificat totum, pars eius ſe
parata,& uelut à tota compoſitione ſeiuncta,in qua unum aliquid conſignificabat,
nihil extra ſignificat.Dat aũt differentias ſimplicium nominũ & compoſitorum.

At uero non quemadmodum in ſimplicibus nominibus, ſic ſe habet etiã
in compoſitis.In illis enim nullo modo pars ſignificatiua eſt, in his autem
uult quidẽ,ſed nihil ſignificat ſeparata,ut in eo quod eſt,equiſerus,ſerus.

Simplicia, inquit,nominis partes quoniam non cõſtant ex aliįs partibus ne imagi
natione quidem ſignificationis aliquid prodũt,ut in eo nomine quod eſt homo,ne
que ho,neq; mo,quicquã ſignificant,neque ſignificare putantur, idcirco quoniam
ſimplex nomẽ eſt.In his uero quæ compoſita ſunt,quoniam ex duobus ſignificati
uis in unam ſignificantiã rediguntur,uult quidẽ ſignificare aliquid pars, ſed nihil ſe
parata deſignat. In eo enim quod eſt equiſerus,dat quidem imaginationẽ aliquam
ſignificationis,& putatur ſignificare ferus. Hoc eſt enim quod dicit; uult quidem,
ſed nihil extra ſeparatũque ſignificat.Si enim hoc ipſum ferus ut pars nominis di
catur,dimidium nomen dicitur eius quod eſt equiſerus, dimidium autẽ nomen ni
hil deſignat.Ergo id quod dicimus ferus,cum alia parte nominis quę eſt equi unum
conſignificat,id eſt,equiſerus,ſeparatum etiam nihil extra deſignat. Quod ſi rur
ſus ipſum nomen extrinſecus,non in alterius nominis parte ponatur,per ſe ſibi ſig
nificat uelut nomen.Ergo nõ eſt ſimilis in ſimplicibus nominibus cõpoſitiſque par
tium conſignificatio.Sed ſimpliciũ quidẽ nominũ partes nec ipſe ſignificant, nec
ſignificare putantur.Compoſitorũ uero uolunt quidem partes aliquid ſignificare,
& dant ſignificationis imaginationem,& ſignificare aliquid putantur, ſed nullius
ſeparatim retinent ſignificationem.

Secundũ placitũ uero.Quoniã naturaliter nomẽ nullũ eſt,ſed quando ſit nota.
Tunc enim ſignificat nomen ſecundũ placitum,quando ſit nota alicuius rei,id eſt,
quando ſignificat aliquã rem,ut ſcindapſus. Quamdiu enim huic uoci nihil ſubie
ctum eſt,ſcindapſus nomen non eſt.Nam nominis eſt ſignificare ſubiectum,ſcin
dapſus autem ſubiectum non ſignificat. Non igitur nomen eſt. Ac rurſus eſt hu
ius conſtituere ſubiectum,nominis autem ſignificare ſubiectum eſt.Non enim no
men aliquid diceretur,niſi à ſubiecti ſignificatione hoc traheret, præcipuè cum no
men dicatur quaſi notamen.Itaque cum ſcindapſus ſubiectum ſignificat,nomẽ eſt.
Conſtat igitur nomen eſſe ſecundum placitũ,ſed tunc quando ſit nota,id eſt quan
do aliquod ſubiectum ſignificat.

Nam deſignant & illiterati ſoni,ut ferarum,quorum nullus eſt nomen.

Dixerat ſuperius in diffinitione,nomen eſſe ſecundum placitũ nõ natura. Hoc aũt
nunc diligentius monſtrat dicens,nihil eſſe nominũ naturaliter: Atq; ideo non illi
ſufficit ad diffinitionem quod eſt ſignificatiua uox, niſi illud quoque adderet quod
ſecundum placitum uox ſignificatiua eſt.Alioquí multi illiterati ſoni ſignificant,ut
ſibilus aliquid interdum ſignificat. Ferarum quoque mutorumque animaliũ uo
ces interdum aliqua ſignificatione præditas eſſe perſpicimus. Quædam enim uox

canum

canum iram significat, hinnitus quoque equorum sæpè alterius equi consuetudinẽ quærit. Sed hæc naturaliter significant, atq; ideo nomina sunt, quod igitur naturaliter significat, nomen non est. Atque hæc hactenus. Nunc quemadmodum facta sit definitio uideamus. Quod dixit nomen esse uocem, Traxit à genere definitionem. Quod significatiuam esse consequenter apposuit. Nomen ab non significantibus uocibus seiunxit. Quod secundum placitum, à naturaliter significãtibus uocibus natura nominis diuisa est. Quod sine tempore, ad uerborum discrepãtiam respicit. Quod eius nullam partẽ extra significare propositum est, idcirco dictum est ut nomen ab orationibus distare uideretur. Hactenus quidem de tota nominis definitione tractatum est, & quibus differentijs ab alijs uocibus distare possit nomen explicitum est. Nunc autem quę uidentur in definitionem nominis incurrere, an nomina sint, diligentius quęrit.

Non homo uero non est nomen. At uero nec positum est nomen quo illud oporteat appellare. Nam neque oratio, neque negatio est, sed sit nomen infinitum, quoniam similiter in quolibet est, & q̃ est, & quod non est.

Nunc differit qualia esse arbitrari oportet quæ cum sub definitione nominis quidem cadant, integra tamen nomina non esse uideãtur: Vnde fit, ut his diligãtissime distributis, integerrima nominis definitio concludat. Hoc enim quod dicimus non homo quid sit, ambigitur. Oratio enim non est. Omnis enim oratio uerbis nominibus q; coniungitur. Hoc autem quod dicimus non homo, duabus quidem partibus constat, sed unum in se retinet nomen, uerbum uero non habet. Negatiua enim particula, quę est non, neque nomen est neq; uerbum. Rursus negatio nõ est. Omnis enim negatio uerum falsumue significat. Nõ homo uero quod dicimus, neq; uerum est neque falsum. Nisi enim (ut supra ait) aliquid quod sit proximum ad id quod est esse addatur, nulla ueritatis aut falsitatis ratio in qualibet orationis partium compositione perficit. At uero nõ homo nomẽ nõ est. Omne enim nomẽ unam rem significat definitam, ut cũ dicimus homo, substantiã significat nec quãlibet, sed rationalem atq; mortalem. Eodem modo & cętera nomina. Qui uero dicit nõ homo, hominem quidem tollit. Quid autem illa significatione uelit ostendere, nõ definit, potest enim quod homo non est, & equus esse, & canis, & lapis, & cætera quæcunq; homo nõ fuerint. Quare quoniam id quod definite significare potest, aufert in eo negatiua particula, quid uero significare debeat, definite non dicit, sed multa atq; infinita unusquisq; auditor intelligit. Dicatur inquit nomẽ infinitum. Hoc enim quod dicimus non homo, tam multa significat, quam multa sunt, quæ à definitione hominis disiungũtur. Sed hoc Aristoteles uocabulum, cum infinitum nomẽ uocaret primus inuenit. Apud antiquiores enim ista quidem erat dubitatio, sed huic differẽtiæ qua differt nomẽ definitum ab huiusmodi nomine quod cum negatione proponit, impressum uocabulum nõ erat, quod ipse testatur dicens: At uero nec positum est nomẽ, quo illud oporteat appellari. Nullus enim posuit uocabulũ, quo oporteat appellari id quod dicimus, nõ homo, sed Aristoteles perspicaciter infinitum nomẽ huiusmodi prædicamentum censuit appellari.

Catonis autem uel Catoni, & quæcunque talia sunt non sunt nomina, sed casus nominis.

Omnis inquit casus alterius casus est. Itaq; fit, ut quicũque casus sit alterius inflexio uideatur. Ergo quod dicimus huius Catonis, uel huic Catoni, uel alia huiusmodi casus nominum sunt. Vnde fit ut hi casus inflexiones quoque dicantur, sed omnis inflexio alicuius inflexio est. Quod autem inflectitur, ab eo quod ipsa inflexio fit prius est, quare cum id quod dicimus Cato nomẽ sit, & sit primũ, distat ab inflexionibus suis. Inflexio autẽ nominatiui genitiuus est, & cęteri. Nullus enim dixerit rectè nominatiuũ casum esse. Si enim id q̃ dicimus Cato alicuius casus sit, cuius casus esse

esse possit, oportet ostendi, sed ante id quod dicimus Cato, nullus prædicatur casus; igitur quoniam Cato nomen nullius inflexionis est, nec omnino casus est. Cęteri autem casus qui dicuntur, nominatiui inflexione formãtur, Catonis, & Catoni, & Catonem, quare si distant ea quæ ab inflexione nascuntur ab his quę inflectuntur, distãt quoq; hi qui omnes casus, qui sunt Catonis, Catoni, Catonem, ab eo q̃ est Cato, id est à nomine principali, sed hic Cato nomen est, casus igitur nomina non sunt. Aliud enim est ipse casus, aliud cuius est casus. Quocirca si nominis hæc omnia casus sunt, hæc nomina non sunt. Atq; ideo prudẽter ueteres omnes casus Genitiuũ, Datiuum, Accusatiuum, Vocatiuum, Ablatiuum, suis diuersisq; nominibus uocauerunt. Primum uero aliàs rectum, quasi à nullo inflexum, aliàs nominis ipsius uocabulo Nominatiuum dixerũt. Quare nunc hoc Aristoteles exequitur qui casus non minum uideantur non esse nomina, sed tantum nominum inflexiones, id est casus.

Ratio autem eius in alijs quidem eadem est, sed differt. Quoniam cũ est, uel fuit, uel erit, adiunctum, neq; uerum neque falsum est, nomen uero semper, ut Catonis est, uel non est, nõdum enim aliquid uerũ dicit, aut falsum.

Ratio inquit, id est definitio nominis & casus nominis, eadem est, nam sicut nomẽ uox significatiua est secundum placitum sine tẽpore, ut eius pars nulla extra significet, sic etiam casus. Nam uox est & secundũ placitum designatiua, & cuius separatæ partes nihil extra designant. Ergo eadẽ diffinitio ratioq; nominis est & casus nominis, sed his una additur differentia, quod omne nomen cum eo quod dicit̃ est, aut non est coniunctũ, aut affirmatiuã enunciationẽ facit, aut negatiuã, ut Socrates est, uel Socrates nõ est. Hic enim quoniã ueritas aut falsitas incidit, enunciationẽ esse necesse est, in casibus uero quamuis addas est, aut non est, nulla inde affirmatio neq; negatio fit. Neq; enim in hos ulla ueritas aut falsitas cadit. Si quis enim dicat Socratis est, Socratis non est, uel Catonis est, Catonis non est, quid sit uel non sit non apponens, cum simplici casu, est, aut non est, iungens, imperfectam faciet orationem à falsitate ac ueritate disiunctam. Quare nulla enunciatio est. Ergo differt nomen à casu, quod nomen quidem cum est, aut non est iunctum, uel uerũ uel falsum facit. Casus uero neque uerum dicit neq; mentitur. Etenim nullo alio addito trunca est atque imperfecta sententia, sed quorsam istuc, ut definitio scilicet nominis integerrima complereturr. Etenim iam nunc definitio nominis hoc modo est. Nomen est uox significatiua, secundum placitum, sine tempore, cuius nulla pars significatiua est separata, definitum aliquid significans, cum est aut non est iuncta faciens enunciationẽ. Sed de nomine hactenus. Nunc uerbum diligentissima definitione determinat.

DE VERBO.

Verbum autem est, q̃ cõsignificat tempus, cuius pars nihil extra significat, & est semper eorum quæ de altero prædicantur, nota.

Verbum distat à nomine in hoc solo, quod nomen sine tẽpore est, ut supra iã dictum est, uerbum uim temporis in significationibus trahit, & esset quidem plena definitio uerbi, si alia in eo omnia, quæ in nomine posita sunt, ponerentur, hoc solo discrepante, quod uerbũ cõsignificat tempus, esset̃q; definitio ita. Verbũ est uox significatiua secundum placitum, cuius nulla pars extra significatiua est, sed quoniã sunt illa nomini uerboq; cõmunia, proprium autem uerbi est cõsignificare tempus, à proprietate definiti, scilicet uerbi qua à diffinitione nominis segregatur, uerbũ uoluit diffinire. Diligenter autem ait, cõsignificat. Nam significat nomina tempus, ut dies, ut annus, hæc enim temporũ nomina sunt. Verbum autem propriè consignificat tẽpus, principaliter enim aut passionẽ designat, ut actum, ut cum dico, accuso uel accusor. Sed cum ipsa actus passionisq; significatione, uim quoq; secum temporis trahit, ut ille actus aut passio prẽter præsens, aut futurũ, aut præteritũ, aut quod

inter

inter hæc eſt,eſſe non poſſit.Et eſt ſemper eorum quæ de altero prędicãtur nota.Sen ſus huiuſmodi eſt: Omne inquit uerbum ſignificat aliquod accidens, quod acci/dens ſemper de altero prædicatur.Nam ſi omne uerbum aut actionem aut paſſionẽ deſignat.Actio uero & paſſio in accidentibus numerantur,omne uerbum uim ſigni ficat accidentis,ſed accidens ſemper de eo prædicatur quod ſibi ſubiectum eſt, ut al/bum de corpore,& durum de ferro.Quare omnia uerba eiuſmodi aliqua deſignant, quæ ſemper de altero prędicantur,quod per hoc ſcilicet dixit,quod ait uerbum no/tam eſſe, id eſt ſignificationem eorum quę de altero prædicantur,quod idẽ ualet tan quam ſi diceret: Verbũ ſemper accidẽtia ſignificat quorũ hæc natura eſt,ut ſemp de altero prædicenẽ, cuius enim quælibet res nota eſt,hanc ipſa quæ nota eſt,deſignat.

Dico uero quoniam conſignificat tempus,ut curſus quidem nomen eſt,cur rit autem Verbum,conſignificat enim nunc eſſe.

Supra in Nominis diffinitione propoſuit nomen eſſe ſine tempore quod nunc quo que hoc monſtrat exemplo,& diligentiſſimo quidem.Nam idem prædicamentum ad nomen relatum ſine temporis conſignificatione monſtratur,ad uerbum uero,ui detur eſſe cum tẽpore.Curſus enim ſimpliciter dictus ut nomen & ut res propria,ſi/ne tempore eſt,ſi uero in actionem,quę uerbi ſemper eſt,inducatur,mox proprieta tem uerbi ac temporis in ſe ſuſcipit ſignificationẽ.Currit enim uerbum eſt, & ſigni/ficat actionem,& cum eadẽ tempus oſtendit,monſtrat enim nunc eſſe,id eſt prędens tempus. Cõſignificat autem idcirco dictum eſt, quoniam quod dicimus currit,actũ quidem quendam ſignificat,cum eo uero actu in ipſa ſignificatione uerbi præſens tempus inducitur,atq; ideo diligenter ait conſignificat. Et eſt hæc uerborum ſubti litas in Ariſtotele mirabilis.

Et eſt ſemper eorum quæ de altero dicũtur nota,ut eorum quæ de ſubie/cto,uel in ſubiecto ſunt.

Semper inquit uerbum ea ſignificat,quę de altero prædicentur.Quę ſint autem hæc quanquam breuiſſima,ipſe tamen oſtendit.Eſt autẽ conſuetudo Ariſtotelis ea quę accidentia ſunt,in ſubiecto eſſe dicere.Nec non etiam eadem ipſa accidentia de ſub iecto prædicari,idcirco quod omnia quęcunq; accidẽtia ſunt, uel denominatiue,uel quolibet alio modo & de ſubiecto prędicantur, & in ſubiecto ſunt. Nunc ergo hoc dicit,tale quiddam ſignificat uerbum,quod ſemper accidens ſit,quod accidens uel in ſubiecto ſemper,uel de ſubiecto prędicat.Eſt alia quoq; expoſitio hoc modo, de ſub iecto dicitur genus ſemper ad ſpecies. Ergo eorum quæ ſunt, accidentia alia ſunt indiuidua,alia generalia,& illa quidem quæ ſunt indiuidua,in ſubiecto tantum ſunt, ut quodlibet particulari corpori accidens, alia uero ſunt generalia accidẽtia,quæ de aliis accidentibus prædicantur,ut de ſubiectis,ut eſt color,nanq; prędicatur de albe/dine & nigredine & cæteris.Ergo nunc omne inquit uerbum quiddam quod de alte ro prædicatur,ſignificat.Sed hoc huiuſmodi erat,quod aut particulare ſit,& in ſub/iecto tantum,ut eſt currit.Curſus enim de nullo alio prędicatur ſubiecto,niſi tantum in ſubiecto eſt,aut generale erit illud accidens & uniuerſale,ut de alio rurſus acciden te prædicetur ut de ſubiecto,ut ſi dicam mouet. Hoc enim quod dicimus mouet,de ſubiecto curſu prędicatur,qui currit enim mouetur.Significat igit uerbum aut parti culare accidens,qd eſt tantũ in ſubiecto,aut uniuerſale,quod de alio accidente uelut de ſubiecto prædicatur.Hactenus definitionem uerbi diſtribuit.Nunc uero ſicut fe/cit in nomine,ea quę in uerbum incidere poterant,& uerba non eſſe,à uerbi ratione & proprietate diſſiungit.

Non currit uero,& non laborat,uerbum non dico. Conſignificat etenim tempus,& ſemper de aliquo eſt.Differentiæ autem huic, nomen non eſt poſitum,ſed ſit infinitum uerbum.

Sicut

Sicut in nomine fecit,ita quoq; in uerbo ad integram definitionem uerbi proprieta temq; contendit. Ait enim:non currit, non eſſe uerbum.Et idcirco quòd uerbum o/mne finitum aliquid deſignat.Non currit autem quemadmodum infinitum ſit, pau lo poſt demonſtrabitur,quod neq; oratio eſt.In hoc enim quod dicitur: non currit, neq; duo uerba ſunt,neq; duo nomina,neq; nomen & uerbum,quæ ſola poſſunt iũ/gere orationem.At uero negatio non eſt, etenim tota imperfecta ſententia eſt, ſed ne que huic,inquit,antiquiores poſuere uocabulum.Hæc enim differentia quæ eſt non currit,& non laborat,quæ à uerbo puro & ſimplici diſtat,nullo apud antiquiores uo cabulo nuncupata eſt.Differentiam autem uocauit id quod dicitur,non currit,& nõ laborat,ab eo quòd eſt currit & laborat.Sed quoniam his nullum eſt nomen ab anti quis impoſitum,Ariſtoteles nomen ipſe conſtituit dicens:ſit uerbum infinitum.Ad lioqui maximam dubitationem facit huius prædicamenti ſimilitudo,qd ipſum qui/dem prædicamentum uox eſt deſignatiua ſecundum placitum,& de altero prædica tur,& conſignificat tempus,idem,ſcilicet,quod uerbum quod eſt currit.Sed hoc ſo lo differre perſpicitur,quod illud finitum uerbum eſt,hoc infinitũ. Cur autem hoc infinitum eſt,continua ratione perſequitur.

Quoniam ſimiliter in quolibet eſt,& quod eſt,& quod non eſt.

Infinitum,inquit,uerbum eſt,quoniam cum de altero ſemper prædicetur,(non cur/rit enim de altero dicitur) tamen æque uel de ſubſiſtente re,uel de nõ ſubſiſtẽte præ dicari poteſt,ut in eo quòd eſt homo non currit,homo res eſt ſubſiſtens. Ergo dicit id,quod eſt non currit,de homine,ideſt,de re ſubſiſtẽte.Rurſus dicimus chimera nõ currit,chimera uero non eſt,nec omnino ſubſiſtit.Et poteſt de ea uere dici, quod o/mnino non currit.Ergo id quod eſt,non currit,& de ea re quæ ſubſiſtit,atq; eſt in re bus dicitur,& de ea quæ neq; eſt,neq; eſſe poterit,prædicatur, quare infinitum dicit uerbum.Nec ſolum hoc,ſed illud etiam,quod cui dicit currit,rem quam quiſq; faci/at,definite ſignificat.Cum uero dicit,non currit,ipſum quidem curſum uidetur au/ferre,ſed utrum ſedeat,an iaceat,an ambulet,an aliquid aliud faciat non relinquit. Quare quoniam & ea quæ ſunt,& ea quæ non ſunt,infinita ſunt, & de his omnibus prædicatur,quoniamq; id quod tollit,finitum eſt,quod uero ponit,infinitum, propter hoc,uerbum uocabitur infinitum.

Similiter autem curret & currebat uerbum non eſt,ſed caſus uerbi. Differt autem à uerbo quòd hoc quidem conſignificat præſens tempus, illa uero quæ circa ſunt.

Vt in nomine fecit cum caſus à nominibus diſtinxit,ita quoq; caſus uerborum, nũc à uerborum ratione diſſiungit.Curret enim quod futurum eſt,uel currebat quod præ teriti retinet partem,uel cucurrit quod eſt integrum perfectumq; præteritum, non ſunt uerba,ſed uerborum caſus,præſens enim aut futurum expectat,aut præteritum relinquit.Atq; ideo futurum tempus ad præſens tendit, præteritum à præſenti in/choat. Vnde fit ut principaliter contineat uerbum id quod eſt prędens,ut ſit uerbum integrum quod præſens deſignat.Hæc autem quæ præter præſens in aliqua ſignifi/catione ſunt,nõ ſunt uerba,ſed uerborum caſus.Hic quoq; ſicut in nomine fecit,uer borum & caſuum differentiam prodit.Ait enim: Omne uerbum præſens ſignificat tempus.Caſus uerborum illud tempus ſignificat,quod circa ipſum præſens eſt, idq; complectitur.Complectuntur autem id quod eſt præſens,circa quod ipſum ſunt,fu/turum & præteritum tempus,inter utraq; enim tempora præſens locatur.Quicquid ergo uel futurum tempus,uel præteritum ſignificat,quæ tempora præſens comple/ctuntur,& circa ſunt,non uerba,ſed uerborum caſus dicuntur.Eſt ergo integra defi nitio uerbi.Verbum eſt uox ſignificatiua ſecundum placitum cum tempore, cuius nulla pars extra ſignificatiua eſt ſeparata,definitum aliquid ſignificans, præſentis ſi/gnificationem tenens.Quoniam uero pars uerbi nihil extra deſignet, ex eo mani/

festum est,quod ne nominis quidem pars quicquam extra significat.

Ipsa itaq; secundum se dicta uerba,nomina sunt,& significant aliquid. Constituit enim qui dicit intellectum,& qui audit quiescit.

Subtilissimum quidem ingreditur sensum,sed est huiusmodi: Omne,inquit,uerbum per se & sine alterius cõiunctione prolatum,nominis quodammodo speciem tenet, & uere nomen est. Cum enim dico homo currit,tunc id quod dixi currit,ad hominem referens integrum feci uerbum,quoniam sine dubio semper de altero prædicatur. Sin uerò per se dixero currit,suum quiddam quodammodo facio ipsum currit, cum nullo alio iungẽs,et fit mihi nomen. Vnde Græci quoq; his per se dictis uerbis, aliquoties addunt articularia præpositiua,ut est τὸ τρέχειν, τοῦ τρέχειν. Si quis enim dicat uelocius est id quod est currere,eo quod est ambulare. In illo nominatiuum iũxit articulum,dicens,id quod est currere: In illo uero ablatiuum,dicens, eo quod est ambulare. Velut si quis in nomine dicat,id quod est scamnum leuius est eo quod est ostium. Hoc ꝺd diximus,id quod est scamnum,ad ipsum scamnũ articulare prępositiuũ iũximus,tanquam si diceremus: hoc scamnum. Et quod rursus diximus eo ꝺd est ostium,tãquam si diceremus hoc ostio. Ita quoq; cum dicimus uelocius est id ꝺd est currere,eo quod est ambulare,hoc quod dicimus id ꝺd est currere,ita ponimus tãquam si dicamus,hoc currere. Et rursus eo quod est ambulare, tãquam si diceremus ablatiuo modo,ambulare,quasi translatum ad nomen sit, dictumq; sit hac ambulatione. Quare per se dicta uerba nomina sunt. Et est huius rei probatio quã ipse Aristoteles ponit. Cum enim simplex dicimus nomen,auditoris inchoat intellectus cũ nostra prolatione,et dum proferimus, dicentis sequitur uocem,et tunc quiescit,cum illud nomen fuerit expletum. Cum enim dico Hippocentaurus, ingreditur à prima syllaba audientis intellectus,& usq; ad finem totius nominis non quiescit. Vbi uero extremam audierit syllabam, mox quid dictum sit auditor intelligit, & ad eius intelligentiam conquiescit. Sic ergo & in uerbo,cum dicimus currere,intellectus quidẽ audientis per eius syllabas quæ sunt,cur,& re,& rursus re,uadit, sed ubi extremam audierit syllabam,mox totius uerbi capiens significationem intellectus quiescit. Ergo uerbum per se dictum nomini simile est,& est quodammodo nomẽ. Sicut enim in nomine is qui dicit,intellectum audientis ultimæ syllabæ prolatione,& totius nominis perfectione constituit,& is qui audit quiescit,& ultra eius intelligentia nõ progreditur,ita quoq; & uerbum,si per se dicatur,audientis cõstituit intellectum, quod si cum alio coniungatur,nondum tota intelligentia constituitur audientis. Vt cũ dico: Socrates ambulat,in solo ambulat,quod est uerbum,non consistit perfecta sententia,nisi in toto,quod est Socrates ambulat. Rursus cum dico ambulare, moueri est,non in unoquoq; horum uerbo sententia constituta est,sed in tota oratione conquiescit auditor. Idcirco quoniam si uerbum de uerbo altero subiecto prædicetur, utriusq; uerbi significationem iungit auditor,& non per se uerbum ipsum cõsiderat quod dicitur,sed ad alterum refert,ut ambulare moueri est, ambulationem ad motũ, uel Socrates ambulat,ambulationem ad Socratẽ. Tunc ergo fit integrum uerbum, cum refertur ad alterum. At si simpliciter prędicetur,uerbum nomen est,idcirco ꝺd sicut nomen dictum,ita quoq; uerbum audientis constituit intellectum.

Sed si est,uel nõ est,nondum significat,neq; enim signũ est rei,esse uel nõ esse.

Sed quanquam nomẽ sit,inquit,uerbũ,& aliquid definite significet per se dictũ, solũ tamen non faciet enunciationem,neq; uerum aliquid falsumue constituet,hoc est enim quod ait: Sed si est uel non est, nondum significat. Ad affirmationem referens quod dixit,sed si est,ad negationem,quod ait,uel non est. Nihil enim horum significat uerbi per se prędicta prolatio. Cum enim dico currit,hoc ipsum currit significat quidẽ aliquid, sed si est aut nõ est, nondum significat. Neq; enim esse,signum est rei, aut

aut non esse. Quod tantum ualet,tanquam si dicam,id quod dico currit,non significat esse ipsum cursum,aut nõ esse. Si enim significaret ita diceretur: Currere est, uel currere non est. Nunc autem currit non designat esse ipsam rem uel non esse. Dicit enim solum,& est intellectus quidam sed neq; affirmationem significat, neq; negationem. Idcirco quod neq; ponit rem esse,nec eam interimit. Quod per hoc monstrauit quod ait: Neq; enim esse signum est rei,uel non esse,ideſt neq; enim quodlibet uerbum ita prædicat,ut signũ sit rei illius de qua prædicat,quoniã est,uel quoniã nõ est.

Nec si hoc ipsum,est,purum dixeris,ipsum enim nihil est,cõsignificat autem quandam compositionem,quam sine compositis non est intelligere.

Est uerbum,iunctum cum alio uerbo uel nomine solet facere propositionem,ut: Homo est,uel currere est. Ipsum autem est purum si dictum, inquit,fuerit, neque uerũ est,neq; falsum,à quo omnes penè enunciationes fiunt,quæ sunt simplices: Ergo nec si hoc ipsum est purum dixeris,esse aliquid,aut non esse significat,ideſt,aut affirmat aut negat,idcirco quod ipsum est simpliciter dictum nihil est. Non quod omnino nihil significet,sed quod nihil ueritatis habeat neq; falsitatis,ideſt nõ nihil est ad significationem, sed ad ueritatis falsitatisq; significationem,de qua nunc tractabit: Cur autem nihil ueri falsiq; monstret,ostendit: Est enim duobus modis dicitur,ut uerum falsumq; designet,aut cum unam rem quamlibet propria compositione constituit, ut cum dico: Homo est,ipsum est cum homine iunctum,atq; compositum esse hominem constituit,& fit exinde enunciatio: Aut rursus cũ duæ res per ipsius uerbi cõpositionem copulationemq; iungũtur,ut est: Homo animal est. Homo namq; & animal copulantur,atq; iunguntur per id quod dicitur,homo animal est. Ergo si omnis ueri falsiq; in enunciatione significatio,eius quod dicitur est,in compositione est,cũ aut sua compositione aliquid esse constituit, aut duas res copulat atque componit, uis eius quæ in enunciationibus propositionibusq; monstratur,in ueri falsiq; scilicet, designatione, præter ipsas cõpositiones, in quibus hoc solet efficere, nulla est, atque hoc est quod ait: Consignificat autem quandam compositionem,quam sine compositis non est intelligere. Cum enim dico est, nihil significaui quid sit, aut non sit. Quod si faciam enunciationem, componam necesse est, ut: Homo est, aut homo animal est. Quare si omnis eius uis in ueri falsiq; enunciatione ad compositionem refertur,cum præter compositionem dicitur,quod in compositione designare potest,id præter compositionem nõ designat,potest autem compositione facta uerum falsumq; in enunciatione mõstrare. Hæc igitur sine compositis in uerbo est,nullus ualet aduertere. Rectè igitur dictum est consignificare quandam cõpositionem,quæ sine compositis intelligi non ualeret.

DE ORATIONE.

Oratio autem est uox significatiua, cuius partium aliquid significatiuum est separatum, ut dictio, non ut affirmatio, uel negatio.

Omne quod compositum est,eorum susципit naturam,ex quibus totum compositi ipsius corpus efficitur. Quare quoniam oratio uerbis constat atq; nominibus,quę significatiua sunt,rectè quoq; oratio significatiua esse definit. Sed distat oratio ab his ex quibus ipsa effecta est,ideſt,nominibus atq; uerbis,quod eorum partes nihil extra designant,orationis uero pars aliquid separata significat. Nam si nomen & uerbum partes orationis sunt,hæc autem per se significant,non est dubium separatas orationis partes significare. Quid autem designent,sequenti determinatione monstrabit. Significant igitur partes orationum,ut dictio semper,non ut affirmatio semper uel negatio. Nunc autem dictionem dicit simplicem uerbi aut nominis nuncupationem: Sunt enim quædam orationes,quarum partes ita significant quasi affirmatio, ut in ea oratione quæ est,si dies est,lux est,id quod dicimus lux est, totius orationis pars est,& ita est significatiua ut quædam affirmatio. Sed non omnis oratio affirma

tionem habet in parte, hæc enim ipſa quæ dicit lux eſt, habet in partibus id ꝙd dicimus lux, & rurſus id quod dicimus eſt, ſed neutra ipſarum affirmatio eſt, ſed tantum ſimplex dictio. Omnis ergo oratio dictionem quidem habet in parte, non uero omnis oratio affirmationẽ. Rectè igitur dictum eſt partes orationis ſignificare, ut dictionẽ, nõ ut affirmationẽ. Quid autem ſit dictio, ipſe paulopoſt clarius demonſtrabit.

Dico autem, ut homo, ſignificat enim aliquid, ſed non quoniam eſt, aut non eſt, ſed erit affirmatio uel negatio ſi aliquid addatur. Sed non una hominis ſyllaba.

Quod ſuprà poſuit dicẽs, orationis partes ut dictionem ſignificare, non ut affirmationem, hoc conuenienti monſtrauit exemplo, homo inquit dictio eſt, & eſt pars orationis, ſi in tota oratione ponatur, ut eſt, homo animal eſt. Ergo id quod dicimus homo, dictio quædam eſt, ſed affirmatio non eſt. Cum ergo nomen hoc, ideſt homo pars orationis ſit, & affirmatio non ſit, docet uerum eſſe quod dicitur, orationis partes ſignificare, ut dictionem, non ut affirmationem. Docet aũt illa res nomen hoc affirmationem nõ eſſe, quod in affirmatione ſemper ueritas aut falſitas inuenitur, nomẽ uero ſimpliciter dictum, neq; uerum neq; falſum eſt. Quare nomen hoc, ideſt homo, ut affirmatio non ſignificat, ſed deſignat aliquid ſimplex, ſignificat igitur aliqd ut dictio. Hæc autem dictio ſi ei addatur aliquid, ut uerbum eſt, aut quodlibet uerbũ aliud quod enũciationem poſſit efficere, erit affirmatio. Si enim quis dicat homo eſt, uel homo uiuit, fit affirmatio, atq; hoc eſt quod ait, ſed erit affirmatio, uel negatio ſi quid addatur. Si enim aliquid ita apponatur uel appoſitum ita negetur, ut enunciatio conſtitui poſſit affirmatio negatione perficitur. Siquis enim dicat homo uiuit, affirmatio eſt. Homo non uiuit, negatio. Docet autem dictionem eſſe uocem ſecundum poſitionem per ſe ſignificantem per hoc quod ait, ſed non una hominis ſyllaba. Vna enim hominis ſyllaba dictio non eſt, idcirco quod nihil per ſe ſeparata ſignificat, ut ho, & mo, & in cæteris, ut ſuprà oſtẽdimus. Omnis enim huiuſmodi pars quæ per ſe nihil ſignificat, non eſt dictio, ſed tantum in toto nomine quiddam poſitum deſignat, & conſignificat, ut in eo quod ipſe ponit exemplo:

Neq; enim in eo q̃ eſt Sorex, rex ſignificat, ſed uox nũc eſt ſola. In duplicibus uero ſignificat quidẽ aliquid, ſed nõ ſecundũ ſe, quemadmodum dictum eſt.

In eo inquit quod eſt Sorex, rex uidetur quidem aliquid ſignificare, ſed cum toto nomine conſignificat potius, quàm quicquam per ſeipſum deſignet, quemadmodũ ſuprà iam dictum eſt. Docuit enim ſuprà partes nominis nihil omnino ſignificare ſeparatas. Quod ergo dicit, ſed non ſecundum ſe, ideſt in eo quod eſt Sorex, rex per ſe nihil ſignificat, ſed tantum quiddam conſignificat, quod cum tota nominis compoſitione deſignat, cum & ſo ſyllaba & rex iuncta in unum, id quod eſt Sorex, in tota ſyllabarum coniunctione deſignet.

Eſt autem oratio omnis quidẽ ſignificatiua, non ſicut inſtrumentum, ſed quẽ admodum dictum eſt, ſecundum placitum.

Plato nomina naturalia eſſe conſtituit, & hoc hinc probare contendit quod quædã ſuppellex, & quodammodo inſtrumentum ſit, inuicem ſenſa prodendi. Naturalium uero ſuppellectiles ſunt naturales, ut oculi inſtrumenta quidem ſunt uidendi, cui uiſus res naturalis eſt. Quare oculos quoq; naturales eſſe neceſſe eſt, ita etiã oratio rerum naturaliũ ſuppellex eſt, atq; inſtrumentũ, ideſt, ſententiarum. Quare ipſa quoq; oratio eſt naturalis. Ariſtoteles autem dicit, nõ ſecundum naturam eſſe orationem, ſed ſecundum placitum. Quocirca nec orationem eſſe ſuppellectilem naturalem.

Quod enim dicit, non ſicut inſtrumentũ, non dicit non per hoc inſtrumentum ſenſa proferri, ſed tantum rem eſſe orationem ſecũdum poſitionem, per quas proprias ſententias

ſententias demonſtremus. Cuius enim rei partes ad placitum ſunt, ipſa quoq; ad placitum eſt. Sed orationis partes nomen & uerbum ſunt, hæc autem ſunt ad placitum, non natura. Oratio igitur ipſa ſecundum placitum poſitionem q̃ eſt, ſed non eſt naturaliter conſtituta. Eſt autem integra definitio orationis hæc. Oratio eſt uox ſignificatiua ſecundum placitum, cuius partes aliquid extra ſignificant.

Enũciatiua uero non omnis, ſed illa in qua uerũ uel falſum eſt, nõ autem omnibus ineſt, ut deprecatio, oratio quidem eſt, ſed neq; uera, neque falſa.

Orationis (ut ſupra iam diximus) multæ ſunt ſpecies, eſt enim oratio prima, optatiua, ut utinam tibi iſtam mentem dij immortales dent. Secunda, uocatiua, ut heus tu. Tertia, imperatiua, ut cape, da hoc Portio. Quarta, deprecatiua, ut Iuppiter omnipotens precibus ſi flecteris ullis. Quinta, enunciatiua, ut dies eſt, dies non eſt. Sed in hac ſola ſpecie orationis ueritas & falſitas ineſt, in illis uero ceteris minimè. Volens autem Ariſtoteles oſtendere multas eſſe orationes, & non omnem orationem eſſe enunciatiuam, hoc addidit: Deprecatio oratio quidem eſt, ſed neq; uera neq; falſa. Etenim deprecatio in orationis ſpeciebus ponit̃, ſed nulla in ea ueritatis natura, falſitatis q̃ cognoſcitur.

Cæteræ igitur relinquantur. Rhetoricæ enim uel Poëticæ cõuenientior eſt conſideratio. Enunciatiua uero, præſentis eſt ſpeculationis.

Deprecatiuam inquit, & optatiuam, et uocatiuam, & imperatiuam, Poëtis atq; Oratoribus relinquamus. Illis enim uel ad immittendos uel ad mouendos affectus cætere orationis ſpecies aſſumuntur. Nos uero Philoſophi quibus ueritatis falſitatis q̃ diſcretio eſt curę, de illa ſola oratione tractamus, in qua utrumlibet horum poſſit agnoſci. In enunciatione uero aut ueritas ineſt aut falſitas, quocirca nos quoq; de enunciatione tractemus.

Eſt autem una prima oratio enunciatiua, affirmatio, deinde negatio, aliæ uero omnes, coniunctione unæ.

Enunciatiuarum orationum aliæ ſunt per ſe unæ, ut eſt, homo animal eſt, aliæ coniunctione unæ, ut eſt, ſi homo eſt, animal eſt. Homo eſt enim & animal eſt, duæ ſunt, ſed addita coniunctione quæ eſt, ſi, una redditur. Earum autem quæ unæ per ſe ſunt. Prima eſt affirmatio, ſecunda negatio. Hoc enim tollit negatio quod affirmatio ante conſtituit, & hoc negatio diuidit, quod illa coniunxit. Enunciatiuarum igitur orationum earum quæ ſunt per ſe unæ, prima eſt affirmatio, deinde negatio. Aliæ uero ſunt non per ſe unæ, ſed cum plures ſint naturaliter, unæ fiunt coniunctione.

Neceſſe eſt autem omnem orationem enunciatiuam ex uerbo eſſe, uel caſu uerbi. Etenim hominis ratio, ſi non eſt, aut erit, aut fuit, aut aliquid huiuſmodi addatur, nondum eſt oratio enunciatiua.

Ariſtotelis in Græco textus non habet ita, ut nos ſupra poſuimus, ſed hoc modo. Etenim hominis ſi non aut eſt, aut erit, aut fuit, & cætera. Subintelligendum relinquente Philoſopho, quod de ratione diceret, ideſt de diffinitione quam græci λόγον dicũt. Sed cum ſupra de oratione tractaſſet, quæ apud illos ſimiliter λόγος uocatur, dum de hominis ratione, ideſt definitione uellet dicere, quoniam non ſignificat uerũ uel falſum, niſi ei aut eſt, aut erit, aut fuit, addatur, communione uocabuli uſus, ad λόγον de quo ſuperius tractabat, retulit, ut non orationem intelligeremus, ſed potius rationem. De qua re nunc illis ſatisfacimus qui Græcæ orationis periti nos fortè culpabũt, cur quod illic non fuit, noſtræ translationi adjiceremus. Nos enim ad faciliorem intellectum latinæ orationi famulãtes hoc appoſuimus, quia de oratione loquentibus intellectus ad rationem, niſi id eſſet adiectum, transferri non poterat. Totum uero quod dicit tale eſt, enunciatiuę orationes ſi ſunt ſimplices, has uerba conſtituunt. Ex

duobus enim nominibus solis enunciatio non fit, ex nomine autem & uerbo fit; ut est homo uiuit. Fit quoq; ex solis uerbis ut est, ambulare mouerí est. Fit etiam ex casu uerbi, ut Socrates fuit, uel etiam dies erit. Erit enim & fuit, uerbi casus sunt. Quocirca enunciatiuam orationem simplicem sola maxime uerba constituunt. Eorumq; ponit exemplum, in quo cum plura sint nomina, nisi addito tamen uerbo in enunciationis proprietatem, & significantiam non uenit, ut est definitio hominis. (Ratio enim hominis est speciei definitio.) Cui si non aut est, aut non est, aut aliquid huiusmodi addatur, enunciatio esse non poterit. Nam si quis dicat animal rationale mortale, nulla in eo adhuc falsitas aut ueritas intelligí. Si uero addatur est, ut sit animal rationale mortale est, enunciatio sine ulla dubitatione perficitur. Solum igitur uerbum enunciatiuam simplicem continet orationem.

Quare autem unum quiddam est & non multa, animal gressibile bipes, neq; enim eo quòd propinquè dicuntur, unum erit. Est autem alterius hoc tractare negocij.

Cum de simplicibus atq; unis orationibus loqueretur, definitionem hominis interposuit, de qua nunc hoc dicit. Ita quidem interposita est definitio hominis, tanquam si una esset oratio. Cur autem una sit oratio nũc, inquit, dicere intermittemus. Neq; enim idcirco una esse putanda est, quia continue dicitur & sibimet propinque, animal gressibile bipes. Posset enim uideri horum cõtinua, & sub una prolatione dicta, unam facere enunciationem, sed hoc Aristoteles negat. Nam non idcirco una oratio est, quia propinque & continue dicitur. Cur autem una sit, alterius est hoc tractare negocij, & de eo disputat in his libris quos Metaphylica inscripsit, quod est primi opus Philosophi. Nobis autem hoc in secunda editione monstrandum est.

Est autem una oratio enunciatiua uel quæ unum significat, uel coniunctione una. Plures autem, quæ plura, & non unum, uel inconiunctæ.

Duplicem modum unarum multarumq; orationum esse denunciat. Est nãq; una oratio uel cum unam rem significat, uel cum coniunctione una est, ut est ea quæ dicit: animal rationale mortale homo est, hanc enim huius orationis sententiam nullus in multas significationes diducere poterit, sed unum quoddam significat, & est præter coniunctionem. Alia uero oratio est una, quæ per coniunctionem una est, ut si dies est, lux est. Est ergo una oratio quę uel unam rem significat, uel coniunctione iungit. Plures autem sunt, quę plura significant, ut est, canis mouet. Hanc enim potest et ad latrabilem & ad marinum & ad cœlestem auditor aduertere; atq; ideo quoniam multa significat, non est una oratio, sed plures. Sunt quoq; orationes per se plures & numero & significatione, quæ nulla coniunctione copulant, ut si quis dicat, sol est, pax erit, nox est, cœlum uoluitur. Hęc enim cum plura significent, nulla tamen coniunctione iunguntur, atq; ideo plures orationes uocantur. In summa igitur orationum unarũ, aliæ sunt significatione unæ, aliæ cõiunctione, non unarum uero orationum aliæ sunt significatione plures, aliæ eo quoniam nulla cõiunctione copulantur.

Nomẽ ergo et uerbũ dictio sit sola, quoniã nõ est dicere, sic aliquid significãtem uoce enuntiare, uel aliquo interrogante, uel non, sed ipso proferente.

Per hanc sententiam simplex dictio quid sit exponit. Dicit enim uerbum nomenq; dictiones uideri solum, non etiam affirmationes, atq; huius sententiæ causam subnectit. Idcirco enim uerba & nomina dictiones solum sunt, quoniam cum dicta fuerint simplicia, siue aliquo proferẽte, idest, sponte dicente, siue ad alterius interrogationẽ aliquo respondente, neq; uerum ex his neq; falsum ualet intelligí. Si quis enim per se dicat: Socrates, uel rursus per se solum simplexq;, ambulat, neq; uerũ efficit, neque falsum. Si uero alio interrogante, Socrates ne ambulat? ille respondeat? ambulat, si huic ipsi uerbo per se quisquam uelit aduertere, quod dixit ambulat, enunciatio

ciatio nulla est, quod si cum superiore interrogatione coniungat, tunc ex interrogationis & responsionis coniunctione nascitur enunciatio. Solum autem nomen uel uerbum neq; dicente aliquo, & sponte proferẽte, nec respondẽte, potest quisquam dicere, quoniã enũciatio facta est. Et sensus quidem huiusmodi est. Ordo autem uerbo rũ talis est. Nomẽ ergo & uerbum dictio sit sola, quoniam sic aliquid significantẽ uoce, idest, nomen aut uerbũ simpliciter proferentẽ, non est dicere enũciare. Non enim possumus dicere ẽd aliquid enũciet is, qui simplex nomẽ aut simplex protulit uerbũ siue alio interrogante, siue non interrogante, sed ipso sponte proferente.

Harum autem, hæc quidem simplex est enunciatio, ut aliquid de aliquo, uel aliquid ab aliquo. Hæc autem ex his coniuncta, uelut oratio quædam iam composita.

Nunc quid oratio sit simplex cõpositaq; declarat. Est enim simplex oratio quæ duobus terminis constat. Termini autem sunt nomina & uerba, quæ in simplici propositione prædicamus, ut in eo quod est, Socrates disputat, Socrates & disputat termini sunt, & qui minor terminus in enunciatione proponitur, ut Socrates, subiectus dicitur, & ponitur prior, qui uero maior, prędicatur, et locaẽ posterior, ut disputat. Quę cumq; propositio ex uno subiecto et uno prædicato facta est, illa simplex enunciatio nuncupatur, atq; hoc est quod ait. Harum autem, idest, enunciatiuarum simplex est enunciatio, ut aliquid de aliquo, ut unum prædicatum quod est aliquid de uno subiecto quod est de aliquo prædicetur. Hoc autem pertinet ad affirmationem, ut aliquid de aliquo prædices. Ad negationem uero, ut unum aliquid ab uno aliquo prædicando disiungas, ut in eo quod est, Socrates non disputat, disputare unum terminum, à non Socrate alio termino, prædicando disiunxi. Aliæ uero sunt orationes enunciatiuæ, quæ compositæ nominantur, quæ ex simplicibus orationibus componuntur, ut est, si dies est, lux est, Dies est & lux est, duæ sunt simplices enunciatiuę orationes, id circo quod binis terminis cõstant, ex duabus autẽ simplicibus orationibus tota hęc oratio est, quæ dicit, si dies est, lux est, hoc est enim quod ait. Hæc autem ex his coniuncta, idest ex simplicibus orationibus enunciatiuis, uelut oratio quædã iam composita, quippe cuius totũ corpus ex his iungit, quas simplices esse iam suprà docui.

Est autem simplex enunciatio, uox significatiua de eo quod est aliquid, uel nõ est, quemadmodum tempora diuisa sunt.

Postquam de compositis orationibus simplicibusq; tractauit, diffinitionem enunciationis per affirmationem & negationem ingreditur, ait enim, enunciatio est uox significans affirmationem uel negationem, uel in præteritum, uel in præsens uel in futurum tempus. Quod enim dixit, de eo quòd est, ad affirmationem retulit, quod addidit, uel non est, ad negationem, quod uero secutus est, quemadmodum tempora diuisa sunt, ad singulorum temporum retulit rationem, siue enim aliquis dicat: Socrates uiuit, Socrates non uiuit, siue Socrates uixit, Socrates non uixit, uel sic: Socrates uicturus est, Socrates uicturus non est, quoniam affirmatio est aut negatio, & quoniam quælibet ipsarum in aliquo temporum est, quæ diuiduntur in futurum, præsens, ac præteritum, plenam retinet simplicis enunciationis naturam.

Affirmatio uero, est enunciatio alicuius de aliquo. Negatio uero, enunciatio alicuius ab aliquo.

Ad affirmationis & negationis determinationem enunciationis nomen sumpsit, ut generis, est autem affirmatio quoties aliquid de aliquo cum eo quod est esse prædicamus, ut cum dicimus homo animal est, animal de homine prædicamus, quoties autẽ aliquid ab aliquo prædicando disiungimus, negatio est, ut homo lapis non est, lapidẽ enim ab homine disiungimus, quare recta affirmationis & negationis facta est diffinitio.

De subiectis, & prædicatis enunciationum.

QVoniam autem est enunciare, & quod est, non esse: & quod nō est, esse: & quod est, esse: & quod nō est, nō esse. Et circa ea, quæ sunt extra præsens, tēpora, similiter omne contingit quod quis affirmauerit, negare, & quod quis negauerit affirmare. Quare manifestum est, quonim omni affirmationi est negatio opposita, & omni negationi, affirmatio. Et sit hoc contradictio, affirmatio & negatio oppositæ.

NVnc diuidit enūciationes, uel quæ de his possunt fieri rebus, quæ sunt, uel quæ de ijs quæ non sunt, siue in affirmatione, siue in negatione. Dicit enim quoniā est enūciare q̄d est nō esse, ut si quis dicat, nullus homo animal est. Hoc enim q̄d est, non esse proposuit. Hęc est falsa negatio. Et quod non est esse, ut si quis dicat, omnis lapis animal est, quod enim non est esse cōstituit, & hæc est falsa affirmatio. Et quod est esse, ut si quis dicat, omnis homo animal est. Quod enim est, esse cōfirmat, & hęc est affirmatio uera. Et quod non est, non esse, ut si quis dicat, nullus lapis animal est. Quod enim non est, non esse proposuit, & hæc est uera negatio. Et non solum hoc in præsenti tempore, sed circa ea quoq; quæ præter præsens sunt tempora. Hoc autē tantum ualet, ac si diceret, hoc non modo in præsenti tempore ita enuntiari potest, ut sit uera falsaq; negatio, et rursus uera falsaq; affirmatio, sed etiam in præteritum et futurum, quæ extra præsens tempora sunt. Similiter etenim omne contigit quod affirmatur negare, & quod negatur ab alio, alium rursus affirmare. Quod si omni ueritati falsitas opponitur, omni etiam falsitati ueritas, est autem & affirmationis & negationis falsa proferre, constat quod omni negationi affirmatio, & omni affirmationi negatio opponitur. Hinc ergo quid sit quod dicitur contradictio, declaratur. Est enim cōtradictio affirmationis & negationis oppositio. Cum enim quis affirmat, q̄d alius negat, ipsa utrarumq; præpositionum pugna, contradictio nominatur. Atque hoc est quod ait. Et sit hoc contradictio, affirmatio & negatio opposita. Cum enim affirmatio negationi opponitur, cōtradictio est. Sed quæ sit affirmatio oppositæ negationi, aut quæ sit harum propositionum oppositio, in sequentibus prodit. Neque enim quælibet negatio cuilibet affirmationi opposita est, sed tantum hæ quas in sequentibus ipse determinat. Quocirca erit contradictio, affirmatio & negatio oppositæ, quæ sint autem oppositæ, sequens expositionis ordo contexit.

Dico autem opponi eiusdem de eodem. Non autē æquiuocè, & quæcunq; cętera talium determinauimus contra Sophisticas importunitates.

Fieri tunc oppositionem in affirmationibus negationibusq; demonstrat, cum idem subiectum idemq; prædicatum in negatione sit, quod quilibet in affirmatione proposuit, oportet enim semper si opposita est affirmatio negationi, unam esse ueram, alteram falsam. Quod si utræq; falsæ sunt, aut utræq; ueræ, non sunt oppositæ. Necq; enim se perimunt. Si autem una sit falsa, alia uera, tunc uera perimit falsam. Et si illa fuerit uera, alia mox à ueritate discedit. Quod si in qualibet affirmatione aut subiectum, aut prædicatum fuerit æquiuocum, non sunt oppositæ. Si quis enim dicat: Alexander Helenam rapuit, & hoc aliquis neget dicens: Alexander Helenam non rapuit, quoniam Alexander æquiuocum nomen est, potest utrunq; esse uerum, & negatio, si de Alexandro Magno loquatur, & affirmatio, si de Alexandro Troiano proponat. Quare non sunt hæ oppositæ. Illas autem esse dicit oppositas, quæcunque eiusdem prædicati habent oppositionem de eodem subiecto, ut ibi nulla equiuocatio diuersitatis causa sit, hoc enim est quod ait: Dico autem opponi eiusdem de eodem. Non autem æquiuocè, ut eiusdem prædicati sit oppositio in negatione, qui fuit in affirmatione. Et de eo subiecto fiat negatio, de quo ante facta est affirmatio.

Sed

Sed diligētius hæc in libro quē περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων inscribit edisserit, illic enim Sophistarū, quos fallaces argumētatores Latine possumus dicere, qui per huiusmodi propositiones quæ uerum inter se falsumq; non diuidunt, mendaces colligunt syllogismos, argumenta distinxit, quibus capere respondentem atque innectere consueuerunt. Ergo nunc hoc dicit etiam illa esse obseruanda, quæ contra argumentorum importunitatem determinata sunt. Quæ uero sint illa, dicenda à me secūdę editionis textus expectet.

Quoniam autem sunt hæc quidem rerum uniuersalia, illa uero singularia.

Dico autem uniuersale, quod de pluribus natum est prædicari, singulare uero quod non, ut homo quidem uniuersale est, Plato uero eorum quæ singularia sunt.

Omnis propositio quemadmodum fiat ostendit. Secundum enim res quæ significantur, propositionis natura perficitur. Rerum autem alia sunt uniuersalia, alia particularia. Vniuersale est quod de pluribus prædicatur, ut homo de pluribus dicitur, & est uniuersalis. Singulare uero est, ut quelibet res indiuidua, cuius nulla prædicatio ad sibi met subiecta perueniat, ut Plato uel Socrates, horum autem naturam docet exemplis, ait enim: Vt homo quidem uniuersale, Plato uero eorum quæ sunt singularia. Nam si hoc est uniuersale quod de pluribus prædicatē, homo uniuersale est, de pluribus enim indiuiduis dicitur. Quod si hoc rursus est singulare, quod de nullo alio predicatur, Plato singulare est. Indiuidua namq; de nullis alijs predicantur. Quoniam ergo sunt quædam rerum uniuersalia, alia uero singularia, manifestū est, quoniam omnis affirmatio aut negatio per hæc constituitur.

Necesse est autem enuntiare quoniam inest aliquid, aut nō. Aliquoties quidem eorum alicui quæ unuersalia sunt, aliquoties autem alicui eorū quæ sunt singularia.

Omnis namque propositio, aut singulare habet, aut uniuersale subiectum, siue affirmatione annuat, siue abnuat negatione. Si quis enim dicat, homo animal est, homo animal non est, uniuersalē rem, id est, hominē, animal aut esse aut non esse proposuit. Atque hoc est quod ait, necesse est autem enunciare quod inest aliquid, aut nō, aliquoties quidem eorum alicui quæ sunt uniuersalia. Homo enim cum sit uniuersale, animal illi inesse affirmatio proposuit. Quæ dixit, homo animal est, & non inesse negatio, quæ ait, homo animal nō est. Si uero aliquis sic dicat: Socrates disputat, Socrates non disputat, alicui eorum quæ sunt singularia esse & non esse cōiunxit. Et hoc est q̄d ait: Aliquoties autem eorū quæ sunt singularia. Nam cum Socrates singulare quiddā sit, disputatio ei ab affirmatione iūcta est, sed à negatione seiūcta.

Si ergo uniuersaliter enuntiet de uniuersali, quoniam est, aut non, erūt hę contrariæ enunciationes. Dico autem de uniuersali enūtiationem uniuersalem, ut omnis homo albus est, nullus homo albus est. Quando autem de uniuersalibus, non uniuersaliter, non sunt hæ contrariæ, quę autem significantur, est esse aliquando contraria.

Omnis affirmatio omnisque negatio aut uniuersalis est, aut particularis, aut indefinita. Vniuersalis est affirmatio, ut siqs dicat, omnis homo animal est. Cum sit enim uniuersale subiectū homo (de multis enim prædicari alijs potest) uniuersaliter prædicātū est. Diximus enim omnis homo est animal. Nec solū hominē, q̄d est uniuersale posuimus, sed etiā omne, & uniuersale, id est, omne adiecimus uniuersali, id est, homini, et hęc est affirmatio uniuersalis, sin uero dicat aliqs, nullus homo animal est. Rursus homini, uniuersali rei determinationē uniuersalē, id q̄ dicit nullus, adiecit.

Siue ergo in affirmatione, ſiue in negatione, ſi eas uniuerſaliter aliquis proferat, uniuerſale uniuerſali proponit. Non proponit autem uniuerſale uniuerſali quoties ita dicit: Homo animal eſt, homo animal non eſt. Cum enim homo ſit res uniuerſalis, nulla adiectio uniuerſalitatis, quæ eſt nullus, aut omnis, affirmationem uel negationem fecit. Quocirca repetendum eſt, affirmatio uniuerſalis eſt, in qua uniuerſale, uniuerſaliter prædicatur affirmatiuè. Et negatio uniuerſalis, in qua rurſus uniuerſale, uniuerſaliter prædicatur negatiuè. Et hę huiuſmodi contrariæ ſunt. Fieri enim non poteſt, ut ubi uera affirmatio uniuerſalis, illic uniuerſalis negatio, uera ſit, & è contrario, fieri tamē poteſt, ut utræque falſę inueniri poſſint, ut omnis homo iuſtus eſt, nullus homo iuſtus eſt, hic enim utræque ſunt falſæ, ſed una quidem uera, altera falſa reperitur, ut in eo quod eſt, omnis homo animal eſt, nullus homo animal eſt. Hic una uera eſt, altera falſa, ut uero utręq; uerę ſint, fieri non poteſt, quo circa quoniam utræque falſę inueniuntur, oppoſitæ non ſunt, ſed ſunt contrariæ. Cur autem cōtrariæ dicantur, alio loco nobis erit dicendum. Particulares uero propoſitiones ſunt huiuſmodi, quidam homo animal eſt, quidam homo animal non eſt, hæ dicuntur ſubalternæ, affirmatio enim particularis, ſub affirmatione uniuerſali, ſubalterna eſt. Rurſus eodem modo particularis negatio, ſub uniuerſali negatione, ſubalterna eſt. Sed hæ ut utręq; ueræ ſint, aut una uera, alia falſa fieri poteſt, ut utræque falſæ ſint, non poteſt inueniri, ut in eo quod eſt, quidam homo iuſtus eſt, quidam homo iuſtus non eſt, utręq; ſunt uerę. Cum uero dicimus, quidam homo animal eſt, quidam homo animal nō eſt, una uera eſt, altera falſa, & dicuntur affirmatio & negatio particulares, ſubcōtrariæ. Quare nec iſtæ etiam uocantur oppoſitę, idcirco quia utręq; ueræ inueniuntur interdum, ſit autem harum talis deſcriptio:

Affirmatio uniuerſalis Negatio uniuerſalis



Affirmatio particularis Negatio particularis.

Ergo neque ſuperiores uniuerſales, neq; inferiores particulares oppoſitę ſunt, idcirco q̄d inferiores quidem utræque ueræ, ſuperiores autem utręq; falſę eſſe poſſunt. Sunt autem oppoſitę cō tradictoriæ (ut ipſe ait) ſi quis aſpiciat angulares, ut affirmatione uniuerſalem, particulari cōparet negationi, ut eſt, omnis homo iuſtus eſt, quidam homo iuſtus nō eſt, hæ enim neque ueræ poſſunt inueniri, neque falſæ, ſed in omnibus una uera eſt, altera falſa. Et rurſus ſi uniuerſalis negatio, particulari affirmationi cōparetur, reperiuntur oppoſitę: ut eſt, Nullus homo iuſtus eſt, quidā homo iuſtus eſt. Semper enim una uera eſt, altera falſa. Et hoc in quibuslibet terminis ſi deſpexeris, oratio noſtra non diſcrepabit. Sit autem pleniſſima hoc modo deſcriptio.

Affir-

Affirmatio uniuerſalis Negatio uniuerſalis

Affirmatio particularis Negatio particularis

Sunt ergo determinationes, uniuerſalium quidem omnis & nullus, particulariū uero, quidā. Illæ autē propoſitiones quæ neq; uniuerſale habent additum, neque particulare, indefinitę uocantur, & particularibus ſimiles ſunt, ut eſt: Homo iuſtus eſt, homo iuſtus nō eſt. Poſſunt enim utręq; eſſe ueræ, ut in hoc ipſo exemplo quod dicimus, & poteſt una eſſe uera, altera falſa, ut: Homo animal eſt, homo animal non eſt, utręq; uero ut falſæ ſunt, nō poteſt inueniri, & hæ (ut dictum eſt) uocantur indefinitæ. Præter has autem omnes ſingulares ſunt, in quibus contradictio poteſt inueniri, ut in eo quod eſt. Socrates animal eſt. Socrates animal non eſt. Socrates iuſtus eſt. Socrates iuſtus non eſt. Nam ſi nulla eas æquiuocatio uel prædicati, uel ſubiecti, uel alterius temporis, uel aliquid eorum quæ ſingulas determinant, impediat, ſemper una uera eſt, altera falſa. Quare, quoniam de omnibus in commune ſpeculati ſumus, & quid quæque eſſet, quantum breuitas patiebatur, expreſſimus, ad textum nunc, quoniam tempus eſt, reuertamur. Si ergo, inquit, uniuerſaliter enūtiet in uniuerſali, quoniam eſt, aut non, erunt cōtrarię enuntiationes, uniuerſaliter enim enuntiat aliquis in uniuerſali, quoties uniuerſalem affirmationem, aut uniuerſalem fecerit negationē. Cum enim dicit: Omnis homo animal eſt, uniuerſalem hominē uniuerſaliter enunciauit, per id quod addidit, omnis, quod ſi rurſus dicat, nullus homo animal eſt, eodem modo uniuerſalem hominem, uniuerſaliter enuntiat, per id quod ait, nullus, & ſunt contrariæ. Quas autem dicat eſſe contrarias, ſubiecto declarat exemplo. Dico autem in uniuerſali enuntiationem uniuerſalem, ut omnis homo albus eſt, niullus homo albus eſt, una ſiquidem eſt affirmatio uniuerſalis, altera negatio uniuerſalis, quas cōtrarias eſſe, ſupra in deſcriptione docuimus. Quādo aūt in uniuerſalibus nō uniuerſaliter, non ſunt cōtrariæ. Quoties aūt ſingt indefinitæ ſunt ꝓpoſitiones, & uniuerſaliter uniuerſale non ꝓponitur, cōtrariæ nō ſunt, ea enim affirmatio quæ dicit, homo iuſtus eſt, & quæ dicit, homo iuſtus non eſt cōtraria nō eſt. Poſſunt enim utræq; ſimul eſſe ueræ, & in eodē, id eſt, homine, ꝙ in, cōtrarijs fieri impoſſibile eſt. Quod uero addidit, quæ aūt ſignificant eſt eſſe cōtraria, tale eſt. Ipſæ quidem ꝓpoſitiones cōtrariæ non ſunt. Significant tamen aliquando contraria. Si quis enim dicat, homo albus eſt, & alius neget, homo albus non eſt, ipſæ quidē cōtrariæ nō ſunt. Quod aūt dicit, homo albus nō eſt. Poteſt quiddam ſignificare cōtrarium. Nam deſignat hoc q̄d dicitur, homo albus nō eſt, & rubri coloris eſſe & pallidi, & fuſci, deſignat etiam nigri, quod eſt albo cōtrarium. Poteſt igitur id q̄d non eſt album eſſe nigrum. Ergo quanquā ipſę cōtrariæ non ſunt, tamen poteſt aliquando q̄d dixit contrarium ſignificare, priori affirmationi, ut in eo q̄d diximus. Nam ſi id quod dicit, nō eſt homo albus, nigrum eſſe deſignet, quoniā is qui niger eſt, albus non eſt. Contrariæ quidem propoſitiones non ſunt, quoniam poſſunt eſſe utræque ueræ. Quæ autem ſignificantur, interdum contraria reperiuntur, quæ autem ſint huiuſmodi propoſitiones, exemplorum ſubiectione monſtrauit.

Dico autem non uniuerſaliter enuntiare de his quæ ſunt uniuerſalia, ut eſt albus homo, non eſt albus homo.

Et q̄d dicat eſſe uniuerſale, nō uniuerſaliter p̄dicare, planiſſimē demōſtrauit dicēs: Cuin enim uniuerſale ſit homo, non uniuerſaliter utitur enūtiatione. Omnis nam q; non uniuerſale ſignificat, ſed quoniam uniuerſaliter.

Nam id

Nam id quod dicitur omnis,illud ad quod prædicatur colligit, atque in unum corpus adducit,ut cum dicitur,omnis homo iustus est,nullum excipit hominẽ. Sed totam colligit humanitatem,& fit de re uniuersali homine,prædicatio uniuersalis, cum dicimus,omnis homo. Nam cum sit uniuersale homo, huic uniuersali uniuersalitatẽ cõsignificat,id quod additur,omnis, & res uniuersalis, uniuersaliẽ p̃dicatur.

In eo uero quod uniuersale prædicatur, id quod est uniuersaliter prædicare,non est uerum.

Hac nos sententia quem ad locum,uniuersalitatis determinationẽ rectè ponamus, instituit. Docet enim semper istam uniuersalitatem,quam determinationem uniuersalem uocamus,ad subiectum poni debere terminum,nunquam ad prædicatũ. Si quis enim sic dicat,omnis homo animal est. Rectè dixerit,omnis ad subiectũ,id est ad hominem ponens. Quod si sic dicat, omnis homo omne animal,est,falsum dixerit. Ergo hoc non dicit,in eo uero quod uniuersale prædicat,ut animal de homine. Animal enim uniuersale est. De omni enim homine prædicatur,nõ est uerũ,hoc ipsum uniuersale,quod est animal,uniuersaliter prædicare, ut dicatur, omne animal esse hominem,nec solũ in his,sed in nulla rectè fieri affirmatione concedit,ait enim:

Nulla enim affirmatio uera erit,in qua uniuersale prædicatum uniuersaliter prædicetur,ut omnis homo est omne animal.

Hoc autem cur eueniat,paucis absoluam. Prædicatũ semper maius est subiecto,uel æquum,maius,ut cum dico,homo animal est. Animal prædicatur,homo subijcit. Sed maius est animal homine. De pluribus enim quàm ipse homo prędicatur. Rursus æquale est,cum sic dicimus,homo risibilis est,homo subiectum est,risibile prędicatum. Sed homo atq; risibile æqualia sunt,proprium nãque est hominis,quod est risibile,ut autem minus prędicatum inueniatur,quàm subiectum fieri nõ potest. Si ue ergo maius sit prædicatum,falsum est uniuersale adijcere prædicato, ut in eo ꝺd ipse posuit exemplo. Omnis homo omne animal est, siue æquale sit, superfluũ est, ut si quis sic dicat: omnis homo,omne risibile est,quare uniuersale prædicatum prædicare uniuersaliter non oportet.

Opponi itaq; dico affirmationem negationi cõtradictorie, quæ uniuersaliter significat,ei quæ non uniuersaliter, ut omnis homo albus est,non omnis homo albus est,nullus homo albus est,quidam homo albus est.

Quid sit propriè contradictio cõsequenter exponit,ait enim opponi contradictorie propositiones,quoties uniuersalem affirmationem particularis abnuit negatio, & quoties uniuersalem negationem particularis affirmatio destruxerit. Cum enim dicitur omnis homo albus est,illa negatio quæ dicit, non omnis homo albus est,de eodem homine uniuersaliter tollit,quod uniuersaliter affirmatio constituerat. Illa enim omnem hominem esse albũ ponit. Ista dicit non omnem,tanq; si concedat aliquem,sed ei tantum auferat uniuersalitatem. Hoc est enim quod ait,quæ uniuersale significat eidem quoniam non uniuersaliter. Nam sicut uniuersale significat affirmatio dicens hominem,ita quoq; negatio uniuersale significat, habet enim & ipsa hominem. Sed idem ipsum uniuersale docet non esse uniuersaliter,id est non omne esse album,quod affirmatio uniuersaliter esse posuerat,omnem hominẽ esse album proponens. Eodem modo etiã in negatione,quas nos supra angulares posuimus,& contradictorias in descriptione. Hic nunc easdem oppositas contradictorie uocat. Quod autem uniuersali affirmationi,quę est omnis homo albus est,particularẽ negationem oppoſuit,quæ est,non omnis homo albus est,tantũdem est tanq; si diceret,quidam homo albus nõ est. Nam si non omnis homo albus est,& quidam homo albus non est.

Contrarie uero uniuersalem affirmationem & uniuersalem negationem,ut omnis homo iustus est. Quocirca has quidem impossibile est simul esse ueras. His uero oppositas,contingit aliquando in eodem,ut non omnis homo albus est,& quidam homo albus est.

Plenissimè omnes exequitur dicitq; contrarias uniuersalem affirmationem,& uniuersalẽ negationẽ. Has enim nos quoq; suprà descripsimus. Hic uero nunc easdem cõtrarie demõstrat opponi. Illud quoq; addidit,ꝺd eas impossibile sit in eodẽ ueras aliquãdo cognosci. Nam sicut cõtrariorũ natura in eodem nõ potest inueniri, neq; enim uno eodẽq; tẽpore aliqd nigrũ est atq; albũ, sic quoq; nec cõtrarie, ut utræq; simul sint ueræ fieri potest. Qꝺ aũt adiecit, His uero oppositas, cõtingit aliquãdo in eodẽ,particularẽ affirmationẽ,& particularẽ negationẽ designat. Particularis nãq; affirmatio uniuersali negatiõi opposita est cõtradictorie,particularis uero negatio uniuersali affirmatiõi. Cõtrariarũ igit̃ oppositę possunt in eodẽ ueræ aliquoties inueniri,id est particularis affirmatio & particularis negatio, ueræ ut sit̃ aliquoties fieri potest,ut est,quidam homo albus est,quidam homo albus nõ est, utræq; sunt ueræ.

De regulis oppositorum.

QVæcunq; igitur contradictiones uniuersalium sunt uniuersaliter, necesse est alteram esse uerã uel fallam. Et quæcunq; in singularibus sunt,ut Socrates albus est,non est Socrates albus.

DE cõtradictorie oppositis loquit̃,& de singularibus propositionibus, q̃d unã semper uerã,falsam semp alterã necesse est inueniri. Hoc enim dicit cõtradictiones eorũ,quę sunt uniuersalium uniuersaliter prædicatorũ,una semper uera est, altera falsa. Vniuersaliũ aũt uniuersaliter prædicatorũ sunt contradictiones uniuersalium particulariter prædicatorũ. Nam affirmatio uniuersalis uel negatio uniuersalis,uniuersaliter prædicanꝺ,harũ cõtradictoriæ particulares affirmationes uel negationes sunt,si sibi angulariter cõparentur. Harũ igitur cõtradictionũ,quæ sunt uniuersaliũ uniuersaliter prędicatorũ,una semper uera est, semper altera falsa reperit̃. In singularibus quoq; idem est. Nam si nulla ut dictũ est, uarietas æquiuocationis impediat,idemq; sit prędicatum,idemq; subiectum,ad unum idemq; tempus,ad unã eandemq; partem,ad unum idemq; relatũ,uno atque eodem modo, una semper uera est,altera falsa,& ueritatis inter se naturam, & mendatij partiuntur.

Quecunque autem uniuersalium non uniuersaliter,non semper hęc quidẽ uera est, illa uero falsa.

Quæ uero sunt,inqt,definitæ,ut neq; uniuersalẽ habeãt,neq; particularẽ determinationẽ,q̃ tacuit,nõ semp una uera est,altera falsa,sed utræq; interdũ inueniunt̃ ueræ. In uniuersalibus aũt nõ uniuersaliter predicat̃ aliqd hoc modo: Homo albus est, homo albus nõ est,in quo uno eodemq; tẽpore utrasq; ueras esse cõtingit. Hic enim cũ uniuersale sit homo,nõ uniuersaliter predicatum est nomen. At uero nec particulariter. Neque enim quidam,aut nullus,aut omnis adiectum est. Docet aũt huiusmodi propositiones nõ inter se diuidere ueritatem atque mendacium,hoc modo:

Simul enim uerum est dicere,quoniam est homo albus,& non est homo albus. Et quoniam est homo pulcher,& non est homo pulcher. Si enim fœdus,& non pulcher,& si sit aliquid,nondum est.

Documentum autem est huiusmodi dictum,indefinitam affirmationẽ negationem qũe ueras utrasq; posse inueniri,uerum enim dicere est: Est homo albus, & non est homo albus,huius autem rei probatio est,nam si uerum est dicere, est homo niger, & est homo albus,uno eodemq; tempore. Qui autem niger est,albus non est, uerũ est dicere uno eodẽq; tẽpore,quoniã est homo albus, & nõ est homo albus. Rursus si uerum est dicere,quoniã est homo pulcher,& est homo fœdus uno eodẽq; tẽpore.

Qui

Qui autem fœdus est,pulcher non est,uerum est dicere hominem esse pulchrum & hominem esse fœdum,uno eodemq; tempore. Cum enim Achilles esset pulcher, claudus Thersites erat fœdus. Rursus si uerum est dicere,esse hominem album,& rursus uno eodemq; tempore fieri hominem album. Nec hoc ulla contrarietas uetat,ut sit homo albus,& rursus fiat homo albus,sed qui fit,albus, nõdum albus est, uerum est igitur dicere,quoniam est homo albus,& non est homo albus. Hoc est enim quod ait,& si fit aliquid,& non est,cum enim fit,non est,sed potest dici quoniam est homo albus,& fit homo albus,ut utrunq; uere dicatur. Potest igitur uere utrunq; dici. Et est homo albus,& non est homo albus.

Videbitur autem subito inconueniẽs esse. Idcirco quoniam uidetur significare,non est homo albus,simul etiam quoniam nemo homo albus. Hoc autem neque,idem significat,neque simul necessario.

Tacitæ hominum dubitationi respondet. Quod enim dicimus,est albus homo,& non est albus homo,utrunq; uerum esse uidetur, sed aliquoties inconueniens esse. Si enim uerum est dicere,est albus homo,quemadmodum fieri potest,ut uerum sit dicere,non est albus homo. Hoc autem uidetur quibusdã inconueniens,idcirco quoniam apparet quibusdam id quod dicimus non est homo albus,hoc significare,tanquam si dicamus,nullus homo albus est,sed hoc uerum non est. Neque enim idẽ est dicere,non est albus homo,& nullus homo albus est. Et quãquam cũ dicimus, nullus homo albus est,simul significamus,quoniam non est homo albus, non tamen ex necessitate idem utraque significat. Cum enim dicimus,nõ est homo albus,simul nos dicere,quoniam nullus homo albus est,non oportet intelligi, neq; enim semper simul est,non est homo albus,& nullus homo albus est. Nam aliquoties simul est,scilicet cum prius dicitur uniuersalis negatio. Cum uero indefinita dicitur prius, non est simul negatio uniuersalis coniuncta negationi indefinitæ. Nam si dicã,nullus homo albus est,simul dixi,quoniã homo albus nõ est. Quod si dicã,homo albus non est,non est simul dicta negatio uniuersalis,quæ est,nullus homo albus est,quoniam potest quidam esse non albus,de quo dicatur,homo albus non est, neque tamen omnes esse non albi. Non igitur simul necessario sunt, non est homo albus, & nullus homo albus est.

Manifestum est autem, quoniam una negatio unius affirmationis est,idem enim oportet negare negationẽ, q; affirmauit affirmatio, & de eodẽ, uel de aliquo singularium,uel de aliquo uniuersalium,uel uniuersaliter,uel nõ uniuersaliter.

Hoc quoque argumentum est negationem indefinitam & uniuersalem idem non significare, & eas à se esse diuersas. Nam si unius affirmationis una negatio est,contra eã quæ dicit,non est homo albus,illa est affirmatio,quæ dicit, est homo albus. Et cõtra eã quę dicit,nullus homo albus est,illa est affirmatio quæ dicit,quidã homo albus est,sed hæ affirmationes diuersæ sunt,id est,est homo albus,& quidam homo albus est,diuersæ igitur illæ quoq; sunt, quę his proportionaliter opponunt. Diuersa igit est negatio quæ dicit,nullus homo albus est,& ea quæ dicit,non est homo albus. Docet aũt nos unius affirmationis,unã esse negationem,idq; hac ratione demonstrat. Oportet enim id prędicatũ negare negationem,ꝺd prædicauerit affirmatio,& rursus de eodem subiecto auferre prædicatũ negationem oportet id,quod affirmatio ante coniunxerat. Quod si fit,dubiũ non est unius esse affirmationis,unã negationem,siue aũt in uniuersalibus hoc fiat uniuersaliter prædicatis,siue indefinite,& non uniuersaliter,siue in singularibus,una eademq; propositionũ natura est, ut unius affirmationis sit tantũ naturaliter una negatio. Hoc autẽ inductiõe ꝓbat.

Dico autem,ut est Socrates albus,non est Socrates albus.

In hac

In hac enim propositione idem subiectum est,idem prædicatũ,& in medio exemplorum subiecit.

Si autem aliud aliquid de eodem uel de alio, idem, non opposita erit, sed ab ea diuersa.

Sensus huiusmodi est,si aũt aliud aliquid prædicauerit negatio,quã affirmatio prædicauit,uel si de alio subiecto idem negatio prędicauerit,quod in affirmatione fuerit prædicatum,non sunt sibi oppositę,sed à se tantum diuersæ sunt. Si quis enim dicat;Socrates disputat,& alius respondeat,Socrates non ambulat,diuersum prædicatum est,& diuersæ sunt propositiones,& non oppositæ,& hoc est quod dixit. Si autem aliud aliquid. Aliud enim prædicauit negatio,quàm affirmatio prædicauerat,Quod si quis sic dicat:Socrates disputat,aliusq; respõdeat. Plato nõ disputat, de alio subiecto idẽ prædicauit,& sunt à se diuersæ propositiones,& nõ oppositę. Et erit id quod ait aliquis uel de alio idem. Quod si utraq; sint diuersa, multo magis propositiones diuersæ fiunt, quibus positis ad proposita rursus exempla cõtendit, & uni affirmationi unam enunciationem negationis opponit, angularibus angularibus,affirmatiuis negatiuas,particularibus uniuersales,indefinitis indefinitas opponens,& comparans.

Huic autem quæ est,omnis homo albus est, contradicit illa quæ est,non omnis homo albus est. Illi autem quæ est, aliquis homo albus est, illa quę est,nullus homo albus est. Illi autem quæ est, homo albus est,illa quę est, homo albus non est.

Et post hæc concludit sententiam dicens:

Quod igit̃ una affirmatio uni negationi opponit cõtradictorie,& quę sunt hæ,dictũ est. Et quod sunt aliæ contrariæ,& quæ sint hæ, dictum est,& quòd nõ omnis uera uel falsa cõtradictio,& quare,& quãdo uera,uel falsa.

Reuoluit quoq; breuiter,quoniam aliæ sunt contrariæ, alię cõtradictoriæ, dicitq; se quæ sint hæ diligentius in superiori disputatione monstrasse. Illud quoq; patet nõ omnem esse ueram uel falsam affirmationis & negationis oppositionem, quã nũc cõmuniter & impropriè cõtradictionem uocat. Et quando nõ sint ueræ uel falsæ, uel cur,se exposuisse commemorat.

De affirmatione & negatione una.

VNa autem affirmatio & negatio est, quæ unum de uno significat, uel cum sit uniuersale uniuersaliter,uel non similiter.

QVid sit una affirmatio & suprà iam diximus,& nunc quoq; idem docere non piget. Cum idem Aristoteles reuoluerit,una enim affirmatio est,quæ unam rem de uno significat,id est quę huiusmodi habet prædicatum,& huiusmodi subiectum,ut utrunq; singula significet. Nam si unum aliquid significet prædicatũ,simplex atque unum est. Quod si rursus unum aliquid significet subiectum,& nõ plura,simplex rursus est atq; unum. Quocirca si unum prædicatum de uno erit subiecto, utraq; singula significabunt & non plura. Eoq; fit,ut non sit simplex propositionis significatio,& quæ unum significet,una sit. Idem autem oportet esse etiam in uniuersalibus uniuersaliter prædicatis,& in particularibus,quas uniuersalibus opponi necesse est,quorum etiam subdit exempla.

Vt omnis homo albus est,non omnis homo albus est. est homo albus, nõ est homo albus, nullus homo albus est, quidam homo albus est.

Dicit enim unam esse propositionem. Omnis homo albus est,& rursus ei oppositã unam esse,non est omnis homo albus.

Si album

Si album unum significat. Sin autem duobus unum nomen positum est, ex quibus non est unum, non est una affirmatio, neque una negatio.

Si album inquit unum significat, quod si plura designat non est una affirmatio, nec una negatio. Hoc autem & in subiecto conuenit custodire, scilicet ut subiecti quoque simplex significatio seruet. Docet autem non esse unam propositionem, si prædicatum uel quodlibet in propositione uerbum multa significet hoc modo.

Sin uero duobus unum nomen est positum ex quibus non est unum, non est una affirmatio, neque negatio.

Sunt quædam res quę plura quidem significent, ex quibus omnibus iunctis unum quiddam ualeat effici, hominis quidem nomen significat animal, significat mortale, rationale, quoq; designat, sed hæc iuncta unum quiddam efficiunt, quod est animal rationale mortale. Hęc namque omnia unum hominem complẽt. Sunt quoq; alia, quæ duas uel plures huiusmodi res designãt, ex quibus iunctis unum aliquid esse nõ possit, ut liber. Dicitur nãque & Dionysius liber, & ingenuus, sed ingenuus & Dionysius iuncti, nihil efficiunt. Quare si quid tale sit, inquit, aut subiectum aut prædicatum quod plura significet, ex quibus unum aliquid esse non possit, non est illa una affirmatio, neque una negatio. Et hoc ficticij exempli ratione confirmat.

Vt si quis ponat hoc nomen tunica, homini & equo, & dicat tunica est alba, hæc non est una affirmatio, nec una negatio. Nihil enim differt hoc quàm dicere, est homo equus albus. Hoc autem nihil differt quàm dicere, est homo albus, & est equus albus.

Dicatur enim inquit equus & homo tunica. Et habeant uerbi gratia hoc nomen, si quis enim dicat, & tunica alba quoniam tunica equum atque hominem designat, uidetur dicere quoniam est equus & homo albus, sed hoc tale est, tanquàm dicat, est equus albus, & est homo albus. Sed hæ duæ propositiones sunt, & nõ una, duplex igitur illa quoque propositio est, est homo & equus albus, quare duplex illa quoque quę dicit, est tunica alba. Etenim subiecti huius, id est tunicę duplex significatio, propositiones fecit esse duplices. Quod si quis dicat unum quiddam significare, est tunica alba, quia significat, est homo & equus albus, impossibile est. Neque enim ex homine & equo quiddam unum fit, ut hæc propositio unum aliquid designet, quare aut hæc propositio multa significat, aut si non multa, nihil omnino designat. Nihil enim est homo equus, ut simul dicatur atque intelligatur, hoc est enim quod ait;

Si ergo hæ multa significant, & sunt plures, manifestum est, quoniam & prima multa, uel nihil significat, neque enim est aliquis homo equus.

Si ergo hæ multa significant & sunt plures, manifestum est, quod & prima, id est ea quę dicit, est tunica alba, multa uel nihil significat. Nihil autem idcirco, quoniam si non multa designet propositio cuius quilibet terminus æquiuocus est, cum illa quæ nomine æquiuoco significantur, iuncta fuerint, neque in unam substantiam conuenerint talis iunctura quę res sibimet incontextas copulant, nõ erit ullus intellectus, ut in ea, quæ est, tunica alba est, aliter esse una non potest, si tunica equum, hominem quę significet, nisi equus atq; homo iuncti unum aliquid efficiant, sed hi termini tales sunt, ut necesse sit hanc propositionem uel multiplicem esse, uel nihil significare, nam si iungantur, homo & equus, fit nihil. Nihil enim est homo equus, quod per hoc monstrauit, quod ait. Neque enim est aliquid homo equus, hoc autem cur nunc ab ipso propositum sit, lucidissimè demonstrauit, cum enim de his propositionibus loqueretur quæ uerum inter se falsumq; diuiderent, hoc addidit. Quod etiã hęquę habent uel prædicatum æquiuocum, uel subiectum, uerum falsumq; non diuidunt, utræquæ enim esse ueræ possunt, ut hæc quę dicunt, est liber homo si ad ingenuitatem referas, & non est liber homo, si ad Dionysium. Rectè igitur dictum est.

Quare

Quare nec in his necesse est hanc quidem cõtradictionem ueram esse, illam uero falsam.

Cum enim multa significat, multiplex significatio in negatione, atq; affirmatione se inuicem non perimit, quod si una sit affirmatio & una negatio, quoniã utræq; in eodem esse non possunt, unam ueram semper, falsam alteram esse necesse est.

DE FVTVRIS CONTINGENTIBVS.

IN his ergo quę sunt, & facta sunt, necesse est affirmationẽ uel negationem, uerã esse uel falsam. Ac in uniuersalibus quidem uniuersaliter semper hanc ueram, illam uero falsam esse, & in his quæ sunt singularia, quemadmodum dictum est. In his uero quæ in uniuersalibus non uniuersaliter dicuntur, non est necesse, dictum est autem & de his.

IN præsentibus rebus & in præteritis factas cõtradictorias enũciationes dicit definite, unã semper uerã, alterã definite semper esse mendacẽ, ut si quis dicat: Omnes Fabij perierũt, qui ad pugnam cõtra uentes priuata conspiratione progressi sunt. Hoc si negetur sic, nõ omnes Fabij perierunt, qui ad pugnam contra uentes priuata conspiratione progressi sunt. Necesse est quidem unam uerã, alteram esse falsam, sed definite uera, affirmatio est, definite falsa, negatio. Cum enim id quod factũ est, dicitur factum, definite uerum est, quod si id factum esse denegetur, falsum est definite, siue ergo in uniuersalibus uniuersaliter prædicatis cõtradictio per oppositionem particularitatis fiat, siue in singularibus, ut in Socrate & in cæteris indiuiduis, in his quoq; quæ sunt præterita, semper una uera est, altera falsa, ut in eo q̃ est, Socrates uenẽo perẽptus est. Socrates ueneno perẽptus non est, uera est affirmatio definite. & ita rursus falsa negatio est in p̃sentibus quoq; idẽ esse necesse est. Si enim disputãte Socrate, dicat aliquis: Socrates disputat, & hoc alius neget, sicut disputante Socratẽ præsentis tẽporis ratione definitũ est, ita q̃q; definite affirmatio retinet & ueritatẽ, negatio definite mendaciũ. Et in uniuersalibus quidẽ uel affirmatiuis uel negatiuis, in quibus uel affirmatio particularis, uel negatio particularis opponit idẽ elt. Hoc est enim q̃ ait: In his quæ sunt, & quæ facta sunt, id est in p̃sentibus atq; in præteritis, una semper definite uera est, semper altera falsa definite, siue uniuersalis sit una, altera particularis. Quod per hoc monstratur, quod ait: In uniuersalibus quidem uniuersaliter, semper hanc esse uerã, illam uero falsam, siue in singularibus atq; indiuiduis prædicamentis. Quod per hoc designat quod addidit. Et in his quæ sunt singularia, una uera est, altera falsa, sed postquàm dixit de cõtradictorijs, adiecit, in his autẽ quę indefinitæ sunt, non necesse est semper hanc quidem ueram, illam uero esse mendacem. Hoc, scilicet, designans quod ait: In his uero quæ in uniuersalibus non uniuersaliter dicuntur, non est necesse in his unam ueram, alteram falsam proponi, potest enim fieri, ut utrq; sint ueræ quæ fuerint indefinitæ.

In singularibus uero, & futuris non similiter.

Propositionum aliæ sunt tantum inesse significãtes, ut si quis Socrate uiuo dixisset: Socrates caluus est, alius negaret, Socrates caluus nõ est. Illa enim inesse posuit Socrati caluitiem, illa caluitiem, à Socrate disiunxit, aliæ uero sunt necessariæ, ut si quis dicat, necesse est Solem annis omnibus in arietem rursus redire. Rem namq; necessariam & ex necessitate euenientem prædicans, totam fecit necessariã propositionem. Aliæ autẽ sunt cõtingentes, quæ cum non sint, eas tamen in futurũ euenire possibile est, ut si quis dicat: Hodie Alexãder pransurus est, hodie Alexãder prãsurus nõ est. Etenim cum ista dicãtur, quoniã illi adhuc prandere nõ inest, inesse tamen cõtingit, & potest fieri, ut hodie prandeat, idcirco dicimus eas contingentes, contingit enim

Q fieri,

fieri, quoniã adhuc nõdum facta est. Sed hæ non insunt quidem, ut dictum est. Sunt enim tu uti tẽporis. Quæ autem non insunt, sed inesse possunt, necessariæ non sunt, quoniã huiusmodi retinent naturã, ut eas & esse, & nõ esse possibile sit, potest enim fieri, ut hodie Alexãder prandeat, & rursus fieri, ut hodie nõ prandeat. Et hanc euẽniendi uel non euẽniendi possibilitatẽ, utrũlibet uocamus. In huiusmodi enim rebus utrumlibet cõtingit, aut affirmatio, aut negatio, & non est necesse aut affirmationem fieri, aut negationem. Nam cum nõ sit affirmatio necessaria, non intercluſum est contingere negationẽ. Rursus cum negatio necessaria non sit, interdũ accidit, ut affirmatio cõtingat. Quare hæc huiusmodi euẽniendi, & non euẽniendi potentia, utrũlibet uocatur. Quod in his utrũlibet, id est, uel affirmationes uel negationes euenire cõcedi tur. Nũc ergo Aristoteles hoc ualidissima argumẽtatione cõtendit astruere. Quod quemadmodũ in præteritis, & in his quę sunt præsentia, nõ modo in affirmatione & negatione, unã uerã, alterã falsam esse necesse est, sed definite una uera est, definite altera suscipit falsitatẽ, non ita in his quę contingentes uocãtur. Necesse enim est ut aut affirmatio uera sit, aut negatio, sed non ut definite quelibet earum uera sit, altera falsa definite. Nam quod dicimus Alexander lauandus est, id si alius neget, dicatq; Alexander lauãdus nõ est, totũ quidem hoc necesse est euenire, ut aut lauet, aut non lauetur, & necesse est unam esse ueram, alterã falsam, aut affirmationem, si lotus fuerit, aut si lotus nõ fuerit, negationẽ. Sed nõ est necesse ut definite affirmatio uera sit, idcirco quod in huiusmodi rebus poterit euenire negatio. Sed nec unq; definitũ est, idcirco quod in huiusmodi rebus poterit euenire negatio. Quare in tota cõtradictione, unam quidem uerã, falsam alterã esse necesse est. Vt autem definite una uera sit, altera falsa definite, sicut in his quæ sunt præterita quæq; præsentia, nulla ratione rerum possibile est. Sed hoc prius Aristoteles in singularium prędicamẽtorum propositionibus probat. Post autẽ idem debere in uniuersalibus docet intelligi. Idcirco enim ait, in singularibus uero & futuris nõ similiter. Id est in singularibus propositionibus, & de quibus prius tractat, & in futuris, id est in cõtingentibus, non idẽ modus est uerarũ falsarumq; propositionũ, qui est in præteritis atq; præsentibus. Quoniã in præteritis atq; præsentibus, & totum contradictionis corpus in ueritatẽ falsitatemq; diuiditur, & uera est una definite, ut possit ex his certus aliquis ac sciens dicere: quoniã affirmatio uera sit, uel rursus, quoniã negatio, uel si id nullus dixerit, certa iam præteriti tẽporis uel præsentis secundũ sui naturam ratio, certusq; euentus est, in his uero in quibus contingẽs est, & futurũ, id est uariabile & instabile, totũ quidem corpus cõtradictionis ueritatẽ falsitatemq; partitur, sed hæc ueritas atq; falsitas indiscreta est, atq; uolubilis. Nullus enim potest dicere, quoniã affirmatio uera est. Non est enim necesse ueram esse affirmationem, idcirco quoniam negationem fieri possibile est. Nec rursus negationẽ, quoniam non est impossibile affirmationem cõtingere, & postremo quoniam utrumlibet ipsorum contingit, idcirco una earum, uera esse definite, & certa, naturaliter non potest, quibus autem id argumentationibus exequatur, manifestum erit hoc modo:

> Nam si omnis affirmatio uel negatio, uera uel falsa est, & omne necesse est uel esse uel non esse, quare si hic quidem dicat futurũ aliquid, ille uero nõ dicat hoc idem ipsum, manifestum est, quoniam necesse est uerum dicere alterum ipsorũ, si omnis affirmatio, uel negatio uera, uel falsa est. Vtræq; enim non erunt simul in talibus.

Si quicquid in affirmationibus negationibusq; proponitur, uerũ uel falsum est definite sequitur, ut quod illę negationes affirmationesq; significant, aut euenire, aut nõ euenire necesse sit, hoc est enim quod dicit: Nam si omnis affirmatio uel negatio uera uel falsa est definite, idcirco enim addit omnis. In his enim quæ sunt futura uel contingẽtia,

tingẽtia, non esse affirmationes & negationes ueras uel falsas definite probare conẽdit. Nam si unus dicat aliquid futurũ, alius neget ut utraq; euentat, fieri nõ potest, quis enim dixerit, dicẽte aliquo Socrates cœnaturus est, alioq; negãte Socrates cœnaturus non est, utrasq; ueras in uno eodemq; cõtinere? hoc igitur fieri non potest, unus ergo eorum uerũ dicturus est, alius mentietur, ponatur enim una eorũ definite uera esse, uel falsa, si ergo omnis affirmatio & negatio uera uel falsa est definite, & uterq; negans affirmansq; ueri in cõtradictionibus esse non possunt, necesse est unũ uerum dicere, alterũ falsum, & unum definite uerum, alterum definite falsum, hoc si est in omnibus affirmationibus atq; negationibus, ut una definite falsa sit, altera uera definite, quicquid uera dicit euenturum, euenire necesse est, quicquid non euenturum, non euenire necesse est, hoc est enim quod ait: Manifestũ est quoniã necesse est, uerum dicere alterum ipsorum, neq; enim potest fieri, ut affirmatio negatioq; cõsentiant in talibus, id est, in contradictionis propositionibus. Necesse est autem euenire quæcũq; uera definite affirmatio loquitur, & non euenire quod profert definite uera negatio, quod sic probat.

> Nam si uerum est dicere, quoniam est album uel non album, necesse est esse album uel non album. Et si est album uel non album, uerum est affirmare uel negare, & si nõ est, mentitur, & si mentitur, non est. Quare necesse est aut affirmationem, aut negationem ueram esse uel falsam.

Quod de futuro possit esse iudicium, à præsentibus trahit exemplum, ait enim, hanc esse rerũ consequentiã, ut rem subsistentem propositionis ueritas cõsequatur, ueritatem propositionis rei, de qua loquitur propositio, essentia cõmittetur. Nam si hic lapis uel quodlibet aliud album est, uerum est de eo dicere quoniã albũ est, & hoc conuertitur. Nam si uerũ est dicere de eo quoniam album est, sine dubio album est, & album esse necesse est, itaq; fit, ut res ueritatem, & ueritas rem, de qua proponitur, subsequat. Rursus si hic lapis albus non est, uerũ est de eo dicere, quoniã non est albus, & si de eo uerum est dicere, quoniã non est albus, si sit albus fieri non potest, cũ uere dicatur, quoniã non est albus. Idem quoq; etiã in mẽdacijs ualet. Nam si quid non est, cum hoc aliquis esse proposuit, mentiet. Et si quis de alio mentietur, illud de quo fit mendaciũ, non est, ut si quam rem cum alba non sit dicat, aliquis esse albam mentitus est, quocirca necesse est illud quoq; non esse, de quo mentitus est. Ita igitur ueritas quidẽ rei quæ est, & res quæ est ueritati, falsitas uero rei quæ nõ est, & res quę nõ est, falsitati cõuertitur, quod si hoc est in omnibus rebus, quicquid dicitur cũ ueritate uel falsitate, ad rem quę est uel non est cõuertitur, siue negatio sit, siue affirmatio, & unam ueram semper, alterã falsam esse necesse est, si una definite uera est, impossibile quiddã ex hac positione cõtinget. Euenirẽt namq; omnia, quæcũq; sunt uel fiunt ex necessitate fieri, & nihil à casu, nihilq; esse possibile q; sit, & nõ esse possibile. Nihil etiã in liberi arbitrij moderamine relinquetur, sed totũ erit ex necessitate, quicqd euenerit. Nam si uerum est definite de qualibet re dicere quoniam erit, illam rem sine dubio futuram esse necesse est, & ut non fiat non potest euenire. Verum enim est dicere de ea quoniã futura est, nec uerũ de ea, quoniã futura est, poterat dici, nisi eam fore esset necesse, quare si in omni affirmatione & negatione, aut affirmatio, aut negatio in futurũ definite, uera uel falsa est, necesse est uel quod ab affirmatione uera definite, uel quod à negatione dicitur falsum euenire. In falsitate quoq; similis causa est. Nam quod nõ erit, falsum est dicere, quoniã erit. Et quod falsum est dicere, quoniam erit, ex necessitate non erit. Item quod erit, falsum est dicere, quoniam nõ erit, & quod falsum est dicere, quoniã non erit, necessario erit. Vt igitur ueras propositiones necessarius sequitur euentus ut fiat, quod dicitur, ita & falsas propositiones necessarius sequitur euẽtus, ut nõ fiat, quod dicitũ à falsa propositione. Quod si in futurum

turum omnis affirmatio uel negatio definite ſemper diuidunt ueritatem & falſita-
tem, erit rerum quæ prædicantur neceſſarius euentus, & omnia ex neceſſitate con-
tingent, uel nō cōtingent. Itaq; & caſus, & poſſibilitas, & liberum perit arbitrium,
ſyllogiſmus aūt huiuſmodi eſt: Si omnis affirmatio uera eſt aut falſa definite, & eo-
dem modo negatio eueniet, ut omnia ineuitabili neceſſitatis ratione contingant, q̄
ſi hoc eſt, liberū perit arbitrium, ſed hoc impoſſibile eſt. Non igitur uerū eſt omnem
affirmationem uel negationem ueram eſſe definite uel falſam. Omnia aūt ex neceſſi
tate contingere, ſi illæ definitę ueræ uel falſæ ſunt, talis ſyllogiſmus oſtendit, omnis
in futurum definita ueritas uel falſitas, euentum rei uel futurum, uel non futurum ex
neceſſitate cōſtituit, ſed omnes propoſitiones futuræ definite ueræ uel falſæ ſunt. In
omnibus igitur eueniendi, uel non eueniendi neceſſitas erit, pro qua concluſione il-
lud Ariſtoteles intulit, quod ait:

> Nihil igitur neque eſt, neq; fit, nec à caſu, nec utrumlibet, nec erit, nec non
> erit, ſed ex neceſſitate omnia & nō utrumlibet, aut enim qui dicit, uerus eſt,
> aut qui negat.

Caſus namq;, & id quod eſt utrumlibet extinguitur, libera etiā uolūtas adimitur, ſi
omnia quæcūq; fient, ex neceſſitate futura ſunt, & probat ſuperiorem concluſionē,
quę dicit omnia ex neceſſitate contingere, per hoc quod ait, aut enim qui dicit uerus
eſt, aut qui negat, ſi ergo ueritas rerum neceſſitati conuertitur, aut qui negat, uerus
eſt, aut qui affirmat omnia fieri ex neceſſitate neceſſe eſt. Nam ſi non erūt ex neceſſi
tate, non erunt uerę definite, id quod ipſe ſubiunxit:

> Similiter enim, uel fieret, uel non fieret, utrumlibet enim nihil magis ſic uel
> non ſic ſe habet, aut habebit.

Exponit enim quæ ſit cōtingentis natura, cū quid ſit utrūlibet exponit, utrūlibet eſt
id cuius indiſcretus euētus eſt, id eſt, q̄ æqualiter eſſe uel non eſſe contingit. Hoc eſt
enim quod ait, ſimiliter enim fieret uel non fieret. Neq; enim directam uiam neceſſa
riaḿq; habet unā uel affirmationē uel negationē, ſed nihil ſe magis ſic habet, uel ſic
non habet. Et eſt utrūlibet quod æqualem curſum & ad euenire, retinet, & ad nō eue
nire. Nihil enim ſe magis uel ſic habet, uel ſic non habet, id eſt, æqualiter ſe habet ad
eſſe, & ad non eſſe. Nihil enim magis ſeſe habet, ut fiat quàm ut non fiat.

> Amplius ſi eſt albū nunc, uerū erat dicere prius quoniā erit albū, quare ſem
> per uerum fuit dicere quodlibet eorū quæ facta ſunt, quoniam eſt uel erit.

Validam ſibiipſi uim argumentationis opponit, qua poſſit oſtendere affirmationes
negationesq; ueras uel falſas eſſe definite, & ait prouidendum eſſe, ne forte neceſſe
ſit ſuſpicari id, q̄ iam factū eſt uerè dici potuiſſe antequā fieret, eſſe faciendū, ut ſi So
crates heſterna nocte cœnauit, uerum fuit heſterna matutina dicere, quoniam cœna
turus eſt, quocirca definite quoq; uerū fuiſſet, ſi de eo prędiceretur. Omnia igitur ea
quæ fiunt, definite poterant uera prædicari. Hoc eſt enim quod dicit, ſi eſt albū nūc,
uerum erat dicere prius, quoniam erit album. Nam ſi qua res nunc alba eſt, uerū erat
ante dicere, quoniam erit alba. Quare definite quoq; fuit quodlibet eorum, quæ fa-
cta ſunt uerè p̄dicere. Hoc enim rei ipſius exitus cōprobauit. Huic oppoſitioni per
eadem rurſus occurrit. Non enim qui hæc dicit, licet ei laqueum ſuperioris argumen
tationis effugere, rurſus enim eadem illum cuncta circūueniunt, & eiſdem iterum ur
getur incommodis.

> Quod ſi ſemper uerum fuit dicere, quoniā eſt uel erit, non poteſt hoc non
> eſſe, uel non futurum eſſe. Quod autem non poteſt non fieri, impoſſibile eſt
> non fieri, & quod impoſſibile eſt nō fieri, neceſſe eſt fieri. Omnia ergo quę
> futura

> futura ſunt, neceſſe eſt fieri, nihil igitur utrumlibet, neque caſu erit, nam ſi ca
> ſu, non ex neceſſitate.

Mira ratione ſuperiorem argumentationem dicētis, ad idem reduxit incommodum
dicēs: Si uerum eſt omnia quæcunq; facta ſunt, definite uerè potuiſſe prædici. Quo-
niam ueritatem propoſitionis rei neceſſitas ſequitur, quod uerè definite prędicatum
erat, non euenire non poterat, ſed ſi non euenire non poterat, ut nō eueniret erat im-
poſſibile. Quod autem nō fieri impoſſibile eſt, fieri neceſſe eſt. Euētus igitur eius ex
neceſſitate conſequitur. Nihil ergo utrumlibet, neque à caſu erit. Nam ſi à caſu eſſe
poterit, nō ex neceſſitate futurum eſt, quod ſi non eſt ex neceſſitate futurum, nō eſt
impoſſibile nō fieri, ſi non eſt impoſſibile non fieri, poteſt non fieri, ſi poteſt non fie
ri, non poteſt definite uerè prædici. Quod enim uerè definite prędicitur, ex neceſſita-
te futurum eſt, quod autem à caſu eſt, ex neceſſitate non euenit.

> At uero nec quoniam neutrū uerū eſt, cōtingit dicere, ut quoniam neque
> erit, neq; non erit, primum enim cum ſit affirmatio falſa, erit negatio non ue
> ra, & cum hæc ſit falſa, contingit affirmationem eſſe non ueram.

Quatuor differentijs cōtingentium futurorum diuerſitas conſtat. Aut enim id quod
affirmatur & negatur in futurū, utrūq; erit uerum, aut utrunq; falſum, aut unum ue-
rum, falſum alterum definite, aut unum uerum, falſum alterum indefinite. Non enim
eſſe quidem & affirmationem & negationē ueram in his propoſitionibus, quæ de re
bus cōtingentibus in futurū proponuntur, per hoc demōſtrauit ſuperius quod ait:
Manifeſtū eſt quoniam neceſſe eſt uerū dicere, alterum ipſorum, ſi omnis affirmatio
uera uel falſa eſt. Vtraq; enim non erunt ſimul in talibus. Neq; enim fieri poteſt, ut in
cōtradictoria propoſitionū oppoſitione, utraſq; ueras quiſquā ualeat inuenire. Nūc
autem mōſtratur, quoniā ne hoc quidem fieri poteſt, ut utræq; ſint falſæ, ait enim: At
uero, ne hoc quidem nobis cōtingit dicere, quoniam neutrū uerum eſt, id eſt, nec af-
firmatio, nec negatio, cōtingeret autem utrāq; eſſe falſam affirmationem, ſcilicet, &
negationē, ſi nec quod diceret affirmatio, futurū eſſet, nec q̄ nō eſſe negatio diceret,
non eſſet. Ita enim fieret, ut nec eſſet, quod affirmatio eſſe prædicatur, nec non eſſet,
quod negatio nō eſſe propoſuit. Si quis ergo hoc ita dicat, primum, inquit, illud in-
conueniens, atq; impoſſibile eſt, quod in contradictoria propoſitione, cum affirma-
tio falſa ſit, non eſt uera negatio, & rurſus cum negatio falſa ſit, falſa quoq; affirma-
tio ſit. Hoc enim in ſolis contrarijs contingebat, non etiam in contradictoria oppo-
ſitione. In hac enim unam ſemper ueram eſſe neceſſe eſt, ſemper alteram falſam.

> Ad hæc ſi uerū eſt dicere, quoniam album eſt & magnū, oportet eſſe utrū-
> que. Si uero erit cras, oportet eſſe cras. Si autē neq; erit, neq; non erit cras,
> non erit utrumlibet, ut nauale bellum. Oportebit enim neq; fieri nauale bel
> lum, neq; non fieri. Quæ ergo cōtingunt incōuenientia hæc ſunt, & huiuſ-
> modi alia, ſi omnis affirmationis & negationis, uel in his quæ de uniuerſali-
> bus dicuntur uniuerſaliter, uel in his quæ ſunt ſingularia, neceſſe eſt oppoſi
> tarum hanc quidē uerā eſſe, illam uero falſam. Nihil autē utrūlibet eſſe in his
> quę fiunt, ſed omnia eſſe & fieri ex neceſſitate. Quare nō oportebit neque
> conſulere, neq; negociari, ut ſi hoc facimus, erit hoc, ſi uero nō hoc, nō erit
> hoc. Nihil enim prohibet in milleſimū annū hunc quidem dicere hoc futu-
> rum eſſe, illum uero nō dicere. Quare ex neceſſitate erit quodlibet eorum,
> quod tūc ab eo uerū erat dicere. At uero neq; hoc differt, ſi aliquis dixerit

contradictionem,uel non dixerit. Manifestū est enim,quoniam sic se habēt res etiā si non hic quidē affirmauerit,ille uero negauerit. Nō enim propter negare,uel affirmare erit uel non erit,nec in millesimū annum magis quàm in quantolibet tempore. Quare si in omni tempore sic se habebat,ut unum diceretur uerè,necesse erat hoc fieri,& unumquodq; eorum quæ fiunt,sic semper se habebat,ut ex necessitate fieret. Quādo enim uerè dicit quis,quoniam erit,non potest non fieri,& quod factum est,uerum erat dicere semper,quoniam erit.

Addidit quoq; aliud,quo magis,id quod dicitur,uideatur incongruū. Omne enim id quod prædicitur in futurū,si uerè prædicit erit. Si quis enim dicat in præsenti tēpore, hoc animal quodlibet albū est, uel magni corporis, & hoc uerè pronunciet,albū & magnū illud animal esse necesse est. Ita etiā in futuro si quis uerè dicat,quoniam hoc animal cras albū fiet, & corporis uastioris,necesse est cras utraq; cōtingere,ut & album fiat,& corporis uastioris. Sin uero falso aliquid prædicatur,necesse est non esse quod dicitur, si sit affirmatio,ut si quis affirmet falsō futurū nauale bellū, necesse est nō fieri,q; à falsa affirmatione prædicitur. At si sit falsa negatio,necesse est fieri,quod falsa negatio futurū non esse prædixit,sin uero utraq; falsa sunt,nō erit ex necessitate quod dicitur,quia definite est falsa negatio. Vnde fit ut utrūlibet quod est in rebus omnino permaneat,utraq; enim necessario sunt & ex necessitate cōtingunt,& est necessitas illa impossibilis. Nam si quis dicat cras futurū nauale bellum,aliusq; neget,et pronūciet nō futurū,si utraq; sint falsa, necesse quidē erit nō esse cras nauale bellum, quoniam affirmatio, quæ illud dicit futurū, falsa est. Rursus necesse est esse cras nauale bellū, quoniā negatio quæ dicit cras non futurum,ipsa quoq; mentitur. Quare necesse erit & esse nauale bellum,& nō esse,quod est impossibile,& præter communem cogitationis naturā. Nō est igitur uerum utrasq; & simul,id est,affirmationē negationemq; mentiri. Quæ ergo,inquit,cōtingunt inconuenientia,hæc sunt, & huiusmodi,si quis dicat uel in his quæ uniuersalia sunt & uniuersaliter prædicātur, uel in his quæ singularia in propositionibus enunciantur,unā necessario definite esse uerā, definite esse alterā falsam,talia illum,inquit,incōuenientia consequentur. & alia similia. Hoc sicet dicens,de superioribus argumentis, in quibus ostendebat omnia ex necessitate cōtingere, si quis unā uerā definite,alterā diceret definite mēdacem. Quænam uero afferat alia incōuenientia impossibiliaq; cōcurrere, his qui unam definite uerā proponūt,hæc sunt,si quis enim proponat unam esse uerā,alteram esse falsam,tollit ut supra dictum est id quod est utrūlibet in rebus, & omnia esse uel fieri ex necessitate cōstituit,nihil à casu,nihilq; à propria uolūtate. Vnde fit,ut neq; negociari sit utile, nec inire actum,quæ omnia consilij ratione tractantur,ipsum enim consilium supervacuū est. Cum omnia quecunq; futura sint,necesse sit euenire,quid enim unusquisque dicat,si hoc faciam,illud mihi eueniet,atq; cōtinget, si uero hæc,illa res eueniet, etenim nihil prohibet, quemuis illum affirmare aliquid esse faciendū,alium uero negare cum omnia ui necessitatis eueniant. Nam si omnia quę fiunt nunc, ante aliquis uerè prædiceret, quis dubitat quin illa quæ facta sunt, immutabili uiolentia necessitatis euenerint? Hoc est enim quod ait: Quare ex necessitate erit quodlibet eorum quod tunc uerum erat dicere, sed ne illud uideatur incongruum quod rerum euentum nō ex ipsa rerum natura, sed ex propositionum ueritate & falsitate iudicamus, scrupulum ipse dissoluit dicens. At uero nec hoc differt,si aliqui dixerint contradictionem, uel non dixerint: Ad tollendumenim perimendumq; consilium, quod nihil omnino homines oporteat consiliari,patū ualet aliquid ante prædici, siue enim dicatur

dicatur aliquid,siue nō, quicquid uerè prædici potest,illud etiā si non prædicatur, euenire necesse est,idcirco enim uerè prædicit,quia uerè prædici potest,idcirco uerè prædici potest,quia immutabiliter futurū est, quare futurū est,si prædicitur uerè, nec tantum si prædicitur,sed etiā si prædici uerè potest,siue enim prædicatur, siue non prædicat,quicquid uerè prædici potest, hoc ex necessitate futurū est. Manifestū est enim, inquit,quod si sic se habeat res, siue unus eam affirmet & alius neget,si euentura est, nihil illi negatio officit,si euentura non est, nihil affirmatio prodest. Non enim, inquit,propter negare & affirmare erit uel non erit, nec hanc uim naturæ tempus mutabit. Eodem modo enim euenient,ea quæ post millesimū annum euentura creditur, his quæ post quantūlibet tēpus ex necessitate futura sunt,unde fit,ut si in omni tempore omnia sic se habeāt, ut unū definite uerum dici possit, definite alterum falsum, omnia quæcunq; facta sunt,uel fient, immutabili rerum ratione contingant. Hoc est enim quod ait, necesse esset fieri unumquodque eorum quæ fiunt,id est, si sic se haberet,ut ex necessitate fierent omnia, & hoc superiori argumētatione cōfirmat dicēs: Quando enim uerè dicit quis,quoniā erit,non potest non fieri, euētus enim necessitatem,necessitas sequitur ueritatē, & quod factum est,uerū erat dicere semper,quoniam erit,ueritas namq; propositionis ex rerum necessarijs uenit euentibus.

Quod si hæc nō sunt possibilia. Videmus enim esse principiū futurorum,& ab eo quòd cōsultamus, atq; agimus aliquid,& quoniam est omnino in his, quæ nō semper actu sunt,possibile esse & non esse,similiter,in quibus utrūque cōtingit & esse & nō esse,quare fieri & non fieri. Ac multa nobis manifesta sunt sic se habentia, ut quoniam hanc uestem possibile est incidi,& non incidetur,sed prius exteretur. Similiter autē & non incidi possibile est. Non enim esset eam prius exteri,nisi possibile esset nō incidi. Quare & in alijs fiendis,quæcunq; secundum potentiam huiusmodi dicūtur. Manifestū igitur est, quoniā nō omnia ex necessitate uel sunt,uel fiunt,sed alia quidē utrūlibet,& nō magis uel affirmatio,uel negatio uera est,alia uero magis quidē,& in pluribus alterum,sed contingit fieri & alterum,alterum uero minimè.

Longum hyperbaton est, quod nos prius exponimus, postea continuamus. Liquet enim aliquarū rerum nos esse principium,ut actuum nostrorū. Si quis enim aliquid consilio faciat, quicquid consiliatione peregerit, eius rei ipse principium est. A cōsiliante enim incipit, quicquid consilij solertia ministratur. Sunt enim quædā quæ actu non sunt,sed potestate, quæ potestas non fit ex necessitate,id est,ut possit quidē fieri,non tamen necesse sit,ut hanc uel quamlibet tunicā possibile est quidem ferro incidi,sed non est necesse. Fortasse enim utendo uetustabitur,& ipso quotidiano soluetur attritu. Ergo potest quidem incidi,sed fortè non incidetur,sed antequàm incidi possit exteritur. Rursus potest fieri ut nō diuidatur, neque enim exteri eam possibile esset,nisi prius esset possibile nō incidi,quare possunt quidem quædam fieri,sed ita contingit fortasse ut non fiant. Sunt igitur quædam possibilia non necessaria,& in alijs quoque quę fiūt eadem ratio est. Omne enim quod fit à quolibet cōsilio,ipse qui consiliatur, illius rei principiū est non necessitas, & quæcunque sunt possibilia, mutabiliter euenient. Quæ enim secūdum aliquam possibilitatem dicuntur,non euenient secundum necessitatem, unde fit ut manifestum sit, quoniam non omnia ex necessitate uel sunt, uel fiunt, sed quædam sunt, quæ æquali modo,uel fiunt,uel nō fiūt, & hoc est utrūlibet fieri,alia uero in pluribus quidem fiunt,in paucioribus uero non fiunt,& æqualiter quidē fiunt,ut egredientem domo amicum uidere,fit enim hoc & fit æqualiter, quædam uero frequentius fiunt, quàm non fiunt,ut sexagenariū canescere frequētius fit,quàm non fit. Et tamen ita hoc potest fieri,ut & nō fieri impossi

bile non ſit. Hoc enim eſt quod ait: Alia uero magis quidem & in pluribus alterum, ut canescere in pluribus ſexagenarij quàm non canescere. Sed contingit fieri alterũ, ſcilicet, ut non canescat, alterũ uero minimè, ſcilicet ut canescat. Eſt aũt hyperbaton hoc modo. Quod ſi hæc impoſſibilia uidemus, ꝙ ſumus enim aliquibus ipſi principium, & quæcunq; poſſibilia ſunt, fieri poſſunt, & non fieri. Si igitur poſſibile eſt & ut ſint & non ſint, manifeſtũ eſt, non omnia ex neceſſitate contingere, ſed alia æqualiter, alia uero euenire quidem in pluribus, in paucioribus uero nõ euenire, ſed ut nõ eueniant neceſſe non eſt.

> Igitur eſſe quod eſt, quando eſt, & non eſſe, quod non eſt, quãdo non eſt, neceſſe eſt. Sed non omne quod eſt, neceſſe eſt eſſe, nec omne quod non eſt, neceſſe eſt non eſſe. Non enim idem eſt omne quod eſt, neceſſario eſſe, quãdo eſt, & ſimpliciter eſſe ex neceſſitate. Similiter autem & in eo quod nõ eſt. Et in contradictione eadem ratio eſt, eſſe quidem uel nõ eſſe omne, neceſſe eſt, & futurũ eſſe, uel non. Non tamen diuidentem dicere alterum neceſſarium. Dico autem ut neceſſe eſt quidem eſſe futurum bellum nauale cras, uel non futurum eſſe. Sed non neceſſe eſt futurum eſſe cras bellum nauale, uel non futurum eſſe. Futurum autem uel eſſe, uel non eſſe neceſſe eſt.

Nunc quid ſit neceſſarium temporale deſcribit. Ait enim omnis res quando eſt, eam ſine dubio eſſe neceſſe eſt. Non enim fieri poteſt, ut cum eſt, non ſit, & rurſus res quę non eſt, quando nõ eſt, eam nõ eſſe neceſſe eſt, neq; enim fieri poteſt, ut quãdo non eſt, ſit: ſed ſi quando eſt, eam eſſe neceſſe eſt, id eſt, non ſimplex neceſſarium, ſicut Solem oriri ſimpliciter, ſed temporaliter neceſſarium, ut ſedeo, non idcirco ſimpliciter, & ſine temporis præſentis deſcriptione ex neceſſitate eſt. Quando enim ſedeo, non poteſt fieri ut non ſedeam, & neceſſe eſt mihi tunc ſedere cũ ſedeo, ſed ipſum ſedere mihi, non ex neceſſitate ineſt, poſſum enim ſurgere. Rurſus cum nõ ſedeo, tunc mihi neceſſe eſt nõ ſedere, ſed ipſum nõ ſedere, mihi ex neceſſitate nõ ineſt, poſſum enim ſedere, ergo quod eſt, quãdo eſt, ex neceſſitate eſt, & quod non eſt, tunc cum nõ eſt, fieri ut non ſit non poteſt. Non tamen omnia quæcunque ſunt aut non ſunt, aut ex neceſſitate ſunt, præter temporis præſentis nuncupationem, aut ex neceſſitate non ſunt, nulla mentione præſentis temporis facta. Quare non eſt, inquit, idem temporaliter neceſſarium eſſe, ut eſt mihi cum ſedeo, & ſimpliciter ex neceſſitate eſſe, ut homini mortalitas, nec idem eſt, cum non eſt neceſſario non eſſe, ut mihi cum non ſedeo non ineſt ſedere, & quod ſimpliciter ex neceſſitate non habeo, ut tres oculos uel immortalitatẽ, atq; hoc eſt q. ait, ſimiliter autem & in eo quod non eſt. Hoc autẽ cur dixerit ſequit, & in contradictione eadem ratio eſt, eſſe quidem uel nõ eſſe omne neceſſe eſt, & futurũ eſſe uel nõ eſſe. Similis eſt, inquit ratio in contradictionibus contingẽtibus, & in his quæ cum ſunt, ſecundum tempus neceſſaria ſunt, ſimpliciter autem neceſſaria non ſunt. Nam in futuris & in contingentibus contradictionibus, totam quidem contradictionem neceſſe eſt unam ueram habere partem, alterã falſam, ut ſi quis affirmet cras bellum nauale futurũ, id ergo non eſt neceſſe, & rurſus ſi quis neget non futurum, eſt quidem aut eſſe, aut non eſſe neceſſe, ſed non eſt neceſſe eſſe, nec rurſus neceſſe eſt non eſſe. Sed tantum aut eſſe aut non eſſe, idcirco tota quidem cõtradictio, unam habebit partem ueram, alteram falſam, ſed non erit ipſorum una definite uera, falſa altera definite. In p̃teritis enim ſic dicimus: Romulus Romã condidit. Romulus Romam non cõdidit, una quidem uera eſt, altera falſa, ſed in his deſinite uera eſt affirmatio, definite falſa negatio. Nam quia quod factum eſt, fieri ut factum nõ ſit, nõ poteſt, ideo definite in præterito cõtradictio uera uel falſa eſt. In futuris uero propoſitionibus non idem eſt in his, ſcilicet, quæ contingentia ſignificant, ut ſi

ut ſi dicam Philoxenus cœnaturus eſt, Philoxenus cœnaturus non eſt. In tota quidem contradictione, una uera eſt, altera falſa, ſed nullus poteſt diuidere, ut dicat aut affirmationem conſtitute & definite ueram eſſe, negationem. Ante enim quàm cœnet, indefinitum eſt & uariabile an cœnet. Poſtquã uero cœnauerit præteritũ deſinitur, igitur aut eſſe aut non eſſe aliquid in futuris contradictionibus neceſſe eſt. Vt autem unũ fiat, & unum non fiat, non eſt neceſſe, in quo igitur ſimilitudo eſt contingentis contradictionis & temporalis, neq; ſimplicis neceſſitatis? in eo ſcilicet, quia ſicut neceſſe eſt eſſe quod eſt, quando eſt, non tamẽ ſimpliciter neceſſe eſt eſſe, quod eſt præter temporis adiectionem, ita in contradictione contingenti, affirmationem quidem uel negationem ueram eſſe neceſſe eſt, non tamen uel affirmationem ſimpliciter ac definite ueram, uel negationem, ſed utrãlibet & quàm certæ ueritatis conſtituerit euentus.

> Quare quoniam ſimiliter orationes ueræ ſunt, quemadmodum & res, manifeſtum eſt, quoniam quæcunq; ſic ſe habent, ut utrumlibet ſint, & contraria ipſorũ cõtingant, neceſſe eſt ſimiliter ſe habere & cõtradictionem, quod cõtingit in his quæ non ſemper ſunt, & nõ ſemper non ſunt. Horũ enim neceſſe eſt alterã partẽ cõtradictionis uerã eſſe uel falſam. Nõ tamẽ hoc uel illud, ſed utrũlibet, et magis quidẽ alterã uerã, nõ tamẽ iam uerã uel falſam. Quare manifeſtũ eſt, quoniam nõ eſt neceſſe omnis affirmationis & negationis oppoſitarum hanc quidem ueram, illam uero falſam eſse. Neque enim quemadmodum in his quæ ſunt, ſic ſe res habet etiã in his quæ non ſunt, poſsibilibus tamen eſse, uel non eſſe. Sed quemadmodum dictum eſt.

Habent, inquit, quandam cognationem res, & illa quæ res ipſas propria ſignificatione deſignant. Quare & oratio quæ deſignat atq; ſignificat rem, ſic ſe habebit, quemadmodum res ipſa eſt. Ergo ſi res non fuerit, falſa oratio eſt, ſi res fuerit, uera oratio eſt, & ſi uera uel falſa oratio eſt, erit id quod dicitur uel non erit, ut ſibi res & oratio conuertantur. Ergo ſi res cõſtituta non eſt, nec definita neceſſitate prouenies, nec illa oratio, quę rem ipſam deſignat, definitæ eſt ueritatis. Ergo in quibus rebus poſſibile eſt non modo eſſe, ſed etiã non eſſe cõtingere, in his affirmatio & negatio utrũlibet ſeſe habet, & quemadmodũ rem ipſam, & eſſe & non eſſe contingit, ita quoque cõtradictionem & uerã & falſam eſſe indefinite prouenient. Hoc autẽ in quibus fiat, ipſe declarat, ait enim: In his quæ non ſemper ſunt, & non ſemper nõ ſunt, ſola enim ſunt quæ & eſſe & nõ eſſe cõtingunt, quę non ſemper ſunt, & non ſemper nõ ſunt, ſi enim ſemper eſſent, ſtatus eorũ mutari non poſſet, atq; ideo ex neceſſitate eſſent, ſi autẽ ſemper nõ eſſent, eas non eſſe, neceſſe eſſet. Etenim ſicut ipſa natura rerũ euenientium eſt uaria, ita quoq; altera pars contradictionis habet uariabilem ueritatem, & ſemper quidem uera uel falſa eſt, non tamen una definite, ut hoc uerum ſit determinate, aut illud, ſed utrumlibet. Et ſicut ſtatus ipſe rerum mutabilis eſt, ita quoque ueritas aut falſitas propoſitionum dubitabilis ſit, & eueniet quidem, ut in aliquibus frequentius una ſit uera, non tamen ſemper, & ut una rarius uera, non tamen eam falſam eſſe neceſſe ſit ſemper, quod per hoc demonſtrauit, quod dixit & magis quidem ueram alteram, non tantum iam ſemper ueram uel falſam. Concludit totam de futuris contingentibus propoſitionibus quæſtionem, & ait: Manifeſtum eſt, nõ neceſſe eſſe omnes affirmationes & negationes definite ueras eſſe, ſed deeſt definite, atq; ideo ſubaudiendum eſt. Illarum enim quæ contingentes & futuræ ſunt, nunq; definite una uera eſt, altera falſa. Neque enim, inquit, quemadmodum in his quæ ſunt, ſic ſe habet in his quę non ſunt poſſibilibus tamen eſſe, aut nõ eſſe. Sed quemadmodum dictum eſt, illa etenim quæ ſunt præſentis temporis, ſicut ipſorum eſſe

definitũ eſt, ita quoq; de his definita eſt propoſitionũ ueritas falſitasq;. Illa uero quę non ſunt quidẽ, poſſunt tamen eſſe, & nõ eſſe, & ita futura ſunt, ut nõ ex neceſſitate proueniãt, ſed poſſunt ita eſſe, ut etiã poſſint & nõ eſſe, in his hoc modo ſe habebit contradictio quemadmodum dictum eſt. Dictum autem eſt, quoniam eſſe quidẽ uel non eſſe, omne neceſſe eſt, & futurum eſſe uel non neceſſe eſt. Non tamen iam diuiſe ac definite alterum eorum eſſe neceſſe eſt, erant autem quatuor diuerſitates, ut aut utræq; ueræ eſſent, quod ſuſtulit per hoc quod ait, utræq; enim non erunt ſimul in talibus, aut ut utræque falſæ eſſent, quod per hoc euertit quod ait: At uero nec quoniã neutrum uerũ eſt contingit dicere, aut ut una uera definite, altera falſa definite eſſet, quod illa argumentatione deſtruxit, per quam omnia ex neceſſitate docuit euenire, ſi hoc admitteretur. Quod ſi res illæ minimè ſunt, conſtat unam quidem ueram eſſe, aliã uero in contradictione mendacẽ, ſed ſicut res ipſæ mutabiliter & indefinite futuræ ſunt, ita quoq; enũciationes uariabili nec definita ueritate & falſitate proferunt.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI EDITIONIS PRIMAE SEV COMMENTARIORVM MINORVM IN LIBRVM Ariſtotelis de interpretatatione, Liber ſecundus.

DE ENVNCIATIONIBVS INFINITIS.

QVoniam autẽ eſt affirmatio de aliquo ſignificãs aliquid. Hoc autem eſt uel nomen uel innominatum. Vnum autem oportet eſſe, & de uno, id quod eſt in affirmatione. Nomen autem dictum eſt, & innominatum prius. Non homo enim nomen quidẽ non dico, ſed nomen infinitũ. Vnum enim ſignificat quodammodo infinitum nomen. Quemadmodum & non currit, non uerbum dico, ſed infinitum uerbũ. Erit omnis affirmatio & negatio, uel ex nomine & uerbo, uel ex infinito nomine & uerbo. Præter uerbũ autem nulla affirmatio uel negatio eſt. Eſt enim uel erit, uel fuit, uel fit, uel quæcunq; alia huiuſmodi uerba, ex his ſunt quæ ſunt poſita. Conſignificant enim tempus.

POſtquã de præteriti ac præſentis, futuri etiam temporis ueritate & falſitate diſſeruit, nũc uim ſimplicis & predicatiuę propoſitionis informat dicẽs, quoniã ſimplex affirmatio unã rem de una ſignificat, id eſt, de uno ſubiecto unũ predicat. ſubiectum aũt illud, aut nomen eſt, aut q̃ apud ueteres quidem fuit innominatũ, ab Ariſtotele uero infinitũ nomen uocatum eſt, prius enim dictũ eſt, q̃ homo nomẽ eſſet, non homo uero innominatũ quidem apud antiquos, ſed nũc infinitũ nomen. Quoniam igitur manifeſtum eſt unum de uno prædicare ſimplicem propoſitionem, omnis erit propoſitio ſimplex, aut ex nomine & uerbo, aut ex infinito nomine et uerbo. Quod autem dixit: Non homo enim, nomen quidem non dico, ſed infinitum nomen huiuſmodi eſt. Nomẽ, inquit, omnia definita ſignificat, non homo uero quãuis unũ quodlibet eorum deſignare poſſit, quę homines non ſunt, tamen quid deſignet infinitum eſt & dubium. Nam cum multa ſint, quæ homines non ſunt, & unum quodlibet eorum ſignificare poſſit, quid ſignificet ignoratur, ſicut enim non currit non eſt uerbum ſimpliciter, ſed infinitum uerbum, ita nomina cum negatione nõ ſunt nomina, ſed infinita nomina. Erunt igitur in propoſitionibus ſubiecta aut nomina, aut infinita nomina,

ta nomina, præter uerbũ autẽ nulla eſt affirmatio uel negatio, planiſſimè docuit, quę pars orationis in ſimplici propoſitione obtineat principatũ. Nam ſi præter uerbum fieri ſimplex propoſitio non poteſt, conſtat omnem uim ſimplicis propoſitionis uerba complecti. Omnis autem propoſitio aut eſſe aut fuiſſe, aut futurum eſſe, aut huiuſmodi aliquid habebit. Nam qui dicit currit, currens eſt dicit. Et qui dicit cucurrit, currens fuit proponit, & qui dicit curret, currens erit, ſi ergo omnis propoſitio, aut eſſe, aut fuiſſe, aut futurum eſſe, aut aliquid huiuſmodi ut ſit enunciatio, retinebit, manifeſtum eſt, quod præter uerbum eſſe non poſſit. Hæc enim, id eſt, fuit, uel eſt, aut futurum eſt, uerba ſunt, ut ex his cognoſci poſſit, quæ ſunt ſuperius poſita atq; cõfeſſa, cum diceremus, uerba eſſe quæ cõſignificarent tempus. Etenim eſt, & fuit, & cętera ſignificationem temporis ſecum trahunt.

Quare prima erit affirmatio & negatio, eſt homo, non eſt homo, deinde eſt non homo, non eſt non homo. Rurſus, eſt omnis homo, non eſt omnis homo, eſt omnis non homo, non eſt omnis non homo. Et in extrinſecus temporibus eadem eſt ratio.

Simplicium exempla propoſitionũ appoſuit, ſimplices aũt ſuprà diximus eſſe propoſitiones, quę duobus terminis iungerentur. Quare quoniam omne definitũ prius eſt infinito nomine, & nõ homo non eſt nomen, ſed infinitũ nomen, homo uero finitum. Rectè priores eas propoſitiones quæ ex definito ſunt nomine, in eorũ pronunciauit exemplis, ait enim, quare prima eſt affirmatio & negatio, eſt homo, nõ eſt homo. Deinde infiniti nominis affirmationes & negationes ſubiũxit dicens, eſt nõ homo, nõ eſt non homo. Et poſt hæc uniuerſalitatẽ iungens, eaſdẽ rurſus iterat propoſitiones. Et prius illas proponit, quæ ex finito nomine ſunt. Secundo uero loco eas, quæ ex infinito nomine, pponũtur, unde fit, ut illud intelligere, neceſſe ſit, illas quãtitates, quæ uniuerſales & particulares determinãt in terminis nõ haberi. Nam cum duorũ terminorum propoſitio ſola ſimplex ſit, inter ſimplices, huiuſmodi numeratæ propoſitionẽ, quæ dicit, eſt omnis homo, cum tres ſint partes orationis, quare determinationes nõ numerãtur in terminis. Eodem modo dicit, eadem̃q; ratione in extrinſecus tẽporibus ſimplices fieri propoſitiones, ut eſt, fuit homo, non fuit homo, fuit non homo, nõ fuit nõ homo. Et in alijs quoq; temporibus idem modus eſt. Extrinſecus uero tempora uocat, quæ ſunt præter præſens, id eſt, præteritũ & futurũ, ſed hic de his ſolis propoſitionibus locutus eſt, quæ unum ſubiectum habent, alterum prædicatum. Nunc de his loquetur, quæ unum habent ſubiectum, duo prædicata. An uero hæ quoq; ſimplices ſint, in ſecundæ editionis expoſitione dicendum eſt. Nunc uero præter demonſtrationem, eſſe ſimplices intelligamus.

Quando autẽ eſt tertiũ, adiacens prędicat, dupliciter tunc dicũtur oppoſitiones. Dico autẽ, ut eſt iuſtus homo eſt, tertium dico adiacere nomen uel uerbũ in affirmatione. Quare quatuor erũt iſtæ quarum duæ quidẽ ad affirmationem & negationẽ ſe habebũt ſecundũ conſequentiam, ut priuationes, duæ uero minimè. Dico autem quoniam eſt, aut iuſto adiacebit, aut nõ iuſto, quare etiam negatio. Quatuor ergo erunt. Intelligimus uero quod dicitur ex his quæ ſubſcripta ſunt. Eſt iuſtus homo. Huius negatio. Nõ eſt iuſtus homo. Eſt non iuſtus homo. Huius negatio, nõ eſt nõ iuſtus homo. Eſt enim hoc loco & non eſt, iuſto, & non iuſto, adiacet. Hęc igitur, quemadmodum in reſolutorijs dictum eſt, ſic ſunt diſpoſita. Similiter autem ſe habent, & ſi uniuerſalis nominis ſit affirmatio, ut omnis eſt homo iuſtus. Negatio, non omnis

eſt

est homo iustus. Omnis est homo non iustus. Nõ omnis est homo nõ iustus.

Sed non similiter angulares cõtingit ueras esse. Contingit autem aliquãdo.

Vnum subiectũ, & duo prædicata, quemadmodũ possint esse in propositione commemorat. Si enim hoc modo sit, ut dicamus est iustus homo, est & iustus prædicatũ, homo uero subiectũ est. Nũc enim nõ illud aspiciamus, quid prius, quid posterius dictum est. Sed quoniã uniuersalius est iustũ esse q̃ hominem, potest enim iustus esse & qui homo nõ est, ut Deus, & rursus potest esse simpliciter, & quod homo nõ est, idcirco est atq; iustus, quanq̃ primo dicantur in eo quod est, est iustus homo, tamen quoniã uniuersaliora sunt, non de his homo, sed hæc de homine prædicantur, & his homo subiectus est. Ex his igitur duplicẽ fieri oppositionẽ dicit, & quatuor propositiones, quarũ subter exempla subiecit addẽs: Dico autem, quoniã est aut iusto adiacebit, aut non iusto. Si quis enim dicat faciens duas affirmationes, est iustus homo, est nõ iustus homo. Hæc cũ duæ affirmationes sint, duas habebũt negationes. Nam si uerbũ est in hac propositione quæ dicit, est iustus homo, ad iustũ posuimus. Et in hac rursus propositione quæ dicit, est non iustus homo. Rursus ad non iustũ idẽ est uerbũ iunxímus, quoniã negationis oppositionẽ effecit, cum est uerbo iuncta negatio, id est, nõ, manifestũ est, quoniã id quod dicitur nõ est, ad iustum rursus, & ad non iustum adiungendũ est, ut negationes fiant huiusmodi, non est iustus homo, non est non iustus homo. Rectè igitur dixit: Quare si est iusto & nõ iusto adiacebit, etiã negatio iusto & nõ iusto adiacebit. Sunt autẽ propositiones quas dicit, quatuor: hę, est iustus homo in hac affirmatione ad iustum, uerbũ est adiũxímus, huius est negatio, non est iustus homo. In hac quoq; negatione quæ dicit non est, ad iustum rursus adiunxímus. Iterũ, est non iustus homo. In hac, est ad non iustum iungitur, huius est negatio, non est non iustus homo, etiã in hac quoq; negatione quæ dicit nõ est, ad non iustũ ponitur, quod uero ait: Dico autẽ, ut est iustus homo, est tertiũ adiacere his nomen uel uerbũ in affirmatione huiusmodi est. Tertiũ, inquit, dico, id est, adiacere uerbum est. Homo enim & iustus duo sunt, quibus adijcitur uerbũ est. Idcirco autẽ dixit nomen uel uerbum, quia superius quoq; docuit ipsa uerba nomina esse, eo scilicet loco, ubi ait, ipsa quidem uerba secũdum se dicta nomina sunt. Quod autem sequitur, continet difficilimum sensum, quem ipse solita breuitate perstrinxit. In medio namque totius sensus addidit. Quare idcirco quatuor istę erunt, quarum duæ ad affirmationem & negationem sese habebũt ad consequentiam, ut priuationes, duæ uero minimè. Huius sententiæ multiplex expositio ab Alexandro & Porphyrio: Aspasio quoq; & Herminо proditur, in quibus quid excellentissimus expositorum Porphyrius dixerit, aliàs dicemus. Quoniam uero simplicior explanatio Alexandri esse uidetur, eam nunc pro breuitate subiecimus. Priuatorię propositiones sunt, quęcunq; prædicant priuationẽ. Priuatio autem est, ut si quis dicat iniustus, priuat enim hominem iustitia. Ergo affirmatio priuatoria est quę dicit, homo est iniustus. Negatio rursus priuatoria est, non est homo iniustus. Sed neque illa in significatione plena affirmatio est (aliquid enim tollit) sed priuatoria affirmatio, quoniam formam quidẽ affirmationis tenet, sed priuationem prædicat, & aliquid ab eo cui priuationem copulat, abiungit, ut in propositione, est iniustus homo, ab homine iustitiam. Nec his rursus pura negatio est. Fugans enim priuationem, ut in ea quę est, non est homo iniustus, habitum retinet, id est, iustitiam. Sed quoniã quod affirmatio prædicabat, hoc aufert negatio, licet habeat talis negatio, quasi reponendi habitus significationem, tamen quia ipsa priuationem subtrahit, priuatoria negatio nominatã. Ergo nunc hoc dicit: Cũ sint inquit quatuor propositiones, quarũ duæ ex finitimis nominibus sunt, ut est iustus homo, nõ est iustus homo, duæ ex infinitis nominibus, ut est nõ iustus homo, non est nõ iustus homo. Duę, inquit, hæ, quarũ una affirmatio est, habẽs infinitũ nomen, ut est non iustus homo, & una negatio habens rursus infinitũ nomẽ, ut non est

non

non iustus homo, sic se habent ad affirmationem & negationem, id est, eandem formam retinent affirmationis & negationis, & similes sunt ad affirmãdum aliquid uel negandũ, his quæ sunt priuatorię. Nam quemadmodum priuatoria quæ dicit, est iniustus homo non solum affirmatio est, sed priuatoria affirmatio, ita quoq; ea quæ dicit, est non iustus homo, non solum est affirmatio, sed cum infinito nomine, & cũ aliqua priuatione affirmatio. Idem enim ualet ad intelligentiam quod dicitur iniustus, tanquã si dicatur non iustus. Et rursus quemadmodũ non est iniustus homo, non est solum negatio, sed priuatoria negatio, quoniam quanquam det habitum, tamen priuationem negat, ita quoq; & ea quæ est ex infinito nomine, nõ est nõ iustus homo, non solum est negatio, sed ex infinito facta nomine infinitũ negans. Quia igitur infinitum negat, & subiectũ infinito negãdo priuat, priuatorię similis est. Nam si idem ualet iniustum esse, quod non iustum, idem ualebit non esse iniustum, q̃ nõ esse non iustum. Igitur hæ duæ quę infinitum nomen habent, quantum ad speciem formamq; affirmationis & negationis similiter se habẽt his quæ sunt priuatorię affirmationes. Duæ uero illæ quæ simplex definitumq; prædicant nomen, ab omni similitudine priuationum secluſæ sunt. Nihil enim similis est illa quæ dicit, est iustus homo, ei quę dicit, est iniustus homo, cum utręq; sint affirmationes, sed illa est simplex, illa priuatoria. At uero ea quæ dicit, non est iustus homo, ad eam quæ dicit, non est iniustus homo, nulla rationis similitudine coniungitur, cum sint utræque negationes, sed illa est simplex, illa priuatoria, quare quæ ex infinito nomine sunt, similiter sese habẽt, quẽadmodum priuationes, similis namq; affirmatio est, ea quę dicit, est nõ iustus homo, ei quæ dicit, est iniustus homo. Et rursus ea quę dicit, nõ est non iustus homo, ei quæ dicit, nõ est iniustus homo, priuationes uero simplicibus ꝓpositionibus, & his quæ ex finitis nominibus fiunt, non cõiunguntur. Neq; enim quisquam dixerit eam quæ dicit, est iustus homo, esse cõparem ei quæ dicit, est iniustus homo, nec uero eam quę dicit, non est iustus homo, posse aliquid comparari cum ea quæ dicit, nõ est iniustus homo. Rectè ergo dictũ est, de his quatuor propositionibus, duas ad affirmationem & negationem ita se habere, ut sunt priuationes. Duas uero esse simplices, et præter aliquam priuationum similitudinem. Quod autem ait ad cõsequentiam tãquam si diceret ad similitudinẽ, ita debet intelligi. Quę enim sibi sunt similia, à se quodãmodo non recedunt, & se inuicem consequuntur. Describuntur ergo duæ prius simplices propositiones, post has duæ priuatorię, postremo quæ infinitis nominibus cõstant, ut affirmationes sub affirmationibus, negationes, sub negationibus constituantur.

Affirmatio.	Est iustus homo.	Non est iustus homo.	Negatio.
Affirmatio.	Est iniustus homo.	Non est iniustus homo.	Negatio.
Affirmatio.	Est nõ iustus homo.	Non est nõ iustus homo.	Negatio.

Sed hæ inquit ita sunt dispositæ eandemq; ad se similitudinem gerunt, quemadmodũ in Analyticis, id est, resolutorijs dictũ est. Scripsit autem duos resolutorios libros, de syllogismo. In quorũ primo de propositionum ex finito nomine, & infinito consequentia differuit. Est uero similitudo, affirmatiuæ quidem simplicis ex finito nomine, & negatiuæ eius quæ habet infinitum nomen. Namq; ea quæ dicit, est iustus homo, affirmatio, ei quæ dicit, non est non iustus homo, negationi similis est. Negatio quoque simplex finiti nominis, affirmationi infiniti nominis conuenit. Ea enim quæ dicit, non est iustus homo, similis est ei quæ dicit, est non iustus homo. Sed quemadmodum istæ sibi sint similes, & quomodo in cõsequentia proprium teneant ordinẽ, nunc quidem exequi distulimus, paulisper tamen describantur, ut earum quędã proprietas ostendat. Sit enim affirmatio finiti nominis, & sub ea negatio nominis infiniti. Sit item negatio finiti nominis, & sub ea affirmatio nominis infiniti.

Affirmatio.

Affirmatio. Eſt iuſtus homo. Non eſt iuſtus homo. Negatio.

Negatio. Nõ eſt non iuſtus homo. Eſt nõ iuſtus homo. Affirmatio.

In hac igitur deſcriptione negatio ex infinito nomine ſub affirmatione finiti nominis ponitur, & rurſus affirmatio infiniti nominis ſub negatione finiti, quarum angulares, quoniam ſunt indefinitæ omnes ſimul in omnibus ueræ eſſe poſſunt, niſi in his tantum quæ aut naturaliter inſunt, aut naturaliter ineſſe nõ poſſunt, ut ſi quis dicat, eſt homo animal nunquam cum hac uera eſſe poteſt: illa quæ dicit, eſt homo nõ animal, quæ eſt angularis, idcirco quoniã animal naturaliter in ſubſtantia hominis perſpicitur inhęrere. Rurſus ſi quis dicat, eſt homo lapis, eſt homo nõ lapis, ne hæ quidem ſimul ueræ eſſe poſſunt. Idcirco quod lapidẽ ineſſe homini naturaliter impoſſibile eſt. Quod ſi huiuſmodi ſunt quæ non inſint naturaliter, ſed ineſſe poſſint, ut in his quæ ſuprà poſuimus exemplis, angulares uerę ſunt ſemper. Poteſt enim uera eſſe & ea quæ dicit, eſt iuſtus homo, & ea quę dicit, eſt non iuſtus homo. Rurſus poteſt uera eſſe quæ dicit, nõ eſt iuſtus homo, ſi hoc de Scylla dicatur, & ea quę dicit, nõ eſt non iuſtus homo, ſi hoc de Catone prædicetur. In his igitur quæ ſunt indefinitæ, ſi ea quæ prædicantur naturaliter non inſunt, ſed ea ineſſe poſſibile eſt, ſemper angulares ſimul ueras eſſe cõtingit. Quod ſi huiuſmodi propoſitiones cũ definitione ponamus, ita dicendum eſt: Eſt omnis homo iuſtus, huius negatio, nõ eſt omnis homo iuſtus. Rurſus, eſt omnis homo non iuſtus, huius negatio, nõ eſt omnis homo non iuſtus, quæ diſponanť hoc modo, ut negatio ſub affirmatiõe ſit, & ſub negatiõe affirmatio.

Affirmatio. Eſt omnis homo iuſtus. Non eſt omnis homo iuſtus. Negatio.

Negatio. Nõ eſt omnis homo nõ iuſtus. Eſt omnis homo nõ iuſtus. Affir.

In his ergo quandã diſſimilitudinem monſtrat. Nam in indefinitis ſi ea quę prędicantur, naturaliter non ineſſent eſſe tamen in ſubiectis poſſent, ſemper angulares ſimul ueras eſſe ſine dubio cõtingebat. Nã & affirmationes affirmationib. & negationes negationibus cõueniebãt. In his autẽ quæ cũ diffinitione quãtitatis dicũtur, non idẽ modus eſt. Affirmationes enim affirmationibus nulla ratione iungunť. Nam ſi uera ſit ea quę dicit, eſt omnis homo iuſtus, nunq̃ uera eſſe poteſt ea quę dicit, eſt omnis homo nõ iuſtus, quæ eſt angularis, & hoc diſcrepare in nullo reperietur exẽplo. Negationes aũt particulares, quæ ſunt ſibi angulares, ſimul ueras eſſe cõtingit. Poteſt enim uerum eſſe in his, quæ naturaliter non ſunt, & poſſibilia ſunt ineſſe, ut negatio particularis negationi particulari, ei quæ eſt angularis cõueniat, ut ea quæ eſt, nõ eſt omnis homo iuſtus, ei quę eſt angularis conueniat, non eſt omnis homo nõ iuſtus, ſed hoc diſſimiliter q̃ in indefinitis. Nã in illis & ea quę dicit, eſt iuſtus homo, ei quæ dicit, eſt non iuſtus homo, angulari ſcilicet, cõueniebat. Rurſus ea quæ dicit, non eſt non iuſtus homo, ei quæ eſt, non eſt iuſtus homo, angulariter poſitæ cõgruebat. In his

his autem, id eſt ſecundum qantitatem definitis, affirmationes quidem duæ uniuerſales, quæ ſunt, eſt omnis homo iuſtus, & eſt omnis homo non iuſtus, nunquam ſimul ueræ eſſe poſſunt, angulares autem negationes quæ particulares ſunt, id eſt, non eſt omnis homo iuſtus, & non eſt omnis homo non iuſtus, in his quæ & eſſe & nõ eſſe poſſibilia ſunt, ſimul ueræ ſunt. Non ergo ſimiliter in his quæ ſunt definite, angulares ſibimet congruunt, ut in his quæ definitæ ſunt. Quod per hoc demonſtrat, quod ait: Sed non ſimiliter angulares contingit ueras eſſe. In illis enim ſibimet utræq; conſentiunt angulares, in his autem angulares quidem affirmatiuas nunquam ſimul ueras eſſe contingit. Alias uero angulares quæ ſunt particulares negationes, contingit aliquando. Hoc enim ipſius declarant uerba dicentis: Sed non ſimiliter angulares, contingit ueras eſſe. Contingit autem aliquando. Non ſimiliter quidem contingit ueras eſſe, idcirco quod affirmationes uniuerſales, angulares uerę nũquam ſunt, quod in his quæ indefinitæ ſunt, cõtingebat. Cõtingere autem aliquando dixit, cum angulariũ, quę ſunt particulares negationes facimus cõparationem, ſi ea quæ prædicantur non ſint naturalia ſubiectis, ſed tamen ineſſe poſſibilia.

Hæ igitur duæ oppoſitæ ſunt, aliæ autem ad id quod eſt, non homo, quaſi ſubiectum aliquod additum: ut, eſt iuſtus non homo, non eſt iuſtus non homo. Eſt non iuſtus nõ homo, non eſt non iuſtus non homo. Magis autem plures his non ſunt oppoſitiones, hęc autem extra illas ipſe ſecundum ſe erũt, ut nomine utentes eo quòd eſt non homo.

Alias nobis rurſus eſſe propoſitiones oſtendit, quarum alijs quidem non prædicatum, ſed ſubiectum infinitum ſit, alijs utrunq;. Si quis enim dicat, eſt iuſtus non homo, quoniã non homo ſubiectum eſt, & eſt infinitum nomen, uocatur propoſitio facta ex infinito ſubiecto, idẽ eſt & in negatione, quæ eſt, non eſt iuſtus non homo. At uero ſunt aliæ propoſitiones quæ & ex prædicato & ex ſubiecto infinitis eſſe uidentur, ut eſt cum dicimus, eſt non iuſtus, non homo, non eſt non iuſtus nõ homo. In his enim non iuſtus, prædicatum eſt, non homo, ſubiectum. Sed utraq; ſunt infinita, unde fit ut in his propoſitionibus in quibus eſt uerbum tertium prædicatum, magis plures propoſitiones, cũ hæ quę dictæ ſunt, inueniri non poſſint. Aut enim ex utriſque, erit finitis, prædicato ſcilicet, & ſubiecto, ut eſt homo iuſtus, non eſt homo iuſtus, aut ſolum prædicatum habebit infinitum, ut eſt non iuſtus homo, non eſt non iuſtus homo, aut prædicatum quidem finitum erit, infinitum uero ſubiectum, ut eſt iuſtus non homo, non eſt iuſtus non homo, aut & prędicatum & ſubiectum infinita proponunť, ut eſt nõ iuſtus non homo, non eſt non iuſtus non homo, ultra aũt propoſitiones, in quibus eſt uerbum tertium prædicatũ ſit inueniri non poſſunt. Sed hæ quæ ſubiectũ infinitum habent, uel utrũq; infinitum, præter illas ſuperiores ſunt, quę aut prędicatum infinitum habent, aut utraq; finita, atq; ideo extra illas eſſe dicũtur, & nullam ad eas conſequentiam ſeruant, & eſt ita poſitum in ea propoſitione quę dicit, eſt iuſtus non homo. Nomen infinitum quod eſt non homo, tanquàm ſi finitum nomen aliquod poneretur. Atq; hoc eſt quod ait, ut nomine utentes non homo. Ita enim infinitum nomen poſitum eſt, tanquàm ſi finitum nomen eſſet poſitum, nominibus enim locum tenet, quanquam etiam cum ita poſitum ſit, nihilominus tamen nomen ſit, infinitum enim nomen licet ſimpliciter nomen non ſit, tamen cum infinito iunctum nomen eſt.

In his uero, in quibus, eſt non conuenit, ut eo quòd eſt currere, uel ambulare, idem facit ſic poſitũ, ac ſi eſt adderetur, ut Currit omnis homo, nõ currit omnis homo. Currit omnis nõ homo, non currit omnis nõ homo. Nõ enim dicẽdũ eſt nõ omnis homo, ſed nõ negationẽ ad id q̃ eſt homo addẽdũ eſt.

Omnis

Omnis enim nō uniuerſale ſignificat, ſed quoniā uniuerſaliter. Manifeſtum eſt autem ex eo quòd eſt. Currit homo, nō currit homo. Currit nō homo, non currit nō homo. Hæc enim ab illis differunt, eo quòd uniuerſaliter non ſunt. Quare omnis uel nullus, nihil cōſignificat aliud, niſi quod uniuerſaliter de nomine uel affirmationem, uel negationem. Ergo & cætera eadē oportet opponi.

Sunt inquit quædā propoſitiones, quæ cum eſt prædicantur. Aliæ uero quas cum eſt uerbo prædicare nō poſſumus, ut in eo quòd dicimus homo ambulat, homo currit. Sed in his nihil differt, an ita quis dicat, ut dicitur, id eſt homo currit, & homo ambulat, an cū eſt uerbo eas prędicet, idē nāq; eſt dicere, homo currit & homo ambulat, tanquam ſi dicatur, homo currens eſt, homo ambulans eſt. Quocirca nihil differt in huiuſmodi propoſitionibus, utrum cum eſt uerbo, an præter eſt adiuncto uerbi actu proponatur. Idem quoq; eſt etiam in uniuerſalibus. Nam cum dicimus omnis homo currit, omnis homo non currit, & rurſus omnis non homo currit, omnis non homo non currit. Idem eſt tanquā ſi dicamus, omnis homo currens eſt, & omnis homo currens non eſt, & rurſus omnis non homo currens eſt, omnis non homo currens non eſt. Docet autem illud quoque multum differre, an ad poſitum terminū iungatur negatio, an certè ad determinationem, nam ſi ad ſubiectum terminum dicitur, ſit nomē infinitum, ut eſt omnis nō homo currit, ſi ad determinationem ſit negatio, ut eſt nō omnis homo currit, unde fit, ut ſi non ad determinationem uniuerſalem, ſed ad rem ac terminum negatio ponatur, ſit infinitum nomen, ut eſt non homo. Quod ſi nō ad rem uniuerſalem, ſed ad determinationē uniuerſalem, negatio eſt. Cum enim dicimus non omnis, omnis quidem uniuerſale non eſt, ſed conſignificat quoniā illud de quo dicitur, uniuerſaliter dicitur, ut cum dicimus, omnis homo, homo quidē ipſum uniuerſale eſt, omnis uero non eſt quidem uniuerſale, ſed conſignificat, quoniā res uniuerſalis, id eſt homo, uniuerſaliter dicta eſt. Ergo quoties ad determinationē quę rem quamlibet uniuerſalem uniuerſaliter dictam demōſtrat, negatio ponitur, nō nomen infinitum, ſed negationem conſtituit, atque hoc eſt quod ait: Nō enim dicēdum eſt, nō omnis homo, ſed non negationem ad id quod eſt homo addendū eſt, omnis enim non uniuerſale ſignat, ſed quoniā uniuerſaliter. Ipſum enim omnis non eſt uniuerſalis terminus, nec omnino terminus, ſed uniuerſali prædicato additū, facit illud uniuerſaliter enunciari, probat autem hos non eſſe uniuerſales terminos, ſed tātum determinationes uniuerſaliter cōſignificātes hoc modo: Cū enim dicimus, currit homo, non currit homo, currit non homo, non currit non homo, uniuerſalia quidem ſubiecta ſunt in his propoſitionibus, ſed non uniuerſaliter prædicantur. Diſtant aūt hæ ab his propoſitionibus in quibus ſic dicimus: Omnis homo currit, nullus homo currit, eo quòd iſtæ quidem uniuerſale, uniuerſaliter prædicant, illæ uero uniuerſale nō uniuerſaliter. Manifeſtum eſt ergo, quoniam omnis & nullus, non ſunt uniuerſalia, ſed id quòd uniuerſale prędicatur, faciūt ut uniuerſaliter enuncietur. Quare eadem omnia ponenda ſunt, currit omnis homo, ſi infinitum nomen uolumus facere, non dicamus, currit non omnis homo, ſed negationem, id eſt nō, nomini addemus, eadem in propoſitione cuncta ſeruantes, ſi affirmationem uolumus ex infinito nomine facere. Quod ſi ad determinationem uniuerſalis rei negationē aptemus, fit non affirmatio nominis infiniti, ſed propoſitionis ex nomine finito negatio.

Quoniam uero contraria eſt negatio ei quæ eſt, omne eſt animal iuſtum, illa quæ ſignificat, quoniam nullum eſt animal iuſtum, hæ quidem manifeſtū eſt, quod nunquā erunt, neq; ueræ ſimul, neq; in eodem ipſo. His uero oppoſitę erunt aliquando, ut nō omne animal iuſtum eſt, & eſt aliquod animal iuſtum.

Quoniam

Quoniam inquit hæ contrariæ ſunt, ſimul ueræ eſſe non poſſunt, neq; in eodē, et poſſunt quidem uiciſſim & cum temporis diuerſitate eſſe ueræ, ſimul autem eſſe nō poſſunt, ut ſi quis dicat aureo quidem ſeculo omnes homines fuiſſe iuſtos. Ferreo uero nullum hominem eſſe iuſtum, utræq; ueræ eſſe poſſunt, ſed non eodem tēpore. Hoc eſt enim quod ait, neq; ueræ ſimul, quod autem ſecutus eſt, neq; in eodem in ipſo ſcilicet ſubiecto, ut dicamus: Eſt omne uiuens iuſtum, ſi referamus ad cœleſtes poteſtates, uera eſt. Nullum uiuens iuſtum eſt, ſi referamus ad equos, utrq; ſunt ueræ, ſed nō in eodem ipſo, illud enim in diuinis, iſtud in equis retinet ueritatem. His autem quæ ſunt oppoſitæ, ideſt, particulares poſſunt ſimul eſſe ueræ, tunc cum ſuperiores uniuerſales ſint ſimul falſæ. Quæ autem ſunt hæ, ipſe planiſſimo mōſtrauit exemplo dicēs: Non omne animal iuſtum eſt, quod eſt particularis negatio, & eſt aliquod animal iuſtum, quod eſt particularis affirmatio.

Sequuntur uero hæ, eam quidem, quæ eſt, nullus eſt homo iuſtus, illa quæ eſt, omnis eſt homo non iuſtus. Illam uero quæ eſt, aliquis homo iuſtus eſt, oppoſita, non omnis eſt homo nō iuſtus. Neceſſe eſt enim aliquem eſſe.

Oſtendit ſuperius affirmationem uniuerſalem & uniuerſalem negationem, quoniā ſibi eſſent contrariæ, ſimul ueras eſſe non poſſe. Nunc autem monſtrat uniuerſali negationi nominis finiti, conſentire uniuerſalem affirmationē nominis infiniti, & particulari affirmationi, quæ eſt oppoſita uniuerſali negationi nominis finiti, conſentire eam quæ eſt oppoſita uniuerſali affirmationi nominis infiniti, ſcilicet particularē negationem prædicatum retinentem infinitum. Et prius deſcribantur hoc modo:

Negatio.	Conſentaneæ.	Affirmatio.
Nullus homo iuſtus eſt,		Omnis homo non iuſtus eſt
Affirmatio.		Negatio.
Quidam homo iuſtus eſt.		Non omnis homo non iuſtus eſt.

Oppoſitæ / Oppoſitæ

Conſentaneę.

Eſt autem uniuerſalis negatio ea quæ dicit, nullus homo iuſtus eſt, huic oppoſita eſt, contradictorię particularis affirmatio. Quidam homo iuſtus eſt. Rurſus uniuerſalis affirmatio eſt infinitum habens prædicatum, ea quæ dicit, omnis homo non iuſtus eſt, huic contradictoriæ particularis opponitur infinitum habens prædicatum, ea quæ dicit, non omnis homo non iuſtus eſt. Hæ igitur ſeſe perimunt, ſed uniuerſalis affirmatio nominis infiniti, ideſt, omnis homo non iuſtus eſt, ſequitur negationem eam quæ dicit, nullus homo iuſtus eſt. Nam ſi uerum eſt, nullum eſſe hominem iuſtum, uerum eſt, omnem hominem eſſe non iuſtum. Sed his oppoſitæ rurſus ſibiipſę conſentiunt. Nam ſi uerum eſt dicere, quoniam quidam homo iuſtus eſt, uerum eſt dicere non omnis homo non iuſtus eſt. Si enim non omnis homo non iuſtus eſt, aliquem iuſtum eſſe neceſſe eſt.

Manifeſtum eſt quoniam etiam in ſingularibus, ſi eſt uerum interrogatū negare, quòd & affirmare uerum eſt, ut putas ne Socrates ſapiens eſt? Non. Socrates igitur non ſapiens eſt. In uniuerſalibus uero nō eſt uera, quæ ſimiliter dicitur. Vera eſt autē negatio, ut putas ne omnis homo ſapiens eſt? Nō. Omnis igitur homo nō ſapiens eſt. Hoc enim eſt falſum, ſed non igitur omnis homo ſapiens eſt, uera eſt. Hæc enim oppoſita eſt, illa uero contraria.

Quoties aliquis inquit in ſingularibus rebus interrogat, & is qui interrogat, negat, tunc is qui interrogat rectè negationem, cum ſingulari iungens, ex infinito nomine faciet affirmationem, ut ſi aliquis dicat: Putas ne Socrates ſapiens eſt? contra alius reſpondeat, non, erit recta concluſio dicentis. Socrates igitur non ſapiens eſt, ex negatione

tione ergo respondentis & infinito nomine non sapiens, facta est affirmatio, Socrates non sapiens est, atq; hoc quidem in singularibus. Quod si hoc in uniuersalibus fiat uniuersaliter predicatis, negationem potius fieri contingit, quàm affirmationẽ, ut si quis interroget, putas'ne omnis homo sapiens? ille respondeat, non, non necesse est ita concludere ut dicatur, omnis igitur homo nõ sapiens est. Hoc enim falsum est, nec hoc euenit necessario ex interrogati responsione. Sed magis illud, non omnis homo sapiens est. Nam cum aliquis interrogat, putas'ne omnis homo sapiẽs est, si ille neget, dicens non, tu concludas oportet, non omnis igitur homo sapiens est. Hoc enim ex illius responsione necesse est euenire. Sed hæc contraiacens est interrogationi, idest opposita. Interrogasti enim uniuersalem affirmationẽ dicens, putas'ne omnis homo animal est? respondit, nõ, concludes tu particularem negationem, non omnis homo animal est, & hæc diuidit uerum uel falsum. Nam si contra eam interrogationem per quam uniuersalem affirmationem interrogasti, ille neget, & tu concludas eam propositionem quæ dicit, omnis homo igitur non sapiens est, nõ potius, contra iacentem sed contrariam facies, hæc enim quæ dicit, omnis homo non sapiens est, consentit ei quæ dicit nullus homo sapiens est. Quare nihil differt, utrũ hãc aliquis ex infinito nomine affirmationem respondeat, an ex finito nomine uniuersalem negationem quæ cum affirmatione uniuersali, quam interrogasti, uerũ falsumq; non diuidit. Sed illa sola cõcludenda sunt, in quibus unum uerum est, alterũ falsum. Non igitur ita debet fieri in uniuersalibus, ut interrogata uniuersali affirmatione, si alius negationem respondeat, uniuersalis affirmatio ex infinito nomine concludatur, sed potius particularis negatio ex nomine finito.

Illæ uero quę sunt contraiacentes secundum infinita nomina uel uerba, ut in eo quod est, non homo, uel non iustus, quasi negationes sine nomine & uerbo esse uidebuntur, sed non sunt, semper enim uel uerum esse uel falsam necesse est negationẽ. Qui uero dixit non homo, non plus dicente, homo, sed etiam minus uerus uel falsus fuit, si non aliquid addatur.

Cum de propositionibus ex infinitis loqueretur nominibus ipse infinita nomina sola sumpsit, & de his qualia uideantur esse pertractat. Sermonum, inquit, prolationes, quæ secundũ contraiacentia nomina uel uerba sibi oppositæ sunt, ut in eo quod dicimus, homo, non homo: currit, non currit. Quoties finitum infinito comparatur, uidentur quasi quędam esse negationes. Sed ita non est, omnis namq; negatio uel uera uel falsa est. Qui autem dicit non currit, & non laborat, & non homo, necq; uerum aliquid enunciauit necq; falsum, & fortasse minus aliquid ueri uel falsi significauit, quã is qui finitum nomen ponit. Nam qui finitum nomen constituit, nihil quidem adhuc uerum falsumue enunciauit, sed quoniam quiddam finitum posuit, propinquior est huiusmodi prolatio ad ueritatem, quæ aliquid finitum ponit, ea prolatione quæ aliquid infinitum. Sicut illa quæ aliquid signant, propinquiora sunt ad enunciationem faciendam, his quæ nihil significant. Quare in his quæ infinita sunt, minus illa ueritas falsitasue perspicitur, quàm in his omnibus quæ sunt finita. Ac multo magis nihil adhuc uerum falsumue designat, id quod dicitur non homo, uel non currit, nisi aliquid addatur, quod enunciationem possit efficere. Quod autem dixit, quasi negationes sine nomine & uerbo esse uidebuntur, idcirco addit quoniam infinita nomina uel uerba, neq; nomina sunt simpliciter, neq; uerba, & uidentur non homo, & nõ currit, negationes esse. Quod si ita est, sine nomine & uerbo, esse negationes uidentur. Addidit etiam illud nihil magis de homine, sed etiã minus uerus fuit uel falsus. Qui enim dicit homo, rem constituit, qui dicit non homo, ipsam quidem rem tulit, sed nihil addidit. Quocirca longè minus quiddam enunciauit de homine, qui infinitum de homine dixit, quàm qui finitum.

Significat autem, est omnis non homo iustus nulli illarũ idem, nec huic oppo
sita

sita ea quæ est, non est omnis non homo iustus. Illa uero quæ est, omnis non iustus nõ homo est, illi quę est, nullus est iustus nõ homo, idẽ significat.

Illæ propositiones in quibus infinita nomina subiecta sunt, longè aliud inquit significant, & non idem his propositionibus quę uel secundum finita, uel secundum infinita predicata dicuntur, ea enim quę dicit, est omnis non homo iustus, nihil idem significat illi quæ dicit, est omnis homo iustus, uel nullus homo iustus est, uel iterum, est omnis homo non iustus, uel nullus homo non iustus, nulli enim similis est earum, ea quæ dicit, est omnis non homo iustus, nec huic opposita negatio particularis, ea quæ dicit, non est omnis non homo iustus, illi earum idem significat quæ superius descriptæ sunt, uel alicui earũ quæ sunt in superius oppositę descriptis. Illę uero quæ ex duobus terminis infinitis cõstitutę sunt, illis sunt similes, quę uniuersales negationes sunt habentes subiectum infinitum, ut ea quæ dicit, est omnis nõ iustus non homo, illi idem significat, eiq; consentit quæ dicit, est nullus iustus non homo, & prior quidem utrosq; terminos retinet infinitos. Hæc uero secũda prædicatum quidem finitum. Subiectum uero infinitum, & illa quidem est affirmatio ex duobus infinitis, hæc uero ex finito prædicato & subiecto infinito negatio uniuersalis.

Transpositа uero nomina & uerba idem significant, ut est albus homo, est homo albus. Nam si hoc non est, eiusdem multæ erunt negationes. Sed ostẽsum est, quòd una unius est. Eius enim quæ est, est albus homo, negatio est, non est albus homo, eius uero quæ est, est homo albus, si non eadem est ei quę est, est albus homo, erit negatio uel ea quę est. Non est nõ homo albus, uel ea quæ est, non est homo albus. Sed altera quidẽ est negatio eius quę est, est non homo albus, altera uero eius quæ est, est albus homo. Quare erunt duæ, unius. Quoniam igitur trãspositо nomine & uerbo eadem fit affirmatio & negatio, manifestum est.

Quoties inqt nomina permutantẽ & uerba, eædẽ ꝓpositionũ significationes permanẽt. Quoties aũt negatio permutaf, nõ eędẽ, nam si qs dicat: est nõ homo albus, & non est homo albus, non idem significat permutata, scilicet, & trãspositа negatione. Quoties aũt dicit, est albus homo, & rursus est homo albus, idẽ transpositа uerba nomina q̃ significant, & erunt eędem affirmationes, nam si quis hoc negat, contingit, ut unius affirmationis, duæ negationes sint. Hoc autem monstratum est superius fieri non posse, sed semper unius affirmationis unam esse negationẽ. Illius namq; affirmationis quę dicit, est albus homo, illa negatio est, quæ dicit, nõ est albus homo. Illius aũt quæ proponit, est homo albus, si non est eadẽ illi affirmationi quæ enunciat, est albus homo, sed est ab ea diuersa, sit negatio uel ea quæ dicit, non est nõ homo albus, uel ea quæ dicit, non est homo albus, sed illa quæ proponit, non est non homo albus, habet suam affirmationem ad quã referri debeat, eam scilicet, quę enũciat, est non homo albus. Illa uero quæ dicit, nõ est homo albus, negatio est eius quæ proponit, est homo albus. Sed si affirmationes eorum diuersæ sunt, diuersæ erũt etiam negationes. Si qs ergo dicat affirmationẽ quę proponit, est albus homo, diuersam esse ab ea, quæ enũciat, est homo albus illud quoq; cõcedat necesse est, ut negationes quoq; ipsarum diuersæ sint, est aũt negatio illius quæ dicit, est albus homo, illa scilicet quæ proponit, non est albus homo. Rursus illius quę enũciat, est homo albus, est negatio, non est homo albus. Quarę hæ duæ negationes, non est homo albus, & non est albus homo à se diuersæ sunt. Rursus cum dicimus, est albus homo, & negatur, non est albus homo, si de eodem homine utræq; dicantur, unam uerã, alteram falsam esse necesse est, ut si de Socrate dicatur, est albus homo, non est albus homo quæ cũ ita sint, necesse est, ut eius quæ ait, est albus homo, negatio sit ea quę

dicit,non eſt albus homo,ſed poſita eſt quidem prius negatio quæ dicit,nõ eſt albus homo,cius affirmationis eſſe quæ dicit,eſt albus homo. Nunc uero monſtramus illã quoq;,quæ dicit,nõ eſt albus homo,eius affirmatiõis negationẽ eſſe,quę dicit,eſt albus homo,utræq; enim uerũ interſe falſũq; diuidũt. Neq; enim fieri poteſt,ut ſi de uno eodẽq; homine dicat,eſt albus homo,& nõ eſt homo albus ut utræq; ſint ueræ q̃d ſi ita ut nũc ſunt poſitæ aliquando in ueritate concordãt, hoc idcirco euenit quia indefinitæ ſunt,nõ qa uerbis ſiũt nominibusq; trãſpoſitis,quare euenit ut unius affirmatiõis duplex ſit negatio. Q d'autẽ diximus inferiori deſcriptiõe magis liquebit.

Contradictio.

Eſt albus homo — Non eſt albus homo

Contra dictio

Contra dictio

Eſt homo albus — Noneſt homo albus

Contradictio.

De coniunctis & diuiſis enunciationibus.

AT uero unũ de pluribus,uel plura de uno affirmare,uel negare,ſi non eſt unũ ex pluribus,nõ eſt affirmatio una,neq; negatio. Dico aũt unũ, nõ ſi unum nomen poſitum ſit,non ſit autem unũ ex illis,ut homo eſt fortaſſe & animal,& bipes,& manſuetum. Sed ex his etiam unum fit, ex albo autem & homine,& ambulare non fit unum. Quare nec ſi unum aliquid de his affirmet aliquis, erit affirmatio una,ſed uox quidem una,affirmationes uero multæ. Nec ſi de uno iſta,ſed ſimiliter plures.

MVlta Peripateticis de diſcernendis propoſitionibus' quæ eſſent una, quæ multæ,conſideratio fuit. Atq; ideo nunc hoc dicit,& ſi una res,in quit,de pluribus prædicetur in propoſitionibus uel affirmatiuis, uel negatiuis,uel rurſus res plures de una iterum prædicentur,& ſi pluribus illis rebus unum nomen ſit poſitũ,uel una res de uno nomine plura ſignificanti prædicet,ſi ex illis omnibus rebus unũ aliq̃d nõ fit,non eſt una affirmatio,nec una negatio,ſi quis enim dicat animal rationale bipes,homo eſt,unũ hominẽ pluribus prædicando ſubiecit,ſed hæc ſigillatim quidẽ dicta plura ſunt,unam uero quandam ſubſtantiam informant. Coẽuntibus namq; animali,rationali,et bipede fit una ſubſtantia animal rationale bipes,quod eſt homo. Et quanquam hæc ſigillatim dicta multa ſint,ſi quis enim dicat animal, & rurſus rationale,& interniſſo tempore bipes,diſcretim multa ſignificantia,tamen iuncta in unum unam faciunt naturam,& hoc eſt quod ait; Vt homo eſt fortaſſe & animal,& bipes,& manſuetum,ſed ex his unum fit,tanquam ſi diceret; Homo enim plura ſignificat,ſed ita, ſi ea quæ ſignificantur diſcerptim dicantur. Nam & animal, & bipes,& manſuetum deſignat. Dicimus enim hominem eſſe animal & bipedem,& manſuetum,ſed hæc iuncta in unum corpus,efficiunt unum animal manſuetum bipes,quod eſt homo. Quare quanquam de uno plura prædicata ſint,tamen quoniam ex omnibus unum aliquid fit,ex hoc una eſt affirmatio atq; negatio. Quod ſi duę res tales ſubiectæ ſint,de quibus una res prædicetur,ut de his unũ fieri aliquid nequeat,nõ eſt una affirmatio,nec una negatio. Si quis enim cãdido aliquo homine ambulante dicat,albũ & ambulans homo eſt,album & ambulare in unam naturã non conueniunt,nec fit ex utriſq; aliquid unum,ita ut alicuius hæc duo iuncta ſubſtantiã forment. Quare ſiue affirmentur,ſiue negentur,ſiue ſubiecta ſint ſiue prędicata,nõ erit una affirmatio,nec una negatio,ſed uox quidem una eſt. Tot autem in ea ſunt affirmationes & negationes,

negationes,quod termini ſunt poſiti,ex quibus unum non fit,ſiue autẽ de pluribus unum prædicetur,ſiue plura de uno prædicentur,idem modus eſt,ut ſi quis dicat,homo animal rationale bipes eſt,quoniam ex his unũ quiddam fit, una eſt propoſitio. Sin uero quis dicat,homo albus ambulans eſt,quoniam ex his nihil unum fit,nõ eſt una propoſitio. Amplius quoq; ſi de pluribus rebus unum nomẽ ſit poſitum,ex quibus coniunctis nulla una natura ſit,et,de illo uno nomine unum quodliber aliud prędicetur,non eſt una affirmatio,nec una negatio. Marinus nãq;, & hic latrabilis,uno uocabulo canes uocantur. Siquis igitur dicat,canis animal eſt,quoniam ex his quæ ſignificat canis,in unum iunctis nihil unum efficitur (ex eane enim & latrabili et marino iunctis,nulla una ſubſtantia eſt) illa propoſitio multiplex eſt, & multa ſignificans,& non una. Quare quemadmodum ſiquis huiuſmodi propoſitiones interroget,debeat reſponderi,docet dicens:

> Si ergo dialectica interrogatio reſponſionis eſt petitio, uel propoſitionis, uel alterius partis cõtradictionis, propoſitio uero unius cõtradictionis pars eſt, nõ erit una reſponſio ad hęc. Neq; enim eſt una interrogatio, nec ſi ſit uera. Dictum eſt autem de his in Topicis, ſimul autem manifeſtum eſt, quoniã nec hoc ipſum, quid eſt, dialectica interrogatio eſt. Oportet enim datum eſſe ut ex interrogatione eligat, utram uelit contradictionis partem enũciare.

Sed oportet interrogantem determinare, utrum hoc ſit homo, an non hoc. Senſus huiuſmodi eſt, quicunq; interrogat ſi ab arte dialectica non declinet, idcirco interrogat ut ei reſpondeatur. Reſpondeatur autem aut tota propoſitio, aut contradictionis una particula. Si quis enim ſic dicat interrogans, anima ne immortalis eſt? Tunc reſpondens, aut eſt reſpondebit, aut non. Hoc autem eſt totius contradictionis una particula. Cõtradictio enim eſt, anima immortalis eſt, anima immortalis nõ eſt, ergo eſt, & non contradictionis ſunt particulæ. Quod ſi quis interroget, anima ne immortalis eſt, an non? tunc ille ita reſpondeat ſi uelit totam propoſitionem dicens, uidetur mihi immortalis eſſe, uel rurſus, uidetur mihi non eſſe immortalis. Ergo quiſquis ita reſponſionem petit, ut illa reſponſionis petitio, uel propoſitionis petitio ſit, uel unius partis cõtradictionis. Propoſitio autem unius cõtradictionis pars eſt, id eſt, omnis affirmatio una, unam habebit negationem, & in duabus propoſitionibus, una erit contradictio. Quare quiſquis plura ſignificantem propoſitionem dixerit, ille non facit propoſitionem, ad quam ſit una negatio. Quocirca huiuſmodi interrogationi quę plura ſignificat, nec ſi uera ſit, debet eſſe una reſponſio, ſiquis interroget ſubſtantia ne ſit canis, quanq; uerum ſit dicere ſubſtantia eſt, quoniã & latrabilis & marinus ſubſtantiæ ſunt, tamen non eſt ad hanc una facienda reſponſio. Sed dicendum eſt de quo cane interroget, quod ſi ille dixerit de marino, uel rurſus de latrabili, tũc cum per illius determinationem definitionemq; interrogationis facta fuerit una propoſitio, unũq; ſignificans, adhibenda eſt una reſponſio. De his autem in Topicis dictum eſſe commemorat. Similiter autem manifeſtum eſt, quoniam nec hoc ipſum quid eſt, dialectica eſt interrogatio, qualis debet eſſe modus dialecticæ interrogationis exequitur. Ait enim, ſi quis interroget quid eſt animal, hæc non eſt dialectica interrogatio. Oportet enim per dialecticam interrogationem optionem reſpondẽti dare, utrum affirmare uelit, an negare quod dicitur, ut ſi quis ſic interroget, putasne bonum malo contrarium eſt? Tunc reſpondenti datur electio, utrum affirmare uelit an negare. Dicit enim ille, aut eſt, aut non eſt, qui autem ita interrogat, qd eſt animal? nullum illi locum aut affirmationis aut negationis relinquit, quid enim dicturus eſt interrogante aliquo, quid eſt animal? dicturus eſt, non, incõueniens erit reſponſio. Eodẽ modo quoq; ſi dicat eſt animal, ad cauſam, ſola igitur illa eſt dialectica interrogatio, in qua datur reſpondenti ex interrogatione optio, utrum uelit partem

contradictionis eligere, eamque enunciare uel affirmando, ſcilicet, uel negando. Oportet enim interrogantem determinare, utrum, uerbi gratia animal homo ſit, an non, ut ex illa interrogatione, quam uelit partem contradictionis poſſit, is qui reſpondet eligere.

Quoniam uero hæc quidem prædicantur compoſita, ut unum ſit omne prædicamentum eorum, quæ ſeparatim predicantur, alia uero non, quę differẽtia eſt. De homine enim uerum eſt dicere & ſeparatim animal, & ſeparatim bipes, & hęc ut unum. Et hominem, & album, & hæc ut unum. Sed non ſi citharedus eſt & bonus. Eſt & citharedus bonus. Si enim quoniam alterutrum dicitur, & utrumque dicetur, multa inconuenientia erunt. De homine enim uerum eſt & hominem, & album dicere. Quare & omne. Rurſus ſi album, & omne, quare erit homo albus albus, & hoc in infinitum. Et rurſus muſicus albus ambulans, & hæc eadem frequenter implicita in infinitum. Amplius Socrates. Socrates eſt, & homo, & Socrates Socrates homo. Et ſi homo & bipes, & homo homo bipes. Quoniam ergo ſi quis ſimpliciter dicat complexiones fieri plurima inconuenientia, contingit dicere, manifeſtum eſt. Quemadmodum autem ponendum ſit, nunc dicamus:

Poſtquam de unitate propoſitionis explicuit, & quid eſſet dialectica propoſitio terminauit. Nunc ad illa uenit, in quibus plura ſæpe de uno ſigillatim ueraciter prædicant, quę ſimul predicata, aliàs uera ſunt, aliàs falſa. Siquis enim ſic dicat: Marius malus eſt, fortaſſe uerum eſt. Rurſus: Marius dux eſt, & hoc uerum eſt. Quæ coniuncta in unum nulla ratione ſunt uera, uelut ſi quis dicat: Marius malus dux eſt, eſt nãq; optimus dux omnium. Rurſus homo animal eſt, uerum eſt, & homo bipes eſt, uerum eſt, & hæc iuncta uera rurſus ſunt. Si quis enim dicat: homo animal bipes eſt, uerum eſt. Horum ergo qui modus ſit, uel quando ea quæ ſingula extra prędicantur, iuncta, uera uel falſa ſint, regulam daturus aggreditur, & ſenſus quidem huiuſmodi eſt. Ordo autem ſermonum talis eſt. Quoniam uera inquit, quædam ſunt, quæ ita coniuncta de aliquo prædicantur, ut eorum prædicamentum unum ſit, & in unum congruat forma eorum quæ extra uerè poterant prædicari, ut in eo quod eſt animal bipes de homine iuncta compoſitaq; dicuntur, & fit una quodammodo prædicatio. Cum animal & bipes extra ſigillatim ualeant prædicari. Dicimus enim homo animal eſt, & rurſus homo bipes eſt. Alia uero quæ non ſunt, eo modo, quæ ſigillatim quidem prædicari uerum eſt. Compoſita uero falſum, ſed quæ horum differentia eſt, uel quando illud, quando hoc eueniat, dicendum eſt, et hoc docet exemplis. De homine enim inquit uerum eſt dicere extra animal, extra bipes, & ut unũ, ut de eo dicatur, animal bipes, rurſum quemlibet hominem, ut Socratem poſſumus dicere, ille homo albus eſt, rurſus ille homo, homo eſt, & hæc ut unũ iuncta dicentes: ille homo homo albus eſt. Sed aliquoties euenit, ut aliqs homo citharedus ſit quidem & imperitus. Bonus autẽ homo, & ſi de ipſo dicatur, quoniam eſt citharedus, uerum eſt, & quia bonus eſt, hoc quoq; uerũ eſt. Sed nõ & ſi citharedus eſt & bonus, idcirco iam bonus eſt etiã citharedus, fortaſſe enim eſt imperitiſſimus, homo autẽ bonus. Si enim quoniã alterutrũ dicit̃, & utrũq; dicet̃, multa inc̃ueniẽtia erũt, ſiquis enim ſit q dicat omnia quęcũq; ſigillatim

gillatim uere dicuntur, ea iuncta etiam uere poſſunt dici, multa inconuenientia et impoſſibilia contingunt. Hoc eſt enim quod ait, ſi enim quoniam alterutrum dicit̃, & utrũq; dicitur, ſi enim aliquis dicat quoniam alterutrum extra uere dicitur, & utrũq; ſimul uere ſemper poſſe dici, multa ſunt impoſſibilia quæ contingunt, quæ autẽ ſint impoſſibilia quæ contingũt, hæc ſunt. De homine enim poſſumus dicere, quoniam homo eſt, & rurſus poſſumus dicere, quoniam albus eſt, dicimus igitur & ſimul de homine, homo albus eſt. Rurſus de homine albo poſſumus dicere quoniã homo eſt, poſſumus dicere quoniã albus eſt, igit̃ & hæc iuncta dicuntur, homo homo albus albus eſt. Nam ſi uerum eſt dicere de homine quoniam homo eſt, & de albo quoniam albus eſt, & omne hoc uere dici poteſt, ideſt homo homo albus albus eſt. Et ſi de hoc iterũ homine albo, uerũ eſt dicere, quoniã albus eſt, & uerũ eſt de eo albũ prędicare, et rurſus de homine prędicare albũ uerũ eſt, erit ergo homo albus albus, & rurſus de hoc homine albũ prędicare uerũ eſt, erit igit̃ tertio homo albus albus albus, et hoc in infinitũ progredit̃, & rurſus ſi uerũ eſt dicere de homine quoniã muſicus eſt, & rurſus quoniã albus eſt, & quoniã ambulãs eſt, & hæc rurſus in unũ dicunt̃, quoniam homo muſicus albus ambulãs eſt. Rurſus qui muſicus albus ambulãs eſt, & albus eſt & ambulans eſt, & muſicus eſt. Dicunt̃ hæc igitur rurſus ſimul homo albus albus muſicus muſicus, ambulans ambulans eſt, & hæc aſſidue complexa eadem faciunt ſuperfluam locutionem. Nec non in ſingularibus quoq; idem euenit. Si enim Socrates & Socrates eſt & homo, erit Socrates Socrates homo, & ſi Socrates Socrates eſt & homo & bipes, erit Socrates Socrates homo bipes, & rurſus ſi hic idem bipes eſt & homo, erit Socrates Socrates homo homo bipes bipes. Quę omnia quã ſint inconuenientia nullus ignorat. Non igitur dicendum eſt, quoniam omnia quæcunq; ſigillatim prædicantur, eadẽ iuncta ſemper poterunt prædicari, ergo quę iuncta uere dici poſſunt, & quæ falſo, eorum quæ ſigillatim atq; extra ante uere dicuntur, exponit. Hoc enim ſolum hactenus demonſtratum eſt, quoniam ſi quis ſimpliciter & omni modo fieri complexiones dicat, multa inconuenientia euenire neceſſe eſt. Quemadmodũ autem fiant complexiones, ponendum atq; tractandum eſt.

Eorum igitur, quæ prædicantur, & de quibus prædicantur, quæcunq; ſecũdum accidens dicuntur uel de eodem, uel alterum de altero hæc non erunt unum, ut homo albus eſt & muſicus. Sed non eſt idem album & muſicum. Accidentia enim utraq; eidem, nec ſi album muſicum uerum eſt dicere, tamẽ erit album muſicum unum aliquid. Secundum accidens enim album muſicũ dicitur. Quare non erit album muſicum unum aliquid. Quocirca nec citharedus bonus ſimpliciter, ſed animal bipes. Non enim ſunt ſecundũ accidẽs.

In his inquit quæ prædicantur, & de his de quibus illa ipſa prædicantur, duplex ratio eſt. Aut enim duo accidentia de uno ſubiecto dicuntur, ut Marius malus eſt, Marius dux eſt, aut unum accidens de uno ſubiecto prædicatur, aliud uero accidens de illo prædicato accidẽti prædicatur, ut ſi quis dicat: Cicero eſt caluus, caluus orator eſt. Hic enim caluus de ſubiecto Cicerone, orator de caluo predicatur. Hoc eſt enim ꝙd ait: Quæcunq; ſecundum accidens dicuntur, uel de eodem, uel alterum de altero, de eodem, ut ſi qua duo accidentia de uno prædicentur, alterum de altero, ut ſi unum accidens de altero accidenti dicatur, ut ipſum accidens de quo dicitur, de altero rurſus ſubiecto prædicetur. Quod ſi ita fiat prædicatio, in unum iungi accidentia copulariq; nõ poſſunt, etenim ſiquis ſic dicat, homo albus eſt, homo muſicus eſt, hæc iuncta ſimul, unum non faciunt, ut eſt muſicus albus, uel ſi rurſus muſicum prædicetur de albo, ut album de homine prædicetur & dicatur, ut illud album muſicum eſt. Non idem eſt album muſicum, nec in unam ſubſtantiam coẽunt, quæcunq; uere predicari poſſunt ſigillatim, idcirco enim hæc de ſe inuicem uidentur poſſe prædicari,

quia de uno eodemq; subiecto prædicantur. Non quod ex his unum aliquid fiat. Accidentia enim sunt utraq;. Quare nō erit album musicum, sed quoniam homo albus idem musicus est, per id quod utraq; uni accidunt per accidēs album de musico prædicatur. Nec rursus si citharedus est & bonus, idcirco iam bonus dici poterit citharedus, neq; enim bonus & citharedus talia sunt, ut ex his unum fieri possit. Sed quoniā utraq; eidem accidunt, idcirco de se secundum accidens prædicantur, sed magis fortasse possumus dicere: Homo animal est, homo bipes est, ut hæc iuncta dicamus, animal bipes, & his iunctis secundū substantiā nō secundū accidēs est facta prædicatio.

Amplius nec quæcunque insunt in altero. Quare neque album frequenter, neq; homo, homo animal est uel bipes, sunt enim in homine bipes & animal.

Quæcunq; sigillatim secundum accidens prædicamus ea simul prædicari non posse monstrauit. Nunc autem illud etiam docet, quoniam illa quoq; quæ substantialiter prædicantur, non semper simul iuncta prædicentur, & hæc ratio & accidentibus cōuenit & substantialibus rebus. Quoties enim ineſt prędicato aliquid, & nos illud extra uolumus prædicare, & in unum rursus duo prædicata coniungere, tunc fit incōgrua prædicatio, & hæc aliquoties quidem in ipsa nominum prolatione perspicitur, aliquoties uero inuenitur in intellectu, atq; in termini continētia. Si quis enim sit homo albus, & de eo dicatur, uerbi gratia: Callias homo albus est, & rursus de eo dicatur Callias albus est, si quis id uelit adiungere, inconuenientissimè prædicabitur. Dicit enim: Callias homo albus albus est, idcirco quoniam albus in homine albo continebatur, quod ante de Callia prædicatum est. Atq; hoc est quod ait. Quare neque album frequenter. Alia uero sunt quæ hoc in prolatione non habent, sed in natura, si quis enim sic dicat: Socrates Socrates est, & rursus Socrates homo est, & hæc simul iungat, ut dicat Socrates Socrates homo est, non rectè fecerit prædicationem. Nam homo in Socrate inerat, & rursus homo de Socrate prædicatū est. Talis est ergo qui hęc iuncta, id est Socratē & hominē, uoluerit prędicare de Socrate, tanq; si dicat Socrates homo homo est. Nam in Socrate ineſt hominis natura. Vel rursus si de aliquo homine uelit aliquis hominē prædicare, & rursus animal, & dicat, homo, homo est, & animal. Homo enim idē est quod animal, ergo qui hęc duo iuncta componit, nihil differt quàm si dicat, homo animal animal est. Homo namq; animal est. Eodem modo & si de aliquo homine hominem prædicet aliquis, & rursus bipedem, atque hæc iuncta uelit dicere, incongruam faciet prædicationem. Nihil enim aliud dicit, qui dixerit homo homo bipes est, quàm si dicat homo bipes bipes est, est enim homo bipes est. Quare neque ea quę in ipsa prolatione in altero insunt cum extra prædicantur, rectè iunguntur, nec ea quę in prolatione quidem non sunt, sed tantum in natura atque substantia. Quod si nec accidentia sint, nec alterum in altero, & ea sigillatim prædicentur, rectè iuncta prædicantur, si quis enim dicat de homine quoniam animal est, uerum dixerit, & rursus quoniam bipes, uerum hoc quoq; dixerit, Hæc si iungat, faciet, homo est animal bipes, hic rectè prædicatur. Nam neque accidentia dicuntur, nec alterum alteri ineſt. Non enim sumitur in definitione animalis bipes, ac per hoc non ineſt illi substantialiter. Illa autem sola aliquibus insunt substantialiter, quęcunque in eorum definitione sumūtur, ut in definitione hominis sumitur animal, & in definitione rursus hominis sumitur bipes, ineſt ergo & bipes in homine. Quare illa sola sigillatim prędicata rectè iuncta prædicantur, quæ neq; accidentia sunt, nec alterum in altero est, uel prolatione uel natura, idque fiet manifestum, si eorum alterius definitio sumatur, uelut si quæratur, an de homine homo & bipes prędicari simul possint, diffiniendus est homo, & si in hominis definitione bipes incurrerit, dicendum est bipes ineſſe homini, & utrūque iunctum de homine non posse prædicari, quia cum dixeris homo homo bipes tale est, quasi dicas, homo bipes bipes, quod est incongruum.

Verum

Verum est autem dicere de aliquo & simpliciter, ut quendam hominem hominem, aut quendam album hominem, hominem album.

Dudum quæsiuit, utrum omnia quę sigillatim uerè prædicantur ea iuncta ueraciter dicerentur. Nunc autem considerat atq; perpendit utrum omnia quæcūq; simul uerè dicuntur, & simpliciter uerè prædicentur. Dicimus enim Socratem quendam hominem esse, & rursus simpliciter dicimus Socratem hominem esse. Rursus dicimus uerbi gratia: Calliam album hominē esse, & de eo album simpliciter prædicamus, dicimus enim Callias albus est. Quærit ergo utrum hoc in omnibus esse uideatur. ut quæcunq; uerum est iuncta prædicare, eadem quoque uerum sit simpliciter dicere, sed hoc non in omnibus eueniet. Nam si qua huiusmodi sit prædicatio, in qua aliquid oppositum addatur ipsi prædicationi, præter illud oppositum, simpliciter illa prędicatio non potest prædicari, ut si quis dicat de Socrate iam mortuo, quoniā hoc quod iacet, homo mortuus est, uerè dicit, simpliciter autem dicere non potest, hoc quod iacet homo est. Idcirco quoniam additum est prędicato, id est, homini, id quod homini oppositum est, id est mortuus. Dictum est enim hoc quod iacet, homo mortuus est. Mortuus autem & homo, opposita quodammodo sunt. Nam si eorum definitiones sumamus, facile hoc perspici potest. Homo namque est animatus, mortuus uero præter animam, atque ideo quoniam quædam est oppositio secundum priuationem atq; habitum, hominis & mortui & utraque simul uerè prædicantur, unum ipsorum quod est homo, simpliciter & præter mortuum de cadauere non potest prædicari, atque hoc est quod ait:

Non autem semper, sed quando in adiecto aliquid quidem oppositorū inest quod consequitur contradictio, non uerum sed falsum est, ut hominem mortuum, hominem dicere. Quando autem non est, uerum est. Vel etiam quando ineſt, semper non uerum est, quando uero non ineſt, non semper uerum est, ut Homerus est aliquid, ut Poëta, ergo etiam est, an non, secundum accidens enim prædicatur esse de Homero, quoniam est Poëta, sed non secundum se prędicatur de Homero, quoniam est:

Quæ utraq;, id est, & prędicatum & quod additur prædicato, ex ipsa oppositione cōtradictio comitatur, ut quoniam homo & mortuus opposita sunt, ea quædā comitatur atque consequitur per oppositionem contradictio. Dicimus enim qui homo est uiuit, qui mortuus est, non uiuit, uiuit autem & non uiuit, quædam contradictio est. Ergo in huiusmodi prædicationibus non est uerum unum simpliciter prædicari. Quando autem huiusmodi oppositioni ei quod prædicatur, nō iungitur, potest simpliciter uerè prędicari, sed nec hoc semper, magisq; illud uerius dicitur, quoniam cum ista oppositio est, nunq; uerum est eorum quæ iuncta uerè prædicantur, simpliciter uerè aliquid appellari. Cum autem ista oppositio nō ineſt, nō semper uerè simpliciter prædicari eorum aliquid, quæ de aliquo uerè iuncta dicūtur. Si quis enim sic dicat: Homerus Poëta est, uerum dixerit, quod si dicat Homerus est simpliciter præter Poëtam, falsum est. Atqui esse & Poëta, non sunt opposita. Ergo non semper quando oppositio non est in prædicatis, uerum est aliquid simpliciter prædicari. Cū autem oppositio ineſt, semper falsum est unum prędicamentorum quæ iuncta dicūtur, simpliciter & præter aliud dicere. Nam cum de Homero dicimus quoniam est aliquid, id est, quoniam Homerus Poëta est, uerum est. Nunquid etiam dicendū est per se quoniam est, an potius esse non simpliciter, sed secundum accidens de Homero prædicatum est. Non enim quia est, sed quia Poëta est, & quoniam ei & Poëta esse accidit. Idcirco esse quoque Homerum aliquid, id est Poëtam non per se esse prædicamus, concludit igitur hoc modo:

Quare in quibuscunque prædicatis contrarietas non ineſt, si definitiones

pro nominibus dicantur,& ſecundum ſe prædicantur,& non ſecundum accidens in his aliquid,& ſimpliciter uerum erit dicere. Quod autem nō eſt,quoniam opinabile eſt, non eſt uerum dicere eſſe aliquid. Opinatio enim eius eſt,non quoniam eſt,ſed quoniam non eſt.

In quibuſdā enim nominibus dictis nō apparet oppoſitio,quod ſi definiātur, mox ſeſe illa oppoſitio patefacit,ut in eo quod eſt homo & mortuus,nomina quidem ipſa oppoſita non ſunt,ſed definita inueniuntur oppoſita. In huiuſmodi igitur oppoſitionibus uel quoties non ſecundum accidens prædicatur aliquid,ut eſſe de Homero ſecundum Poëtam,ſcilicet,quod Homero accidens eſt,ſed per ſe & ſecundū ipſum ſubiectum,manifeſtum eſt quoniam qcquid cōiuncte uerè dici poteſt,idē uerè dicitur & ſimpliciter prædicatum,ut ſi quis dicat de aliquo homine quoniam hic homo albus eſt,uerum fortaſſe dixerit,& rurſus hic albus eſt. Hoc quoq; uerū eſt dicere,idcirco quoniam de eo non ideo album prædicauit,quia dixit illum eſſe hominem,ſicut de Homero,idcirco eſſe prædicatur, quia Poëta eſſe dicitur,ſed quod per ſe albus eſt,ſed hoc non ſecundum accidens prædicatur,ſed per ſe. Quare recte dictum eſt in quibus iunctis prædicationibus neque oppoſitio quędam ineſt,nec ipſa per accidens prædicatio eſt,illa ſimpliciter etiam poſſe prædicari. Quod autē non eſt,quoniam opinabile eſt,non eſt uerum dicere eſſe aliquid. Opinatio enim non eſt,quoniam eſt,ſed quoniam non eſt. Quidam uolentes id quod nō eſt,aliquo modo eſſe monſtrare,tali utebantur ſyllogiſmo,quod eſt,opinabile eſt. Concludebant quod non eſt igitur eſt,docētes ea quæ eſſent,ſcibilia potius,non opinabilia eſſe,ſd autem non eſt,opinioni tantum ſubiacere,nulla etiam ſcientia claudi. Quod Ariſtoteles hoc modo diſcutit: Ait enim nō idcirco eſt opinabile,quoniam eſt,ſed idcirco opinabile eſt,quoniam non eſt,ſed hoc quod non eſt;eſt quidem aliquid, ſed eſt non per ſe,ſed opinabile. Et quemadmodum Homerus quidem eſt quiddam,id eſt, Poëta, non tamen eſt per ſe,ita id quod non eſt,eſt quidem aliquid, id eſt, opinabile uel ignorabile,uel neſcibile,non tamen eſt aliquid per ſe in natura.

De enunciationibus modorum, poſſibilis, contingentis, impoſſibilis, & neceſſarij.

HIs uero determinatis perſpiciendum eſt,quemadmodum ſeſe habent affirmationes & negationes ad ſe inuicem. Hæ, ſcilicet,quæ ſunt de poſſibili eſſe, & non poſſibili, de contingenti & non contingenti, de impoſſibili & neceſſario. Habent enim aliquas dubitationes.

PRopoſitionum aliæ ſunt quæ ſimpliciter proferuntur,aliæ quibus aliquis modus in enunciatione miſcetur. Si quis enim dicat: Socrates diſputat, ſimplicem propoſitionem fecit,ſi uero aliquis dicat: Socrates bene diſputat, modum propoſitioni quam enunciabat,adiunxit,quomodo enim diſputaret apposuit, cum dixit bene. Nunc ergo hoc ſpeculatur quemadmodum ſe habent affirmationes & negationes earum propoſitionum, quæ cum modo aliquo proferuntur, ut ſi quis dicat poſſibile eſt hoc fieri,& rurſus non poſſibile eſt hoc fieri,quemadmodum ſeſe in his affirmationis habeat negationis q; natura. Similiter autē & in eo quod eſt impoſſibile eſſe,& in eo quod eſt neceſſe eſſe, & in eo ꝙd dicitur cōtingere eſſe,& nō cōtingere eſſe. Quæq; horum ſint affirmationes, quæue negationes, aut quam affirmationem cui negationi recte aliquis opponat. De his omnibus perſpiciendum inquit eſt, quoniam ea quæ de coniunctis & ſimplicibus p̄dicationib. dicenda fuerāt,terminata ſunt. Nam de earū propoſitionū quæ cū modo ꝓferuntur, oppoſitionibus, multa cauſatio eſt. Quæ aūt ſint dubitationes,uel quēadmodū in his oppoſitiones inuenīdę ſunt,cōtinua diſputatione perſequitur.

Nam

Nam ſi eorum, quæ complectuntur,illę ſibi inuicem oppoſitæ ſunt contrā dictiones,quæcunque ſecundum eſſe & non eſſe diſponuntur,ut eius quæ eſt,eſſe hominem,negatio eſt,non eſſe hominem,non,eſſe nō hominem. Et eius quę eſt,eſſe album hominem,negatio eſt ea quę eſt, non eſſe albū hominem,ſed non,eſſe non album hominem. Si enim de omnibus aut dictio eſt,aut negatio, lignum erit uerum dicere eſſe non album hominem. Quod ſi hæc hoc modo,& quibuſcunq; eſſe nō addit,idem faciet id quod pro eſſe dicitur,ut eius quæ eſt,ambulat homo, negatio eſt, non ea quæ eſt,ambulat non homo,ſed ea quæ eſt,nō ambulat homo. Nihil enim differt dicere hominē ambulare, uel hominem ambulantem eſſe. Quare ſi hoc modo in omnibus, & eius quę eſt,poſſibile eſt eſſe,negatio eſt,poſſibile eſt non eſſe,ſed non ea quę eſt,non poſſibile eſt eſſe, uidetur autē idem poſſe eſſe & non eſſe,omne enim quod eſt poſſibile diuidi uel ambulare, & non ambulare, & non diuidi poſſibile eſt.

Omnis propoſitio uerborum & nominum complexione formatur,ergo propoſitionū quæ cōplectunt,& quarū natura in cōplexione eſt,illæ ſolæ ſunt, inquit, cōtradictiones. Quęcunq; ſecundū eſſe & non eſſe ponunt,ut in ea propoſitione quæ dicit eſt homo, non eſt illa negatio huius affirmationis quæ ꝓponit,eſt nō homo,ſed illa potius quæ enūciat,nō eſt homo,ut ſit affirmatio & negatio, eſt homo,nō eſt homo. Illa uero quæ dicit,eſt non homo,non eſt negatio eius quæ enunciat,eſt homo, ſed eſt affirmatio eius negationis,quę eſt,nō eſt nō homo. Rurſus cū dicimus eſt albus homo,nō eſt negatio illa huius affirmationis,quæ dicit;eſt nō albus homo, ſed illa potius quę dicit,nō eſt albus homo,hoc aūt probat ſic: Neceſſe eſt enim in contradictionibus unā uerā eſſe ſemp, alterā ſemper falſam, ergo ſi eius affirmationis quæ dicit,eſt albus homo,negatio eſſet,eſt nō albus homo,unā uerā,alterā falſam eſſe cōſtaret. Nūc aūt ſi qs de ligno dicat,eſt albus homo, falſum dixerit, ſi qs uero de ligno eodē neget dicens: eſt nō albus homo,hoc quoq; falſum eſt,hęc enim propoſitio quæ dicit,eſt nō albus homo, hoc ſentit,hominem quidem eſſe nō tamen albū, ꝙd de ligno falſum eſt prædicare. Ergo & ea quæ dicit,eſt albus homo,& illa quę ꝓponit,eſt nō albus homo, utræque aliquando falſæ ſunt, ut in ligno, quare nō ſunt ſibimet oppoſitæ. Igitur nec ea quæ dicit,eſt albus nō homo, negatio eſt eius quæ dicit eſt albus homo,quare illa huius negatio ponēda eſt,quæ dicit,nō eſt albus homo. In his namq; una ſemper uera eſt,ſemper altera falſa. Quod ſi ita eſt, ſecundum eſſe ſemper,& nō eſſe natura cōtradictionis efficitur. Nam cum dico, eſt homo, ſecundum id quod eſt eſſe fit negatio,nō eſt homo. Et rurſus cū dico,eſt albus homo, ſecundum id quod eſt eſſe rurſus negatio fit,non eſt albus homo. Et ſenſus quidem totus huiuſmodi eſt. Ipſi autem in oratione ſermones propter ſimilitudinē uidentur quidem obſcuri. Erit aūt planius pronūciantib. & ſubaudientib. ſic. Nam ſi eorum quæ cōplectunt,id eſt,propoſitionum,quarū natura in cōplexione eſt, illę ſibi inuicē oppoſitæ ſunt cōtradictiones,quæcunq; ſecundū eſſe & non eſſe diſponunt, ut hæ quas ſuprà digeſſimus,quarūq; ipſe exēpla proponit,ut eius quæ eſt, eſſe hominem,negatio eſt,non eſſe hominē. Hæc enim ipſius affirmationis ſecundū eſſe,et nō eſſe negatio eſt,& hic ſubaudiendū eſt,nō illa negatio eſt,per quā dicit eſſe non hominē,ut ſit ſenſus affirmationis quæ eſt eſſe hominē,negatio eſt nō eſſe hominē. Non illa quæ dicit eſſe nō hominē. Et hoc qdem de ſimplicib. Rurſus de his in quib. eſt tertium prædicat,eius quæ eſt,eſſe albū hominē,non hic ſubaudiendū eſt, illa eſt negatio quæ dicit,eſſe nō albū hominem. Sed hic quoq; ſubaudiendum eſt, illa quæ

dicit,

dicit, non esse album hominem, ut sit hic sensus. Huius affirmationis quæ est, esse album hominem, nõ est illa negatio, quæ dicit, esse non album hominem. Sed illa potius quæ proponit, non esse album hominem, & hoc approbat inductione. Si enim inqt de omnibus aut dictio est, id est, affirmatio aut negatio uera, cum lignũ falsum sit dicere, esse album hominẽ, uerum debet esse de eo dicere, esse nõ album hominẽ, si hæc negatio est superioris affirmationis, sed utrq; falsę sunt. Hęc igit̃ nõ est illius affirmationis negatio. Ergo secundũ esse & non esse cõtradictiones sibimet opponũtur. Quod si hoc modo & quãtiscunq; esse non additur, idẽ faciet quod pro esse dicit. Sunt quædã propositiões in quibus esse nõ additur, sed id q̃d in his enũciatur, idem ualet, tãquam si esse poneret, ut in ea quæ est, homo ambulat, q̃ dico ambulat, tale est tãquam si dicatur homo ambulans est. Ergo in his quoq; quæ non habent est uerbum iunctum, si negationem ad uerbum illud iunxero, quod pro esse positũ est, talis mihi negatio redditur, qualis esset si negatio ad esse poneretur, ut in eo q̃d est, ambulat homo, ambulat pro esse positum est. Huius ergo affirmatiõis ambulat homo, non est negatiõ ea quæ dicit, ambulat nõ homo, sed illa potius quæ dicit, nõ ambulat homo. In hac enim ad id quod est ambulat negatio iuncta est, quod ambulat homini, pro eo quod est esse coniunctum est. Tale enim est dicere homo ambulat, tanquam si quis dicat, est ambulans homo. Quare si hoc modo in omnibus, & eius quæ est possibile est esse, negatio est, possibile est non esse, sed nõ ea quæ est nõ possibile est esse, sũ in omnibus inquit secundum esse contradictio fit, in his quoq; quæ possibilia dicuntur secundum esse & non esse cõtradictio facienda est, in eo enim quod dicimus possibile est esse, illa erit negatio quæ dicit possibile est nõ esse, non illa, quæ est, non possibile est esse. Nam si ei quę est, possibile est esse, illa opponatur quę est, non possibile est esse, non secundum esse & non esse oppositio facta est. Quocirca quoniam suprà docuit secũdum esse & nõ esse, fieri contradictionem, dicendum est. eius quæ est, possibile est esse, illam esse oppositionem, quę dicit possibile est non esse. Sed aliud rursus occurrit, q̃d nos ab hac opinione dimoueat. In omnibus enim aut affirmatio uera est, aut negatio. In his enim utrq; sunt ueræ, nã quod possibile est esse, possibile est non esse, ut quia possibile est hominem ambulare, possibile est hominẽ nõ ambulare, & quod possibile est uideri, possibile est non uideri. Rursus quod possibile est secari & diuidi, & non secari & non diuidi possibile est. Quare utrq; in eodẽ ueræ sunt, possibile est esse, & possibile est non esse. Nam quod dicimus possibile est nõ esse, ita intelligendum est, ut si diceremus possibile est hodie pluuiam nõ esse, cum sit possibile, ut sit. Cur autem hoc ita eueniat, ipse demonstrat, dicens:

> Ratio autem est, quoniam omne quod sic possibile est, non semper in actu est. Quare inerit ipsi etiã negatio, potest igitur & non ambulare quod est ambulabile, & non uideri, quod est uisibile. At uero impossibile est de eodem oppositas esse ueras dictiones. Non igitur eius quæ est, possibile est esse, negatio est possibile est non esse. Contingit enim ex his aut idem ipsum affirmare & negare simul de eodem, aut non secundum esse & non esse quæ opponuntur, fieri affirmationes & negationes. Si ergo illud impossibilius est, hoc erit magis eligendum.

Hoc huiusmodi est, quæcunque ita sunt possibilia ut sint actu & opere, illa nullatione possunt nõ esse, ut cœlo semper actu ineſt moueri. Semper enim mouetur, & dicimus possibile est cœlum moueri, idcirco quoniam cœli motus actu est, hoc est, id illi semper agit̃. Mouet enim semper, in hac ergo possibilitate talis propositiõ potest conuenire, ut dicamus possibile est cœlum non moueri, hoc enim impossibile est. Ergo in his quæcũq; actu sunt, hę duæ, propositiones possibile est esse, possibile est non

est non esse, nulla ratione conueniunt. In his autem quę nõ semper actu sunt, & sunt possibilia esse, cõuenire possunt propositiones, id est, possibile est esse & possibile est nõ esse. Non est enim semp actu pluuia, & possibile est esse aliquãdo, quare possibile est eã aliquãdo nõ esse. Hæc igit̃ ratio est cur utrq; inueniunt ueræ, q̃ in his possibilitatibus, q̃ nõ semp sunt actu, & esse aliq̃d, & non esse cõtingit, quare si eius q̃ est possibile est esse, negatio est ea quæ dicit, possibile est nõ esse. In eodẽ simul & affirmatio & negatio erunt ueræ, & cui rei ineſt affirmatio, ut sit esse possibile, eidem rursus inerit negatio, ut sit possibile non esse, quare & q̃d ambulabile est, id est, q̃d ambulare potest, potest non ambulare, & quod uisibile est, id est, q̃d uideri potest, potest etiam non uideri, sed impossibile est, ut de eodem oppositę & contraiacentes dictiones, simul ueræ sint. In omnibus enim aut affirmatio uera est, aut negatio. Si ergo factis negationibus secundum esse, & non esse, in his quæ secundũ aliquẽ modum dicuntur, affirmatio & negatio utrq; sunt ueræ, quod fieri non potest, illud magis dicendum est, non faciendas secundum esse & nõ esse negationes, sed potius secundum modũ, quod si illud est impossibilius, ut affirmatio & negatio simul uerę sint, illud magis est eligendum, ut non secundum esse & non esse fiat contradictio, sed potius secundum modum. Quod autem dixit, si ergo illud impossibilius est, hoc erit magis eligendum. Non sic dictum est, quod utrq; impossibilia sint, & & affirmationem & negationem ueram esse, & non secundum esse, uel non esse fieri contradictionem. Illud enim, id est, contradictionem simul uerã esse impossibile est. Secundum esse autem & non esse affirmationem non fieri & negationem non esse impossibile est, sed ad hoc retulit impossibilius est, tanquam si diceret, minus possibile. Minus enim possibile est, ut oppositæ in eodem propositiones ueræ sint, quàm ut non secundum esse & non esse negationes ponantur. Quocirca eligendũ est hoc, quod est possibilius, ut secundum modum potius quã secundum esse & non esse negationes fiant. Quod ipse planius exequitur dicens:

> Est igitur negatio eius, quę est possibile esse, ea quæ est non possibile esse, & & non ea quę est, possibile non esse. Eadem quoq; ratio est in eo quod est, contingens esse, etenim negatio eius est, non contingens esse.

Hæc namq; simul ueræ inueniri non possunt, nam si quid est possibile esse, ut idem illud impossibile sit, fieri non potest, nec hoc in solis possibilibus speculãdum est, sed in omnibus quoque eadem ratio est. Nam in eo quod est contingere esse, non est illa negatio q̃ dicit cõtingere nõ esse. Hæc enim consentit ei, q̃ est, contingere esse, sed illa q̃, ponit non contingere esse. Has em̃ duas simul ueras inueniri, impossibile est.

> Et in alijs quoque, simili modo, ut in necessario & impossibili. Fiunt enim quemadmodum in illis esse & non esse appositiones, subiecta uero res, hoc quidem album, illud uero homo.

Et in alijs, inquit, omnibus idem faciẽdum est, secundum modum enim negatio ponenda est, ut si contingens est, ad contingere, si possibilis, ad possibile, si impossibilis, ad impossibile, si necessarium ad necessarium negatio coniungatur. Quemadmodũ enim, inquit, in his quæ præter modum aliquẽ sunt, & aliquid esse proponũt, esse q̃dem & non esse appositiones quædã, id est prædicationes sunt, res uero subiecte, ut in eo q̃d est, homo est, & homo non est, homo q̃d est res, subiectũ est. Appositio autẽ quædam & prædicatio, est & non est, uel in eo quod dicitur album est, & album non est, album quidem res subiecta est, appositum autem & prædicatum, est & non est. Ita quoque in his quæ secundum aliquem modum dicuntur, esse quidem subiectũ est, uelut quædam res. Modus autem deesse prædicatur, nam cũ dicimus homo die pluuiã esse possibile est, esse subiecimus, possibile prædicamus, & sic totam uim in propositionibus prędicatio tenet, & simplicibus, & præter modum quoties aliquid

quid esse prædicamus, ut in eo quod dicimus, homo est, totã propositionis uim continet uerbum est, ita quoque in his quę secundum modum dicuntur, quoniam totã propositionem continet modus, aut possibilis, aut contingentis, aut impossibilis, aut necessarij, hęc prædicari, res uero alię subiectæ esse dicuntur. Hoc enim ꝙd ait.

Sic hoc loco, esse quidem & non esse subiecta fiunt, posse uero & contingere appositiones determinantes quemadmodum in illis esse & non esse ueritatem & falsitatem, sic hic in eo quod est, esse possibile, & esse non possibile.

Nam quemadmodum in simplicibus si ad esse & non esse negationes fiant, una semper uera est, altera semper falsa, ita quoque in his quæ secundum modũ dicuntur, si ad ipsum modum enunciatio negationis aptetur, uelut ad quasdam appositiones prædicationesq; ueritas in appositionibus & falsitas terminata diuiditur. Atq; hoc est quod ait. Similiter hæ etiam in eo quòd est esse possibile, & esse non possibile. Similiter enim secundum possibile, et non possibile facta oppositio, ueritatem falsitatemq; determinat, sicut in simplicibus & præter modum positis secundum esse & non esse negatio. Hinc in omnibus secundum modum affirmationibus, oppositiones digerit conuenientium negationum, dicit enim.

Eius uero quę est, possibile est non esse, negatio est, non ea quę est, nõ possibile est esse, sed ea quæ est, non possibile est non esse. Et eius quę est, possibile est esse, non ea quę est, possibile est non esse, sed ea quę est, non possibile est esse. Quare & sequi sese inuicem uidebuntur, hæ possibile est esse, possibile est non esse. Idem enim possibile est esse, & non esse. Non enim contradictiones sunt sibi inuicem huiusmodi, possibile esse, & possibile non esse. Sed possibile est esse, & non possibile est esse, nũquam simul in eodem ueræ sunt, opponuntur enim. At uero, nec possibile est nõ esse, & non possibile est non esse, nunquam simul uerę sunt. Similiter autem & eius quæ est necessarium esse, non ea quę est, necessariũ non esse, negatio est, sed ea quæ est, non necessarium esse. Eius uero quæ est, Necessarium est non esse, ea quæ est, non necessarium est non esse. Et eius quę est impossibile esse, non ea quæ est, impossibile non esse, sed non impossibile esse, eius uero quæ est, impossibile non esse, ea quæ est, non impossibile est non esse.

Vt demonstret eam quæ dicit possibile est non esse, non modo non esse negationẽ eius quæ est, possibile est esse, sed omnino negationẽ non esse, huius aliã inuenit negationẽ. Nam eius quę est, possibile est non esse, quã affirmationis loco posuit, negatio reperiẽ illa quæ dicit, non possibile est non esse, secũdũ modũ scilicet addita negatione, unde sit, inquit, ut ea quæ dicit, possibile est esse, & illa quæ proponit, possibile est non esse, sese inuicẽ consequant, idẽ nãq; possibile est esse, quod est possibile non esse. Cur autẽ se consequ possunt, hæc causa est, quoniam non sunt oppositæ. Nam si essent oppositę, perimerent se potius, quàm consequerentur, & dissentirent magis, quàm consentirẽt, ut est in his possibile est esse, & non possibile est esse. Hæ enim, ita á se disiunctæ sunt, ut simul esse non possint. Idcirco autẽ hoc euenit, quoniam sunt oppositę, semp igiẽ secundũ modũ ponẽda negatio est, si integra oppositionis natura facienda est, ꝙd planissimè exequiẽ, singulis propositionũ modis negationes accõmodans, atq; integrãs naturaliter efficiẽs oppositiones. At uero, inquit, ea quæ

ea qtæ est possibile est non esse, cum ea quæ dicit, non possibile est nõ esse, simul esse non poterit. Namq; oppositas esse manifestũ est, siquidẽ harũ negatio ad modum est posita, qui est possibile esse, eius autẽ quę est necessariũ est esse, non oportet dici illam esse negationem, per quam dicitur, necessarium est non esse, huius enim alia negatio inueniri potest, quoniam est affirmatio quædam, est autem eius negatio ea quæ dicit, non necessarium est nõ esse. Sed potius ei quę dicit necesariũ est esse, ea opponenda est quę dicit, non necesarium est esse, ad illam nãq; quæ dicit necessariũ est nõ esse opponiẽ (ut dictũ est) nõ necesariũ est nõ esse. Eius quoq; quę est, impossibile est esse, nõ dicẽda est illa esse negatio per quã dicimus, impossibile est nõ esse, sed ea potius quæ proponit, nõ impossibile est esse. Nãq; affirmatio quædã est, impossibile est non esse. Huius enim inueniẽ negatio q̃ est, non impossibie est nõ esse.

Vniuersaliter uero (quemadmodum dictum est) esse quidem & non esse oportet ponere tanquam subiecta, affirmationem uero & negationem hæc facientem ad esse & non esse apponere, & has putare oportet esse oppositas dictiones, possibile, non possibile, contingens, non contingẽs, impossibile, nõ impossibile, necesariũ non necesarium, uerum, non uerum.

Regulam dat uniuersalẽ dicens: Hoc uniuersaliter in omnibus faciendum esse, ꝙd supra iam diximus, ut subiectum esse & non esse ponatur. Affirmationẽ autẽ & negationem ipsos modos faciamus. Hoc est enim quod ait, negationẽ uero & affirmationem hæc facientẽ, modos enim ipsos, id est, possibile & contingẽs & cæteros, p affirmationibus ordinantes & ad hos negatiuo aduerbio iuncto pro negationibus disponentes, aut ad id quod dicimus est, & non est, apponamus, ut quemadmodum ad unam rem, quod est homo, est uerbum & non est negatio, prædicatũ est in his ꝙdam propositionibus quæ præter modum sunt, ut in ea per quam dicimus homo est, sic in his propositionibus, quæ cum modo sunt, est quidẽ aut non est, subiecta ponamus, modos uero ipsos aut secundũ affirmationẽ, si simpliciter dicant, aut secundum negationem, si cum negatione ponantur, facientes ad subiectũ, ꝙd secundum esse & non esse, dispositimus prædicemus, ut has arbitremur esse oppositas dictiones & negationes, quæ secundum modos factæ sint, eorum autem omnium negationẽs & affirmationes in contrarium disponantur.

Possibile est esse	Oppositiones	Non possibile est esse
Contingit esse		Non contingit esse
Impossibile est esse		Non impossibile est esse
Necesarium est esse		Non necesarium est esse
Possibile est non esse	Oppositiones	Non possibile est non esse
Contingit non esse		Non contingit non esse
Impossibile est non esse		Non impossibile est non esse
Necesarium est non esse		Non necesarium est non esse

Quod aũt addidit uerum, non uerum, ad demonstrationẽ omniũ modorum ualet. Nam si quis dicat uerum est, non est ipsius negatio uerum non est, sed potius nõ uerum est. Alioquí eius quę est uerũ non est, illa negatio est q̃ dicit, non uerũ non est.

Cõsequẽtię uero secũdũ ordinẽ fiunt ita ponẽtib. Illi enim quę est, possibile est esse sequiẽ illa quæ est, cõtingẽs esse, & hæc illi conuertiẽ, & non impossibile esse, & non necesariũ esse. Illi uero quæ est, possibile non esse, & contingẽs non esse, ea quæ est, nõ necesariũ non esse, & non impossibile non esse. Illi uero quę est, nõ possibile esse, & nõ contingẽs esse, ea quę est, necesariũ nõ esse, & impossibile esse. Illi uero quæ est, nõ possibile nõ esse & nõ cõtingẽs nõ esse, illa quę est, necesse est esse, & impossibile nõ esse.

Expedi-

Expeditis omnibus quæ de modorum oppoſitionibus diſputabantur, ad cõſequentias uenit. Hoc enim dicit, quæ propoſitiones ſupradictorum modorum, quas propoſitiones conſequuntur quibuſq; conſentiũt. Nos autem ex his quatuor fecimus ordines, & conſequentias propoſitionum ſub una ſerie diſpoſuimus, hæc aũt prius nota ſint, ut quid ab Ariſtotele dicatur, facilius lector intelligat.

Conſideretur autem ex ſubſcriptione quod dicimus.

Poſſibile eſt eſſe.	Poſſibile eſt non eſſe.
Contingit eſſe.	Contingit non eſſe.
Non impoſſibile eſt eſſe.	Non impoſſibile eſt non eſſe.
Non neceſſe eſt eſſe	Non neceſſe eſt non eſſe.
Non poſſibile eſt eſſe	Non poſſibile eſt non eſſe.
Non contingit eſſe	Non contingit non eſſe.
Neceſſe eſt non eſſe.	Neceſſe eſt eſſe.
Impoſſibile eſt eſſe.	Impoſſibile eſt non eſſe.

Superius autem deſcriptas conſequentias ipſe diſponit, nobis autem reddenda eſt breuiter ratio, cur hæ propoſitiones ſeſe inuicem conſequantur, quod poſſibile eſt eſſe, contingit aliquando ut ſit, & hoc eſt contingit eſſe, quod autem contingit eſſe, non eſt impoſſibile eſſe, & quod non eſt impoſſibile eſſe, nõ idcirco iam neceſſe eſt eſſe. Non eſt enim impoſſibile hodie eſſe pluuiam, ſed non idcirco iam eſſe neceſſe eſt. Q d'ergo nõ eſt impoſſibile eſſe, nõ neceſſe eſt eſſe. Et hic eſt unus ordo cõſequentiæ. Rurſus ſecundus ordo propoſitionum talem habet conſequentiam, q̃d poſſibile eſt non eſſe, poteſt fieri ut non ſit, quare contingit aliquando ut non ſit, & quod poſſibile eſt non eſſe, contingit non eſſe, quod autem contingit non eſſe, poteſt fieri ut non ſit, ſed quod poteſt fieri ut non ſit, non eſt impoſſibile ut non ſit, ergo quod contingit non eſſe, non eſt impoſſibile ut non ſit, ſed quod non eſt impoſſibile nõ eſſe, non idcirco illud iam non eſſe neceſſe eſt, hodie enim pluuiã non eſſe non eſt impoſſibile. Poteſt enim eſſe, ſed non idcirco ex neceſſitate hodie non pluet, quare quod non eſt impoſſibile non eſſe, nõ eſt neceſſarium nõ eſſe, & ſecundus quidem ordo ſeſe ſic habet. Nunc autem ad tertium tranſeamus, quod nõ poſſibile eſt eſſe, hoc fieri non poteſt, quod autem fieri non poteſt, ut aliquando ſit, non contingit, quod ergo non poſſibile eſt eſſe, idem non contingit eſſe, ſed quod non contingit eſſe, neceſſe eſt ut non ſit, quod nunquam contingit, nunquam eſſe poteſt, quod nunquam eſſe poteſt, neceſſe eſt non eſſe, quod non igitur contingit eſſe, idem neceſſe eſt non eſſe, ſed quod neceſſe eſt non eſſe, hoc fieri non poteſt, quod autem fieri non poteſt, impoſſibile eſt ut fiat, quod igitur neceſſe eſt, non eſſe impoſſibile eſt eſſe. Quartus etiam ordo hoc modo eſt, quod non poſſibile eſt non eſſe, fieri non poteſt ut non ſit, quod fieri non poteſt ut non ſit, non contingit non eſſe. Vt quoniam non poſſibile eſt non eſſe motum cœlo, non contingit cœlum non moueri, quare quod non poſſibile eſt non eſſe, idem non contingit non eſſe, ſed quod non contingit non eſſe, neceſſe eſt eſſe, ſicut de cœlo. Neceſſe eſt enim cœlum moueri, quoniam non contingit cœlum non moueri, ſed quod neceſſe eſt eſſe, ut non ſit fieri non poteſt, quare q̃d neceſſe eſt eſſe impoſſibile eſt non eſſe. Et hæc quidem eſt ordinata ab Ariſtotele conſequentia propoſitionũ, de qua paulò poſt latius diſputabit.

Ergo impoſſibile, & non impoſſibile ad illud quod eſt contingens & poſſibile, & non contingens & non poſſibile ſequuntur quidem contradictorie, ſed conuerſim. Illud enim quod eſt, poſſibile eſſe, negatio ſequitur impoſſibilis, Negationem uero affirmatio. Ad illud enim quod eſt, non poſſibile

ſibile eſſe, ſequitur illud quod eſt, impoſſibile eſſe. Affirmatio enim eſt, impoſſibile eſſe, non impoſſibile uero negatio.

Quædam de ſuperiore conſequentium ratione pertractat. In ſuperioribus enim deſcriptionibus ſeſe ſequentium, affirmationem poſſibilis ſequebatur impoſſibilis negatio. Rurſus negationem poſſibilis ſequebatur impoſſibilis affirmatio, & de contingenti eodem modo, affirmationem namq; impoſſibilis dicentem, impoſſibile eſſe, ſequebatur negatio poſſibilis dicens, non poſſibile eſt eſſe. Rurſus cum impoſſibile negaretur per id quod dicebatur, non impoſſibile eſſe, hanc affirmatio poſſibilis ſubſequebatur, ea, ſcilicet, quę dicit, poſſibile eſſe. Atque hoc idem de contingenti, affirmatio namq; impoſſibilis ea quę eſt, impoſſibile eſſe, ſequebatur contingentis negationem, eam quæ eſt non contingit eſſe. Negatio uero impoſſibilis, ea quę dicit nõ impoſſibile eſt eſſe, affirmationẽ contingentis ſequebatur eam quę dicit cõtingit eſſe, quare hæ propoſitiones ſeſe inuicem ſequuntur, ſed conuerſæ. Nãq; affirmatio impoſsibilis contingentis negationem & poſſibilis ſequitur. Negatio uero impoſsibilis affirmationem poſsibilis & contingentis, ut ſubiecta deſcriptio docet.

Affirmatio	Impoſsibile eſt eſſe contradict.	Non impoſsibile eſt eſſe.	Negatio
Negatio	Non poſsibile eſt eſſe cõtradict.	Poſsibile eſt eſſe.	Affirmatio
Negatio	Non contingit eſſe contradict.	Contingit eſſe.	Affirmatio

Idcirco namq; ait, ſequuntur quidem contradictorie, ſed conuerſim, quod omnes in contrarium locatę contradictiones ſunt. Contradictio namq; eſt impoſsibile eſſe, et non impoſsibile eſſe, contingere eſſe, & non contingere eſſe, poſsibile eſſe, & non poſsibile eſſe. Conuerſæ autem ſe ſequuntur, quoniam affirmatio non ſequitur affirmationem, & negatio negationem, ſed affirmationem negationes, negationẽ uero affirmationes, quod ad ſupradictam deſcriptionem reuertentibus planius liquet, ſensus ergo hic eſt. Ordo autem ſeriesq; ſermonum ſeſe ſic habet, ergo, inquit, Ariſtoteles contradictionem quæ eſt impoſsibile & non impoſsibile, illud quod eſt contingens & poſsibile, quæ duæ affirmationes ſunt, ac ſeſe ſequuntur, & non contingens & non poſsibile, quæ duæ ſunt negationes, ſequuntur quidem contradictorie, ut cõtradictiones ſint in contrarium ductæ, ſed conuerſim, ut affirmatio negationem, negatio ſequatur affirmationem. Huius talis ratio redditur, illud enim quod eſt poſsibile eſſe, ſcilicet quod affirmatio eſt, negationem impoſsibilis ſequit̃, eſt autem negatio impoſsibilis non impoſsibile eſſe, quod eſt ergo poſsibile eſse, ſequitur nõ impoſsibile eſse, negatio uero poſsibilis, affirmationem impoſsibilis ſequitur, illud namq; quod eſt non poſsibile eſse, ſequitur affirmationem quæ eſt impoſsibile eſse, etenim affirmatio eſt impoſsibile eſse, non impoſsibile eſse negatio, & in contingentibus eodem modo, atq; hoc quidem de poſsibilium & impoſsibilium conſequentia dictũ eſt. Nunc de neceſsarij & poſsibilis conſequentia tractat.

Neceſſarium uero quemadmodum ſit, conſiderandum eſt. Manifeſtum eſt autem quoniam non eodem modo, ſed contrariæ ſequuntur, cõtradictoriæ autem ſunt extra. Non enim eſt negatio eius quod eſt neceſſe non eſſe, non neceſſe eſt eſſe, contingit enim eſſe ueras utrasq; in eodem, quod enim eſt neceſſarium non eſſe, non eſt neceſſarium eſſe.

Quod dicit huiuſmodi eſt, in his propoſitionibus quæ erant impoſsibilis & non impoſsibilis, conueniebat non poſsibile ei quod eſt impoſsibile, & poſsibile conſentiebat ei quod eſt non impoſsibile, contradictionem ſcilicet impoſsibilis contradictio non poſsibilis ſequebatur ordine conuerſo, in his autem quæ neceſsarium prædicat uel affirmatiuè uel negatiuè, & ſequuntur poſsibilem propoſitionem eius quæ poſsibili conſentit contradictio non ſequitur contradictionem poſsibilis, ſed potius contraria, neceſsarias uero nunc propoſitiones dico, quæ tametſi nõ ſignificent neceſsi-

ra tem, tamen siue affirmatiuè, siue negatiuè necessarium prædicant, sensus ergo hic est: si qua ex his quæ necessarium prædicant consentit possibili propositioni, eius quę necessarium prædicat, contradictio non sequitur possibilis contradictionem, sed eius quæ necessarium prædicat contradictionis contraria ea consentit possibilis propositionis contradictioni, prius autem disponamus quæ sunt contradictoriæ, quæue contrariæ, eius enim quæ dicit necesse est esse, contradictio est, non necesse est esse, contraria uero, necesse est non esse, rursus eius quæ est, necesse non esse, contradictio est, non necesse est non esse, contraria uero, necesse est esse. Quare describantur & circa unam eandemq; contraria, & contradictoria disponantur, ut quod à nobis dicendum est, clarius possit liquere.

Affirmatio. Necesse est esse	Contradictio	Non necesse est esse.	Negatio
	Contraria	Necesse est non esse.	Affirmatio
Affirmatio. Necesse est nõ esse	Contradictio	Nõ necesse est non esse.	Negatio
	Contraria	Necesse est esse.	Affirmatio

His igitur commodè breuiterq; descriptis, qui in eorum consequentia ad possibiles propositiones modus possit euenire monstrandum est, illam namq; quæ est possibile est esse, sequitur ea quæ est, non necesse est esse, nam quod possibile est esse, nõ necese est ese, quod enim possibile est esse, possibile est & non esse, sed quod possibile est non ese, non necese est ese. Quare id quod est, possibile est ese, recte sequitur non necese est ese, sed negationem eius quæ dicit possibile est ese, ideſt nõ possibile est ese, non sequitur affirmatio eius quæ dicit, non necese est ese, quæ est scilicet necese est ese, hæc enim est contradictio necessariæ affirmationis, neq; enim dici potest consentire propositiones quę dicunt, non possibile est esse, et necese est ese, sed huius contraria sequitur, namq; eam quæ est, non possibile est ese, illa quæ dicit, necese est non ese, comitatur, sed necese est non ese, non est cõtradictoria eius quæ est, non necese est ese, possunt enim utræq; in eodem simul ueræ inueniri, nam quoniam necese est non esse ignem frigidum, non necese est ese ignem frigidum. Quocirca hæ contradictoriæ non sunt, sed est contraria ea quę dicit, necesse est non ei se, ei quæ dicit necese est ese, quæ necese est ese, contradictio est eius quæ ponit non necese est ese, quare contradictionem eius quæ dicit, possibile est ese, eam scilicet quæ proponit non possibile est ese, non sequitur contradictio eius quæ est necese est ese, sed ea que est necese est non ese, quæ contraria scilicet est ei quę est, neces est ese, quæ hæc ipsa contradictio est eius quæ proponit, non necese ese. Hoc autem descriptione melius patebit.

Affirmatio Possibile est esse Contradict. Non possibile est esse. Negatio
Affir. Nõ necese est esse. Cõtradict. Necese est esse. cõtraria, necese est nõ esse.
Ergo cum sit contradictio possibile ese, & non possibile ese sequaꝫ autem possibile ese, non necese ese, contradictio tamen eius quæ est, necesse ese, non sequeꝫ cõtradictionem eius quæ est possibile esse, sed contraria contradictorię eius quę est nõ necesse esse. Nam si contradictio est non necesse esse eius quæ est necesse esse. Cõtraria uero eiusdẽ necesse esse est, ea quæ dicit, necese est non esse, sequiꝫ necesse est nõ ese, eã quę est nõ possibile esse, quę est cõtradictio eius quę est, possibile esse, q̃ sequit nõ necesse esse. Rectè ergo dicit cõtradictiones qdẽ extra esse, cõtrarias uero cõtradictorijs cõsentire, nã possibile esse & nõ possibile esse, quę sunt cõtradictorię, sequit nõ necese ese, & necese nõ ese, quæ nõ sunt cõtradictorię, q̃d in eodẽ utræq; ueræ inueniri possunt. Q̃d si contradictio sequiꝫ, sicut ea quæ est, non necesse esse, sequit eam quæ est possibile esse, sic eam quæ est non possibile ese, sequeretur necese ese sed

sed hoc inconueniens est. Quare quoniam hæc illam non sequitur, contraria ipsius sequetur, cõtraria namq; est ei quæ proponit, necesse est esse, illa quę dicit necesse est non esse. Eodem quoq; modo & in eo quod est possibile non esse, cuius est contradictio non possibile non esse, quod Aristoteles reticuit. Sequitur namq; eam quę est possibile est non ese, illa quæ dicit non necese est nõ ese, sed negationem eam, quę est non possibile est non ese, eius affirmationis quæ est possibile est non ese. Non sequitur affirmatio eius quæ est, non necese est non ese negationis, ea quæ est, necese est non ese. Negatio enim eius quę dicit, necese est non ese, illa est quę dicit, non necese est non ese. Sed huius contraria, ideſt affirmationis quæ est, necese est non ese, illa scilicet quæ est, necese est ese, sequitur negationem illam, quæ est non possibile est non ese, huius quoq; sit talis descriptio:

Affirmatio.	Negatio.
Possibile est non ese	contradict. Non possibile est non ese.

Negatio.	Affirmatio.
Non necese est non ese	contradictio Necese est non ese.
Contraria affirmatio, necese ese.	

Dissimili igitur modo euenit quam dudum contingebat in his, quæ erant possibilia & quæ impossibilia. Illic enim contradictio contradictionem sequebatur, sed cõuersim, ut negationem affirmatio, affirmationem negatio sequeretur. Hic non idem modus est. Nam cum superiores contradictoriæ sint, & inferior negatio affirmationem sequatur, negationem nõ sequitur contradictoria affirmatio, sed affirmationis illius contraria, quod si quis legat attentius, integrè descriptum ese ratione perspiciet, cur autem hoc eueniat, causam prodit.

Causa autem, cur non sequatur similiter cæteris est, quoniam contrariæ impossibile necessario redditur idem ualens. Nam quod impossibile est esse, necesse est hoc nõ quidem esse, sed potius non esse. Quod uero impossibile est non esse, hoc necessarium est esse. Quare si illa similiter sequuntur possibile & non possibile, hęc è contrario. Quoniam nõ significant idem necessarium & impossibile, (sed quemadmodum dictum est) conuersim.

Ratio est cur non simili modo consequentia secundum contradictionem propositionis eueniat, sicut in his quæ sunt impossibilia & non impossibilia huiusmodi, omne necessarium contrario modo impossibile est. Nam quod est impossibile esse, hoc est necessarium non esse, nõ enim est necessarium esse, quod est impossibile esse, nullus enim dixerit necese est ese, quod impossibile est ese, non ergo necese est ese, sed potius necese est non ese quod impossibile est ese. Ergo conuersę idem potest impossibile, quod necessarium. Quod enim impossibile iũctum cum ese efficit, hoc efficit necessarium iũctum ad id quod est non ese, igitur quod impossibile est ese, hoc necese est non ese. Rursus quod impossibile est non ese, hoc necese est non ese. Rursus quod impossibile est nõ ese, hoc necese est ese, ut igni impossibile est non ineſse calorem, necese est igitur ineſse. Quare huic quoq; idem conuertitur, ut quod impossibile secundum non ese efficit, idem ualeat necessarium secundum esse positum, quare contrario modo necessarium et impossibile idem potest. Quod si contrario modo impossibile & necessarium idem ualet, manifestum est, cur non similiter consequitur necessarium possibile & non possibile propositiones, sicut easdẽ ipsas, id est, possibile & nõ possibile propositiones impossibile, & non impossibile sequebatur. Nam si conuerso ordine necessariũ atq; impossibile idem ualet secundum contrarietatem, non similis consequentia est necessarij & impossibilis, ei quæ fuit possibilis & impossibilis. Nam quoniam non impossibile ese, sequitur possibi-

le esse. Et hoc rursus, id est possibile esse, nõ necesse esse comitat. Rursus id q̃d est, sit possibile esse, quoniã sequit̃ nõ possibile esse. Necessariũ aũt impossibili cõuerso ordine idẽ ualet, sequit̃ id q̃d est impossibile est esse, necesse est nõ esse. Ac per hoc etiã id q̃d est nõ possibile esse sequit̃, id q̃d est necesse est nõ esse. Rursus quoniã, ei quod est nõ impossibile nõ esse cõsentit, id quod est possibile est nõ esse, & huic cõuenit, nõ necesse est nõ esse. Quoniã id quod dicitur impossibile est nõ esse, sociũ est ei q̃d est nõ possibile est nõ esse, ei autẽ quod est impossibile non esse, conuerso modo redditũ necessariũ, idẽ ualet. Sequit̃ id quod est impossibile est non esse, id quod dicimus necesse est esse, & hanc quoq; sequitur id quod proponimus, non impossibile est nõ esse, non necesse est non esse, id uero descriptione monstratur.

Consentientes	Consentientes
Non impossibile est esse.	Impossibile est esse.
Possibile est esse.	Non possibile est ese,
Non necese est esse.	Necese est non esse.
Consentientes	Consentientes
Non impossibile est non ese.	Impossibile est non ese;
Possibile est non ese.	Non possibile est nõ esse.
Non necese est non esse.	Necese est ese.

Causa igitur diuersæ consequentiæ est in contrarium propositionum impossibilis & necessarij facta conuersio, sed de his hoc modo speculatus, sese quodammodo ipse reprehendit, & ad aliam proprietatis consequentiam disputationem flectit.

> An certe impossibile est sic poni necessarij contradictiones. Nam quod est necessarium esse, possibile est esse, nam si nõ, negatio sequetur. Necesse enim est aut affirmare aut negare. Quare si non possibile est esse, impossibile est ese. Igitur impossibile est esse, quod necesse est esse, quod sane est inconuenies.

Forte, inquit, errauimus ita consequentias collocantes. Tunc enim disposuimus, ut id quod esset possibile sequeretur illud quod est non necessarium, ut secundum præcessionem possibilis sequentem negationem necessarij poneremus, nũc autem dicit hoc permutari oportere, & non a possibili inchoandum, & huic subijciendũ necessarij negationem, sed potius primo ponendum ese necesarium, secundo loco possibile, namq; illa propositio quæ necesarium continet, continere uidetur etiam possibilitatem, nam quod necesariũ est idẽ possibile est. Quod enim necese est ese, idem ese possibile est, nam siquis hoc neget, & id quod est necesarium dicat, nõ sequi possibilitatem, negatio possibilitatis, id quod est necesarium comitabit. Nã si id quod necesarium est ese, falsum est dicere possibile est ese, uerum est dicere quoniã nõ possibile est ese. In omnibus enim aut dictio est, ideſt, affirmatio, aut negatio, ut si illa uera est, illa sit falsa, si illa non est, illa mox esse necese sit, sed nõ possibile esse seq dixímus, id q̃d est impossibile ese, igit̃ id q̃d dicit̃ necese est esse, impossibile est esse, sed hoc q̃dẽ inconueniẽs est, nõ igit̃ uerũ est, quoniam ei q̃ est necessarium esse, id q̃d est non possibile esse cõuenit. Quare sequitur id q̃d est necessariũ possibilitas,

> At uero illud quod est possibile esse, non impossibile esse sequitur, hoc uero illud quod est non necessarium esse. Quare contingit quod est necessarium esse, non necessarium esse, quod sane est inconueniens.

Dicimus ei quod est necesarium ese consentire illã propositionem quæ dicit possibile ese, sed rursus hoc falsum uideꝝ cogitantibus perspicientibusq̃, quoniã ei q̃d est possibile ese, consentit & conuenit illa propositio quæ dicit, non impossibile ese, hoc uero, illud quod dicitur non impossibile ese, sequitur id quod proponimus non necese est ese, sed possibile ese consentire proposuimus ei quæ dicit, necese esse, eamq̃ consequi, sequit̃ ergo eam quæ est non necesse esse, illã quæ dicit, neces-

sse est esse, eiq̃ cõsentit, quod est impossibile. Quid igitur in his dubitationibus est statuendum? non potest consentire quidem possibile esse, ei quod est, necesse esse. Alioquí propositionem necesse esse, id quod est impossibile esse consequet̃, si uero conuenerit ei quæ est necesarium esse, illa quæ est possibile esse. Rursus fit, ut id quod est necessarium, non necessarium sit, sed hoc falsum est: Sed hoc quemadmodum sese habeat, paulò post explicabitur. Nunc uero priorem sequentiam permutãtes hoc dicimus, quoniam id quod est possibile esse, non potest consequi id quod est necesse esse, nec hæ sibi propositiones consentiũt, possibile esse, & necesse esse, q̃d Aristoteles hoc modo proponit:

> At uero neq; necessarium esse sequitur ad possibile esse, neq; necessarium nõ esse. Illi enim utraq; contingit accidere, horum autem utrumlibet uerum fuerit, nondum erunt illa uera, simul enim possibile est esse, & nõ esse. Si uero necesse est esse uel non esse, non erit possibile utrunq;. Relinquitur ergo non necessarium non esse sequi ad possibile esse, hoc enim uerum est & de necese esse, hæc enim fit contradictio eius quæ sequitur ad non possibile ese. Illud enim sequitur hoc quod est, impossibile ese, & necese non ese, cuius negatio est, non necesse non ese. Sequuntur igitur & hæ contradictiones secundum prædictum modum, & nihil impossibile contingit sic positis.

Docet id quod est possibile nõ consentire ei quod est necessarium esse, nec rursus ei quæ est necessarium est non esse. Nam quod necese est esse, non potest non esse, q̃d autẽ necese esse non esse, non potest esse. Quod autem dicimus possibile esse, ita dimus, tanquam si & non esse possibile sit. Vtramq; igitur naturam habet id quod dicimus possibile esse, ut & sit esse possibile, & sit possibile nõ esse. Qui uero dicit necesse esse aufert, non esse, & quæ dicit necesse est non esse, aufert esse, ita si hæ ueræ sunt, ideſt necesse esse, & rursus necesse non esse, utraq; ille falsæ sunt. Quæ dicunt & potest esse, et potest nõ esse. Illa enim quæ proponit necese esse, posse nõ esse subruit, illa uero quę dicit, necesse est nõ esse, posse esse subuertit, neutra igit̃ consequetur eã ppositionẽ quę dicit possibile est esse, nec eã quę dicit ex necesitate esse, nec illa quę dicit ex necesitate non ese. Et sensus quidẽ huiusmodi est. Sermonum autem ratio talis est, at uero inquit, neq; id quod est necesarium ese, sequitur propositionem illam quæ proponit, possibile ese, nec rursus illa quæ dicit necesarium est non ese. Illi enim ideſt possibili utraq; contingit accidere, ideſt posse ese, & posse non ese. Nam quod potest ese, idem potest non ese. Harum autem, ideſt, uel quę dicit, necesarium est ese, uel quæ dicit necesarium est non ese, si utrumlibet uerum fuerit, nõ erunt illa uera, ideſt posse esse & posse non ese, quod enim possibile est esse, idem possibile est non ese, quod si neq; necese est ese, nec necese non ese propositio, eam quæ est possibile ese consequetur, relinquitur, ut illa ei consentiat quæ dicit, nõ necesarium est non ese. Hæc enim sequitur eam quæ proponit, possibile est ese. Quicquid enim possibile est esse, nõ necese est non ese, ut quoniam hominem possibile est ambulare, non est necese nõ ambulare. Hoc enim uerum est, inquit, & de eo quod est necese est non ese, id est hæc enim propositio quæ dicit non necese ese non ese, uerum est, ut contra eam opponatur contradictorię, quæ dicit necese est non ese, unde etiam secutus est. Hæc enim fit contradictio eius quæ sequitur, nõ possibile ese, unde facienda est huiusmodi descriptio:

Affirmatio	Impossibile est ese	contradict.	Non impossibile est ese.
Negatio	Nõ possibile est ese	cõtradict.	Possibile est ese.
Affirmatio	Necese est non ese	contradict.	Non necese est non ese.

Hæc enim quę dicit non neceſſe eſt non eſſe, contradictio eſt eius quę proponit, ne ceſſe eſt non eſſe quæ eſt ſequens, & conſentiens ei quæ eſt non poſſibile eſt eſſe, quę conſentit ei quæ dicit impoſsibile eſt eſſe, quæ rurſus ſequitur eam quæ eſt ultima, id eſt neceſſe eſt non eſſe, cuius contradictio eſt, non neceſſe eſt non eſſe, affirmatio enim eſt neceſſe eſt non eſſe, negatio non neceſſe eſt non eſſe. Quocirca ſecundum contradictionẽ fit hæc quoq; conſequentia, nam impoſſibile eſſe, & non impoſſibile eſſe contradictio eſt, ſed affirmationem, ideſt impoſſibile eſſe, ſequitur negatio, nõ poſſibile eſſe. Negationem uero, ideſt non impoſſibile eſſe, ſequitur affirmatio poſſibile eſt eſſe, ſed non poſſibile eſt eſſe, & poſsibile eſt eſſe, contradictio eſt, ſed negationẽ poſſibilis, ideſt non poſſibile eſſe conſequeẽ neceſſe eſt nõ eſſe affirmatio, ſed affirmationẽ poſſibilis, ideſt poſſibile eſſe ſequeẽ non neceſſe eſt non eſſe, negatio. Quare ita poſitis nihil euenit impoſſibile, ſed omnia conueniũt, & conſentiũt, & ſecundum ſuperiorẽ poſſibilis & impoſsibilis modũ affirmationes & negationes cõuerſo ordine contradictorię ſe ſequũt. Et ſenſus quidem totius huiuſmodi eſt, ordo autem uerborum ſic. Quoniam, inquit, ei quod eſt poſſibile eſſe, nec illud, quod eſt neceſſe eſſe, nec illud quod eſt neceſſe non eſſe cõſentit. Relinquit ut id quod eſt non neceſſarium non eſſe ſequatur poſsibile eſſe. Hoc enim quod dicit non neceſſarium non eſſe uerum eſt dicere de neceſſe eſt nõ eſſe, & ſubaudimus, quoniã eſt eius contradictio. Hæc enim quæ dicit non neceſſe eſt non eſſe, contradictio ſit ei quæ ſequitur negationẽ poſſibilis, ideſt non poſſibile eſſe. Hæc eſt autem ea quæ dicit neceſſe eſt non eſſe, illud enim quod eſt non poſsibile eſſe, utrunq; horũ ſequit, et quod eſt impoſsibile eſſe, & quod eſt, neceſſe eſt non eſſe. Cuius affirmationis, ideſt neceſſe eſt non eſſe, negatio eſt nõ neceſſe eſt non eſſe. Sed hæc ſequit nõ impoſſibile eſſe & poſſibile eſſe, igit hæ cõtradictiones ſecundũ prædictũ modũ ſe ſequũt, ſcilicet cõtradictorię, ſed cõueniſim, et his poſitis atq; ita ordinatis nihil contingit impoſsibile.

Dubitabit autem aliquis, ſi ad illud quod neceſſariũ eſſe, poſſibile eſſe ſequatur. Nam ſi non ſequitur, contradictio ſequetur, nõn poſſibile eſſe, & ſiquis dicat non hanc eſſe contradictionem, neceſſe eſſe eſt ipſum dicere poſſibile non eſſe, ſed utræque falſę ſunt de neceſſe eſſe. At uero rurſus, idem uidetur eſſe poſſibile incidi, & non incididi, & eſſe, & non eſſe. Quare erit neceſſe eſſe, contingens non eſſe, hoc autem falſum eſt.

Ad ſuperiorem poſsibilis & neceſſarij conſequentiæ reuerſus eſt quæſtionem. Dicit enim dubitari poſſe, ſi id quod eſt poſsibile eſſe cõſentiat ei propoſitioni, quæ eſt neceſſarium eſſe, ſiue enim conſentire dicatur, ſiue non conſentire, aliquid impoſsibile & inconueniens utroq; modo contingit, nam ſi quis dicat id quod dicitur poſsibile eſſe non conſentire ei quod eſt neceſſarium eſſe, conſentiet ei negatio poſsibilis, ea quæ eſt non poſsibile eſſe, ſed ſi iſta conſentiet, erit idem neceſsariũ eſſe quod eſt non poſſibile eſſe. Quod ſi hoc rurſus aliquis neget, & dicat non eſſe negationem eius propoſitionis quæ eſt poſſibile eſſe, eam quæ dicit non poſſibile eſſe, ſed illã potius quæ proponit poſſibile eſt non eſſe, quanquam falſum ſit, tamen ne hęc quidem ei quod eſt neceſſarium eſſe conuenire poteſt. Fit enim negatio eius quę eſt poſſibile eſſe, ea quæ dicit, poſſibile eſt non eſſe, ſi affirmatio poſsibile eſſe non ſequitur affirmationem quæ dicit neceſſe eſt eſſe, ſequitur negatio ea quæ eſt poſsibile eſt non eſſe, ſed quod neceſſe eſt eſſe, falſum eſt dicere quoniam poſsibile eſt non eſſe. Quod enim neceſſe eſt eſſe, dici non poteſt fieri poſſe ut non ſit, ſed potius non poſſe fieri ut non ſit, quod ſi quis dicat rurſus ſequi id quod dicitur neceſſe eſſe, & conſentire ei quæ dicit poſsibile eſſe, ſic quoq; aliquid inconueniens reperiet. Quod enim poſſibile eſt eſſe, idem poſsibile eſt nõ eſſe, erit igit ſ̃d neceſſe eſt eſſe, poſsibile nõ eſſe, & erit contingens quod neceſsarium eſt. Poſsibile autem & contingens in utrãq; partem facile uertitur, & ad eſſe & ad nõ eſſe. Quod autem neceſſe eſt eſſe, interclu

ſum habet euentum ad contrariam dictionem. Vt ſi neceſſe eſt eſſe, ut non ſit, ſi eri non poteſt, & ſi neceſſe eſt non eſſe, ut ſit, impoſsibile eſt. Quare qui dicit poſſibile eſſe conſentire ei quod eſt neceſſe eſſe, quoniã id quod eſt poſſibile eſſe poteſt etiã non eſſe, & hoc eſt contingens, dicit id quod eſſe neceſſe eſt, poſſe non eſſe, & eſſe cõtingens, quod eſt inconueniens. Hanc igitur dubitationem ſoluens, ita ſequitur.

Manifeſtum eſt autem, quoniam non omne poſſibile, uel eſſe, uel ambulare, & oppoſita ualet. Sed eſt in quibus non ſit uerum. At primum quidem in his, quæ non ſecundum rationem poſſunt, ut ignis calefactibilis eſt, & habet uim irrationabilem, ergo ſecundum rationem poteſtates eædem plurimorũ etiã contrariorum ſunt, irrationabiles uero non omnes, ſed quemadmodũ dictũ eſt, ignem non eſt poſſibile calefacere, & non calefacere, neq; quæcunq; alia ſemper agunt. Alia uero poſſunt & ſecundum irrationabiles poteſtates ſimul oppoſita ſuſcipere, ſed hoc idcirco dictum eſt, quoniam non omnis poteſtas oppoſitorum eſt, neq; quæcunq; ſecundum eandem ſpeciem dicantur.

Multa, inquit, ſunt quę unũ eſſe poſſunt id quod ſunt, non etiam aliud aliquid quod non ſunt. Plura enim ſunt quæ ab eo quod ſunt nõ mutantur. Alia uero ſunt quæ mutari poſſunt, ut cœlum unam rem ſolam poteſt, ideſt moueri, huic uero oppoſitũ, id eſt nõ moueri non poteſt, ergo non omne ẽd eſt poſſibile uel eſſe uel ambulare, ideſt non omne de quo quælibet poſſibilitas prædicatur, etiam oppoſita ualet, ut utrunq; poſſit fieri & facere quod facit, & huic oppoſitũ, ideſt non facere quod facit, ſed ſunt quædam in quibus ita poteſtates prædicentur, ut non ſit uerum de his dici, quoniam & oppoſita poſſunt, ut etiam in his quæ præter rationem aliquam poſſunt, ut ignis. Namq; ignis præter rationem aliquam calidus eſt, nõ eſt enim reddere rationem, cur ignis ſit calidus, natura enim eſt calidus, & cum poſsit eſſe calidus, nõ tamen poteſt id quod eſt oppoſitum, ideſt non poteſt non calere, quod eſt oppoſitũ ei, ſcilicet ẽd eſt calere, ergo ſecundum rationem poteſtates ipſæ eędem plurimorum etiam contrariorum ſunt. Poteſtates, inquit, quæ ſunt ſecũdum rationem, ideſt in quibus eſt aliqua ratio, non unius poſsibilitatis, ſed plurimorum ſunt atq; oppoſitorum, ut poſsibilitas medicinæ eſt curare, quæ quoniam ſecundum rationem fit, ut curet medicus, & eſt rationabilis poteſtas medico curãdi, non ſolũ poteſt curare, ſed etiã non curare, & poteſt aliqd pluſq; unũ, & ipſum quod poteſt oppoſitũ eſt, ideſt, nõ curare. Oppoſitũ nãq; eſt ei quod eſt curare id quod dicitur non curare, quæ oppoſita contraria uocant. Affirmatio namq; & negatio contrarietatibus diſcernunt. Irrationabilis uero non omnis, ſed quemadmodum dictum eſt, ignem non eſt poſsibile calefacere, et non omnis, inquit, ſecundũ rationẽ poteſtas oppoſita quoq; ualet. Irrationabiliũ uero non omnis huiuſmodi poteſtas eſt, ut oppoſita non ualeat, nã cum ferrũ calere ſine ratione poteſtas ſit (non enim ex ratione calet, quoniam rationẽ non habet) poteſt etiam non calere, igni aũt cum irrationabilis poteſtas ſit calefacere non poteſt et non calefacere. Quare rectè dictum eſt irrationabiles poteſtates non omnes non poſſe contraria, ſed quaſdam, ut ignem, qui cum ſit calefactibilis, non calefactibilis non eſt. Quę autem ſint irrationabilia, quæ unam tantũ habeant poteſtatẽ nõ etiam oppoſitam, ſic demonſtrat dicens, nec quęcunq; alia ſemper agunt. Ignis enim oppoſita non poteſt, ſed nõ ſolum ignis, ſed illa quoq; omnia unũ poſſunt & nõ multa nec oppoſita, quæcunq; actu ſemper ſunt, ut ſol ſemper actu eſt lucidus, idcirco non poteſt non lucere, & nix ſemper actu frigida eſt. Et ideo nunq; poteſt eſſe non frigida, ergo quæcunq; ſemper agunt, ideſt in eo quod ſunt, ſemper in actu ſunt. Manifeſtum eſt, quoniam ſicut ignis non capit frigus, ita nec illa quoq; oppoſita poſſunt. Idcirco enim ignis quoq; oppoſita non poteſt, quia ſemper in actu habet propriam poteſta

tem. Semper enim est calidus, sed non omnia irrationabilia (ut dictum est) unam tantum habent potestatẽ, ut opposita nõ possint, sed sunt quædã irrationabiles potestates. Quæ utrũq; possunt, ut in eo q̃d est secari pellẽ uel non secari pellem. Potest nãq; secari pellis, potest etiam non secari, sed hæc sunt opposita, secundum igitur irrationabiles quoq; potestates possunt quędam opposita, sed idcirco superiora sunt dicta, inquit, quibus monstrauimus, quoniam ignis & quæcunq; semper sunt actu, nõ possunt opposita, ut doceremus non omnem potestatem oppositorum esse potentiam, sed alias ueras esse huiusmodi potestates quæ actu essent, & unam rem solã possent, ab oppositorũ uero potestate discederẽt. Hoc aũt non solũ in his quæ secundũ ratiõnẽ potestates dicunt, sed etiam secundũ eam speciẽ quæ irrationabilis dicit. Sunt enim quædã eorũ quæ irrationabiles potestates esse dicunt, quæ nõ solũ id quod sunt, uerum etiam opposita possint, alia uero unum tantum possunt. Pellis enim potest secari, & non secari, & idcirco opposita potest, ignis uero cum sit calidus, frigidus esse non potest. Et idcirco nulla oppositorum est illi potestas.

Quædam uero potestates, equiuocè sunt. Possibile enim non similiter dicit, sed hoc quidem quoniam uerum est, ut in actu, ut possibile est ambulare, quoniam ambulat, & omnino possibile est esse, quoniam est iam actu, quod dicit possibile. Illud uero quoniam forsitan aget, ut possibile est ambulare, quoniã forsitan ambulabit, & hæc quidem in solis mobilibus est potestas. Illa uero et immobilibus. In utrisq; uero uerum est dicere, non impossibile est ambulare uel esse, & quod ambulat iam & agit, & ambulabile est. Sic igitur possibile nõ est uerum de necessario simpliciter dicere, alterum autem uerum est. Quare quoniam partem uniuersale sequitur, illud quod ex necessitate est, consequitur posse esse, sed non omnino.

Possibilitatis breuiter diuisio facienda est, possibile enim duobus dicitur modis. Est enim unum possibile quod cum non sit, esse possit, ut homo cum sedet, non quidem ambulat, sed ambulare potest. Aliud possibile est quod cum sit, esse possibile est, ut quoniã ignis calet, potest esse calidus, & quoniã homo sedet, potest sedere. Huiusaũt possibilis duę sunt species, una cũ est quidem, potest tamẽ non esse, ut si quis sedeat, ita quidẽ potest sedere, ut possit etiã nõ sedere. Alia uero ut cũ sit, nõ esse non possit, ut ignis calidus est, sed nõ potest esse nõ calidus. Atq; hoc est quod ait, quædam uero potestates æquiuocè sunt. Possibile enim non simpliciter dicit, sed hoc quidẽ quoniã uerũ est, ut in actu, idest q̃d est & fit, quod dicit esse possibile, ut in actu possibile est ambulare, quoniã iam ambulat, & est in actu & omnino possibile est esse q̃quid in actu est. Illud uero quod forsitã aget, ut possibile est ambulare quoniã ambulabit, idest quod non est quidẽ, sed esse poterit, ut possibile est ambulare, nõ quoniam nũc quidem ambulat, sed quoniam ambulaturus est aliquis. Hęc aũt sunt quęcunq; non secundũ actum dicũtur, sed secundũ potestatem tantũ, quæ nondum quidem in actu sit, esse tamen possit. Hæc quidẽ in solis mobilibus est possibilitas, illa uero & in immobilibus. Mobilia uocat quæcunq; sunt naturalia, & in generatiõe et in corruptione. Quæcũq; enim generata sunt & corrumpi possunt, ea semper in motu sunt, ipsa enim generatio motus quidã est, atq; ipsa corruptio. Ergo in huiusmodi rebus quæcunq; generata sunt, atq; mortalia, in his uera est illa potestas, quę nõ secundum actũ dicitur, sed secundum id quod non est quidem, sed esse potest. Nusq; enim euenit huiusmodi potestas nisi in his quæ nascunt & mortẽ oppetũt, illa uero quæ sunt immobilia, idest, quæ in sua natura fixa sunt & constituta, ut mutari moueriq; non possint, idest, diuina solam illam habent potentiam quæ secundum actum dicitur, ut sol immobilis quidem ad substantiam, quanquam sit mobilis secũdum locum. Quoniam ergo est

est immobilis secundũ substantiã & ab ea nõ ꝓmutat, neq; mouet, habet in se lumẽ, q̃d ita habere potest, ut nõ habere nõ possit. Sed in utrisq; his uel mobilibus uel immobilibus illud uerũ est, q̃d de his dicit nõ impossibile est esse. Nam & q̃d actu quidem nõ est, esse tamẽ potest, ut homo cum nõ ambulat, ambulandi tamẽ retinet potestatẽ. Non est enim hominẽ impossibile ambulare, & solẽ nõ est impossibile habere lucem, quã actu retinet sempiterno. In utrisq; igit & mobilibus & immobilibus, uerum illud est quod dicit, nõ impossibile esse. Nam & de eo quod agit, & de eo q̃d agere potest, de utrisq; idẽ uere dicit, quoniã nõ est impossibile esse. Nam & q̃d ambulat, nõ est impossibile ambulare, & q̃d est ambulabile, id est, q̃d ambulare potest, non illi est impossibile ambulare. Sed quoniã diximus eam quæ secũdũ actũ est potestatẽ duas habere species: Vnam quidẽ cum in actu quidẽ sit & nunq; possit non esse, ut igni actu est calere & nunq; esse nõ potest calidus. Aliã uero secundũ id q̃d dicimus esse quidẽ actu, posse tamen nõ esse, ut aliquis cum sedet, potest quidẽ sedere, sed potest etiã non sedere. Huiusmodi quidẽ secundũ actum possibile de necessario nullo modo prædicat, quod enim in actu est, & necessarium est esse, est q̃dem, sed ita est, ut non esse non possit. Hoc est enim q̃d ait. Sic igit possibile, id est, quod cum actu sit, possit tamen nõ esse, non est uerum de necessario simplicit dicere. Alterũ aũt uerũ est, nam q̃d ita est actu, ut non esse nõ possit, & semp actu est, hoc iusse de necessario prædicat. Quod enim necesse est esse, est quidẽ, sed nõ esse nõ potest. Quare quoniam partẽ id quod est uniuersale sequit, illud quod ex necessitate est, cõsequens est id quod est posse esse, sed non omnino. Quoniã semper, inquit, speciem sequitur genus, & partem suam sequitur uniuersalitas. Si enim homo est, animal est, id est, si pars & species est, uniuersalitatem & genus esse necesse est. Quod si ita est sequitur, scilicet, eam propositionẽ quæ dicit necesse esse, illa propositio quæ dicit possibile esse, cicq; consentit, sed non omnis significatio possibilitatis sequit necessarium. Illa enim quæ ita possunt, ut non sint quidem, esse tamen possint, nulla ratione de necessario prædicantur. Necessarium uero non modo necesse est, sed etiã est, hoc est enim quod ait, sed non omnino. Etenim de necessario quod iam est, non potest illud possibile prædicari, quod non est adhuc quidem, sed esse poterit.

Et est quidem fortasse principium quod necessariũ est, & quod nõ necessarium est, omnium, uel esse, uel non esse. Et alia ut horum consequentia considerare oportet.

Principium inquit est fortasse harũ propositionũ cõsequẽtias inueniendi. Si qs primo in loco necessariũ ponat, & nõ necessariũ, secundo uero in loco possibile esse & cętera. Naturaliter enim id quod necessarium est, prius est, nam si necessaria sunt ea quæ semper actu sunt. Quę aũt semper actu sunt, sempiterna sunt. Sempiterna uero rerum omniũ principia sunt. Recte initium quoque speculandi, quæ harum propositionũ cõsequẽtia sit, ex his sumemus, quæ sunt necessariæ, & propter has ex necessarij negationib. id est, ex nõ necessario. Cõstat igit à necessario & nõ necessario harum consequẽtias inueniẽdi sumẽda esse principia. Illę enim, id est, possibile esse & cõtingens esse, & esse necessariũ & nõ necessariũ uelut in natura ipsa pcedẽtes subsequunt. Atq; ideo ait: Et alia, id est, possibile esse, & cõtingẽs esse, ut horũ cõsequẽtia cõsiderare oportet. Hoc est ita hæ cõsiderari debẽt, tanq; si q̃d est necessariũ, & non necessariũ pręcedant, consequantur uero possibile & contingens & cætera.

Manifestum est autem ex his quæ dicta sunt, quoniam quod ex necessitate est, secundum actum est. Quare si priora sunt sempiterna, & quæ actu sunt, potestate priora sunt, & hęc q̃ sine potestate sunt, actu sunt, ut primę substãtiæ. Alia uero sunt actu cũ possibilitate, quę natura quidẽ priora sunt, tempore uero posteriora, alia uero nunquã sunt actu sed potestate tantũ.

Patet,inqt,ac liquet omnia quęcunq; ſecundum neceſſitatem ſunt,ſemp eſſe ſecundum actū. Quoniā enim ignis ex neceſſitate calidus eſt,actu quoq; ſemp calidus eſt. Quocirca ſi quæ ſempiterna ſunt omnibus quæ nō ſunt ſempiterna,priora ſunt, etiā ea quæ ſemper actu ſunt,his quę ſunt poteſtate,priora ſunt. Horum aūt omniū diuiſionē facit,ſunt enim, inquit,alia qdem p̄ter poteſtatē,actu tātum,ut ſol nō poteſtate moueī, ſed actu,& illam mouēdi poteſtatē nō habet,quę nō eſt quidē, ſed eſſe poteſt,ſed actū habet ſolum,à poteſtate uero quæ præter actum ſolet eſſe, relinquitur. Primę etiam ſubſtantiæ actu quidē ſunt,nunq; uero poteſtate,primas autem ſubſtātias dicit,diuinas,ſcilicet,& ſempiternas. Non eas quas in prædicamētis primas eſſe monſtrauit,id eſt,indiuiduas. Tunc enim de his loquebatur primis, quæ nobis primæ ſunt. Nunc de his quæ natura ſunt primæ,quæ diuinæ ſunt,ſcilicet,& ſempiternæ. Alia uero ait ſunt, quę ſunt actu cum poteſtate,id eſt,quæ & actū habēt, & aliquādo habuerunt poteſtatē,ut fabricata iā domus, aliquādo potuit fabricari,& prius habuit poteſtatē ſecundū tēpus, poſtea uero actum,ſed natura actus prior eſt poteſtate. Ars uero ipſa actum cogitatiōe p̄cipit,formāq; domus prius ſibi ipſa deſignat & efficit,quare natura actus prior eſt poteſtate. Poteſtas actu prior eſt tēpore. Alia uero ſunt, inqt, quę actu quidē nunq; ſunt, ſemp autē ſunt poteſtate, ut numerus infinitus qdē eſt, q̄ cum ſemp in infinitū poſſis augere, ſed actu infinitus nō eſt. Quēcunq; enim numerū ſumpſeris, actu finitus eſt, quēlibet enim dicas numerū, finita illum numerositas neceſſe eſt complectatur, ut decem uel centum. Infinitus uero idcirco eſt poteſtate, quod eū poſſis facere in infinitū concreſcere, non tamen ut quilibet actu ſit numerus infinitus.

Quæ magis aptæ enunciationes contrariæ dicantur.

UTrum autem contraria eſt affirmatio negationi, an affirmatio affirmationi, & oratio, ut, quæ dicit omnis homo iuſtus eſt, ei quæ eſt, nullus homo iuſtus eſt, an omnis homo iuſtus eſt, ei quæ eſt, omnis homo iniuſtus eſt, ut Callias iuſtus eſt, Callias iuſtus non eſt. Callias iniuſtus eſt. Quænam harum contraria eſt. Nam ſi ea quę ſunt in uoce ſequūtur ea quæ ſunt in anima, illic autem contraria eſt opinio contrarij, ut omnis homo iuſtus eſt, ei quæ eſt, omnis homo iniuſtus eſt, etiam in his quæ ſunt in uoce affirmationibus, neceſſe eſt ſimiliter ſeſe habere. Quod ſi neque illic contrarij opinatio cōtraria eſt, nec affirmatio affirmationi contraria erit, ſed ea quæ dicta eſt, negatio. Quare conſiderandum eſt, quę opinio falſa, opinioni ueræ contraria ſit, utrum negationis, an certe ea quæ contrarium eſſe opinatur. Dico autē hoc modo eſt qędam opinatio uera boni, quoniam bonum eſt. Alia uero falſa, quoniam bonum non eſt, alia quoniam malum eſt, quænam harum contraria eſt ueræ, & ſi eſt una, ſecundum quam contraria.

Propoſitio quidem quæſtionis talis eſt. Quærit enim quoniā huic propoſitioni quę dicit, omis homo iuſtus eſt, ea quæ proponit, nullus homo iuſtus eſt, & rurſus ea quę dicit omnis homo iniuſtus eſt, uidentur oppoſitæ, quæ harum magis ſuperiori affirmationi, quę dicit, omnis homo iuſtus eſt, contraria eſt, utrum ea per quam proponimus, omnis homo iniuſtus eſt, an certè negatio uniuerſalis, ea quæ eſt, nullus homo iuſtus eſt. Similiter etiam huic propoſitioni quæ eſt, Callias iuſtus eſt, propoſitio quæ proponit Callias iniuſtus eſt, an ea quæ dicit, Callias iuſtus non eſt, contraria eſt. De qua re hāc uiam diſputationis ingreditur, nam ſi ea, inquit, quę ſunt in uoce illis quæ ſunt in anima famulantur, hiſq́ue in ſignificatione conſentiunt, neceſſe eſt, ut quod in opinionibus animæ reperitur, hoc idem euenire uideaī in uoce, quod ſi illic

ſi illic ei opinioni quę arbitratur omnem hominem iuſtum eſſe, illa opinio oppoſita eſt, & illa eſt maximè contraria quæ putat omnem hominē iniuſtum eſſe, & in uocibus quoq; affirmatio ea quæ eſt, omnis homo iuſtus eſt, ei affirmationi magis cōtraria eſt quę dixit, omnis homo iniuſtus eſt. Quod ſi in opinionibus non hæc magis opponit potius quā illa quæ dicit nullus homo iuſtus eſt, & in uocib. quoq; affirmatio uniuerſalis uideaī eſſe cōtraria, utrę q; ergo & affirmatio quæ dicit, omnis homo iniuſtus eſt, & negatio q̄ dicit, nullus homo iuſtus eſt, erūt cōtrarię ei q̄ dicit, omnis homo iuſtus eſt. Quod aūt dicit, q̄ ſi nec illic cōtrarij opinatio cōtraria eſt. Tale eſt enim iuſtū eſſe & iniuſtū eſſe, quanq; ſit ſecundū habitū & priuationē, p̄dicatio tamē hęc nūc, id eſt, iniuſtū eſſe p̄ cōtrario ſumiī. Ergo ſi in opinionibus cōtrarij, id eſt, iniuſti affirmatio cōtraria nō eſt, nō erit & in uocibus cōtraria affirmatio, ſed potius negatio quę eſt, nullus homo iuſtus eſt. Quare inqt cōſiderādū eſt cui opinioni falſæ opinio uera ſit cōtraria, nam ſi qua res bona ſit, uerum eſt de ea dicere, quoniā bonum eſt, cōtra quā p̄poſitionē falſum eſt dicere, quia malū eſt, falſum etiā qa nō bonum eſt. Sed uidendum eſt quæ harū ſit magis cōtraria uerę affirmationi, quæ dicit bonum eſſe q̄d bonū eſt, utrum falſa illa cōtraria eſt, quæ id quod bonū eſt dicit eſſe malum, an ea quę id q̄d bonum eſt dicit eſſe nō bonum. Atq; hoc eſt q̄d ait, dico autē hoc modo, eſt quædam opinatio uera boni, quoniā bonū eſt, alia uero falſa, quoniā non bonum eſt, alia uero, quoniā malum eſt. Quęnā ergo harum contraria eſt ueræ, id eſt, utrum ea quæ negat id q̄d eſt, an ea quæ ponit id quod nō eſt. Quæ magis harum ei quæ dicit eſſe, id q̄d eſt uideatur eſſe cōtraria, requirēdum eſt. Sed q̄d his adiecit & ſi eſt una, ſecundū quā cōtraria, tale eſt. Cōtrariorum alia ſunt habentia medium, alia uero ſunt nō habētia. Et illorum quæ habēt, ſi qs unum contrarium neget, nō neceſſe eſt per illā negationē illud aliud cōtrarium intelligere. Nā quoniā inter album & nigrum eſt aliquid, ſi qs dicat non eſt album, non idcirco nigrum eſſe mōſtrauit. Poteſt enim eſſe & rubrum. Et quicquid aliud in taliū cōtrariorum medietate locatum eſt. In illis uero cōtrarijs quæ medio carent, nihil differt negare rem propoſitam, an affirmare cōtrariam. Nihil enim differt dicere diē nō eſſe quàm dicere noctem eſſe. Hoc eſt enim diem non eſſe, q̄d eſſe noctē. Nihil enim eſt inter noctem atq; diem. Ergo in his affirmatio contrarij idem ualet, quod rei propoſitę negatio, ergo nunc hoc dicit, etiam ſi in aliquibus, inquit, tales propoſitiones inueniunt, ut & negatio rei propoſitæ, & affirmatio cōtrarij idē ualeat, & ſint unæ ſignificatione. Quærendum eſt ſecundum quā enunciationē propoſitio magis eſt cōtraria, an ſecundum eam quę dicit nō eſſe diē, an ſecundum eam quę proponit eſſe noctem. Inueſtigandum igitur eſt, quæ harum, quanquam unum utraque ſignificet, magis eſt contraria ei quæ dicit eſſe diem, hoc eſt enim quod ait. Et ſi eſt una ſecundum quam contraria, id eſt, & ſi unum ſignificabunt aliquando rei negatio & contrarij affirmatio, ſecundum quam harum magis eſt contraria propoſitio ſuperiori propoſitæ enunciationi.

Nam arbitrari contrarias opiniones definiri in eo quod cōtrariorū ſunt, falſum eſt. Boni enim quoniā bonum eſt, & mali quoniam malum eſt, eadem fortaſſe opinio eſt & uera, ſiue plures, ſiue una ſit. Sunt aūt iſta cōtraria, ſed non in eo quod cōtrariorū ſunt contraria, ſed magis in eo quod contrariè.

Contrariorum naturam prius rectè determinat, qui de contrarijs propoſitionibus tractat. Quidā enim putauerunt cōtrarias eſſe opiniones, quę ſint contrariarum rerum, quod Ariſtoteles negat, dicit enim falſam eſſe definitionem, quæ determinat eas eſſe contrarias opiniones, quæ ſunt contrariarum rerum. Nam cum ſit contrarium bonum malo, poſſumus habere opinionem de bono quoniam bonum eſt, & hæc uera eſt, poſſumus rurſus id quod malum eſt putare malum, & hæc rurſus uera eſt, & opiniones quidē boni, quoniā bonum eſt, & mali quoniā malū eſt, cōtrariarū

rerum

rerum ſunt,tamen utræq; ſunt ueræ.Sed contrarię utræq; ueræ eſſe non poſſunt.Falſo igitur definitum eſt eas eſſe contrarias opiniones,quę contrariarum ſint rerum. Quod autem ait,boni enim quoniam bonum eſt,& mali quoniam malum eſt,eadē fortaſſe opinio eſt & uera. Aut id quod dixit eadem ad id retulit quod poſt ſecutus eſt;uera namq; uerę in eo q̄d uerę ſunt eadē ſunt,aut certè quod eiuſdem eſſet opinionis,quod bonum eſſet,bonum putare,q̄d malū eſſet,malum.Siue autē eadē ſint, ſiue plures,cōtraria eſſe non poterunt,idcirco quoniā ſimul uerę ſunt. Sut aūt iſta contraria,ſed non eo q̄d contrariorum ſint,cōtrarię ſunt,ſed magis eo quòd cōtrariæ.Sūt autem,inquit,iſta,ſcilicet,quæ ſunt in opinionibus cōtraria,non tamen contraria,quādo contrariorū ſunt,ſed potius,quando de uno eodemq; diuerſo modo & cōtrariæ ſuſpicantur,hoc eſt enim q̄d ait.Sunt aūt iſta cōtraria,ea ſcilicet,quę in animæ opinionibus poſita ſunt,quorum propoſitiones ſunt contrariæ,non eo q̄d ſunt contrariorum,ſed potius eo quòd de uno eodemq; ſubiecto cōtrariæ ſuſpicantur,ut ſi quis de bono ſuſpicetur,quoniā bonū eſt,& rurſus alius de eodem bono quoniam malum eſt,hæc ſunt cōtraria quæ ueræ ſimul eſſe nō poſſunt.Et de eodem ſubiecto, id eſt,bono,nunc benè,nunc uero malè,id eſt cōtrariæ ſuſpicantur.

Si ergo boni, quoniam bonum eſt,opinatio eſt, alia uero,quoniam nō eſt bonum.Eſt uero & alia quoniam aliud aliquid eſt,quod non eſt,neque poteſt eſſe. Aliarum quidem nulla ponenda eſt, neque quęcunq; eſſe quod non eſt opinantur, neque quęcunque non eſſe quod eſt. (Infinitæ enim utrq; ſunt, & quæ eſſe opinantur quod non eſt, & quæ nō eſſe quod eſt) ſed in quibus fallacia eſt.Hæ autem ſunt, ex quibus ſunt generationes,ex oppoſitis uero ſunt generationes. Quare etiam fallaciæ.

Huius argumenti principium eſt,quo pro confeſſo utitur & probato,q̄d unius rei plura atq; infinita non poſſint eſſe contraria,quare unius rei unū erit contrariū.Eſt ergo opinio boni quoniā bonū eſt,& hæc uera eſt,eſt rurſus boni,quoniā bonū non eſt,& hæc falſa eſt.Poteſt etiā eſſe quæ putet eſſe bonum,id quod nō eſt,ut ſi quis dicat id quod eſt bonum,quoniā malum eſt,uel q̄niam quantitas eſt, uel q̄niam aliqd q̄d non eſt.Sed hæc quæ de bono dici poſſunt,quæ ipſum bonum non ſint, infinita ſunt.Rurſus poſſumus de bono arbitrari multa non eſſe,quæ ſunt.Bonum enim q̄ honeſtum eſt poſſumus dicere,quoniam honeſtum non eſt,poſſumus dicere, quoniam utile non eſt,poſſumus quoq; dicere, quoniā expetendum non eſt,& alia plura.Infinita ergo ſunt & ea quæ poſſumus arbitrari de bono,quoniā eſt id quod bonum ipſum non eſt.Et ea quæ opinamur nō eſſe bonū q̄d eſt,ea quoque ſunt infinita.Quare nec ea quæ putat opinio bonū eſſe quod nō eſt,nec ea quæ putat nō eſſe q̄d eſt,ei opinioni ponenda eſt eſſe cōtraria,quę putat bonum eſſe quod bonū eſt. Hoc enim eſt q̄d ait.Aliarum quidem nulla ponenda eſt,neq; quęcunq; eſſe q̄d non eſt opinaē,ut dicamus de bono quoniā malū eſt,uel inutile,uel turpe,neq; quęcūq; non eſſe q̄d eſt,ut ſi de eodem bono dicamus, bonum expetendum non eſt,bonum honeſtū non eſt.Infinitæ enim utrq; ſunt,& quæ eſſe opinantur,quod non eſt,& quæ nō eſſe q̄d eſt.Hæ igitur reiiciendę ſunt,& ad nullā cōtrariį opinionē ſumēdę, q̄niā infinitæ ſunt,cum ſemper cōtrariorū oppoſitio ſit finita.Quęcunq; aūt cōtrariæ ponendę ſint opiniones,ſequitur dicens: Sed in quibus eſt fallacia,hæ autē ſunt ex his ex quibus ſunt & generationes.Ex oppoſitis uero generationes,quare etiā fallacia opinioni,inquit,de bono quoniam bonum eſt,cōtraria illa ſola ponēda eſt, in qua primum fallacia reperitur.In qua autem fallacia primum reperiatur, oſtēdit per id quod dixit:Ex quibus ſunt & generationes falacia facilimè reperitur. Generatio enim ſemper ex oppoſitis eſt,quoties enim aliquid fit album,nō fit ex dulci,nec ex duro, nec ex liquido,ſed ex non albo. Et quod dulce fit, non fit ex calido, neque

neque frigido,nec nigro,nec ex ulla alia qualitate,niſi ex ſibi oppoſito,id eſt nō dulci,Eodemq; modo in aliis ſeſe res habet. Omnis ergo generatio ex eo fit quod non fuit,ut dulce ex non dulci,album ex non albo,calidum ex non calido. Quare ſi generationes quidem ex oppoſitis ſunt,in his autem eſt fallacia,in quibus ſunt generationes,erit in oppoſitis prima fallacia. Prima namq; fallacia eſt,non putare aliqd eſſe quod eſt. Secunda putare eſſe quod non eſt,ut in eo quod eſt bonum prima fallacia eſt putare illud non eſſe bonum. Secunda malum eſſe arbitrari quod bonū eſt: Quocirca illic maximè ponenda eſt contrarietas,ubi eſt prima fallacia,in his autem eſt prima fallacia,ex quibus generationes oriunt. Generationes uero dico eſſe quę fiunt ex his quæ id quod fiunt,non fuerunt. Generationes autem fiūt ex oppoſitis, in oppoſitis eſt igitur prima fallacia,ſed in quibus eſt prima fallacia,maximè contraria illa ponenda ſunt,oppoſita igitur maximè contraria ſunt,ſed bonum eſſe,& bonum non eſſe oppoſita ſunt. Bonum igitur non eſſe ei quod eſt bonum eſſe contrarium eſt,non illud quod eſt malum eſſe,quod maiori argumentatione confirmat.

Si ergo quod bonum eſt,& bonum & non malum eſt,& hoc quidē ſecundum ſe,illud uero ſecundū accidens. Accidit enim ei malū nō eſſe,magis autem in uno quoq; uera eſt,quę ſecūdū ſe eſt,& falſa,ſiquidē & uera,ergo ea quę eſt,quoniā nō eſt bonum quod bonū eſt,ſecundum ſe falſa eſt. Illa uero quæ eſt,quoniā malū,eſt eius quę eſt ſecundum accidēs. Quare magis erit falſa de bono ea quæ eſt negationis opinio,quàm ea quæ eſt contrarij.

Perſubtilis argumētatio tali ratione formata eſt,bonū inqt & bonum eſt,& nō malū,quorū unū ſecūdū ſe & proximè,& naturaliter eſt,hoc,ſcilicet, q̄d bonū eſt;alterum uero eſt accidētaliter, id eſt,quod malū non eſt. Accidit enim ei quod bonū eſt, ut malum non ſit,ergo quod bonum eſt naturalius habet bonū eſſe quā nō eſſe malum. Illud enim ſecūdum ſe ineſt,illud (ut dictum eſt) ſecundū accidēs. Quod ſi hoc eſt,uerior eſt ea propoſitio quæ affirmat quod ſecundum ſe eſt;quàm illa quæ affirmat quod ſecundum accidens eſt. Eſt aūt ſecundum ſe bonū eſſe q̄d bonum eſt,ſecūdum accidens uero malum nō eſſe q̄d bonū eſt,uerius igit & propinquius eſt dicere de bono quoniam bonum eſt, quā dicere de bono quoniam malum nō eſt, quod ſi hoc eſt,etiā opinio quæ ſecundū ſe falſa eſt,mēdacior iuſte uidebitur ea quę ſecundum accidēs mentit. Nam ſi illa uera eſt ,ppinquius, quæ ſecundum ſe eſt,illa erit falſa propinquius quæ ſecundū ſe eſt. Hoc eſt enim q̄d ait,magis autē in unoquoq; eſt uera,quæ ſecūdū ſe eſt etiā falſa,ſicut & uera,ſi illa magis uera eſt quę ſecundū ſe eſt, rectè illa magis falſa dicitur,quæ ſecundū ſe falſa eſt,id eſt,quæ id negat q̄d ſecundū ſe uerum eſt. Ergo ea quæ eſt quoniā non eſt bonū,quod bonum eſt,ſecundū ſe conſiſtentis falſa eſt. Ad q̄d tēdit tota ſuperior argumētatio cōtinua diſputatione ſubnectit. Superius enim dictum eſt opinionē eā quę putat bonum eſſe, q̄d bonū eſt,ſecundum ſe eſſe,quare illa opinio quæ dicit nō eſſe bonum q̄d bonum eſt,falſa eſt, & de ea re falſa eſt,quæ ſecundum ſe uera eſt. Secundum ſe enim uera eſt opinio, q̄ putat bonum eſſe q̄ bonum eſt,quæ uero arbitraē non eſſe bonum,quod bonum eſt,eius quæ ſecundum ſe eſt,ueritatē opinionis intercipit. Nam bonum eſſe q̄d bonum eſt, quiſquis opinaē ſecundum ipſius boni naturā habet opinionē, atq; ideo ſecundum ſe opiniones huiuſmodi nominanē, quare erit hæc quoq; ſecundum ſe falſa ,quoniā ſecundum ſe ueritatis uideē auferre propoſitionē, idem autē bonum ſecundum accidens eſt,nō malum. Et hoc de bono uerum eſt dicere, q̄niā nō eſt malum,ſed accidentaliter. Bono enim accidit nō eſſe malum,illa uero quę putat malum eſſe q̄d bonum eſt,aufert nō malum ab eo quod bonum eſt,& interimit rem ſecundum accidēs ueram,uera nāq; eſt opinio,quæ dicit non eſſe malum q̄d bonum eſt,ſed ſecundum accidens,quare ſecundum accidens falſa erit ea,quæ dicit malum eſſe, quod bonū eſt.

Illam

Illam enim propoſitionem tollit,quæ ſecundum accidens uera eſt. Quare quoniam propior eſt,ea quæ ſecundum ſe eſt,quã ea quæ ſecundũ accidens, falſitas eius quæ ſecundum ſe eſt,fallacior erit ea falſitate, quæ ſecundũ accidens eſt. Sed ea quæ putat non eſſe bonum, q̃d bonum eſt, ſecundum ſe uerítatis peremptoria eſt,ea uero quæ dicit malum eſſe quod bonum eſt,eius quod eſt non eſſe malum q̃d bonũ eſt, ſecundum accidens rei ueræ peremptoria eſt. Quare falſior eſt ea quę dicit non eſſe bonum quod bonum eſt,quã ea quę dicit eſſe malum id quod eſt bonum.

Falſus autem eſt maximè circa ſingula qui habet contrariam opinionem. Contraria enim ſunt eorum quæ plurimum circa idem differunt. Quod ſi harum contraria quidẽ eſt altera,magis uero cõtraria eſt contradictio, manifeſtum eſt,quoniam hæc erit contraria.

Quærebatur utrũ affirmatio cõtrarij,an negatio propoſitæ rei, eidẽ propoſitæ rei affirmationi magis poſſit eſſe cõtraria. Sed nunc hoc dicit q̃d quæ falſa ſunt magis, ea ſunt magis contraria. Cõtraria enim ſunt quæcũq; circa eandẽ rem plurimũ differunt,ut circa colorẽ album & nigrum,ergo quæ maximè falſa ſunt,& maximè uera,ea plurimũ á ſe diſtant. Maximè autem uera eſt ſecundum ſe conſiſtentis rei enũciatio. Maximè aũt falſa ſecundũ ſe conſiſtentis ueritatis peremptoria. Neceſſe eſt aũt inter affirmationẽ cõtrarij,& negationẽ propoſitæ rei unam magis eſſe cõtrariam. Falſior aũt & magis contraria eſt opinio illa,quæ cõtradictionem cogitat,ut ea quæ eſt non eſſe bonum quod bonum eſt, quã ea opinio quæ habet malum eſſe q̃d bonum eſt, q̃niam ea quæ ſunt in uocibus opiniones ſequuntur,ſimili modo negatio eius quæ eſt omne bonũ bonũ eſt, ea ſcilicet, quæ dicit nullum bonum bonũ eſt, magis eſt contraria,quã ea quæ proponit omne bonũ,malũ eſt. Quocirca & in aliis quoq;,ut in ea quę eſt omnis homo iuſtus eſt,magis eſt contraria illa quę dicit,nullus homo iuſtus eſt,quàm ea quæ dicit, omnis homo iniuſtus eſt.

Illa uero quæ eſt,quoniam malum eſt,quod bonum eſt,implicita eſt. Etenim quoniam non bonum eſt,neceſſe eſt forè idem ipſum opinari.

Addit ad demonſtrationem ſuperiorem argumentum, q̃d demonſtret magis eſſe cõtrariam eam,quę negat potius quã eam quę cõtraria affirmat,implicitaeſt,inquit, affirmatio contrarij. Quiſquis enim putat id quod bonũ eſt malum eſſe,fieri aliter non poteſt,niſi illud quoq; putet,nõ eſſe bonum. Quare duplex quodãmodo propoſitio eſt ea,quę dicit malum eſſe quod bonum eſt. Nam etiam illud in ſe continet, quod bonum non eſt. Simplex autem eſt propoſitio, bonum eſſe quod bonum eſt, & ſimplici ſimplex poteſt magis eſſe cõtraria,ſimplexq; eſt negatio quod bonũ eſt, non eſſe bonum. Hæc igitur magis contraria eſt.

Amplius ſicuti in alijs ſimiliter oportet ſe habere, & hic uidetur bene eſſe dictũ, aut enim ubique ea quę eſt contradictio, aut nuſquam, quibus uero non eſt contrariũ, de his quidem eſt falſa ea, quæ eſt ueræ oppoſita, ut qui hominẽ non putat hominem,falſus eſt,ergo ſi hę contrariæ ſunt, & alia quę ſunt contradictiones.

Aut in omnibus inquit,uerè dicitur cõtradictionem magis eſſe contrariã,quã contrarij affirmationẽ,aut nuſq;. Aut enim & in alijs quoq; idẽ euenire oportet, aut nec hic quidẽ uerũ eſt,quod dicit,contrariã eſſe eam quæ contradictionis eſt,id eſt,negationis potius,quã cõtrarij affirmationẽ. Hoc autem ſpeculemur, inquit,in his quę cõtrarium non habent,ut in homine. Si quis enim putet hominem hominem eſſe,uera eſſe,uerum eſt,ſi quis uero hominem putet non eſſe hominem,falſa. Si qs autem putet hominem equum eſſe,nullus dixerit hanc magis eſſe cõtrariam,quę putat hominem equum eſſe,quã quæ hominem nõ eſſe hominẽ arbitratũ. Quare ſi in his quę contra-

contraria non habent,illa contraria eſt, quæ contradictione formatur, in his quoq; quæ habent contraria,non contrarij affirmationis ſed negationis propoſitio magis contraria eſt.

Amplius ſimiliter ſe habẽt boni quoniã bonũ eſt,& nõ boni quoniã non bonũ eſt. Et ad has boni quoniam nõ bonũ eſt,& nõ boni quoniã bonũ eſt. Illi ergo quæ eſt nõ boni quoniã non bonũ eſt,ueræ opinationi quænam eſt cõtraria. Non enim ea quæ dicit quoniã malũ eſt. Simul enim aliquando erunt ueræ, nunquam autem uera uerę eſt contraria. Eſt enim quiddam non bonũ,malum. Quare contingit ſimul eſſe ueras. At uero nec illa quæ eſt,quoniam non malum,uera enim & hæc, ſimul enim & hæ erunt. Relinquitur ergo ei quę eſt non bonum quoniam non bonum eſt, contraria ea quę eſt non bonum quoniam bonum eſt. Falſa enim hæc, quare & ei quę eſt boni quoniam bonum eſt,ea quæ eſt boni quoniam non bonum eſt.

Ex ſimilitudine & proportione contrarietatis uim propoſitionum ueſtigare conatur. Sed has propoſitiones prius diſponamus, poſt autem quantum poſſumus breuiter uim Ariſtoteliceę argumentationis exequamur.

Vera boni	quoniam bonum eſt
Falſa boni	quoniam bonum non eſt.
Vera non boni	quoniam non bonum eſt.
Falſa nõn boni	quoniam bonum eſt.

Harum quatuor opinionum duę ueræ ſunt, duę falſæ. Illa quæ eſt boni quoniã bonum eſt,uera eſt,illa quæ eſt boni quoniam bonum non eſt, falſa eſt. Rurſus illa quę eſt non boni,quoniam bonum non eſt,uera eſt,illa quę eſt non boni quoniam bonum eſt,falſa eſt. Ergo hæc eſt ſimilitudo & proportio harum quatuor propoſitionum. Nam quemadmodum ſe habet opinio boni, quoniam bonum eſt,ad eam opinionem quæ eſt boni,quoniam bonum non eſt, eodem modo ſeſe habet & opinio quæ eſt non boni quoniam non bonum eſt, ad eam quæ eſt non boni quoniam bonum eſt. Nam ſicut illic, uera una eſt, altera falſa, ita quoque hic una uera eſt,altera falſa. Capit igitur exemplum prius ab ea quæ eſt non boni,quoniam non bonum eſt. Hæc enim inquit cum uera ſit. Quam huic ponemus eſſe contrariam,eam ne quæ dicit malum eſt,ſed non eſt contraria. Poteſt enim ſimul eſſe uera,& ea quę dicit non eſſe bonum,q̃d bonũ nõ eſt,& ea quæ dicit malũ eſſe, quod bonum nõ eſt. Sunt enim quædam nõ bona quæ mala ſunt. Quocirca cõtrariæ non ſunt,in quibus ponit quod nõ bonum eſt, bonũ nõ eſſe. Et quod nõ eſt bonũ, malũ eſſe. Contrariæ enim ueræ ſimul nequeunt inueniri,& uera uerę contraria nũquam eſt,ſed nec illa poterit eſſe contraria huic,quæ dicit malum eſſe quod bonũ non eſt. Poſſunt enim quædã non quidem eſſe bona,nõ eſſe tamẽ mala,ut ex arbore nullius utilitatis cauſa ramum defringere,ſi arborem nihil lędat,neque malum neque bonũ eſt. Quare ueræ ſimul poſſunt eſſe,& hæ quoque quæ opinantur id quod eſt nõ bonum quoniam non bonum eſt, & id quod eſt non bonum,quoniam malum nõ eſt. Quare nec hæ contrarię ſunt,reſtat igitur ut eius opinionis quæ eſt non boni quoniam non bonum eſt,ea ſit contraria quæ eſt non boni quoniam bonum eſt. Quod ſi in his quatuor propoſitionibus,quas ſuprà deſcripſimus ſimilitudo ſeruatur, & ſicut eſt opinio nõ boni quoniam non bonum eſt,ad eam quæ eſt non boni, quoniã bonum eſt,ſic opinio boni quoniam bonum eſt ad opinionem boni, quoniam bonum nõ eſt. Cõtraria autem eſt opinio non boni quoniã bonum non eſt, opinioni non boni quoniam bonum eſt,contraria igitur erit opinioni boni quoniam bonũ eſt, opinio boni quoniam bonum non eſt.

Mani-

Manifeſtum eſt autem, quoniam nihil intereſt, nec ſi uniuerſaliter ponamus affirmationem. Huic enim uniuerſalis negatio erit contraria, ut opinioni, quæ opinatur, quoniam omne quod eſt bonum, bonum eſt, ea quæ eſt, quoniam, nihil horum quę bona ſunt, bonum eſt. Nam eius quę eſt boni quoniam bonum eſt, ſi uniuerſaliter ſit bonum, eadem eſt ei quæ opinatur, id quod bonum eſt quoniam bonum eſt. Hoc autem nihil differt ab eo quod eſt, quoniam omne quod eſt bonum, bonum eſt. Similiter autem & in non bono. Quare ſi in opinione ſic ſe habet. Sunt autē hæ quæ ſunt in uoce affirmationes & negationes notæ eorum quæ ſunt in anima. Manifeſtum eſt, quoniam affirmationi contraria quidem negatio eſt circa idē uniuerſalis, ut ei quę eſt quoniam omne bonum, bonum eſt, uel quoniam omnis homo bonus eſt, ea quæ eſt, quoniam nullum, uel nullus, contradictoriæ autem, quoniam non omne, aut non omnis.

Illud quoque rectè commemorat, quòd nihil differt in opinionibus hæc eſſe contraria non uniuerſaliter conſtitutis, & in iſs quæ ſibi uniuerſaliter opponuntur. Similiter enim in ea quoque opinione quæ arbitratur omne bonum bonum eſſe, illa contraria eſt quę putat nullum bonum, bonum eſſe. Nam quod dicimus bonum eſſe id ꝙd bonum eſt, id ſi in opinione uniuerſaliter affirmetur, ita putandum eſt, quicquid bonum eſt, bonum eſſe. Hoc autem nihil differt tanquā ſi dicamus omne bonum, bonum eſt. Quæ opinio cum ſit uera, illa ei contrariè opponitur, quæ dicit quid bonum eſt, bonum non eſt. Hoc autem nihil differt tanquam ſi opinemur nullum bonum bonum eſſe, & in non bono quoque eodē modo, ut ſi ita dicamus omne quod non bonum eſt, non eſt bonum, & rurſus omne quod non bonum eſt, bonum eſt, eodem modo ſibi ſunt iſtæ contrariæ, ut una uera ſit, altera falſa. Quod in contrariis maximè reperitur, quare tota diſputatio quęſtioq; ita concluditur. Nam ſi ea quę ſunt in anima principia, quædam ſunt eorum quę ſignificantur in uoce, uox autem nota quædam eſt animæ paſſionum, quicquid contingit in anima, idem quoque ad uocem redire neceſſe eſt. Quod ſi uniuerſalis affirmatio & uniuerſalis negatio ſunt in opinione contrarię, eędem quoque in uocibus erunt, id eſt, non erit ea cōtraria quæ contrarium affirmat, ſed ea quæ id quod ante propoſitum eſt per uniuerſalitatis contrarietatem negat, ut eſt omne bonum bonum eſt, uel omnis homo bonus eſt, his contraria eſt nullum bonum bonum eſt, uel nullus homo bonus eſt. Hoc eſt enim quod ait, uel quoniam nullum, uel nullus, nullum ad illam referens propoſitionem, quæ dicit omne bonum bonum eſt. Nullus illi, ſcilicet, opponit quę dicit omnis homo bonus eſt, ut ſint hoc modo, omne bonum bonum eſt, huic contraria eſt nullum bonum bonum eſt. Rurſus omnis homo bonus eſt, huic contraria, nullus homo bonus eſt. Contradictorias autem dicit eas eſſe quas ſuprà poſuit, dum de uniuerſalibus ac particularibus loqueretur eas, ſcilicet, quæ ſunt angulares. Vniuerſalis enim affirmatio particulari negationi, & particularis affirmatio uniuerſali negationi per contradictionem opponi monſtrata eſt.

Manifeſtum eſt autem quoniam & ueram uerę non contingit eſſe contrariam, nec opinionem, nec contradictionem. Contrariæ enim ſunt, quæ circa oppoſita ſunt, circa eadem autem contingit uerum dicere eundem. Simul autem non contingit eidem ineſſe contraria.

Ex his ſuprà ſunt dicta illud quoque colligit, quod nec ea quæ ſunt contraria uera ſimul

ſimul eſſe poſſint, nec ea quæ uera ſunt ſibi poſſint eſſe contraria, & hoc non ſolum in opinionibus eſſe, ut uera opinio ueræ opinioni cōtraria ſit, ſed in propoſitionibus quoq;, neque enim fieri poteſt, ut duas contrarias ſimul ueras eſſe contingat. Et hoc per ſyllogiſmum colligit huiuſmodi. Omnia contraria ſunt oppoſita. Quæ autē oppoſita ſunt, ſimul eidem ineſſe non poſſunt, contraria igitur in uno eodemq; eſſe natura non patitur, quare ſi duo uera de eodem prædicari poſſunt, duo autem cōtraria eidē ineſſe non poſſunt. Quæ contraria ſunt, uera eſſe nulla naturæ ratione permittitur. Hoc eſt enim quod ait, cōtraria enim ſunt, quæ circa oppoſita ſunt, id eſt, omne contrarium oppoſitum eſt, nec fieri poteſt, ut quæ ſunt cōtraria in oppoſitis nō contineantur, ſicut enim in prædicamentis edocuit, cōtrariorum genus quoddam eſt oppoſitio, circa eadem autem contingit uerum dicere eundem, id eſt, duo uera poſſunt ſimul eſſe, & de eodem ſimul uerè prædicari, ut cum dicimus aliquid bonum nō eſſe, & malum eſſe, utraq; ſimul uerę dici poſſunt. Poſſunt enim quędam quæ cum bona non ſit, tamen mala eſſe ut turpitudo bona quidem non eſt, malum tamen eſt. Ergo ea quæ uera ſunt, ſimul ut prædicentur uerè fieri poteſt, & ut in eodem ſint, ſimul autem eidem non cōtingit ineſſe contraria. Quocirca ſi uera quidē poſſunt eidē ineſſe, contraria autem eidem ineſſe non poſſunt, ea quæ cōtraria ſunt, uera ſimul eſſe non poſſunt, quare conuertitur, nec quę uera ſimul ſunt cōtraria eſſe poſſunt. Nō igitur fieri poteſt, ut uel in opinionibus uel in propoſitionibus ea quæ uera ſunt, poſſit aliquis rectè contraria ſuſpicari. Hæc autem quantum breuitas expoſitionis permittebat expreſſimus. Quid autem altior huius libri tractatus edoceat, ſecundæ editionis ſeries explicabit.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRICII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI IN LIBRVM ARISTOTELIS de interpretatione editionis ſecundæ, id eſt, maiorum commentariorum, Liber Primus.

ALEXANDER in cōmentariis ſuis hac ſe impulſum cauſa pronunciat ſumpſiſſe longiſſimū expoſitionis laborē, q; in multis ille à priorum ſententijs ſcriptorum diſſideret. Mihi uero maior perſequendi operis cauſa eſt, quod nō facile quiſquā uel transferēdi, uel etiam commentandi continuā ſumpſerit ſeriem, niſi quod Vegetius prætextatus priores poſtremoſq; Analyticos non uertendo Ariſtotelem latino ſermoni tradidit, ſed transferendo Themiſtium, quod qui utroſq; legit facilè intelligit. Albinus quoq; de eiſdē rebus ſcripſiſſe perhibetur, cuius ego Geometricos quidē libros editos ſcio, de Dialectica uero diu multūq; queſitos reperire non ualui. Siue igitur ille omnino tacuit, nos prætermiſſa dicemus, ſiue aliquid ſcripſit, nos quoq; docti uiri imitati ſtudiū in eadem laude uerſabimur. Sed quanquā multa ſint Ariſtotelis quæ ſubtiliſſima Philoſophiæ arte celata ſunt. Hic tamen ante omnia liber nimis & acumine ſententiarum, & uerborū breuitate conſtrictus eſt. Quocirca plus hic quàm in decem prędicamentis expoſitione ſudabitur. Prius ergo quid uox ſit diffiniendum eſt. Hoc enim perſpicuo & manifeſto omnis libri huius patefiet intentio. Vox eſt aēris per linguam percuſſio, quę per quaſdam gutturis partes, quę arteriæ uocātur, ab animali profertur. Sunt enim quidam alij ſoni, qui eodem perficiūtur flatu, quos lingua nō percutit, ut eſt tuſſis. Hæc enim flatu fit quodam per arterias egrediente, ſed nulla linguæ impreſſione formatur, atque ideo nec illis ſubiacet elementis, ſcribi enim nullo modo poteſt. Quocirca uox

ca uox hæc non dicitur, ſed tantum ſonus. Illa quoque poteſt eſſe diffinitio uocis, ut eam dicamus ſonum eſſe cum quadam imaginatione ſignificādi. Vox namque cum emittitur, ſignificationis alicuius cauſa profertur. Tuſſis uero cum ſonus ſit, nullius ſignificationis cauſa, ſurrepit potius quàm profertur. Quare quoniam flatus noſter ita ſeſe habet, ut ſi ita percutiatur atque formetur, ut eum lingua percutiat, uox ſit. Si eum lingua ita percutiat, ut terminato quodam et circūſcripto ſono uox exeat, locutio ſit, quæ græcè dicitur λέξις. Locutio enim eſt articulata uox, neq; enim hūc ſermonem, id eſt, λέξιν, dictionem dicemus, idcirco quod φάσιν dictionem interpretamur, λέξιν, locutionem. Cuius locutionis partes ſunt literæ, quæ cum coniunctæ fuerint, unam efficiunt uocem coniunctam compoſitamq;, quæ locutio prædicatur. Sive aūt aliquid quæcūque uox ſignificet, ut eſt hic ſermo, homo, ſiue omnino nihil, ſiue poſitum alicui nomen ſignificare poſſit, ut eſt blictiri, hæc enim uox cum per ſe nihil ſignificet, poſita tamē ut alicui nomen ſit, ſignificabit, ſiue per ſe quidem

nis uocantur. Sed Alexander addidit imperfectè seſe habere titulum, necꝙ enim designare de qua oratione præscripserit. Multæ namꝙ (ut dictum est) sunt orationes, sed adijciendum uel subintelligendum putat de oratione illum scribere Philosophica, uel Dialectica, id est, qua uerũ falsumꝙ ualeat expediri. Sed qui semel solam orationem interpretationis nomine uocari recipit, in intellectu quoꝙ ipsius inscriptionis errauit. Cur enim putaret imperfectum esse titulum, quoniam nihil de qua oratione disputaret, adiecerit, ut si quis interrogans quid est homo, alio respondente animal, culpet ac dicat, imperfectè illum dixisse, quid sit, quoniam nõ sit omnes differentias persecutus. Quod si huic, id est, homini sunt quædã alia cõmunia ad nomen animalis, nihil tamẽ impedit perfectè demonstrasse quid homo esset, eum qui animal dixerit, siue enim differentias addat quis, siue non, hominẽ animal necesse est esse. Eodem quoꝙ modo & de oratione, si quis hoc cõcedat primũ, nihil aliud interpretatione dici nisi orationem, cur qui de interpretatione inscripserit, & de qua interpretatione dicat nõ addiderit, culpetur? Satis est enim eum libri titulum etiam de aliqua continenti communione fecisse, ut nos eum & de nominibus & uerbis & de orationibus, cum hæc omnia uno interpretationis nomine continerentur, suprà fecisse docuimus, cum hic liber ab eo de interpretatione nominatus est. Sed quod addidit illã interpretationem solam dici, qua in oratione possit ueritas & falsitas inueniri, ut est enũciatiua oratio, fingentis est (ut ait Porphyrius) significationem nominis, potius quàm docentis, atque ille quidem & in intentione libri & in titulo falsus est, sed non eodem modo de iudicio quoque libri huius errat. Andronicus enim librũ hunc Aristotelis esse non putat, quem Alexander uerè fortiterꝙ redarguit. Quem cum exactum diligentemꝙ Aristotelis librorum & iudicem & repertorem iudicarit antiquitas, cur in huius libri iudicio sit falsus, prorsus est magna admiratione dignissimum. Non esse namꝙ proprium Aristotelis hinc conatur ostendere, quoniã quædam Aristoteles in principio libri huius de intellectibus animi tractat, quos intellectus animæ passiones uocauit, & de his se plenius in libris de anima disputasse cõmemorat. Et quoniam passiones animæ uocabat, uel tristitiam uel gaudiũ, uel cupiditatem, uel alias huiusmodi affectiones dicit Andronicus, exhoc probari hunc librum Aristotelis non esse, quod de huiusmodi affectionibus nihil in libris de anima tractauisset, non intelligens in hoc libro Aristotelem passiones animæ non pro affectionibus, sed pro intellectibus posuisse. His Alexander multa alia addit argumenta, cur hoc opus maximè Aristotelis esse uideatur. Ea namque dicuntur hic quæ sentẽtijs Aristotelis quæ sunt de enunciatiua oratione consentiant. Illud quoque quod stilus ipse propter breuitatem pressior ab Aristotelis obscuritate non discrepat. Et quod Theophrastus ut in alijs solet, cum de similibus rebus tractat, quæ, scilicet, ab Aristotele ante tractata sunt, in libro quoque de affirmatione & negatione, ijsdem aliquibus uerbis utiẽ, quibus in hoc libro Aristoteles usus est. Idem quoꝙ Theophrastus dat signum hunc Aristotelis librum esse, in omnibus enim de quibus ipse disputat post magistrum, leuiter ea tangit quæ ab Aristotele dicta ante cognouit, alias uero diligentius res non ab Aristotele tractatas exequitur. Hic quoꝙ idem fecit, nam quæ Aristoteles hoc libro de enunciatione tractauit, leuiter ab illo transcursa sunt, quæ uero magister eius tacuit, ipse subtiliori modo cõsiderationis adiecit. Addit quoque hanc causam, quoniã Aristoteles quidem de syllogismis scribere animatus, nunquam id rectè facere potuisset, nisi quædã de propositionibus annotaret. Mihi quoque uidetur hoc subtiliter perpendentibus liquere, hunc librum ad Analyticos esse præparatum. Nam sicut hic de simplici propositione disputat, ita quoque in Analyticis de simplicibus tantum considerat syllogismis, ut ipsa syllogismorum propositionumqúe simplicitas, non ad aliud nisi ad continens opus Aristotelis pertinere uideatur. Quare nõ est audiẽdus Andronicus, qui propter passionũ nomen, hũc librum ab Aristotelis operibus separat. Aristoteles enim idcirco passiones animæ, intellectus

intellectus uocauit, quod intellectus quos sermone dicere, & oratione proferre consueuimus, ex aliqua causa atꝙ utilitate profecti sunt, ut enim disperſi homines colligerentur, & legibus uellent esse subiecti, ciuitatesꝙ cõdere, utilitas quædam fuit & causa, quocirca quæ ex aliqua utilitate euenũt, ex passione quoꝙ uenire necesse est. Nam ut diuina sine ulla sunt passione, ita nulla illis extrinsecus utilitas ualet adiungi. Quæ uero sunt passibilia, semper aliquã causam, atꝙ utilitatẽ quibus sustententẽ inueniunt. Quocirca huiusmodi intellectus qui ad alterum oratione proferẽdi sunt, quoniã ex aliqua causa atꝙ utilitate uidentur esse collecti, rectè passiones animi nominati sunt. Et de intẽtione quidẽ & de libri inscriptione, & de eo quod hic maximè Aristotelis liber esse putandus est, hæc dicta sufficiant. Quid uero utilitatis habeat, non ignorabit, qui sciet qua in oratione ueritas constet & falsitas. In sola enim hac enũciatiua oratione consistunt. Iam uero quę diuidant uerũ falsumꝙ. Quæue diffinita, uel quę uariẽ & mutabiliter ueritatẽ falsitatemꝙ partiãtur. Quę iuncta dici possint, cum separata ualeant prędicari. Quę separata dicãtur, cũ iuncta nõ sint predicata. Quę sint negationes cum modo propositionũ. Quę earũ cõsequentiæ, aliaꝙ plura in ipso opere cõsiderator poterit diligenter agnoscere, quarum magnam experietur utilitatem, qui animũ cura alicuius inuestigationis aduerterit. Sed nunc ad ipsius Aristotelis uerba ueniamus.

DE SIGNIS.

PRimum oportet cõstituere, quid sit nomen, & quid sit uerbum, postea quid negatio, & affirmatio, & enunciatio, & oratio.

LIbrũ inch oãs de quibus in omni serie tractaturus sit, ante proposuit. Ait enim oportere prius de quibus disputaturus est diffinire. Hic enim cõstituere, diffinire intelligendũ est. Determinandũ namꝙ est quid hęc omnia sint, id est, quid nomen sit, quid uerbũ, & cętera, quæ elemẽta interpretationis esse pdiximus. Sed affirmatio atꝙ negatio sub interpretatione sunt. Quare nomẽ & uerbũ affirmationis & negationis elementa esse manifestũ est. His enim cõpositis affirmatio & negatio coniunguntur. Existit hic quędam quęstio, cur duo tantũ nomẽ & uerbũ se determinare promittat, cum plures partes orationis esse uideantur. Quibus hoc dicendũ est, tantum Aristotelem hoc libro diffinisse, quãtum illi ad id quod instituerat tractare suffecit. Tractat namꝙ de simplici enũciatiua oratione, quę, scilicet, huiusmodi est, ut iunctis tantũ uerbis & nominibus cõponatur. Si quis nomen iungat & uerbum, ut dicat: Socrates ambulat, simplicem fecit enunciatiuã orationem. Enunciatiua namꝙ oratio est (ut suprà memorauí) quæ habet in se ueri falsíue designationẽ. Sed in hoc ꝙ dicimus, Socrates ambulat, aut ueritas necesse est contineat, aut falsitas. Hoc enim si ambulante Socrate dicitur, uerũ est, si non ambulante, falsum est. Perficit ergo enũciatiua oratio simplex ex solis nominibus atꝙ uerbis. Quare superfluũ est quærere, cur alias quoꝙ quæ uidentur orationis partes nõ proposuerit, qui nõ totius simpliciter orationis, sed tantũ simplicis enũciationis instituit elemẽta partiri, quanquã hę duæ propriè partes orationis dicendę sint, nomẽ, scilicet, atꝙ uerbum, hęc enim per seſe utraꝙ significant. Cõiunctiones autem uel prępositiones nihil omnino nisi cũ alijs iunctæ designant. Participia uerbo cognata sunt, uel quod à gerũdiuo modo ueniãt, uel quod tempus propria significatione cõtineant. Interiectiones uero atꝙ pronomina, nec non aduerbia in nominis loco ponẽda sunt, idcirco quod aliquid diffinitũ significant, ubi nulla est uel passionis significatio uel actionis. Quod si casibus horum quędã flecti nõ possunt, nihil impedit. Sunt enim quædã nomina quæ monopto ta uocantur. Quod si quis longius ista & nõ proximè petita esse arbitretur, illud tamen concedat ꝙ suprà iam diximus, nõ esse æquũ calumniari ei, qui nõ de omni oratione, sed tantum de simplici enunciatione proponat, quod tantum sibi ad diffinitionem sumpserit, quantũ arbitratus sit operi instituto sufficere. Quare dicendum est

Aristotelem non omnis orationis partes hoc opere uelle diffinire, sed tantum solius simplicis orationis enunciatiuæ, quę sunt, scilicet, nomen & uerbum. Argumentum autem huius rei hoc est. Postquam enim proposuit dicens: Primum oportet constituere quid sit nomen, & quid uerbū, non statim, inquit, quid sit oratio, sed mox addidit quid negatio, & quid affirmatio, & quid enunciatio, postremo uero quid oratio. Quod si de omni oratione loqueretur, post nomen & uerbum non de affirmatione & negatione, & post hanc de enūciatione, sed mox de oratione dixisset. Nunc uero quoniam post nominis & uerbi propositionem, affirmationem, negationē, & enunciationem & post orationem proposuit, confitendum est id quod ante diximus, non orationis uniuersalis, sed simplicis enunciatiuæ orationis, quæ diuiditur in affirmationem atque negationem, diuisionem partium facere uoluisse, quæ sunt nomina & uerba. Hæc enim per seipsa intellectum simplicem seruant, quæ eædem dictiones uocantur, sed non solæ dicuntur. Sunt namq; dictiones & aliæ quoque ut orationes uel imperfectæ, uel perfectæ, cuius plures esse partes suprà iam docui, inter quas perfectæ orationis species est enūciatio. Et huius quoque alia simplex, alia composita est. De simplicis uero enunciationis speciebus inter Philosophos commentatoresque certatur. Aiunt enim quidam affirmationem atque negationem enunciationi ut speciesi supponi oportere, in quibus & Porphyrius est. Quidam uero nulla ratione consentiunt, sed contendunt affirmationem & negationem æquiuocam esse, & uno quidem enunciationis uocabulo nuncupari. Prædicari autem enunciationem ad utraq; ut nomen æquiuocū, non ut genus uniuocum, quorū princeps Alexander est. Quorum contentiones apponere non uidetur inutile. Ac prius quibus modis affirmationem atque negationem non esse species enunciationis Alexander putet, dicendum est. Post uero addam qua Porphyrius hæc argumentatione dissoluerit. Alexander namque idcirco dicit, non esse species enunciationis affirmationem & negationem, quoniā affirmatio prior sit, priorē uero affirmationē idcirco conatur ostēdere, quod omnis negatio affirmationem tollat ac destruat, quod si ita est, prior est affirmatio, quæ subruatur, quàm negatio quæ subruat. In quibus autē prius aliquid & posterius est, illa sub eodem genere poni non possunt, ut in eo titulo prędicamētorum dictum est, qui de his quę sunt simul inscribitur. Amplius: Negatio omnis, inquit, diuisio est, affirmatio, compositio atque coniunctio est. Cum enim dico Socrates uiuit, uitam cum Socrate coniunxi. Cum dico Socrates non uiuit, uitam à Socrate disiunxit. Diuisio igitur quædam negatio est, coniunctio, affirmatio, compositi autem est coniunctiq; diuisio. Prior est igitur coniunctio, quod est affirmatio, posterior uero diuisio, quod est negatio. Illud quoque adiecit, quod omnis per affirmationem facta enūciatio, simplicior sit, per negationem facta enunciatione. Ex negatione enim particula negatiua si sublata sit, affirmatio sola relinquitur. De eo enim quod est, Socrates nō uiuit, si non particula quæ est ad uerbum auferatur, remanet Socrates uiuit. Simplicior igitē est affirmatio quàm negatio. Prius uero sit necesse est, quod simplicius est. In quantitate etiam quod ad quantitatem minus est, prius est eo quòd ad quātitatem plus est. Omnis uero oratio quantitas est, sed cū dico Socrates ambulat minor oratio est, quàm cum dico Socrates non ambulat. Quare si secundum quantitatem affirmatio minor est, eam priorem quoq; esse necesse est. Illud quoque adiunxit, affirmationem quendam esse habitum, negationem uero priuationem, sed prior est habitus priuatione. Affirmatio igitur negatione prior est. Et ne singula persequi laborē, cū his aliisq; modis demonstret affirmationē negatione priorē esse, à cōmuni eas genere separauit. Nullas enim arbitratur species sub eodem genere esse posse, in quibus prius uel posterius aliquid consideret. Sed Porphyrius ait sese docuisse species enunciationis esse affirmationem & negationem, in his commentarijs quos in Theophrastum edidit, hic uero Alexandri argumentationē tali ratione dissoluit. Ait enim non oportere arbitrari quæcunq; quolibet modo priora essent alijs, ea sub eodem genere poni

poni nō posse. Sed quæcunq; secundum esse suum atq; substantiam priora uel posteriora sunt, ea sola sub eodem genere non ponūtur. Et rectè dicitur: Si enim quicquid quolibet modo prius est, cum eo quod posterius est, sub uno genere esse non potest, nec primis substantijs & secundis commune genus poterit esse substantia, quod qui dicit, à recto ordine rationis exorbitat. Sed quemadmodum quāquam sint primæ & secundæ substantię, tamen utræq; æqualiter in subiecto non sunt, & idcirco esse ipsorum ex eo pendet, quod in subiecto non sunt, atque ideo sub uno substantiæ genere collocantur. Ita quoque quanquam affirmationes negationibus in orationis prolatione priores sint, tamen ad esse atque ad naturam propriam æqualiter enunciatio ne participant. Enunciatio uero est in qua ueritas & falsitas inueniri potest. Qua in re & affirmatio & negatio æquales sunt. Aequaliter enim affirmatio & negatio ueritate, & falsitatē participant. Quocirca quoniam id quod sunt affirmatio & negatio, æqualiter ab enunciatione participant, à communi eas enunciationis genere diuidi non oportet. Mihi quoq; uidetur quod Porphyrij sit sequenda sententia, ut affirmatio & negatio communi enūciationis genere supponātur. Longa namque illa & multiplicia Alexandri argumēta soluta sunt, cum demonstrauit Porphyrius nō modis omnibus ea quę priora sunt, sub communi genere poni non posse. Sed quæcunque ad esse proprium atque substantiam priora sunt, illa sola sub communi genere constitui atq; poni non posse. Syrianus uero cui Philoxenus cognomen est, hoc loco querit, cur proponens prius de negatione, post de affirmatione pronunciauerit dicens: Primum oportet constituere quid sit nomen, & quid uerbum, postea quid negatio & affirmatio. Et primo quidem nihil proprium dixit, quoniam in quibus affirmatio, potest & negatio prouenire, prius esse negatio, postea affirmatio potest, ut de Socrate, si sanus est. Potest ei talis affirmatio aptari ut de eo dicatur: Socrates sanus est, & huiusmodi potest aptari negatio, ut de eo dicatur: Socrates sanus non est, quoniam ergo in eum affirmatio & negatio potest prouenire, prius euenit, ut sit negatio q̄m affirmatio. Ante enim quā natus esset, potuit de eo dici Socrates sanus non est, qui enim natus non erat, nec esse poterat sanus. Huic illud adiecit, seruare Aristotelis conuersam propositionis & executionis distributionē. Hic enim prius post nomen & uerbum, de negatione propofuit, post de affirmatione, & hinc de enunciatione, postremo de oratione, sed proposita diffinitione nominis & uerbi prius orationem, postea enūciationē, tertio affirmationem, ultimo loco negationem determinauit, quàm hic post propositionem uerbi, & nominis primam locauerat. Vt igitur ordo seruaretur conuersus, idcirco negationem prius ait esse propositā, qua in expositione ab Alexandri quoque sententia nō discedit. Illud quoq; est additum quod non esset inutile, enunciationē genus affirmationis & negationis accipi oportere, quod quanquam (ut dictum est) ad prolationem prior est affirmatio, tamen ad ipsam enunciationē, id est, ueri falsiq; equaliter sub enūciatione Aristoteles constituit. Id etiam Aristotelem probare dicit. Premisit enim primā negationē, secundā posuit affirmationem, quæ res nihil habet uitij, si ad ipsam enunciationem affirmatio & negatio ponantur æquales, quę enim æquales sunt, nihil retinēt contrarij indifferenter acceptæ. Est igitur ordo quo proposuit primum totius orationis elementum, scilicet, nomen & uerbum, post hęc negationem & affirmationem, quæ species enunciationis sunt. Quorum genus, id est, enunciationem tertium nominauit, quarum uero orationem posuit, quæ enūciationis genus est, & horum se diffinitiones omnium daturum esse promisit, quas interim relinquens, atque preteriens, & in posteriorem tractatū differens, illud nunc addit quę sint uerba & nomina, aut quid ipsa significent. Quare antequàm ad uerba Aristotelis ipsa ueniamus, pauca communiter de nominibus atque uerbis, & de his quæ significātur à uerbis ac nominibus disputemus. Siue enim quęlibet interrogatio sit atque responsio, siue perpetua cuiuslibet orationis continuatio, atque alterius auditus & intelligentia, siue hic quidem doceat, ille uero discat,

tribus his totus orandi ordo perficitur, rebus, intellectibus, atque uocibus. Res enim ab intellectu cõcipitur. Vox uero conceptiones animi intellectusque significat, ipsi uero intellectus & concipiunt subiectas res & significantur à uocibus. Cum igitur tria sint hæc, per quæ omnis oratio collocutioq; perficitur, res quæ subiectæ sunt, intellectus qui res concipiunt, & rursus à uocibus significantur. Voces uero quæ intellectus designant, quartum quoque quiddam est, quo uoces ipsæ ualeant designari, id autẽ sunt literæ. Scriptæ namque literæ ipsas significant uoces. Quare quatuor ista sunt, ut literæ quidem significent uoces, uoces uero intellectus, intellectus autem res concipiant, quæ, scilicet, habet quandã non cõfusam neq; fortuitã cõsequentiam, sed terminato naturæ suæ ordine cõstant. Res enim semper comitãtur eum, qui ab ipsis concipit intellectus, ipsum uero intellectum uox sequitur, sed uoces elementa. id est, literæ. Rebus enim ante propositis, & in propria substantia constitutis intellectus oriuntur. Rerum enim semper intellectus sunt, quibus iterum constitutis mox significatio uocis exoritur. Præter intellectum namque uox penitus nihil designat. Sed quoniã uoces sunt, idcirco literæ, quas uocamus elementa, repertæ sunt, quibus uocum qualitas designetur, ad cognitionem uero conuersim sese res habet. Namq; apud quod eædem sunt literæ, & qui eisdem elementis utuntur, eisdem quoq; nominibus eos acuerbis, id est, uocibus uti necesse est, & qui uocibus eisdem utuntur, ijdem quoq; apud eos intellectus in animi cõceptione uersantur. Sed apud quos ijdem intellectus sunt, easdem res eorum intellectibus subiectas esse manifestum est, sed hoc nulla ratione conuertitur. Namque apud quos eædem res sunt, idemq; intellectus, non statim eædem uoces, eædemque sunt literæ. Nam cum Romanus Græcus ac Barbarus simul uideant equum, habẽt quoque de eo eundem intellectũ quod equus sit, & apud eos eadem res subiecta est, idemque à re ipsa concipitur intellectus, sed Græcus aliter equum uocat, alia quoque uox in equi significatione Romana est, & Barbarus ab utroque in equi designatione dissentit, quocirca diuersis quoque uoces proprias elementis inscribunt. Rectè igitur dictum est apud quos eædem res, ijdemque intellectus sunt, non statim apud eos uel easdem uoces, uel eadem elementa consistere. Præcedit autem res intellectum, intellectus uocem, uox literas, sed hoc conuerti nõ potest, neque enim si literæ sunt, mox aliquas ex his significatio uocis existit. Hominibus namq; qui literas ignorant, nullum nomen quælibet elementa significant, quippe qui nesciunt, neque si uoces sunt, mox intellectus necesse est. Plures enim uoces inuenies, quæ nihil omnino significẽt, nec intellectui quoq; subiecta res semper est. Sunt enim intellectus sine re ulla sibi subiecta, ut quos centauros uel chimeras Poëtæ finxerũt. Horum enim intellectus sunt, quibus subiecta est nulla substantia. Sed si quis ad naturam redeat eamq; consideret diligenter, agnoscet cum res est, eius quoq; intellectum esse. Quod si non apud homines, certè apud Deũ, qui propriè diuinitate substantię in propria natura ipsius rei nihil ignorat. Et si intellectus & uox est, quod si uox fuerit eius quoque sunt literæ, quæ si ignorãtur, nihil ad ipsam uocis naturam pertinet. Neque enim quasi causa quædam uocum est intellectus, aut uox causa literarum, ut cum eædem sint apud aliquos literæ, necesse sit eadem quoq; esse nomina. Ita quoque cum eædem sint uel res uel intellectus apud aliquos, mox non necesse est intellectuum ipsorum uel rerum eadem esse uocabula. Namque cum eadem sit & res & intellectus hominis, apud diuersos tamẽ homines huiusmodi substantia aliter & diuerso nomine nũcupatur. Quare uoces quoq; cum eędem sint, possunt literæ esse diuersæ, ut in hoc nomine quod est homo, cum unum sit nomẽ diuersis literis scribi potest, namq; Latinis literis scribi potest, potest etiam Græcis, potest alijs nunc primum inuentis figurarum figuris. Quare quoniam apud quos eædẽ res sunt, eosdem intellectus esse necesse est, apud quos ijdem intellectus sunt, uoces eædem non sunt, & apud quos eædem uoces sunt, non necesse est eadem elementa constitui, dicẽdum est res & intellectus, quoniam apud omnes ijdem sunt esse

esse naturaliter constitutos, uoces uero neq; ad literas, quoniam diuersis hominũ positionibus permutantur, non esse naturaliter sed positione. Concludendum est igitur quoniam apud quos eadem sunt elementa, apud eos quoque eædem uoces sunt, & apud quos eædem uoces sunt, ijdem sunt intellectus, apud quos autem ijdem sunt intellectus, apud eos quoq; res eædem subiectæ sunt. Rursus apud quos eædem res sunt, ijdem quoque sunt intellectus, apud quos ijdem intellectus, non eædem uoces sunt, nec apud quos eædem uoces sunt, eisdem semper literis uerba ipsa uel nomina designantur. Sed nos in supradictis sententijs elemento atque litera promiscuè usi sumus, quæ autem sit horum distantia paucis absoluam. Litera est inscriptio atque figura partis minimæ uocis articulatæ. Elementum uero sonus ipsius inscriptionis, ut cum scribo literam quæ est, a, formula ipsa, quæ atramento uel graphio scribitur, littera nominatur. Ipse uero sonus, quo ipsam literã uoce proferimus, dicitur elementum, quocirca hoc cognito illud dicendum est, quod is qui docet, uel qui continua oratione loquitur, uel qui interrogat, contrarie se habet his qui uel discunt, uel audiunt, uel respondet in his tribus, uoce, scilicet, intellectu, & re, prætermittãtur enim literæ propter eos, qui earum sunt expertes. Nam qui docet, & qui dicit, & qui interrogat, à rebus ad intellectum profectus per nomina & uerba uim propriæ actionis exercet atque officium. Rebus enim subiectis ab his capiunt intellectus, & per nomina & uerba pronunciant. Qui uero discit, uel qui audit, uel etiam qui respondet, à nominibus ad intellectus progressus ad res usque peruenit. Accipiens enim is qui discit, uel qui audit, uel qui respondet, docentis, uel dicentis, uel interrogãtis sermonem quid unusquisque illorum dicat intelligit, & intelligens rerum quoque scientiã capit, & in ea consistit. Rectè igitur dictum est in uoce, intellectu, atquè re contrarie sese habere eos qui docent, dicunt, & interrogant, atque eos qui discunt, audiunt, & respondent. Cum igitur hæc sint quatuor, literæ, uoces, intellectus, & res, proximè quidem & principaliter literæ uerba & nomina significant. Hæc uero principaliter quidem intellectus, secundo uero loco res quoque designãt. Intellectus uero ipsi nihil aliud nisi rerum significatiui sunt. Antiquiores uero quorum est Plato, Aristoteles, Speusippus, & Xenocrates, hi inter res & significationes intellectuum medios sensus ponunt, in sensibilibus rebus uel imaginationes quasdam, in quibus intellectus ipsius origo consistat. Et nunc quidem quid de hac re Stoici dicunt prætermittẽdum est. Hoc autem ex his omnibus solum cognosci oportet, quod ea quæ sunt in literis, eam significent orationem quæ in uoce consistit, & quod ea quę est uocis oratio, animi atque intellectus orationem designet, quę tacita cogitatione cõficitur, & quod hęc intellectus oratio subiectas principaliter sibi res concipiat ac designet. Ex quibus quatuor duas quidem Aristoteles esse naturaliter dicit, res & animi conceptiones, id est, eam quæ fit in intellectibus orationem, idcirco quod apud omnes eędem atque mutabiles sint, duas uero non naturaliter, sed positione cõstitui, quę sunt nomina & literæ, quas idcirco naturaliter fixas esse non dicit, quod (ut suprà demonstratum est) non eisdem uocibus omnes, aut eisdem utantur elementis, atque hoc est quod ait:

> Sunt ergo ea, quæ sunt in uoce, earũ quę sunt in anima, passionũ notę, & ea quę scribũtur, eorũ quę sunt in uoce. Ac quẽadmodũ nec literæ eędẽ omnibus, sic nec eædem uoces. Quorũ autẽ hę primo notæ sunt, eædẽ omnibus passiones animæ sunt, & quorum hæ similitudines sunt, res eædem. De his itaque dictum est in his, quæ dicta sunt de anima, alterius enim est negocij.

Cum igitur prius præposuisset nomẽ & uerbũ, & quæcũq; secutus est, postea se diffinire promisisset, hæc interim prętermittens, de passionibus animæ deq; earum notis, quæ sunt, scilicet, uoces pauca præmittit. Sed cur hoc ita interposuerit, plurimi com-

mentatores cauſas reddere neglexerũt, ſed à tribus tantum quãtum adhuc ſciam, ratio huius interpoſitionis explicata eſt, quorũ Hermini quidem à rerum ueritate longè diſiuncta eſt. Ait enim idcirco Ariſtotelem de notis animę paſſionũ interpoſuiſſe ſermonem, ut utilitatem propoſiti operis inculcaret. Diſputaturus enim de uocibus quæ ſunt notę animę paſſionũ, rectè de his quædam promiſit. Nam cum ſuę nullus animæ paſſiones ignoret, notas quoq; cum animæ paſſionibus non neſcire utiliſſimum eſt, neque enim ille cognoſci poſſunt niſi per uoces quę ſunt earum, ſcilicet, notę. Alexander uero aliam huiuſmodi interpoſitionis reddit cauſam, quoniam, inquit, nomina & uerba interpretatione ſimplici cõtinentur. Oratio uero ex uerbis nominibusq; coniuncta eſt, & in ea iam ueritas aut falſitas inuenitur, ſiue autẽ quilibet ſermo ſit ſimplex, ſiue iam oratio cõiuncta atque cõpoſita, ex his quæ ſignificantur momentũ ſumunt. In illis enim prius eſt eorũ ordo & continentia, poſt redundat in uoces, quocirca quoniam ſignificantium momentum ex his quæ ſignificantur oritur, idcirco prius nos de his quę uoces ipſę ſignificant, docere proponit. Sed Herminus hoc loco repudiandus eſt. Nihil enim tale quod ad cauſas propoſitæ ſententiæ pertineret explicuit. Alexander uero ſtrictim proxima intelligẽtia prætereuectus tetigit quidem cauſam, non tamen principalem rationem Ariſtotelicæ propoſitionis exoluit. Sed Porphyrius hanc ipſam plenius cauſam originemq; ſermonis huius ante oculos collocauit, qui omnem apud priſcos Philoſophos de ſignificationis ui contentionem litemq; retexuit. Ait namque dubiè apud antiquorum Philoſophorum ſententias conſtitiſſe, quid eſſet proprie quod uocibus ſignificaretur, putabant namq; alij res uocibus deſignari, earũq; uocabula eſſe ea quę ſonuerint in uocibus arbitrantur. Alij uero incorporeas quaſdã naturas meditabãtur, quarũ eſſent ſignificationes quęcũq; uocibus deſignaretur, Platonis, aliquo modo ſpecies incorporeas emulati, dicentis, hoc ipſum homo & hoc ipſum equus, non hanc cuiuslibet ſubiectam ſubſtantiam, ſed ipſum illum hominem ſpecialem & illum ipſum equũ uniuerſaliter & incorporaliter, cogitantes, incorporeas quaſdã naturas conſtituebant, quas ad ſignificandum primas uenire putabant, & cum alijs item rebus in ſignificationibus poſſe coniungi, ut ex his aliqua enunciatio uel oratio cõficeretur. Alij uero ſenſus, alij imaginationes ſignificari uocibus arbitrabãtur. Cum igitur iſta eſſet cõtentio apud ſuperiores, & hęc uſq; ad Ariſtotelis perueniſſet ætatem, neceſſe fuit ut qui nomen & uerbum ſignificatiua eſſet diffiniturus, prædiceret quorũ iſta deſignatiua ſint. Ariſtoteles enim nominibus & uerbis res ſubiectas ſignificari nõ putat, nec uero ſenſus uel etiam imaginationes, ſenſuũ quidem nõ eſſe ſignificatiuas uoces nomina & uerba in opere de iuſtitia declarat dicens: φύσει γὰρ ὀνόματα κατηγορήματα καὶ τὰ παθήματα quę interpretari latinè poteſt hoc modo. Natura enim ſunt diuerſa intellectus & ſenſus, differre igitur aliquid arbitratur ſenſus atq; intellectus, ſed qui paſſiones animæ à uocibus ſignificari dicit, is nõ de ſenſibus loquitur. Senſus enim paſſiones corporis ſunt. Si igitur ita dixiſſet paſſiones corporis à uocibus ſignificari, tunc merito ſenſus intelligeremus. Sed quoniam paſſiones animæ nomina & uerba ſignificare propoſuit, non ſenſus ſed intellectus eũ dicere putandũ eſt. Sed quoniam imaginatio quoque res animæ eſt, dubitauerit aliquis, ne fortè paſſiones animę imaginationes, quas Græci φαντασίας nominant, dicat. Sed hæc in libris de anima ueriſſimè diligentiſſimeq; ſeparauit dicens: ἔστι δὲ φαντασία ἕτερον καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως συμπλοκή· νοήματα γὰρ εἰ τὰ ἀληθὲς ἢ ψεῦδος, τὰ δὲ πρῶτα νοήματα τί διαφέρει μὴ αὐτὰ φαντάσματα εἶναι ἢ οὐδ' αὐτὰ φαντάσματα, ἀλλ' οὐκ ἄνευ φαντασμάτων. Quod ſic interpretatur. Eſt autẽ imaginatio diuerſa ab affirmatione & negatione, complexio namq; intellectuum eſt ueritas uel falſitas, primi uero intellectus quid diſcrepabunt, ut non ſint imaginationes? an certè neq; hęc ſunt imaginationes, ſed ſine imaginationibus non ſunt. Quę ſententia demonſtrat aliud quidem eſſe imaginationes, aliud intellectus, ex intellectuũ quidẽ cõplexione affirmationes fieri & negationes, quocirca

quocirca illud quoque dubitauit, utrum primi intellectus imaginationes quędam eſſent. Primos autem intellectus dicimus, qui ſimplicem rem cõcipiunt, ut ſi quis dicat Socrates ſolum, dubitatq; utrum huiuſmodi intellectus, qui in ſe nihil neq; ueri continet neq; falſi, intellectus ſit, an ipſius Socratis imaginatio. Sed de hoc quoq; apertè quidem uidetur oſtẽdere, ait enim, an certè neq; hæc ſunt imaginationes, ſed non ſine imaginationibus ſunt. Id enim q̃ hic ſermo ſignificat, qui eſt Socrates, uel alius ſimplex non eſt quidem imaginatio ſed intellectus, qui intellectus præter imaginationem fieri non poteſt. Senſus enim, atque imaginatio quædam primæ figuræ ſunt, ſuprà quas uelut fundamento quodam ſuperueniens intelligẽtia nititur. Nam ſicut pictores ſolent deſignare lineatim corpus atque ſubſternere in corpore ubi coloribus cuiuslibet exprimant uultum, ſic ſenſus atque imaginatio naturaliter in animæ perceptione ſubſternitur. Nam cum res aliquam ſub ſenſum uel cogitationem cadit, prius eius neceſſe eſt, ut quædam imaginatio naſcatur. Poſt uero plenior ſuperueniat intellectus, cunctas eius explicans partes, quæ confuſe fuerant imaginatione præſumptæ. Quocirca imperfectum quiddam eſt imaginatio. Nomina uero & uerba non curta quędam, ſed perfecta ſignificant, quare recta Ariſtotelis ſententia eſt, quęcunque in uerbis nominibusq; uerſantur, ea neque ſenſus, neque imaginationis, ſed ſolam ſignificare intellectuũ qualitatem. Vnde illud quoque ab Ariſtotele fluentes Peripatetici rectiſſimè poſuere tres eſſe orationes, unã quæ ſcribi poſſit elementis, alteram quæ uoce proferri, tertiam quæ cogitatione connectitur, unamq; intellectibus, alteram uoce, tertiam literis contineri. Quocirca quoniam id quod ſignificatur à uocibus intellectus eſſe Ariſtoteles putabat, nomina uero & uerba ſignificatiua eſſe in eorum erat diffinitionibus poſiturus, rectè quorum eſſent ſignificatiua prædixit, erroremque lectoris ex multiplici ueterum lite uenientem ſententiæ ſuæ manifeſtatione compeſcuit, atque hoc modo nihil in eo deprehenditur eſſe ſuperfluum, nihilq; ab ordinis continuatione ſeiunctum. Quærit uero Porphyrius, cur ita dixerit. Sunt ergo ea quæ ſunt in uoce & non ſic, ſunt ergo uoces, & rurſus cur ita, & ea quæ ſcribuntur, & non dixerit, & literæ, quod reſoluit hoc modo. Dictum eſt tres eſſe apud Peripateticos orationes, unam quæ literis ſcribitur, aliam quæ profertur in uoce, tertiam quę coniungeretur in animo. Quod ſi tres orationes ſunt, partes quoque orationis triplices eſſe nulla dubitatio eſt. Quare quoniã uerbum & nomen principaliter orationis partes ſunt. Erũt alia uerba & nomina quæ ſcribant, alia quæ dicantur, alia quæ tacita mente tractentur, ergo quoniam propoſuit dicens: Primum oportet conſtituere quid ſit nomẽ & quid ſit uerbum. Triplex autem nominũ natura eſt atq; uerborum, de quibus potiſſimum propoſuerit, & quæ diffinire uelit oſtendit, & quoniam de his nominibus loquitur ac uerbis, quæ uoce proferuntur, idipſum planius explicans ait: Sunt ergo ea quę ſunt in uoce earũ quæ ſunt in anima paſſionum notæ, & ea quæ ſcribuntur eorum quę ſunt in uoce, uelut ſi diceret: Ea uerba & ea nomina, quæ in uocali oratione proferuntur, animæ paſſiones denunciant. Illa autem rurſus uerba & nomina quæ ſcribuntur, eorum uerborum nominumque ſignificationi præſunt quæ uoce proferuntur. Nam ſicut uocalis orationis uerba & nomina, conceptiones animi intellectuſq; ſignificant, ita quoq; uerba & nomina illa quæ in ſolis literarum formulis iacent, illorum uerborum & nominum ſignificatiua ſunt quæ loquimur, id eſt, quę per uocem ſonamus, nam quod ait. Sunt ergo ea quæ ſunt in uoce, ſubaudiendum eſt nomina & uerba. Et rurſus cum dicit. Et ea quæ ſcribuntur, idem ſubnectendum rurſus eſt, uerba ſcilicet, & nomina. Et quod rurſus adiecit, eorum quæ ſunt in uoce, addendum eſt, eorum nominum atq; uerborũ quæ profert atq; explicat uocalis oratio. Quod ſi nihil deeſſet omnino, ita foret totius plenitudo ſententiæ. Sunt ergo ea nomina & uerba quæ in uoce ſunt, earum quæ ſunt in anima paſſionum notæ, & ea uerba & nomina quæ ſcribuntur eorum uerborum & nominum quæ ſunt in uoce, quod communiter ſubintelligendum eſt, licet ea

quæ

quæ ſubiũximus deeſſe uideantur, quare non eſt diſiuncta ſententia, ſed primę propoſitioni cõtinua. Nam cum quid ſit uerbum, & quid nomen diffinire cõſtituit, cum nominis & uerbi natura ſit multiplex, de quo nomine & uerbo tractare uellet, clara ſignificatione diſtinxit. Incipiẽs igitur ab his nominibus & uerbis quæ in uoce ſunt, quorum eſſent ſignificatiua diſſeruit. Ait enim hęc, paſſiones animę deſignare. Illud quoque adiecit quibus ipſa nomina & uerba, quæ in uoce ſunt, deſignentur his, ſcilicet, quæ literarum formulis exprimuntur. Sed quoniã non omnis uox ſignificatiua eſt. Verba autẽ & nomina nunq̃ ſignificationibus carent, quoniãq̃ nõ omnis uox quę ſignificat quadã poſitione deſignat, ſed quædam naturaliter, ut lachrymæ gemitus, atq̃ mœror, animaliũ quoq̃ cęterorum quędam uoces naturaliter aliquid oſtendunt, ut ex canũ latrãtibus iracundia, eorumq̃ alia quadã uoce blandimẽta mõſtrantur. Verba autem & nomina poſitione ſignificant, nec ſolum ſunt uerba & nomina uoces, ſed uoces ſignificatiuę, nec ſolũ uoces ſignificatiuę, ſed etiã quæ poſitione deſignent aliquid, non natura, non dixit. Sũt igitur uoces earũ quæ ſunt in anima paſſionum notę. Namque neque omnis uox ſignificatiua eſt, & ſunt quædam ſignificatiuę, quæ naturaliter non poſitione ſignificent, quod ſi ita dixiſſet, nihil ad proprietatem uerborum & nominum pertineret. Quocirca non uoluit communiter dicere uoces, ſed dixit tãtum ea quæ ſunt in uoce. Vox enim uniuerſale quiddam eſt, nomina uero & uerba partes, pars autẽ omnis in toto eſt, uerba ergo & nomina quoniam ſunt intra uocem, rectẽ dictum eſt, ea quę ſunt in uoce, uelut ſi diceret, quoniam intra uocem continentur, intellectuum deſignatiua ſunt, ſed hoc ſimile eſt ac ſi ita dixiſſet, uox certo modo ſe habens ſignificat intellectus. Non enim (ut dictum eſt) nomen & uerbum uoces tantum ſunt. Sicut nummus quoq̃ non ſolum æs impreſſum quadã figura eſt, ut nummus uocetur, ſed etiam ut alterius ſit rei pręciũ, eodem quoque modo uerba & nomina non ſolum uoces ſunt, ſed poſitę ad quandam intellectuũ ſignificatioem. Vox enim quę nihil deſignat, ut eſt gargulus, licet eam Grammatici figuram uocis intuentes, nomen eſſe contendant, tamen eam nomen Philoſophia non putauit, niſi ſit poſita ut deſignaret aliquam animi cõceptionem, eoq̃modo ſignificare aliquid rerum poſſit, etenim nomen alicuius nomen eſſe neceſſe erit, ſed ſi uox aliqua nihil deſignat, nullius nomen eſt, quare ſi nullius nomẽ eſt, nec nomen quidem eſſe dicetur. Atque ideo huiuſmodi uox, id eſt, ſignificatiua, non uox tantum, ſed uerbum uocatur aut nomen, quemadmodum nummus non æs, ſed proprio nomine nummus, quo ab alio ære diſcrepet, nuncupatur. Ergo Ariſtotelis hęc ſententia qua ait, ea quæ ſunt in uoce nihil aliud deſignant niſi eam uocem, quę non ſolum uox ſit, ſed quę cum uox ſit, habeat tamen aliquam proprietatem, & aliquam quodammodo figuram poſitę ſignificationis impreſſam, horum uero, id eſt, uerborum & nominum quę ſunt in uoce, aliquo modo ſeſe habente, ea ſunt, ſcilicet, ſignificatiua quę ſcribuntur, ut hoc quod dictum eſt. Quę ſcribuntur, de uerbis ac nominibus dictum, quę ſunt in literis, intelligatur. Poteſt uero hęc quoque eſſe ratio cur dixerit, & ea quæ ſcribuntur, quoniã literas & ſcriptas figuras & uoces, quæ eiſdem ſignificantur formulis nuncupamus, ut:a, & ipſe ſonus literæ nomen capit, & illa quę in ſubiecto cęræ uocem ſignificans forma deſcribitur. Deſignare ergo uolens quibus uerbis atq̃ nominibus ea quę in uoce ſunt, apparent, non dixit literas, quod ad ſonos etiam referri poterat literarum, ſed ait quę ſcribuntur, ut oſtenderet de his literis dicere, quę in ſcriptione conſtiterunt, id eſt, quarum figura & in cęra, ſtylo, & in membrana, calamo poſſet effingi. Alioqui illa etiam quę in ſonis ſunt, ad ea nomina referuntur, quę in uoce ſunt, quoniam ſonis illis nomina & uerba iunguntur. Sed Porphyrius de utraque expoſitione iudicauit dicens: Id quod ait, & quę ſcribuntur, non potius ad literas, ſed ad uerba & nomina quæ poſita ſunt in literarum inſcriptione, referendum. Reſtat igitur ut illud quoque addamus cur non ita dixerit. Sunt ergo ea quæ ſunt in uoce intellectuum notę. Sed ita, earum quę ſunt in anima paſſionum

notæ. Nam cũ ea quę ſunt in uoce res intellectus q̃ ſignificent principaliter quidem intellectus, res uero quas, ipſa intelligentia cõprehendit, ſecũdaria ſignificatione per intellectuũ mediętatẽ, intellectus ipſi nõ ſine quibuſdã paſſionibus ſunt, quæ in animã ex ſubiectis ueniunt rebus. Paſſus enim quilibet eius rei proprietatem, quã intellectu cõplectitur, ad eius enunciationem deſignationem q̃ cõtendit, cum enim quis aliquam rem intelligit, prius imaginatione formã neceſſe eſt intellectę rei proprietatem q̃ ſuſcipiat, & fiat uel paſſio, uel cũ paſſione quædã intellectus perceptio, hæ uero poſita ac in mentis ſedibus collocata, fit indicandæ ad alterũ paſſionis uoluntas, cui actus quidem continuandæ intelligentiæ protinus ex intimæ rationis poteſtate ſuperuenit, quem explicat, ſcilicet, & effudit oratio, nitens ea quæ primitus in mẽte fundata eſt paſſione, ſiue quod eſt uerius progreſſa oratio, progredięte ſimul, & ſignificatione et ſignificãtis ſe orationis motibus adęquãte, fit uero hęc paſſiolucis figuræ alicuius impreſſio, ſed ita ut in animo fieri conſueuit. Aliter namque naturaliter eſt in re qualibet propria figura, aliter uero eius ad animum forma transfertur, uelut non eodem modo cæræ, uel marmori, uel chartis, literæ, id eſt, uocum ſignamandantur, & imaginationem Stoici à rebus in animam translatam loquuntur, ſed cum adiectione ſemper, dicentes, ut in anima fieri conſueuit. Quocirca cum omnis animæ paſſio rei quædam uideatur eſſe proprietas. Porrò autem cum deſignatiuæ uoces intellectuum principaliter, rerum dehinc à quibus intellectus profecti ſunt ſignificatione nitantur, quicquid eſt in uocibus ſignificatiuũ, id animæ paſſiones deſignat, ſed hæ paſſiones animorum ex rerum ſimilitudine procreantur, uidens namq̃ aliquis ſphęram, uel quadratũ, uel quamlibet rerum aliam figuram, eam in animi intelligentia quadam ui ac ſimilitudine capit. Nam qui ſphæram uiderit, eius ſimilitudinem in animo perpendit & cogitat, atque eius in animo quandam paſſus imaginẽ, id cuius imaginem patitur agnoſcit. Omnis uero imago rei, cuius imago eſt, ſimilitudinem tenet, mens igitur cum intelligit, rerum ſimilitudinem cõprehendit. Vnde fit, ut cum duorum corporum maius unum, minus alterum contuemur, à ſenſu poſtea remotis corporibus illa ipſa corpora cogitantes, illud quoque memoria ſeruante, nouerimus, ſciemusque quod minus, quod uero maius corpus fuiſſe conſpeximus, quod nullatenus eueniret, niſi quas mens ſemel paſſa eſt, rerum ſimilitudines obtineret. Quare quoniam paſſiones animæ quas intellectus uocant, rerum quædam ſimilitudines ſunt, idcirco Ariſtoteles cum paulò poſt de paſſionibus animæ loqueretur cõtinenti ordine ad ſimilitudines tranſitum fecit, quoniam nihil differt, utrum paſſiones diceret an ſimilitudines. Eadem namque res animæ quidem paſſio eſt, rei uero ſimilitudo. Et Alexander hunc locum. Sunt ergo ea quæ ſunt in uoce earum quæ ſunt in anima paſſionum notę, & ea quæ ſcribuntur, eorũ quę ſunt in uoce, & quemadmodum nec literæ omnibus eædem, ſic nec eædem uoces. Hoc modo conatur exponere, propoſuit, inquit, ea quæ ſunt in uoce intellectus animi deſignare, & hoc probat exemplo. Eodem enim modo ea quæ ſunt in uoce paſſiones animæ ſignificant, quemadmodum ea quæ ſcribuntur uoces deſignant, ut id quod ait, & ea quæ ſcribuntur ita intelligamus, tanquàm ſi diceret, quemadmodum etiam ea quæ ſcribuntur eorum quæ ſunt in uoce, ea uero quæ ſcribuntur, inquit Alexander. notas eſſe uocum, id eſt, nominum ac uerborum, ex hoc monſtrauit quod dixit, & quemadmodum nec literæ omnibus eædem, ſic nec eædem uoces. Signum namque eſt uocum ipſarum ſignificationem literis contineri, quod ubi uarię ſunt literę & non eædem quę ſcribuntur, uarias quoque uoces eſſe neceſſe eſt, hæc Alexander. Porphyrius uero quoniã tres propoſuit orationes, unam quæ literis contineretur, ſecũdam quę uerbis ac nominibus perſonaret, tertiam quam mentis euolueret intellectus, id Ariſtotelem ſignificare pronunciat, cum dicit: Sunt ergo ea quæ ſunt in uoce earum quæ ſunt in anima paſſionum notæ, quod oſtenderet, ac ſi ita dixiſſet, ſunt ergo ea quæ ſunt in uoce, & uerba, & nomina animæ paſſionum

notæ

notæ, & quoniam monſtrauit quorũ uoces eſſent ſignificatiuę, illud quoq; docuiſſe pronunciat, quibus ſignis uerba & nomina panderent, ideo addidiſſe, & ea quæ ſcribuntur eorum quæ ſunt in uoce tanquã ſi diceret ea quæ ſcribũtur nomina & uerba, eorum quæ ſunt in uoce, nominum & uerborum notæ ſunt, nec diſſunctam eſſe ſententiam, nec (ut Alexander putat) id quod ait. Et ea quæ ſcribuntur, ita intelligendũ, tanquã ſi diceret, ſicut ea quę ſcribuntur, id eſt, literæ, illa quę ſunt in uoce ſignificãt, ita ea quæ ſunt in uoce notas eſſe animæ paſſionũ. Primo quidẽ q̃ ad ſimplicem ſenſum nihil addi oportet, deinde q̃ tam breuis ordo, tanquã neceſſaria orationis nõ eſt intercidẽda partitio, tertio quoniã ſi ſimilis eſt ſignificatio literarũ uocumq;, quæ eſt uocũ & animæ paſſionũ, oporteret ſicut uoces diuerſis literis permutãtur, ita quoq; paſſiones animæ diuerſis uocibus permutari, quod non fit, idem namq; intellectus uariatis poteſt uocibus ſignificari. Sed Alexander id quod eum ſenſiſſe ſuperius memoraui, hoc probare nititur argumẽto. Ait enim, etiam in hoc quoq; ſimilem eſſe ſignificationem literarum ac uocum, quoniã ſicut literæ non naturaliter uoces, ſed poſitione ſignificant, ita quoq; uoces non naturaliter animi intellectus, ſed aliqua poſitione deſignant. Sed qui prius recepit, ut id quod Ariſtoteles ait: Et ea quæ ſcribuntur, ita dictum eſſe tanquã ſi diceret, ſicut ea quæ ſcribuntur, quicquid ad hãc ſententiam uidetur adiungere, æqualiter non dubitatur errare. Quocirca noſtro iudicio qui rectius tenere uolent, Porphyrij ſententijs applicabunt. Aſpaſius quoq; ſecũdę ſententię Alexandri, quam ſuprà poſuimus, ualde conſentit, qui à nobis in eodem quo Alexander errore culpabitur. Ariſtoteles uero duobus modis has notas eſſe putat, literarũ, uocum, paſſionumq; animę conſtitutas, uno quidem poſitione, alio uero naturaliter. Atq; hoc eſt, quod ait, & quemadmodũ nec literę omnibus eædem, ſic nec eædem uoces. Nam ſi literę uoces, ipſæ uero uoces intellectus animi naturaliter deſignarent, omnes homines eiſdem literis, eiſdem etiam uocibus uterentur. Quod quoniam apud omnes nec eædem literæ, neq; eędem uoces ſunt, conſtat eas non eſſe naturales. Sed hic duplex lectio eſt. Alexander enim hoc modo legi putat oportere. Quorũ autem hę primo notæ, eędem omnibus paſſiones animæ ſunt, & quorũ eædẽ ſimilitudines, res etiã eædẽ. Volens enim Ariſtoteles ea quæ poſitione ſignificãt ab ijs quæ aliquid deſignant naturaliter ſegregare, hoc interpoſuit, ea quę aliquid deſignant naturaliter ſegregare, hoc interpoſuit, ea quę poſitione ſignificant uaria eſſe. Ea uero quę naturaliter apud omnes eadẽ, & inchoans quidẽ à uocibus ad literas uenit, easq; primo nõ eſſe naturaliter ſignificatiuas demõſtrat dicẽs. Et quemadmodũ nec literę omnibus eædem, ſic nec eædem uoces, nam ſi idcirco probantur literę non eſſe naturaliter ſignificantes, quod apud alios alię ſint ac diuerſæ. Eodem quoq; modo probabile erit uoces quoq; non naturaliter ſignificare, quoniam ſingulæ hominum gentes non eiſdem inter ſe uocibus colloquuntur, uolens uero ſimilitudinẽ intellectuum rerumq; ſubiectarum docere naturaliter cõſtitutam, ait. Quorum autem hæ primo notæ, eædem omnibus paſſiones animæ ſunt, quorum, inquit uoces, quæ apud diuerſas gentes ipſæ quoque diuerſæ ſunt, ſignificationem retinent, quæ ſcilicet, ſunt animæ paſſiones, illæ apud omnes eędem ſunt. Neque enim fieri poteſt, ut quod apud Romanos homo intellígitur, lapis apud Barbaros intellígatur. Eodem quoque modo de cęteris rebus. Ergo huiuſmodi ſententia eſt quę dicit, ea quæ uoces ſignificent apud omnes hominum gentes non mutari, ut ipſę quidem uoces, ſicut ſuprà monſtrauit cum dixit quemadmodũ nec literæ omnibus eædem, ſic nec eædem uoces, cum apud plures diuerſę ſint. Illud uero quod uoces ipſæ ſignificãt apud omnes homines idem ſit, nec ulla ratione ualeat permutari, qui ſunt, ſcilicet, intellectus rerum, qui quoniam naturaliter ſunt permutari nõ poſſunt, atque hoc eſt quod ait. Quorum autem hæ primo notæ, id eſt, uoces eædem omnibus paſſiones animæ ſunt, ut demonſtraret uoces quidem eſſe diuerſas, quorum autem ipſę uoces ſignificatiuæ eſſent, quæ ſunt, ſcilicet, animę paſſiones, eaſdem apud omnes eſſe, nec ulla

ulla ratione, quoniam ſunt conſtitutæ naturaliter, permutari. Nec uero in hoc cõſtituit, ut de ſolis uocibus atque intellectibus loqueretur. Sed quoniam uoces atq; literas non eſſe naturaliter cõſtitutas per id ſignificauit, quod eas non apud omnes eaſdem eſſe propoſuit. Rurſus intellectus quos animæ paſſiones uocat, per hoc eſſe naturales oſtẽdit, quod apud omnes ijdem ſint, à quibus, id eſt, intellectibus ad res tranſitum fecit. Ait enim quorũ hæ ſimilitudines, res etiam eædem. Hoc, ſcilicet, ſentiens q̃ res quoq; naturaliter apud omnes eſſent eædem, ſicut enim ipſę animæ paſſiones, quæ ex rebus ſumũtur apud omnes homines eædem ſunt, ita quoque etiam ipſę res, quarum ſimilitudines ſunt animæ paſſiones, eædem apud omnes ſunt. Quocirca res quoque naturales ſunt, ſicut ſunt etiam ſimilitudines rerum, quæ ſunt paſſiones animæ. Herminus uero huic eſt expoſitioni contrarius. Dicit enim non eſſe uerum eoſdem apud omnes homines eſſe intellectus, quorum uoces ſignificatiuæ ſunt. Quid enim, inquit, in æquiuocatione dicetur, ubi unus idẽq; uocis modus plura ſignificat, ſed magis hanc lectionem ueram putat, ut ita ſit. Quorum autem hæ primo notæ, hæ omnibus paſſiones animæ ſunt, & quorum hæ ſimilitudines, res etiam eædem ut demonſtraſſe uideatur, quorum uoces ſignificatiuę ſint, uel quorum paſſiones animæ ſimilitudines. Et hoc ſimpliciter accipiendum eſt ſecundum Herminum, ut ita dicamus, quorum uoces ſignificatiuę ſunt, illæ ſunt animæ paſſiones, tãquam diceret animæ paſſiones ſunt, quas ſignificãt uoces, & rurſus quorũ ſimilitudines ſunt, ea quæ intellectibus continentur, illæ ſunt res. Tanquã ſi dixiſſet, res ſunt, quas intellectus ſignificant. Sed Porphirius de utriſq; acutè ſubtiliterq; iudicat, & Alexandri ſententiã magis probat, quod dicat nõ debere diſſimulari de multíplici æquiuocationis ſignificatione. Nam & qui dicit ad unam quamlibet rem accommodat animũ, ſcilicet, quam intelligens uoce declarat, & unũ rurſus intellectum quemlibet is qui audit expectat. Quod ſi cum uterq; ex uno nomine res diuerſas intelligit, ille qui nomẽ equiuocum dixit, deſignet clarius, quid illo nomine ſignificare uoluerit, accipit mox qui audit, & ad unum intellectum utrique conueniunt, qui rurſus fit unus apud eoſdẽ illos, apud quos primo diuerſę fuerant animę paſſiones propter æquiuocationem nominis. Neq; enim fieri poteſt, ut qui uoces poſitione ſignificantes à natura eo diſtinxit, quod eaſdem omnes eſſe non diceret, eas res quas naturaliter eſſe proponebat, nõ eo tales eſſe mõſtraret, q̃ apud omnes eaſdẽ eſſe cõtenderet. Quocirca Alexander, uel propria ſentẽtia, uel Porphyrij autoritate probandus eſt. Sed quoniã ita dixit Ariſtoteles. Quorũ autẽ hæ primo notæ, eędem omnibus paſſiones animę ſunt, quærit Alexander ſi rerum nomina ſunt, quid cauſæ eſt, ut primo intellectuum notas, eſſe uoces dixerit Ariſtoteles. Rei enim ponitur nomen, ut cum dicimus homo, ſignificamus quidem intellectum, rei tamen nomen eſt, id eſt, animalis, rationalis, mortalis. Cur ergo non primarum rerum magis notæ ſunt uoces quibus ponuntur, potius quàm intellectuum? Sed fortaſſe quidem ob hoc dictum eſt, inquit, quod licet uoces rerum nomina ſint, tamen non idcirco utimur uocibus, ut res ſignificemus, ſed ut eas quæ nobis ex rebus innatę ſunt animæ paſſiones. Quocirca propter quorum ſignificantiam, uoces ipſæ proferuntur, rectè eorum primo eſſe dixit notas. In hoc uero Aſpaſius permoleſtus eſt. At enim qui fieri poteſt, ut eędẽ apud omnes animę paſſiones ſint, cum tam diuerſa ſentẽtia de iuſto ac bono ſit? Arbitratur enim Aſpaſius paſſiones animę nõ de rebus incorporalibus, ſed de his tantũ quę ſenſibus capi poſſunt, Ariſtotelẽ paſſiones animę dixiſſe, q̃ perfalſum eſt. Neq; enim unquã intellexiſſe dicetur, qui fallitur, & fortaſſe quidẽ paſſionẽ animi habuiſſe dicẽt, qui cunq; id quod bonum eſt, non eodẽ modo quo eſt, ſed aliter arbitratur, intellexiſſe uero nõ dicitur. Ariſtotelès autem cum de ſimilitudine loquitur, de intellectu pronunciat. Neq; enim fieri poteſt, ut qui quod bonum eſt, malum eſſe arbitretur, ſimílitudinem boni mente conceperit. Neque enim intellexit rem ſubiectã, ſed quoniam quæ ſunt iuſta ac bona ad poſitionem omnia naturamúe referuntur, & ſi de iuſto ac

bono

bono ita loquitur,ut de eo quod ciuile ius,aut ciuilis iniuria dicitur,rectè non eędem sunt passiones animę,quoniã ciuile ius,ciuile bonũ positione est,non natura. Naturale uero bonũ atq; iustũ apud omnes gentes idem est. Et de Deo quoq; idem est,cuius quamuis cultura diuersa sit,idem tamen cuiusdam eminentissimę naturæ est intellectus. Quare repetendum breuiter à principio est,partibus enim ad orationem uscp peruenit,nam quod se prius quid esset nomen,quid uerbum constituere dixit,hæ minimè partes orationis sunt. Quod uero affirmationem & negationem,iam de cõposita ex uerbis & nominibus oratione loquitur, quæ eędem rursus partes sunt enunciationis. Et post enunciationis propositionem,de oratione loqui proposuit, cuius ipsa quoque enunciatio pars est. Et quoniam(ut dictum est)triplex est oratio,quę in literis,quæ in uoce,quæ in intellectibus est,qui uerbũ & nomẽ diffiniturus esset,eaq; significatiua posituras,dicit prius quorũ significatiua sint ipsa uerba & nomina,& inchoat quidem ab his nominibus & uerbis quæ sunt in uoce dicens: Sunt ergo ea, quæ sunt in uoce,& demonstrat quorum sint significatiua,adijciens eorum quæ sunt in anima passionum notæ. Rursus nominum ipsorum uerborumq; quæ in uoce sunt,ea uerba & nomina quæ essent in literis cõstituta,significatiua esse declarat dicens,& ea quæ scribuntur eorum quæ sunt in uoce,& quoniam quatuor ista quędam sunt literæ,uoces,intellectus,res,quorum literę et uoces positione sunt,natura uero res atq; intellectus, demonstrauit uoces non esse naturaliter, sed positione, per hoc quod ait,non easdem esse apud omnes, sed uarias,ut est,& quemadmodum nec literæ omnibus eadẽ,sic nec eædem uoces. Vt uero demonstraret intellectus,& res esse naturaliter,ait apud omnes eosdem esse intellectus,quorum essent uoces significatiuę,& rursus apud omnes easdem res, quarũ similitudines essent animæ passiones,ut est quorum autem hæ primo notæ,scilicet quæ sunt in uoce, eædem omnibus passiones animæ sunt,& quorũ hæ similitudines,res etiam eædem. Passiones autem animæ dixit,quoniam aliàs diligẽter ostensum est omnem uocem animalis aut ex passione animæ,aut propter passionem proferri. Similitudinem uero passionem animæ uocauit, quod secũdum Aristotelem nihil est aliud intelligere,nisi cuiuslibet subiectæ rei proprietatem atq; imaginationem in animæ ipsius reputatione susc̃ipere, de quibus animę passionibus in libris se de anima cõmemorat diligentius disputasse. Sed quoniã demõstratum est quomodo uerba & nomina & oratio intellectuũ principaliter significatiua sunt,quicquid est in uoce significationis,ab intellectibus uenit. Quare prius paululum de intellectibus perspiciẽdum erat ei,qui aliquid rectè de uocibus disputaret. Ergo quod supra passiones animæ & similitudines uocauit, idem nunc apertius intellectum uocat dicens:

> Est autem quemadmodũ in anima aliquoties quidẽ intellectus sine uero uel falso. Aliquoties aũt cui iam necesse est horum alterum inesse,sic etiam in uoce. Circa cõpositionem enim & diuisionẽ est ueritas & falsitas. Nomina igitur ipsa & uerba consimilia sunt sine compositione & diuisione intellectui,ut homo uel album,quando non additur aliquid. Neq; enim adhuc uerũ uel falsum est,signum aũt huius est. Hircoceruus enim significat aliquid,sed nondum uerum uel falsum,si nõ,esse,uel non esse,addatur,uel simpliciter,uel secundum tempus.

Quoniam nomẽ & uerbum atq; omnis oratio significatiua sunt animæ passionum, ex ipsis sine dubio quæ designant in eisdem uocibus proprietas significationis inna scitur. Hic uero est totus atq; continuus Aristotelicæ ordo sententiæ. Quoniam,inquit, ea primum uocibus significantur, quę in animo & cogitatione uersantur, intellectuum uero alios quidem simplices & sine ueri uel falsi enunciatione perpẽdimus, ut cum

ut cum nobis hominis proprietas tacita imaginatione suggerit. Nulla namq; ex hac intelligentiæ simplicitate,uel ueritatis nascitur uel falsitatis agnitio. Sunt uero intellectus quidam compositi atq; cõiuncti,in quibus inest iam quædam uel ueritatis uel falsitatis inspectio,ut cum ad quamlibet simplicem perceptionem mentis adiungit aliud,quod uel esse aliquid,uel non esse constituat,ut si ad hominis intellectum esse uel nõ esse,uel album esse,uel album non esse copuletur. Fient enim cogitabiles orationes ueritatis uel falsitatis participes,hoc modo: Homo est,homo non est, homo albus est,homo albus non est. Quarum quidem homo est,uel homo albus est,cõpositio dicitur. Nam prior esse atq; hominem,posterior hominem albo composita intellectus prædicatione connectit. Sin uero ad hominis intellectum adijciam quiddam,ut ita sit,homo est uel non est, uel albus est,aut aliquid tale, tunc in ipsa cogitatione ueritas aut falsitas innascitur. Ergo, inquit, quemadmodũ aliquoties quidam simplices intellectus sunt, qui uero falsoq; careant, quidam uero in quibus alterum horum reperiatur,sic etiam in uoce. Nam quæ uoces denunciant simplices intellectus,ipsæ quoq; à falsitate & ueritate seiunctæ sunt. Quæ uero huiusmodi significãt intellectus,in quibus iam uel ueritas uel falsitas constituta est, in ipsis quoq; horum alterum inueniri necesse est. Nã si quis hoc solũ dicit homo uel album,uel etiã hircoceruus quanq; ista quidam significent,quoniam tamen significant simplices intellectus,manifestum est omni ueritatis uel falsitatis proprietate carere. Et tota quidem sententia hoc modo se habet. Diligentius tamen est attendendũ quid est q̃d ait. Circa compositionem enim et diuisionem est ueritas falsitasq;,quid etiam quod dictum est,nomina igitur ipsa & uerba consimilia sunt sine cõpositione uel diuisione intellectui,Illud quoq; cur compositio nomine,uel cur etiam usus est rei non subsistentis exemplo,ut diceret,Hircoceruus enim significat aliquid. Nec illud prætereundũ est, quid sit quod dictum est,uel simpliciter uel secundum tempus, & primũ q̃dem de eo dicendum est quod ait. Circa compositionem enim et diuisionẽ est ueritas falsitasq;. Quæritur namq; utrum ne omnis ueritas circa compositionem & diuisionem sit,an quædam est,quædam uero minimè. Illud quoq; an in omni compositione uel diuisione ueritas falsitasq; constituta sit,an hoc non generaliter,sed in quadam compositionis uel diuisionis parte ueritas falsitasq; uersetur, in opinionibus namq; ueritas est, quoties ex subiecta re capit imaginatio uel etiam quoties,ita ut sese res habet,imaginationem accipit intellectus. Falsitas uero est quoties aut non ex subiecto,aut ita ut sese res non habet imaginatio subijcitur intellectui,sed adhuc in ueritate atq; falsitate nihil equidem aliud reperitur,nisi quędam opinionis habitudo ad subiectam rem. Qua etiam habitudine & quomodo sese habet imaginatio ad rem subiectam, hoc solum in hac ueritate uel falsitate perspicitur,quam quidem habitudinem nullus dixerit compositionem. In hoc uero diuisionis nullus ne fictus quidem modus intelligi potest. Illud quoq; considerandum est,num ne aliqua sit in his cõpositio uel diuisio, quæ secundum substantiam suam uera dicũtur aut falsa,ut est uera uoluptas bene uiuendi,ut est falsa uoluptas bellandi. Etiam illud quoq; respiciendũ est, q̃ in omnium maximo deo quicquid intelligit,non in eo accidentaliter,sed substãtialiter intelligit, etenim quæ bona sunt substãtialiter de eo non accidentaliter credimus. Quod si substãtialiter credimus Deum, Deũ uero nullus dixerit falsum,nihilq; in eo accidentaliter poterit euenire,ipsa ueritas Deus dicendus est,ubi est igitur compositio uel diuisio in iis quæ simplicia naturaliter sunt,nec ulla cuiuslibet rei collatione iunguntur. Quare non omnis ueritas neq; falsitas circa compositionem diuisionemq; constat, sed sola tantum quæ in intellectuum multitudine fit, & in prolatione dicendi. Nam in ipsa quidem habitudine imaginationis & rei nulla compositio est,in coniunctione uero intellectuum compositio fit. Nam cũ dico Socrates ambulat hoc ipsum quidem,quod eum ambulare concepi,nulla compositio est,quod uero intellectus progressione,ambulationem cum Socrate coniungo, quædam iam facta est cõpositio.

Quod si hoc oratione ptulero, rursus eadē cōpositio est, & circa eā uis ueritatis & falsitatis apparet. Quocirca in his solis compositionibus inuenitur ueritas atq; mēdaciū, de quibus tota nunc quæstio est, in nomine, scilicet, et in uerbo, in negatione et affirmatione, in enunciatione, & oratione. Quam, scilicet, compositione ueritatis & falsitatis naturā ab intellectibus accipiētes in uocis prolatione conseruāt. De diuisione aūt quæ ad negationē pertinet, deq; cōpositione, quę ad affirmationē, pau lò post enucleatius dicam. Nūc illud uidendū est, utrū uerū sit circa omnē compositionē, circaq; omnē diuisionē, ueritatē uel mēdaciū prouenire, ād omnino falsum est. Quis enim dixerit huiusmodi nominū coniunctionē, & Socrates & Plato, uel li ase hæc nomina diuidant, nec Socrates nec Plato, ueri aliquā falsiue tenere significantiam? Quare confitendū est, neq; circa omnē diuisionē, neq; circa omnem compositionem, eam, scilicet, quæ in oratione uersat, mendaciū ueritatemq; subsistere. Sed illud uerissimū est, q; omnis quæ est in oratione ueritas falsitasq;, in compositione & diuisione nascitur, nō tamē omnis orationis compositio uel diuisio uerū retinet aut falsum. Ergo si sic dixisset, circa omnē cōpositionē uel diuisionem ueritas falsitasq; est, mentiret. Sed quoniam dixit simpliciter, ueritas falsitasq; circa compositionē diuisionemq; est, uerissimē subtilissimeq; dixisse putandū est, illa enim nomina quæ ita dicunt simplicia, ut ueritatem aut falsitatem quodammodo ualeant designare, huiusmodi sunt ut intra se, atq; intra significationem suam, quadam retineant compositionem, ut si quis dicat lego. Hoc est enim dicere lego, tanquam si dicat, ego lego. Hoc autem compositio est, uel quoties interrogante alio, respondet alius, uno tātum sermone, uidetur quoq; tunc simplex sermo ueritatem mendaciumq; perficere, quod per falsum est. Audientis namq; responsio ad totum ordinem superioris enunciationis adiungitur, ut si quis interrogāti mundus ne animal sit, est, respondeat, uidetur hæc una particula ueritatem uel mendacium continere, sed falso. Non enim una est, sed ad uim ipsius responsionis intuenti, tale est ac si diceret mūdus animal est. Quod uero ait nomina ipsa & uerba consimilia esse, sine compositione uel diuisione intellectui, illud designat, quod suprà iam dixit, ea quæ sunt in uoce, notas esse animæ passionum. Quod si notæ sunt, sicut literæ uocum in se similitudinem gerunt, ita uoces intellectuum. Et quoniam dictum est cur de similitudine uerborum & nominum atque animæ passionum dixerit, cur etiam circa compositionem et diuisionem falsum uerumq; esse proposuerit, dicendum est quid sit ipsa compositio uel diuisio, in qua aut ueritas, aut falsitas inuenitur. Nam quoniam de simplici enunciatiua oratione perpendit, ut posterius ipse in diuisione declarat, dicens. Est autem una prima oratio enunciatiua affirmatio, deinde negatio, illam nunc compositionem designare uult, quæ alicuius uel substantiam constituit, uel aliquid secundum esse coniungit. Nam cum dico Socrates est, hoc ipsum esse Socrati applico, & substantiam eius esse constituo. Sin uero dixero, Socrates Philosophus est, Philosophiam & Socratem secundum esse composui, uel si dicam, Socrates ambulat, huiusmodi est, tanquam si dicam Socrates ambulans est. Igitur quoties huiusmodi fuerit compositio, quæ secundum esse uerbum uel substantiam cōstituat, uel res coniungat, affirmatio dicitur, & in ea ueri falsiq; natura perspicitur, & quoniam omnis negatio ad prædicationem constituitur, huius enim affirmationis quæ est, Socrates est, negatio non ea quæ dicit, non Socrates est, sed ea quæ pronunciat, Socrates non est, & ad id quod esse Socrates dictus est, non, negatio apponitur, ut cum id dicamus non esse, quod ante dictum est esse. Ergo quoniam id quod in affirmatione secundum esse uel constitutum, uel coniunctū fuerit, ad id addita negatio separat uel ipsam substantiæ constitutionē, uel etiam factā per id q̄d dictum est, esse aliquid, coniunctionem, diuisio uocatur. Quando enim dico Socrates non est, esse à Socrate seiunxi, & cū dico Socrates Philosophus non est, Socratem ab eo quod est Philosophū esse, separaui, quam separationē, quæ ad negationē pertinet, diuisionē uocauit. Ergo manifestū est quod si simplex in animæ

mæ passionibus, intellectus fuerit, cum ipse intellectus nullam adhuc ueri falsiq; retineat naturam, eorum quoq; prolationem ab utriusq; esse separatam. Sed cum compositio secundum esse facta uel etiam diuisio intellectibus, in quibus principaliter ueritas & falsitas procreatur, euenerit, quoniam ex intellectibus uoces capiunt significationem, eas quoq; secundum intellectuum qualitatem ueras & falsas esse necesse est. Maximam uero uim habet exempli nouitas & exquisita subtilitas. Ad demonstrandum enim quod unum solum nomen neq; uerum sit, neq; falsum, posuit huiusmodi nomen, quod compositum quidem esset, nulla tamen eius substantia reperiretur. Si quod ergo unum nomen ueritatem posset falsitatemue retinere, posuit huiusmodi nomen, quod est hircoceruus, quod quoniam omnino in rebus nulla illi substātia est, falsum aliquid designare uidetur, sed non designat aliquam falsitatem. Nisi enim dicatur hircoceruus uel esse uel non esse, quanquam ipsum per se non sit, solum tamen dictum nihil falsi in eo sermone ueritue perpenditur. Ergo ad demonstrandā uim simplicis nominis, quod omni ueritate atq; mēdacio careat, tale in exemplo posuit nomen, cui res nulla subiecta sit. Quod si quid uerum uel falsum unum nomen significare posset, nomen quod eam rem esse designat, quæ in rebus non sit, omnino falsum esset, sed non est, non igitur ulla ueritas falsitasq; in simplici unquam nomine reperietur. Nec illud paruæ curæ fuit, nomen non ponere, quod omnino nihil significaret, sed quod cum significaret quiddam, tamen uerum aut falsum esse nō posset, ut nō uideretur ueritatis falsitatisq; causa esse, eò quoniam nihil significaret. Sed quoniam esset simpliciter dictum, quanquam in eodem illud quoq; conficit, ut ostenderet non solum simplex nomen ueritate atq; mendacio esse alienissimum, sed etiam compositā quoq; nomina, si non habeant aliquam secundum esse uel non esse (sicut superius dictum est) compositionem, uerum uel falsum significare non posse, tanquā si diceret, non solum simplex nomen præter aliquam compositionem, nihil uerū falsumue significat, sed etiam composita utroq; carent (sicut iam ipse dixit) nisi illi aut esse aut non esse addatur, uel simpliciter, uel secundum tempus. Hoc uero idcirco addidit quod in quibusdam ita enunciationes fiunt, ut quod de ipsis dicitur, secundum substantiam proponatur, in quibusdam uero hoc ipsum esse, quod additur non substantiam, sed præsentiam quandam significet. Cum enim dicimus Deus est, nō eū dicimus nunc esse, sed tantum in substātia esse, ut hoc ad immutabilitatem potius substantiæ, quàm ad tempus aliquod referatur. Si autem dicimus dies est, ad nullam diei substantiam pertinet, nisi tantum ad temporis constitutionem, hoc enim quod significat tale est, tanquam si dicamus nunc est, quare cum dicimus esse ut substantiam designemus, simpliciter est addimus. Cum uero ita ut aliquid præsens significetur, secūdum tempus. Hæc est una quam diximus expositio. Alia uero huiusmodi est, esse aliquid duobus modis dicitur, aut simpliciter, aut secundum tempus, simpliciter quidē secundum præsens tempus, ut si quis dicat hircoceruus est, præsens autē quod dicit, tempus non est, sed confinium tempus, temporum, finis namq; præteriti est futuriq; principium. Quocirca quisquis secundum præsens hoc sermone quod est esse utitur, simpliciter utitur, qui uero aut præteritum, iungit aut futurum, ille nō simpliciter, sed iam in ipsum tempus incurrit. Tempora namq; (ut dictum est) duo ponuntur, præteritum atq; futurum. Quod si quis cum præsens nominat, simpliciter dicit, cum utrūlibet præteritum uel futurum dixerit, secundum tempus utitur enunciatione. Est quoque tertia huiusmodi expositio, quod aliquoties ita tempore utimur, ut indefinite dicamus, ut si quis dicat, est hircoceruus, fuit hircoceruus, erit hircoceruus, hoc indefinite & simpliciter dictum est. Sin uero aliquis addat, nunc est, uel heri fuit, uel cras erit, ad hoc ipsum esse quod simpliciter dicitur, addit tempus. Quare secundum unā trium harum expositionum intelligendum est, quod ait, si non esse uel non esse, addatur, uel simpliciter uel secūdum tempus. Sed ei q̄d ante proposuit, quemadmodū esset aliquoties quidem in anima intellectus sine uero uel falso, post quasi cōsequēs

reddidit nomina ipſa per ſe uerbaq; eſſe ſimplicibus intellectibus conſimilia, ut homo uel albū, ei uero q̄d ait, cui iam neceſſe ſit alterū horū ineſſe, nihil interim reddidit, ſed hoc eo ſuppleuiſſe putabit, quod ait, ſed nondum uerū uel falſum eſt, ſi non eſſe uel non eſſe addatur, hæc eſt enim intellectuum quædā compoſitio, cui iam neceſſe eſt alterum horum ineſſe, qua in oratione uel eſſe uel non eſſe additur. Quo circa quoniam de nomine, uerboq; propoſuit, & quàm breuiter potuit, uocum literarum, intellectuum, rerumq; conſequentias altiſſima ratione monſtrauit, ad id quod primum propoſuit dicens: Primum oportet conſtituere, quid ſit nomen & quid uerbū, ad hæc inquā quæ promiſerat diffinire reuertit, nomē uero diffinit ēs, ita ſubiecit.

DE NOMINE.

NOmē igit ēſt uox ſignificatiua, ad placitū, ſine tempore, cuius nulla pars eſt ſignificatiua, ſeparata. In nomine enim quod eſt equiferus, ferus per ſe nihil ſignificat, quemadmodū in oratione quæ eſt, equus ferus.

OMnis diffinitio generis cōſtitutiōe format, differētiarū uero cōpoſitione perficit. Nā ſi ad propoſitū genus differentias colligamus, easq; ad unā q̄ diffinire uolumus ſpeciē aptemus, uſq; dū uni tantū ſpeciei collectio illa cōueniat, nihil eſt q̄d ultra ad faciendā diffinitionē deſideret, ut ipſum hominē ſi quis diffiniat generi eius q̄d eſt animal, duas neceſſe eſt differētias iungat, rationale, ſcilicet, atq; mortale, faciatq; huiuſmodi ordinē, animal rationale mortale, quæ diffinitio ſi ad hominē referatur, plena eſt rationis ſubſtātiæq; deſcriptio. Volēs ergo Ariſt. diffinire q̄d eſſet nomē prius eius genus ſumpſit, dicēs nomē uocē eſſe, idcirco, ſcilicet, ut hoc q̄d dicimus nomē, ab alijs quę nō uoces, ſed tātū ſoni ſunt ſepararet. Diſtat enim ſonus à uoce, ſonus enim eſt pcuſſio aēris ſēſibilis, uox uero flatus, per quaſdā gutturis partes egrediēs, quę arterię uocāt q aliqua linguę impreſſiōe format. Et uox q̄dē niſi animantiū nō eſt, ſonus uero aliquoties inanimatorū quoq; corporū cōflictatiōe perficit. Qua re qa nomē uocē eſſe mōſtrauit, ab alijs quę uoces nō ſunt, ſed tantū ſoni, hāc orationis partē ſeparauit atq; diſtribuit, et uocē q̄dē nominis uelut genus ſumpſit. Habet nāq; aliud q̄ddā ſpeciei loco differēs à nomine, q̄d eſt uerbū, habet quoq; quaſdā locutiones quę nihil ulla ratiōe ſignificēt, ut ſunt articulatę uoces quarū ipſa ſignificatio nō poteſt inueniri, ut ſcindaplus. Huic ergo generi alias differentias rurſus apponit, quę nomē ſicut uox à ſonis alijs ſegregauit, ita quoq; hę differētię nomē ab alijs ſpeciebus ſub uoce poſitis diuidāt atq; diſcernāt, q̄d enim addidit, nomē uocē eſſe ſignificatiuā, ab his inquā uocibus nomē diſgregauit, quę nihil omnino ſignificāt, ut ſunt ſyliabę. Syllabę enim cū ex his totū nomē cōſtet, adhuc ipſę omnino nihil ſignificāt. Sūt quoq; quędā uoces literis ſyllabiſq; cōpoſitę, quę nullā habēt ſignificationē, ut eſt blitiri. Ergo quoniā uidebāt quędā uoces eſſe quę ſignificatione carerēt. Nomē q̄d uox eſt et alicuius deſignationis ſemp cauſa, pferē, nō aliter diffiniēdū erat, niſi illud ante à nō ſignificātibus uocibus ſegregaret, itaq; ait nomē eſſe uocē ſignificatiuā ut uocē q̄dē ab alijs ſonis, ſignificatiōe uero addita, ab ijs quę ſub uoce ſunt nihil deſignātia, ſegregaret. Sed hoc nōdū ad totā diffinitionē ualet, neq; ſolū nomē uox ſignificatiua eſt, ſed ſunt quędā uoces quę ſignificāt q̄dē, ſed nomina nō ſunt, ut ea quæ à nobis in aliqbus affectibus, pferūt, ut cū quis gemitū edit, uel cū dolore cōcitus emittit clamorē. Illud enim doloris animi, illud corporis ſignū eſt, et cū ſint uoces et ſignificēt quandā uel animi uel corporis paſſionē, nullus tamē gemitū clamorēq; dixerit nomē. Mutorū quoq; animaliū ſunt quędā uoces, quę ſignificēt, ut canū latratus iras ſignificat canū, alia uox aūt mollior quędā blandimenta deſignat, quare adiecta differētia ſeparandū erat nomē ab his omnibus quę uoces quidē eſſent, & ſignificarēt, ſed nominis uocabulo nō tenerēt, igit adiecit nomē uocē eſſe ſignificatiuam, nō ſimpliciter, ſed ſecundum placitum. Secundum placitum uero eſt, quod ſecundum quandam poſitionem, placitumq; ponentis aptatur, nullum enim nomen naturaliter conſtitutum eſt, neq; unquam ſicut ſubiecta res à natura eſt, ita quoq; a natura ueniente uocabulo nuncupatur. Sed hominum genus quod & ratione & oratione uigeret, nomina poſuit, eaq; quibus libuit literis ſyllabiſq; coniungens ſingulis ſubiectarum rerū ſubſtantijs dedit. Hoc autem illo probatur, quod ſi natura eſſent nomina eadem, apud omnes gētes eſſent, ut ſenſus quoniam naturaliter ſunt, ijdem apud omnes ſunt. Omnes enim gentes non alijs niſi ſolis oculis intuentur, audiūt auribus, naribus odorantur, ore accipiunt guſtatus, tactu calidum uel frigidum, lene uel aſperum iudicant, atq; hæc huiuſmodi ſunt, ut apud omnes (ut dictum eſt) gentes eadem uideantur, ipſa quoq; quæ ſentiuntur, quoniam conſtituta naturaliter ſunt, non mutantur. Dulcedo enim & amaritudo, album & nigrū, & quæcq; alia ſenſibus quiſque ſentiuntur, eadem apud omnes ſunt. Neq; enim quod Italis dulce eſt in ſenſu, idē Perſis uidetur amarum, nec quod album apud nos oculis apparet, apud Indos nigrū eſt, niſi forte aliqua ſenſus ægritudine permutetur, ſed hoc nihil attinet ad naturam. Igitur quoniam iſta ſunt naturaliter, apud omnes gentes eadem manent. Sic ergo et nomina ſi naturalia eſſe uidentur, eædem eſſent apud omnes gentes, nec ullam ſuſciperent mutationem. Nunc autem ipſum hominem alio uocabulo Latini, alio Græci, diuerſis quoq; uocabulis Barbaræ gentes appellant, quæ in ponendis nominibus diſſenſio, ſignū eſt non naturaliter ſed ad ponentium placitum uoluntatemq; rebus nomina fuiſſe compoſita, idem quoq; monſtrat quod ſæpe ſingulorum hominum ſunt permutata uocabula. Quem enim nunc uocamus Platonem, Ariſtoteles antea uocabatur, & qui Theophraſtus nunc dicitur, ante Ariſtotelem à ſuis parentibus Tirtamus appellabatur, in eadem quoq; lingua quando plura uocabula uni addunt rei, monſtrat rem illam non naturalibus, ſed appoſitis nominibus nuncupari, ſi enim naturalibus nominibus res quoq; uocarētur, unam rē uno tantū nomine ſignaremus. Quid enim attinet ſi naturalia ſunt uocabula, unius rei plures eſſe nominum uoces, quę ad unam deſignationem demōſtrationemq; concurrerent. Dicimus enim gladius, enſis, mucro, & hæc tria ad unam ſubiectam ſubſtantiam concurrunt. Ergo monſtratum eſt nomina eſſe ſecundum placitum, id eſt, ſecundum ponentium placitum, ac ſi diceret, nomen eſſe uocem quidem & ſignificatiuam, ſed non naturaliter ſignificātiuam, ſed ſecundum placitum uoluntatemq; ponētis, hoc, ſcilicet, diuidens ab his uocibus quæ naturaliter deſignarent, ut ſunt hæ uel quas nos in paſſionibus affectibusq; proloquimur, uel quas edere animalia muta conantur. Sed nondum ſupra dicta differentia plenam nominis formam, diffinitionemq; cōſtituit. Eſt namq; uerbo commune cum nomine, quod uox deſignatiua et ſecundum placitum eſt, ſed addita differentia quæ eſt, ſine tempore, nomen à uerbo diſtinxit, neq; enim nomen ullum conſignificat tempus, uerbi namq; eſt, cum aut paſſio ſignificatur, aut actio, aliquā quoq; ſecum trahere uim temporis, qua illud cum uel facere uel pati dicit proferatur. Cum enim dico Socrates, nullius eſt temporis, cum lego, uel legi, uel legam, temporenon carent. Addito ergo nomini quod ſine tempore eſſe dicatur, nomen à uerbo diſtungitur. Sanè nos nemo arbitretur opinari, quod nullum nomen ſignificet tempus. Sunt enim nomina quæ tempus ſignificatione demonſtrent, uelut cum dico, hodie, uel cras, temporis nomina ſunt, ſed illud dicimus, quod cum eodē nomine tēpus quoq; non conſignificat. Aliud eſt enim ſignificare tēpus, aliud cōſignificare. Verbū enim cū aliquo proprio modo tēpus quoq; ſignificat, ut cū agentis uel patientis modū demōſtrat. Nā ſine tēpore ipſa paſſio uel actio non profert, unde nō dicimus quod nomen non ſignificet tempus, ſed q̄d nomen ſignificatio temporis nō ſequat. Reſtat autem una ſola differentia, quę ſi ſuperioribus adiungatur, pleniſſima fere nomen diffinitione formabitur, hæc autem eſt qua nomen ab oratione ſeparatur. Inueniuntur enim quædam ſine dubio orationes, quæ cum uoces ſint & ſignificatiuę & ſecundum placitum, quippe quę ſunt nominibus colligatæ, tamen ſunt ſine tempore, ut cum dico Socrates & Plato, hæc namq; oratio, cum ex nominibus iuncta ſit, no-

men quidem non eſt,uox uero eſt ſignificatiua ſecundum placitum & tempore uacat,ut igitur nomen ab huiuſmodi oratione diuideret, addidit hanc differentiã,quæ eſt,cuius nulla pars eſt ſignificatiua ſeparata. Oratio enim quoniam uerbis & nominibus & coniungitur, uerba uero uel nomina ſignificatiua eſſe palam eſt, partes quoque orationis ſignificare aliquid dubium non eſt. Nominis uero pars quoniam ſimplex eſt,nihil omnino ſignificat,ſed cum omnis oratio omnis & nomen et uerbum ex ſubiectis intellectibus uim ſignificandi ſumat,eſt aliquoties ut unum nomen multos ſignificet intellectus. Quocirca erit quoq; ut non ſimplex nomen ſit,quod non unã tantum animi paſſionem intellectumq; deſignet. Nam cum dico ſuburbanum, urbanum imaginationem ſignificandi tenet,ſed ita ut à toto nomine ſeparatum,cum ad ipſum refertur nomen, ſignificet nihil,& ut in eo quod dicimus equiferus,ferus uult quidem aliquid ſignificare,ſed ſi à tota compoſitione ſeparatur, nihil omnino deſignat in eo,nomine,ſcilicet, in quo cum equi particula iunctum,equiferum conſignificabat. Omnis namq; hæc compoſitio unius intellectus deſignatiua eſt, quare in oratione quidem ferus ſignificat. Etenim equus ferus oratio duos retinet intellectus, in nomine uero nihil,quoniam hoc quod dicimus equiferus unius intellectus deſignatiuum eſt. Sed fortaſſe ferus cum ea parte qua iunctum eſt, ſimul quidem conſignificat,ſeparatum uero nihil,hoc eſt ergo quod ait:

> At uero non quemadmodũ in ſimplicibus nominibus, ſic ſe habet etiã in cõpoſitis. In illis enim nullo modo pars ſignificatiua eſt. In his aũt uult quidem, ſed nihil ſignificat ſeparata, ut in eo q̃ eſt, equiferus, ferus. Secũdũ placitũ uero, quoniã naturaliter nomen nullum eſt, ſed quando ſit nota, nam deſignãt & illiterati ſoni, ut ferarum, quorum nullus eſt nomen.

Simplex enim nomen nec imaginationem aliquã partium ſignificationis habet. Cõpoſitum uero tales habet partes, ut quaſi cõnẽtur quidem aliquid ſignificare, ſed cõſignificent potius quàm quicquam extra ſignificent. Addito igitur nomini quod eius partes nihil ſeparatæ ſignificent, nomen ab oratione diſiunctum eſt. Poſtquam adiectionem quæ eſt, cuius nulla pars eſt ſignificatiua ſeparata, quid in nominis deſinitione ualeret, explicuit, hoc ſcilicet, quo nomen ab oratione ſeiungeret, illud quoque differit cur ſit additum, quod dictum eſt ſecundum placitum. Nam quoniam nulla nominum ſignificatio naturaliter eſt, ſed omne nomen poſitione deſignat, idcirco dictum eſt, ſecundum placitum. Quod enim placuit ei qui primus nomina indidit rebus, hoc illis uocabulis deſignatur. Age enim quis naturaliter nomina eſſe confirmet, quorum apud omnes gentes eſt tam diuerſa uarietas. Nec uero dicitur quod nulla uox naturaliter aliquid deſignet, ſed quod nomina non naturaliter, ſed poſitione ſignificent. Alioquí habent hoc ferarum, mutorumq; animalium ſoni, quorum uox quidem ſignificat aliquid, ut hinnitus equi, cõſueti equi inquiſitionem, latratus canum, latrantium iracundiam monſtrat, & alia huiuſmodi. Sed cum uoces mutorum animalium propria natura ſignificent, nullis tamen elementorum formulis conſcribuntur. Nomen uero quanquam ſubiacet elementis, prius tamẽ quàm ad aliquã ſubiectæ rei ſignificationem ponatur, per ſe nihil deſignat, ut cum dicimus ſcindapſus uel hereceddyn, hæc per ſe nihil quidem ſignificant, ſed ſi ad ſubiectæ rei alicuius ſignificationẽ ponantur, ut dicaẽ uel homo ſcindapſus, uel lapis hereceddyn, tunc hæc quoq; per ſe nihil ſignificabant, poſitione & ſecundum ponentis q̃ddam placitum deſignant. Ergo cum nomen ſignificatiuum eſt, quando (ut ipſe ait) ſit nota, tunc autẽ ſit nota, cum ſecundum ponentis placitum, uocabulum quod naturaliter nihil deſignabat, ad ſubiectæ rei ſignificationẽ daẽ, hoc eſt enim q̃d ait ſit nota, ſi enim naturaliter nomina ſignificarẽt, nũq; de his Ariſt. diceret, ſit nota, tunc enim nõ fieret nota, ſed eſſet. Ergo quoniã nomina ſecũdũ placitũ ſignificatiua ſunt. Ferarũ uero illiteratiſo ni

ſi ſecundum naturam, idcirco horum uoces eſſe nomina non dicuntur. Vniuerſaliter autem dicimus, omnium uocũ aliæ ſunt quę inſcribi literis poſſunt, aliæ quæ non poſſunt. Et rurſus earum quæ inſcribuntur uel minimé, aliæ quidem ſignificant, aliæ uero nihil. Amplius quoque omnium uocum, aliq; ſecundum placitũ deſignãt, aliæ uero naturaliter. Nomen ergo ſecundum placitum eſt, poſitione enim factum eſt ſubiectæ rei nota. Nihil enim nominum eſt, quod naturaliter ſignificet, nõ enim nomen informat ſignificatio ſecundum naturam, ſed ſecundum placitum ſignificatio. Nam & illiterati ſoni ſignificant, ut ſunt ferarum, quos ideo ſonos uocauit, quoniam ſunt mutæ quædam animalia, quę uocem omnino non habent, ſed tantum ſoni tu quodam concrepant. Quidam enim piſces non uoce, ſed brancijs ſonant & (ut Porphyrius autumat) Cicada per pectus ſonitũ mittit, quorũ omnium nihil eſt nomen. Hoc autem dictum eſt non q̃d nullum nomẽ ſit harum uocum, quas animalia proferunt, ſed quod his nõ uelut nominibus utãtur. Nam quamuis illiterata ſit uox & naturaliter ſignificet, ut latratus canum, dicit tamẽ latratus, & leonis fremitus, & tauri mugitus, hæc ſunt nomina ipſarum uocum, quæ à mutis animalibus proferũtur, ſed non hoc dicimus quoniã eorum nihil eſt nomen, ſed quoniam horum ſonorum nihil tale eſt, ut nomen eſſe poſſit, id eſt, ut ſecundum ea uelut nominibus utẽtes ferę ſibi inuicem colloquantur, habent enim ſignificationem, ſed (ut dictum eſt) naturalem. Nomen autem ſecundum placitum eſt.

> Non homo uero non eſt nomen, at uero nec poſitum eſt nomen, quo illud oporteat appellare. Nam neq; oratio, neq; negatio eſt, ſed ſit nomẽ infinitum, quoniam ſimiliter in quolibet eſt, & quod eſt, & q̃ non eſt. Catonis aũt uel Catoni, & quęcunq; talia ſunt, non ſunt nomina, ſed caſus nominis. Ratio autem eius eſt in alijs quidem eadem, ſed differt. Quoniam cum eſt, uel fuit, uel erit, adiunctũ, neq; uerũ, neque falſum eſt, nomen uero ſemper, ut Catonis eſt, uel nõ eſt, nõdũ enim aliquid dicit uerũ, aut falſum.

Superius omnia quæcunq; extra nomen eſſent, prædictis adiectionibus à nomine ſeparauit, nunc uero quoniam ſunt quædam quæ ſub diffinitione quidẽ nominis cadunt, uidentur tamen à nomine diſcrepare, de his differit, ut quid eſſe nomen integrè uideatur, expediat. Quod enim dicimus non homo, uel non equus, oratio quidẽ non eſt. Omnis enim oratio aut nominibus cõſtat & uerbis, aut ſolis duobus uel pluribus uerbis, uel ſolis nominibus. In eo autem quod eſt nõ homo, unum tantum nomen eſt, quod dicitur homo, id autem quod eſt nõ, neque nomẽ eſt, neque uerbum. Quare neque ex duobus uerbis cõſtat, aut ex uerbo & nomine. Verbum enim in eo nullum eſt, quare id quod dicimus nõ homo, oratio non eſt. Iam uero nec uerbũ eſſe monſtrare, ſuperfluum eſt, cum in uerbis tẽpora ſemper reperiãtur, in hoc uero nullum omnino quiſquam tempus inueniat. Sed nec negatio eſt. Omnis enim negatio, oratio eſt, nõ homo uero cum oratio nõ ſit, nec negatio eſſe poteſt. Illud quoq;, q̃d omnis negatio aut uera aut falſa eſt, non homo uero neq; uerum neq; falſum eſt, ſenſus enim plenus nõ eſt, quare negatio eſſe propter hoc quoque non dicitur. Nomen uero eſſe quis dicat, cum omne nomẽ ſiue proprium, ſiue appellatiuum ſit, definite ſignificet. Cum enim dico Cicero, unam perſonã, unamq; ſubſtantiam nominaui, & cum dico homo quod eſt nomen appellatiuum, definitam ſubſtantiam ſignificaui. Cum uero dico non homo, ſignifico quidem quiddam, id quod homo non eſt, ſed hoc infinitũ eſt. Poteſt enim & canis ſignificari, & equus, & lapis, & quodcũq; homo non fuerit, & æqualiter dicitur, & in eo quod eſt, & in eo quod non eſt. Si qs enim de ſylla quí nõ eſt, dicat nõ homo, ſignificat quiddam, q̃d in ſubſtãtia atq; in rerum natura nõ permanet. Si quís aũt uel de lapide uel de ligno, uel de alijs quæ ſunt rebus dicat non homo, idem tamen aliquid ſignificabit, & ſemper præter id q̃d no-

minat huiuſmodi uocabuli ſignificatio eſt. Sublato enim homine quicquid præter hominem eſt, hoc ſignificat non homo, quod à nomine plurimum differt, omne enim nomen (ut dictum eſt) definite id ſignificat quod nominatur, & non ſimiliter & de eo quod eſt, & de eo quod non eſt dicitur, ſed hæc huiuſmodi uox & deſignatiua eſt, & ad placitum, & ſine tempore, & (ut dictũ eſt) partes eius nihil extra deſignãt. Quare dubia apud antiquos ſententia fuit, utrũ nomen hoc non dicerent, an hoc aliqua adiectione nominis diffinitioni ſubijcerent. Et qui hoc à nomine ſeparabant, ita nomen diffinitione claudebant dicentes, nomen eſſe uocem deſignatiuam ſecundum placitum ſine tempore circunſcriptę ſignificationis, cuius partes nihil extra deſignarent, ut quoniam non homo rem circunſcriptam non deſignaret, à nomine ſeparetur. Alij uero non eodem modo, ſed dicebant quidem id eſſe nomen, ſed nõ ſimpliciter. Quadam namq; adiectione ſub nomine poni poſſe illud putabãt hoc modo, ut ſicut homo mortuus non dicitur ſimpliciter homo, ſed homo mortuus. Ita quoq; & nomen hoc quod nihil definitè ſignificaret, non diceretur nomẽ ſimpliciter, ſed nomen infinitum, cuius ſententiæ Ariſtoteles autor eſt, qui ſe hoc rei uocabulũ autumat inueniſſe. Ait enim, at uero nec nomen eſt poſitum, quo illud oporteat appellare, dicens id quod dicimus non homo quo uocabulo debeat adpellari non nouit antiquitas, & uſq; ad Ariſtotelem nullus nouerat quid eſſet id quod nõ homo diceret, ſed hic huic ſermoni uocabulum poſuit dicens, ſed ſit nomen infinitum non ſimpliciter nomen, quoniam nulla circunſcriptione ſignificat, ſed infinitum nomẽ, quoniã plura & in ea infinitè ſignificat. Sed hoc non ſolum huiuſmodi uocibus cõtingit, ut ſimpliciter ſub nomine poni non poſſint, ſed ſunt quædam aliæ quæ omnia qdẽ accidentia nominis habẽt, & definitè ſignificãt, ſed quadã alia diſcrepantia, nomina ſimpliciter dici nõ poſſũt, ut ſunt obliqui caſus, ut cũ dicimus Catonis, Catoni, Catonẽ, & cæteros. Horum enim diſcrepantia eſt à nomine, quòd nomen rectum iunctum cũ eſt, uel non eſt, enunciationẽ facit, ut ſi quis dicat Socrates eſt, hoc uerũ uel falſum eſt. Si enim uiuente Socrate diceretur, uerum eſſet, ſi uero mortuo, falſum eſſet, quare affirmatio eſt. Si quis aũt dicat Socrates nõ eſt, rurſus facit negationem, & in ea quoq; ueritas uel falſitas inuenitur. Ergo omne nomen rectum iunctum cum eſt uel nõ eſt, enunciationem conficit. Hi uero obliqui caſus iuncti cum eſt, uel cum nõ eſt enũciationem nulla ratione perficiunt. Enũciatio namq; eſt perfectus orationis intellectus in quem ueritas aut falſitas cadit. Si quis ergo dicat Catonis eſt, nondũ eſt plena ſententia, quid enim ſit Catonis non dicitur, atq; eodẽ modo Catoni eſt, uel Catonẽ eſt. In his ergo quoniam cum eſt uel non eſt inuncta, enunciationẽ nõ perficiũt, eſt quędã à nomine diſcrepantia, quanq; ſint nomini omni diffinitione coniuncti. Magna eſt enim diſcrepantia, quod rectum nomen cum eſt iunctum, perfectam orationem facit, obliqui caſus, imperfectam. Quod autem dictum eſt obliquos caſus cum eſt uerbo iunctos orationem perfectam non facere, non dicimus quoniã cũ nullo uerbo obliqui caſus iungunt̃ ita, ut nihil indigentem perficiant orationem. Cũ enim dico Socratẽ pœnitet, enũciatio eſt, ſed non cũ omni uerbo, ſed tantum cum eſt uel non eſt hi caſus iuncti, perfectam orationem nulla ratione conſtituunt. Atq; hoc eſt quod aít: Catonis autem uel Catoni & quæcunq; talia ſunt, non ſunt nomina ſed caſus nominis. Vnde etiam diſcrepare uidentur, hæc enim nomina non uocantur. Illa enim rectius dicuntur nomina quæ prima poſita ſunt, ideſt quæ aliquid monſtrant. Genitiuus enim caſus non aliquid, ſed alicuius, et datiuus alicui, et cęteri eodem modo. Rectus uero qui eſt primus rem monſtrat, ut ſi quis dicat Socrates, atq; ideo hic nominatiuus dicit̃, q̃d nominis quodãmodo ſolus teneat uim, nomenq; ſit, & uerißime eſt eum qui primus nomina rebus impoſuit, ita dixiſſe, uocet̃, hic homo, & rurſus uocetur hic lapis. Poſteriore uero uſu factum eſt, ut in alios caſus primitus poſitũ nomẽ deriuaretur. Illud quoq; maius eſt, quod omnis caſus nominis alicuius caſus eſt. Ergo niſi ſit nomen, cuius caſus ſit, caſus nominis dici rectè non poteſt. Caſus autem omnis

omnis inflexio eſt. Sed genitiuus, & datiuus & cæteri, nominatiui inflexiones ſunt, quare nominatiui caſus erunt, ſed omnis caſus qui ſecundum nomen eſt, nominis caſus eſt. Nomen igitur nominatiuus eſt. Aliud uero eſt caſus alicuius quàm eſt idipſum cuius caſus eſt, caſus igitur nominis, nomen non eſt. Quòd uero adiecit, ratio uero eius eſt in alijs quidem eadem, hoc inquit. Ratio & diffinitio obliqui caſus & nominis eadem in omnibus alijs eſt, nam & uoces ſunt & ſignificatiuæ, & ſecundum placitum, & ſine tempore, & circunſcriptæ deſignant. Sed (ut ipſe ait) differt quoniã cum eſt, uel fuit, uel erit, adiunctum, neq; uerum neq; falſum eſt. Quod à recto nomine ſine ulla dubitatione perficit, ut cũ eſt uel fuit, uel erit adiunctũ uerũ falſumue cõficiat, q̃d deſignauit p hoc q̃ ait. Nomen uero ſemp ſub audiendũ eſt, ſicut cet, facit uerũ falſumue, cũ eſt uel fuit uel erit adiunctũ, eorumq; ponit exẽpla. Catonis eſt, uel nõ eſt, in his enim (ut ipſe ait) neq; uerũ aliq̃d dicit̃, neq; falſum, quare integra nominis diffinitio eſt huiuſmodi. Nomẽ eſt uox deſignatiua, ſecũdũ placitũ, ſine tẽpore, circũſcriptæ ſignificationis, cuius partes extra nihil deſignãt, & cũ eſt, uel erit, uel fuit adiũctũ, nullius indigẽtis orationis p̃ficiẽs intellectũ enunciationẽq; cõſtituẽs, quoniã igitur de nomine expeditũ eſt, ad diffinitionem uerbi ueniamus.

DE VERBO.

VErbum autem eſt, quod conſignificat tempus, cuius pars nihil extra ſignificat, & eſt ſemper eorũ quę de altero prędicant̃, nota. Dico aũt quoniã cõſignificat tempus, ut curſus quidẽ nomẽ eſt, currit aũt uerbũ, cõſignificat enim nũc eſſe. Et eſt ſemp eorũ quę de altero dicunt̃, nota, ut eorũ quę de ſubiecto, uel in ſubiecto ſũt.

VErbi quidẽ integra diffinitio eſt huiuſmodi. Verbum eſt uox ſignificatiua ſecundũ placitũ, quæ conſignificat tempus, cuius nulla pars extra deſignatiua eſt. Sed quoniam cõmune eſt illi cũ nomine eſſe uocem & ſignificatiuã, & ſecundũ placitum, idcirco illa reticuit. Ab his aũt quæ propria ſunt uerbi inchoauit. Verbi autem proprium eſt, quo à diffinitione nominis ſegregat̃, quòd conſignificat tempus. Omne enim uerbum cõſignificationem temporis retinet, nõ ſignificationem. Nomen enim ſignificat tẽpus. Verbũ aũt cum principaliter actus paſſionesq; ſignificet, cum ipſis actib. & paſſionib. temporis quoq; uim trahit, ut in eo q̃d dico lego, actionem quidem quandã principaliter monſtrat. Hoc uerbũ, ſed cum ea ipſa agendi ſignificatione preſens quoq; tempus adducit, atque ideo non ait uerbum ſignificare tempus, ſed conſignificare. Neque enim principaliter uerbum ſignificat tempus (hoc enim nominis eſt) ſed cum alijs quæ principaliter ſignificat, uim quoque temporis inducit, & inſerit. Ergo cum nomẽ & uerbum uoces ſignificatiuæ ſint, & ſecundum placitũ, additum uerbo q̃d cõſignificat tempus, à nomine ſegregatur, ut enim ſæpe dictum eſt, nomen ſignificare tempus poterit, uerbum uero conſignificare, & ſicut in diffinitione nominis addidit, nihil omnino partes ſeparatas à tota compoſitione nominis deſignare, ꝓpter orationes quæ nominibus eſſent compoſitæ, ut eſt Plato & Socrates, ita quoq; in uerbo addidit, nihil extra uerbi partes ſignificare, ꝓpter eas orationes, quas uerba cõponunt, ut eſt ambulare & currere, hæc enim oratio ex uerbis eſt cõpoſita, & ſingula uerba & in ipſa oratione & præter eã per ſe ipſa ſignificãt. In uerbo uero nullo modo, & ſicut in nomine pars nominis nihil deſignat ſeparata, ita in uerbo pars uerbi nihil ſeparata deſignat. Dicit aũt eſſe uerbum ſemp eorũ, q̃ de altero p̃dicant̃ notã, q̃ huiuſmodi eſt, ac ſi diceret, nihil aliud niſi accidentia, uerba ſignificare. Omne em̃ uerbũ aliq̃d accidens deſignat, cũ enim dico curſus, ipſum qdem eſt accidẽs ſed non ita dicit̃, ut id alicui ineſſe uel nõ ineſſe dicatur. Si aũt dixero currit, tunc ipſum accidens in alicuius actione proponẽs, alicui in eſſe ſignifico, & quoniã q̃ dicimus currit, p̃ter aliquod ſubiectum eſſe nõ poteſt (neque enim dici poteſt præter eũ qui currit) idcirco dictum eſt omne uerbũ eorũ eſſe

quæ de altero prædicantur significatiuum,ut uerbum,ꝙd eſt currit,tale ſignificat ꝙd dam,ꝙd de altero prædicetur,id eſt,de currẽte,his igitur expeditis quod ait uerbum cõſignificare tempus exemplis aperuit. Ait enim,dico aũt quoniam conſignificat tempus,ut curſus quidem eſt nomẽ,currit uero uerbum,conſignificat enim nũc eſſe.Expeditiſſimè ꝙd uerbũ diſtaret à nomine,uerbi & nominis interpoſitione mõſtrauit,etenim quoniã curſus accidens eſt,& nominatũ eſt,ita ut ſit nomen,non cõſignificat tempus.Currit uero,id eſt,accidẽs in uerbo poſitũ præſens tempus deſignat,& hoc uerbum diſtare uidetur à nomine quod illud conſignificat tempus, illud uero præter omnem cõſignificationẽ temporis prædicaẽ.Sed poſtꝙ uerbum conſignificare tempus oſtẽdit,id,ꝙd ſuprà iam dixerat,uerbum ſemper de altero prædicari,nũc memoriter quẽadmodum prædicatur oſtẽdit,Ait enim: Et ſemper eſt eorum quę de altero dicunt̃ nota,ut eorum quæ de ſubiecto uel in ſubiecto.Hoc, ſcilicet, dicens,ita uerbum ſignificat aliquid,ut id quod ſignificat de altero prædicetur, ſed ita ut accidẽs,omne namꝙ accidẽs & in ſubiecto eſt,& de ſubiecta ſubſtantia ſibi prædicaẽ. Nam cũ dico currit id de homine,ſi ita cõtingit prędico,ſcilicet,de ſubiecto, & ipſe curſus in homine eſt.Vnde uerbum currit inflexũ eſt,ergo ꝙd dicit ſemper eorum eſſe notam uerbum quę de altero prædicentur,hoc mõſtrat: Verbum accidẽtia ſemper ſignificare,quoniã ait,eas res uerbi ſignificatione mõſtrari quę uel in ſubiecto eſſent,uel de ſubiecto dicerentur,uel certè ut ſit alius intellectus,quoniã ſolet in differenter uti de ſubiecto aliquid prædicari,tanꝯ ſi dicat in ſubiecto eſſe, & ſæpe cum dicit de ſubiecto aliquid prædicari,in ſubiecto eſſe ſignificat,cum uellet oſtendere accidentiũ ſignificationẽ contineri uerbis,ait,ea ſemper deſignari uerbis quæ de ſubiecto eſſent.Sed quoniã hoc uidebaẽ obſcurius,patefecit addito uel in ſubiecto,ut quid eſſet de quo ſuprà dixerat de ſubiecto, exponeret cum addidit uel in ſubiecto,tanquam enim ſi ita dixiſſet:Verbum quidem ſemper eorum nota eſt, quæ de altero prædicantur ut de ſubiecto,ſed ne hoc fortaſſe cuipiam uideatur obſcurius, hoc dico eſſe de ſubiecto,quod eſt eſſe in ſubiecto. Vel melior hæc expoſitio eſt,ſi ſimiliter dixiſſe eum arbitremur,tanquam ſi diceret,omne uerbum ſignificat quidẽ accidẽs,ſed ita ut id quod ſignificat aut particulare ſit,aut uniuerſale, ut id quod ait de ſubiecto,ad uniuerſalitatem referamus,quod in ſubiecto,ad ſolam particularitatem.Cũ enim dico mouẽ,uerbum quidẽ eſt & accidẽs,ſed uniuerſale. Motus enim plures ſpecies habet,ut curſus ſub motu ponitur.Ergo curſus ſi diffiniendus eſt,motum de curſu prædicamus. Quocirca motus genus quoddam eſt curſus, atꝙ ideo motus de curſu ut de ſubiecto prędicabitur,curſus uero ipſe,ꝙniam ſpecies alias nõ habet,in ſubiecto tantum eſt,id eſt,in currente.Motus autem quanquam & ipſe ſit in ſubiecto,tamen de ſubiecto prædicaẽ.Ideo dicit,eorum eſſe notam,uerbum quæ de altero prædicentur,atque addit,ut eorum quæ de ſubiecto,uel in ſubiecto. Hoc dicit accidentium quidem uim uerba ſignificant, ſed taliũ quę aut uniuerſalia ſint, aut particularia,ut cum dico moueor, uniuerſale quiddam eſt, & de ſubiecto dicit, ut de curſu. Cum uero dico curro, particulare eſt,& quoniam de ſubiecto non dicitur,in ſubiecto ſolum eſt.

Non currit autem, & non laborat, uerbum non dico,conſignificat enim tempus, & ſemper de aliquo eſt. Differentiæ autem huic non eſt poſitũ nomen,ſed ſit infinitum uerbum.Quoniã ſimiliter in quolibet eſt,& quod eſt, & quod non eſt. Similiter autem curret, & currebat non eſt uerbũ, ſed caſus uerbi, differunt autem à uerbo. Quoniam hoc quidem præſens tempus conſignificat,illa uero quæ circa ſunt.

Quemadmodum dixit in nomine,non homo nomen non eſt,idcirco quòd multis aliis conueniret,quæ homines non eſſent,quoniam que de homine id quod diceret auferret

auferret,nihilꝯ definitum in eadem prædicatione relinqueret,quod enim nõ homo eſt,poteſt eſſe & cẽtaurus,poteſt eſſe & equus, & alia quæ uel ſunt uel nõ ſunt, atꝯ ideo infinitum nomẽ uocatũ eſt,ita quoꝯ etiam in uerbo,quod eſt nõ currit,uel nõ laborat,infinitum quoꝯ ipſum eſt,quoniam nõ ſolũ de eo ꝙd eſt,uerum eſt,ſed etiã de eo ꝙd nõ eſt prædicari poteſt.Poſſum nãꝯ dicere homo nõ currit,&id quod aio nõ currit,uel nõ laborat,de ea re quæ eſt prædico,id eſt,de homine.Poſſum rurſus dicere ſcylla nõ currit,ſed ſcylla nõ eſt,ergo hoc quod dico nõ currit,& de ea re quę eſt ualet,& de ea quæ nihil eſt, p̃dicari.Sed fortè aliꝯ hoc quoꝯ in uerbis eſſe finitis cõtẽdat.Poſſum nãꝯ dicere equus currit,hypocẽtaurus currit,& de ea re, ſcilicet, quę eſt,& de ea quæ nõ eſt.Et ꝙ cõplectitur de futuro ac præterito d ixit,quod futurum quidem ante præſens tempus eſt,præteritum uero retro relinquitur, & nouo admirabiliꝯ ſermone uſus eſt,quod ait cõplectitur,ſed nos id quantũ latinitas paſſa eſt, transferre diu multumꝯ laborãtes,hoc ſolo potuimus, Græca uero oratione luculetius dictum eſt.Ita enim ſe habet τὰ δὲ τῶν ῥημάτων.Quod qui Græcæ linguę peritus eſt,quantum melius græca oratione ſonet,agnoſcit.

Ipſa itaꝯ ſecundum ſe dicta uerba,nomina ſunt,& ſignificant aliquid.Cõſtituit enim qui dicit,intellectum,& qui audit, quieſcit,ſed ſi eſt, uel non eſt,nondum ſignificat,neque enim ſignum eſt rei eſſe uel non eſſe,nec ſi ipſum eſt purum dixeris.Ipſum enim nihil eſt, conſignificat autem quãdam compoſitionem,quam ſine compoſitis non eſt intelligere.

Hoc in loco Porphyrius de Stoicorum dialectica,aliarumꝙe ſcholarum multa permiſcet,& in aliꝯ quoꝯ huius libri partibus,id eſt,in expoſitionibus idem facit, ꝙd interdum nobis eſt negligẽdum.Sæpe enim ſuperflua explanatione magis obſcuritas cõparatur.Nũc autem Ariſtotelis huiuſmodi ſententia eſt,uerba,inquit, ipſa ſecundum ſe dicta nomina ſunt,non ſecundum id quod omnis pars orationis cõmuniter nomen uocatur,ut dicimus nomina rerum,ſed quod omne uerbum per ſe dictum,neque addito de quo prædicatur tale eſt,ut nomini ſit affine. Nam ſi dicam Socrates ambulat,id quod dixi ambulat,totum pertinet ad Socratem.Nulla ipſius intelligentia propria eſt.At uero cum dico ſolum ambulat,ita quidem dixi,tãquam ſi alicui inſit,id eſt,tanꝯ ſi quilibet ambulet,ſed tamen per ſe eſt, propriamꝯ retinẽs ſententiã huius uerbi ſignificatio,unde fit,ut apud Græcos quoꝯ cũ articularibus præpoſitiuis ſola uerba dicta proferãtur,ut eſt,τὸ περιπατεῖντου,περιπατεῖν,τῷ περιπατεῖν. Quod ſi uerba cum nominibus coniungantur in oratione Græca, articularia præpoſitiua addi nõ poſſunt,niſi ſola dicta ſint.Quoniam ſignificãt rem, & ita ut quamuis ea ſignificẽt quæ alicui inſint,tamẽ quòd ſecũdum ſe,& per ſuam eſſentiam dicantur,idcirco ſunt nomina,& quòd Ariſtoteles ait: Ipſa quidem ſecũdum ſe dicta uerba nomina ſunt,tale eſt ac ſi diceret,ipſa quidem ſola necꝯ cum aliꝯ iuncta uerba,nomina ſunt.Cuius rei hoc argumentum reddit.Cõſtituit enim,inqt,quis dicit intellectum,& qui audit quieſcit,hoc autem tale eſt.Omne nomẽ auditũ quoniam per ſyllabas progrediens aliquantulũ temporis ſpatium decerpit, in ipſa progreſſione temporis,qua dicitur nomen,audientis quoꝯ animus progreditur, ut cum dico imperterritus ſicut per ſyllabas im,& per,& ter,& ceteras progreditur nomẽ, ita quoꝯ animus audiẽtis per eaſdem ſyllabas uadit.Sed ubi quis expleuerit nomẽ, & dixerit imperterritus,ſicut nomẽ ſyllabarum progreſſione finitũ cõſiſtit,ita quoque audientis animus conquieſcit. Nam cum totum nomen audit, totam ſignificationem capit,& animus audientis,qui dicẽtis ſyllabas ſequebatur,uolẽs qd ille diceret intelligere, cum ſignificationem cœperit,cõſiſtit, & eius animus pfectò demũ nomine cõſtituit,hoc eſt enim quod ait: Cõſtituit enim qui dicit intellectũ,et ꝙ audit quieſcit. Etenim is qui loquit̃ poſtquã totum ſermonem dixerit,audientis animum

mum cõstituit. (Non est enim quo progrediat intelligentia) ipsoq; nomine termi
nato, animus auditoris qui progrediebatur, explicatione nominis constituitur, &
quiescit, & ultra ad intelligentiam, quippe expedita significatione nominis, nõ pro
cedit, sed hoc uerbo nominique cõmune est, sed si uerbum solum dicatur. Namq; si
cum nomine cõiungatur, nondum audientis constituit intellectus. Est enim quo
ultra progredi animus audiẽtis possit. Quod cum dico Socrates ambulat, hic ambu
lat non per se intelligitur, sed ad Socratem refertur, & in tota oratione consistit in
tellectus, non in solo sermone, at uero si solum dictum sit, ita in significatione cõsi
stit, quemadmodum in nomine. Recte igitur dictum est, ipsa secundum se dicta uer
ba, nomina esse, quoniã constituit is qui dicit intellectum, & qui audit quiescit. Vel
certe erit melior expositio, si ita dicamus, uerba ipsa secũdum se dicta nomina esse,
idcirco quoniã cuiusdam rei habeant significationem, neque enim si talis rei signi
ficationem retinet uerbũ, quę semper aut in altero sit, aut de altero prædicetur, idcir
co iam nihil omnino significat, nec si significat aliqd quod præter subiectum esse
non possit, idcirco iam etiam illud significat, quod subiectum est, ut cum dico sa
pit, non idcirco nihil significat, quoniã hoc ipsum sapit, sine eo q sapere potest, esse
non possit, nec rursus cum dico sapit, illum ipsum q sapit in altero esse, sed illud qd
dico sapit, nomen est cuiusdã rei; quæ semp sit in altero & de altero prædicetur, un
de fit, ut intellectus quoq; sit. Nam qui audit sapit, licet per se constantẽ rem non au
diat (in altero namq; semper est) & in quo sit dictum non est, tamen intelligit quid
dam & ipsius uerbi significatione nititur, & in ea constituit intellectum & quiescit, ut
ad intelligentiã nihil ultra quærat omnino sicut fit in nomine. Quẽadmodum enim
nomẽ cuiusdã rei significatio, ppria est p se constãtis, ita quoq; uerbum significatio
rei est non per se subsistẽtis, sed alterius subiecto, & quodãmodo fundamẽto niten
tis. Est hic quæstio, non enim uerũ uideri potest, qd ait, constituit enim q dicit intel
lectum, & q audit quiescit. Nam neq; qui dicit cõstituit intellectũ, neq; q audit quie
scit, deest enim quiddã sermoni uel nomini, ut si quis dicat Socrates, mox audientis
animus requirit quid Socrates, facit ne aliquid an patitur? & nõdum audientis intel
lectus est quietus, cum horum aliquid requirit, & in uerbo idem est, cum dico legit,
quis legat animus audientis requirit. Nondum ergo qui dicit cõstituit intellectum,
nec qui audit quiescit. Sed ad hoc Aristotelem retulisse putandum est, quoniã quili
bet audiens cum significatiuam uocem cœperit animo, eius intelligentia nititur, ut
cum quis audit, homo, quid sit hoc ipsum quod accipit mẽte cõprehendit, constitu
itq; animo audisse animal rationale mortale. Si quis uero huiuscemodi uocẽ cœpe
rit, quæ nihil omnino designet, animus eius nulla significatione, neq; intelligẽtia ro
boratus errat, ac uertitur, nec ullis designationis finibus cõquiescit, quare Aristote
lis recta sentẽtia est, & uerba secundum se dicta esse nomina, & dicẽtem cõstituere
intellectum, audiẽtemq; quiescere, sed huiusmodi quæstio ab Aspasio proposita
est & ab eodem resoluta. Postquam igitur Aristoteles secũdum se dicta uerba no
mina esse cõstituit, inquit, sed si est uel nõ est nõdum significãt, quod huiusmodi est
ac si diceret: Significatur quidem quiddam à uerbis, uelut à nominibus, sed nulla ta
men inde negatio affirmatiõue perficitur. Cum enim dico sapit, est quidem quæ
dam significatio, sed nihil aut esse aut non esse demonstrat, id est, neque affirmati
uum aliquid, neque negatiuum est, nam si affirmatio & negatio in intellectuum com
positionibus inuenit, ut suprà iam docuit, neq; sola nomina dicta neq; uerba aut af
firmationem, aut ullam facient negationẽ. Pluribus enim modis docuit Aristoteles
aliàs nõ in rebus, sed in intellectibus ueritatẽ falsitatemq; esse cõstitutam, quoniam
si in rebus ueritas falsitasue esset, una res sola aut affirmatio esset, aut quę ei contra
ria est, negatio. Nũc uero q̃niã intellectib. iũctis, ueritas & falsitas ponit, oratio q̃q;
opinionis atq; intellectus passionũq; animæ interpres est. Quare sine cõpositione
intellectuũ, uerborũq; ueritas & falsitas non uidetur existere, quocirca pter aliquã
compoſi

compositionem nulla affirmatio uel negatio est. Verba igitur per se dicta significãt
quidem quiddã, & sunt rei nomina, sed nondum ita significãt, ut uel esse uel nõ esse
aliqd cõstituãt, id est, ut affirmationem faciant aut negationem. Nam sicut in nomi
nis partibus aut uerbi, partes ipsę nihil significant, omnes uero designant simul, ita
quoque in affirmationibus aut negationibus, partes quidẽ significãt, totę uero con
iunctæ uerum falsumue designãt, ut cum dico Socrates Philosophus est, Socrates
Philosophus non est, sigillatim positæ partes propria significatione nituntur, sed ni
hil uerũ falsumue significant, omnes uero simul iunctę, ut est Socrates Philosophus
est, ueritatẽ faciunt, uel qd est huic cõtrarium, falsitatem. Quare cum uerba secundũ
se dicta nomina sint, & significẽt aliqd, & partes quædã eius cõpositionis sunt, quæ
uerum falsumue faciãt, nõ tamen ipsa in propria significatione uel esse, qd est affir
mationis, uel nõ esse, quod est negationis, designãt. Nisi enim cui insit uerbum illud
fuerit additum, non fit enunciatio, ut cum dico sapit, nisi qui sapiat, dicam, propo
sitio non est. Quod aũt addidit, neq; enim signum est rei esse uel non esse, tale quid
dam est esse, quod uerbum est, uel non esse, quod infinitum uerbum est, indicat, nõ
est signum rei, id est, nihil per se significat. Esse enim nisi in aliqua cõpositione non
ponitur. Vel certe omne uerbum dictum per se significat quidẽ aliquid, sed si est uel
non est, nondum significat. Non enim cum aliquid dictum fuerit, idcirco aut es
se aut nõ esse significat. Atq; hoc est qd ait: Neq; enim signum est rei esse uel nõ es
se, etenim quam rem uerbum designat, esse eius uel non esse non est signum ipsum
uerbum, q̃ de illa re dicit, ac si sic diceret: Neque enim signum est uerbum quod dici
tur, rei esse uel non esse, hoc est de qua dicit re, ut id qd dico, rei esse uel non esse, tale
sit, tanq; si dicã, rem ipsam significare esse uel non esse, atq; hic est melior intellectus,
ut non sit signum uerbum eius rei de qua dicitur esse uel nõ esse subsistendi, scilicet,
uel non subsistendi, quod illud quidem affirmationis est, illud uero negationis, ut sit
talis sensus, neque enim quod dicitur uerbum signum est subsistendi rem uel nõ sub
sistendi. Sed qd addidit nec si hoc ipsum est, purum dixeris, uel si ita dicamus. Nec si
hoc ipsum ens, purum dixeris. Alexãder qdem dicit est uel ens æquiuocũ esse. Om
nia enim prædicamenta, quæ nulli cõmuni generi subduntur, æquiuoca sunt, & de
omnibus esse prædicatur. Substãtia enim est, & qualitas est, & cętera. Ergo nũc hic
dicere uidetur ipsum ens uel est, unde esse traductum est, per se nihil designat. Om
ne enim æquocum per se positum nihil designat, nisi enim ad res quasq; pro uolun
tate significãtis aptet, ipsum per se ideo nullorum designatiuum est, qd multa signi
ficat. Porphyrius uero aliam protulit expositionem, quæ huiusmodi est. Sermo hic,
quem dicimus est, nullam per se subsțantiam monstrat, sed semper aliquam coniun
ctionẽ uel earum rerum quæ sunt, si simpliciter apponat, uel alterius secundum par
ticipationem, nam cum dico Socrates est, hoc quod dico Socrates aliquid eorũ est
q̃ sunt, & in rebus ijs quæ sunt Socratem iungo, sin uero dicã Socrates Philosophus
est, hic inq; Socrates Philosophia participat. Rursus hic quoq; Socratem Philoso
phiamq; coniungo, ergo hoc, quod dico est, uim coniunctionis cuiusdam obtinet,
non rei, quod si propositionem aliquã copulationemq; promittit, solum dictum ni
hil omnino significat, atq; hoc est q̃ ait, nec si hoc ipsum est purũ dixeris, id est solũ,
nõ modo neq; ueritatem neq; fallitatem designat, sed omnino nihil est, & qd secu
tus est planum fecit, significat, inquit, quãdã cõpositionem quã sine cõpositis nõ est
intelligere. Nã si est uerbũ cõpositionis coniunctionisq; cuiusdã uim & proprium
obtinet locum, purum & sine coniunctione p̃dicatum nihil significat, sed eã ipsam
compositionem quã designat cum fuerit coniunctum ea quæ cõponunt, significa
re potest, sine cõpositis uero qd significet, nõ est intelligere. Vel certe ita intelligen
dum est q̃ ait, ipsum qdem nihil est. non q̃niã nihil significet, sed quoniã nihil uerum
fallumue demõstret, si purũ dictũ sit, cũ em coniungit, tũc fit enũciatio. Simpliciter
em dicto uerbo, nulla ueri uel falsi significatio fit, & sensus qdẽ totus huiusmodi est,
ipsa

ipſa uerba quidem per ſe dicta nomina ſunt,nam & qui dicit intellectum conſtituit, & qui audit quieſcit,ſed quanquã ſignificent aliquid uerba,nondum tamen affirmationem negationemue ſignificant.Nam quamuis rem deſignent,nõdum tamẽ ſubſiſtendi eius rei ſignum eſt,nec ſi hoc ipſum eſt uel ens dixerimus,aliquid ex eo uerum uel falſum poterit inuenire.Ipſum enim quanꝯ ſignificet aliquid,nõdum tamẽ uerum uel falſum eſt,ſed in cõpoſitiõe ſit enunciatio,& in ea ueritas uel falſitas naſcitur,quã ueritatem falſitatemꝯ ſine his quæ cõponuntur, cõiungunturꝯ intelligere impoſſibile eſt,& de uerbo quidem,& nomine ſufficienter dictum eſt. Secũdo uero uoluimine de oratione eſt cõſiderandum.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, EDITIONIS SECVNDAE, LIBER PRIMVS.

IN quantum labor humanum genus excolit & beatiſſimis ingenij fructibus complent,ſi in tantum cura exercendæ mentis inſiſteret,non tam raris homines uirtutibus uterentur,ſed ubi deſidia demittit animos, continuo feralibus ſeminarijs, animi uber horreſcit.Nec hoc cognitione laboris euenire conceſſerim,ſed potius ignorantia,quis enim laborandi peritus unquam à labore diſceſſit? Quare intendenda uis mentis eſt,uerumꝯ eſt amitti animum,ſi remittitur. Mihi autem ſi potentior diuinitatis annuerit fauor, hæc fixa ſententia eſt,ut quanꝯ fuerint præclara ingenia,quorum labor ac ſtudium multa de his quæ nunc quoꝯ tractamus,latinæ linguę contulerit,non tamen quendam quodammodo ordinem filumꝯ diſponendo diſciplinarum gradus ediderunt:Ego omne Ariſtotelis opus quodcũꝯ in manus uenerit, in Romanum ſtilum uertens,eorũ omnium cõmenta latina oratiõe perſcribam,ut ſi quid ex Logicę artis ſubtilitate, & ex moralis grauitate peritiæ,& ex naturalis acumine ueritatis ab Ariſtotele cõſcriptum eſt,id omne ordinatum transferam,atque id quodam lumine commentationis illuſtrem,omnesꝯ Platonis dialogos uertendo,uel etiam cõmentando in latinam redigam formã.His peractis non equidem contẽpſerim Ariſtotelis Platoniſquę ſententias,in unã quodãmodo reuocare cõcordiam, & in his eos nõ ut pleriꝯ diſſentire in omnibus,ſed in pleriſꝯ quę ſunt in Philoſophia maxime cõſentire demõſtrem,hæc ſi uita otiumꝯ ſupererit,cum multa operis huius utilitate,necnõ etiã laude contenderim,qua in re faueant oportet;quos nulla coquit inuidia. Sed nunc ad propoſita reuertamur. Ariſtoteles namꝯ inchoans librum prius nomen diffinitũ dum eſſe propoſuit,poſt uerbum,hinc negationem,poſt hanc affirmationem,conſequenter enunciationem,orationem uero poſtremam. Sed nunc cum de nomine & uerbo dixerit,conuerſo ordine,quod ultimum propoſuit, nũc exequitur primũ, de oratione nãque diſputat;quã poſtremã in operis diſpoſitione ꝓpoſuit; ait enim:

DE ORATIONE.

ORatio autẽ eſt uox ſignificatiua,cuius partium aliquid ſignificatiuũ eſt ſeparatũ,ut dictio,non ut affirmatio uel negatio.Dico aũt,ut homo ſignificat aliquid, ſed non quoniam eſt aut non eſt, ſed erit affirmatio uel negatio,ſi aliquid addatur,ſed non una hominis ſyllaba, nec enim in hoc quidem quod eſt ſorex,rex ſignificat,ſed uox eſt nunc ſola.In duplicibus uero ſignificat quidem aliquid, ſed non ſecundum ſe, quemadmodum dictum eſt.

Videtur

VIdetur Ariſtoteles illas quoꝯ uoces orationes putare,quæcunꝯ uel ex nominibus uel ex uerbis cõſtent,non tantũ quæ integrũ colligãt intellectũ,ut ſunt Socrates & Plato,& ambulare & dicere, hæc enim quanꝯ pleni intellectus nõ ſint, uerbis tamẽ & nominibus cõponunt. Ait enim orationẽ eſſe uocẽ ſignificatiuam, cuius partes ſignificarent aliquid ſeparatim,ſignificarent,inqt,non conſignificarẽt, ut in nomine & uerbo. Docet aũt illa quoꝯ res,eum etiã imperfectas, compoſitas tamẽ ex nominib. ac uerbis uoces,orationes dicere,quod ait cum de nomine loquetur,in eo quod eſt equiferus nihil ſignificare ferus, quẽadmodũ in oratione, quæ eſt equus ferus,namque equus ferus uox cõpoſita ex nominibus eſt,ſed ſententiam non habet plenam,& ille ait,quemadmodum in oratione quæ eſt equus ferus. Nam ſi ſecundum Ariſtotelem equus ferus eſt oratio,cur nõ aliæ quoꝯ quæ nominibus uerbiſqũe conſtent,quanquam ſint imperfectæ ſententiæ,tamen orationes eſſe uideantur,cum præſertim orationem ipſe ita diffiniat. Oratio eſt uox ſignificatiua, cuius partium aliquid ſignificatiuum eſt ſeparatum.In his ergo uocibus quæ uerbis & nominibus componuntur,partes extra ſignificant,& non conſignificant. Nam ſi nomen & uerbum ſignificatiuum eſt ſeparatum,in his uero uocibus quæ uerbis & nominibus componuntur,partes extra ſignificant,non conſignificant,etiam uoces imperfectæ nominibus & uerbis compoſitæ orationes ſunt. Nam ſi nomen omne & uerbum ſignificatiuũ eſt,hæ aũt uoces,id eſt,orationes nominibus cõponuntur & uerbis,dubiũ non eſt in his uocib. quę ex nominibus & uerbis coniũctæ ſunt, partes per ſe ſignificare,quod ſi hoc eſt,& uox cuius partium aliquid ſeparatũ,etiã per ſe ſignificat,licet ſit imperfectæ ſententiæ,tamen orationẽ eſſe manifeſtum eſt. Sed ꝙd addidit orationis partes ſignificare,ut dictionem,non ut affirmationem uel negationẽ,Alexander ita dictum eſſe arbitratur.Sunt enim,inquit,aliæ quidẽ ſimplices orationes,quæ ſolis uerbis & nominibus coniunguntur,aliæ uero cõpoſitæ,quarum partes in unum corpus iunctæ iam faciunt orationes,& ſimplices quidem orationes,partes habent eas,ex quibus componunt, uerba & nomina,ut eſt Socrates ambulat. Compoſitę aũt aliquoties quidem tantum orationes,aliquoties uero etiã affirmationes,ut cum dico Socrates ambulat,& Plato loquitur,utraꝯ ſunt affirmationes,uel cum dico:Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe,ex orationibus non ex affirmationibus componitur talis oratio. Prior autem ſimplicitas eſt,poſterior uero compoſitio. In quibus eſt autem prius uel poſterius aliquid, illud ſine dubio diffiniendum eſt priori loco,quod natura quoque præcedit.Ita ergo quoniam prior ſimplex oratio eſt,poſterior uero compoſita,prius ſimplicem orationem diffinitio ne conſtituit dicens,cuius partes ſignificant ut dictio,nõ ut affirmatio,dictionẽ ſimplicis nominis aut uerbi nuncupationem ponens. In ſimplicibus enim orationibus huiuſmodi partes ſunt. In compoſitis uero aliquoties quidem orationes tantum, aliquoties uero affirmationes,ut ſuprà monſtrauimus,addit quoꝯ illud. Omnem,inquit, diffinitionem uel contractiorem eſſe diffinita ſpecie, uel excedere non oportet,quòd ſi Ariſtoteles ita conſtituiſſet diffinitionem, ut ſignificare partes orationis diceret ut orationes, ac non ut dictiones,ſimplices orationes ab hac diffinitione ſecluderet.Orationum namꝯ ſimplicium partes,non ut orationes, ſed ut ſimplicia uerba nominaqũe ſignificant.Nam ſi omnis oratio,orationes habebit in partibus,rurſus ipſæ partes quæ ſunt orationes,aliis orationibus coniũgerentur, & rurſus partium partes,quæ eædem quoque orationes ſunt,alias orationes habebũt in partibus.Ac ſi qs hoc intelligentia ſumpſerit,ad infinitũ procedet, nec ulla erit prima oratio,quę ſimplices habeat partes.Necꝯ enim fieri poteſt,ut prima dicatur oratio, quæ alias orationes habet in partib.partes enim priores ſunt propria cõpoſitione, ꝙ ſi in infinitũ ducaꝝ intelligẽtia,nulla prima oratio reperiẽ,& cum nulla ſit oratio prima,nec ulla poſtrema eſt. Quocirca interempta prima atꝯ poſtrema,omnis ꝙꝯ interimiẽ,& nulla omnino erit oratio,quare nõ recta fuiſſet diffinitio,ſi ita dixiſſet:

Oratio

Oratio est uox significatiua,cuius partes aliquid extra significant,ut orationes. At uero,inquit,Alexãder.Nec si quædam orationes in partibus continent,idcirco iam necesse est ipsarum orationum partes affirmationes esse,ut cum dico: Desine meq; tuis incendere teq; quærelis.Est ergo huius orationis pars una.Desine meq; tuis incendere,teque quærelis,alia. Neutra harum affirmatio est, quãquam uideatur esse oratio.Quocirca nec illa fuisset recta diffinitio,si ita dixisset. Oratio est uox significatiua,cuius partes extra aliquid significant,ut affirmatio.Huiusmodi enim orationes cum sint eius partes ex orationbus iunctæ,non tamẽ affirmationibus totum ipsius corpus orationis efficitur. Sed quoniam in omni oratione uerba sunt & nomina,quæ simplices sunt dictiones,non autem in omnibus orationibus,aut affirmationes aut orationes partes sunt,quod commune erat,id in diffinitione cõstituit,tanquam si ita diceret.Oratio est uox significatiua secundum placitũ,cuius partes aliquid extra significant,ex necessitate quidem ut dictio,non tamen semper,ut affirmatio,aut oratio.Neque enim potest fieri,ut inueniatur oratio,cuius partes nonita aliquid extra significẽt ex necessitate,ut nomen aut uerbum cum inueniri possit,ut ita extra significent orationis partes,ut tamen orationes aut affirmationes non sint. Quare si ita dixisset, oratio est uox significatiua,cuius partes aliquid extra significant,ut affirmatio,illas orationes hac diffinitione non circumscripsisset,quarũ partes quidem orationes sunt,sed non affirmationes, ut ille uersus est,quem supra ia posui.Sin uero sic dixisset:Oratio est uox significatiua, cuius partes extra significant aliquid ut oratio,illas orationes in diffinitione reliquisset,quarum partes simplices sunt,ut est Socrates ambulat.Sed cũ dicit orationis partes ita significare ut dictiones,non omnino ut affirmationes,& simplices & compositas,hac diffinitione concluſit.Simplices quidem idcirco quòd quælibet simplex paruissimaq; oratio nomine & uerbo coniungitur,quæ sunt simplices dictiones.Compositas uero,quę cum habent orationes in partibus,partes ipsę habent simplices dictiones,quę ipsæ simplices dictiones totius corporis partes sunt,ut cũ dico,si dies est, lux est.Dies est,& lux est,partes sunt totius orationis.Sed rursus harũ partium partes sunt dies,& est, & rursus lux,& est,quæ rursus totius orationis,per quam dico,si dies est,lux est,partes sunt,sed dies,& est,& rursus lux,& est,sunt simplices dictiones. Quo circa etiã compositarum orationum partes indubitanter,ita semper significant,ut dictiones non ut affirmationes,aut quædam orationes.Quare hanc diffinitionem Aristotelis recte constituit. Ad hanc ergo sententiã locum hunc Alexander expedit.Illud quoque addens sæpe Aristotelem de affirmationibus dicere dictiones,quod distinguere uolens,cum diceret ita significare partes orationis tanq; dictionẽ,ne forte dictionem hanc aliquis in affirmationem susciperet,addidit, ut dictio non ut affirmatio, tanq; si diceret,duplex quidem est dictio,una simplex,alia uero affirmatio. Sed ita partes orationis aliquid extra significant,ut ea dictio,quę est simplex,nõ ut ea quæ est affirmatio,& huiuscemodi quodammodo intellectum tota Alexandri sententia tenet.Porphyrius quoque in eadem sententia est,sed in uno discrepat, cuius expositio talis est.Dictio,inquit,est simplex nomẽ,& simplex etiã uerbum,& ex duobus compositum,ut cum dico Socrates,uel rursus ambulat,uel equiferus.Procedit etiã nomen dictionis ad orationes quidem,sed simplicibus uerbis & nominibus cõiunctas,& cum dico Socrates & Plato,& si sit ex cõposito nomine,ut est equiferus & homo.Hæ orationes quanquam cõiunctę sint atque imperfectæ, tamen dictionis nomine nuncupantur,necnõ etiam transit nomen hoc dictionis usque ad perfectas orationes,quas enũciationis nuncupari posterius est dicendum.Est autem enunciatio simplex,ut si quis dicat Socrates ambulat.Et hæc dicitur affirmatio, huius negatio est.Socrates non ambulat.Simplices ergo enunciationes sunt affirmationes uel negationes,quę singulis uerbis ac nominibus componuntur. Itaq; cum dico,si dies est,lux est,tota quidem huiusmodi oratio dictio esse non dicitur.Composita namq; coniuncta

cõiunctaq; est ex orationibus,quę sunt dies est, et lux est. Hę autem sunt affirmationes,& dicuntur dictiones.Ipsæ uero affirmationes,quæ dictiones sunt, habent rursus alias dictiones simplices,ut est dies,& est,& rursus lux,& est.Ergo cum dico Socrates ambulat,hęc oratio partes habet dictiones,nomen,scilicet,& uerbum,quę dictiones quidem sunt,non tamen affirmationes.Sin uero dicam Socrates in lyceo cũ Platone,& cæteris discipulis disputauit.Hæc pars orationis quæ est,Socrates in lyceo,ipsa quoq; est dictio,sed non ut simplex nomen uel uerbum,quæ dictiones quidem sunt non tamen affirmationes,neq; ut affirmatio, sed tantum ut imperfecta oratio quæ uerbis tamen nominibusq; composita est,quod si sic dicam,si homo est,animal est.Hæc rursus oratio habet dictiones in partibus, sed neq; ut simplices dictiones,neq; ut imperfectas orationes,sed ut perfectas,simplicesq; affirmationes,et una est affirmatio animal est,alia uero homo est.Tota uero ipsa oratio dictio no est, qd si dicam si animal non est,homo non est,rursus hæc oratio ex duabus simplicibus dictionibus negatiuis uidetur esse composita, quæ nihilominus tota dictio non est. Ita ergo dictio inchoãs à simplicibus nominibus atq; uerbis usq; ad orationes quamuis ad imperfectas prouehitur,nec in his tantummodo consistit,sed ultra etiam ad simplices affirmationes negationesq; transit,& in eo progressionis terminum facit. Ergo quoniam non omnis oratio partes habet affirmationes & negationes, quæ sunt simplicium dictionum perfectæ enunciationes, quoniamq; no omnis oratio imperfectas orationes habet in partibus, omnis tamen oratio simplices dictiones retinet, quippe cum omnis oratio ex uerbis nominibusq; iũgatur hoc ait. Orationis partes significare semper quidem ut dictiones,non tamen semper ut affirmationes consentiente Alexãdro, cuius expositionem supra iam docui,atq; ita diligentior rector differentias eorum recte è peripiciat,& consentientes quidem communicet intellectus. Hoc loco Aspasius inconuenienter interstrepit, ait enim Aristo elem non in omnes orationes diffinitionem constituere uoluisse,sed tantum in simplices, quæ ex duobus constant uerbo, scilicet,& nomine, sed ille perfalsus est.Neq; enim si simplex oratio,simplicibus uerbis nominibusq; constitit,idcirco non composita quoq; oratio uerba & nomina similiter in partibus habet.Quod si hoc commune est simplicibus orationibus atq; cõpositis,ut habeant in partibus quidem dictiones simplices, non etiam affirmationes,cum etiam orationes quæ affirmationes habent, habeant in partibus simplices dictiones,cur hanc quæstionem in Aristotelem iaciat, ratione relinquitur.Syrianus uero qui Philoxenus cognominat, nõ putat orationes esse quarum intellectus sit imperfectus, atq; ideo nec eas aliquas habere partes. Nam cum dicit Plato in Academia disputans.Hæc quoniam perfecta non est, partes inquit,non habet,arbitrãs omne quod imperfectum est,nullis partibus contineri,atq; ideo cum dicit Aristoteles,oratio est uox significatiua,cuius partes aliquid extra significant, illam orationem constituí putat,quæ perfectum retinet sensum,ipsius enim partes esse uerba & nomina.Sed hoc ridiculũ est.Neq; enim aliquid compositum fieri potest,nisi proprijs partibus. Quod si qua libet res ut componatur habeat decem partes,eas tamen sigillatim apponi necesse sit, antequàm ad decimam ueniamus partẽ, nihilo tamen minus erunt partes quas sibimet ad componendã totius corporis summam sigillatim superponimus,etiam si ad illud quod componendũ fuit minimè peruentum est. Quocirca si antequàm perueniatur ad decimam partem prioris effecti compositiq; partes sunt,nulla ratio est imperfectæ rei partes dici non posse. Neque enim dicitur totius compositi partes esse,quæ sint imperfecti, ut si sit integrum nomen,habeat partes quatuor,ideſt syllabas,ut Mezentius, si unam syllabam demam, dicamq; mezenti,uel si unam rursus duasq; ponam,ut sunt mezen. huius tamẽ utra que syllaba me,scilicet, & zen,partes sunt,& cum sit compositio ipsa sensu uacua,ac sit imperfecta, tamen partibus continetur. Syrianus igitur minimè audiendus est. Sed Porphyrius potius,qui ita Aristotelis mentem sententiamq; persequitur,ut eius

diffinitionem quæ uera est, labare, & in aliquibus alijs discrepare non faciat. De his quidem hactenus. Porphyrius autem ita dicit. Volens, inquit, Aristoteles ostendere non omnem orationem, aut simplices tantum habere partes, aut compositas, à simplicibus sumpsit exemplum, ut diceret significare partes orationis, ut dictionem nõ ut affirmationem, ut cum est oratio. Plato disputat, dictiones quidem sunt, sed non ut affirmationes. Si uero sic esset oratio, si Plato disputat uerum dicit. Plato disputat & uerum dicit, cum sint dictiones, non sunt tantum ut simplices, sed etiam ut affirmationes. Neq; enim simplex dictio affirmatio est aut negatio, sed tunc fit cum additur aliquid, quod aut affirmationis uim teneat aut negationis, atq; hoc est quod ait: Dico autem ut homo significat autem aliquid, sed non quoniam est, aut non est, sed erit affirmatio uel negatio, si quid addatur. Huiusmodi hoc est, tanquam si diceret, nomen quidem simplex affirmationem, aut negationem non facit, nisi aut est uerbũ addatur, quæ est affirmatio, aut non est quæ est negatio. Quod autem additur, sed nõ una hominis syllaba, nec in eo quod est Sorex, rex significat, sed uox est nunc sola. In duplicibus uero significat quidem, sed nihil secundum se, quemadmodum dictum est. Huius loci duplex est expositio. Quod enim dixerat prius, sed erit affirmatio uel negatio si quid addatur ei dictioni, quam suprà simplicem esse proposuit, cum de significatiua orationis parte loqueretur, nunc id adimplet & explicat dicens: Non si quidlibet addatur simplici dictioni, statim fieri affirmationem uel negationem, nec uero orationem, neque enim si quid non per se significatiuum dictioni simplici copuletur, idcirco iam uel oratio, uel affirmatio uel etiam negatio procreabitur, neque enim si una syllaba hominis quæ significatiua per se non est, copuletur eidem ipsi dictioni, iam ulla inde procreatur oratio. Quod si oratio non fit, nec propositio est, hæ enim orationes quædam sunt, ut si quis ex eo quod est homo tollat unam syllabam, eamq; toti dictioni simplici aptet, dicatq; homo, uel alio quolibet modo decidẽs, partem toti corpori dictionis adijciens non faciet orationem. Quod si hoc est, nec affirmationem nec negationem, quædam sunt orationes. Ita ergo accipiendum est, tanquam si hoc modo dixisset, dico autem ut homo significat aliquid, sed non quoniam est aut non est, sed erit affirmatio, uel negatio si quid addatur, sed non ut una hominis syllaba addatur, nec cuilibet alterius dictionis, si quid non per se significat, ut in eo quod est Sorex rex nõ significat, sed uox est nũc sola. Atq; ideo si quis uelut partẽ tollat, id q̃d est rex, apponatq; ei quod est Sorex, dicatq; Sorex rex, ut rex tanq; pars sit eius q̃d est Sorex, oratio nulla est; atq; ideo neque affirmatio neque negatio. Hæ enim ex uocibus per se significatiuis constant. Rex uero in eo quod est Sorex, quoniam pars est nominis, nihil ipsa significat. Vel certè erit melior intellectus si hoc q̃d ait, sed non una hominis syllaba, non aptemus ad orationis perfectionem, sed potius ad dictionis significationem, ut quoniam dixit superius, orationis partes significare ita, ut dictionem non ut affirmationem, quæ esset dictio manifestè monstret. Dictiones namque constituit uocem per se significantem, ergo cum dicit. Sed nõ una hominis syllaba, tale est ac si diceret, significat quidem pars orationis ut dictio. Sed hæ ipsæ dictiones perfectæ nomina sunt & uerba, non partes nominum uerborumq;. In eo enim quod est equiferus currit, equiferus quidem dictio est totius orationis, significat enim ut pars orationis, sed ferus consignificat ut pars nominis, atque ideo ferus dictio non est. Quocirca si que aliæ syllabe in parte orationis sunt, ideſt in nomine uel uerbo, nihil per se significant, quanquam sint in parte nominis, quod nomen pars orationis est, nihil tamẽ ipsum significat in tota oratione, quare nec dictio erit. Audiendum ergo est ita, tanquam si sic diceret. Oratio autem est uox significatiua, cuius partium aliquid significatiuum est separatum, ut dictio, non ut affirmatio dico autem ut homo significat aliquid, & est quædam dictio simplex. Nam neq; oratio est, quoniã simplex est, nec affirmatio neq; negatio, quoniã nõ significat aut esse aut nõ esse. Sed erit tunc affirmatio, quando aliquid addit, q̃d affirmationẽ negationemue

constituat. Sed quod ad dictionem esse id quod dicimus homo, Idcirco dictio est, quoniam per se significat. Syllaba uero eius nominis quod est homo, quoniam nihil designat, non est dictio. Hoc est enim, sed non una hominis syllaba, uel si uideatur quidem significare, pars tamen sit nominis, & consignificet in nomine, in tota oratione nihil significet. Neq; enim est pars orationis. Quod per hoc dixit quod ait, nec in eo quod est Sorex rex significat, sed uox est nunc sola nihil significans, unde probatur huiusmodi particulas non esse dictiones. Vox enim sola non est dictio, sed uox per se significans. Si qua sunt, inquit, nomina, quæ sint composita ex alijs, ut est equiferus, emittunt quidem quandam imaginem significandi, sed per se nihil significant, consignificant autem. In simplicibus uero nominibus nec imaginatio ulla significandi est, ut in eo quod est Cicero, partes eius cum simplices sono, tum etiã intellectu præter cuiuslibet imaginationis similitudinem significationemue sunt. In duplicibus uero uult quod est pars significare, sed nullius separatim significatio est. Idcirco quoniam solum consignificat id quod totum compositi nominis corpus designat, ipsum uero separatum (ut sæpius dictum est) nihil extra significat.

Est autem oratio omnis quidem significatiua non sicut instrumentum, sed (quemadmodum dictum est) secundum placitum.

Secundum placitum esse orationes illa res approbat, quod earum partes sunt ad placitum, ideſt nomen & uerbum. Quod si omne compositum ab his ex quibus est cõpositum, sumit naturam. Vox quæ positione constitutis uocibus iungitur, ipsa quoque secundum placitum positionemq; format. Quare manifestum est orationem secundum placitum esse. Plato uero in eo libro qui inscribitur cratylus, aliter esse constituit, eamq; dicit suppellectilem quandam atq; instrumentum esse significandi res eas quæ naturaliter intellectibus concipiuntur, earumq; intellectum uocabulis discernendi. Quod si omne instrumentum naturalium rerum secundum naturã est, ut uidendi oculus, nomina quoq; secundum naturam esse arbitratur. Sed hoc Aristoteles negat, & Alexander multis in eo nititur argumentis, monstrans orationem nõ esse instrumentum naturale. Aristoteles uero ita utitur dicens: Est autem oratio omnis quidem significatiua, non sicut instrumentum, tanquam si diceret. Est quidẽ omnis oratio significatiua, non tamen naturaliter, instrumentum enim hoc demõstrat, tanquam si diceret naturaliter significare. Quod qui instrumentum orationem esse negãt, non eã naturaliter significare dicunt, sed ad placitum. Naturalium enim rerũ naturalia sunt instrumenta. Idcirco autem instrumentũ pro natura posuit, quod (ut dictum est) Plato omnium artium instrumenta, secundum naturam ipsarum artium consistere proponebat. Et Alexander quidem non esse instrumentum orationem sic ingreditur approbare. Omnis, inquit, naturalium actuum suppellex, ipsa quoq; naturalis est, ut in sensu quoniam natura datur, eius quoq; suppellex est naturalis, ut oculus. Eodem quoq; modo auditus cum naturalis sit, aures nobis quæ sunt audiendi instrumenta, naturaliter esse datas cognoscimus. Quare quoniam oratio ad placitũ non naturaliter est, partes enim manifestum est orationis ad placitum positas, quæ sunt, scilicet, nomina & uerba, sicut monstrat apud omnes gentes diuersitas uocabulorum, quoniam ergo per hæc secundum placitum omnis oratio esse monstratur, q̃d autem secundum placitum est, non est secundum naturam, non est ergo oratio suppellex. Significandi enim ratio atq; potestas naturaliter non est. Quod si oratio naturaliter non est, non est suppellex. His alijsq; similibus rationibus monstrat non esse suppellectilem orationem. Quocirca dicendum nobis est, naturaliter quidẽ esse uoces potestatesq; naturaliter uocabula rebus imprimendi, non tamen naturaliter significatiuas sed positione. Sicut ergo naturaliter singularium artium sumus susceptibiles, sed eas non naturaliter habemus, sed doctrina concipimus, ita uox quidem naturaliter est, sed per uocem significatio nõ naturaliter. Neq; enim uox sola nomẽ

eſt,aut uerbum,ſed uox quædam addita ſignificatione, & ſicut naturaliter eſt mouere,ſaltare uero cuiuſdam iam artificij,& poſitionis, & quemadmodũ æs quidem naturaliter eſt,ſtatua uero poſitione uel arte.Ita quoq; poſſibilitas ipſa ſignificandi,& uox naturalis eſt.Significatio uero per uocem poſitionis eſt,non naturæ. Hactenus quidẽ de communi oratione locutus eſt,nunc autẽ tranſit ad ſpecies eius.Ait enim;

Enunciatiua uero non omnis, ſed illa in qua uerum uel falſum eſt, non autem in omnibus ineſt, ut deprecatiua,oratio quidem eſt, ſed neq; uera neq; falſa. Cæteræ igitur relinquantur,Rhetoricæ enim uel Poëticæ cõuenientior eſt conſideratio,enunciatiua uero preſentis eſt ſpeculationis.

Species quidem orationis multæ ſunt,ſed eas uariè partiuntur, at uero Peripatetici quinq; partibus omnes ſpecies orationis ac membra diſtribuunt.Orationis autẽ ſpecies dicimus perfectæ,non eius quæ eſt imperfecta.Perfectas autem uoco eas quæ cõplent expediuntq; ſententiam.Et ſit nobis hoc modo diuiſio.Sit genus oratio,orationis aliud eſt imperfectum,quod ſententiam nõ expedit,ut ſi dicam Plato in lyceo, aliud uero perfectum.Perfectæ autem orationis alia eſt deprecatiua,ut; Adſit letitiq; Bacchus dator. Alia imperatiua,ut: Accipe,dacq; fidem. Alia interrogatiua,ut:Quo te Mœri pedes? an quo uia ducit in urbem? Alia uocatiua,ut, O qui rex hominũ Deumq; æternis regis imperijs. Alia enunciatiua, ut: Dies eſt,dies non eſt. In hac ſola quæ eſt enunciatiua,ueri falſiue natura perſpicitur.In cæteris enim neq; ueritas,neq; falſitas inuenitur,& multi quidem plures ſpecies eſſe dicunt perfectæ orationis, alij autem innumeras eorum differentias produnt, ſed nihil ad nos. Cunctq; enim ſpecies orationis, aut Oratoribus accõmodatę ſunt,aut Poëtis,ſola enũciatiua Philoſophis.Ergo hoc dicit.Non omnis oratio enunciatiua eſt.Sunt enim plurimæ quę enunciatiuæ nõ ſunt,ut hæ quas ſuprà poſui.Hæc autem ſola eſt in qua uerum falſum ue inueniri queat.Quocirca quoniam iſtam in qua ueritas uel falſitas inuenitur,Dialecticiq; Philoſophiq; eſt quærere.Cæteræ autem Oratoribus atq; Poëtis accommodatæ ſunt,iure de hac ſola tractabitur,ideſt de enunciatiua oratione. Hucuſq; ergo de partibus interpretationis,& de communi oratione locutus eſt. Nunc autem aſtringit modum diſputationis in ſpeciem,& de una ſpecie orationis tractat,decq; una interpretatione quæ eſt enunciatiua.Species namq; eſt enunciatio interpretationis, negatio uero & affirmatio enunciationis. Quare de enunciatiua oratione conſiderandi,hinc cum ipſo Ariſtotele commodiſſimum ſumamus initium.

Eſt autem una prima oratio enunciatiua,affirmatio,deinde negatio,alię uero omnes coniunctione unę. Neceſſe eſt autem omnem orationem enunciatiuam ex uerbo eſſe,uel caſu uerbi,etenim hominis ratio,ſi non eſt, aut fuit,aut erit,aut aliquid huiuſmodi addatur,nondum eſt oratio enunciatiua. Quare autem unum quiddam eſt,& non multa animal greſſibile bipes. Neque enim eo quod propinque dicuntur unum erit. Eſt autem alterius hoc tractare negocij.

Vna oratio duplici modo tractatur,uel cum per ſe una eſt,uel cum per aliquam coniunctionem iungitur. Vel certè ita dicẽdum eſt. Aliæ orationes naturaliter unę ſunt, aliæ uero poſitione. Et naturaliter unæ quidem ſunt orationes quæ non diſſoluuntur in alias orationes,ut eſt,ſol oritur. Quæ autem poſitione ſunt unæ in alias orationes diſſoluuntur, ut eſt, ſi homo eſt animal eſt, hæc enim in orationes alias ſeparatur,& quemadmodum lignum uel lapis ſigillatim in propria natura conſiſtunt & ſunt una,ex his autem facta nauis uel domus quæ cum pluribus quidem conſtent, unæ tamen arte ſunt, non natura. Ita quoque in orationibus ſimplices eas & per ſe naturaliter unas orationes dicimus, quæ uerbo tantum & nomine coniungun-

tur.Compoſitas autem quæ in alias (ut dictum eſt)orationes diuiduntur. Multas enim orationes in huiuſmodi orationibus cõiunctio iungit,ut ſi dicam Plato eſt et Socrates eſt,hæc coniunctio &,utraſq; coniunxit,atq; ideo una uidetur poſitione,quæ naturaliter & per ſe una nõ fuerat,naturaliter autem unius orationis duę partes ſunt affirmatio & negatio, ſed quoniam non ita dixit, eſt autem una oratio enunciatiua, affirmatio uel negatio,deinde eſt una coniunctione.Sed ait.Eſt autem una prima oratio enunciatiua affirmatio, deinde negatio,huiuſmodi oritur quæſtio. Vtrum id quod ait prima ad affirmationem referatur, ut ſit poſterior negatio, an id quod ait prima ad ſimplicem retulerint orationem,ut ſecunda ſit,quæ ex orationibus iungit, quam dubietatem ipſe diſſoluit.Sic enim inquit:Eſt autem una prima oratio enunciatiua,affirmatio,& ut quam ſecundam diceret demonſtraret,ait; deinde negatio, ut primam affirmationem poneret,ſecundam negationem.Quod ſi ita dixiſſet, eſt autem una prima enũciatiua oratio affirmatio uel negatio,deinde coniũctione una, ita oporteret intelligi,tanquam ſi diceret,illam eſſe primam orationem quæ ſimplex eſſet,cuius partes affirmatio eſſent atq; negatio.Secundam uero illam quæ coniuncti one quadam una fieret,cum ex orationibus iungeretur.Sed quoniam id quod ait prima ad affirmationem iunxit dicens,eſt autem una prima oratio enunciatiua affirmatio,ad negationem uero,deinde ſubiunxit dicens,deinde negatio.Dicẽdum eſt primam eum orationem eſſe arbitrari affirmationem.Secundam uero negationem,cui deinde continenter appoſuit.Sed rurſus incurrimus Alexandri quæſtionẽ. Per hoc enim negat affirmationem negationemq; ſub uno genere poni oportere, ideſt ſub enunciatione,quod in iſs quæ priora uel poſteriora ſunt,commune genus nõ poteſt inueniri.Sed hoc ſuprà iam dictum eſt,nam oportere omnia quæcunq; quolibet modo priora uel poſteriora ſunt à genere communi ſecernere. Alioquí ſic primæ & ſecundæ ſubſtantiæ ſub uno genere ſubſtantiæ nõ ponentur.Sic etiam ſimplices & cõpoſitæ orationes,quarum ſimplices propoſitiones primæ ſunt, poſteriores compoſitæ,uno genere non continebuntur.Sed illa ſola putanda ſunt ſub eodem genere poni non poſſe,quæ ad ſubſtantiam priora uel poſteriora eſſe cognoſcimus.Quę uero ad ſuum eſſe æqualia ſunt,nihil prohibet ſub eodem genere utraq; conſtitui. Ergo quoniam affirmationi & negationi hoc eſt eſſe, quod in his ueritas & falſitas reperitur,hęc autem eſt enunciatio in qua,ſcilicet,ueritatis & falſitatis conſtituta ſit ratio, quoniam ad id quod ueri falſiue ſignificatiuæ ſunt,neq; affirmatio prior,neq; negatio poſterior eſt.Nullus dubitat eo quod æqualiter participant affirmatio et negatio, eidem generi poſſe ſupponi,ſed affirmatio & negatio æqualiter participant enunciatione, ſiquidem enunciatio ueri falſiq; utitur ſignificatione,& affirmatio & negatio ueritatem atq; mendacium æqualiter monſtrant,enunciatio igitur affirmationis & negationis genus eſſe ponenda eſt,Quod ergo ait. Eſt autem una prima oratio enunciatiua,affirmatio,deinde negatio,aliæ uero coniunctione unæ,Ita intelligẽdum eſt,quod affirmationem primam,ſecundum uero negationem,cui addidit deinde,in prolatione poſuerit.Prior enim eſt affirmatio,poſterior negatio in prolatione duntaxat, non ſecundum ueri falſiq; deſignationem.Quocirca nihil prohibet & priorem putari affirmationem negatione,& tamen utraſq; ſub uno genere, ideſt,enunciatione conſtitui.Sed quod ſecutus eſt.Neceſſe eſt autem omnem orationem enũciatiuã ex uerbo eſſe uel caſu,huiuſmodi eſt uolens Ariſtoteles diſtribuere dictionẽ affirmationem,negationem,enunciationem,contradictionem, ſenſum confuſa breuitate permiſcuit,& nebulis obſcuritatis implicuit, oportuit namq; prius quid eſſet dictio,poſt autem quid affirmatio,& negatio,& rurſus quid eſſet enunciatio, & cõtradictio conſtituere.Sed hoc interim prætermittit,nunc uero quemadmodum conſtituatur enunciatio docet dicens: Quod omnis enunciatio conſtet uerbo, quoniã ſimplex dictio eſt nomen aut uerbum. Omnis enunciatio ſimplex huiuſmodi eſt, ut ſemper quidem uel uerbum uel aliud aliquid quod idem ualeat,tãquam ſi diceretur,

uerbum uel casum uerbi in prædicatione retineat, sed nō semper subiectus terminus
sit ex nomine, semper tamē prædicatus ex uerbo, sit enim huiusmodi ꝓpositio, quæ
est, sol oriē, in hac ergo, ꝓpositione ꝙd dico, sol oriē, subiectū est sol, ꝙd uero dico, ori
tur, prædicatum. Et utrasq; has dictiones terminos uoco, sed quodcunq; prius dicit,
in simplici enunciatione, illud subiectum est, ut in hac sol, quod uero posterius, illud
prædicatum, ut in eadem, oriē. Ergo necesse est omnem enunciatiuam orationem si
simplex sit, uerbum in prædicatione retinere, ut in eadem ipsa, cum dico, sol oriē, oriē
uerbum est, uel quod idem ualeat, ut est Socrates non ambulat, non ambulat enim in
finitum uerbum est, & uerbum quidem non est, sed eandem uim retinet q̄ uerbū. Ca
sus etiam uerbi ponit sæpe, ut Socrates fuit, subiectus uero terminus non semper cō
sistit in nomine, potest enim infinitum nomē habere, ut cū dico, nō homo ambulat,
potest & uerbū, ut cū dico, ambulare moueri est, ergo (ut arbitror) plenē monstratū
est non semper subiectum nomen esse, sed semper prædicatum in solo uerbo consi
stere. Approbans ergo uerba semper in prædicationibus poni, hoc addidit, nisi enim
aut est, aut fuit, aut aliquid huiusmodi sit additum, aut quod idem ualeat apponat, e-
nūciatio nō fit, cū enim dico, homo est, est uerbū in prædicatione propositū. Sin uero
dixero, homo uiuit, idem ualet tanquam si dicam homo uiuus est. Ergo non posse si
ne uerbo affirmationem negationemue cōstitui, docuit ꝓ id ꝙd ait, etenim hominis
ratio si nō aut est, aut erit, aut fuit, aut aliqd huiusmodi addat, nondū est oratio enun
ciatiua. Hoc enim dicere uidet. Diffinitio hominis, est uerbi gratia animal gressibile
bipes, & hæc ratio est humanæ substantiæ, ergo hæc ratio nisi ei est, aut erit, aut fuit,
aut quodlibet uerbum (sicut suprà dictū est) apponat, enunciatio nō fit, neq; enim ue
rū neq; falsum est. Si enim dicā tantū animal gressibile bipes, nulla me ueritas mendā
cium̄ue consequitur. Sin aūt dixero animal gressibile bipes est, uel nō est, affirmatio
mox negatioq; conficit, quas enūciationes esse qs dubitet? Sed cū de simplicibus e-
nunciationibus loqueret, ait, hominis rationē, ideſt diffinitionē nō esse enunciatio-
nē, nisi ei, aut est, aut erit, aut huiusmodi aliqd apponat, approbās, scilicet, unā esse,
& non multiplicē orationē diffinitionis humanæ, cui si est, aut erit, aut fuit adderet,
enunciationē simplicē faceret. Cur uero una sit talis oratio, causa quæritur, neq; enim
ex solis duobus terminis constat, id ꝙd dicimus animal gressibile bipes, & quæ no-
minat, plura sunt, quare ipse sibi institit, & de sua propositione rationē quęsiuit quā
nunc dicere supersedit, ait enim. Quare autem unum quiddam est & non multa, ani
mal gressibile bipes, neq; enim in eo quod dicuntur propinquè, unum erit. Est autem
alterius hoc tractare negotij. Hoc scilicet, quærens tanquā si ita ipse ex persona sua
diceret, de simplicibus enunciationibus omnibus, ipse loquebar, deq; his propositi
eas præter uerbum esse non posse, & ad hanc rem probandam exemplū sumpsi diffi
nitionem hominis, cui nisi est, aut erit, aut fuit apponetur, enunciationem non fieri
dixi, quasi una & non multiplex esset oratio, ea per quā dicitur animal gressibile bi-
pes, de qua fieri possit simplex enūciatio. Cur autem esset una oratio, animal gressi
bile bipes, alterius, inquit, est hoc tractare negotij, cum de rebus non de propositio-
nibus inspiciendum est. Nam nō idcirco una oratio est, quia continuè dicitur, & cō
iunctè sibimet, animal gressibile bipes, hoc enim si ita esset, possemus & hanc oratio
nem quæ tam multa significat, unam dicere, si continuè proferatur, ut est Socrates
Philosophus simus, caluus, senex. Ergo quemadmodum huiusmodi oratio sit multi
plex, & nō una, posterius dicemus, ergo nunc manifestum sit hanc orationem quæ
dicit Socrates Philosophus simus, caluus, senex, non esse unam, sed multiplicem, Sic
ergo propinquitas proferendi ipsa continuatione unam faceret orationem, posset
hæc quoque una esse oratio, quæ manifestè non una esse docebitur. Quare non idcir
circo erit una oratio ea quæ dicit animal gressibile bipes, quod cōtinuè & propinquè
profertur. Quæ autem causa sit ut una sit, ipse dicere distulit, sed inlibris eius opi-
nionis quid μετὰ τὰ φυσικὰ inscribitur, expediuit. Theophrastus autem de affirmatiōe &

negatione sic docuit, diffinitionem unam semper esse orationē, eamq; oportere con
tinuatim proferri, illa enim una oratio esse dicitur, quæ unius substantię designati
ua est. Diffinitio autem, ut uerbi gratia hominis, animal gressibile bipes una est ora
tio per hoc, quoniam unum subiectum, id est, hominē mōstrat. Si ergo cōtinuè pro
ferat, & non diuisè, una est oratio, & quia cōtinuè dicitur, & quia unius rei substan
tiam monstrat. Sin uero quis diuidat, & orationem unam rem significantem, profe
rendi intermissione distribuat, multiplex fit oratio, ut si dicat animal, gressibile bi
pes, unam rem mihi tota monstrat oratio, & continuè dicta est. Sin uero dicat ani
mal & rursus gressibile, & sub intermissione repetat bipes, multiplex erit distributa
intermissione oratio. Est rursus aduersum id quæstio, & quis hoc non iure culpet,
posse eam, quæ una est orationē intermissione proferendi fieri multiplicem, cū con
tinuatio proferendi nō faceret unam, quę esset multiplex per naturā. Sicut enim in
illis quæ multiplices sunt naturaliter, non potest cōtinuatio proferēdi, unam facere
orationem, sic quoq; non debet quæ est una naturaliter oratio, idcirco quòd de uno
subiecto dicat, fieri multiplex per intermissionē. Sed hoc ita soluit. Nam cū animal
dicimus, & sub intermissione rursus gressibile, eodemq; modo iterum bipes, non
hęc ita dicimus, tanq; si in unum cuncta cōiuncta sint. Quocirca quoniā est quidem
animal, rursus gressibile est, rursus bipes, quoniā plura sunt, & pluraliter dicta, id est
distributa, nō uidentur ad unum subiectū distributa, posse prædicari, sicut cum dico
Socrates, Philosophus, simus, caluus, senex, hæc omnia non est simplex oratio, nec
si cōtinuè proferatur, quod ad unam substantiam non tendunt, accidētia enim sunt,
& extrinsecus ueniunt. Probatur autem neq; eas orationes, quæ per diuisionem di
cuntur, neq; eas quę nō ad unam substantiā tēdūt, unas esse, hoc modo: Si dicat quis
animal, & rursus gressibile, & iterum bipes, non unum est animal, nec unum gressi
bile, nec unū bipes. Sin uero dixero, animal gressibile bipes cōtinuè, & propinquè,
unum est, quod tria ista iuncta significant, id est homo. Conuertamus nūc animum
ad eas, quæ plura quidem significant, sed continuè proferuntur, ut cum dico Socra
tes Philosophus caluus senex, uidetur quasi quædam Socratis esse diffinitio, Philo
sopus caluus senex, sed non necesse est, si huiusmodi ratio Socratis fuit, omnem qui
cunq; Philosophus est senex caluus, etiam Socratem esse. In multis ergo continua
tio ista ualet accidere. Quocirca non unum significat, quāquā continuè proferatur.
Ergo si ex omnibus unum quidem significetur, & continuè proferatur, una est ora
tio, ut partes quædam rei definitę sint ea quæ in diffinitione ponuntur, non acciden
tia. Et proficit quidem aliquid cōtinua prolatio ad perficiendam unam orationem,
sed ipsa sola non sufficit, nisi unum quodque subiectū sit, atq; ideo dixit Aristoteles,
animal gressibile bipes, non idcirco esse unam orationem, quod propinquè dicatur,
nam neque sufficit ad cōstituendam unam orationem propinquitas proferendi, ni
hilque prohiberet quę naturaliter essent multiplices, eas cōtinuè & propinque pro
latas unas uideri, sed huiusmodi rei rationem Aristoteles ponere distulit. Sensus er
go huiusmodi est. Necesse est, inquit, omnem enūciatiuam orationem ex uerbo es-
se uel casu. Etenim hominis ratio, quę & ipsa quoq; oratio est, si nō est, aut erit, aut fu
it, aut aliquid huiusmodi illi addatur, nōdum est enunciatio, hoc uero in solis simpli
cibus enunciationibus euenit. In his autem quæ cōiunctione unę sunt (ut suprà iam
ait) nō omnino est. Cum enim dico dies est, uis tota in uerbo est. Si autem cum con-
iunctione proferam, si dies est, lux est, tota uis in cōiunctione consistit. Veritatis e-
nim aut fallitatis rationem sola cōiūctio tenet, quę cōditionē proponit, cum dicit,
si dies est lux est, si enim illud est, illud euenit. Igitur in cōiunctione omnis uis huius
modi propositionis est, omnis autem simplex propositio totam uim in uerbo habet
positam. Et quemadmodum in his quæ hypotheticæ uel cōditionales dicuntur, cō
iunctiones uim propositionis tenent, sic in simplicibus propositionibus prædica-

tio uim obtinet,unde & Græcè quoq; tales propositiones κατηγορικαὶ ideſt prædicatiuæ dicuntur,ſcilicet,quæ ſunt ſimplices,quod in his totam propoſitionem obtineat prædicatio,atq; ideo Ariſtoteles ait,ex uerbo uel caſu fieri ſimplicem enunciationem. Nam præter id quod continet totam propoſitionem prædicatiuam,ſcilicet,præter prædicationem,enunciatio non fit,unde eſt,ut negatio quoq; non ad ſubiectum ſed ad prædicatum ſemper aptetur. Nam cum dico ſol oritur,non eſt huius negatio, non ſol oritur,ſed illa quæ eſt,ſol non oritur,atq; ideo negatio ad ſubiectum poſita, non facit contrariam propoſitionem,ad prædicatum uero,reddit contrariam. Rectè igitur Ariſtoteles de ſubiecto nihil locutus eſt. Non enim prædicatiuam propoſitionem ſubiectus terminus tenet,ſed tantum prędicatus,qui totam enunciationem propria uirtute confirmat.

Eſt autem una oratio enunciatiua,uel quæ unum ſignificat, uel coniunctione una,plures uero,quę plura,& non unum, uel inconiunctę. Nomen ergo & uerbum dictio ſit ſola,quoniam non eſt dicere, ſic aliquid ſignificãtem uoce, enunciare,uel aliquo interrogante,uel non,ſed ipſo proferente.

Hic monſtratur quoniam tunc cum dixit. Eſt autem una prima oratio enũciatiua affirmatio,deinde negatio. Primam eum non de ea oratione dixiſſe putandum eſt,quę naturaliter una eſt,ſed de affirmatione,alioqui hic quoq; repetens ita dixiſſet. Eſt autem oratio una prima enunciatiua quæ unum ſignificat,ſed quoniam non ita dixit, manifeſtum eſt quod dudum ait primam,non ad orationem,quę præter coniunctionem una eſt,retuliſſe,ſed ad affirmationem, quam negatione priorem eſſe conſtaret,ſed hoc iam ſuperius dictum eſt. Quid autem ſibi uelit hęc enumeratio,paucis exponam. Multas enim cõfuſiones multoſq; in orationibus errores, hic locus optimè intellectus ueraciterq; perceptus ſuſtulit,& hęc eſt expoſitio,quam nullus ante Porphyrium expoſitorum uidit. Non eſt idem namq; unam eſſe orationem & multiplicem,quod ſimplicem & cõpoſitam,& diſtat una à ſimplici,diſtat etiam multiplex à compoſita. Eſt ergo una oratio quæ unum ſignificat, multiplex autem quę non unũ, ſed plura. Fit autem hoc in huiuſmodi orationibus,ut cum dico ; Cato Philoſophus eſt,hęc oratio non eſt una,non enim unum ſignificat,poteſt enim monſtrare & Catonem Vticenſem eſſe Philoſophum,poteſt etiam oſtendere,& Catonem Cenſorium oratorem eſſe Philoſophum,qua in re non una eſt oratio,atq; idcirco in Vticenſi quidem Catone eſt uera,in oratore uero falſa. Huiuſmodi ergo orationes multas uocamus. Sin uero unum ſignificat,ut cum dicimus in charta ſcribit, illam dicimus unã. Ergo una quę ſit uel multiplex oratio, ex his intelligitur quę ſignificantur,ſi enim unam ſignificat rem,una eſt,ſi multas,multiplex. Simplices autem & compoſitæ orationes non ad ſignificationem,ſed ad terminos ipſos dictioneſq́ue quæ in propoſitionibus ſumuntur, referendæ ſunt. Et eſt quidem ſimplex oratio enunciatiua, quæ ex ſolis duobus terminis conſtat, ut eſt homo uiuit. Siue autem his propoſitionibus omnis addaſ, ut eſt omnis homo uiuit,ſiue nullus,ut nullus lapis uiuit,ſiue aliquis,ut aliquis homo uiuit, uel aliquis homo nõ uiuit, quoniã termini ipſi duo ſunt, ſimplex uocatur propoſitio,compoſita uero ſi ultra terminos duos enũciat,ut eſt Plato Philoſophus in lyceo ambulat. Hic enim quatuor ſunt termini,uel ſi tres ſint, ut Plato Philoſophus ambulat,hæ quoque ſi eis omnis, aut nullus,aut aliquis addatur, eodẽ modo compoſitæ ſunt. Ergo una uel multiplex oratio intelligitur,ſi unum uel multa ſignificat,& de propria ſignificatione ſemper iudicantur. Simplex autem & compoſita non ex ſignificatione,ſed ex uerborum et nominum pluralitate cognoſcitur, ſi enim ultra duos terminos habet propoſitio,compoſita eſt,ſi duos tãtum,ſimplex. Si ergo ſemper oratio quæ ſimplex eſt, ideſt quæ duobus terminis conſtat,unam tantum ſignificationem retineret,indifferenter dici poſſet una oratio et ſimplex,eadem enim una eſſet,quæ etiam ſimplex,ſed quoniam non omnis ſimplex, unum ſignificat,non

eat,non omnis ſimplex,una eſt. Poteſt ergo fieri,ut ſimplex quidem ſit propoſitio; multæ tamen orationes,ſimplex quidem ad compoſitionem dictionum, multę uero ad ſignificationem ſententiarum. Quare erit in hoc gemina differentia, ut unam dicamus ſimplicem unamq; orationem,alteram ſimplicem & plures orationes. Rurſus ſi omnes compoſitæ orationes plures etiam res ſignificarent, indifferenter dicerẽus multiplicem & compoſitam,ſed quoniam fieri poteſt,ut propoſitio aliquoties quidem conſtet ex numeroſis pluribuſq; terminis quàm ſint duo,unam tamen ſententiam monſtret. Poteſt quidem fieri ut compoſita ſit,una tamẽ oratio ſit ſignificatione compoſita dictione,ut eſt animal rationale,mortale, mentis & diſcipline capax,hæc quidem plura ſunt,ſed his una ſubſtantia ſubiecta eſt,id eſt,homo. Quare una quoque ſententia eſt. Sin uero quis dicat,Socrates & ambulat & loquitẽ & cogitat,multa ſunt. Diuerſa ſunt enim,& quòd ambulat,& q; loquitẽ,& q; cogitat. Quare erit aliquando cõpoſita quidem oratio; una tamen,ſed q̃niam cõpoſita oratio aliquoties quidem continuè ſine cõiunctione dicitur,aliquoties cõiunctione copulatur,fiunt hinc quatuor differẽtiæ. Eſt enim una oratio cõpoſita ex terminis cõtinuatim dictis,& ſine coniunctione unam ſententiam monſtrans,ut eſt animal rationale,mortale,mentis & diſciplinæ perceptibile. Hæc enim oratio cõpoſita quidem eſt ex multis terminis,ſed coniunctionem non habet, nam quod dictum eſt mentis, & diſciplinæ perceptibile,hæc coniunctio quæ eſt,& nullam in tota propoſitione uim obtinet,neque enim coniungit propoſitionem,ſed artem addit,cuius ſuſceptibilis homo eſſe uideatur,& habet unam ſubſtantiam ſubiectam,quæ eſt homo. Alia uero eſt compoſita ex terminis,nulla coniunctione copulatis, multiplex, & nõ unam ſignificans propoſitionem,ut eſt Plato Athenienſis Philoſophus diſputat. Aliud enim eſt eſſe Platonẽ,aliud eſſe Philoſophum; aliud eſſe Athenienſem,aliud diſputantem,& hæc coniuncta unum aliquid non faciunt; quaſi ſubſtantiam. Quare hęc multiplex eſt,ſed eam manifeſtum eſt nulla coniunctione copulari. Alia uero eſt cõpoſita ex propoſitionibus inconiunctis multiplex,ut eſt Iuppiter optimus maximus eſt. Iuno regina eſt. Minerua dea ſapientię eſt, quas ſi quis ſub unum continueq́ue proferat,plures quidem propoſitiones ſunt, & oratio multiplex, ſed coniunctione carent. Alia uero eſt compoſita,uel ex terminis,uel ex propoſitionibus,coniũctione copulatis,multiplex & multa ſignificans,& ex terminis quidem compoſita,ut ſi quis dicat: Iuppiter & Apollo ſunt diĳ. Ex propoſitionibus autem coniuncta multa ſignificans eſt,ut ſi quis dicat,& Appollo uates eſt,& Iuppiter tonat. Eſt autem præter has alia compoſita oratio ex propoſitionibus cõiunctione cõiunctis, unam ſignificans rem,ut cum dico; Si dies eſt,lux eſt. Duæ enim propoſitiones quæ ſunt iſtæ,dies eſt,lux eſt,ſi coniunctione copulantur,ſed hæc oratio non ſignificat multa,neq; enim diem eſſe & lucem proponit eſſe,ſed ſi dies eſt, lucem eſſe. Quocirca ſignificat conſequentiam quandam,non exiſtentiam propoſitionis, nõ enim dicit utraſque eſſe,ſed ſi una eſt,aliam conſequi, quod utrũque in unam quodammodo intelligentiam congruit. Sed hanc Porphyrius propoſitionem extrinſecus ponit; idcirco quòd plura ſignificare uidebatur,ipſa enim propoſitionum pluralitas multitudinem ſimulat ſignificationum, ſed (ut dictum eſt) non plures ſignificat res, ſed unam conſequentiam. Compoſitarum igitur,& unam rem ſignificantium propoſitionum, duplex modus eſt. Aut enim ex terminis inconiunctis unam rem ſignificans compoſita oratio, ut animal rationale, mortale eſt. Aut ex propoſitionibus compoſita, & coniunctione copulata, imaginem quidem emittens plura ſignificandi, unam uero rem ſignificans oratio,ut ſi dicamus, ſi dies eſt, lux eſt. Cum ergo hæc ſit diſtributio compoſitarum, & ſimplicium orationum, dupliciter modo unæ orationes ſunt, & duplici multæ. Siue autem incompoſitæ, & ſiue compoſitę, & uno quidem modo una oratio dicitur cum ſine coniunctione non eſt. Alio uero cum unam rem ſignificat,rurſus uno dicitur modo multiplex oratio

cum aliqua cõiunctione nõ copulatur;alio uero cum plura significat,atque hoc est quod ait. Est autem una oratio enunciatiua quæ unum significat, uel coniunctione una. Plures autem quæ plura & non unum, uel inconiunctæ; est enim (ut dictum est) dupliciter una oratio; uel quando cum coniunctione est, uel cum unam rem significat. Multiplex autem oratio est; uel quæ multa significat; uel quę sine coniunctione coniungitur,multas enim orationes uocauit eas; quæ sint multiplices; & uel significationis pluralitatem teneant, uel prꝛeter coniunctiones sint. Quod autem ait,uel incõiunctę,totum complexus est,multiplex est enim propositio uel si fuerint incompositæ,quemadmodum est. Cato Philosophus est. Multiplex etiam uel si fuerit composita ex terminis prꝛeter coniunctionem,quemadmodum dictum est,ut Plato Atheniensis in lyceo disputat,uel si composita sit ex propositionibus prꝛeter cõiunctionem,quemadmodum est, homo est, animal est,uel si cõposita sit ex terminis cõiunctione copulatis, ut Iuppiter & Apollo dij sunt,uel si cõposita sit ex ꝓpositionibus per cõiunctionẽ,quemadmodum est,& Apollo uates est,& Iuppiter tonat. Cur autẽ dixit plures autẽ qua plura,& nõ unũ,hoc est q̃d sunt quædam quæ plura significẽt in sermonibus,unũ tamẽ in tota cõpositione demonstrẽt ut est animal rationale,mortale,hęc enim omnia multa significãt,aliud est enim animal,aliud rationale;aliud mortale,sed totũ simul unum est,q̃d est homo. Cũ autem dico Socrates Atheniensis Philosophus; & singula plura sunt;& omnia simul plura nihilominus sunt. Hæc enim accidẽtia sunt,& nullam substantiam informãt; atq; hoc quidem dixit de orationibus,quę uel coniunctione una essent,uel significatione,& rursus de multis quæ uel prꝛeter cõiunctionem multæ essent,uel significatione multiplici. Quæ uero in simplicibus atq; cõpositis posterius dixit,cũ ad id loci expositio uenerit,explicabitur,nũc autem reuertamur ad ordinem. Igitur q̃niam supra dixerat simplicem propositionem,quam καθηγορικὴν Græci dicunt,nos prędicatiuam interpretari possumus,semper uerbi predicatione cõstitui, non autem semper nomine subiecto,q̃d aliquoties quidem uel infinitum nomen,uel casus nominis,uel uerba subiecta sunt. Cum ergo dictionibus simplicibus cõstitui diceret simplicem orationem,& affirmationem negationem;q; orationes esse cõstaret,manifestum fecit affirmationem & negationem dictione cõstitui & formari, ita quidẽ ut affirmationem,& negationem semper sola uerbi dictio prædicata,non autẽ semper dictio nominis subiecta perficeret. Cum igitur hæc ita proposuisset,nunc quid sit dictio, quæ predicatiuas,id est,simplices ꝓpositiones format,exponit dicẽs: Nomen ergo,& uerbũ dictio sit sola,q̃d ideo ait,dictio sit sola,quod sunt quædã dictiones simul etiam affirmationes,uel imperfectę orationes,q̃d iam suprà dictũ est. Cur autẽ nomen & uerbũ solæ sint dictiones monstrat. Quoniã nõ est dicere sic aliquid significantem uoce enũciare, uel aliquo interrogante uel non,sed ipso proferente. Sensus huiusmodi est: Enunciatiua ꝓpositio his maximè duobus formatur,per propriam naturam atq; substantiam,& per eius usum atque tractatum,& natura quidẽ ipsius est,ut in ea ueritas inueniatur aut falsitas,usus autẽ cum aliquid aut interroganꝺo proponitur & respõdetur,ut utrũ anima immortalis est,aut certè cum aliqs per suam sententiam enũciat atque profert,ut si quis dicat hoc ipsum ex propriatio luntate anima immortalis est,unde definitio quoq; enunciationis unius quidem naturæ atque substantię talis redditur. Enunciatio est oratio,in qua uerũ falsumue est. Ex usu uero eius atq; tractatu enũciatiua oratio est, quã interrogãtes proponimus, ut uerum uel falsum aliquid audiamus. Ex nostra uero prolatione,quam proponentes aliquid uerum falsumue monstramus. Ergo cum omnis enunciatiua oratio aut in interrogatione posita sit,aut in spõtanea,platione,& in utrisq; enunciationis natura & subiãtia illa uersetur,ut siue in interrogatione sit posita cũ respõsione cõiuncta,uerum habeat uel falsum,siue per se prolata utrumlibet retineat, dictiones ingt, uel alio interrogãte,uel q̃dlibet proferẽte,& ipsa te dicẽte,uerũ falsumue nõ cõtinet.

Si enim

Si enim quis dicat interrogans. Socrates ne disputat? alius respondeat, disputat, hoc quod respondit,disputat si cum tota interrogatione iungatur,potest habere intellectum uerũ falsumue significãtis orationis. Sin uero per se intelligat̃,disputat,quamquam alio interrogãte respõderit,sine uero tamen falso; relinquitur. Similiter etiã si quis dicat Socrates,uel ambulat,nullo interrogante,sed ipse proferẽs, nec uerum aliquid nec falsum designat. Ergo uerba & nomina dictiones solum sunt,quoniã & simplices sunt. Erant enim alię quædã dictiones in orationibus nominibus uerbisq; compositis,sed nõdum perfectę sententiæ,quoniam neq; uerum,neq; falsum,uel alio interrogante,uel quolibet sponte proferente significant. Erunt enim aliæ quædã dictiones quę alio interrogante & quolibet sponte proferente uerum falsumue retinerẽt,in his,scilicet,quæ erant affirmationes aut negationes. Quocirca sensus huiusmodi est. Ordo autem uerborũ sic se habet. Nomen ergo & uerbũ dictio sit sola,quoniam nõ possumus dicere significantem aliquid sic uoce,id est,uerbo uel nomine enunciare. Non enim possumus dicere,quoniam quisquis uerbo uel nomine significat aliquid,ille enunciat,uel aliquo interrogãte,uel nõ,sed ipso proferẽte,tanquam si sic diceret,uerba ipsa,& nomina dictiones solæ sunt,quoniam uerbis & nominibus significãtem hominem aliquid nõ possumus dicere,quoniam enũciat quicquam siue cum aliquis interroget,siue ipse spõte proferat simplicem dictionem. Enunciare autem est orationem dicere quæ uerum falsumue designat.

Harum autem,hæc simplex quidem est enunciatio, ut aliquid de aliquo, uel aliquid ab aliquo. Hæc autem ex his coniuncta, uelut oratio quædam iam composita.

Quoniam superius de unis orationibus ãtque pluribus dixit,& unam quidem posuit,quæ aut cõiunctione una esset secundum prolationem,aut significatione secundum propriam naturam. Plures uero quæ aut cõiunctione carerent,aut multa significatione sua cõplecterẽtur,quoniamq; aliud erat una oratio,aliud simplex,aliud cõposita,aliud plures,post illa ad simplicem cõpositamq; reuertitur dicens,simplicem esse orationem enunciatiuam quę duobus terminis continetur,quorum unum subiectum est,alterum prædicatum. Quod uero ait harum,autem enunciatiuarum,scilicet,orationum,dixit quarũ hæc quidem simplex est enunciatio, & quæ simplex est, enunciatio ipse proposuit dicẽs,ut aliquid de aliquo, subaudiẽdum est,prędicemus, ut sit hic sensus. Harum autem enunciatiuarum orationum est, simplex enunciatio si aliquid unum de uno aliquo prædicemus,ut si dicam Plato disputat,de aliquo Platone aliquid,id est,disputat,prædicaui. Et hæc simplex est enunciatio. Idcirco quoniam duobus terminis partibusq; cõiũgitur. Si qua uero plures habeat terminos, & eius partes duorum terminorum multitudinem egrediantur, illę compositæ orationes dicuntur,& est enũciatio composita huiusmodi: si dies est,lux est, dies enim est, & lux est. Duæ sunt simplices enunciationes,quę cõiunctæ unam compositam perficerunt,atque hoc est quod ait. Hęc autem,id est alia oratio ex his cõiuncta,id est, ex simplicibus enunciationibus,uelut oratio quædam iam cõposita est,hæc enim non simplex est oratio. Simplex enim oratio solas dictiones duas habet in partibus,cõpositа uero etiã orationes,sicut hæc quã suprà posui. Est ergo hic ordo quẽ ipse confudit,prius enim de affirmatione & negatione,quę prima esset;quæ posterior,expediuit. De hinc de unis oratiõibus,& de pluribus dixit,postremo de simplicibus atq; compositis. Sed quoniam quædam in medio permiscuit, ea paululum differentes directam sententiæ seriem cõtinuauimus,longum Aristotelis hyperbaton partium coniunctione recidentes,neque enim simile uidetur quod ait. Est autem una prima oratio enunciatiua affirmatio,deinde negatio,aliæ uero coniunctione unę,& rursus cum dicit: Est una oratio enunciatiua quę unum significat, uel coniunctione una. Plures autem quæ plura,& non unum, uel inconiunctæ, uel cum rursus addit,

harum

harum aũt hæc ſimplex quidem eſt enũciatio,ut aliqd de aliquo,uel aliqd ab aliquo. Hæc autem ex his cõiuncta uelut oratio quædam iam compoſita. Sed illud quidẽ ꝙd prius dixit,eſt aũt una prima oratio enunciatiua affirmatio, deinde negatio, ad hoc retulit,ut priorem affirmationem eſſe monſtraret,poſteriorem uero, negationem, ait enim deinde negatio,unde quod ait prima ad affirmationẽ ponendũ eſt,ꝙd uero ſecutus eſt paulò poſt. Eſt aũt una oratio enunciatiua quæ unum ſignificat,uel conſunctione una. Plures aũt,q̃ plura,& non unũ,uel incõiunctę,ad hoc retulit,ut doceret quas unas eſſe orationes putari oporteret,expediẽs aut quæ unũ ſignificarẽt,aut quas cõiunctio unas faceret. Et quas plures,aut quæ multa in ſignificatiõe retinerẽt,aut quarũ corpus nulla eſſet cõiũctione cõpoſitũ. Quod uero poſtremo addidit, harum autem hæc quidẽ ſimplex eſt enunciatio,ut aliquid de aliquo,uel aliquid ab aliquo. Hęc autem ex his cõiuncta,uelut oratio quędã iam compoſita,ad ſimplices orationes retulit,atq; compoſitas. Simplices dicens duobus ſolis terminis iũctas. compoſitas,quæ ex ſimplicibus orationibus enuntiatiuis coniungerentur, ut ſit totus ordo hoc modo. Eſt autem una prima oratio enunciatiua affirmatio,deinde negatio,& rurſus intermiſſis quę ſequũtur, hoc ſubijciatur. Eſt aũt una oratio enunciatiua,quæ unum ſignificat,uel coniunctione una. Plures autem,quæ plura,& nonnum,uel inconiunctæ,& poſt hoc intermiſſis quoq; ſequentibus,hoc ſequatur, harum autem hæc quidẽ eſt ſimplex enunciatio,ut aliquid de aliquo uel aliquid ab aliquo,hęc autem ex his coniuncta,uelut oratio,quædam iam compoſita,tanq; ſi ſic diceret. Prima quidem inter enunciationes oratio,affirmatiua eſt,ſecunda uero negatio,affirmationum autem & negationum,una oratio eſt, quæ unum ſignificat,uel quæ coniunctione una eſt. Multiplex autem uel cuius partes coniunctione copulãtur,quæ multa ſignificat,uel quæ coniunctione non iungitur. Harum quoque ſimplex eſt,quę duobus terminis conſtat,ut aliquid de aliquo,uel aliquid ab aliquo, alia uero cõpoſita,quę ex ſimplicibus affirmationibus iungitur. Quod autem dicit aliqd de aliquo,uel aliquid ab aliquo,tale eſt: Aliquid enim de aliquo affirmationẽ ſignificat,ut cum dico Socrates diſputat,de aliquo Socrate, aliquid,id eſt,diſputat prædicari,& fit affirmatio. Si autem dico Socrates nõ diſputat,à Socrate diſputationem ſeiunxi,& ab eo abſtuli,& hoc eſt negatio. Affirmatio enim de alia re,aliã rem prædicat,ei quæ coniungit. Negatio uero à qualibet re quamlibet rem prædicando tollit,ergo hoc quod ait,aliquid de quo,affirmationem ſimplicem ſignificauit, quod dicit aliquid ab aliquo,ſimplicem negationem.

Eſt autẽ ſimplex enunciatio uox ſignificatiua de eo quod eſt aliquid, uel non eſt,quemadmodum tempora diuiſa ſunt. Affirmatio uero,eſt enunciatio alicuius de aliquo. Negatio uero,eſt enunciatio alicuius ab aliquo.

Poſtquam de multis atque unis nec non ſimplicibus cõpoſitisq; enũciationibus expediuit,enunciationem ſimplicem tractat,& eam diffinitione concludit dicens,uocem eam eſſe ſignificantem aliquid eſſe uel non eſſe. Quod ergo ait uocem eam eſſe,ad genus retulit,quod ſignificatiuam ad ipſius differentiam uocis. Quod de eo quod eſſet aut non eſſet aliquid,ad ſignificatarum rerum rurſus differentiam retulit, habet enim ſecum ipſam uocem qua profertur,ut ſignificet quiddam. Quid autẽ ſignificet,aut circa quid deſignationem enunciatio teneat,ad differentiam ſignificatuarum pertinet uocum,ita enim dictum eſt,tanq; ſi diceretur,non omnia enunciatio ſignificat,ſed eſſe aliquid aut non eſſe. Eſt ergo enunciatio ſimplex uox ſignificatiua de eo quod eſt eſſe aliquid,uel non eſſe,id eſt omnis enũciatio,aut affirmatio, aut negatio eſt,eſſe enim ponit affirmatio,non eſſe, negatio, ſed quanta diffinitionem breuitate cõſtrinxit,quidam non uidentes in errorem ſtolidum falſitatis abducti ſunt,contendunt igitur affirmationis & negationis non eſſe enunciationem genus. Nam ſi hæc,inquit,diffinitio eſt enũciationis,omnis aut generis diffinitio prioris ſpeciebus accõmodari poteſt, (omne enim genus uniuocẽ de ſpeciebus prioris prædicatur) dubium non eſt,quin hæc quoq; diffinitio enunciationis,ſi enũciatio genus eſt,affirmationi negationiq; conueniat ſi tamen eius ſpecies hæc ſunt,ſed quis unq; dixerit affirmationi cõuenire hãc diffinitionem quæ eſt uox ſignificatiua de eo ꝙ eſt,aliqd eſſe,uel nõ eſſe; Neq; enim fieri poteſt,ut affirmatio uox ſignificatiua ſit,de eo quod eſt eſſe,uel nõ eſſe,ſed tantum de eo quod eſt eſſe,negatio rurſus non de eo quod eſt eſſe,& de eo quod eſt non eſſe,ſed tantum de nõ eſſe, nunq; etiã de eſſe. Interimit enim ſemper negatio,iungit atq; conſtituit affirmatio. Quare ſi hęc diffinitio enunciationis ad affirmationem negationemq; non poteſt prædicari, affirmatio & negatio enunciationis ſpecies non ſunt,qui mihi nimium uidentur errare,quaſi uero quicq; uetet utraſq; affirmationem & negationẽ ſimul eadem diffinitione concludere. Poſſum enim dicere affirmatio & negatio eſt uox ſignificatiua de eo ꝙ eſt eſſe aliqd,uel nõ eſſe,ut uox ſignificatiua utriliq; cõmunis ſit,de eo ꝙ eſt eſſe aliqd,affirmationis ſolius,de eo ꝙd eſt nõ eſſe,ſolius ſit negationis. Sed nihil potuit fieri breuius,niſi ut in eadem diffinitione & enũciationis naturam cõſtitueret, & ipſius faceret diuiſionem,tanq; enim ſi ita dixiſſet: Enunciatio eſt uox ſignificatiua,in qua uerũ falſumq; deſignat,huius aũt una ſpecies affirmatiua eſt, alia negatiua,ita ait. Enunciatio eſt uox ſignificatiua de eo quod eſt aliquid,uel nõ eſt. Nam ꝙ dixit de eo ꝙd eſt aliquid uel non eſt,tale eſt,ac ſi diceret quæ uerum falſumq; demonſtrat. Omne enim quod eſſe ponit aliquid,ut ſi dicam dies eſt,uel non eſſe,ut ſi dicam dies non eſt,uerum falſumue demonſtrat. Si ergo aliqd ponatur eſſe uel non eſſe,in eo ueritas,& falſitas inuenitur,eſt igitur in hoc quod ait uocem ſignificatiuã eſſe de eo quod eſt aliquid,uel non eſt,tanq; ſi diceret. Eſt enunciatio uox ſignificatiua uerum falſumq; ſignificans. Significatio namq; de eo quod eſt eſſe aliquid, uel non eſſe,ueri falſiq; demonſtratio eſt,ſed in eadẽ diffinitione ſpecies admirabili breuitate partitus eſt,tãquam enim ſi diceret,uox ſignificatiua eſt enunciatio,in qua uerum falſumq;ue demõſtratur. Sed una eius pars,affirmatiua eſt,alia negatiua,ita ait, de eo quod eſt aliquid uel non eſt. Significatio enim de eo quod eſt aliquid, affirmatio eſt,de eo uero quod non eſt,negatio. Ita id quod ait deſignatiuã eſſe uocem enunciationem de eo quod eſt aliquid,aut non eſt,utrunq; una colligit intelligẽtia. Hoc enim quod dixit de eo quod eſt aliquid,aut non eſt,utrumq; ſignificat,& ueri falſiq; demonſtrationem,& affirmationis negationiſq;ue diuiſionem. Sed Alexander & propria ſententia nõ deſiſtit,nec alio quam ceteri tenetur errore. Ait enim hic quoq; apparere nõ eſſe genus affirmationis & negationis enunciationem,quoniam ita in diffinitione enũciationis affirmatione & negatione,ut partibus uſus eſt. Omne aut compoſitum atque omne æquiuocum uel ſuis partibus,uel ſuis ſignificatis definiri poteſt,ut ſi quis ternariũ numerũ definire uolẽs dicat: Ternarius numerus eſt, qui ex uno duobusq; cõiunctus eſt,uel ſi quis hominem definire uolẽs dicat: Homo eſt, aut animal rationale mortale,aut huiuſmodi coloribus,uel metallo facta ſimulatio, ita nomen æquiuocum ex his quæ ipſum nomẽ æquiuocum deſignabat,oſtẽſum eſt, hic ergo eodem modo. Enũciatio,inquit, eſt uox ſignificatiua de eo quod eſt aliqd, uel non eſt,tanquam ſi diceret: Enunciatio eſt uox,aut affirmatiua,aut negatiua, in eundem, ſcilicet, errorem labens, nec uidens quemadmodum una diffinitione, & diuiſionẽ fecerit, & naturam enunciationis oſtenderit, ſed hanc expoſitionem (quod adhuc ſcientiam) neque Porphyrius, neque ullus alius commentatorum uidit. Aſpaſius etiam conſentit Alexandro, dicit enim Alexander eodem modo hic diffiniſſe Ariſtotelem enunciationem, ſicut alibi quoque, id eſt, in reſolutorijs, illic enim ita propoſitionem, quæ eſt enunciatio,diffinitione concluſit dicens: Propoſitio ergo eſt oratio affirmatiua uel negatiua alicuius de aliquo,uel alicuius ab aliquo. Idem quoque Aſpaſius ſequitur. Porphyrius autem ſic dicit: Admirabilem eſſe ſubtilitatem diffinitionis, ex ſua enim ui affirmationis & negationis, enunciatio diffinita eſt. Ex terminis uero, ipſa affirmatio, atque negatio,

gatio,affirmatio namq; in duobus terminis conſtãs, aliquid alicui ineſſe ſignificat, Tota aũt uis ipſius eſt aliquid annuere,negatio quoque aliquid alicui nõ ineſſe ſignificat,ſed tota uis ipſius eſt,aliquid abnuere atq; diſiungere,uel rurſus affirmatio aliquid alicui ineſſe deſignat, ſed uis ipſius tota ponere aliquid eſt. Cũ enim aliquid alicui ineſſe demonſtrat,ponit aliquid rurſus negatio,quidem aliquid alicui non ineſſe declarat,ſed tota uis eius auferre eſt.Ergo nunc,inquit,enunciationem ex tota ui affirmationis negationiſq́ue diffinit dicens:Enũciatio eſt uox ſignificatiua de eo q; aliquid eſt uel non eſt.Hoc autem ad negationis pertinet affirmationiſq; uim,tanquã ſi diceret,enunciatio eſt uox ſignificatiua quæ ponit aliquid,aut tollit, quæ proprie uirtutes ſunt affirmationis & negationis.Si enim ita dixiſſet,enunciatio eſt de eo q; eſt aliqd alicui uel non eſt,tunc ex terminis affirmationis uel negationis enunciationem diffiniſſe uideretur,cum aũt dicit de eo quod eſt aliqd uel non eſt, de tota utrorumq; ui determinat.In hac enim affirmatione quę dicit dies eſt,aliqd alicui ſecundum terminos adeſſe monſtrauit, eſt enim diei applicuit, ſed tota huiuſmodi propoſitionis uis eſt,aliquid eſſe declarares,rurſus cum dico,dies non eſt,aliqd alicui non eſſe pronũtio,ſed tota uis huius eſt non eſſe dicere,quare manifeſtum eſt ſecundum Porphyrium ex tota ui affirmationis & negationis enunciationẽ eſſe deſcripram,ex ſuis uero terminis ipſam affirmationem & negationem.Ait enim affirmatio uero eſt enunciatio alicuius de aliquo,in affirmationis diffinitione genus ſumens,enunciatio enim(ut dictum eſt) genus eſt affirmationis & negationis,q̃d ipſe Ariſtoteles clarius demonſtrat,qui in utrorumq; diffinitione enunciationis nomen aſcripſit dicẽs: Affirmatio uero eſt enunciatio. Hoc enim retulit ad genus,q̃d uero addidit alicuius de aliquo reduxit ad terminos,in ſimplici enim affirmatiõe aliquid de aliquo enunciando prædicatur,ut in eo quod eſt,dies eſt,eſſe diem. Negatio quoque ita diffinita eſt,negatio eſt enũciatio alicuius ab aliquo,quantũ ad enunciationem rurſus à genere,quantum alicuius ab aliquo,rurſus ad terminos. In hac enim negatione quæ eſt,dies non eſt,eſſe à die enunciando tollimus,ſed ut non ſolum præſentis temporis enunciationem diffiniſſe uideretur, addidit enunciationis diffinitionem de alijs quoq; temporibus intelligi,ait enim enunciatio eſt uox ſignificatiua de eo quod eſt aliquid uel non eſt,adiecitq́ue quemadmodum tempora diuiſa ſunt.Diuiſa enim ſunt tempora in tribus,omne enim tempus aut futurum eſt, aut preſens, aut præteritum, aut ex his miſtum. Enunciatio eſt ergo uox ſignificatiua, ſignificans aut eſſe aliquid, aut non eſſe. Sed quoniam hoc tempus præſens deſignat,nõ ſolum de præſenti,inquit,loquimur,ſed etiam de his temporibus quæ diuiduntur,ut hoc eſſe,& non eſſe,& in futurum ueniat & in præteritum,ut aliquoties ſic eſſe,& non eſſe ſignificet,id eſt,ſic ponat atq; ſic auferat enũciatio,ut & preſens tempus ponat,& auferat,ut eſt Socrates eſt,Socrates non eſt,& præteritũ ponat,& auferat,ut Socrates fuit,Socrates non fuit,eodem quoq; modo futurum, Socrates erit,Socrates non erit.Ergo in his omnibus temporibus ſecundum eſſe aliqd uel nõ eſſe aliquid,id eſt,ſecundum ponere,& auferre tota enunciationis uis eſt,hoc ergo eſt quod ait,de eo q̃d eſt aliquid,uel nõ eſt quemadmodũ tempora diuiſa ſunt, tanquam ſi diceret, de eo q̃d eſt aliquid, uel non eſt,uox enunciatiua ſignificat, uel in preſens,uel in præteritum,uel in futurum quemadmodum ipſa tempora diuidũtur.Cur autem talis ordo diffinitionis fuerit,paucis abſoluam.Prius enim de nomine,poſt de uerbo,hinc de oratione,rurſus de enũciatione,de hinc de affirmatiõe,poſtremo de negatione diſſeruit. Omne cõpoſitum ſuis partibus poſterius eſt, omne genus ſuis partibus prius,ergo in cõpoſitis partes toto priores ſunt,in generibus, & ſpeciebus,partes toto poſteriores,Rurſus in cõpoſitis totum partibus poſterius, in ſpeciebus,& generibus totum partibus prius eſt,ergo quoniam uerba & nomina,neq; affirmationis,neq; negationis,neq; enunciationis,neq; orationis ſpecies erant,ſed quædam horum omnium partes quibus hæc omnia iungerẽtur, oratio aũt genus

genus enunciationis,enunciatio affirmationis & negationis,affirmatio prior negatione,ſcilicet,ſecũdum prolationem,ſicut ipſe teſtatus eſt.Ergo quoniã hęc omnia, & oratio,& enunciatio,& affirmatio,& negatio uerbis & nominibus cõiunguntur, his omnibus nomina,& uerba priora ſunt.Nomine autem res aut per ſe ſubſiſtens, aut tanq; per ſe ſubſiſtens ſignificatur,uerbo autẽ accidens deſignat, & uelut alij accidens,quod ex ſuprà dictis planum eſt,quod autem per ſe cõſiſtit prius eſt.Ergo id quod nomen ſignificat,prius eſt,quàm id quod uerbum.Quare uerbo prius eſt nomen,ergo quoniam nomen & uerbum oratione,enunciatione,affirmatione & negatione priora ſunt. Partes enim priores ſunt his quæ componuntur,iure hæc antè omnia definita ſunt.Quoniam uero nomen prius eſt uerbo,prius nomen,poſtea uero diffinitum eſt uerbũ. Sed quoniã omne genus ſpeciebus ſuis prius eſt,poſt hæc, id eſt,nomen & uerbum orationem diffinitione deſcripſit,quæ & proximum enunciationis genus eſſet,& ſuperius affirmationis & negationis, poſt orationem uero enunciationẽ,quę cũ ſit ſpecies orationis,affirmationis tamẽ & negationis eſſet genus.Poſt enunciationem uero affirmationẽ,quæ quanq; negationi æqueua ſpecies eſſet ſecundum genus proprium,id eſt enunciationem,in prolatione tamẽ prior eſt, ut ipſe ſuprà iam docuit dicens: Eſt autem una prima oratio enũciatiua affirmatio, deinde negatio. Sed quoniam à nobis ſuperius dictum eſt has eum quinque res diffinire uelle,quid ſit dictio,quid enunciatio,quid affirmatio,quid negatio,quid cõtra dictio. Dictionẽ quid ſit oſtẽdit per id q̃d ait. Nomen ergo & uerbũ dictio ſit ſola. Enunciationẽ uero per id q̃d ait. Eſt aũt ſimplex enunciatio uox ſignificatiua de eo q̃d eſt aliquid uel nõ eſt,quemadmodũ tempora diuiſa ſunt. Affirmationẽ uero per id quod ait. Eſt autem affirmatio enunciatio alicuius de aliquo,negationem quoq; diffiniuit dicens:Negatio uero alicuius enunciatio ab aliquo. Reſtat ergo de cõtradictione diſſerere. Quid ſit ergo contradictio ipſe proſequitur dicens:

> Quoniam autem eſt enunciare & quod eſt,non eſſe,& quod non eſt eſſe, & quod eſt eſſe,& quod non eſt,non eſſe. Et circa ea,quę ſunt extra preſens,tempora ſimiliter, omne contingit quod quis affirmauerit, negare, & quod negauerit, affirmare. Quare manifeſtum eſt,quoniam omni affirmationi,negatio eſt oppoſita,& omni negationi affirmatio, & ſit hoc contradictio,affirmatio & negatio oppoſitæ.

Expeditis omnibus quæ ſeſe explicaturũ eſſe promiſerat, nũc ad reliquam,ſcilicet, cõtradictionem ordine uenit,eamq; ab affirmationibus negationibuſq́ue reperit dicẽs: Omnibus affirmationibus poſſe proprias negationes opponi, & omnibus negationibus proprias quoque rurſus ex aduerſo affirmationes poſſe cõſtitui, hoc autem hinc ſumitur,quoniam nouimus alias res eſſe,alias nõ eſſe, & quoniam nos ipſi dicere poſſumus & ſentire alias res eſſe,alias non eſſe.Ex his quatuor enunciationibus fiunt geminę cõtradictiones,ſi quis enim id q̃d eſt,dicat nõ eſſe,ut ſi uiuente Socrate,dicat Socrates nõ uiuit,quod eſt negat,& erit negatio falſa,rurſus ſi quis id quod nõ eſt,eſſe confirmet,ut ſi nõ uiuente Socrate dicat,Socrates uiuit.Hæc rurſus affirmatio falſa eſt,ſi quis etiã id quod eſt,eſſe enunciatione cõſtituat,ut ſi uiuente Socrate dicat,uiuit Socrates,uera erit affirmatio.Sin uero q̃d nõ eſt, eſſe negauerit, eſt negatio uera,ut ſi quis non uiuente Socrate dicat,Socrates non uiuit. Ex his igitur,id eſt ex affirmatione uera,& negatione falſa,& rurſus ex negatione uera, & affirmatiõe falſa.Quatuor quidẽ ſunt enunciationes, ſed in duabus, affirmatio, in duabus negatio cõtinetur.Cõtradictiones uero duæ,hoc eſt enim q̃d ait. Quoniam autem eſt enunciare & quod eſt,nõ eſſe,falſam enunciationem negationis oſtẽdit, quodq; addidit,& q̃d nõ eſt,eſſe,falſam affirmationẽ in enunciatione,poſuit.Illud quoque quod dixit,& quod eſt eſſe,enunciationem uerã deſignat,quia id quod eſt, eſſe ue-

esse uera affirmatione profertur, amplius quod ait, & quod non est, non esse, uerae negationis speciem dedit. Quare & si quod est, uere potest dici esse, & id quod est, falsò potest prædicari non esse, & id quod non est, uerè potest enũciari non esse, & id quod nõ est, falsò esse poterit affirmari. Manifestum est omnem affirmationem habere aliquam contradictionem negationis oppositam, & omnem rursus negationem affirmationis oppositione facere cõtradictionem. Etenim si omne quod quis affirmat, negari poterit, & quod quis negat, affirmari, quis dubitauerit nec affirmationem posse constituí, cui negatio non contradicat, nec negationem, cuius nulla affirmatio ualeat inueniri? Omnis igitur affirmatio negationẽ, & negatio habet oppositam affirmationem, est igitur contradictio affirmatio & negatio oppositæ. Quid autem sit oppositio posterius dicẽdum est, aut quid sit contradictio post diligentissima ratione monstrabo. Quod autem ait, & circa ea quæ sunt extra præsens tempora. Tale est tanquam si diceret: Sicut affirmatio & negatio in præsenti tẽpore fieri potest, ita etiã uel in præterito uel in futuro, nam sicut potest id quod est esse constitui, ita potest id quod fuit, fuisse proponi, & id quod futurum est, in speciẽ futuri temporis affirmari, ut cum dicimus Socrates fuit, uel est ate in cãcro futurus est. Eodem modo ergo & de futuro & de præterito affirmatio & negatio constituuntur, quemadmodum de præsenti, futurum autẽ & præteritum extrinsecus est, & præter præsens tempus. Illud enim ueniet, illud recessit. Rectè igit & circa ea quę sunt extra præsens tempora, huiusmodi posse affirmationes negationesque dixit euenire, circa enim præteritum & futurum, quod est extrinsecus à præsenti tempore, similiter omne contingit (ut ipse ait) quod quis affirmauerit, negare, & quod quis negauerit, affirmare, unde fit ut in omnibus temporibus illud constet, omni affirmationi posse opponi negationem, omniq; e negationi oppositam affirmationẽ posse constitui. Nunc autem qualis debeat sumi oppositio, in affirmatione & negatione demonstrat, hoc enim est contradictio, affirmatio & negatio oppositæ. Quod si hæ oppositæ constituunt contradictionẽ, qualis in his debeat esse oppositio quæ cõtradictionem constituit, rectè prosequitur.

Dico autem opponi eiusdem de eodem, non autem æquiuoce, & quæcunque cætera talium determinauimus cõtra Sophisticas importunitates.

Cum duobus terminis simplex propositio constet, & unus subiectus sit, & alius prædicetur, subiectus autem sit qui primus dicitur, prædicatus uero qui posterius, dicit illa oppositione affirmationem & negationem integram constituere contradictionem, quæ idem subiectum habeant, idem etiam prędicatum, ut neque subiectum neque prędicatum plura significet, alioqui non erit contradictio nec aliqua oppositio, ut cum dico Socrates albus est, & alius dicit Aethiops albus nõ est, hæc affirmatio atque negatio non sunt oppositę. Idcirco quia est aliud subiectum & idem prędicatum. In affirmatione enim Socrates subiectus fuit, in negatione Aethiops. Rursus cum dico, Socrates albus est, & alius dicit, Socrates Philosophus non est, nec hæc rursus negatio cõtra affirmationem retinet oppositionem, ideo quia aliud prædicatum in utrisque proponitur, in affirmatione enim album prædicatur ad Socratem, in negatione Philosophus. Quod si utraq; sunt diuersa, multo magis nulla fit oppositio, ut cum dico Socrates Philosophus est, si respondeat alius, Plato Romanus nõ est, hic neque idem subiectum est, neq; idem prędicatum, et plus iste diuersę sunt, et et nulla contra se oppositione compositæ, atq; ideo possunt utræque simul esse uerę, et si ita contingit utræq; simul esse falsæ, nec non etiam una uera, altera falsa. Quę enim se non perimunt, nihil eas impedit aut utrasq; falsas, aut utrasque ueras, aut unam ueram, falsam alteram reperiri, quare quorum uel aliud subiectum est, uel aliud prædicatum, illa opposita esse non dicimus, unde fit ut nec illa quoque quæ plura significant, si subiecta aut prædicata sint, contradictoriam negationem ualeant custodire.

Si quis enim nomen quiuocum subijciat, & aliud prædicet, ut si quis contra huiusmodi affirmationem, constituat negationem, non faciet oppositionem, ut cũ dico Cato se Vticę occidit. Nomen hoc quod dicitur Cato equiuocum est. Potest enim & Orator intelligi, & hic qui exercitũ duxit in Africã. Si quis igit dicat, Cato se Vticæ occidit, potest fortasse intelligi de Catone Marciæ. Si quis respondeat Cato se Vticæ non occidit, potest de Catone Censorio constituisse negationem. Sed quoniam diuersus est Cato Censorius à Catone Marciæ, & nomen ipsum Catonis diuersa significat, diuersæ à se affirmatio & negatio. Et id nõ omnino perimit negatio, quod constituit affirmatio. Affirmatio enim constituit Marciæ Catonem se Vticæ peremisse. Negatio uero dicit Catonem si ita contingit, Oratorem non se Vticæ peremisse. Quare nõ constituunt uerum inter se falsumq;, idcirco quod à se diuersę sunt. Nam utrumq; uerum est, & quod se Cato Vticæ occidit, scilicet, Marciæ, & quod se Cato Vticæ non occidit, scilicet, Orator, atq; hic æquiuocum subiectũ fecit, ut hæc affirmatio & negatio oppositionem nullo modo constituerent. Quod si prædicatũ fuerit æquiuocum, eodem modo contradictio non fit. Dicat enim quisquam. Cato fortis est, & de Catone prædicet fortitudinem mentis, aliusq; respondeat. Cato fortis non est, ad imbecillitatem corporis spectans, ita igitur æquiuocatio fortitudinis ambiguitatem fecit, quæ oppositionem nulla ratione componeret, & si uterq; terminus subiectus & prædicatus æquiuoci fuerint, multo magis diuersæ à se erunt propositiones & non oppositæ; nec inter se uerum falsumq; diuidentes, sed utrasq; ueras, interdum utrasq; falsas esse contingit. Quare unum oportet esse subiectum, unumq; prædicatum, ut id quod affirmatio prædicauit & iunxit, idem negatio diuidat & abiungat, & id quod de subiecto affirmatio prædicauit, de eodem negatio neget. Nam si sit uterq; æquiuocus terminus aut quilibet unus eorũ, fieri potest ut aliud tollat negatio quàm affirmatio posuit. Itaq; nulla fit oppositio. Quare non ita faciendũ est, sed idem subiectum & prędicatum in affirmatione esse debet, idem in negatione atq; hoc est quod ait. Dico autem opponi eiusdem de eodem, non autem æquiuoce. Quod enim ait eiusdem, ad prædicatum retulit, quod de eodem ad subiectum, et subaudiendum est, dico autem opponi negationem eiusdem prædicati de eodem subiecto, sed non sint æquiuoca, neq; subiectum, neq; prædicatum, & multo magis utraq;, sed unum aliquid significent. Quod per hoc dixit, quod ait, nõ autem æquiuoce, nec sola si non sit equiuocatio, ratio firma est ad cõstituendam oppositionem. Multa enim sunt quę in Sophisticis elenchis contra eos qui argumentis fallacibus ueræ rationis uiam conantur euertere, determinauit quemadmodum faciendæ essent propositiones, & quemadmoduni inuenienda esset argumentorum fallacia, quod hic ait. Et quæcunq; cætera talium determinamus contra Sophisticas importunitates, tanquã si diceret: Dico quidem opponi affirmationem negationi eiusdem prædicati de eodem subiectõ, hoc & quæcũq; alia sunt, quæ in Sophisticis elenchis determinata sunt contra argumẽtorum importunitates. Et hic quidem quoniam aliud negocium erat, commodissimè breuiterq; perstrinxit. Nos autem quid in Sophisticis elenchis determinauerit ad constituendam oppositionis contradictionem, quantum breuitas patitur, non grauamur apponere. Non enim solum si æquiuocatio in propositionibus collocetur, nulla fit contradictio, uerum etiam si uniuocatio in negatione ponitur, illa oppositio contradictionem penitus non habebit, est enim oppositio habens contradictionem, in qua affirmatio si uera est negatio falsa sit, si negatio uera est, fallax affirmatio uideatur. Positis ergo secundum uniuocationem terminis, utrasque simul & affirmationem & negationem ueras esse contingit, ut si quis dicat: Homo ambulat, homo non ambulat, affirmatio de quodam homine uera est, negatio de speciali uera est, sed specialis homo & particularis uniuoca sunt. Quo circa sumptis uniuocis contradictio non fit, at uero nec si ad aliam & aliam partem affirmatio negatioq; ponatur, fit in ipsis ulla ueri falsiq; diuisio, sed utrasque ueras esse contingit, ut cum

dico oculus albus est, oculus albus non est. In alia enim parte albus est, in alia albus non est, atq; ita & negatio uera est, & affirmatio, nec si ad aliud atq; aliud referens dicat, nulla inde contradictio procreatur, ut cum dico decem dupli sunt, decem dupli non sunt. Nam si ad quinarium referam, uera est affirmatio, si ad senarium uera negatio, nec si diuersum tempus in affirmatione ac negatione sumatur, ut cũ dico Socrates sedet, Socrates non sedet. Alio enim tempore sumptum, sedere ueram facit affirmationem, alio tempore non sedere ueram facit negationem. Amplius quoq; si diuerso modo quis dicat in negatione quod iam in affirmatione proposuit, uim cõtradictionis intercipit. Si quis enim dicat affirmationem potestate, negationem uero actu, possunt affirmatio & negatio uno tempore congruente ueritate constituí, utsi quis dicat catulus uidet, catulus non uidet, potestate enim uidet, actu uero nõ uidet. Quo circa oportet fieri si facienda est contradictio eiusdem (ut ipse ait) prædicati de eodem subiecto, non equiuoce, sed uniuoce, ad eandem partem, & ad idem relatum, ad idemq; tempus, & eodem modo constitui. Quæ omnia in Sophisticis elenchis diligentissime prosecutus est. Nũc pauca commemorans distulit in illis libris integrã disputationem. Est autem enunciatio de eo quod est, aliquid esse, uel non esse. Affirmatio quidem de eo quod est esse, ut Plato Philosophus est. Negatio uero de eo quod est non esse, ut Plato Philosophus non est. Hæc utraq; enunciatio Platonem Philosophum est. Plato Philosophus non est, sese perimentia & in contrarium quasi quodam locata litigio faciunt contradictionem. Contradictio uero est oppositio affirmationis & negationis, in qua neque ambas falsas, neque ambas ueras esse contingit, sed unam semper ueram, alteram uero falsam. Si qua autẽ sunt huiusmodi, in quibus uerum falsumq; affirmatio negatioq; non diuidat, in illis aliquid diuersum, & non ad oppositionem integrum reperitur. Dicit autem Porphyrius argumẽtum esse addi, quod dicimus affirmationem negationi ita oportere opponi, ut una uera opposita in alteram mox falsitas ueniat, communem inter nos consuetudinem colloquendi. Quando enim quis aliquid esse dixerit & idem alius negauerit. Vnum ipsorum uerum dicere, mentiri alium suspicamur. Amplius quoque. Si aliquid aut est, aut nõ est, mediumq; inter esse & non esse nihil poterit inueniri. Affirmatio autem ponit aliquid esse, idemq; aufert negatio, & est contradictio affirmatio & negatio oppositæ, talis oppositio integram facit contradictionem, in qua affirmatio & negatio utraque ueræ simul esse non possunt. Affirmationis autem negationisq; natura ad qualitatem quandam refertur. Qualitas enim quædam est affirmatio atque negatio, præter hanc uero qualitatem est etiam quantitas propositionum, de qua posterius paulò dicendum est. Sed uolens Aristoteles quid esset cõtradictio nos docere, prius ubi esset ostendit. In oppositione enim contradictionem omnem necesse est esse. Quare quoniam contradictio in oppositione est. Qualis autem oppositio hanc contradictionem faciat, adhuc ignota est. Estq; hæc oppositio aut in qualitate oppositionum, aut in quantitate, aut in utroq;, & de qualitate propositionum quæ in affirmatione & negatione consistit, dictum est. Nũc de quantitate dicetur, ut ea quoque cognita perspiciatur, an in qualitate, an in quantitate, an in utroque propositionum contradictio sit.

De subiectis & prædicatis enunciationum.

QVoniam autem sunt hæc quidem rerum uniuersalia, illa uero singularia. Dico autem uniuersale quod de pluribus natũ est prædicari, singulare uero, quod non, ut homo quidem uniuersale est. Plato uero eorum quæ singularia sunt. Necesse est autem enunciare, quoniã inest aliquid aut non, aliquoties quidem eorum alicui quæ uniuersalia sunt, aliquoties autem alicui eorum quę sunt singularia.

Omnis

OMnis propositio significationis suæ proprietatem ex subiectis intellectibus capit. Sed quoniam necesse est intellectus rerum esse similitudines, uis propositionum per intellectus ad res q̃que cõtinuatur. Atq; ideo cũ aliq̃d uel affirmare cupimus uel negare, hoc ad intellectus & cõceptionis animi qualitatem refert. Quod enim imaginatiõe intellectuq; cõcipimus, id in affirmatione aut in negatione ponẽtes, affirmamus, scilicet, uel negamus, & principaliter quidem ab intelligẽtia propositiones uim capiũt, & proprietatem, secundo uero loco ex rebus sumunt, ex quibus ipsos intellectus constare necesse est. Vnde fit ut & quantitate propositio & qualitate participet. Qualitate quidem in ipsa affirmationis & negationis prolatione, quã ex proprio quis iudicio emittit ac profert, quantitate uero ex subiectis rebus quas capiũt intellectus. Videmus namque alias esse in rebus huiusmodi qualitates, quæ in aliam conuenire non possunt, nisi in unam quamcunq; particularem singularemq; substantiam, alia est enim qualitas singularis, ut Platonis uel Socratis, alia est quę cõmunicata cum pluribus totam se singulis & omnibus præbet, ut est ipsa humanitas. Est enim quædam huiusmodi qualitas, quę & in singulis tota sit, & in omnibus tota. Quotiescunq; enim aliquid tale animo speculamur, non in quamlibet uriam personam per nomen hoc mentis cogitationem deducimur, sed in omnes eos quicunque humanitatis diffinitione participant. Vnde fit ut hæc quidẽ sit communis omnibus, illa uero prior, incõmunicabilis quidem cunctis, uni tamẽ propria. Nam si nomen fingere liceret, illam singularem quandam qualitatem, & incommunicabilem alicui alij subsistentiæ suo ficto nomine nuncuparem, ut clarior fieret forma propositi. Age enim incommunicabilis Platonis illa proprietas, Platonitas appelletur, eo enim modo qualitatem hanc Platonitatem ficto uocabulo nuncupare possumus. Quomodo hominis qualitatẽ dicimus humanitatem. Hæc ergo Platonitas solius unius est hominis, & hoc nõ cuiuslibet sed solius Platonis. Humanitas uero & Platonis & ceterorum, quicunq; hoc uocabulo cõtinentur, unde fit ut quoniam Platonitas in unum cõuenit Platonem, audientis animus Platonis uocabulum, ad unam personam unamq; particularem substantiam referat. Cum autem audit hominẽ, ad plures quoque referat intellectum quoscunque humanitatem cõtinere nouit, atque ideo quoniam humanitas & omnibus hominibus communis est, & in singulis hominibus tota est, æqualiter cuncti homines retinent humanitatem sicut unus homo. Si enim id ita non esset, nunquam specialis hominis diffinitio, particularis hominis substantiæ conueniret. Quoniam igitur hæc ita sunt, idcirco homo quidem dicitur uniuersale quiddam, ipsa uero Platonitas & Plato particulare. His igitur ita positis quoniam uniuersalis illa qualitas & in omnibus potest, & in singulis prædicari, cum dicimus homo ambiguũ est, & dubitari potest, utrum de speciali dictum sit, an de aliquo particulari, idcirco quòd nomen hominis, & de omnibus dici potest, & de singulis quibusque qui sub humanitatis specie continentur. Quare indefinitum est, utrum de omnibus dictum sit id quod diximus homo, an de unaquaque individua hominis & particulari substantia. Hanc igitur qualitatem humanitatis si ambiguitate intellectus separare nitamur, determinanda est, & aut in pluralitatem distẽdenda, aut in unitatem numeri colligenda. Nam cum dicimus homo indefinitũ est, utrum omnes dicamus, an unum. Sin uero additũ fuerit omnis, uit sit prædicatio, omnis homo uel quidam, tunc fit distributio & determinatio uniuersalitatis, & nomen quod uniuersale est, id est, homo, uniuersaliter proferimus dicentes, omnis homo. Aut particulariter, dicẽtes, quidam homo, omnis enim nomen uniuersalitatis significatiuum est. Quocirca si omnis quod uniuersale significat, ad hominẽ q̃d idem ipsum uniuersale est adiungatur, res uniuersalis quę est homo, uniuersaliter prædicat, secundum id q̃ diffinitio ei adijcit quãtitatis. Sin uero dictũ fuerit quidã homo, tunc uniuersale q̃ est homo, addida particularitate per id q̃ ei adiectum est quidã, particulariter profertur, & dicitur res uniuersalis prolata particulariter. Sed quoniã par-

ticularis est prędicatio, quidã homo. Particularis rursus prędicatio Platonis: De uno enim dicit quidã homo, & de uno dicit Plato. Non eodẽ modo utrąq; particulares esse dicũt. Plato enim unã ac definitã substantiã, pprietatẽq; demõstrat, quę cõueniẽte in aliũ nõ potest. Quidã homo uero, ꝺd dicit, particulariter quidẽ ipsum nomẽ uniuersale determinat, sed si deesset quidam, id quod dicimus homo, uniuersale esset, ac per hoc ambiguũ permaneret, quod uero dicimus Plato, nunq; esse poterit uniuersale. Nam etsi quando nomẽ hoc Plato, pluribus imponat, non tamẽ hoc nomen idcirco erit uniuersale. Namq; humanitas ex singulorũ hominũ collecta naturis, in unam quodammodo redigit intelligentiam atq; naturam. Nomẽ uero hoc quod dicimus Plato multis secundum uocabulum fortasse commune esse uideret, nulli tamen illa proprietas Platonis conueniret. Quæ erat proprietatis aut naturæ eius Platonis, qui fuit Socratis auditor, licet eodem uocabulo nuncuparetur. Hoc uero ideo quoniam humanitas naturalis est. Nomen uero proprium, positionis. Nec uero hoc nunc dicitur, ꝺd nomen Platonis de pluribus non potest prędicari, sed proprietas Platonis. Illa enim proprietas naturaliter de pluribus non dicit, sicut hominis, & ideo incommunicabilis (ut dictũ est) qualitas est ipsa Platonitas, communicabilis uero qualitas uniuersalis quæ & in pluribus & in singulis est. Vnde fit ut cũ dico omnis homo, in numerũ propositionẽ tendam, cũ uero dico Socrates aut Plato, non in numerũ emittam, sed qualitatem proprietatemq; unius in sua indiuidua singularisq; substantia cõstringam ac prædicẽ. Quare in hoc quoq; maxime hæ duæ particularitates, quidam homo, & Plato distant, ꝺd cũ dico Plato, quẽ hominẽ dixerim uocabulo designaui, proprietatemq; uniuscuiusq; quẽ nomino. Cum uero dico quidã homo, numerũ tantum reieci, & ad unitatẽ propositionẽ redegi. De quo aũt dicã, hęc particularitas minimi nõ subdidit, quidã enim homo, potest esse & Socrates & Plato & Cicero & unusquisq; singulorum quorum proprietates à se in singularitatis ratione, & natura diuersæ sunt. Vnde commodissime Theophrastus, huiusmodi particulares propositiones, quales sunt quidam homo iustus, particulares indefinitas uocauit. Partem nãq; tollit ex hominẽ ꝺd est uniuersale uel uocabulo uel natura. Quæ tamen ipsa sit pars & qua proprietate descripta non determinat nec definit. Vnde uniuersale uocauit quod de pluribus naturaliter prædicatur. Vt homo, nõ ꝺd positione, quẽadmodum nomẽ Alexandri de Troiano & de Macedone Philippi filio de pluribus dicit. Hoc enim positione de pluribus dicit, illud natura. Et persubtiliter ait. Qd in pluribus natum est prædicari. Est enim hæc uniuersalitas naturalis, illam uero nominis reiçiũt proprietatẽ quę particularis est, singularẽ uocauit dicens. Plato uero eorũ quæ sunt singularia, quod autẽ secutus est dicens. Necesse est aũt enũciare quoniã inest aliqd aut non, aliquoties quidẽ eorum alicui quæ sunt uniuersalia, aliquoties autem eorum quæ sunt singularia, huiusmodi est tanquam si diceret: Omnis quidem affirmatio & negatio inesse aut non inesse demonstrat. Et quicquid enunciatur, aut de eo quod est esse proponitur, ut Plato Philosophus est. Hæc enim, ppositio Platoni Philosophiã inesse constituit. Aut de eo quod est, non inesse, ut Plato Philosophus non est, hæc enim à Platone Philosophiam diuidens, eidem Philosophiam non inesse proponit. Ergo quoniam necesse est, aut aliquid alicui inesse dicere, aut aliquid alicui non inesse, illud quoque necesse est, ut intelligamus cui inesse aliquid dicimus, aut uniuersale esse, ut cum dicimus homo albus est, albedinem uniuersali rei inesse monstramus, id est homini, aut certè particulare ac singulare, ut si quis dicat Socrates albus est, albedinem enim Socrati singulari substantiæ & proprietati incommunicabili inesse significauit, sed in singularibus siue affirmetur aliquid, siue negetur, unus oppositionis modus est, q uim cõtradictionis obtineãt. Nam quoniã singulare atq; indiuiduũ nulla sectione diuiditur. Secundum ipsum quoq; facta cõtradictio, simplex erit. In his autem quæ in uniuersalibus fiunt, non est unus modus contradictionis. Nam eum dico, Socrates homo est, Socrates homo non est, sola huiusmodi oppositio, si omnia illa

nia illa conueniant quę contra argumentorum importunitates suprà iam dicta sunt, ad faciendam contradictionem idonea reperitur. Sin uero tale aliquid subiectum sit, de quo aliquid prædicetur quod sit uniuersale, & in pluribus (ut ipse ait) natũ sit prędicari, non est simplex oppositio contradictionis. Sunt enim earum propositionum quæ de uniuersalibus rebus fiunt tres differentiæ; una quæ omnes complectitur, ut cum dico omnis homo animal est. Alia quæ ex indefinita multitudine & innumera pluralitate ad unum, propositionis uim colligit atq; constringit. Hęc huiusmodi est, tanquam si quis dicat quidam homo animal est. Alia uero est quæ neque in pluralitatem propositionem tendit, neque in particularitatem redigit, ut ea quæ sine ulla determinatione proponitur, ut est, homo animal est, homo animal non est; huic enim nec quidam quod particularitatis, nec omnis quod est uniuersalitatis adiunximus. Vnde fit, ut singularitas simpliciter prædicetur, uniuersalitas uerò aliquoties uniuersaliter, ut omnis homo animal est, homo res uniuersalis, uniuersaliter prædicata est. Nam cum sit homo uniuersalis, quod ei adiectum est omnis, uniuersalitatẽ uniuersaliter appellari fecit. Rursus est, ut uniuersalitas particulariter prædicetur, ut cum dico quidam homo animal est. Quidam particulare determinat, sed iunctum ad hominem uniuersalem substantiam particulariter prædicari fecit. Est quoque uniuersale non uniuersaliter prædicare, quoties sine adiectione uniuersalitatis uel particularitatis simpliciter nomen uniuersale ponitur, ut est homo animal est. Determinationes autem dicuntur, quæ rem uniuersalem uel in totum fundunt, ut omnis, uel in partem contrahunt, ut quidam. Omnis uero uel quidam quantitatem propositionis determinant, quæ quantitas iuncta cum qualitate propositionum, quatuor uariatur modis. Qualitas autem propositionum in affirmatione & negatione est, aut enim uniuersalem rem uniuersaliter prędicat affirmatiuè, ut omnis homo animal est, aut uniuersalẽ rem particulariter affirmatiuè, ut quidam homo animal est, aut uniuersalem rem uniuersaliter negatiuè, ut nullus homo lapis est, aut uniuersalem rem particulariter negatiuè, ut quidam homo lapis non est. Oportet autem in his quæ uniuersali determinatione proponuntur in ipsis determinationibus fieri negationem, ut quoniam determinatio uniuersalis rei est uniuersaliter, cum dicimus omnis homo iustus est, si uniuersaliter negabimus, dicamus nullus homo iustus est, & quod aio nullus, eam uniuersalitatẽ quæ est omnis intercipit non eam quæ est homo. Rursus si idem ipsum omnis homo iustus est, negare particulariter uelim, dicam non omnis homo iustus est, per particularem negationem uniuersalitatis uim interimens, in particularibus uero non ita est. Si enim eam quæ est particularis determinatio uniuersalis rei, ut est quidam homo iustus est, negare uelim, particulariter, dicam quidam homo iustus nõ est. Hoc aũt idcirco fit, quoniã habet quandã similitudinẽ atq; ambiguitatẽ, utrũ uniuersaliter an sit particulariter dictum, si in uniuersalibus propositionibus negatiuæ particulæ ad prædicationes potius q̃ ad terminationes ponantur. Si enim contra hanc affirmationẽ quæ est, omnis homo iustus est, ponã hãc quę dicit, omnis homo iustus nõ est. Hęc duas res significare uidebit, & q̃ nullus homo iustus sit, omnẽ enim hominẽ negauit iustũ esse. Hoc aũt nihil impedit ut aliqs sit iniustus, aliqs iustus. Nam si aliquis est iustus, nõ repugnat ne uera sit propositio quę dicit, omnis homo iustus est non enim est iustus omnis homo. Si alij iusti sint, alij uero iniusti. Quare quoniã duplicis significationis est, idcirco uniuersalis negationis diffinitio, quæ est nullus, uniuersalis affirmatiõis tollit determinationẽ, quę est omnis, atq; ideo in particularibus negationibus ad ipsam uniuersalitatẽ affirmationũ negatio necesse est apponat, ut in eo quod est omnis homo iustus est, illa est ei oppositа negatio quæ est, non omnis homo iustus est, nõ illa quæ est, omnis homo iustus non est, ne sit ambiguũ, utrũ uniuersaliter an particulariter neget. Dictum est enim hanc negationem quę est omnis homo iustus non est, & uniuersalitatis interpretationẽ designare & particularitatis

propoſitionem. Quoties uero particulare aliquid tollitur, in his non iam ad determi
nationẽ, ſed ad prædicatum particula negationis apponitur, ut in eo quod eſt, quidã
homo iuſtus eſt, nullus dicit, non quidam homo iuſtus eſt. Necꝙ enim hic ad determi
nationem particularem, quod eſt, quidã, negatio ponitur, ſed dicimus quidã homo
iuſtus non eſt, ſcilicet ad prædicatum quod eſt iuſtus. Vnde etiam ad indeterminatas
propoſitiones quæ ſunt ſine omnis aut nullus, aut alicuius determinatione ad prædi
catum ſemper apponitur particula negatiua, ut eſt homo iuſtus eſt. Nemo enim di
cit non homo iuſtus eſt, ſed homo iuſtus non eſt. In ſingularibus quoꝙ non dico, nõ
Socrates iuſtus eſt, ſed Socrates iuſtus non eſt, & niſi aliquoties ambiguitas impedi
ret ad prædicatum ſemper negatio poneretur. Sed omnia quæcunꝙ in determinatio
ne ponuntur, talia ſunt, quę aut totum colligant in affirmatiuo, ut eſt omnis, aut totũ
perimant in negatiuo, ut eſt nullus, aut colligant in affirmatiuo partem, ut eſt quidã,
aut interimant in negatiuo partem, ut quidam non, aut in negatiuo perimant totum
particulariter, ut eſt non omnis, ſed quidã non, & non omnis, particulares negatio
nes ſunt. Siue enim quis partem ex toto ſurripiat, particulare eſt, quod reliquit, quia
à totius perfectione diſceſſit. Siue quis totum eſſe neget, ſiue partẽ relinquat, rurium
particulare eſt, quod reliquum fit. Nam cum dico quidam homo iuſtus non eſt, ab
ſtuli partem, et rurſus cum dico. Non omnis homo iuſtus eſt, cum negaui omnem a
liquem qui iuſtus non eſſet oſtendi. Hæc ergo, non omnis, & quidam, determinatio
nes planiſſimæ ſunt, & communi intelligentiæ ſubiectæ, has duæ particulares recipi
unt negationes, ut ea quæ eſt quidam non determinationem particularem negat, ea
uero quæ eſt non omnis, uniuerſalem negat determinationem, ſed utrꝙ negatio
nẽ (ut dictum eſt) in particularitatem conſtringunt. Quod aũt dicimus, nullus, pro
priũ quoddã uidetur eſſe uocabulum, nõ omnis enim q̃d dicitur omnẽ per aduerbiũ
negatiuum quod eſt non, admit. Rurſus cum dicimus quidam nõ in eo quod eſt qui
dam aduerbium quod eſt non, additum, à ſubiecto termino particulare ſeparat. Nul
lus uero in uocabulo ipſo quid ſeparet non monſtrat, & uidetur quodammodo nõ
potius eſſe negatio quàm affirmatio, neque enim aduerbium eſt, nec coniunctio,
aduerbium namꝙ atꝙ cõiunctio declinationibus carent. Nullus uero quod dicimus
& generibus ſubiacet & inflectit caſibus, quid igit eſt, an erit nomen ſed nulla nega
tio nomen eſſe monſtratur. Quid ſit ergo tali inueſtigatione quærendũ eſt, uidetur
enim q̃d dicit nullus tale eſſe tanꝙ ſi dicamus, nec unus, nã qui dicit nullus homo ani
mal eſt, tantundem ualet quantum nec unus homo animal eſt. Quod uero dicimus
ullus hoc ab eo diminutiuum eſt quod eſt unus. Diminutio namꝙ unius ullus eſt tan
quam ſi dicerem nullus, ergo plus negat, quiſquis etiam diminutionem neget, ut ſi
quis dicat non modo non habet gemmã quod maius eſt, uerumetiã nec gemmulam
quod eſt minus. Sic ergo qui negare uult etiam unum, plus negat ſi dicat nec ipſum
unius diminutiuũ illud eſſe quod dicitur, ut ſi quis uelit dicere nec unũ eſſe hominẽ
in theatro, ita dicat, non modo illic unus homo non eſt, uerum nec ullus. Cum ergo
dicimus nullus, ita proponimus tanꝙ ſi dicamus nec ullus. Tenet igitur hæc in ſe de
terminatio, quæ eſt nullus, uicem negationis & nominis. Negationis quidem in eo
quod eſt nec, nominis uero in eo quod eſt ullus, quod eſt diminutiuum unius. Ita igit
maxima fit negatio rei paruiſſimæ quod eſt unus, ſi ipſius diminutiuum quoꝙ ſubura
hat, quod eſt ullus. Quare & omnem, & quendam, ſtatim tollit negatio, quæ unius
quoꝙ ipſius diminutiuum prædicatione ſubducit, ut ea quæ eſt nullus homo iuſtus
eſt. Hoc enim tantum eſt, tanquam ſi dicat, non ullus homo iuſtus eſt, hoc idem ualet
tanquam ſi dicatur, non unus homo iuſtus eſt. Quare quoniam de his quoꝙ ſuffici
enter dictum eſt, ad Ariſtotelis uerba conſequenti ordine ueniamus.

Si ergo uniuerſaliter enunciet de uniuerſali, quoniam eſt aut non eſt, erũt hæ
contrariæ enunciationes, dico autem in uniuerſali enunciationem uniuer
ſalem,

ſalem, ut: omnis homo albus eſt, nullus homo albus eſt.

Demonſtrare oppoſitionem contradictionis intendit, ſed quoniam uiam reperien
di ordinemꝙ permiſcuit, idcirco nos quoꝙ pauca quædam prius ordinata expoſitio
ne prædicemus, ne lector confuſionis caligine atꝙ obſcuritate turbetur. Omnium
propoſitionum quæ ſunt ſimplices, quas Categoricas Græci uocant, nos prædicati
uas dicere poſſumus, quatuor ſunt diuerſitates. Aut enim affirmatio eſt, & negatio
uniuerſalis, ut eſt: omnis homo iuſtus eſt; nullus homo iuſtus eſt. Aut affirmatio &
negatio particularis, ut eſt: quidam homo iuſtus eſt; quidam homo iuſtus non eſt.
Aut affirmatio et negatio indefinita, ut: homo iuſtus eſt, homo iuſtus non eſt. Aut de
ſingulari ſubiecto affirmatio & negatio, ut: Cato iuſtus eſt, Cato iuſtus non eſt. Ha
rum uero inter ſe ueritas falſitasꝙ non ſe habet ſimiliter ſed diuerſe. Et prius de uni
uerſalibus atꝙ particularibus, ideſt de his quæ determinatæ ſunt dicendum eſt, poſt
de reliquis diſputabitur. Diſponatur ergo affirmatio uniuerſalis quæ eſt, omnis ho
mo iuſtus eſt, & contra hanc negatio uniuerſalis, quę eſt, nullus homo iuſtus eſt. Sub
his autem ſub affirmatione quidem uniuerſali particularis affirmatio quæ eſt, quidã
homo iuſtus eſt, ſub uniuerſali negatione particularis negatio quæ eſt, quidam ho
mo iuſtus non eſt. Hoc autem demonſtrat deſcriptio ſubiecta:

Vniuerſalis affirmatio.
Omnis homo iuſtus eſt.

Vniuerſalis negatio.
Nullus homo iuſtus eſt.



Quidam homo iuſtus eſt.
Particularis affirmatio.

Quidam homo iuſtus nõ eſt.
Particularis negatio.

Hæ igitur duæ uniuerſalis affirmatio, & particularis affirmatio dicuntur ſubalternę.
Rurſus uniuerſalis negatio, et particularis negatio dicuntur ſubalternę. Idcirco quo
niam particularitas ſemper ſub uniuerſalitate concludit. In quibus illud eſt conſide
randum, quod ubi eſt affirmatio uniuerſalis uera, affirmatio quoꝙ particularis uera
eſt, & ubi negatio uniuerſalis uera eſt, particularis quoꝙ negatio uera eſt. Nam ſi ue
ra eſt omnis homo animal eſt, uera eſt quidam homo animal eſt. Et ſi uera eſt quoniã
nullus homo lapis eſt, uera eſt, quoniam quidam homo lapis nõ eſt. At ſi falſa ſit par
ticularis affirmatio, ut ea quæ eſt quidam homo lapis eſt. Falſa eſt uniuerſalis affirma
tio, omnis homo lapis eſt. Idem in negatione. Si enim negatio particularis falſa eſt,
ut quidam homo animal non eſt, falſa eſt uniuerſalis, nullus homo animal eſt. Ita ut
præcedunt uniuerſales in uero, eodem modo præcedunt particulares in falſo. Dicũ
tur uero affirmatio uniuerſalis & negatio uniuerſalis contrarię. Hoc autem idcirco,
quoniam contrariorum huiuſmodi natura eſt, ut longiſſimè à ſe diſtent, & ſi aliquã
inter ſe habeant medietatem, non ſemper alterum ipſorum ſubiecto inſit, ut albũ &
nigrum, non poſſumus dicere, quoniam omne corpus aut album aut nigrum eſt, po
teſt enim nec album nec nigrum eſſe, & utrunꝙ falſum eſſe quod dicitur, idcirco quo
niam medius eſt color. Quod ſi non habent medietatem, alterum ipſorũ neceſſe eſt
inhærere ſubiectis, ut cum dicimus omne corpus aut quietum eſt, aut mouetur, ho
rum nihil eſt medium, & neceſſe eſt omne corpus uel conſiſtere uel moueri. Vt autẽ
in eodem ſimul poſſint eſſe contraria, fieri non poteſt. Necꝙ enim poſſibile eſt ut idẽ
album nigrumꝙ ſit, quod in affirmationibus & negationibus uniuerſalibus appa
ret. Negatiua enim & affirmatiua uniuerſales plurimum quidem diſtant à ſe. Nam

quòd illa ponit omnibus, illa tollit omnibus & totum negat. Nam quæ dicit omnis homo iuſtus eſt, omnem hominem ponit, quæ dicit nullus homo iuſtus eſt, nihil eorum quæ in humanitatis ſunt diffinitione iuſtum eſſe concedit. Ita ergo à ſe longiſſime diſcrepant. Adhuc ſi ea quæ ſignificant habẽt inter ſe aliquam medietatem, unã ueram, unam falſam eſſe non eſt neceſſe, ut in eo quod eſt omnis homo iuſtus eſt, nullus homo iuſtus eſt. Quoniam poteſt quædam eſſe medietas, ut nec nullus homo iuſtus ſit, cum ſit quidam. Nec omnis homo iuſtus ſit, cum non ſit quidam. Et poſſunt utræq; falſæ & affirmatio & negatio reperiri. Neq; enim uerum eſt aut omnem hominem iuſtum eſſe, aut nullum hominem iuſtum eſſe. Quocirca poteſt fieri, ut in his in quibus aliqua medietas inuenitur, uniuerſalis affirmatio & uniuerſalis negatio ueritatem falſitatemq; non diuidant, ſed utræq; ſint falſæ ad exemplum, ſcilicet, contrariorum, quæ aliquam inter ſe continent medietatem. Poteſt enim in illis fieri ut utraque contraria poſſint non ineſſe ſubiecto. Sicut ſuprà docuimus. In his uero quæ medietate carent, neceſſe eſt ut una uera ſit ſemper, altera ſemper falſa. Vt in eo ꝙd eſt omnis homo animal eſt, nullus homo animal eſt, hæ propoſitiones huiuſmodi ſunt, ut una uera ſit & una falſa. Idcirco quoniam inter animal eſſe & non eſſe nihil intereſt, ad eorum, ſcilicet, contrariorum ſimilitudinem quæ medietate carent. In illis enim neceſſe erat alterum ineſſe ſubiecto. Sic ergo uniuerſalis affirmatio & uniuerſalis negatio utræq; falſæ eſſe poſſunt. Vt uero una uera ſit, altera falſa, id quoq; conceditur, ut utræq; ſint ueræ, fieri non poteſt, ſicut illud quoq; uerum eſt, contraria ſimul eſſe non poſſe. Rectiſſima igitur uniuerſalis affirmatio, uniuerſalisq; negatio contrariæ nominantur. Particularis autem affirmatio quæ eſt, quidam homo iuſtus eſt, & particularis negatio quæ eſt, quidam homo iuſtus non eſt, uniuerſalibus contrariis contrarias proprietates habent. Illæ enim ſimul ueræ eſſe nõ poterãt, ut uero eſſent ſimul falſæ, ſæpe aliqua ratione cõcedebatur. Particulares uero ut utræq; ueræ ſint euenire poteſt, ut utræq; falſæ ſint, fieri non poteſt, ut in eo quod eſt, quidam homo iuſtus eſt. Verum eſt. Quidam homo iuſtus non eſt, id quoq; uerum eſt, ut utræq; falſæ ſint, inueniri non poteſt, & in hoc quidem ſunt diſſimiles contrarijs. Similes autẽ eis uidentur, quod ſicut contrariæ aliquoties uerum falſumq; diuidunt, ut una uera eſt, altera falſa, ita quoq; & particularis una uera poteſt eſſe altera falſa, ut quidam homo animal eſt, quidam homo animal non eſt. Seruant autem ſtabilem incommutabilemq; ordinem & ſimilitudinis & contrarietatis. Contrariæ enim quoniam poſſunt eſſe utræq; falſæ, in quibuſcunq; utræq; falſæ contrariæ reperiuntur, in his ſubcontrariæ utræq; ueræ ſunt. Sed quoniam utræq; contrariæ ueræ inueniri nõ poſſunt, ideo utræq; ſubcontrariæ falſæq; nequeunt reperiri, ut in eo quod eſt omnis homo iuſtus eſt, nullus homo iuſtus eſt. Quoniam hæ falſæ ſunt, hæ quas ſub ſe continẽt, particulares ueræ ſunt, ut eſt quidam homo iuſtus eſt; quidam homo iuſtus non eſt, ſed ſi uniuerſales inter ſe uerum falſumq; diuidunt, & una uera eſt, & altera falſa, particulares quoque idem faciunt, ut in eo quod eſt, omnis homo animal eſt, nullus homo animal eſt. uniuerſalis affirmatio uera eſt, falſa negatio. Sed cum dico quidam homo animal eſt, quidam homo animal non eſt, particularis affirmatio uera eſt; falſa negatio particularis. Hæ igitur dicũtur ſubcontrariæq;, uel quod ſub contrarijs poſitæ ſunt, uel quod ipſe ſuperioribus ſub quibus ſunt (ut dictum eſt) contrarias proprietates habent. In hac igitur recta oppoſitione contrariarũ, & ſubcontrariarũ in ſuperioribus utriſque falſitas eſſe poteſt. Nũquam ueritas, in inferioribus uero utriſque quidem ueritas ineſſe poteſt, nunquam falſitas. Sin uero quis reſpiciat angulares, & uniuerſalem affirmationem particulari opponat negationi, uniuerſalemq; negationem particulari cõparet affirmationi, una uera ſemper, falſa altera reperietur. Nec unquam fieri poteſt ut affirmatione uniuerſali uera, particularis negatio non falſa ſit, uel hac uera nõ illam continuo falſitas ſubſequatur. Rurſus ſi negatio uniuerſalis uera eſt, falſa particularis affirmatio, ſi particularis affirmatio uera eſt; falſa uniuerſalis negatio eſt, licet autem

autem hoc, & in ſubiecta deſcriptione metiri, & in alijs quoque terminis quòſcunq; ſibi mens conſiderantis affinxerit, idem uidebit, nam in eo quod eſt omnis homo iuſtus eſt, quoniam hæc falſa eſt, uera eſt quidam homo iuſtus non eſt. Et rurſus in eo quod eſt, nullus homo iuſtus eſt, quoniam falſa negatio eſt, uera eſt affirmatio, quidam homo iuſtus eſt. Hæc autẽ uniuerſalis affirmatio & particularis negatio quæ ſunt angulares, & uniuerſalis negatio, & particularis affirmatio, quæ ipſe quoque ſunt angulares, contradictoriæq; nominantur. Et hæc illa eſt quam quærit cõtradictio in qua una ſemper uera, altera ſemper falſa ſit. Superioris autem diſputationis integrum deſcriptionis ſubdidimus exemplar, quatenus quod animo cogitationeq́ue conceptum eſt, oculis expoſitum memoriæ tenacius infigatur.



His ergo ita ſeſe habentibus indefinitas propoſitiones ſingulareſq́ue uideamus, & primum de infinitis diſputandum eſt. Indefinitæ igitur per ſe ueritatẽ falſitatẽq; nõ diuidunt, etenim cum dico homo iuſtus eſt, homo iuſtus nõ eſt, utraſq; ueras cõtingit eſſe indefinitas. Quocirca eas à cõtradictione ſeparamus, cõtradictio nãq; conſtituitur (ut ſæpe dictum eſt) eo quod nunq; utræq; uerę, aut utræque falſæ, reperiri queant; ſed una ſemper ueritatis, altera falſitatis capax eſt. Sed quæ uniuerſalitatem proferũt indefinitam, illæ definitarum particulariũ uim tenent. Tale enim eſt quod dico, homo iuſtus eſt, tanq; ſi dicam, quidã homo iuſtus eſt, & rurſus tale eſt quod dico, homo iuſtus non eſt, tanquã ſi dicam, quidã homo iuſtus non eſt. Hoc illa res, approbat, quod quemadmodum definitæ, & particulares in aliquibus ueræ eſſe poſſunt, in aliquibus uerum falſumq; diuidũt, nunq; uero utraſq; falſas eſſe contingit. Ita quoque in indefinitis uniuerſale ſignificantibus, utraſque ſimul ueras eſſe cõtingit, ut in eo ꝙd dicimus, homo iuſtus eſt, homo iuſtus non eſt, utraſq; falſas proferre impoſſibile eſt, ſed unam ueram, alteram falſam in his facilimè reperimus in his, ſcilicet, terminis qui naturaliter, & neceſſario ſubiectis ſubſtãtijs inhæreſcũt, uel in his q; ineſſe nõ poſſunt, ut quoniã animal homini ex neceſſitate ineſt, ſi qs dicat, homo animal eſt, idq́ue negeẽ, homo animal nõ eſt, uel homo lapis eſt, homo lapis nõ eſt, una uera, ſtatim falſa altera reperiẽ, atq; ideo hæ cõtra uniuerſales, uniuerſaliter prædicatas faciũt cõtradictionẽ. Nam ſi cõtra illã quæ eſt, omnis homo iuſtus eſt, ea quę eſt, homo iuſtus nõ eſt in oppoſitione cõſtituat, una ſemp uera eſt, altera falſa. Et ſi cõtra eã quę eſt, nullus homo iuſtus eſt, indefinita, ppoſitio quæ eſt, homo iuſtus eſt, opponat, uerũ inter ſe propoſitiones falſumq; diſtribuũt, ſicut definitæ quoq; uniuerſalium propoſitiones, ſecundum particulares atque uniuerſales oppoſitę quantitates, contradictorias faciũt oppoſitiones. Quare cõſtat eas, q̃ uniuerſale, nõ uniuer

ſaliter proferunt,& ſunt indefinitę,neque particulare,neque uniuerſale proferẽtes. Ipſas quidem non ſemper inter ſe uerum falſumque diuidere, particularibus tamen definitis eſſe cõſimiles. Singulares uero quæ ſunt,unum oppoſitionis modum inter ſe tenent,has ſi ad idem ſubiectum,ad idem prædicatum,ad eãdem partem, ad idem tempus,ad eandem relationem,eodem modo propoſueris,inter ſe uerum falſumue diſtribuunt,ut eſt Socrates iuſtus eſt. Socrates iuſtus non eſt. Sunt igitur duæ cõtradictiones,una quę fit in uniuerſalibus angulariter particularibus contra poſitis,altera quæ fit in ſingularibus cum omnibus his quas in Sophiſticis elenchis expoſuit determinationibus oppoſitis. Quare quoniam quemadmodum ſe habent propoſitiones,quoque modo faciant contradictorias oppoſitiones oſtẽdimus, ad ipſa Ariſtotelis uerba ueniamus, in quibus per hæc antę cognita facilis poterit euenire cognitio. Superioris deſcriptionis intelligentiam plenius notat. Ait enim quãdo res uniuerſalis uniuerſaliter deſignatur,& eam quis uniuerſaliter affirmat, ſi eandem alius uniuerſaliter neget,ita ſibimet cõparatas propoſitiones eſſe cõtrarias. Atq; in hoc ſuam ſententiam manifeſtius oſtẽdit. Ait enim,dico autem uniuerſalem enũciationem in uniuerſali,ut omnis homo albus eſt. Nam cũ uniuerſalis ſit homo in uniuerſali homine uniuerſalis eſt enũciatio,per quam dicitur omnis homo. Res ergo uniuerſalis,id eſt,homo,per omnis quæ eſt determinatio uniuerſaliter prædicata eſt,& hoc affirmatiuè. Negatiuè uero uniuerſaliter ita dicetur,nullus homo albus eſt,nullus enim uniuerſalitas uniuerſalitati quæ eſt homo adiecta eſt,hoc modo igitur uniuerſale uniuerſaliter enunciantes affirmatio & negatio contrariæ ſunt,ſicut & ipſe reſtatur,& nos ſuperiori expoſitione digeſſimus.

> Quando aũt de uniuerſalibus non uniuerſaliter, non ſunt hæ contrariæ, quæ autem ſignificantur eſt eſſe aliquando contraria. Dico autẽ non uniuerſaliter enunciare de his quę ſunt uniuerſalia, ut eſt albus homo, non eſt albus homo, cum enim uniuerſale ſit homo, non uniuerſaliter utitur enunciatione. Omnis namque non uniuerſale ſignificat, ſed quoniam uniuerſaliter.

Volenti indefinitam propoſitionem qualis eſſet oſtẽdere,non modo auferẽda fuit ab uniuerſali termino uniuerſalis determinatio,uerũ etiam particularis, & oportuit dici hoc modo. Quando autem in uniuerſalibus non uniuerſaliter neq; particulariter,non ſunt contrariæ. Nunc aũt quoniam non addidit neque particulariter,uidetur non de indefinitis,in quibus neq; uniuerſalitas,neque particularitas adeſt,ſed tãtum de particularibus loqui,à quibus ſolum uniuerſale nõ etiam particulare ſubtraxit,ſed quid uelit oſtendere ipſe conuenientibus exemplis edocuit. Non enim poſuit exempla particularis propoſitionis,ſed indefinitæ. Ait enim,dico autem non uniuerſaliter enũciare in his quæ ſunt uniuerſalia, ut eſt albus homo, non eſt albus homo. Quod ſi particulare monſtrare uoluiſſet,ita diceret ut eſt quidã homo albus,nõ eſt quidã homo albus,ſed quoniã per exemplum quid uellet oſtendit. Nos quoq; ſuperiori propoſitioni quę eſt. Quando autem in uniuerſalibus non uniuerſaliter deeſſe putemus aut particulariter, ut & particularitatem & uniuerſalitatem,ex tota auferat dictione,ut poſt exempla docuerũt,nõ eum loqui de particularibus ſed de indefinita. Quare hoc dicit,ut ſi neq; uniuerſales ſint propoſitiones neq; particulares quod ſubaudiendũ eſt, illę non ſunt contrariæ,ſunt enim contrariæ quę uniuerſalit uniuerſalem terminũ proponũt. Indefinitæ uero ad uniuerſalem terminum,uniuerſalem determinationem non habent. Idcirco autem ab indefinitis uniuerſalitatem ſolã & non particularitatem quoq; ſeiũxit, quod indefinitas propoſitiones à contrariis ſolum,non etiã à particularibus ſegregabat. Quod aũt dico tale eſt,ſi uellet oſtẽdere indefinitas propoſitiones,ppriè diceret indefinitas neq; particulares neque

neque uniuerſales,quæ autem in uniuerſali, neque uniuerſaliter, neq; particulariter proponuntur,id eſt,quæ neque uniuerſales ſunt,neque particulares indefinitæ ſunt. Nam quæ,neque uniuerſales ſunt,neque particulares,hę neque contrarię ſunt, neq; ſubcontrariæ. Subcontrariæ quidem idcirco non ſunt,quia non habent additã particularem determinationem,idcirco uero contrariæ non ſunt, quia determinatio uniuerſalis in his non eſt. Nunc aũt cum tantum uellet oſtendere eas contrarias non eſſe,de ſubcontrariis uero,in preſenti uellet omittere,has eſſe indefinitas dixit, quæ uniuerſale determinatum uniuerſaliter non habent,ut ſcilicet has non eſſe,cõtrarias intelligeremus. Idcirco uero non adiecit particularitatẽ eas non habere,quoniam à ſolis contrariis ſeparare indefinitas uolebat,non etiam à ſubcõtrariis. Ergo ſi indefinitas à contrariis & ſubcontrariis ſeparare uoluiſſet,ita diceret. Quãdo autem in uniuerſalibus,non uniuerſaliter,nec particulariter, non ſunt contrariæ,neq; ſubcontrarię. Sed quoniam non eas uolebat nunc, non eſſe ſubcontrarias demonſtrare,ſed tantum non eſſe contrarias,idcirco ei dicto q̃ eſt,quãdo aũt in uniuerſalibus,non uniuerſaliter non addidit,uel particulariter,hoc enim ſi addidiſſet,ad ſubcõtrarias tenderet,de quib. nihil eſt additũ,quare hoc dicit,hæ quæ indefinitæ ſunt, quoniã nõ habent uniuerſalitatẽ,contrariæ non ſunt. Sed cum per ſe q̃dẽ contrariæ non ſunt,poſſunt tamẽ quædã ſignificare contraria. Hoc q̃d ſit multipliciter expoſitorũ ſententijs expedit. Herminus nãq; dicit idcirco indefinitas poſſe aliquãdo ſignificare contraria,cum ipſe careãt contrarietate, q̃ppe quæ uniuerſaliũ rerũ ſunt, ad diũ tamen uniuerſale non habẽt,in ſolis his q̃bus,ea quæ affirmanẽ, aut neganẽ ſubiectio naturaliter inſunt,ut cũ dicimus homo rationalis eſt,homo rationalis non eſt; quoniã rationalitas huiuſmodi eſt,quę in natura ſit hominis. Et affirmatio,& negatio inter ſe uerũ falſumq; diuidũt,& quodãmodo ab his cõtraria deſignanẽ. Sed nihil hoc attinet ad contraria ſignificãda in his quæ ſunt indefinita. Nam etiã particulares ipſæ q̃q; in talibus uerũ falſumq; diuidũt,ut eſt quidã homo rationalis eſt, q̃dã homo rationalis non eſt, has igit̃ ſecundũ Herminũ uidemus poſſe ſignificare contraria. Cur ergo dixit in his quoq;, quoniã q̃dem contrariæ non ſunt,quæ aũt ſignificant eſt eſſe cõtraria. Alexander aũt hoc dicit,quoniã indefinitæ ſunt hæ, nihil eas, inquit,prohibet ſicut ad particulares ita quoq; ad uniuerſales reducere,quæ uidentẽ eſſe contrariæ,ut in eo q̃d eſt homo animal eſt,homo animal nõ eſt,quoniã hæ propoſitiones indefinitæ ſunt,poſſunt accipi quaſi contrariæ. Nam ſi dicimus homo animal eſt,poteſt ita accipi tanquam ſi dicatur omnis homo animal eſt,& rurſus homo animal non eſt,ita audiri poteſt,tanquam ſi dicatur,nullus homo animal eſt. Cũ autem dicitur homo ambulat,homo non ambulat,non ad contrarias,ſed ad ſubcontrarias mens ducitur auditoris. Quocirca poſſunt indefinitę aliquando ſignificare contraria,quoniam eo ipſo,quæ ſunt indefinitę,nihil eas prohibet ad contrariorũ ſignificationem uniuerſaliumque reduci. Et hæc quidem ſententia habet aliquid rationis,non tamen integrè id quod ab Ariſtotele dicitur oſtendit,& meliorem ſententiam ſponte reiecit,quã Porphyrius approbauit. Sunt enim quędã negationes, quæ intra ſe affirmationis eius quam negant,retineant cõtrarietatem,ut in eo quod eſt ſanus eſt,& non eſt ſanus,id q̃d dicitur nõ eſt ſanus, ſignificat eger eſt, quod eſt contrarium ſano eſſe. Rurſus cum dicimus homo albus eſt,ſi contra hanc negamus per eam quæ dicit,homo albus non eſt,ſignificare poterit, quoniã homo niger eſt, nam qui niger eſt,albus nõ eſt,ſed nigrũ eſſe & albũ non eſſe contrarium eſt. Quare ſignificãt quædã negationes affirmationes q̃q; contraria,ſed hoc non ſemper,nam in eo quod eſt homo ambulat,homo non ambulat,nullum contrarium continetur. Ambulationi enim nihil eſt contrarium, atq; ideo dicit conſtat duas has quidẽ contrarias non eſſe,idcirco quod cum ſint uniuerſales,non uniuerſaliter enũcient. Poſſe aũt aliquoties contraria ſignificare,cũ intra negationem contrariũ affirmationis includatur. Aſpaſius uero & Alexander hanc poſteriorem nonprobant. Nos uero

dicimus

dicimus non quidem Alexandri ſententiam abhorrere ratione,ſed hanc Porphyrij eſſe meliorem. Nam quod ait,quando autem in uniuerſalibus,non uniuerſaliter,nõ ſunt cõtrarię,quæ aũt ſignificantur eſt eſſe contraria;ab Alexandro non eſt expoſitum,ſed tantum dictum quando poſſunt eſſe propoſitiones ipſę contrariæ. A Porphyrio uero diligenter eſt expoſitum,quando ea quæ ſignificantur poſſint eſſe cõtraria. Quod ipſe Ariſtotelis textus expreſſit;quanquam Alexander quoque eandem quam Porphyrius expoſuit,uiderit expoſitionem. Eam tamen (ut dictum eſt) ſponte reiecit,& ubi huiuſmodi expoſitionis confirmauit ſententiam diſplicere. Mihi uero aut utræque recipiendę expoſitiones uidentur;aut melior iudicanda poſterior;hoc enim ipſe quoq; Ariſtoteles quodammodo ſubter oſtendit cum dicit;Simul enim uerum eſt dicere,quoniam eſt homo albus;& non eſt homo albus;& eſt homo probus,& non eſt homo probus;ſi enim turpis eſt,non eſt probus,& ſi ſit aliquid,etiam non eſt. Cuius quidem loci quę ſit expoſitio,cũ ad id uenerimus,demonſtrabimus. Cognoſcendum autem eſt,& memoria retinendum,quod quæcũq; propoſitiones uniuerſales uniuerſaliter fuerint prædicatæ;ſi hæ affirmatiuæ,illæ uero ſint negatiuæ;ſemper utraq; eſſe contrarias,ſi nihil equiuocationis,aut temporis,aut aliquorum quæ ſupra determinata ſunt;ad faciendam oppoſitionem contrarietatis impediat. Non tamen omnes quæcunq; cõtrariæ ſunt;hæ aut in uniuerſalibus,uniuerſaliter ponunt enũciationem;aut una affirmatiua eſt,altera negatiua,ut in eo quod eſt,Socrates ſanus eſt,Socrates ęger eſt. Hic enim neque in uniuerſali uniuerſalitas poſita eſt,neque rurſus una eſt affirmatio;altera negatio;ſed ſunt contrariæ propoſitiones. Contraria enim ſunt quæ ſignificant,quocirca rectiſſimè dictum eſt,quod quæcunq; in uniuerſalibus uniuerſaliter enunciarent,ſi una earum eſſet affirmatiua,altera negatiua,ſtatim naturaliter eſſent contrariæ. Quæ autem cõtrarię eſſent,non neceſſe eſt eas,uel uniuerſale uniuerſaliter enunciare,uel unam eſſe affirmatiuam,alterã negatiuã. Sed aliquoties quidẽ poſſe has eſſe cõtrarias,quæ uniuerſale in uniuerſalibus non ſignificarent,ſed hoc in his tãtum quæ eſſent in ſubiecto,de quo ſit affirmatio naturalis,ut in eo quod eſt animal,& homo. Cum dicimus homo animal eſt,homo animal non eſt,quoniam in natura hominis animal eſt,idcirco hæc affirmans illa negans uidentur eſſe contraria,quanq; illic nulla determinatio,neque particularitatis,neque uniuerſalitatis addatur.

In eo uero quod uniuerſale prędicatur,id quod eſt uniuerſaliter prædicare,non eſt uerum,nulla enim affirmatio erit uera in qua uniuerſale prędicatum uniuerſaliter prędicetur,ut omnis homo eſt omne animal.

Quod dicit huiuſmodi eſt,omnis propoſitio ſimplex duobus terminis conſtat;his ſæpe addiſ aut uniuerſalitatis aut particularitatis determinatio;ſed ad quã partẽ hę determinationes addant,exponit. Videt enim Ariſtoteli prędicato termino determinationẽ non oportere cõiungi,in hac enim propoſitione,quæ eſt homo animal eſt,quæritur ſubiectũ ne debeat cũ determinatione dici,ut ſit omnis homo animal eſt,an prædicatum,ut ſit homo omne animal eſt. An utrũq;,ut ſit omnis homo omne animal eſt,ſed neutrum eorum quæ poſterius dicta ſunt,fieri oportet,nãq; ad prædicatũ nunq; determinatio iungit,ſed ad ſubiectum tantũ,neq; enim uerũ eſt dicere omne animal omnis homo eſt,idcirco quoniã omnis prædicatio,aut maior eſt ſubiecto,aut ęqualis,ut in eo q; dicimus,omnis homo animal eſt,plus eſt animal quam homo. Et rurſus in eo quod dicimus homo riſibilis eſt,riſibile æquat hominẽ,ut aũt ſit minus prędicatũ,atq; anguſtius ſubiecto,fieri non poteſt. Ergo in his prędicatis quę ſubiecto maiora ſunt;ut in eo quod eſt animal perſpicuè falſa eſt propoſitio,ſi determinatio uniuerſalitatis ad prędicatum terminũ ponit. Nam ſi dicamus homo eſt animal, animal q̃d maius eſt homine per hanc determinationem ad ſubiectum hominem uſq; contrahimus,cũ nõ ſolum ad hominem,ſed ad alia quoq; nomen animalis poſſit aptari. Rurſus in iſs quę ęqualia ſunt,idem euenit. Nam ſi dicã omnis homo omne riſibile eſt,primum ſi ad humanitatem ipſam referam ſuperfluum eſt,adiicere determinationem. Quod ſi ad ſingulos quoſq; hominum,falſa eſt propoſitio,nã cum dico omnis homo omne riſibile eſt,hoc uideor ſignificare,ſinguli homines omne riſibile ſunt,quod fieri non poteſt. Non igitur ad prædicatum,ſed ad ſubiectum determinatio ponenda;uerba autem Ariſtotelis,hoc modo ſunt,& ad hanc ſententiam ducuntur in his prędicatis quæ ſunt uniuerſalia,his adiicere uniuerſale aliquid,ut uniuerſale prædicatũ uniuerſaliter prædicetur,nõ eſt uerũ,hoc enim eſt quod ait,In eo uero quod prædicatur uniuerſale,id eſt,quod habet prędicatum uniuerſale,ipſum uniuerſale prędicatum uniuerſaliter non eſt uerum. In prædicato enim uniuerſali,id eſt quod uniuerſale eſt;& prædicatur ipſum prædicatum,q̃d uniuerſale eſt,uniuerſaliter prędicare,id eſt adiecta determinatione uniuerſalitatis non eſt uerum,neque enim poteſt fieri ut ulla ſit affirmatio uera in qua de uniuerſaliter prædicato uniuerſalis determinatio prędicetur,eiſq́ue rei notionẽ exemplo aperit dicens,ut omnis homo omne animal eſt,hoc autem quam ſit inconueniẽs,ſupra iam diximus.

De regulis oppoſitorum.

Opponi itaq; dico affirmationẽ negationi contradictoriè,quę uniuerſaliter ſignificat,ei quæ nõ uniuerſali,ut omnis homo albus eſt,non omnis homo albus eſt. Nullus homo albus eſt,quidam homo albus eſt,cõtrariæ uero uniuerſalẽ affirmationẽ & uniuerſalem negationẽ,ut omnis homo iuſtus eſt,nullus homo iuſtus eſt. Quocirca has quidẽ impoſſibile eſt,ſimul eſſe ueras,his uero oppoſitas,cõtingit aliquãdo in eodẽ,ut:nõ omnis homo albus eſt,& qdã homo albus eſt.

Quę ſit integra contradictio,his uerbis oſtendit;ait enim illam eſſe oppoſitionem cõtradictoriã quęcũq; dicit nõ eſſe uniuerſaliter rem uniuerſalẽ cõtra eã,quæ rem uniuerſalẽ,uniuerſaliter proponit,atq; hoc eſt,q̃ ait. Opponi aũt affirmationem negationi dico cõtradictoriè,quæ uniuerſaliter ſignificat eidẽ,quoniã non uniuerſaliter,ut ei quæ eſt omnis homo iuſtus eſt,opponit ea quæ uniuerſale ſignificat nõ tamẽ uniuerſaliter,ut ea quę eſt,quidã homo iuſtus nõ eſt,hominẽ enim uniuerſalẽ ſignificat nõ uniuerſaliter;ut cũ dicit,nõ omnis homo iuſtus eſt,hęc eſt cõtradictoria oppoſitio,ut ſi ſit uniuerſalis affirmatio,ſit particularis negatio,ſi ſit uniuerſalis negatio,ſit particularis affirmatio. Angulares enim(ut dictũ eſt)ſolæ faciunt cõtradictionẽ,uerba igit̃ ſe obſcure habẽt,ſed ſentẽtia manifeſta eſt, dicit enim illa opponi cõtradictoriè affirmationẽ negationi,uel negationẽ affirmationi,quæ cũq; id q̃ res altera uniuerſale uniuerſaliter ſignificaret,eidẽ ſignificaret,nõ uniuerſaliter q̃d eſſet uniuerſale,ut in his quas ſupra diximus,& ut hæc q̃ eſt,omnis homo iuſtus eſt,rem uniuerſalẽ uniuerſaliter ſignificauit,illa quæ eſt nõ omnis homo iuſtus eſt,eidẽ affirmationi oppoſita,de uniuerſali homine,nõ uniuerſaliter negauit. dicẽs nõ omnis homo iuſtus eſt,rurſus ea q̃ dicit,nullus homo iuſtus eſt,rẽ uniuerſalẽ uniuerſaliter negauit dicẽs nullus. Ea uero quę dicit quidã homo iuſtus eſt,rem uniuerſalẽ particulariter affirmauit,& nõ uniuerſaliter,hominẽ enim quendã iuſtũ eſſe ꝓpoſuit,ſed hominẽ nõ uniuerſaliter enũciauit rem uniuerſalẽ. Perſequit ergo omnes ꝓprietates propoſitionũ. Ait enim contrariæ uero uniuerſalem affirmationẽ,& uniuerſalem negationẽ,ſicut enim ſuprà dixit eas,quæ uniuerſaliter uniuerſale ſignificarẽt, uel in affirmatione,uel in negatione eſſe cõtrarias,ita nũc quoq; idẽ repetit cõtrarias eſſe dicẽs uniuerſalẽ affirmationẽ uniuerſalemq; negationẽ,earumq; ponit exempla,quę uniuerſales utraſq; eſſe mõſtrarent,ut omnis homo iuſtus eſt, nullus homo iuſtus eſt,horũ aũt quæ proprietas eſſet propoſuit dicẽs; Huiuſmodi propoſitiões impoſſi-

impossibile esse, utrasq; sibi in ueritate inuicem cõsentire, quę autem his essent oppositæ cõtingere utrasq; ueras esse. Sunt autem oppositæ his utræ q; particulares, uniuersali enim affirmationi particularis negatio opponitur, & uniuersali negationi particularis affirmatio opposita est. Quocirca hæ duę particularis negatio, & affirmatio, quæ oppositæ sunt affirmatiõi & negationi uniuersalibus angulariter, hæ possunt aliquando esse ueræ & in eodem ut in eo quod est, quidam homo iustus est, quidã homo iustus nõ est, sed quidam homo iustus est, opposita est ei, quę est nullus homo iustus est, illa uero quæ est qdã homo iustus nõ est, oppositа est ei quæ est, omnis homo iustus est. Sed utræq; inter se quidem, quidam homo iustus est, & quidam homo iustus nõ est, in ueritate cõsentiũt. Hoc est ergo q̃ ait. His uero oppositis cõtingit in eodem easq; designat exemplis, ut nõ omnis homo albus est, est quidã homo albus. Positis igitur duabus propositionibus, affirmatione uniuersali, & uniuersali negatione, ars danda est, quatenus earum inueniantur opposita. Oppositа auẽ dico contradictorie non contrarie, neq; ullo modo alio, sit enim hęc affirmatio, omnis homo iustus est, & hęc negatio, nullus homo iustus est: Cõtra affirmationẽ quæ est, omnis homo iustus est, uidentur esse negationes hæ, una nullus homo iustus est, altera quidam homo iustus nõ est, altera nõ omnis homo iustus est, & postrema indefinita homo iustus nõ est. Quę harum igitur cõtra eam quæ est omnis homo iustus est cõtradictione cõstituitur. Cõtradictoriam autem uoco oppositionẽ, in qua affirmatio & negatio, neque utræ q; ueræ sint, neq; falsæ utrę que, sed una semper uera, altera falsa. Si ergo opponat cõtra eam, quę est omnis homo iustus est, ea quę est nullus homo iustus est, uniuersalis, scilicet negatio, nõ est oppositio cõtradictoria, utræq; enim falsę sunt. Si uero ponatur ea quæ est, homo iustus nõ est, indefinita, nec ipsa quoq; facit oppositionem, quoniã enim indefinita est, potest aliquoties pro uniuersali negatione, pro expectatione auditoris intelligi. Quocirca nec ipsa facit oppositionem, si enim hoc modo audita sit, cum ita accipitur ut cõtraria, simul eas falsas inueniri cõtingit. Restat ergo ut aut ea sit, quæ est nõ omnis homo iustus est, aut ea quæ est, quidam homo iustus nõ est. Sed hæ sibi consentiunt. Idem enim dicit qui pponit, quidam homo iustus nõ est, & idẽ qui dicit nõ omnis homo iustus est. Nam si quidam homo iustus non est, nõ omnis homo iustus est, & si non omnis homo iustus est, quidam homo iustus nõ est. Quare utræq; particulares negationes cõtradictorię opponuntur contra uniuersalem affirmationem. In his enim neq; uerę utrę que sunt, neque utræque falsæ, sed una uera altera falsa. Rursus sit negatio uniuersalis ea quæ est, nullus homo iustus est. Cõtra hãc uidenẽ oppositæ affirmationes, hæ omnis homo iustus est, homo iustus est, quidam homo iustus est, sed cõtra hanc quæ est, nullus homo iustus est. Si opponatur ea quæ est omnis homo iustus est, possunt utrę que esse falsę, quare nõ opponũtur cõtradictorię. At uero etiã ea quæ dicit, homo iustus est, q̃niam indefinita est, potest ita in aliquibus intelligi tanq̃ quam si dicat, omnis homo iustus est. Quod si sic est, poterit aliquando cum ea negatione quæ est, nullus homo iustus est, simul esse falsa, quare non est opposita. Relinquitur ergo, ut ea quæ est, quidam homo iustus est, contra eam quæ est, nullus homo iustus est, contradictorię uideatur opposita. Angulariter igitur requirendę sunt, ut contra uniuersalem affirmationem illa opponatur, quæ sub uniuersali negatione est. Cõtra uniuersalem negationem illa contradictorię constituatur, quæ est sub uniuersali affirmatione, quod, scilicet, uolens Aristoteles ostendere, sic ait:

> Quæcunque igitur cõtradictiones uniuersalium sunt uniuersaliter necesse est, alteram esse ueram, uel falsam. Et quæcunque in singularibus sunt, ut est Socrates albus est, non est Socrates albus.

In illis enim quæ cõtradictoriæ sunt, uniuersalibus uniuersaliter prædicatis, in his uerum semper falsumq; diuiditur, cõtradictoriæ autem sunt uniuersalis affirmationis particularis negatio, & uniuersalis negationis particularis affirmatio. In his igitur una semper uera, altera semper falsa. Atq; hoc est quod ait. Quæcunq; igitur contradictiones sunt, uniuersalium uniuersaliter, & hic distinguendum est, ut intelligatur sic, quęcunq; igitur contradictiones sunt uniuersalium propositionum uniuersaliter propositarum, necesse est, alteram ueram esse, alteram falsam. Et in his primũ diuiditur ueritas falsitasq;, quæ sibi, & quantitate, & qualitate oppositæ sunt, qualitate quod illa negatio est, illa affirmatio, quantitate quod illa uniuersalis, illa particularis est, secundo autem modo in ijs quæ sunt singularia, si nullæ argumentorũ nebulæ sint, ueritas falsitasq; diuiditur, ut in eo quod est Socrates albus est. Socrates albus non est, una enim uera est, altera falsa est, si (ut dictum est) nulla ambiguitas æquiuocationis impediat.

> Quæcunq; autem uniuersalium non uniuersaliter, non hęc quidẽ semper uera est, illa uero falsa. Simul enim uerum est dicere, quoniam est homo albus, & non est homo albus, & est homo probus, & non est homo probus. Si enim turpis est, non probus est, & si fit aliquid, etiamnum non est. Videbitur autem subito inconueniens esse, idcirco quoniam uidetur significare, non est homo albus, simul etiam quoniã, nemo homo est albus. Hoc autem neque idem significat, neque simul necessario.

Propositiones eas quæ in uniuersalibus nõ uniuersaliter proferunt, non semp ueras esse, uel falsas conat ostendere, hoc aũt per cõtraria monstrat. Ea enim propositio quæ est homo albus est, & huius negatio quę est, homo albus nõ est, hoc modo ostẽduntur uerum & falsum inter se interdum non posse diuidere. Nam si uerũ est, ut hę duæ affirmationes est homo albus, & est homo niger, utræq; uno tẽpore ueræ sint, uerũ est quoq; affirmationẽ indefinitã, & indefinitã negationẽ utrasq; ueras aliquoties inueniri. Nam si uerum est, quoniã est homo albus, uerum itidem est quoniam est homo niger, nam cum gallus sit cãdidus, æthiops nigerrimus inuenitur simul. Ergo uerum est dicere, quoniam est homo albus & est homo niger, sed qui niger est, albus non est, simul ergo uerum est dicere, quoniam est homo albus, & non est homo albus. Idẽ quoq; de probo, & turpi, nam si uerũ est dicere q̃niã est homo probus, si quis hoc de Philosopho dicat, & rursus q̃niã est homo turpis uerum est, si qs hoc de Sylla diceret, uerũ esset utrũq;, & quoniã est homo probus, & est homo turpis, sed q turpis est, probus nõ est. Simul igit uerum est dicere, quoniã est homo probus, & nõ est homo probus. Sed uidebit fortasse aliqd sibi dixisse cõtrariũ, & difficilior procedat ostẽsio, quæ per huiusmodi exempla proponat quæ cõtraria esse uideant. Albus enim & niger, probus, & turpis contraria sunt, & fortasse dubitet quidã, utrum uno tẽpore contraria hæc in aliqbus ualeant reperiri. Sed adiecit exemplũ aliud, q̃ cũ cõtraria non sint tamẽ ex eo sicut in contrarijs q̃q negatio procreat, ut si quis dicat, est homo probus, & alius dicat, fit homo probus, si qs uel alio docente, uel seipso corrigente aliqua disciplina rationis eniteat. Nihil ergo contrarium habet esse probum, & fieri probum, neque enim ita contrarium est, ut esse hominem probum, & esse hominem turpem. Quare si nihil contrarium habet, dubium non est quin simul esse possint, sed quod fit nondum est, adhuc cum fit, quare nondũ est probus qui fit probus, sed uerum est dicere cum eo quod est, est homo probus, quoniam fit homo probus, sed qui fit probus homo, nõ est probus homo. Verũ est igitur dicere simul, quoniam est homo probus, & non est homo probus, licet nõ inualida exempla sint posita de contrarijs. Nihil enim prohibet uno tempore contraria alijs, atque alijs inesse subiectis, quocirca constat indefinitas per id quod in exemplis supra posuit, simul aliquoties ueras uideri, & non semper inter se uerũ falsumque partiri. Quod uero ait, uidebitur autem subito inconueniens esse, idcirco quoniam uidetur significare

ficare non est albus homo, simul etiam quoniam nemo homo albus est, huiusmodi est. Dixit enim propositionem affirmationis eam, quę dicit, est homo albus, ueram posse esse, cum ea quæ dicit non est homo albus. Nunc hoc notat, uidetur, inquit, aliquoties inconueniens esse, & incongruum dicere eam, quę dicit est homo albus, & eam quę est non est homo albus, simul ueras esse posse, idcirco quod ea quę est, non est homo albus, emittit imaginationem quandam quod significet, quoniam nullus homo albus est. Videtur enim negatio huiusmodi quæ est non est homo albus, illud quoque significare simul, quoniam nullus homo albus est, ut si quis dixerit non est homo albus, hoc eum dixisse putādum sit, quoniam nullus homo albus est. Hoc autem inquit, id est, non est homo albus, & rursus nullus homo albus est, neq; idem significant, neq; semper simul sunt. Nam qui dicit, nullus homo albus est, uniuersalitatem determinans negationem, de uniuersalitate proponit. Qui uero dicit nō est homo albus, nō omnino de tota uniuersalitate negat, sed ei tantum sufficit de particularitate negasse, atque ea, quæ est nullus homo albus est, si unus homo albus fuerit, falsa est. Ea uero quæ dicit nō est homo albus, si unus homo albus nō fuerit uera est, quare nō significat idem. Dico autem quoniam, nec omnino quotiescunq; dictū fuerit, quoniam non est homo albus, mox significat quoniam nullus est homo albus. Nam cum dico nullus homo albus est, hęc eadem significat, quoniam nō est homo albus. Vniuersalis enim intra se cōtinet indefinitam. Cum autem dicimus nō est homo albus, non omnino significat, quoniam nullus homo albus est, indefinita enim non intra se continet uniuersalem. Superius namq; monstrauimus, quod indefinitæ uim particularium obtinerent. Quare si cum est uniuersalis negatio, est indefinita negatio, cum uero est indefinita negatio, nō omnino est uniuersalis negatio, nō conuertitur secundum subsistendi cōsequentiam, quare non sunt simul. Quæ enim non cōuertuntur, simul non sunt, ut nos prędicamentorum liber edocuit, quare neq; idē significant negationes, non est homo albus, & nullus homo albus est, neque simul sunt, quoniam nō cōuertuntur ad consequentiam subsistendi. Syrianus tamen nititur indefinitam negationē uim definitæ obtinere, negationis ostendere, & hoc multis probare nititur argumentis Aristotele maximè reclamante, neque hoc tantum suis, sed Platonicis quoque Aristotelicisq; rationibus, probare contendit, eā quæ dicit non est homo iustus, huiusmodi esse, qualis est ea quæ dicit, nullus homo iustus est. Sed nos Aristotelicæ autoritati seruiētes, id quod ab illo ueraciter dicitur, approbamus. Nam quod Syrianus dicit indefinitam quidem affirmationem particularis obtinere uim, indefinitam uero negationem uniuersalis, quam mendaciter diceretur, quanq; utreq; in particularibus rectissimè proponerentur, & suprà monstrauimus, & in his libris quos de Categoricis syllogismis cōposuimus, idque in libro primo diligenter expressimus. Nunc nobis ipse quoque Aristoteles testis est, & Syrianus facilima ratione conuincitur, quòd in Analyticis quoque ex duabus indefinitis dicitur nō posse colligi syllogismū, cum ex affirmatiua particulari, & negatiua uniuersali, particularis negatiua possit esse collectio. Quod si indefinitæ affirmatio & negatio, negationis uniuersalis, & particularis affirmationis uim obtinerent, nunq; Aristoteles diceret has propositiones nō colligere syllogismū. Sed illud uerius est, quoniam ex duabus particularibus nihil in qualibet propositionū cōplexione, colligitur, quod in his propositionibus, quæ indefinitę sunt, nihil colligi dixit, quia particularium uim propositiones indefinitas arbitratus est obtinere. Quare multis modis Syriani argumenta franguntur. Sed nos expositionis cursum ad sequentia conuertamus.

Manifestum est autem quoniam negatio una, unius affirmationis est, idem enim oportet negare negationem, quod affirmatio, affirmauit, & de eodem, uel de aliquo singularium, uel de aliquo uniuersalium, uel uniuersaliter, uel

ter, uel non uniuersaliter. Dico autem, ut: est Socrates albus, non est Socrates albus. Si autē aliud aliquid de eodem, uel de alio idem, nō opposita erit, sed ab ea diuersa. Huic autem quæ est, omnis homo albus est, contradicit illa quæ est, non omnis homo albus est. Illi autē quæ est, aliquis homo albus est, illa quæ est, nullus homo albus est. Illi autē quæ est, homo albus est, illa quę est, non est homo albus.

Hinc quoq; apparet affirmationem indefinitam, & indefinitam negationē non semper unam in ueritate, aliam in falsitate consistere. Atque hinc docetur indefinitā negationem non idem ualere, quod uniuersalis negatio potest, & est alia uniuersalis, alia indefinita negatio. Nam si unicuique affirmationi una negatio uidetur opponi. Cumq; diuersæ sint ea affirmatio quę dicit, est homo albus, & ea quæ dicit, est quidā homo albus, diuersas quoque habebunt in negationibus enunciationes, & illa quidem, quę indefinita est affirmatio, habebit indefinitam negationē, ut ea quæ dicit, est homo albus, huic opponit, nō est homo albus. Ea uero quę dicit, est quidam homo albus, negationē habebit oppositam eam quę dicit, nullus homo albus est. Quare si particularis affirmatio definita, & rursus affirmatio indefinita à se ipsę diuersæ sunt, illud uerum est, oppositas quoq; cōtradictorię negationes habere dissimiles. Quare ea quę est, nullus homo iustus est, diuersa est ab ea quę dicit, homo iustus non est, atque hoc nunc Aristoteles exequitur. Ait enim unam semper negationem, contra unam affirmationem posse constitui, & eius causam conatur ostendere, quod omnis negatio eosdē terminos habet in enūciatione, sed enunciādi modo diuersa est. Nam quod ponit affirmatio, id aufert negatio, & quod illa prędicatū subiecto iungit, hoc illa diuidit atque disiungit. Quare si idem subiectum, idem prędicatum in negatione sit, quod affirmatio ante posuerat, non est dubiū quin unius affirmationis, una negatio uideatur. Nam si duæ sint, aut subiectum alterū mutatura est, aut prædicatū. Sed quæcunq; sunt huiusmodi, nō sunt oppositę, hoc enim est quod ait. Si autē aliud aliquid, uel de alio idē non opposita, sed erit ab ea diuersa. Sensus enim huiusmodi est. Si negatio aliud aliquid prædicando neget, cū in affirmatione fuit, ut si sit affirmatio, est homo albus, negatio dicat, non est homo iustus, aliud prædicauit in negatione quàm in affirmatione fuerat cōstitutum, uel si de alio subiecto quàm in affirmatione fuerat idem, quod in affirmatione fuerit dixerit prędicatum, ut si affirmatio sit, est homo iustus, negatio respondeat non est leo iustus, idem prædicatum est, subiecta sunt diuersa. Si ergo uel aliud aliquid prędicet in enūciatione propositio, uel de alio subiecto prædicet idem quod affirmatio ante posuerat, non erunt illa affirmatio, negatioq; oppositæ. Sed tantū à se diuersæ, neq; enim se perimūt, & hanc rem demonstrati uam addidit, & quæ esset argumentū unius affirmationis præter unā negationē esse non posse, siue in singularibus, ut in eo quòd ipse dicit exemplo, est Socrates albus, nō est Socrates albus, siue in uniuersalibus uniuersaliter prędicatis, cum his particulares in oppositione contradictorię constituuntur, ut in uniuersali uniuersaliter affirmatiua, omnis homo albus est, in uniuersali particulariter negatiua prędicetur, non omnis homo albus est. Illi uero quę est in uniuersali particulariter affirmatiua, quidam homo albus est, opponatur uniuersalis uniuersaliter propositio negatiua, nullus homo albus est, illi uero quę in uniuersali nō uniuersaliter affirmatiua est, est homo albus illa quæ in uniuersali non uniuersaliter negatiua est. Non est homo albus, ut q̄ ait uel de aliquo singulariū, ad hęc ptinet exēpla, est Socrates albus, nō est Socrates albus. Quod autē secutus est, uel de aliquo uniuersaliū uniuersaliter, ad illa exēpla dictū esse uidebitur quæ sunt, omnis homo albus est, nō omnis homo albus est. aliquis homo albus est, nullus homo albus est. Quod uero addidit uel nō uniuersaliter, scilicet, in uniuersalibus, ad illa exempla retulit quæ sunt, homo albus est, homo albus non est.

Quod igitur una affirmatio uni negationi opponitur cõtradictoriæ,& quę ſunt hę,dictũ eſt,& cp ſunt aliæ cõtrariæ.Et quæ ſint hę,dictũ eſt,& quod non omnis uera uel falſa contradictio,& quare,& quando uera uel falſa.

Hinc igitur omnia rurſus breuiſſimè repetit dicens,iam ſe dixiſſe quoniam uni negationi una affirmatio eſſet oppoſita,& hoc non quolibet modo ſed cõtradictoriæ,in quibus,ſcilicet,uerum falſumue diuideretur.Dixiſſe etiam commemorat quę eſſent hæ,quas contradictorias nominaret,dixit autem eſſe angulares affirmatiuã uniuerſalem,& negatiuã particularem,rurſus affirmatiuã particularem,& negatiuam uniuerſalem.Diſſerui quoq;,inquit,& quoniã aliæ ſunt contrariæ,aliæ contradictorię, non enim eædẽ ſunt cõtrariæ quę ſunt contradictorię.Cõtrariæ enim ſunt uniuerſalis affirmatio,uniuerſalisq; negatio.Expoſui illud quoq;,inquit,quoniã non omnis uera uel falſa eſt cõtradictio,nunc autem cõtradictionem non illam proprię,ſed cõmuniter de his dixit quæ ſunt oppoſitæ,ſiue contrario modo,ſiue ſubcontrario.Hæ namq; non ſemper uerũ inter ſe falſumq; diuidebant,ut una ſemper eſt uera,alia falſa,poterat enim fieri,ut cõtratiæ ſimul inuenirentur falſæ,ſubcontrariæ ſimul uerę. De his autem quę propriæ contradictorię ſunt,dehinc ſequitur & ſe iam expoſuiſſe commemorat,& quare una uera altera falſa eſt,& quando.Idcirco enim uniuerſalis affirmatio particulari negationi in cõtradictione opponitur, quod in omnibus à ſeipſæ diuerſæ ſunt,& qualitate & quantitate.Illa enim eſt affirmatio,illa negatio,illa uniuerſalis,illa particularis.Ideo ergo aut utræq; falſæ,aut utræq; uerę inueniri non poſſunt.Quando autem ita fuerit,cõſtat unam ueram eſſe alterã falſam,atq; hoc eſt cp ait,& quare & quãdo uera uel falſa dictũ eſt,ſcilicet memorans, quare oppoſitio & quãdo una ſemper ſit uera, altera falſa,tunc utiq; quando angulariter cõſtituuntur,idcirco quoniã & quantitate à ſe propoſitiones & qualitate diuerſæ ſunt.Nobis autem dicendũ eſt quando oppoſitiones cõtrarię uel ſubcontrariæ,aut utreq; illę ſimul falſæ ſint,aut utreq; illę ſimul ueræ,aut una falſa,alia rurſus inueniatur uera. In cõtrarijs enim ſi ea quę nõ ſunt naturaliter,prędicentur,utreq; ſunt falſę,ut albedo, quoniã naturaliter homini nõ ineſt,utreq; falſæ ſunt,quæ albedinẽ prędicãt.Falſum eſt enim,omnis homo albus eſt,& falſum eſt,nullus homo albus eſt. Sed quãdo illę ambę falſæ ſunt,uerę ſunt ſubcõtrarię,ut eſt,quidã homo albus eſt, quidã homo albus non eſt.Quod ſi quid naturale prędicetur in contrarijs,affirmatio uera eſt,falſa negatio,ut quoniam naturale eſt homini eſſe animal,uera eſt ea quæ dicit, omnis homo animal eſt,falſa eſt quę dicit,nullus homo animal eſt. Eodẽ quoq; modo in ſubcontrarijs uera eſt affirmatio,falſa negatio.Sin uero aliquid impoſſibile prædicetur, falſa eſt affirmatio,uera negatio, ut quoniã impoſſibile eſt hominem lapidẽ eſſe.Si dicamus,omnis homo lapis eſt,falſum eſt,nullus homo lapis,uerũ eſt. Eandẽ quoque uim retinet ſubcontrarij natura,affirmatio enim hæc falſa eſt,uera negatio.

DE AFFIRMATIONE ET NEGATIONE VNA.

VNa autem affirmatio & negatio eſt,quæ unũ de uno ſignificat, uel cũ ſit uniuerſale uniuerſaliter,uel non ſimiliter,ut omnis homo albus eſt,non omnis homo albus eſt,eſt homo albus,nõ eſt homo albus,nullus homo albus eſt,quidã homo albus eſt,ſi album unum ſignificat.

EA quæ ſunt à nobis diligẽter ſuperius expoſita, nunc ipſe clarius monſtrat, diximus namq; unam propoſitionem eſſe, quę unam quãlibet rem ſignificaret & non plurimas, ita ut nec æquiuocũ ſubiectũ haberet , nec æquiuocũ prædicatũ, una enim propoſitio ſic fit,nũc hoc dicit,una propoſitio eſt quæ unam rem ſignificat, id eſt,quæ neq; æquiuocũ habet ſubiectum, neq; prædicatum,ſiue autem uniuerſalis ſit affirmatio,

affirmatio,ſiue uniuerſalis negatio, ſiue particularis negatio, ſiue particularis affirmatio,ſiue indefinitè utreq;,ſiue contra ſe angulariter ponantur,una illa propoſitio eſt,quæ unã rem in affirmatione uel negatione ſignificat.Sed hic quęſtio eſt,quẽadmodum uniuerſalis affirmatio unam rem ſignificare poſſit , cum uniuerſalitas ipſa non de uno,ſed de pluribus prędicetur. Nam cũ dico,omnis homo albus eſt,ſingulos homines qui plures ſunt ſignificãs,multa in ipſa affirmationis prędicatione deſigno.Quocirca nulla erit affirmatio uel negatio uniuerſalis,quæ unam rem ſignificare poſſit,idcirco quod ipſa uniuerſalitas de pluribus(ut dictum eſt) indiuiduis prædicatur. Sed ad hoc reſpondemus cum uniuerſale quiddã dicitur, ad unã quodãmodo collectionẽ totius propoſitionis ordo perducitur,& eius unitas nõ ad particularitatem,ſed ad uniuerſalitatem,quę eſt una qualitas applicatã,ut cum dicimus, omnis homo iuſtus eſt,non tunc ſingulos intelligimus,ſed ad unã humanitatẽ quicquid de homine dictũ eſt,dicitur.Quare ſiue ſit uniuerſalis affirmatio,ſiue uniuerſalis negatio, uel in ſingularibus,poteſt fieri ut hæ unæ ſint,ſi una ſignificatione teneantur.Atque hoc eſt quod ait,eas propoſitiones quas ſupra poſuit quæ ſunt,omnis homo albus eſt,nõ omnis homo albus eſt,homo albus eſt,homo albus non eſt,nullus homo albus eſt,eſt quidã homo albus,unas uideri ſi albũ,inquit,unũ ſignificat. Si enim albũ quod prędicatur multa ſignificet,uel ſi homo qui ſubiectus eſt,non unũ,non eſt una affirmatio,nec una negatio.Hoc autem in ſequentibus clarius monſtrat dicens:

Sin autem duobus unum nomen poſitum eſt,ex quibus non eſt unum, non eſt una affirmatio,neque una negatio.

Senſus huiuſmodi eſt, ſi unum nomen plura ſignificet, ex quibus multis unum effici non poſſit, illa affirmatio in qua illud nomen uel prædicatur,uel ſubijcitur, multa ſignificat,ut in eo quod eſt homo,quod dicimus,homo ſignificat animal,ſignificat rationale, ſignificat mortale, ſed ex his quę multa ſignificat, unum poteſt effici,quod eſt animal rationale,mortale.Quare hoc nomẽ homo licet plura ſint quę ſignificet, tamen quoniã coniuncta in unum quodãmodo ueniunt corpus. Et unum quiddã ex ſe iuncta perficiunt, cum id dictum ita fuerit quaſi ex his quæ ſignificet, unũ aliquid fiat,unũq; tota illa iuncta perficiũt,nomen illud ſignificare manifeſtum eſt,atq; hoc eſt cp ait: Sine uero duobus unũ nomen ſit poſitũ,ex quibus non eſt unũ,non eſt una affirmatio nec una negatio. Si enim talia quilibet ſermo plura ſignificet, ex quibus iunctis unum effici nequeat corpus,nec poſſint ea quę ſignificantur,uno illo nomine in unam ſpeciem ſubſtantiæ cõuenire non eſt illa una affirmatio.Quale autem nomen ſit quod poſitum unam affirmationem nõ faciat, idcirco quod plura ſignificet, ex quibus unum fieri non poſſit,exempli ſolertiſſima uirtute monſtrauit dicens:

Vt ſi quis ponat hoc nomẽ tunica homini & equo,& dicat tunica eſt alba, hæc non eſt una affirmatio,nec una negatio.Nihil enim differt quàm hoc dicere,eſt homo equus albus.Hoc autem nihil differt quàm dicere,eſt homo albus,& eſt equus albus.

Si quis ponat homini & equo nomen tunica, inquit, & in propoſitione nomen hoc ponatur,illa propoſitio non una ſed multiplex eſt,nam ſi uerbi gratia,tunica homo atq; equus dicatur, ut cum dicit aliquis, tunica aut hominem deſignet aut equũ , ut ſi quis dicat in propoſitione ſic,tunica alba eſt, nõ eſt una affirmatio, quod enim dicit, tunica alba eſt,huiuſmodi eſt,quaſi dicã homo & equus albus eſt,tunica enim hominem atq; equũ ſignificatione monſtrauit.Quod uero dicit,homo & equus albus eſt, nihil differt tanq; ſi dicã equus albus eſt, & homo albus eſt.Sed hæ duę ſunt propoſitiones & non ſimiles,in his enim ſubiecta diuerſa ſunt.Quocirca ſi hæ duæ affirmationes ſunt,duplex quoque illa eſt affirmatio quæ dicit , homo atq; equus albus eſt. Quod ſi hæc rurſus eſt duplex, quoniam hominem atq; equũ tunicam ſignificare poſitum

ſitum eſt, cum dicimus tunica alba eſt, non unum ſed plura ſignificat. Quocirca ſi ea affirmatio quæ multa deſignat non eſt una, hæc quoq; affirmatio una non erit, cuius aut prædicatio æquiuoca fuerit aut ſubiectum, atq; hoc eſt quod ait:

Si ergo hæ multa ſignificant, & ſunt plures, manifeſtum eſt, quoniam & prima multa uel nihil ſignificat, neq; enim aliquis eſt homo equus, quare nec in his neceſſe eſt hanc quidem contradictionem uerā eſſe, illam uero falſam. In his ergo & quæ ſunt, & quæ facta ſunt, neceſſe eſt affirmationem uel negationem, ueram uel falſam eſſe. Ac in uniuerſalibus quidem uniuerſaliter, ſemper hanc quidem ueram, illam uero falſam eſſe, & in ijs quæ ſunt ſingularia, quemadmodū dictum eſt, in his uero quę in uniuerſalibus non uniuerſaliter dicuntur, non eſt neceſſe, dictum eſt autem & de his.

Quod ſi, inquit, eſt equus albus, & eſt homo albus multa ſignificant, illa quoq; prima propoſitio quę eſt, tunica alba eſt, unde hę fluxerunt, multa deſignat, aut ſi quis dicat nō eam multa ſignificare. Cōcedit profecto nihil omnino propoſitionis ipſius ſignificatione monſtrari. Tunc enim nomen unum multa ſignificans in unā ſignificationem poterat cōuenire, quoties ex his quæ ſignificabantur, una poſſet coniungi cōſtituiq; ſubſtātia, ut in eo quòd ſuprà poſui, cum homo animal rationale & mortale ſignificet, quę in unum poſſunt cōiuncta cōgruere. Nunc autē ſi tunica hominem equumq; ſignificet multa deſignat, ſed ea ipſa in unū corpus nō ueniūt. Neq; enim fieri poteſt, ut aliquis homo equus ſit. Quare aut multa ſignificat quod uerum eſt, aut ſi cōtendat non eam multa ſignificare, ſed quiddam ex his quę ſignificat iunctū, quoniam nihil eſt quod ex equo & homine coniungatur, nihil omnino ſignificat. Hoc enim eſt quod dixit, neq; enim eſt aliquis homo equus, & hoc quidē ſub uno accentu legendum eſt, nō diſcretè pronunciandū homo & rurſus equus, ſed homo equus, ut ex his iunctis appareat nihil omnino poſſe conſtitui. Cur aūt hoc dixerit, ſequēs monſtrat oratio. Si enim ita facienda propoſitio eſt, ut contra affirmationem huiuſmodi opponatur negatio, quę in oppoſitione uerū falſumq; diuidit, ut una uera, altera falſa ſit, unam oportet eſſe affirmationem & unam negationem, quod contingit, ſi neq; ſubiectum neq; prædicatū multa ſignificet. Quod ſi plura deſignet & ſit æquiuocū, non erit in huiuſmodi propoſitionibus una ſemp uera, altera falſa. Herminus uero ſic ſentit. Quod ait Ariſtoteles: Sin uero duobus nomē unū eſt poſitū, ex quibus non eſt unū, non eſt una affirmatio nec una negatio, ut in eo, inquit, quòd eſt homo greſſibilis eſt, quoniam quod dicimus greſſibile, poteſt & bipes eſſe, & quadrupes, & multipes animal demonſtrari. Ex his, inquit, omnibus unum fit, quod eſt pedes habens. Iſta, inquit, huiuſmodi affirmatio non multa ſignificat, ſed ſententia Ariſtotelis omnino non ſequitur, neq; enim ex his omnibus unum fit, nec quadrupes & bipes, & multipes, pedes habere faciūt. Hic enim numerus pedū eſt, non pedum cōſtitutio, quare Herminus prętermittendus eſt. Huic autē expoſitioni quā ſuprà diſſeruí & Aſpaſius, & Porphyrius, & Alexāder in his quos in hunc librū edidere commētarijs cōſenſere, ſed ne diutius nobis Ariſtotelis exēplum caliginis obſcuritatem ferat, hoc in aliquo noto exemplo uocabuloq; uidendū eſt. Cū enim dicimus: Aiax ſe perimit & Telamonis Aiacem filium, & Oileum, demonſtrat, ex quibus duobus unū fieri aliquid non poteſt. Ex duobus enim indiuiduis nihil omnino coniungitur. Quare huiuſmodi propoſitio multa ſignificat. Sed hæc hactenus, nunc autem determinat hæc quę de propoſitionibus ſuprà iam dixerat, non de omni tempore, ſed de ſolis tantū prętérito & preſenti, quemadmodū ſe in ueritate & falſitate habent diſſeruiſſe. In futuris uero non idem eſt, quale de preſenti & præterito in propoſitione iu diciū, idcirco quia iam uel cum cōtigit, uel cum eſt, definita ueritas & falſitas in propoſitionibus inuenitur, ut cum dico Brutus conſulatū primus inſtituit ſub rege Tarquinio

quinio, dicat alius Brutus conſulatum nō primus inſtituit ſub rege Tarquinio. Hic una uera eſt, una falſa, etiā affirmatio definitè uera eſt, definitè falſa negatio. Rurſus in præſenti cum dicimus uernū tempus eſt, uernū tempus nō eſt, ſi hoc uerno tēpore dictū ſit, affirmatio uera eſt & definitè uera, negatio falſa eſt & definitè falſa. Quod ſi hoc autumno dictum ſit, definitè falſa affirmatio, & definitè eſt uera negatio, idcirco quod ſiue in præſenti, ſiue in præterito ueritas affirmationis negationiſue iam cōtigit, in futuro uero non eodē modo ſeſe habet, ut cum dicimus, Frāci Gothos ſuperabunt, ſi quis neget Franci Gothos non ſuperabunt, una quidem uera eſt, altera falſa. Sed quæ uera quæ falſa ſit, ante exitū nullus agnoſcit, atq; hoc eſt quod ait: In his ergo quę ſunt & quæ facta ſunt, neceſſe eſt affirmationē uel negationem ueram eſſe eſſe falſam, in uniuerſalibus quidē uniuerſaliter ſemper hāc quidē ueram, illam uero falſam. Et in his quæ ſunt ſingularia, quēadmodū dictū eſt, ut nō modo una ſemper uera ſit, altera falſa in tota cōtradictione. Sed illud quoq; habeat, ut in una qualibet definitè ueritas aut falſitas reperiatur. Ita ut in his ſingularibus ueritas & falſitas in propoſitionibus diuidaē, in uniuerſalibus aūt ſi his particularitates opponanē (quēadmodum dictum eſt) unam neceſſe eſt uerā eſſe, alterā falſam. Sed nō definita propoſitionum ueritate uel falſitate ſicut ſuprà diſſerui. Quare in ſequentibus quædam de futuris tractanda ſunt, & quoniam maius opus eſt quàm hic breuiter dici poſſe uidérimus, & nos ſecundi uoluminis ſeriem lōgius extraximus, hoc loco faſtidioſam longitudinem terminemus.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, EDITIONIS SECVNDAE, SEV MAIORVM COMMENTARIORVM IN LIBRVM Ariſtotelis de interpretatione, Liber Tertius.

A quæ huius libri ſeries continebit exponere, altioris penè tractatus eſt, quàm ut in logica diſciplina cōueniat diſputari, ſed quoniam (ut ſæpe dictum eſt) orationibus ſenſa proferuntur, quibus ſubiectas res eſſe manifeſtum eſt, non eſt dubiū quin quod in rebus ſit idē, ſæpe trāsferatur ad uoces. Quare mihi rectè conſiliū fuit ſubtiliſſimas Ariſtotelis ſententias gemino ordine cōmentationis aperire. Nā quod prior tenet editio, ingredientibus ad hęc altiora & ſubtiliora quādam quodammodo faciliorem ſemitam parat. Quod autem ſecunda editio, in patefaciendis ſubtilibus ſententijs elaborat, hoc ſtudio doctrinaq; prouectis legendum diſcendumq; proponitur. Quare prius quædam pauca dicenda ſunt, quatenus ea de quibus poſtea tractaturi ſumus, hęc ipſa legentibus nō uideanē ignota. Categoricas propoſitiones Greci uocāt, quę ſine aliqua cōditione propoſitionis promuntur, ut eſt, dies eſt, ſol eſt, homo eſt, homo iuſtus eſt, ſol calet, & cętera quæ ſine alicuius cōditionis modo atq; ligamine proponunē. Sunt autē conditionales propoſitiones huiuſmodi, ſi dies eſt, lux eſt, quas Greci hypotheticas uocāt. Cōditionales autē dicūtur, quod talis quædam cōditio proponitur ut dicatur, ſi hoc eſt, illud eſt, & illas quidē quas Categoricas Greci nominant, latinè prædicatiuas dícere poſſumus. Nam ſi λατηγορία prædicamentum eſt, cur non quoq; λατηγορικαὶ propoſitiones prædicatiuę dicantur? Harū autem quædā ſunt, quæ cum ſempiterna ſignificent, ſicut hæ res quas ſignificāt ſemper ſunt, & nunquā à propria natura diſcedūt, ita quoque ipſę propoſitiones immutabili ſignificatione ſunt, ut ſi quis dicat, Deus eſt, Deus immortalis eſt. Hæ namq; propoſitiones, ſicut de immortalibus dicuntur, ita quoq; ſempiternam habēt & neceſſariā ſignificationem, nec hoc in unius tempo

tis natura perſpicitur, ſed in omniũ. Nam cum dicimus, Deus immortalis eſt, uel immortalis fuit, uel immortalis erit, à propria ſignificationis neceſſitate nil diſcrepat. Neceſſarias autẽ propoſitiones uocamus in quibus id ꝙ dicit̃, aut fuiſſe, aut eſſe, aut certè neceſſe eſt euenire, & hæc quidẽ quæ ſempiterna ſignificãt, ſempiternæ neceſſitatis ſunt. Nam etiã ſi in his non ſit manifeſta ueritatis natura, nihil tamẽ prohibet ſi xam eſſe neceſſitatis in natura cõſtantiã, ut ſi nobis ignotũ eſt, utrũ paria ſint aſtra, an imparia, non tamen idcirco poterit euenire, ut nec paria, nec imparia uideãtur, ſed ſine ulla dubitatione aut paria ſunt, aut imparia. Omnis enim multitudo, horũ alterũ retinet in natura. Quocirca & in his ſi quis dicat aſtra paria ſunt, aliuſq; reſponde at, aſtra paria nõ ſunt. Vel ſi quis dicat, aſtra imparia ſunt, aliuſq; reſpõdeat, aſtra im paria non ſunt, unus horũ uerum ex neceſſitate proponit, & quanquã id quod quili bet horũ uerũ dixerit, nobis ignotũ eſt, neceſſe eſt tamen immutabiliter eſſe quod di citur, atq; hæ quidẽ ſunt immutabiliter neceſſarię propoſitiones. Aliæ uero ſunt quę nõ ſempiterna ſignificãtes, ſunt tamẽ & ipſæ neceſſariæ, quouſq; illa ſubiecta ſunt, de quibus propoſitio aliquid affirmat aut negat, ut cũ dico, homo mortalis eſt, quam diu homo eſt, tamdiu hominẽ mortalem eſſe neceſſe eſt. Nam ſi quis dicat, ignis cali dus eſt, quãdiu eſt ignis, tãdiu ex neceſſitate uera eſt propoſitio. Aliæ uero ſunt quę à natura neceſſitatis recedunt, & quædã tantũ contingentia ſignificant. Sed hæc aut æqualiter ſe ad affirmationem negationemq; habentia ſunt, aut ad unũ uergentia fre quẽtius. Aequaliter quidẽ ſe habẽt, ut ſi quis dicat, me hodie eſſe lauandũ, hodie me non eſſe lauandũ. Nihil enim uel negatio magis uel affirmatio fiet, utraq; enim æqua liter neceſſariæ nõ ſunt. Illæ uero quæ plus ad alterã partẽ uergunt huiuſmodi ſunt, ut ſi quis dicat hominem in ſenectute caneſcere, hominem in ſenectute non caneſce ſcere, fit quidẽ frequentius ut caneſcat, non tamen intercluſum eſt, ut non caneſcat. Prædicatiuarũ autem propoſitionũ natura ex rerum ueritate & falſitate colligitur. Quemadmodũ res ſeſe habẽt, ita ſeſe propoſitiones habebũt quæ res ſignificãt. Nã ſi in ſe res ullam retinent neceſſitatẽ, propoſitiones quoq; neceſſariæ ſunt, ſin uero tantum ineſſe ſignificent, ut ſi quis dicat, homo ambulat, homini ambulationem in eſſe monſtrauit, præter aliquã neceſſitatem ſunt, tãtum ineſſe ſignificantes omni ua cuę neceſſitate. Quod ſi res impoſſibiles ſunt, propoſitiones quæ illas res demon ſtrant, impoſſibiles nominantur, ſin uero res contingenter ſunt uenientes atque ab euntes, quæ illas prodit, contingens propoſitio nuncupatur. Quoniã autem tempo rum alia ſunt futura, alia preſentia, alia uero præterita, res quoq; ſubiectę tẽporibus, his quoq; temporũ diuerſitatibus uariæ ſunt. Aliæ enim preſentis tẽporis ſunt, alię futuri, aliæ præteriti. Eodem quoq; modo propoſitiones alias præteriti tẽporis ſigni ficatio tenet, ut cum dico, Græci Troiam euertere, aliæ preſentis, ut cum dico, Fran corum Gothorumq; pugna cõmittitur, aliæ futuri, ut per ſe & Græci bello morituri ſunt. Et de præteritis quidẽ & de preſentibus, ut res ipſę ſtabiles ſunt & definitæ, ſic & propoſitiones. Nam quod factum eſt, non eſt non factũ, & quod eſt non factum, nondũ factum eſt. Idcirco de eo quòd factum eſt, uerum eſt dicere definitè, quoniã fa ctum eſt, & falſum eſt dicere, quoniã factũ non eſt. Rurſus de eo quòd factũ nõ eſt, uerum eſt dicere, quoniã factum non eſt, falſum eſt, quoniã factũ eſt. Et de præſenti quoq; quod fit, definitã habet naturã in eo quòd fit, definitã quoq; in propoſitioni bus ueritatem falſitatemq; habere neceſſe eſt. Nam quod fit definitè uerum eſt dice re, quoniã fit, falſum quoniã nõ fit. Quod non fit, uerum eſt dicere non fieri, falſum autem fieri. De definitione ergo propoſitionum præteriti uel præſentis, ſuprà iam di ctum eſt. Nunc uero ad illarũ propoſitionũ ueritatem falſitatemq; diſputationis or dinem cõuertit, quæ in futuro dicuntur, quęq; ſunt cõtingentia. Solet autẽ futura uo care, quę eadẽ contingentia dicere cõſueuit. Contingens autẽ ſecundũ Ariſtotelicã ſententiam eſt, quodcunq; aut caſus fert, aut ex libero cuiuslibet arbitrio & propria uoluntate uenit, aut facilitate naturæ in utrãq; partem redire poſſibile eſt, ut fiat, fei

cet, & non fiat. Hæc ergo in præterito quidem & præſenti definitũ & cõſtitutum ha bent euentũ, quæ enim euenerunt nõ eueniſſe non poſſunt, & quæ nunc fiunt ut nũc non fiant, cum fiunt, fieri nõ poteſt. In his autem quæ in futuro ſunt, & contingentia ſunt, & fieri poteſt aliquid, & nõ fieri. Sed quoniã tres modos ſuprà poſuimus cõtin gentis, de quibus melius in Phyſicis tractauimus, ſingulorũ ſubdamus exẽpla, ſi he ſterno die egreſſus domo inueni amicũ, quem in animo habebam quærere. Nõ tamẽ tunc quærebam, ut nõ inuenirem quẽ inueni antequã inuenirem fieri poterat. Cum aũt inueni, uel poſtq; inueni, ut non inueniſſem, fieri nõ poterat. Rurſus ſi ipſe ſpon tè, præterita nocte profectus ſum in agrũ, anteq; hoc fieret, ut non proficiſcerer fieri poterat. Poſtquã profectus ſum, uel cum profectus ſum, ut id nõ fieret quod fiebat; aut non factũ eſſet quod erat factum, fieri non ualebat. Amplius poſſibile eſt ſcindi hanc quã ueſtior tunicã, ſi heſterno die ſciſſa eſt, cum ſcindebatur aut poſtquã ſciſſa eſt, ut non ſcinderet̃, aut nõ eſſet ſciſſa, fieri nequibat. Ante uero quàm ſcinderet̃ fie ri poterat ut non ſcinderetur. Perſpicuum ergo eſt in præſentibus atq; præteritis ea rundem rerum, quæ ſunt cõtingentes definitũ conſtitutumq; eſſe euentum. In futuris aũtẽ unumquodlibet duorũ fieri poſſe; unum uero definitum non eſſe, ſed in utraq; parte uergere, & aut hoc quidem aut illud ex neceſſitate euenire. Vt aũt hoc quodli bet definite, uel quodlibet aliud definitè fieri nõ poſſe, quæ enim cõtingentia ſunt, in utraq; parte cõtinguntur. Quod autem dico, tale eſt: Egrediente me hodie domo ami cũ inuenire, aut non inuenire neceſſe eſt. In omnibus enim aut affirmatio eſt, aut ne gatio, ſed inuenire ſine dubio definitè, aut certè ſi hoc nõ eſt, rurſus definitè nõ inue nire non eſt neceſſe, quemadmodũ heſterno die quo amicũ egrediens domo, inueni, definitum eſt: definitũ eſt autem, quod non eſt uerũ me non inueniſſe. Non eodẽ mo do in his quæ ſunt cõtingentia & futura, ſed tantũ aut hoc quidẽ, aut illud eſt, & hoc ex neceſſitate. Quod autem una res uel quilibet unus euentus definitus & quaſi cer tus ſit, fieri non poteſt. Et in hac re diſſimiles ſunt propoſitiones contingentiũ & fu turorũ, his quæ ſunt preteritorum uel preſentiũ. Nam cum ſimiles ſint in eo quòd in his aut affirmatio eſt, aut negatio, ſicut etiã in his quę ſunt præterita uel preſentia, in illo diuerſæ ſunt, ꝙ in his quidẽ, id eſt, preteritis & preſentibus rerũ definitus euen tus eſt. In futuris uero & contingentibus indefinitus eſt & incertus. Videntur ta menquædam præſentia uel præterita incerta & indefinita, ſed ſolum nobis ignoran tibus non nature, nam licet ignoremus nos utrũ aſtra paria ſint an imparia. Vnum tamẽ quodlibet definitè in natura ſtellarum eſſe manifeſtũ eſt, & hoc nobis quidem ignotũ eſt, nature uero notiſſimum. Sed non ita, hodie me uiſurũ eſſe amicũ, aut non uiſurũ. Nobis quidẽ quid eueniat ignotum eſt, notum uero nature, non enim hoc na turaliter, ſed caſu euenit. Quare huiuſmodi propoſitiones non modo ad noſtram, ſed ad nature ipſius notitiã ſecũdum incertum euentũ, & inconſtantem ueritatẽ atq; mendacium deriuabuntur. Talis enim eſt cõtingentis natura, ut uel in utraque parte æqualiter ſeſe habeat, ut hodie me eſſe lauandum, uel hodie me non eſſe lauandum, uel in una plus, minus in altera, ut hominem caneſcere ſeneſcẽtem, uel hominẽ non caneſcere inſeneſcẽtem. Illud enim plus fit, illud minus. Sed nihil prohibet, id quod rarius fit, tamen fieri, de his ergo Ariſtotelica ſubtilitas diſputatura primum à ſingu laribus inchoans ad uniuerſalia tractatui uiam pandit. Duobus enim modis contra dictiones fiebãt, aut in ſingularibus, aut in uniuerſalibus uniuerſaliter prædicatis & his oppoſitis. Ingreditur autem ex his tribus quæ ſuprà dicta ſunt ex caſu, ex libero arbitrio, ex poſſibilitate, quæ omnia uno nomine utrumlibet uocauit, fingens, ſcili cet, nomen ad hoc, quod non unius & certi euentus iſta ſint, ſed utriuslibet, & quo modo contingit ea fieri, uel non fieri, hoc aũt monſtratiuũ eſt naturæ inſtabilis, & ad utrãq; partẽ ſine ullius rei obluctatione uergentis. Non autem oportet arbitrari illa eſſe utrũlibet & cõtingentium naturæ, quæcunq; nobis ignota ſunt. Neq; enim ſi nõ bis ignotũ eſt à Perſis ad Græcos miſſos legatos, idcirco miſſos eſſe incerti euentus

eſt. Nec ſi ſ̃tale ſignũ in ægrotãtis facie medicina deprehẽdit, ut aliud eſſe non poſſit, niſi ille moriatur, nobis autem ignotum ſit, propter artis imperitiã, idcirco illum ægrum eſſe moriturũ utrumlibet, & cõtingentis naturæ eſſe iudicãdum eſt, ſed illa ſola talia ſine dubio eſſe putanda ſunt, quæcunq; idcirco nobis ignota ſunt, quod per propriã naturam qualem habeãt euẽtum ſciri non poſſunt, idcirco quoniã propria inſtabilitate naturæ ad utraq; uerguntur, id eſt, ad affirmationis & negationis euentum propria inſtabilitate atq; incõſtantia permutãtur. Eſt aũt inter Philoſophos diſputatio, de rerum quæ fiunt cauſis, neceſſitate ne omnia fiant, an quædam caſu, & in hoc Epicureis, & Stoicis, & Peripateticis noſtris magna contentio eſt, quorũ pauliſper ſentẽtias explicemus. Peripatetici enim quorum Ariſtoteles princeps eſt, & caſum, & liberi arbitriũ iudicij, & neceſſitatẽ in rebus quæ ſunt, quæq; aguntur cum grauiſſima autoritate, tum apertiſſima ratione cõfirmãt. Et caſum quidẽ eſſe in Phyſicis probãt, quoties aliquid agitur, & nõ id euenit, propter q̃ illa res eſt cœpta, quę agebatur, id q̃ euenit, ex caſu eueniſſe putãdum eſt, & caſus quidẽ nõ ſine aliqua actione fit. Quoties autem aliud quiddam euenit per actionem quę geritur & ſperatur, ſi lud eueniſſe caſu Peripatetica probat autoritas. Si quis enim terrã fodiẽs uel ſcrobẽ demittens agri cultus cauſa, theſaurũ reperiat, caſu ille theſaurus inuẽtus eſt nõ ſine aliqua quidẽ actione, terra enim foſſa eſt, cum theſaurus eſt inuẽtus. Sed nõ illa erat agentis intentio, ut theſaurus inueniret. Ergo aliquid agẽti homini propter aliud tamen agẽti res diuerſa ſucceſſit. Hoc igitur ex caſu euenire dicit, quodcũq; per aliquã actionẽ euenit, nõ propter eam rem cœptã, quę aliquid agẽti ſucceſſerit. Et hoc quidem in ipſa rerum natura eſt, ut nõ hoc ex noſtra cõſtaret ignorantia, ut non idcirco quædã eſſe caſu uiderent, q̃ nobis ignota eſſent, ſed potius idcirco à nobis ignorentur, q̃ hæc in natura quæcunq; caſu fiunt, nullã neceſſitatis conſtantiã aut prouidẽtię modum tenerẽt. Stoici dum omnia quidẽ ex neceſſitate & ſecundũ prouidẽtiam fieri putant, id q̃ ex caſu fit, nõ ſecundũ ipſius fortunę naturã, ſed ſecundum noſtrã ignorantiã metiunt, id enim caſu fieri putãt, q̃ cũ neceſſitate ſit, tamẽ ab hominibus ignoreẽ. Et de libero quoq; arbitrio eadem nobis penè illiſq; cõtentio eſt. Nos enim liberum arbitriũ ponimus, nullo extrinſecus cogente in id q̃ nobis faciendũ, uel nõ faciendũ iudicãtibus ꝓpendentibuſq; uideaẽ, ad quã rem præſumpta prius cogitatione perficiendã & agendã uenimus, ut & id q̃ fit ex nobis &, ex noſtro iudicio principiũ ſumat, nullo extrinſecus aut uiolẽter cogẽte, aut uiolenter impediẽte. Stoici aũt omnia neceſſitatibus dantes, cõuerſo quodã ordine liberum uoluntatis arbitriũ cuſtodire conantur. Dicũt enim naturaliter quidẽ animam habere quandã uoluntatẽ, ad quã propria natura ipſius uoluntatis impellitur. Et ſicut in corporibus inanimatis quædã naturaliter grauia ferunt ad terrã, leuia ſurſum meant. Et hęc natura fieri nullus dubitat, ita quoq; in hominibus & in cæteris animalibus uoluntatẽ quidẽ naturalem eſſe cunctis, & quicquid fit à nobis, ſecundum uoluntatem quę naturalis nobis eſt putant fieri, illud tamen addunt, q̃ ea uolumus quę prouidentię illius neceſſitas imperauit, ut ſit quidem nobis uoluntas conceſſa naturaliter, & id quod facimus uolũtate faciamus, quæ, ſcilicet, in nobis eſt, ipſam tamen uoluntatẽ illius prouidentiæ neceſſitas cõſtringit, ita fieri quidẽ omnia ex neceſſitate, quod uoluntas ipſa naturalis neceſſitatẽ ſequatur, fieri etiã quæ facimus ex nobis, quod ipſa uolũtas ex nobis eſt & ſecundum animalis naturã. Nos autẽ liberũ uoluntatis arbitrium nõ id dicimus, quod quiſq; uoluerit, ſed q̃ quiſq; iudicio & examinatione collegerit. Alioqui multa quoq; animalia habebunt liberum uoluntatis arbitriũ. Illa enim uidemus ſponte quædã refugere, quibuſdã ſponte cõcurrere. Quod ſi uelle aliquid uel nolle hoc rectè liberi arbitrij uocabulo teneretur, nõ ſolum hoc eſſet hominũ, ſed cæterorũ quoq; animalium, quibus hanc liberi arbitrij poteſtatẽ abeſſe quis neſciat? ſed eſt liberum arbitriũ, quod ipſa quoq; uocabula produnt, liberũ nobis de uoluntate iudicium. Quotieſcunq; enim imaginationes quædã concurrunt animo, & uoluntatem irritant,

irritãt, eas ratio perpẽdit, & de his iudicat, & quod ei melius uidetur cũ arbitrio perpẽderit & iudicatione collegerit, facit, atq; ideo quædam dulcia & ſpeciem utilitatis monſtrãtia ſpernimus, quædã amara licet nolentes fortiter ſuſtinemus. Ideo non in uoluntate, ſed in iudicatione uoluntatis, liberum cõſtat arbitriũ, & non in imaginatione, ſed in ipſius imaginationis perpenſione cõſiſtit, atq; ideo quarundã actionum nos ipſi principia nõ ſequaces ſumus. Hoc eſt enim uti ratione, uti iudicatione. Eſſe enim cõmune nobis eſt cũ cæteris animãtibus, ſola ratione diſſungimur. Quod ſi ſola eſt iudicatione inter nos & cætera animalia diſtantia, cur dubitemus ratione uti, hoc eſſe quod uti iudicatione? Quam ſi quis ex rebus tollat, rationẽ hominis ſuſtulit, hominis ratione ſublata, nec ipſa quoque humanitas permanebit. Melius igitur Peripatetici noſtri & caſum in rebus ipſis fortuitum dantes, & præter ullam neceſſitatẽ, & liberũ quoq; arbitriũ, neq; in neceſſitate, neq; in eo q̃ ex neceſſitate quidem non eſt, nõ tamẽ in nobis eſt ut caſus, ſed in electione iudicationis & uoluntatis examinatione poſuere. In eo autẽ quòd poſſibile eſſe dicit, eſt quædã inter Peripateticos & Stoicos diſſenſio, quã hoc modo paucis abſoluimus. Illi enim diffiniũt poſſibile eſſe q̃ poſſit fieri, & quod fieri prohibeẽ, non ſit, hoc ad noſtrã poſſibilitatẽ, ſci licet, referẽtes, ut q̃ nos poſſumus, id poſſibile dicerẽt. Quod uero nobis impoſſibile eſſet, id poſſibile negarent. Peripatetici autẽ nõ in nobis hoc, ſed in ipſa natura poſuerunt, ut quędã ita poſſibilia eſſent fieri, ut eſſent poſſibilia non fieri, ut hunc calamum frangi quidẽ poſſibile eſt, & etiã non frangi, & hoc nõ ad noſtrã poſſibilitatẽ referũt, ſed ad ipſius rei naturã. Cui ſentẽtię contraria eſt illa quæ dicit: Omnia fato fieri, cuius Stoici autores ſunt. Quod enim fato fit, ex principalibus cauſis euenit. Sed ſi ita eſt hoc q̃ nõ fiat, nõ poteſt permutari. Nos aũt ita dicimus quędã eſſe poſſibilia fieri, ut eadẽ ſint etiã poſsibilia non fieri, hoc non ex neceſſitate, nec ex poſſibilitate noſtra metientes. His igitur expeditis illud addere ſufficiat, hoc Ariſtoteli ſixum in ſententia & diſciplina retinẽti, facilè fuiſſe cõtingentium propoſitionũ modum de futuris oſtẽdere, id eſt, æqualiter ſe habere in affirmatione & negatione, & in utraq; parte facere. Atq; ideo determinatã euẽtus cõſtantiam nõ habere, quod ni ita eſſet, omnia ex neceſſitate fieri crederentur, quod melius liquebit cũ ad ipſa Ariſtotelis uerba uenerimus. Non autem incõmode neq; incongrue Ariſtoteles de rebus altioribus & fortaſſe nõ pertinentibus ad artẽ Logicam diſputationẽ trãſtulit, cum de propoſitionibus loqueretur. Neq; enim eſſet firmã rectitudinẽ & ſignificantiã propoſitionũ cõſtituere, niſi hanc ex rebus ita eſſe probauiſſet. Prędicatiuę enim, ꝓpoſitiones (ut dictũ eſt) nõ in ſermonibus neq; in cõplexione prædicationũ, ſed in rerũ ſignificatione cõſiſtunt. Quare omnibus quæ prædicẽda erãt explicitis, ad ipſius Ariſtotelis ſentẽtias aperiẽdas enodũdasq; ꝓueniamus. In his ergo quæſunt, & facta ſunt, neceſſe eſt affirmationem uel negationem uerã uel falſam eſſe, in uniuerſalibus quidem ſemper hanc quidem uerã, illam uero falſam, & in his quę ſunt ſingularia quemadmodum dictũ eſt, in his uero quæ in uniuerſalibus non uniuerſaliter dicũtur, non eſt neceſſe. Categoricas propoſitiones quæ prædicatiuæ latinè poſſunt nominari (ut ſuprà iam diximus) ex rebus quas ipſę propoſitiones ſignificant, integra ratiocinãdi norma diſiudicat. Illæ namq; quas Hypotheticas uel conditionales uocamus ex ipſa cõditione uim propriã trahũt, nõ ex his quę ſignificant. Cũ enim dico, ſi homo eſt, animal eſt, & ſi lapis eſt, animal nõ eſt, illud eſt cõſequens, illud repugnãs, quare ex conſequentia & repugnantia propoſitionũ tota in propoſitione uis uertitur, unde fit ut nõ ſignificatio ſed conditio propoſitã Hypotheticarũ enunciationum uim naturamq; cõſtituat. Prædicatiuę uero propoſitiones (ut dictum eſt) ex rebus principaliter ſubſtantiam ſumunt. Atq; ideo quoniam quædam res ſunt præſentis temporis, quædam præteriti, ſicut euentus ipſæ rerũ præſentis temporis uel præteriti certus eſt, ita quoq; prædicatiuarum propoſitionum de præteritis & præſentibus certa ueritas, falſitasq; eſt. Erat autem contradictionis modus duplex, aut enim uniuerſa-

les particularibus angulariter opponebantur,aut ſingularis ſignificatio affirmatiua ſingularem negationẽ cõtradictoria oppoſitione perimebat. Et in his una uera ſemper,altera falſa reperiebat. In his aũt quæ eſſent indefinitę,nõ neceſſe erat unã uerã eſſe,alterã falſam,ſed in his in quibus ueritas & falſitas diuidebatur.In his non ſolũ una uera ſemper eſt,altera ſemp falſa,in preterito,ſcilicet,& in preſenti,ſed etiã una certam & definitã ueritatẽ retinet, certã & definitã altera falſitatẽ. In his autem quæ ſunt in futuro, ſi neceſſariæ quidem propoſitiones ſunt,licet ſecũdum tempus futurum dicãtur,neceſſe eſt tamen non modo unam ueram eſſe, alterã falſam, ſed etiam unam definitè uerã, alterã falſam definitè,ut cum dico,ſol hoc anno uerno tempore in Arietẽ uẽturus eſt.Si hoc alius neget nõ ſolum una uera eſt,altera falſa,ſed etiam in hoc uera eſt affirmatio definitè,falſa negatio. Sed Ariſtoteles nõ ſolet illa futura uocare quæ ſunt neceſſaria,ſed potius quæ ſint contingentia. Cõtingentia autẽ ſunt (ut ſuprà diximus)quæcunq; uel ad eſſe,uel nõ ad eſſe æqualiter ſeſe habent,& ſicut ipſa indefinitũ habent & eſſe & non eſſe, ita quoq; de his affirmationes & negationes indefinitã habent ueritatem uel falſitatẽ,cum una ſemper uera ſit, ſemper altera falſa,ſed quę uera ſit,quę ue falſa,nondũ in cõtingentibus notũ eſt.Nã ſicut quę ſunt neceſſaria eſſe,in his eſſe definitũ eſt,qtiæ aũt ſunt impoſsibilia eſſe,in his nõ eſſe definitũ eſt,ita quoq; quæ poſſunt eſſe, & poſſunt nõ eſſe, in his neq; eſſe, neq; nõ eſſe eſt definitũ,ſed ueritas & falſitas ex eo q; eſt eſſe rei,& ex eo q; eſt nõ eſſe rei ſumit. Nam ſi ſit quod dicitur,uerum eſt,ſi non ſit quod dicitur, falſum eſt.Igitur in cõtingentibus & futuris ſicut ipſum eſſe & nõ eſſe inſtabile eſt.Eſſe tamẽ aut nõ eſſe neceſſe eſt.Ita quoq; in affirmationibus cõtingentia prodentibus,ueritas quidẽ & falſitas in incerto eſt.Quę enim uera ſit,quę falſa ſecundũ ipſarũ propoſitionũ naturam ignoratur,neceſſe eſt tamen unã ueram eſſe,alteram falſam. Porphyrius tamẽ quãdam de Stoica dialectica permiſcet; quæ cum Latinis auribus nota non ſit,nec hoc ipſum quod in quæſtione uenit agnoſcitur,atq; ideo illa ſtudio prætermittemus.

DE FVTVRIS CONTINGENTIBVS.

IN ſingularibus uero & futuris nõ ſimiliter. Nam ſi omnis affirmatio uel negatio,uera uel falſa eſt,& omne neceſſe eſt uel eſſe, uel non eſſe.Quare ſi hic quidẽ dicat futurum aliquid,ille uero non dicat hoc idem ipſum. Manifeſtũ eſt,quoniam neceſſe eſt uerum dicere alterũ ipſorũ,ſi omnis affirmatio uel negatio uera uel falſa eſt; utræq; enim nõ erunt ſimul in talibus.Nam ſi uerũ eſt dicere,quoniã eſt album uel non album,neceſſe eſt album eſſe,uel non album. Et ſi eſt album uel non album,uerũ eſt uel affirmare uel negare,& ſi nõ eſt,mentitur:& ſi non mentitur,non eſt.Quare neceſſe eſt aut affirmationem, aut negationẽ uerã eſſe uel falſam. Nihil ergo neq; eſt,neq; fit,neq; caſu,neq; utrũlibet,nec erit, nec non erit,ſed ex neceſſitate omnia & non utrumlibet.Aut enim qui dicit uerus eſt,aut qui negat,ſimiliter enim uel fieret,uel non fieret.

GEminas eſſe cõtradictiones in propoſitionibus ſuprà iam dictum eſt, & nunc quoq; cõmemorat,in quibus neceſſe eſt unã uerã eſſe,alterã falſam,ſed ea quæ dicent de futuris & cõtingentibus melius intelligẽtur,ſi de his cõtingentibus loquamur,quę in ſingulari cõtradictione proueniũt.Eſt enim uniuerſalium angularis contradictio in cõtingentibus huiuſmodi.Cras omnes Athenienſes bello nauali pugnaturi ſunt.Cras nõ omnes Athenienſes bello nauali pugnaturi ſunt. In ſingularibus aũt talis eſt.Cras Socrates in paleſtra pugnaturus eſt. Cras Socrates in paleſtra pugnaturus

gnaturus non eſt.Non autẽ oportet ignorare nõ eſſe ſimiliter cõtingentes has, quæ dicunt Socrates morietur, & Socrates non morietur,& illas quæ dicunt,Socrates morietur cras, Socrates non morietur cras. Illæ enim ſuperiores omnino contingentes non ſunt,ſed ſunt neceſſariæ.Morietur enim Socrates ex neceſſitate,hæ uero quę tempus diſtinguũt,nec ipſe in numero cõtingentium recipiuntur, idcirco quod nobis quidem cras moriturũ eſſe Socratem incertum eſt. Naturæ autem incertũ non eſt. Atq; ideo nec Deo quoq; incertũ eſt, qui ipſam naturã optimè nouit.Sed illæ ſunt proprię cõtingentes,quæ neq; in natura ſunt, neq; in neceſſitate,ſed aut in caſu,aut in libero arbitrio,aut in poſſibilitate naturæ.Ex caſu quidẽ ut cum egredior domo amicum uideam,nõ ob hoc egrediens. Ex libero arbitrio,ut quod poſſum & uelle & nõ uelle, an uelim hoc antequã fiat incertũ eſt.Ex poſſibilitate,quod cũ fieri poſſit,& nõ fieri poſsit,id antequã fiat quod utroq; modo poteſt fieri,incertum ſit. Ideoq; cras Socrates diſputaturus eſt,in paleſtra cõtingens eſt,quod hoc ex libero uenit arbitrio. Ergo in huiuſmodi cõtingentibus ſi in futuro una ſemper uera eſt, altera ſemper falſa, & una definitè uera,altera falſa definitè,& res uerbis cõgruerent, omnia neceſſe eſt eſſe,uel nõ eſſe,& quicquid fit ex neceſsitate fit,& nihil neq; poſsibile eſt eſſe,quod poſsibile ſit nõ eſſe,neq; liberum erit arbitriũ,neq; in rebus ullus caſus erit,in omnibus neceſsitate dominãte.In his namq; id eſt,in ſingularibus cõtradictionibus uerũ dicere uereq; non poteſt. Cõtradictorię enim erant quæ ſimul eſſe non poſſunt,ſed nec utræq;,id eſt, negationes atq; affirmationes falſæ eſſe in cõtradictorijs poſſunt. Illę enim erant cõtradictoriæ,quę ſimul eſſe nõ poterant. Quare unus uerũ dicturus eſt,unus falſum. Quod ſi nihil datur in huiuſmodi rebus,id eſt,cõtingentibus inſtabile,euẽtus ordine, & incerta ueritatis & falſitatis enũciatione prouenire, quicquid uerũ dicitur in affirmatione definitè,hoc definitè eſſe neceſſe eſt, quicquid falſum dicitur in negatione,hoc nõ eſſe neceſſe eſt. Omnia igit̃ ex neceſsitate aut erũt,aut ex neceſsitate non erũt. Nihil ergo nec caſus,nec liberũ arbitrium, nec poſſibilitas ulla in rebus eſt. Siquidẽ tenet cũcta neceſsitas. Ariſtoteles uero ſumens iſtã Hypothecam propoſitionẽ,ſi omne quod in futuro dicit̃,aut uerũ definitè,aut falſum eſt definitè,omnia ex neceſsitate fieri,& nihil caſu,nihil iudicio, nihil poſsibilitate ea cõuenienti, ordine monſtrat, & hoc poſito,unam uerã,alterã definitè falſam eſſe,omnia ex neceſſitate cõtingere. Ex cõſenſu rerũ propoſitionẽ demõſtrat hoc modo. Proponit enim hãc conditionẽ, & hanc uerã eſſe, ex rerum ipſarũ neceſſitate cõfirmat. Eſt aũt cõditio,ſi omnis affirmatio,uel negatio in futurũ ducta uera,uel falſa eſt definitè,& omne quicquid fit ex neceſsitate fieri,& nihil, neq; caſu, neq; ppria & libera uoluntate,atq; iudicio, nec uero aliqua poſſibilitate,quæ omnia utrũlibet uocabulo nũcupauit. Ponit enim hanc cõditionem dicẽs: Nam ſi omnis affirmatio uel negatio uera,uel falſa eſt,ſubaudiendũ eſt definitè,& omne neceſſe eſt eſſe uel nõ eſſe, ſi hic quidẽ dicat futurũ aliquid,ille uero non dicat hoc idem ipſum,manifeſtũ eſt,quoniã neceſſe eſt uerũ dicere,alterũ ipſorum, ſi omnis affirmatio uel negatio uera uel falſa eſt,utræq; enim non erunt ſimul in talibus. Ergo ſenſus huiuſmodi eſt: Si omnis, inquit, affirmatio uel negatio uera, uel falſa eſt definitè, & omne neceſſe eſt, aut eſſe, aut nõ eſſe,q; uel affirmatio ponit,uel negatio perimit. Nã ſi quilibet dixerit eſſe aliquid,& alius dixerit,idẽ ipſum non eſſe unus quidẽ affirmat, alius uero negat,ſed in affirmatione & negatione,quę in cõtradictione ponunt̃ una ſemp uera eſt,altera falſa. Neq; enim fieri poteſt ut utręq; ſint uerę,non enim nũc ſermo eſt,aut de ſubcõtrarijs,aut de indefinitis. Nãq; ſubcõtrarię,id eſt,particularis negatio,& affirmatio particularis, & indefinitę utręq; uerę in eodẽ eſſe poterant. Cõtradictoriæ aũt minimè, neq; enim fieri poteſt,ut hę quę uel in ſingularib,cõtradictiones ſunt,uel in uniuerſalibus angulariter opponunt̃, ſimul unquã ueræ ſint. Hoc enim eſt q; ait,utręq; enim nõ erũt ſimul in talibus,id eſt,utræq; enunciationes nõ erunt ueræ in enũciationibus contradictorijs,poſita ergo hac cõditione,ſi omnis affirmatio definitè uera uel falſa ſit,

ſit, omnia ex neceſſitate euenire. Hanc ipſam rerum ipſarum, & propoſitionum conſequentiam, & ſimilitudinem monſtrare contendit dicens: Nam ſi uerum eſt dicere, quoniam album, uel non album eſt, neceſſe eſt eſſe album, uel non album: & ſi eſt album, uel non album, uerum eſt, affirmare uel negare, & ſi non eſt, mẽtitur, & ſi mentitur, non eſt, quare neceſſe eſt affirmationem, uel negationem ueram eſſe uel falſam. Omnis, inquit, affirmatio omnisq; negatio cum rebus ipſis, uel uera, uel falſa eſt. Huius autem rei exempla, ex præſentibus ſumit. Nam ſicut ſe habent ſecundũ neceſſitatem in præſenti tempore enunciationes, ita ſe habẽt, & in futuro. Speculemur igitur in præſenti, quæ ſit rerũ propoſitionumq; neceſſitas. Si qua enim propoſitio de qualibet re dicta uera eſt, illam rem quam dixit, eſſe neceſſe eſt. Si enim dixerit, quoniam nix alba eſt, & hoc uerũ eſt, ueritate propoſitionis ſequit̃ neceſſitas rei. Neceſſe eſt enim niuem eſſe albã, ſi propoſitio quæ de eadẽ re prędicata eſt, uera eſt. Quod ſi dixerit quis non eſſe albam picem, & hæc uera eſt. Manifeſtum eſt rem quoq; propoſitionis cõſequi ueritatem. Amplius quoq; propoſitiones rerum neceſſitates ſequuntur, ſi enim eſt aliqua res, uerum eſt, de ea dicere quoniam eſt. & ſi non eſt aliqua res, uerũ eſt de ea dicere, quoniã nõ eſt, ita ſecũdum ueritatem affirmationis, uel negationis neceſſitas rei ſubſtantiã ſequitur, & rerum neceſſitas propoſitionum comitatur neceſſitatem, atq; hoc quidem in ueris, in falſis quoque idem eſt, è contrario. Nam ſi falſa eſt affirmatio, rem de qua loquitur non eſſe neceſſe eſt, ut ſi falſa eſt affirmatio, quę dicit picem eſſe albam, non eſſe albam picem neceſſe eſt. Rurſus ſi falſa eſt negatio quæ dicit, niuẽ non eſſe albã, niuem eſſe albã neceſſe eſt. Rurſus ſi res non eſt, affirmatio quoq; de ea re neceſſario falſa eſt. Quod ſi rurſus res nõ ſit, id q̃ poteſt dici re, falſa negatio ſine ulla dubitatione, illa negatio falſa eſt, & hoc eſſe neceſſe eſt, ut quoniã de niue poteſt dicere falſa negatio, quoniã alba nõ eſt, hoc ipſum q̃ falſa negatio dicit, id eſt, albã nõ eſſe, nõ eſt. Nix enim nõ alba nõ eſt. Quare rerũ neceſſitati falſitas utraq; cõuertitur, nam ſi eſt aliquid, uerè de eodẽ dicitur, quoniã eſt, & ſi uerè dicitur illam rem de qua uerè aliquid prædicatur eſſe neceſſe eſt, quod ſi nõ eſt id quod dicitur, falſa enũciatio eſt, & ſi enũciationes falſæ ſunt, res nõ eſſe neceſſe eſt. Quod ſi hæc ita ſunt, poſitũ eſt autẽ omnem affirmationem, & negationẽ ueraẽ eſſe definitè, quoniam propoſitionum ueritatem uel falſitatem rerum, neceſſitas ſecundum eſſe uel non eſſe conſequitur, eſſe quidem ſecundũ ueritatem, ut dictum eſt, non eſſe ſecũdum falſitatem. Nihil ſit caſu, neq; libera uoluntate, neq; aliqua poſſibilitate. Hæc enim quæ utrumlibet uocamus talia ſunt, quæ cum nondum ſunt facta & fieri poſſunt, & non fieri. Si enim facta ſunt, non fieri potuerũt, ut hodie me librũ Virgilij legere, quod nondum feci, poteſt quidem non fieri, poteſt etiam fieri, quod ſi fecero, potui non facere. Hæc igitur huiuſmodi ſunt, quæcunque utrumlibet dicuntur. Vtrumlibet autem quid ſit ipſe planius demonſtrat dicens:

Vtrumlibet enim nihil magis ſic uel non ſic ſe habet, aut habebit.

Eſt enim utrũlibet q̃, uel ad eſſe, uel ad non eſſe æqualiter ſe habet, id eſt, neq; illud eſſe neceſſe ſit, neq; nõ eſſe neceſſe ſit. Putauerũt autẽ quidam, quorũ Stoici quoque ſunt Ariſtotelẽ dicere, in futuro cõtingẽtes nec ueras, nec falſas, quod enim dixit nihil ſe magis ad eſſe habere quàm ad nõ eſſe, hoc putauerũt tanq; nihil eas intereſſet falſas an ueras putari, neque ueras enim neq; falſas eſſe arbitrati ſunt, ſed falſum eſt, nõ enim Ariſtoteles hoc dicit, q̃ utræq; nec ueræ, nec falſæ ſint, ſed q̃ una quidẽ ipſarum quelibet, aut uera aut falſa eſt. Nõ tamẽ quemadmodũ in prẽteritis definitè, nec quemadmodum in præſentibus, ſed enunciatiuarũ uocum duplicem, quodammodo eſſe naturam, quarum quædam eſſent in quibus non modo uerum & falſum inueniretur, ſed in quibus, etiam unã eſſe definite ueram, alteram definitè falſam, in alijs uero una quidem uera, altera falſa, ſed indefinitè, & commutabiliter, & hoc per ſuã naturã, non ad noſtram ignorantiã, atq; noticiam. Quocirca rectè dictum eſt, ſi omnis affirmatio

affirmatio uel negatio uera definitè eſſet, nihil fieri neq; eſſe, uel caſu, uel à communi nomine utrũlibet, nec eſſe aut nõ eſſe cõtingenter, ſed aut eſſe, aut non eſſe definitè, ſed magis ex neceſſitate omnia. Hoc enim cõſequitur eũ qui dicit, aut eũ qui affirmat uerũ eſſe, aut eum qui negat, quod ſi hoc uerũ eſſet, ſimiliter cum ueritate, uel fieret, uel cum falſitate non fieret, & quod uerè falſeue ab enunciationibus dicebaẽ. Quod ſi hoc impoſſibile eſt, & ſunt quædã res, quæ neceſſitate nõ ſunt. Videmus aut quaſdam eſſe caſu, quaſdã ex uoluntate, quaſdam ex propria poſſibilitate naturæ, fruſtra putatur ſicut in præteritis, ita quoq; in futuris enunciationibus, unam eſſe uerã, alterã falſam definitè. Quare hic quidem una fuit eius argumentatio, aliã uero quaſi ipſe ſibi opponens aliquam quæſtionem, ingreditur ualidiore tractatu.

Amplius ſi eſt album nũc, uerum erat dicere prius, quoniam erit albũ, quare ſemper fuit uerum dicere, quodlibet eorum quæ facta ſunt, quoniã eſt, uel erit. Quod ſi ſemper fuit dicere, quoniam eſt uel erit, non poteſt hoc nõ eſſe, uel non futurum eſſe. Quod autem non poteſt non fieri, impoſſibile eſt nõ fieri. Et quod impoſſibile eſt non fieri, neceſſe eſt fieri. Omnia ergo quæ futura ſunt, neceſſe eſt fieri, nihil igitur utrumlibet, neque caſu erit, nam ſi caſu, non ex neceſſitate.

Ad aſtruendũ nõ eſſe omnes enũciationes ueras definitè in futuro uel falſas, ex eadem argumẽtationis uirtute, & ex eodẽ poſſibilitatis euentu, diuerſam tamen ingreditur argumẽtationis uiã. Dudũ enim ex his quæ nondũ erant facta, ſi uerè futura eſſe prædicerentur, in rebus neceſſitatẽ ſolam eſſe poſſe collegit. Nunc autẽ ex his rebus quæ factæ ſunt, argumentationẽ capit, ſi uerè antequã fierent prędicerentur, neceſſitatis nexu euentus rerum omnium cõtineri, arbitrantur enim hi qui dicunt cõtingentium quoq; propoſitionũ ſtabilem eſſe enunciationis modum ſecundum ueritatem, ſcilicet, atq; mendacium, quod omnia quæcunq; facta ſunt, inquiunt, potuere prædici, quoniã fient. Hoc enim in natura quidem fuit ante, ſed nobis hoc rei ipſius pateſcit euentus. Quare ſi omnia quęcunq; euenerint ſunt, & ea quæ ſunt futura eſſe prædici potuerunt, neceſſe eſt omnia quę dicuntur, aut definitè uera eſſe, aut definitè falſa, quoniam definitus eorum euentus ſecundum præſens tempus eſt. Quare in omnibus in quibus aliquid euenit, uerum erat dicere, quoniam euẽturum eſt, & ſi nondum adhuc factum eſt. Hoc autem illa res probat uerum fuiſſe tunc dici, quoniam euenit id quod prędici potuerat, quod ſi prędictum eſſet, res euentura definita ueritate prędiceret. Hoc Ariſtoteles ſumẽs ad idem impoſſibile ualidiſſima ratione perducit, & præſentis temporis naturã cum futuri enunciatione coniungit. Ait enim ſimile eſſe de præſentibus enunciare ſecundum ueritatis neceſſitatem & de futuris. Nam ſi uerum eſt dicere, quoniã eſt aliquid, eſſe neceſſe eſt, & ſi uerum eſt dicere, quoniã erit, futurũ eſſe ſine dubio neceſſe eſt. Omnia igitẽ ex neceſſitate futura ſunt, ad idẽ, ſcilicet, impoſſibile argumẽtationem trahẽs. Sumit aũt huius impoſſibilitatis ordinẽ ex his propoſitionibus, quæ faciliores quidẽ ad intellectũ ſunt, idem tamen ualent hoc modo. Si ſemper, inquit, uerũ eſt dicere, quoniã eſt, uel erit, quicquid enim tunc uerũ fuit prædicere, illud nõ poteſt nõ eſſe, nec nõ futurũ eſſe, quẽadmodũ enim id quod in preſenti uerè dicitẽ eſſe, hoc non poteſt non eſſe, & uera de ea propoſitio fuit, quæ dicebat eſſe, ita quoq; in futuro quę dicit, aliquid futurũ eſſe, illa ſi uera eſt, nõ poteſt non futurum eſſe quod prędicit. Quod ſi non poteſt non fieri quod à uera propoſitione prædicitur, impoſſibile eſt non fieri. Idem enim eſt dicere non poteſt non fieri, quod dicere, impoſſibile eſt non fieri. Quod autem impoſſibile eſt non fieri, neceſſe eſt fieri. Impoſſibile enim idem neceſſitati ualet cõtrariè prędicatũ, ut ipſe poſt docuit. Nam q̃ impoſſibile eſt eſſe, neceſſe eſt nõ eſſe. Quod neceſſe eſt ut ſit, poſſibile nõ eſt illud nõ eſſe, q̃ enim ut ſit poſſibile nõ eſt, nõ eſſe neceſſe eſt. Quod ſi hoc eſt,

& cõtraria ſe eodem modo habebũt. Quod eſt impoſſibile nõ eſſe, hoc eſſe neceſſe eſt. Sed dictũ eſt ea quæ uerè prędicantur impoſſibile eſſe non eſſe, hoc autem eſt ex neceſſitate eſſe. Ea igitur quę prædicũtur ex neceſſitate futura ſunt. Nihil igiť utrũlibet, neq; caſu, neq; omnino ſecundũ liberum arbitriũ, quod utrũlibet ſignificatio totum clauſit. Nam quod dicit utrũlibet, poſſibilitatem, & caſum, & liberũ in ſignificatione arbitriũ tenet. Ergo nihil fit caſu. Nam ſi quędã fieri caſu dicat, ille rurſus in ea re perimit neceſſitatẽ, quod enim caſu eſt, non ex neceſſitate eſt, nihil autem fit caſu, quoniã omnia ex neceſſitate proueniũt, quæcunq; enunciatio uera prædixit. Euenit autem huiuſmodi impoſſibilitas ex eo q̃ conceſſum eſt prius, omnia quęcunq; facta ſunt definitè uerè prædici potuiſſe. Nam ſi ex neceſſitate cõtingit id quod euenit, uerum fuit dicere quoniã erit, quod ſi ex neceſſitate non cõtingit, ſed cõtingenter, non potius uerũ fuit dicere quoniam erit, ſed magis quoniam cõtingit eſſe, nam qui dicit erit, ille quandã neceſſitatẽ in ipſa prędicatione ponit. Hoc inde intelligitur, quod ſi uerè dicat futurũ eſſe id quod prędicitur, impoſſibile ſit nõ fieri. Hoc autẽ ex neceſſitate ſit fieri, ergo qui dicit, quoniã erit aliquid eorũ quę contingenter eueniunt, in eo quod futurũ eſſe dicit, id q̃ cõtingenter euenit, fortaſſe mentitur, uel ſi cõtigerit res illa, quã prædicit, ille tamen mẽtitus eſt, non enim euentus falſus eſt, ſed modus prędicationis. Namq; ita oportuit dicere, cras bellum nauale contingenter eueniet, hoc eſt dicere, ita eueniet ſi euenerit, ut potuerit non euenire. Hoc ergo qui dicit, uerũ dicit. Euẽtum enim cõtingenter prędixit. Qui aũt ita dicit, cras erit bellũ nauale, quaſi neceſſe ſit, ita pronunciat, q̃ ſi euenerit, non iam idcirco quia prædixit, uerũ dixerit, quoniã id quod contingenter eueturũ erat, neceſſariè futurum eſſe prędixit. Nõ ergo in euentu eſt falſitas, ſed in prędicationis modo. Quẽadmodũ enim ſi quis Socrate ambulante dicat. Socrates ex neceſſitate ambulat, ille mentitus eſt nõ in eo q̃ Socrates ambulat, ſed in eo quòd ille ex neceſſitate eum ambulare prędicauit, ita quoq; in hoc. Qui dicit, quoniam erit aliquid, etiã ſi hoc fiat, ille tamẽ falſus eſt, non in eo quod factũ eſt, ſed in eo q̃ nõ ita factũ eſt, ut illæ prędixit futurũ. Quod ſi uerũ eſſet definitè, ex neceſſitate eſſet futurũ. Igitur ex neceſſitate futurũ eſſe prędixit, quodcunq; ſine ullo alio modo eueturũ pronũciauit. Quare non in euentu rei, ſed in prędicationis enũciatione, falſitas inuenitur. Oportet enim in cõtingentibus ita aliquid prędicere, ſi uera erit enũciatio, ut dicat quidẽ futurũ eſſe aliquid, ſed ita, ut rurſus relinquat eſſe poſſibile, ut futurũ non ſit. Hęc autem eſt cõtingentis natura, cõtingenter in enũciatione prædicare. Quod ſi quis ſimpliciter id quòd fortaſſe cõtingenter eueniet, futurũ eſſe prędixerit, ille rem contingentẽ neceſſariè futurã prędixit. Atq; ideo etiam ſi euenerit id quod dicitur, tamen ille mẽtitus eſt, in eo quòd hoc quidem contingenter euenit, ille autem ex neceſſitate futurũ eſſe prędixerat. Cum ergo ſint quatuor enunciationum ueritatis & falſitatis modi, de his, ſcilicet, propoſitionibus quę in futuro prędicanť. Aut quoniã erit, & non erit id quod dicitur, id eſt, ut, & affirmatio & negatio uera ſit, aut quoniam nec erit, nec non erit, id eſt, ut affirmatio & negatio falſæ ſint, aut quoniam erit aut non erit, una tamen definitè uera, altera falſa, aut rurſus quoniã erit aut nõ erit, utriſq; ſecundũ ueritatem & falſitatem indefinitis, & æqualiter ad ueritatẽ mendaciumq; uergentibus docuit quidem ſuprà, & eſſe & non eſſe fieri non poſſe, cũ dixit. Vtræq; enim ſimul non erunt in talibus. Docuit etiam aliquantiſper aut eſſe aut non eſſe definitè, in cõtingentibus & futuris propoſitionibus eſſe nõ poſſe. Nunc illud addit: Quod neq; eſſe, neq; nõ eſſe, id eſt, quod nec illud dici uerè poſſit, poſſe utraſq; inueniri falſas, quæ dicũtur in futuro propoſitiones. Quod ſi neq; utręq; uerę ſunt, neq; utręq; falſæ, neq; una definitè uera, falſa altera definitè. Reſtat ut una quidẽ uera ſit, altera falſa, nõ tamen definitè ſed utrum libet & inſtabili modo, ut hoc quidem, aut hoc euenire neceſſe ſit, ut tamen una res quælibet quaſi neceſſariè & definitè prouenìat aut non prouenìat fieri non poſſit. Quemadmodum autẽ utraſq; falſas non eſſe demonſtraret, hìc inchoat.

At uero

At uero nec quoniam uerum eſt neutrum contingit dicere, ut quoniam neq; erit, neq; non erit. Primũ enim cum ſit affirmatio falſa, erit negatio non uera, & cum hæc ſit falſa, cõtingit affirmationem eſſe non uerã. Ad hæc ſi uerum eſt dicere, quoniam album eſt & magnum, oportet eſſe utrumq;, ſi uero erit cras, oportet eſſe cras, ſi autem neq; erit, neq; non erit cras, non erit utrumlibet, ut nauale bellum, oportet enim neq; fieri nauale bellum, neq; non fieri.

Senſus argumẽtationis huiuſmodi eſt, nec illud, inquit, dici poterit, quod cõtingentium propoſitionum neutra uera ſit in futuro. Hoc autem nihil differt dicere quàm ſi quis dicat, utraſque eſſe falſas, hoc enim impoſſibile eſt in contradictionibus. Nam utręq; falſę inueniri non poſſunt, hoc enim proprium cõtradictoriarum eſt, ut proprietatem contrariarũ fugiant, propoſitiones ergo contradictoriæ, ut proprietatem ſubcontrariarum fugiunt in eo quod ſimul ueræ eſſe non poſſunt, ita quoq; contrariarũ proprietatem uitant, in eo quod ſimul falſę non reperiuntur. Habent ergo propriam naturam, ut neq; falſæ ſimul ſint, neq; uerę, quare una ipſarũ ſemper uera, ſemper altera falſa. Impoſſibile eſt igitur cum ſit falſa negatio, nõ ueram eſſe affirmationem, & rurſus cum ſit falſa affirmatio, negationem eſſe nõ ueram. Igitur nec hoc eſt dicere, quod utręq; nõ uerę ſint. Quod per hoc dixit quod ait, at uero nec quoniam neutrũ uerum eſt contingit dicere, id eſt, non nobis contingit dicere, hoc eſt impoſſibile eſt dicere, quoniam neutrum uerũ eſt dicere, ſcilicet, q̃ in affirmationibus & negationibus, quæ proponuntur, contingentibus, ſcilicet, & futuris. Qui autem Ariſtotelem arbitrati ſunt, utraſque propoſitiones in futuro falſas arbitrari, ſi hæc quæ nunc dicit diligẽtiſſimè perlegiſſent, nunquam tantis laberentur erroribus. Neque enim idem eſt dicere neutra uera eſt, quod dicere neutra uera eſt definitè. Futurum enim eſſe cras nauale bellum, & non futurum, non dicitur, quoniam utræque omnino falſæ ſint, ſed quoniam neutra uera ſit definite, aut quælibet ipſarũ definitè ſit falſa, ſed hæc quidem uera, illa uero falſa, non tamen una ipſarum definitè, ſed quælibet illarum contingenter. His autem adiecit aliud quiddam dicens, ſi propoſitionum ueritas ex rerum ſubſtantia pendet, ut quicquid uerum eſt in propoſitionibus dicere, hoc eſſe neceſſe eſt, ſi uerum eſt dicere, quoniam erit album aliquid, ueritatem propoſitionis ſequitur rei neceſſarius euentus. Quod ſi quis dicat quamlibet illam rem cras albam futurã, ſi hoc uerè dixerit, cras ex neceſſitate alba futura eſt. Sic igitur ſi quis uerum dict, neutram eſſe ueram propoſitionum earum quę in futuro dicuntur, neceſſe eſt id quod dicitur, & ſignificatur ab illis propoſitionibus, nec eſſe, nec non eſſe, falſa enim & affirmatione & negatione, nec quod affirmatio dicit fieri poteſt, nec quod negatio, ergo ex neceſſitate neutrũ fit, quod uel affirmatio dicit, uel negatio. Ergo ſi dicat affirmatio, cras bellum nauale futurum, quoniam falſa eſt, non erit cras bellum nauale. Rurſus ſi idem neget negatio dicens, non erit cras bellum nauale, quoniam hæc quoq; falſa eſt, erit cras nauale bellum. Quare neque erit bellum nauale, quia affirmatio falſa eſt, nec non erit bellum nauale, quia negatio falſa eſt. Sed hanc ineptiam, nec animus ſibi ipſe fingere poteſt. Quis enim unquam dixerit, rem aliquam ex neceſſitate nec eſſe, nec non eſſe? quod ille, ſcilicet dicit, qui dicit utraſq; propoſitiones in futuro falſas exiſtere.

Quæ ergo cõtingũt inconueniẽtia, hęc ſunt & alia huiuſmodi, ſi omnis affirmationis, & negationis, uel in his quę de uniuerſalibus dicũtur uniuerſaliter, uel in his quę ſunt ſingularia, neceſſe eſt, oppoſitarum hãc quidem uerã eſſe, illam uero falſam. Nihil autem utrũlibet eſſe in his quæ ſiunt, ſed omnia eſſe & fieri ex neceſſitate. Quare non oportebit neque conſultare, neque negociari,

ciari,ut ſi hoc facimus, erit hoc,ſi uero non hoc,non erit hoc. Nihil enim prohibet in milleſimum annum hūc quidem dicere hoc futurum eſſe,illum uero nō dicere. Quare ex neceſſitate erit,quodlibet eorū,quod tum ab eo uerum erat dicere.

Omnia in futuro uel uera uel falſa eſſe definitè in propoſitionibus arbitrantes,impoſſibilitas iſta cōſequitur. Nihil enim neq; ex libero uoluntatis arbitrio, neq; ex aliqua poſſibilitate,neq; ex caſu quicq; fieri poteſt,ſed omnia neceſſitati ſubiecta ſunt, quanquam quidam nō dubitauerunt dicere,omnia ex neceſſitate eſſe & quibuſdam artibus conati ſunt id quod in nobis eſt cum rerum neceſſitate coniungere. Dicunt enim quidam quorum ſunt Stoici, omnia quæcunq; fiunt, fati neceſſitate prouenire, omnia quæ fatalis agit ratio, ſine dubio ex neceſſitate cōtingere. Sed illa eſſe ſola in nobis,& ex uoluntate noſtra,quęcūq; per uoluntatem noſtram, & per noſipſos uis fati complet ac perficit, neq; enim,inquiunt, uoluntas noſtra in nobis eſt, ſed idēo lumus idemq; nolumus, quicquid fati neceſſitas imperauit,ut uoluntas noſtra quoq; ex fato pendere uideatur, ita quoniam per uoluntatem noſtram quædam ex nobis fiunt, & ea quæ fiunt in nobis fiūt, quoniamq; uoluntas ipſa ex neceſſitate fati eſt, & quæ nos noſtra facimus uolūtate, quia neceſſitas imperauit, ea ipſa impulſi facimus neceſſitate. Quare hoc modo ſignificationem liberi arbitrij permutantes, neceſſitatem & id quod in nobis eſt coniungere impoſſibiliter & copulare cōtendunt. Illud enim in nobis eſt liberum arbitrium,quod ſit omni neceſſitate uacuum,& ingenuū, & ſuæ poteſtatis, quorum nos domini quodammodo ſumus uel faciendi, uel non faciendi, quod ſi uoluntates quoq; noſtri fati nobis neceſſitas imperet,in nobis uoluntas ipſa non erit,ſed in fato,nec erit liberum arbitrium,ſed potius ſeruiens neceſſitati. Vnde fit,ut qui omnes actus euētuum neceſſitate conſtringunt, dicant poplitem quoque nos non flectere niſi fatalis neceſſitas iuſſerit. Caput quoque non ſcalpere, quare nec lauare,nec agere aliquid. His etiā adijciam uel aliquid feliciter,uel aliquid infeliciter facere, uel pati, unde fit ut neque caſum,neque liberum arbitriū. nec poſſibile in rebus ullum eſſe contendant, quamuis liberum deſtruere metuentes arbitrium,aliam eiſingāt ſignificationem,per quam nihilominus libera hominis uoluntas euertit. Ariſtotelica uero autoritas,ita hæc in rebus poſita,& conſtituta eſſe confirmat, ut non exponat nunc quid ſit caſus, quidue poſſibile, quidue in nobis, nec ea eſſe in rebus probat atque demonſtrat,ſed in tantum apud illum hæc in rebus eſſe manifeſtum eſt,ut opinionem quas quis arbitratur, enunciationes in futuro omnes ueras eſſe,per hoc impoſſibilem eſſe dicat quod caſum,& poſſibilitatem,liberumq; euertat arbitrium. Hæc enim in rebus ita conſtituta putat,ut non de his ulla opus ſit demonſtratione,ſed impoſſibilis ratio iudicetur, quęcunq; uel poſſibile, uel caſum, uel id quod in nobis eſt conatur euertere. Et caſum quidem quemadmodum definita in propoſitionibus futuris deſtruat,ueritas ſuprà monſtrauit. Nunc autē quemadmodum eadem ipſa ueritas definita futurarum & contingentium propoſitionū tollat liberi arbitrij facultatem, maxima ui argumētationis exequitur dicens: Huiuſmodi cuncta contingere impoſſibilia,ſi quis unam enūciationis partem definitè ueram uel falſam eſſe cōfingat. Sed nos ſecuti Porphyrium cum huius diſputationis expoſitionē cepimus,id quod prius dixit in ſingularibus & futuris ob hoc dixiſſe prędiximus, quod facilior ſit intellectus diſputationis,ſi hæc prius in ſingularibus perſpicerentur, de quibus ſingularibus diligentiſſimè prælocutus, nunc de uniuerſalibus uniuerſaliter prædicatis,& de his quæ in eis fiunt contradictiones loquitur. Ita enim dicit: Si omnis affirmationis & negationis uel in his quæ in uniuerſalibus dicunt uniuerſaliter,uel in his quę ſunt ſingularia,neceſſe eſt oppoſitarū hanc quidem eſſe ueram illam uero falſam. Alexander autem in ſingularibus & futuris dixiſſe eum arbitratur,

tratur,tanquam ſi diceretur,in his futuris quæ in generatione & corruptione ſunt. Sunt enim quædam futura quę in generatione & corruptione non ſunt, ut quod de ſole & luna & de cæteris cœleſtibus pronunciat, hæc uero quæ ſunt in rebus his quarum eſt,& naſci & corrumpi natura, unam ſemper non neceſſe eſt ueram eſſe,alteram falſam,Sed neutram ego improbo expoſitionem. Vtræque enim ueriſſima ratione firmantur. Omnis autem ſenſus talis eſt quod neceſſitatem ſolam in rebus imperare deſtruit Ariſtoteles, omne enim quod natura eſt,non fruſtra eſt. Cōſiliari autem homines naturaliter habent. Quod ſi neceſſitas in rebus ſola dominabitur, ſine cauſa eſt conſiliatio. Sed conſiliatio fruſtra non eſt. Natura enim eſt. Non igitur in rebus poteſt cuncta neceſſitas. Ordo autem ſe ſic habet. Quæ ergo, inquit, contingunt nō conuenientia hæc ſunt & huiuſmodi alia, ſcilicet, quoniam qui eſt in rebus caſus euertitur. Alia uero quoniam poſſibilitas & liberi arbitrij uoluntas amittitur. Et hęc quo modo contingunt, ipſe ſecutus eſt dicens: Si omnis affirmationis & negationis uel in his quæ in uniuerſalibus dicuntur uniuerſaliter, uel in his quæ ſunt ſingularia, neceſſe eſt oppoſitarum hāc quidem ueram eſſe illam uero falſam. Nihil autem utrum libet eſſe in his quæ fiunt, Sed omnia eſſe & fieri ex neceſſitate. Tunc enim inconuenientia illa contingunt, ſi omnis affirmatio & negatio definitè uera uel falſa eſt, aut in his contradictionibus, quæ in uniuerſalibus angulariter fiūt, ſiue in ſingularibus. Tunc enim nihil eſt utrumlibet, ſed ex neceſſitate omnia, quoniam ueritatem & falſitatem propoſitionum, rerū euentus ex neceſſitate conſequitur. Quare (ut ipſe ait) non oportebit neq; conſiliari neq; negociari, quoniam ſi hoc facimus, erit hoc, ſi uero non, hoc non erit hoc. Euertitur enim conſiliatio, ſi fruſtra eſt, fruſtra autem eam dicit eſſe, quiſquis in rebus ſolam ponit fati neceſſitatem. Cur enim quis conſilium habeat ſi nihil ex eo quod conſiliatur efficiet, cū adminiſtret cuncta neceſſitas? Quare non oportebit conſiliari, uel ſi quis conſiliatur, negociari non debet. Negociari autem eſt, actu aliquid & negocio agere, nō lucrum, ſed aliquam cauſam uel actum. Nihil enim ipſe per actum ſuum conſiliumq; expediret, niſi fati neceſſitas iubeat. Docuit autem quid eſſet cōſiliatio per id quod ait, quoniam ſi hoc facimus, erit hoc ſi uero non hoc, non erit hoc. Ita enim ſemper fit conſiliatio, ut ſi ſit Scipio, ita conſiliabitur. Si in Africam exercitum ducam, cladem Hannibalis ab Italia remouebo: Si uero non ducam, non eripietur Italia. Hoc eſt enim dicere. Si hoc faciam, ut ſi in Africam exercitum ducam, erit hoc, ideſt eripietur Italia. Si uero nō hoc, ideſt, ſi hic mā ſero, non erit hoc, ideſt non eripietur Italia. Et in aliis omnibus rebus eodem modo. Simul autem monſtrauit in conſiliis non eſſe neceſſitatem. Si enim hoc, inquit, faciā hoc erit, & ſi non, hoc nō erit, quod ſi neceſſitas eſſet in rebus, ſiue hoc quis faceret, ſiue non faceret, quod neceſſe eſſet, eueniret. Quare quod conſilij ratione fit, non fit uiolentia neceſſitatis. Adiunxit autē ei quod eſt conſiliari negociari, & eſt ordo hoc modo. Quare non oportebit, neq; conſiliari quoniam ſi hoc facimus, erit hoc. Si uero non hoc, non erit hoc, nihil enim prohibet in milleſimum annum hunc quidē dicere, hoc futurum eſſe, hunc uero non dicere. Quare ex neceſſitate erit, quodlibet eorum uerum erat dicere tunc. Neq; negociari, ideſt actum incipere atq; negocium gerere, prior eſt enim conſiliatio, poſterius negocium, ſed negocium poſt conſiliationem poſuit, & cuncta quæ ad conſiliationis naturam addi oportebat, poſt negociationis ſubdidit interpoſitionem. Eſt autem ordo hoc modo. Si omnia, inquit, neceſſitas agit non oportet conſiliari, quoniam ſi hoc facimus proueniet hoc nobis, ſi uero hoc non facimus, non proueniet. Nihil enim prohibet fruſtra unum dicere, alterū negare dicentem. Si hoc facimus hoc erit aut non erit, quod enim uenturum eſt fiet, ſiue ille per conſilium coniecter hoc poſſe fieri, etiam ſi quid aliud fecerit, ſiue ille per conſilium neget hoc poſſe fieri, etiam ſi hoc quod dixit faciat. Ex neceſſitate enim futurum eſt, quicquid unus ipſorum uerum dixerit. Quod ſi conſiliari omnino non oportet, nec negociari oportebit, ideſt nullum incipere negocium. Siue enim quis

incipiat,ſiue nō incipiat,quicquid ex neceſſitate eſt,ſine ulla dubitatione prouenīet. Quare nihil alter homo diſtabit ab altero homine. Eo enim meliores homines iudicamus,quod meliores ſunt in conſilio,ſed ubi conſiliatio fruſtra eſt cuncta neceſſitate faciente,homines quoq; inter ſe nihil differunt. Ipſa enim conſiliatio nihil differt, utrum bona an mala ſit,cum prouentus neceſſitas in fati adminiſtratione conſiſtat. Quare ſi boni conſilij homines laude digni ſunt, mali conſilij uituperatione. Non aliter hoc erit iuſtē,niſi uel malus actus malūq; conſiliū & è contrario bonum in noſtra ſit poteſtate & nō in fato. Cū enim nulla ex neceſſitate conſtringat euentus rei, tunc & liberū uoluntatis arbitriū eſt, ut non ſit fatali ſeruiens neceſſitati. Ergo neq; qui in hoc mundo ſimplices rerū ordines poſuere,recipiendi ſunt,& hi qui imperuiſta hac mundana mole,non permiſtas quoq; actorū cauſas accipiūt, repudiandi. Nā neq; qui caſu omnia euenire dicunt,recte arbitrant,neq; qui omnia neceſſitatis uiolētia fingūt,ſana opinione tenent,neq; enim omnia ex libero eſſe arbitrio manifeſtum eſt,ſed horū omniū,& cauſæ miſtæ ſunt,& euentus. Sunt enim quēdā ex caſu,ſunt aliqua ex neceſſitate,quēdā etiā uidemus libero teneri iudicio,& actuū quidē noſtrorū uoluntas in nobis eſt. Noſtra enim uoluntas domina quodāmodo eſt noſtrorum actuū,& totius uitæ rationis,ſed non eodē modo euētus quoq; in noſtra eſt poteſtate. Pro alia namq; re aliquid ex libero arbitrio faciētibus ex eiſdem ueniens cauſis caſus interſtrepit,ut cū ſcrobē demittens quis,ut infodiat uitem,ſi theſaurum inueniat,ſcrobem quidē demittere ex libero uenit arbitrio,inuenire aūt theſaurū ſolus attulit caſus,eam tamē cauſam habens caſus,quam uolūtas attulit. Niſi enim foderet ſcrobem theſaurus non eſſet inuentus. Quidam autem euentus noſtris uolūtatibus ſuppetit. Quoſdam impedit quædam uiolenta neceſſitas. Prandere enim & legere,& alia huiuſmodi ſicut ex noſtra uoluntate ſunt,ita quoq; eorum, ſæpe ex noſtra uoluntate pendet euētus. Quod ſi nūc imperare Perſis uelit Romanus, arbitriū quidē uoluntatis in ipſo eſt,ſed hūc euentū durior neceſſitas retinet,& ad perfectionem uetat adduci. Itaq; omniū rerū & caſus,& uoluntas,& neceſſitas dominant. Necuna harū res in omnibus ponēda eſt,ſed triū miſta potētia,unde fit ut peccantium animus magis conſideret potius q̄ euentus,& puniat animus non perfectio,idcirco q̄d uoluntas quidem nobis libera eſt,ſed aliquoties perfectionis ordo retinet. Quod ſi omnia uel caſu uel neceſſitate fierent,nec laus digna bene facientibus, neculliō delinquentibus,nec leges ullæ eſſent iuſtæ,quæ aut bonis præmia, aut malis reſtitueret pœnas. Venio nunc ad illud q̄d multis quæriē modis,an diuinatio maneat,ſi non omnia in rebus ex neceſſitate contingant. Nam q̄d in uera prædicatione eſt, id eſt in ſcientia. Et ſicut cum quis uerum prædicit,quod uerè predicie eſſe neceſſe eſt. Ita q̄d quis futurum nouit,illud futurū eſſe neceſſe eſt. Sed diuinatio nō nouit ſic omnia ut ex neceſſitate futura pronunciet. Atq; idcirco frequenter ita diuinat, q̄d facilime in ueterum libris agnoſcit. Hoc quidē euenturum eſt. Sed ſi hoc fit,non euenīet. Quaſi interdici poſſit,& alio modo euenire. Q̄d ſi ita eſt,neceſſitate nō euenit. Vtrū aūtē ſi omnia futura ſciat Deus,omnia eſſe neceſſe eſt,ita quæramus. Si q̄s dicat Dei ſciētiā de futuris euentuū ſubſequi neceſſitatē,is,pfecto cōuerſurus eſt,ſi omnia ex neceſſitate nō contingūt,omnia Deū ſcire non poſſe. Nā ſciētiā Dei ſequit euentuū neceſſitas,ſi neceſſitas euentuū nō ſit,diuina ſciētia perimit. Et q̄s tā impia ratione animo torqueat,ut hoc de Deo dicere audeat? Sed fortaſſe quis dicat,quoniā euenire nō poteſt,ut Deus omnia futura nō nouerit,hinc euenire ut omnia ex neceſſitate ſint,quoniā Deo notitiā rerū futurarū tollere nefas eſt. Sed ſi q̄s hoc dicat,illi uidendū eſt, q̄d Deū dū omnia ſcire conat efficere omnia neſcire cōtēdit. Binariū enim numerū eſſe imparē ſi q̄s ſe ſcire,pponat,nō ille nouerit,ſed potius neſcit. Ita quoq; nō eſt poteſtis noſſe,ſed id arbitrari noſſe potius impotētiæ eſt. Qui ergo dicit Deū cūcta noſſe. Et ob hoc cūcta ex neceſſitate eſſe futura,is Deū dicit, ex neceſſitate cūcta uentura credere, quæcunque ex neceſſitate non euenīunt. Nam ſi omnia ex neceſsitate uentura nouit

ra nouit Deus,in notione ſua fallitur,nō enim omnia ex neceſſitate euenīunt,ſed alia qua cōtingenter. Ergo ſi quæ cōtingenter euentura ſunt,ex neceſſitate euentura nouerit, in propria prouidentia falſus eſt. Nouit enim futura Deus,non ut ex neceſſitate euenientia,ſed ut cōtingenter, ita ut etiam aliud poſſe fieri nō ignoret, q̄d tamen fiat ex ipſorum hominum & actuū ratione perſciſcat. Quare ſi quis omnia ex neceſſitate fieri dicat,Deo quoq; beneuolentiam ſubripiat,neceſſe eſt, nihil enim illius benignitas parit, quandoquidem cuncta neceſſitas adminiſtrat,ut ipſum Dei benefacere ex neceſſitate quodammodo ſit,& non ex ipſius uoluntate,nam ſi ex ipſius uoluntate quædam fiunt,ut ipſe nulla neceſſitate claudatur,non omnia ex neceſſitate contingunt. Quis igitur tam impie ſapiens Deum quoq; neceſſitate conſtringat? qui ſi omnia ex neceſſitate fieri dicat,iſta quoq; uis impoſſibilitas euenīet. Quare ponendum in rebus eſt, caſu quædam poſſe,& uoluntate effici, & neceſſitate conſtringi. Et oratio quæ utrumuis horum ſubruit,impoſſibilis iudicanda eſt. Nō igitur immerito Ariſtoteles ad impoſſibilē rationē perducit dicēs, & poſſibilitatē, & caſum,& liberum arbitrium deperire,quod fieri nequit,ſi omnium futurarū enunciationum una ſemper uera eſt definitè,falſa ſemper altera definitè. Harum enim ueritatē & falſitatē neceſſitas conſequit, quæ & caſum de rebus & liberum ſubducat arbitrium. Vnde nunc quoq; idem repetit dicens: Nihil impedire utrum aliquis ante mille annos aliquid futurum eſſe dicat,an alius neget, non enim ut ꝓpter dicere uel negare cuncta faciēda ſint uel non faciēda, ſed ſi neceſſe eſt,dicentem uel negantē,res quoq; affirmatas uel negatas ſubſequi, etiā ſi illi nō dicāt quę illis dicētib. euenire neceſſe erat, etiā non dicentibus euenire neceſſe eſt, dicit autem hoc modo:

> At uero neque hoc differt,ſi aliquis dixerit contradictionem,uel non dixerit,manifeſtum eſt enim quoniam ſic ſe habent res,etiam ſi non hic quidem affirmauerit,ille uero negauerit. Non enim propter negare uel affirmare,erit uel non erit, nec in milleſimum annum magis quàm in quanto libet tempore. Quare ſi in omni tempore ſic ſe habebat, ut unum dicere tur uere, neceſſe erat hoc fieri, & unumquodque eorum quæ ſiunt, ſic ſemp ſe habebat,ut ex neceſſitate fieret. Quādo enim uerè dicit quis quo niam erit,non poteſt non fieri,& quod factum eſt, uerum erat dicere ſemper quoniā erit. Quod ſi hęc non ſunt poſſibilia, uidemus enim eſſe principiū futurorum,& ab eo quòd cōſultamus,atque agimus aliquid.

Euentum neceſſarium rerum Ariſtoteles non ex prędicentium ueritate, ſed ex ipſarum rerum natura cōſiderans ait, q̄ licet neceſſe ſit quiſquis de re aliqua uerè prædixerit,rem quā ante pronunciauerit euenire,nō tamen idcirco rerū neceſſitas ex prędictionis ueritate pendet,ſed diuinandi ueritas ex rerum potius neceſſitate perpenditur. Non enim idcirco neceſſe eſt eſſe,quoniam uerum aliquid prædictum eſt,ſed quoniā neceſſario erat futurum, idcirco de ea re potuit aliquid uerè prædici,quod ſi ita eſt,eueniendi rei uel non eueniendi nō eſt cauſa is qui prædicit rem futuram eſſe uel negat. Non enim propter affirmationem uel negationem eſſe neceſſe eſt,ſed idcirco ea eſſe neceſſe eſt quæ futura ſunt,quoniā in natura propria quandam habēt neceſſitatem,in qua ſi quis incurrerit,uerum eſt quod prædicit. Ergo ſi quæcunque nunc facta ſunt,uerum de his fuiſſet dicere,quoniam erunt,ſiue ille dixiſſet, ſiue nō dixiſſet. Hæc quæcunq; facta nunc ſunt,erant ex neceſſitate futura,non enim propter,dicentem,uel negantem in rebus neceſſitas eſt,ſed propter rerum neceſſitatem ueritas in pronūciatione uel falſitas inuenitur. Quare ſi etiā ea quę nūc facta ſunt uerè potuiſſent prædici,quoniā erūt. Et his ita poſitis rem neceſſe eſſet euenire,ſiue illi prædicerent ſiue non prędicerēt,neceſſe eſt omne q̄ ſit ex neceſſitate eſſe futurum,

& nihil omnino utrumlibet in rebus eſt, namq; ſi nihil neceſſitatem rerum adiuuat diuinatio, & nihil intereſt, utrum quis prædicat futurũ eſſe aliquid, an neget, an nullus omnino aliquid, nec in affirmatione nec in negatione prædicat, manifeſtum eſt quoniam, nec de eo ulla diſtantia eſt, ſiue enim quis ante, quamlibet multum tempus aliquid euenturum uere eſſe prædixerit, ſiue ante quålibet paucos dies uel horas, uel momenta, nihil enim intereſt. Siue enim quis ante mille annos prædiceret, quod ex neceſſitate eſſet futurum, ſiue ante annum uel menſem, uel diem, uel horam, uel momentum de neceſſitate rei euenturæ nihil moueret. Quid enim intereſſet, utrum prædiceret an non prædiceretur: nihil quoq; intereſt an iuxta prædicat an longius. Qđ ſi hæc ita ſunt, & omnia quæcunq; euenerunt futura fuiſſe neceſſe eſt. Totum liberũ arbitriũ perit, totus caſus abſumit, rerũ poſſibilitas propter neceſſitatẽ omnis excludit. Simul autẽ Ariſtoteles prænunciationẽ euentumq; contingens, rerum neceſſitatem ex ipſa propoſitionum ueritate confirmat dicens: Si hæc ita ſunt, ut in omnitẽpore ſe ſic haberet unumquodq; quod factum eſt, ut hoc ipſum uere prædiceretur, neceſſe eſſet hoc fieri, ideſt neceſſe eſſet quod prædictum eſt uere euenire, unumquodque enim eorum quæ fiunt & uerè prædicũtur ſic ſe habet, ut ex neceſſitate fiat. Hoc autem cur fiat hæc ratio eſt, quod enim uere quis dicit, fieri neceſſe eſt. Illa enim ueritas ex neceſſitate rerum procreatur. Quod ſi etiam id quod factum eſt ueraciter prænũciareť futurum, nulla eſſet dubitatio omnia ex neceſſitate prouenire. Quod ſi hoc inquit, impoſſibile eſt (uidemus enim quaſdã res ex principio liberi arbitrij & exnoſtrorũ actuum fonte deſcendere) quid dubitamus friuolam rationẽ omnium rerum neceſſitatis excludere? & delectum humanæ uitæ interpoſitione neceſſitatis non abſumere? quæ enim erit ulla diſcretio inter homines, ſi liberi arbitrij iudiciũ periť? cur poſtremum leges conditæ? Cur reipublicæ iura? Cur reſponſa ſunt? Cur inſtituta? Cur mores publici & priuati actus cõſtitutionibus principum & iudiciorũ nexibus continentur, ſi certum eſt, nihil humanis licere propoſitis, fruſtra enim cuncta ſunt, ſi liberum arbitrium non eſt, leges enim & cætera ad continẽdos animos hominum conditas ſcimus. Quod ſi ſeipſi animi non regunt, & eos aliqua quædam uiolentia neceſſitatis impellit, dubiũ nõ eſt, quin uacuæ iſtæ leges ſunt, quæ nihil ſpõte facientibus proponunť. Sed hæc quàm ſint impoſſibilia ipſe Ariſtoteles probat, cuius recta ſentẽtia neque caſum, neq; neceſſitatem, neq; poſſibilitatem in utraq; parte naturæ, neq; liberum tollit arbitrium, ſed cuncta permiſcens, rebus pluribus arbitratur mundum compoſitum non ſimplici uel caſu, uel neceſſitate, uel liberæ uoluntatis iudicio contineri. Quod ſi hæc non ſunt poſſibilia (uidemus enim eſſe principium futurorum & ab eo quod conſiliamur atque agimus aliquid) Impoſſibilia, inquit, ita ſunt ut omnia ex neceſsitate prouenianť. Sumus enim quorundam nos ipſi quoque principia, & animus noſter ratione formatus, actioneſq; noſtræ ea ratione directæ quarundam rerum principium tenent. Sic enim id quod in nobis eſt ſe habere dicitur, nulloq; extra impediente uel cogente ad quod nobis uidetur ratione iudicante proſilimus. Nec omnia neceſſitatibus furripienda ſunt. Omnium namque animalium genus in eo quod animalia ſunt ſubiectum eſt aliud naturę, aliud cœleſtibus ſiderum curſibus, aliud rationi quoque mentis & animi cogitationi. Arbores namque & quædam animalia irrationabilia. Illa quidem tantum naturæ ſubiecta ſunt. Pecudes uero quia liberum non habent arbitrium cœleſtium etiam decretis. Homines autem & naturæ & ſideribus & propriæ uoluntati ſubiecti ſunt. Multa enim natura dominante uel facimus, uel patimur, ut mortem uel huiuſmodi habitudinem corporis. Multa etiam ſecum rerum ipſarum neceſsitas trahit, ut ea quæ cum facere uolumus, non tamen facere ualeamus. Multa autem dat uoluntatis liberum arbitrium, quæ nobis uolentibus fiunt, quæ non fierẽt niſi uellemus, unde fit, ut natura quæ motus eſt principium, & liberi arbitrij facultate, & animi quoq; ratione participet. Anima uero uelut alligata corporibus, quibus natura dominatur, imagina-

tur, imaginationibus & cupiditatibus & iracundiæ ardoribus cæteriſq;, quæ afferũt corpora, ex ipſa cui illigata eſt natura participat. Cuncti autem diuinæ prouidentiæ ſubiecti, ex illa quoq; diuinorum uoluntate pendemus, itaq; nec cœleſtium neceſſitas tota ſubruitur, nec caſum diſputatio hæc de rebus eliminat, & liberum firmat arbitrium, ſed hęc maiora ſunt, quàm ut nunc dignè pertractari queant. Sumusigiť nos quoque rerum principia, & ex noſtris conſilijs atq; actibus in rebus plura conſiſtunt. Quòd ſi ea quæ per hanc rationem afferuntur, perſpicua ſunt, quod uero ponitur, id eſt affirmationem & negationem omnem in futuro ueram eſſe, non æquè perſpicuũ eſt, cur dubitamus mendacem ſubterfugere rationis uiam? & tenere ea quæ cum uera, tum manifeſta ſunt, repudiatis his quæ nec ueritate ulla firma ſunt, nec perſpicuè clareſcunt? Et quoniam iam ſuprà dixerat, quare non oportebit neq; conſiliari, neq; negociari, nunc hoc reddidit ad id quod ait neq; conſiliari, dicens nos eſſe principiũ futurorum, & ab eo quod conſiliamur, ad id quod ait, neq; negociari reddidit id ęd ſubiecit, atq; agimus ut aliquid. Quare tanta breuitate oratio conſtricta eſt, ut in ea teneatur rationis ordinisq; neceſſitas.

Et quoniam eſt omnino in his quæ non ſemper actu ſunt, poſſibile eſſe & non eſſe ſimiliter, in quibus utrunq; contingit, & eſſe & nõ eſſe. Quare fieri & nõ fieri. Ac multa nobis manifeſta ſunt ſic ſe habentia, ut quòd hanc ueſtẽ poſſibile eſt incidi & non incidetur, ſed prius exteretur, ſimiliter autem & nõ incidi poſſibile eſt. Nõ enim eſſet poſſibile eam prius exteri, niſi poſſibile eſſet non incidi. Quare & in alijs fiendis quæ ſecundum potentiam huiuſmodi dicuntur. Manifeſtum igitur eſt, quoniam nõ omnia ex neceſſitate uel ſunt uel fiunt, ſed alia quidem utrumlibet, & non magis uel affirmatio uel negatio uera eſt, alia uero magis quidem & in pluribus alterum, ſed tamen contingit fieri & alterum, alterum uero minimè.

Cõtinuus quidem ſenſus ex ſuperioribus hoc modo. Suprà enim ait, quòd ſi hæc nõ ſunt poſſibilia, id eſt ut omnia neceſſitas adminiſtret. Videmus enim à nobis quoddam eſſe principium futurorum & à noſtris actibus, atq; conſilijs, his illud addit, quoniam ſunt aliqua quæ poſſibilia ſunt eſſe cum non ſint, & non eſſe cum ſint, hæc iam ſimul auferentur ſi neceſſitas in omnibus dominetur, & ſenſus quidem cum ſuperioribus ita coniunctus eſt. Quid autem habeat argumẽtationis tota ſententia, hoc modo perſpiciendum eſt. Poſſibile eſſe dicitur quod in utranq; partem facilè naturæ ſuę ratione uertatur, ut cum non ſit, poſſibile ſit eſſe, nec cum ſit, ut non ſit res ulla prohibeat, ita ergo & quod poſſibile dicimus à neceſſitate ſeiungimus. Aliter enim dicitur poſſibile me eſſe ambulare cum ſedeam, aliter ſolem nunc eſſe in Sagittario & poſt paucos dies in Aquarium tranſgredi. Ita enim poſſibile eſt, ut etiam eſſe neceſſe ſit. Poſſibile autem dicere ſolemus, quod & cum non ſit, eſſe poſſit, & cum ſit, non eſſe iterum poſſit. Si quis ergo omnia neceſſitati ſubiecerit, ille naturam poſſibilitatis intercipit. Tres ergo ſunt ſententiæ de poſſibilitate. Philo enim dicit poſſibile eſſe, quod natura propria enunciationis ſuſcipiat ueritatem, ut cum dico, me hodie eſſe Theocriti Bucolica relecturum, hoc ſi nihil extra prohibeat, quantum in ſe eſt poteſt ueraciter prædicari. Eodem autem modo idem ipſe Philo neceſſarium eſſe deſinit, quod cum uerum ſit, quantum in ſe eſt nunquam poſſit ſuſceptiuum eſſe mendacij, non neceſſarium autem idem eſſe determinat, quod quantum in ſe eſt, poſſit ſuſcipere falſitatem. Impoſſibile uero ſecundum propriam naturam, nunq; poſſit ſuſcipere ueritatem. Idem tamen ipſe & contingens & poſſibile unum eſſe confirmat. Diodorus poſſibile eſſe determinat, quod aut eſt aut erit, impoſſibile quod cum falſum ſit, non erit uerum, neceſſarium quod cum uerum ſit non erit falſum. Non neceſ-

ſarium,quod aut iam eſt aut erit falſum.Stoici uero poſſibile quidem poſuerũt,quod ſuſceptibile eſſet ueræ prædicationis,nihil his prohibentibus quæ cum extra ſint,cũ ipſo tamen fieri contingunt.Impoſsibile autem,quod nullam unquam ſuſcipiat ueritatem,alijs extra euentum ipſius prohibẽtibus.Neceſſarium quod cum uerum ſit, falſam prædicationem nulla ratione ſuſcipiat.Sed ſi omnia ex neceſſitate fiũt,in Diodori ſententiam non rectam ſine ulla dubitatione ueniẽdum eſt. Ille enim arbitratus eſt,ſi quis in mari moreretur,eum in terra mortem non potuiſſe ſuſcipere,quod neque Philo neq; Stoici dicunt.Sed quanquam iſta non dicant, tamen ſi unam partem contradictionis euentu neceſſitatis metiuntur,idem cum Diodoro ſentire coguntur. Nam ſi quis in mari mortuus eſt,illũ neceſſe fuit in mari necari, impoſſibile enim eũ fuit mortem in terra ſuſcipere,quod perfalſum eſt.At q; hæc omnia impoſſibilia ſubire coguntur.Quicunq; enim definite alteram contradictionis partem in futuro uerã eſſe contendunt,ſolam neceſſitatem in rebus inducunt. Neq; enim ſi quis naufragio periit in pelago,idcirco ſi nunquam nauigaſſet,immortalis in terra futurus fuiſſet.At uero non ex euentu rerum,ſed ex natura euentus ipſos ſuſcipientium propoſitionum contradictiones iudicande ſunt.Si enim mihi omnia ſuppetunt nunc ut Athenas eam,etiam ſi non uadam,poſſe me tamen ire manifeſtum eſt, & cũ ero potuiſſe non ire.Id quoq; apud eos qui euentus ex rerum natura recta ratione dijudicãt indubitatum eſt.Non ergo id eſt poſſibile ut ſit neceſſarium.Sed quanquam quod neceſſarium eſt,poſſibile ſit,eſt tamen alia quæ dã extrinſecus poſſibilitatis natura,quę & ab impoſſibili & a neceſſitate ſeiuncta eſt.Ariſtoteles enim hanc habens opinionem de his,quæ ſemper neceſſe eſſe eſt,ea putat nullam habere ad contraria cognationem,ut nix quoniam ſemper eſt frigida,nunquam calori coniuncta eſt. Ignis quoque nunquam frigori cognatus eſt.Idcirco quoniam ſemper in frigoris contrarietate uerſatur,ideſt,in calore.Ergo omnia quæcunq; ſunt neceſſaria,nullam ad contrariam qualitatem,quam ipſa retinet,habent cognationem . Quod ſi quam cognationem haberet ignis ad frigus,fruſtra eſſet illa cognatio,nunquam igni ſe in frigoris qualitatem uertente,ſed nouimus nihil proprium natum fruſtra naturam ſolere perficere.Ergo illa ſunt poſita neceſſaria quæcunq; ad contraria nullam habent cognationem,quæcunq; autem habent,illa non ſunt neceſſaria. Sed quoniam ad utranq; partem contrarietatis naturali quadam cognatione uidentur eſſe coniuncta, idcirco ad utranq; partem eorum euentus poſsibilis eſt, ut lignum hoc poteſt quidem ſecari, ſed nihilo tamen minus habet ad contraria cognationem.Poteſt enim non ſecari. Et aqua poteſt quidem caleſcere , ſed nihil eam prohibet frigori quoq; eſſe coniunctam.Et uniuerſaliter dicere eſt,quæcunq; neq; ſemper ſunt , neq; ſemper non ſunt, ſed aliquoties ſunt,aliquoties non ſunt,ea per hoc ipſum quod ſunt,& non ſunt,habent aliquam ad contraria cognationem.Hæc autem impoſsibilium & neceſſariorum media ſunt.Impoſsibile enim nunquam eſſe poteſt.Neceſſarium nunq; non eſſe,inter hęc propria quorundã natura eſt,quę horũ utrorũq; ſit media,quę & eſſe,ſcilicet,poſsit & nõ eſſe.Ergo hoc nũc dicit.Videmus,inq;t,in his,quę nõ ſemper actu ſunt.Illa uero nõ ſemp; ſunt actu,quę ad utraq; cõtraria habẽt cognationẽ,ignis ſemper actu calidus eſt,aqua uero nõ ſemper.Quocirca uidemus in his,quæ nõ ſemper actu ſunt,eſſe quędã poſsibilia,& nõ,ideſt,ut & ſint & nõ ſint,q̃d in his euenit in quibus utrunq; cõtingit,ideſt,& eſſe & nõ eſſe,ut aquã & eſſe calidã & nõ eſſe calidã,fieri quoq; calidã & nõ fieri.Multa q; nobis perſpicua ſunt,ita ſeſe habentia,ut in utranque partem euentus ſine ullo alicuius rei impedimento uertatur, ut ueſtẽ quàm poſſibile eſt quidem ſecari,ſed fortaſſe ita contingit,ut non ante ferro diuidatur , q̃ eam exterat uetuſtas,& hoc fieri poteſt,ut quælibet ueſtis non ferro potius minuatim pereat,q̃ uſu ipſo exteratur.Similiter autem non ſolum eam ſecari poſsibile eſt, ſed cã prius exteri q̃ ſecari,non enim eſſet eam poſsibile non ſecari, niſi prius poſsibile eſſet exteri.Cum enim exteritur,non ſecat,hoc autem in quibus eueniat uniuerſaliter

monſtrat.

monſtrat.Euenit hoc enim,inquit,in facturis.Facturæ aũt ſunt,in quibuſcũq; generatio eſt atq; corruptio.Siue enim q̃d natura fiat ſiue arte,in his a faciẽdo facturam dixit,In his ergo facturis alia quidem poteſtate ſunt,alia actu,ut aqua calida quidẽ eſt poſſibilitate.Poteſt enim fieri calida,frigida uero actu eſt. Eſt enim frigida actu, hoc aũt actu & poteſtate fieri ex materia uenit.Nam cũ ſit materia cõtrarietatis ſuſceptrix,& ipſa in ſe utriuſq; contrarietatis habeat cognationem,ſi ipſa per ſe cogitetur, nihil eorum habet quæ in ſe ſuſcipit, & ipſa quidem nihil actu eſt, omnia tamen poteſtate. Suſcipiens aũt contraria, quanquam unam habeat contrarietatem,habet tamen & alteram ſimul,ſed non actu,ut in eadem aqua . Huius enim materia & caloris ſuſceptrix eſt & frigoris. Sed cum utrumlibet horum ſuſceperit uel calorem uel frigus,eſt quidem,ſi ita contingit,calida, eſt etiam ſimul frigida,ſed non eodẽ modo.Nã fortaſſe actu calida eſt,frigida poteſtate.Ergo q̃ poteſtate eſt in rebus,ex materia uenit. Alioq; diuinis corporibus nihil omnino eſt poteſtate,ſed omne actu,ut ſoli nunq̃ eſt lumen poteſtate,ſed actu,nec poteſtate quidem ulla obſcuritas,uel toto cœlo nulla quies.Ita ergo ſeſe habẽt ex materia, ut omnia ipſa eſſent poteſtate,nihil autẽ actu introducta,ſed natura quæ in ipſa materia eſt,ſingulos proratione diſtribuit motus,& ſingulas qualitatum proprietates ſingulis materię partibus ponit,ut alias quidem natura ipſa neceſſarias ordinauerit,ita ut quamdiu res illa eſſet eius,in ipſa proprietas permaneret,ut igni calor.Nam quãdiu ignis eſt,tamdiu ignem calidum eſſe neceſſe eſt,alijs uero rebus tales qualitates appoſuit, quibus carere poſſint.Et illa quidem neceſſaria qualitas informat uniuſcuiuſque ſubſtantiam,Illa enim eius qualitas cum ipſa materia ex natura coniuncta eſt. Iſtę uero alię qualitates extra ſunt,quę & admitti poſſunt & non admitti,atque hinc eſt generatio & corruptio.Ex natura ergo & ex materia iſta in rebus poſſibilitas uenit,quia in re caſus quoq; aliquando ſubrepit,quæ eſt indeterminata cauſa & ſine ulla ratione cadens,neque enim caſus natura eſt,quæ fruſtra nihil efficit.Nec liberum eſt caſus arbitrium q̃d in iudicio & ratione cõſiſtit.Sed extra eſt caſus, qui propter aliam rem quibuſdam factis ipſe ſubitus & improuiſus exoritur. Et ex hac autem quę eſt utrumlibet poſſibilitate etiam illa liberi arbitrij ratio uenit.Si enim nõ eſſet fieri aliquid poſſibile,ſed omnia aut ex neceſſitate eſſent,aut ex neceſſitate non eſſent,liberum arbitrium non maneret.Recte igitur nec omnia caſu,ut Epicurus, nec neceſſitate omnia,ut Stoicus,nec rurſus omnia libero arbitrio fieri propoſuit.Sed cũcta permiſcens,in permiſto mũdo permiſtas quoq; rerum cauſas eſſe propoſuit, ut aliæ quidem ex neceſſitate,aliæ uero caſu,uel libero arbitrio,uel poſtremo poſſibilitate cõtingerent.Quorum omnium unum nomen eſt,utrumlibet,uel in caſu,uel in uoluntate,uel in poſſibilitate.Sed horum diuiſionem facit.Nam eorum quę ſunt utrumlibet,alia ſunt quæ æqualiter ad affirmationem & negationem ſe habent,ut eſt lecturum me eſſe hodie Virgilium & non lecturum. Vtroq; enim modo utrũq; eſt,hoc eſt enim q̃d ait,& non magis uel affirmatio uel negatio eſt. Aequaliter enim & poſſum legere Virgilium nunc,& poſſum non legere. Alia uero ſunt quę non ſe æqualiter habent,ſed quanq; in una re frequentius eueniat,non tamen prohibitum eſt in altera prouenire, ut in eo quod eſt hominẽ in ſenecta caneſcere. In pluribus quidem hoc contingit ſed contingit fieri & alterum,id eſt,ut non caneſcat. Alterũ uero mini mẽ,id eſt,ut caneſcat. Ita ergo & poſſibilitate,& caſu,& libero arbitrio , contradictionem in una parte de futuro definitè nõ eſſe ueram uel falſam,per firmiſſimam & ualidiſſimam argumentationem conſtituit.His autem adijcit hoc:

> Igitur eſſe quod eſt,quando eſt,& non eſſe quod non eſt,quando non eſt, neceſſe eſt.Sed nõ omne quod eſt,neceſſe eſt eſſe,nec omne quod nõ eſt, neceſſe eſt non eſſe.Nõ enim idem eſt omne quod eſt,neceſſario eſſe quãdo eſt,& ſimpliciter eſſe ex neceſſitate.Similiter autẽ & in eo quod nõ eſt.

Duplex modus neceſſitatis oſtenditur, unus qui cum alicuius accidentis neceſſitate proponitur, alter qui ſimplici prædicatione profertur, ut cum dicimus ſolem mouẽri neceſſe eſt, non enim ſolem quia nunc mouetur, ſed quia nunq̃ non mouebitur, id circo in ſolis motu neceſſitas uenit. Alter uero qui cũ conditione dicit̃ talis eſt, ut cũ dicimus: Socratẽ ſedere neceſſe eſt, cum ſedet, & non ſedere neceſſe eſt, cum non ſedet. Nam cum idem eodẽ tempore ſedere & non ſedere non poſſit. Quicunq̃ ſedet non poteſt non ſedere, tunc cũ ſedet, igitur ſedere neceſſe eſt, ergo tunc quando quis ſedet, eum ſedere neceſſe eſt, fieri enim non poteſt ut cum ſedet, non ſedeat. Rurſus quando quis non ſedet, tunc cum non ſedet, non ſedere eum neceſſe eſt. Non enim poteſt idem ſedere & non ſedere, & poteſt iſta eſſe cum conditione neceſſitas, ut cum ſedet aliquis, tunc cum ſedet, ex neceſſitate ſedeat, & cum non ſedet, tunc cũ non ſedet, ex neceſſitate non ſedeat. Sed iſta cum conditione quæ proponitur neceſſitas, non illam ſimplicem ſecum trahit. Non enim quicũq̃ ſedet, ſimpliciter eum ſedere neceſſe eſt, ſed cum adiectione, ea quæ eſt, tunc cum ſedet, ſicut ſolẽ dicimus neceſſe eſt moueri. Nec hoc addimus, ut ſolem moueri neceſſe ſit cum mouetur, ſed tantum ſimpliciter dicimus ſolẽ moueri neceſſe eſt, & hęc neceſſitas ſimplex de ſole dicta, ueritatem in oratione perficiet. At uero illa quæ cũ conditione dicit̃, ut cum dicimus Socratem ſedere neceſſe eſt, tunc cum ſedet, id quod dicimus, tunc cũ ſedet, & hanc conditionem temporis, ſi à propoſitione diuidamus, de tota propoſitione ueritas perit. Non enim poſſumus dicere quoniã ex neceſſitate Socrates ſedet. Poteſt enim & nõ ſedere. Habet enim quandã conuenientiã & cognationẽ poteſtas Socratis ſicut ad ſedendũ, ſic etiã ad nõ ſedendũ. Ergo id q̃d dicimus ex neceſſitate Socratẽ ſedere, tunc cum ſedet, ad accidens reſpicientes proponimus. Nam quando accidit Socrati ſedere, eo tẽpore quo accidit, ei non accidiſſe non poteſt. Sic enim fieri ut eidem eadem res accidat & nõ accidat, uno eodẽq̃ tẽpore q̃d impoſſibile eſt. Idcirco accidẽs eius inſpicientes dicimus, neceſſe eſt Socratẽ ſedere, ſed non ſimpliciter, ſed tunc cum ſedet. Et ſicut ſimpliciter Aethiopem dicere eſſe candidũ falſum eſt, uerum tamẽ eſt in aliquo eſſe candidũ. (In oculis enim & dentibus illi candor ineſt) ita quoq̃ falſum eſt Socratẽ ex neceſſitate ſedere ſimpliciter. Verum autem eſt hanc neceſſitatem in aliquo quodam ponere, & non ſimpliciter prædicari, ut dicamus tunc cum ſedet. Quemadmodũ enim in ſole dicimus, quoniã ſolẽ moueri neceſſe eſt ſimpliciter, ſi ita dicamus Socratẽ ſedere neceſſe eſt, falſum eſt. Sin uero marmoreum Socratem dicamus, quoniam marmoreum Socratẽ ſedere neceſſe eſt, ſi fortaſſe ſedens formatus ſit, uerũ eſt, & ſimpliciter de tali Socrate neceſſitas poterit prædicari. De ipſo autẽm Socrate ſimpliciter talis neceſſitas nõ dicit̃. Neq̃ enim fieri poteſt, ut Socrates ex neceſſitate ſedeat niſi fortaſſe cum ſedet, tunc enim cum ſedet, quoniam ſedet & non poteſt non ſedere, ex neceſſitate, ſedet alioquí ſimpliciter & nõ ex neceſſitate ſedet, ſed contingenter. Poteſt enim ſurgere. Quod autem ex neceſſitate ſimpliciter eſt, illam non poteſt permutare neceſſitatem, ut quoniam ſimpliciter ſolem moueri neceſſe eſt, ſol ſtare nulla ratione poteſt. Hoc igitur Ariſtoteles dicit, omne quod eſt quando eſt, & omne quod non eſt, quando non eſt, eſſe cum conditione & non eſſe, neceſſe eſt, ſed non ſine conditione aut eſſe aut non eſſe ſimpliciter. Hæc enim ſolis illis neceſſitatibus attributa ſunt, quæcunq̃ nullius potentiæ aut cognationis ad oppoſita ſunt, ut ſol ad quietẽ, uel ignis ad frigus. Neq̃ enim idem eſt, inquit, Ariſtoteles, ex neceſſitate eſſe aliquid quando eſt in conditione, uel non eſſe quando non eſt, & ſimpliciter dicere omnia ex neceſſitate eſſe, uel non eſſe. Illud enim cõditio uerum fecit, in hoc ſimplicitatis natura efficit ueritatem. Similiter autẽ, inquit, & in eo quod non eſt, idem eſt. Non enim omne quod non eſt, non eſſe neceſſe eſt, ſed tunc cum non eſt, tunc non eſſe neceſſe eſt, & hoc in conditione rurſus, nõ ſimpliciter. Duabus igitur his neceſſitatibus demonſtratis, una, ſcilicet, conditionali, altera ſimplici. Rurſus ad contradictionem de futuro contingentiq̃ reuertitur.

Et

Et in contradictione eadem ratio eſt. Eſſe quidem uel non eſſe omnẽ, neceſſe eſt, & futurum eſſe uel non. Non tamen diuidentem dicere alterum neceſſarium. Dico autem ut neceſſe eſt quidem eſſe futurum libellum nauale cras, uel non futurũ eſſe, ſed non neceſſe eſt futurum eſſe cras bellũ nauale, uel non futurum eſſe. Futurum aũt uel eſſe, uel non eſſe neceſſe eſt.

Planiſſimè quæ ſententia haberetur de cõtingentibus propoſitionibus & futuris ex poſuit dicens: In his quidem totam contradictionem dictam unam quamlibet partem ueram habere, alteram falſam, ſed non ut aliquis diuidat atq; reſpondeat. Hanc quidem ex neceſſitate eſſe ueram, illam uero ex neceſſitate alteram falſam, ut in eo quod dicimus, ſol hodie occidet, ſol hodie non occidet, facilimè in his aliquis diuidens dicit, quoniam ſolem hodie occidere, ex neceſſitate uerũ eſt, nõ occidere, ex neceſſitate falſum. Ita ſeſe habet diuinorum corporũ ratio & natura, ut in his nulla cognatio ſit ad oppoſita, atque ideo uel q̃d ſunt, ex neceſſitate nõ ſunt. Ea uero quæ in generatione & corruptione ſunt, nõ ita ſunt, habent enim hoc ipſo quòd & gignuntur & corrumpuntur ad oppoſita cognationem, atque ideo in his nõ eſt unam partem cõtradictionis aſſumere, & eam neceſſario eſſe prædicare, & rurſus aliã neceſſario nõ eſſe proponere, quamuis totius cõtradictionis una quælibet pars uera ſit, altera falſa, ſed incognitæ & indefinitę, & nõ nobis. Verũ ga natura ipſarũ rerũ quæ ꝓponunt̃ dubitabilis eſt, ut in ea propoſitione q̃ eſt, Socrates hodie lecturus eſt, Socrates hodie lecturus non eſt, totius quidẽ cõtradictionis una uera eſt, altera falſa, aut eũ lecturus eſt, aut nõ lecturus, & hoc cõfuse & in tota oratione ꝓſpectũ. Sed nullus poteſt diuidere & reſpondere, q̃niã uera eſt & lecturũ eum eſſe, uel certè quoniã uera eſt, nõ eum eſſe lecturũ. Hoc aũt non q̃d audientes de futuro neſciamus, ſed quod eadem res & eſſe poſſit & nõ eſſe. Alioquin ſi ex noſtra ſcientia hoc eueniret, & nõ ex ipſarum rerum uariabili & indefinito prouentu, illa rurſus impoſſibilitas contingeret, ut omnia neceſſitas adminiſtraret. Non enim propter ſcientiam noſtram quod ex neceſſitate eſt, euenturum eſt, ſed etiam ſi nos neſciamus, erit tamen eius rei euentus conſtitutus, & indubitanter illam rem futuram eſſe neceſſe eſt. Ergo quoniam hoc fieri nequit, & ſunt quędam, quæ nõ ex neceſſitate proueniãt, ſed contingenter, in his quanquã totius contradictionis in qua liber eius parte ueritas inueniatur aut falſitas, non tamen ut aliquis diuidat & dicat, hanc quidem ueram eſſe, illam uero falſam, quod huiuſmodi monſtrauit exemplo. Cras enim bellum nauale fieri, aut nõ fieri neceſſe eſt, non tamẽ ex neceſſitate fiet cras, aut neceſſitate cras nõ fiet. Vt poſſit aliquis diuidere & prædicare dicens, cras fiet, ut hoc uerè dicat, & ita ex definito cõtingat, uel rurſus cras nõ fiet, & hoc eodem modo proueniat, hoc fieri nõ poteſt, ſed tãtum indefinitè quæ cũq̃ una pars cõtradictionis uera eſt, altera falſa, ſed quæ euenerit. Euẽtus autẽ ipſorum indiſcretus eſt, & illud enim & illud poterit euenire. Hoc autem idcirco eſt, quoniam non eſt ex antiquioribus quibuſdam cauſis pendẽs rerum euẽtus. Vt quædam quodammodo neceſſitatis catena ſit, ſed potius hæc ex noſtro arbitrio & libera uoluntate ſunt, in quibus eſt, nulla neceſſitas. Quod ſi, inquit, ſimiliter orationes ueræ ſunt quẽadmodũ & res, hoc ſumpſit à Platone, qui dixit ſimiliter ſe habere orationes rebus, & cognatas quodammodo eſſe in ipſa ſignificatione, ut ſi ſint res impermutabiles, & ratione ſtabili permanẽtes, oratio quoque de his uera eſſet & neceſſaria. Sin uero eſſet res quæ uarietate naturæ nũquam perpetuò permaneret, in orationibus quoque fixa ueritas nõ eſſet, & nulla per huiuſmodi orationes demonſtratio proueniret. Hoc ergo ſumens Ariſtoteles ut optimè dictum, ſic ait:

Quare quoniam orationes ſimiliter ueræ ſunt, quemadmodum & res.

Manifestum est,quoniam quęcunque sic se habent, ut utrumlibet sint, & contraria ipsorum contingere possint,necesse est similiter se habere & cõtradictionem.Quod contingit in his, quæ non semper sunt, & non semper non sunt.

Quoniam, inquit, orationes similiter sese habent quemadmodũ & res manifestum est,quoniam quæcunq; res ita sunt ut utrumlibet sint & cõtraria ipsorum contingere possint,necesse est contradictionem ita se habere,quæ de illius naturæ instabilibus atq; indefinitis rebus est. Quod si res sint dubitabiles & indefinito uariabilíq; prouentu,cõtradictio quoq; quæ de his rebus fit,uariabili & indefinito prouẽtu sit. Quę autem essent huiusmodi res,quarum euentus uarius indefinitusq; cõstaret, plane illíme demõstrauit dicens,quòd contingit in his quæ nõ semper sunt & nõ semper non sunt.Ea enim sunt in quibus cõtingit utrumlibet,quę neq; semper sunt(possunt enim corrumpi)neque semper non sunt,possunt enim generari & fieri. Hæc enim sunt quæ habent ad oppositã cognationem,sicut in ipsa propria substantia rerũ ipsarum euentus docet.Nam esse & non esse oppositum est.Quod autẽ non fuit,& generatur,& fit,ex eo quod non fuit est.Habuit igitur in hoc ad esse & non esse,id est ad oppositã cognationem.Sin uero idẽ ipsum quod est corrumpatur, ex eo quod fuit non erit.Habebit igit̃ rursus ad oppositã cognationẽ. Quare sicut harum quæ sunt in generatione & corruptione rerum prouentus indefinitus est,ita quoq; & cõtradictionum partes,quanquam in tota cõtradictione una uera sit,altera falsa,Indefinitum enim & indiscretum est,quæ una harum uera sit,quæ altera falsa.

Horum enim necesse est alteram partem contradictionis ueram esse uel falsam.Nam tamen hoc uel illud,sed utrumlibet,& magis quidem alterã ueram,non tamen iam ueram uel falsam.Quare manifestum est,quoniam non est necesse omnis affirmationis & negationis oppositarum hanc quidem ueram,illam uero falsam esse.

Docuit suprà nos in his quæ utrumlibet sunt rebus contradictionis unam partẽ nõ esse definitè ueram,falsam uero alterã definitè,nunc à frequentiori & à rariori argumentum trahit.Suprà namq; monstrauit esse quasdam res, quæ frequentius quidem contingant,non tamen intercluſum sit,ut & opposita aliquando cõtingant.Cõtingit enim ut rarius infrequentiusq; cõtingant.Ergo si in his quæcũ p; in pluribus euenιunt,non necesse est unam ueram esse,alteram falsam.Idcirco quoniam quicunq; dixerit hominem in senecta canescere,& hoc ex necessitate esse protulerit,mentietur.Potest enim & canescere.Si in his ergo non est definitè una uera, altera falsa,in quibus una res frequentius euenit,rarius altera,multo minus in his in quibus oppositorum euentus æqualis est,& uerum est quidem dicere,quoniam hoc contingit frequentius,non tamen omnino,quoniam ita contingit,idcirco licet rarius non cõtingit oppositum.Quod si neq; in his quę in pluribus prædicãtur,una definite uera est, altera falsa,& multò minus in his quorum æqualiter indiscretus euentus est,manifestum est in futuris & contingentibus propositionibus nõ esse ueram unam,alteram falsam.Hoc enim in principio,ut mõstraret ualidissima argumentatione,cõtendit.

Neque enim quemadmodum in his quæ sunt, sic se res habet etiam in his quæ non sunt, possibilibus tamen esse uel non esse, sed quemadmodum dictum est.

Ad diuisionem temporum in principio factam totã reuocat quæstionem. Ait enim eas prius propositiones quæ fierent,aut in præsenti, aut in futuro,aut in præterito prędicari,& eas quidẽ quæ de præterito uel præsenti dicerentur,definitam ueritatẽ uel falsi

uel falsitatem habere,siue in sempiternis & diuinis rebus dicerentur,siue in nascentibus & morientibus,in quibus utrũlibet contingeret,ut haberent ad opposita cognationẽ,in futuris uero si de diuinis quidem rebus aliquis & immutabilibus loqueretur,eodem modo unam ueram definitè,alterã falsam esse definitè.Non enim habẽt huiusmodi naturæ ad oppositã cognationem.In his autem quæ in generatione & corruptione essent de futuro prædicatis uel affirmatiuè uel negatiuè, non eundem esse modum ueritatis definitè,sed totius quidem contradictionis unam partem ueram esse,alteram falsam,definitè autem unam ueram,definitè alteram falsam,minime.Nunc autem non utraq; tempora posuit,præsens,scilicet,& præteritum.Sed tantum præsens,dixit enim.Neque enim quemadmodum in his quę sunt,id est,in his q̃ præsentia.Quod uero ait in his quæ nõ sunt,possibilibus tamẽ esse,de futuris loquitur,quæ cum non sint tamen esse possunt.Non enim sic se habet in præsenti prædicta propositio,quemadmodum in futuro in his,scilicet,quæ utrumlibet sunt, & in generatione & corruptione consistunt.In illis enim,id est, præsentibus & præteritis definite una uera est,altera falsa.In his uero,id est,futuris & contingentibus,ueritas & falsitas propositionum nulla definitione cõstringitur.Sed quoniam de futuris propositionibus Aristotelicam sententiam quantum facultas fuit,diligenter expressimus,prolixitatem uoluminis terminemus.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, EDITIONIS SECVNDAE, SEV MAIORVM COMMENTARIORVM, IN LIBRVM ARISTOTELIS DE INTERPRETATIONE, Liber quartus.

SI quidem libri huius,qui de interpretatione apud Latinos, apud Græcos uero περὶ ἑρμηνείας inscribitũ,obscura oratione series,obscuris adiecta sententijs,atq; ideo non hanc magnis expediſſem uoluminibus,nisi etiam nihil labori concedens, quã possem planissime quod in prima editione altitudinis & subtilitatis omiseram,secunda cõmentatione complerẽ. Sed danda est prolixitati uenia,& operis longitudo libri obscuritate pẽsanda est: Sunt tamẽ gradus apud nos satisfacientes lectoris & diligẽtiæ & studio,cupiẽtis facilíme magna cognoscere. Huius enim libri post has geminas cõmentationes q̃dam breuiarium faciemus,ita ut in quibusdam & ferè in omnibus Aristotelis ipsius uerbis utamur,tãtum quod ille breuitate dixit obscurè,nos aliquibus additis dulciorem seriem adiectione faciamus,ut quasi inter textus breuitatẽ, cõmentationisq́e diffusionem,medius ingrediaẽ stilus,diffusè dicta colligẽs,& angustissimè scripta diffundẽs,atq; hæc posterius.Nũc uero quoniã ab Aristotele suprà mõstratũ est, in futuro cõtingẽtiũ propositionũ ueritatẽ & falsitatẽ nõ stabilí neq; definita ratione esse diuisam,& qcquid suprà latissima disputatione cõplexa est,nũc eius hæc intentio est,ut Categoricarũ ꝓpositionũ numerũ tradat, quæcũq; cũ diffinito uel infinito nomine simpliciter fiũt.Primo enim uolumine dictũ est nomẽ esse,ut homo:infinitũ nomẽ uero, ut nõ homo.Prædicatiuę aũt & Categoricæ propositiones sunt, quę duobus tãtũ simplicibus terminis cõstant.Hæ, siue cum finito nomine sunt,ut est homo ambulat, siue cum nomine infinito,ut est non homo ambulat.Harum igitur propositionum Categoricarum atq; simplicium tradere numerum contendit, quæcunq;

quęcunq; fiunt adiectione nominis infiniti. Sed quoniam propositiones omnes aut ſecundū qualitatem differunt, aut ſecundū quantitatē. Secūdū qualitatem quod hæc quidem affirmatiua eſt, illa uero negatiua. Secundum quantitatem uero, quod hæc quidem plura complectitur, illa uero pauca; ſecundū quā differentiam hę propoſitiones, quæ dicuntur homo ambulat, & rurſus, non homo ambulat à ſe differūt, aut ſecundum quantitatem, aut ſecūdum qualitatem. Nam quod dico homo ambulat, qualitatem quandam ſubſtantiæ, id eſt hominē ambulare deſignat, & rem definitam atq; ſubſtantiam, quæ unam ſpeciem ambulabilem eſſe pronunciat. Quod aūt dico, non homo ambulat, hominem quidem rem definitam tollo, innumerabilia uero ſignifico, quare illa quidem quæ dicit, homo ambulat ſecundum qualitatem, quæ uero non homo ambulat uidebitur ſecundum quantitatem potius diſcrepare. An certè illud magis eſt uerius, ut q̄ dico homo ambulat, homo ſimplex nomen quaſi affirmationi eſt proximum, quod uero dico non homo ambulat, non homo infinitum nomen negationi uidetur eſſe conſimile. Sed affirmatio & negatio ſecundum qualitatem differūt. Hæc aūt affirmationi ſunt negationiq; cōſimilia. Qualitate igit̄ potius quā ulla diſcrepant quantitate. An magis illud eſt uerius, q̄ quemadmodum ſe habet propoſitio quę dicit Socrates ambulat, ad eā quæ dicit, quidā homo ambulat. Ita ſeſe habet homo ambulat, ad eam quæ dicit non homo ambulat. Propoſitio namq; quę eſt quidā homo ambulat, ſi plures ambulant, neceſſe eſt ut uera ſit. Si aūt plures ambulent, ut Socrates ambulet nō eſt neceſſe. Poſſunt enim plures ambulare, & Socrates non ambulare. Sed cum plures ambulant, quidam homo ambulat, hoc autem ideo euenit. Quia quod dicimus, quidam homo ambulat, particulariter iungimus uniuerſalitati, id eſt homini, & ſi q̄ ſub ipſa uniuerſalitate ſunt, id eſt, ſub hominem ambulantes ſunt, eam quæ dicit quidam homo ambulat uerā eſſe neceſſe eſt. At uero cum dicitur Socrates ambulat, quoniā Socrates circa unius cuiuſdā proprietatē eſt. Niſi ipſe Socrates ambulauerit, quanq; omnes homines ambulent, non eſt uerū dicere Socrates ambulat. Sicut ergo quidam homo ambulat, definitè uerum eſt, ſi plures ambulant. Non autem Socrates ambulat, quātuis plures ambulēt, niſi ipſe Socrates ambulet, ſic etiam in eo q̄d eſt homo & nō homo, qui dicit homo ambulat, dicit quoniam quoddā animal ambulat, & hoc nomine & qualitate determinat, dicēs, homo ambulat. Qui uero dicit non homo ambulat, non quidem omnia ſubruit, ſed hominem tātum. Cætera uero animalia ambulabilia eſſe pronunciat. Ergo ſiue equus, ſiue bos, ſiue leo ambulat, uerum eſt, non homo ambulat, ſed non eſt uerū homo ambulat, ſi nō homo ipſe ambulet. Quare quēadmodū ſe habet quidā homo ambulat, ad Socratem ambulat. Quod illic ſi plures homines ambularent, uerum erat, quidā homo ambulat. Nō etiā Socrates ambulat, niſi ipſe Socrates ambularet, ita quoque in eo q̄d eſt, homo ambulat, & nō homo ambulat, dici poteſt. Nam ſi plura quę ſunt non homines ambulent, uerum eſt dicere, quoniam non homo ambulat, nō autem uerum eſt dicere, quoniam homo ambulat, niſi ipſe homo ambulet, ſecundū definitionem ergo potius & proprietatem uidentur diſcrepare, quàm ſecundum aliquam totam quantitatem, uel partem quantitatis, uel rurſus ſecundum aliquā qualitatem. Nam ſicut poſterius demonſtrabitur ea quę dicit, nō homo ambulat, affirmatio potius quàm negatio eſt, atq; hæc hactenus prædixiſſe ſufficiat.

De enunciationibus infinitis.

QVoniam autem eſt affirmatio de aliquo ſignificās aliquid, hoc autem eſt uel nomen uel innominatum. Vnum autē oportet eſſe, & de uno, id quod eſt in affirmatione. Nomen autem dictum eſt, & innominatum prius, non homo enim nomen quidem non dico, ſed nomen infinitum. Vnum enim ſignificat quodāmodo infinitum

infinitum nomen. Quemadmodum & non currit, non uerbum dico, ſed infinitum. Erit omnis affirmatio & negatio, uel ex nomine & uerbo, uel ex infinito nomine & uerbo. Præter uerbum autem nulla affirmatio uel negatio eſt, eſt enim, uel erit, uel fuit, uel fit, uel quæcunq; alia huiuſmodi uerba, ex his ſunt, quæ ſunt poſita, conſignificant enim tēpus. Quare prima erit affirmatio & negatio, eſt homo, nō eſt homo, deinde, eſt nō homo, nō eſt nō homo. Rurſus, eſt omnis homo, nō eſt omnis homo, eſt omnis nō homo, nō eſt omnis non homo, & in extrinſecus temporibus eadē eſt ratio.

IN ſecundo (ut arbitror) libro prædiximus omnē enunciationē ſimplicē, id eſt, prędicatiuam ex ſubiecto & prędicato conſiſtere. Quorum ſemper prædicatio aut uerbum eſſet, aut quod idem poſſet, tanq; ſi uerbi dictio poneret, ut cū dicimus, homo ambulat, uerbū ponit̄, cum uero dicimus, homo rationalis, ſubaudiat̄ hic uerbum eſt, ut totus intellectus ſit homo rationabilis eſt. Quocirca neceſſe eſt, aut uerbum ſemper eſſe prædicatum, aut quod ſit uerbo cōſimile, idemq; in enunciationibus poſſit. Quod uero ſubiectum eſſet, aut omnino nomē eſſet, aut q̄ uice nominis fungeretur. Quocirca illud maxime colligēdū eſt, omne in Categorica propoſitione ſubiectum, eſſe nomen, omne uero prędicatum, uerbum. Sed quoniā cum de nomine loqueretur, aliud quoddam nomen introduxit, ut ſimpliciter quidem & per ſe nomen non eſſet, infinitum tamen nomē uocaretur, id quod cum negatiua particula profertur. Omnis aūt propoſitio ex nominis ſubiectione cōſiſtit. Eſt aūt Categorica propoſitio, quæ aliq̄d de aliq̄ prædicat uel negat, & de quo prędicat quidē nomen eſt. Quando q̄ in nomine infinitū etiam nomen dicitur, neceſſe eſt ſemper Categoricam propoſitionem aut nomē habere ſubiectum, aut illud q̄d infinitū dicitur. Infinitum uero nomen eſt quod ipſe nunc innominatum uocat. Omnis ergo propoſitio prædicatiua in duas diuiditur ſpecies, aut enim ex infinito nomine ſubiectum eſt, aut ex ſimplici & finito. Ex infinito quidem quemadmodum cum dico, nō homo ambulat, ex finito autem & ſimplici, ut homo ambulat. Huius autē quæ ex finito & ſimplici eſt, ſpecies ſunt duę, quę aut uniuerſale nomen ſubijcit, ut homo ambulat, aut ſingulare, ut Socrates ambulat. Quare ita fit diuiſio. Omnium enunciationum ſimplicium, quæ duobus terminis conſtant, aliæ ſunt ex infinito nomine ſubiecto, aliæ uero ex finito & ſimplici. Earum quæ ſimplex habent ſubiectum. Aliæ ſunt quæ uniuerſale ſimplex ſubijciunt. Aliæ quæ ſingulare. Suprà uero docuit quę ſint differentiæ propoſitionum, ſimplex nomen in ſubiecto ponentium. Quod alię ſunt uniuerſales, aliæ ſunt particulares, alię ſunt indefinitæ, & ſecundum quantitatem quidem hoc modo differunt. Secundum qualitatem uero, quòd aliæ affirmatiuæ ſunt, aliæ negatiuæ. Idem quoque in his propoſitionibus quæ ex infinito nomine ſubiecto enunciantur. Alię namq; earum indefinitę ſunt, aliæ definitę. Definitarum aliæ ſunt uniuerſales, aliæ particulares, hic quoq; ſecundum quantitatem, nec minus ſecundum qualitatem eædem infinitorum quoq; nominum, in propoſitionibus differentiæ ſunt. Dicimus enim alias eſſe affirmatiuas, alias negatiuas, ſubiecta uero deſcriptio docet, quæ ſint affirmatiuæ ſimplices, & q̄ ſunt negatiuæ, & rurſus quæ ſunt affirmatiuæ ex infinito nomine, & quæ negatiuę, eaſq; omnes in proprijs determinationibus adiunximus, nec minus etiam indefinitas in utraq; ſpecie propoſitionū poſuimus, ſingulare habētibus ſubiectū ſimplicibus propoſitionib. reiectis. Sūt enim infinitæ propoſitiones ſimplices hæ, homo ambulat, homo nō ambulat, cōtra eas uero diuiſę ſecundū nomē infinitū hæ. Nō homo ambulat, non homo nō ambulat, uniuerſales ex ſimplici ſubiecto nomine ſunt hę. Omnis homo ambulat, nullus homo ambulat. Contra has uero diuiſæ ex infinito nomine uniuerſales. Omnis non homo ambulat, nullus nō homo ambulat. Rurſus particulares ex ſimplici

plici nomine ſubiecto ſunt hæ. Quidam homo ambulat, quidam homo non ambulat. Rurſus particulares contra has diuiſę ex infinito nomine ſubiecto ſunt hę. Quidam non homo ambulat, quidam non homo non ambulat. Hoc autem ſubiecta deſcriptione declaratur.

Indefinitæ ex ſimplici nomine ſubiecto.

Homo ambulat	Homo non ambulat

Indefinitæ ex infinito nomine ſubiecto.

Non homo ambulat	Non homo non ambulat

Vniuerſales ex ſimplici nomine ſubiecto.

Omnis homo ambulat	Nullus homo ambulat

Vniuerſales ex infinito nomine ſubiecto.

Omnis non homo ambulat	Nullus non homo ambulat

Particulares ex ſimplici nomine ſubiecto.

Quidam homo ambulat	Quidam homo non ambulat

Particulares ex infinito nomine ſubiecto.

Quidam non homo ambulat	Quidam non homo non ambulat.

Hæc ergo partiens, & de propoſitionibus ex duobus terminis conſtitutis faciēs propoſitionem, inquit, omnes ex ſubiecto fieri nomine propoſitiones, & eas tantū ad diuiſionem ſumit quæ ex infinito nomine, & finito nomine fiunt, faciens huiuſmodi diuiſionem principalem, ut ſit. Propoſitionum aliæ ſunt ex finito nomine, aliæ ex finito. Oportuerat quidem uolentem cūcta partiri ad differētias propoſitionū non ſolum infinita ſumere nomina, ſed etiam uerba. Sed quoniam nouerat nomen quidem infinitum cōſeruare propoſitionem quā inueniſſet, ut ſi in affirmatiua diceretur, affirmatiuam ſeruaret enunciationē, ut eſt non homo ambulat. Si negatiua, negatiuam ſeruaret enunciationem, negatiua autē eſt, ut eſt non homo ambulat. Verba uero quæ ſunt infinita iuncta in propoſitione non affirmationem, ſed perficere negationem, idcirco de his reticuit. Quod hæ magis quæ ex uerbo infinito ſunt ad unam qualitatem pertinent propoſitionis, id eſt ad negatiuam. Semper enim fit ex infinito uerbo negatio. Hæc igitur colligens ait. Quoniam autem eſt de aliquo ſubiecto affirmatio ſignificans aliquid, id eſt, prædicans, hoc eſt quoniam omnis propoſitio eſt ex ſubiecto & prædicato, quod autem ſubiectum eſt, uel nomen, uel innominatum. Innominatum autem eſt, quod propoſitum nomē ſubruit, ut eſt non homo. Nomen enim quod eſt homo differt nominis infiniti priuatione, quod eſt nō homo, atq; ideo & innominatū uocauit. Qualis autē debeat eſſe propoſitio de qua tractat, oſtendi dicens, unum autem oportet eſſe & de uno hoc ꝙd eſt in affirmatione, id eſt ex duobus terminis propoſitionem oportere cōſiſtere. Cōmemorat quoq; quid ſit innominatum ſe ſuprà dixiſſe, quoniam quod dicimus non homo, nomen quidē Ariſtoteles non diceret, ſed quod nomē ſimpliciter nō uocaret, hoc addito infinito nomen diceret infinitum, idcirco quoniam unum quidem ſignificat, ſed infinitum, nomen enim quod ipſam ſignificationem eius quod dicimus homo tollit, id eſt, nō homo, unum eſt, & unam per ſe ſignificationem ſubripiens. Multa ſunt quæ intelligentium ſenſibus relinquuntur, commemorat etiam quoniam, non currit uerbum ſuperius infinitum uocauit & non ſimpliciter uerbum. Quoniā ergo aliquid de aliquo affirmatio eſt, hoc autem quod ſubiectum eſt, aut nomen eſſe oportet, aut innominatum, ideſt infinitum nomen. Duplex propoſitionis ſpecies inuenitur, Omnis enim affirmatio uel ex finito nomine eſt & uerbo, uel ex infinito nomine & uerbo, eodem quoque modo & negatio. Neque enim reperietur unquam ulla affirmatio, cuius negatio inueniri non poſſit. Quod ſi duplex eſt ſpecies affirmationū, duplex ꝙq; eſt ſpecies negationū, illud quoq; cōmemorat ꝙ ſuprà iā dixit. Nam licet ex nomine

nomine & uerbo, & rurſus ex eo quod non eſt nomen, ſed infinitum nomen, & uerbo fit affirmatio & negatio prædicatiua, id eſt Categorica, ut aūt ſit præter uerbum ulla affirmatio atq; negatio, aut præter id quod idem ſignificet uerbum uel in ſubaudītione, uel aliq; alio modo, fieri nō poteſt. Ponit quoq; uerba quæ penè in omnibus propoſitionibus, aut ipſa cadant, aut quæ idem ualeant. Eſt enim, inquit, uel erit, uel fuit, uel quæcunq; alia conſignificant tempus, uerba ſunt, ut doceri ex his poſſumus quæ ante poſita ſunt, atq; conceſſa, cum diffinitio uerborum daretur, uerba eſſe quæ conſignificarent tempus. Quare ſi hæc conſignificant tempus, non eſt dubium quin uerba ſint, ſed præter hęc aut præter idem ualentia, nulla propoſitio eſt. Recte igitur dictum eſt præter uerba prædicatiuam propoſitionem non poſſe conſtitui. Iuſtè tamen aliquis quæſtionem uideatur opponere. Cur iam dixerit præter uerbum enunciationes nulla ratione poſſe conſtitui, nunc idem repetit, quaſi nihil de hoc antea prædixiſſet, ſed ſuperfluum uideri non debet. Quoniam enim finitum nomen cum negatiua particula, nomen eſt infinitum, idcirco putaretur fortaſſe negatio eſſe, quod dicimus non homo. Quod ſi hæc eſt negatio, homo eſt affirmatio. Ne in hunc ergo quiſquam laberetur errorem, hoc dixit, & congruè repetiuit, quoniam præter uerbum enunciatio eſſe non poteſt, tāquā ſi diceret, nemo arbitretur infinitum nomen eſſe negationem, nec nomen affirmationem, Præter uerbū enim affirmatio & negatio nulla poteſt unquam ratione cōſtitui. In hoc illud quoq; notauerat, quòd uerbum infinitum & negationem ſignificaret, & infinitum uerbū. Id enim quod dicimus non ambulat & infinitum uerbū eſt, & negatio, ſed per ſe quidem ſi dicatur ſimplex ſine aliquibus aliis adiectionibus infinitum uerbum eſt. Sin uero cum nomine aut cum infinito nomine proferatur, non iam uerbum infinitum, ſed negatio accipitur, ut non, negatiua particula, iuncta cum ambulat infinitū uerbum efficiat nō ambulat, ſed in propoſitione quæ eſt homo non ambulat, hominem non ambulare deſignat, atq; ideo ait ſubiecta quidem in propoſitionibus poſſe eſſe uel nomina, uel infinita nomina, prædicata uerò præter uerba eſse non poſſe. Nam ſiue in affirmationibus quis ponat, id uerbum ſine dubio predicauit, ſiue in negationibus, eſt non infinitum uerbū, ſed tantū uerbū, cui addita non particula totam qualitatem propoſitionis ex affirmatiua in negatiuā cōmutat. Quare rectè nullā differētiam ꝓpoſitionū de infinitis uerbis fecit. Infinita enim uerba tūc ſunt infinita, cū ſola ſunt. Si uero cū infinito nomine iūgantur, aut finito nomine, nō infinita uerba iā ſunt, ſed finita. Cum negatione tamē in tota propoſitione intelligūtur. Si ergo quēadmodū Stoici uolūt ad nomina negationes ponētur, ut eſſet nō homo ambulat negatio, ambiguum eſſe poſſet, cum dicimus nō homo, an infinitū nomē eſſet, an uero finitū cum negatione cōiūctum. Sed quoniā Ariſtoteli placet uerbis negationes oportere cōiungi, infinita magis uerba ambigui intellectus ſunt, an infinita uideātur, an cum negatiōe finita. Atq; ideo ita diſcernitur ſumptum cum nomine infinitum uerbū negatio fit & negatiua propoſitio, ut eſt homo non ambulat. Per ſe uero dictum infinitum uerbum eſt, ut non ambulat. Atque ideo hic ſolam differētiam nominum & infinitorum nominum in propoſitionibus dedit, non etiam infinitorum uerborum, idcirco quòd de coniunctis loquebatur, ſcilicet, de nominibus uel infinitis nominibus atque uerbis. In qua cōiunctione id quòd per ſe infinitum uerbum dicitur, negatio eſt. Neque enim oportet ſicut omnis propoſitio aut ex finito nomine aut ex infinito conſtat, id quoque aut ex finito uerbo, aut ex infinito conſtare. Infinitum enim uerbum in propoſitionibus non eſt, ſed quoties aliquid (ut dictum eſt) tale per ſe ponitur, finitum quidem uerbum eſt, ſed illi coniuncta negatio totam propoſitionem priuat ac deſtruit, & uerbum quidem infinitum iunctum uerbo nominibus negationem ut faciat neceſſe eſt, nomē uero infinitum iunctum uerbo nō neceſſe eſt ut faciat negationē. Quod enim dicimus nō homo ambulat, affirmatio non negatio eſt. Ergo quoniam affirmationē oportet aliquid de aliquo ſignificare.

Nomen

Nomen autem infinitum est aliquid, quoties dicimus, non homo ambulat, ambulatiõnẽ id est, aliquid de non homine, id est, de aliquo prædicamus. Sed si dicamus nõ ambulat, non potius de aliquo prędicamus aliquid, sed ab aliquo tollimus. Quia enim dicit homo non ambulat, ambulationem ab homine tollit, nõ de homine prędicat. Quare negatio potius quã affirmatio est. Si enim affirmatio esset, id est, si uerbum esset infinitum aliquid de aliquo prædicaret. Nũc autem aliquid ab aliquo tollit. Non est igitur uerbum infinitum, sed potius negatio, quoties in tota sumitur propositione. Numerum uero propositionum, quas nos supra quoque descripsimus, ipse subiecit, & infinitas quidem prius, post uero cõtraiacentes, quòd si quis adillare, uertitur uel hic intendit animum, in quo uel nostra uel Aristotelis dispositio discreper, diligenter agnoscit. Nos enim & contrarias proposuimus & subcontrarias. Aristoteles uero solum contradictoriè sibimet contraiacentes oppositasq; proposuit, sed Aristoteles non solum in præsenti tempore easdem propositionum dicit esse differentias quas proposuit, sed etiam in alijs quoq; duobus temporibus quæ extrin secus sunt, extrinsecus autem tempora uocat quæ præter præsens sunt, præteritum scilicet, & futurum.

Quando autem est tertium, adiacens prædicatur, dupliciter tunc dicuntur oppositiones. Dico autem, ut est iustus homo. Est tertium dico adiacere nomen uel uerbum in affirmatione. Quare quatuor erunt istæ, quarum duę quidem ad affirmationem & negationem sese habebunt secundum consequẽtiam, ut priuationes, duæ uero minimè. Dico autem, quoniam est, aut iusto adiacebit, aut non iusto. Quare etiam negatio. Quatuor ergo erunt, intelligimus uero quod dicitur ex ijs quę subscripta sunt, est iustus homo. Huius negatio, non est iustus homo. Est non iustus homo. Huius negatio, non est non iustus homo, est enim hoc loco & non est, iusto & non iusto adiacet. Hæc igitur quemadmodum in resolutorijs dictum est, sic sunt disposita.

Quod autem dicitur perobscurum est, & expositum à pluribus incuratè, quorum cum iudicio competenti enumerabo sententias. Postquam de his propositionibus expediuit, quæ duobus constiterant terminis, & subiectum habuerãt aut nomẽ, aut (ut ipse ait) innominatum, id est, infinitum nomẽ. Nunc ad eas transit, in quibus est, tertium adiacens prædicat uno subiecto duobus prædicatis, ut in eo quod dicimus, homo iustus est, homo subiectum est, & iustus, & est, utraq; prædicantur. Ergo in hoc duo sunt prędicata, unum uero subiectum, & fortasse aliquis inquirat cur ita dixerit. Quãdo autem est tertium adiacens prædicatur, non enim tertium prędicatur, sed secundum. Duo enim sunt quæ prædicantur, unum uero subiectum est. Sed non ita dictum est quasi est in propositione quæ dicit, homo iustus est, tertium prædicatur. Sed quoniam adiacet tertium & prędicatur, ergo quod dicitur tertium ad adiacere refertur, etenim in ea ipsa propositione quæ dicit, homo iustus est, est tertiũ adiacet, prędicatum autem iam non tertium, sed secundum. Ergo tertium numeratum adiacet, secundum uero numeratum prędicatur, hoc est igitur quod ait, Quando est tertium adiacens prędicatur, nõ quoniam tertium prædicatur, sed prædicat tertium adiacens, id est, tertio loco, facit igitur nunc in his propositionibus consideratiõnẽ in quibus est tertium adiacens est, secũdum prædicatum, & sicut in his in quibus tantum prædicatur est, non etiam adiacens prædicabitur, ut homo est de subiecto consideratiõnem fecit, quot modis subiectũ sumptũ differentias faceret propositiõũ. Aut enim nomen dicebat esse subiectum, aut infinitum nomen. Ita hic nũc de prædicato

dicato loquitur, & de prædicati differentijs tractat. In his enim propositionibus in quibus est tertium adiacens prædicatur, sumptum prædicatum aliàs nomen, aliàs infinitum nomen facit differentias propositionum. Prædicatum autem dico in ea propositione quæ proponit, homo iustus est, iustus, hoc enim prædicatũ de homine est, est autem non prædicatur. Sed tertium adiacens prædicatur, ideſt secundo loco, & adiacens iusto, tertium uero in tota propositione prædicatur, non quasi quædam pars totius propositionis. Sed potius demõstratio qualitatis, hoc enim quod dicimus est, non constituit propositionem totam sed qualis sit, ideſt, quoniam est affirmatiua de monstrat, atq; ideo non dixit tertium prædicatur tantum, sed tertium adiacens prædicatur. Non enim positum est tertium prędicatur solum. Sed adiacens tertium secũdo loco, & (quemadmodum dictum est) accidenter prædicatur. Potest autem & sic intelligi. Idcirco dixisse Aristotelem est in his tertium adiacens prædicari, quoniam possit aliquoties & per se prædicari, ut si quis dicat Socrates Philosophus est, ut propositio hæc hoc sentiat. Socrates Philosophus uiuit. Est enim pro uiuit positum est. Si quis ergo sic dicat, duo inueniũtur subiecta. Est uero solũ prædicatur, nõ etiam adiacens. Quod enim dicimus: Socrates Philosophus, utraq; subiecta sunt. Est enim prædicatur solum, si quis autem dicat sic: Socrates Philosophus est, ut nõ iam Socratem Philosophum esse atq; uiuere sed Socratem Philosophari & Philosophum essẽ enunciatione significet, tunc inuenitur unum subiectum & duo prędicata. Socrates enim subiectum est, Philosophus autem & est prædicata, quorum Philosophus quidem principaliter prædicatur. Est autem adiacens nomini, quod est Philosophus, & ipsum prædicatur, sed non simpliciter prædicatur, sed adiacens. Sunt autem aliæ propositiones hoc modo: Socrates in Lyceo disputat. Et sunt hę ex tribus terminis. Sed de hac interim propositionũ natura nihil tractat, sed de his solũ in quibus est tertium adiacens prædicat, ut est homo iustus est, sed de his duas quidẽ oppositiones. Quocirca rectè duæ oppositiones quatuor propositionum sunt. Hoc autem huiusmodi est. Quando est tertium adiacens prædicatur, quod principaliter prædicatur aut nomen erit, aut infinitum nomen. Et hæc aut affirmatiuè prædicanda sunt, aut negatiuè. Quocirca simplicis nominis affirmatio & simplicis nominis negatio, una est oppositio, & duæ propositiones. Finitum autem & infinitum hic non subiectum, sed sumitur prædicatum, ut in eo quod est, homo iustus est, iustus prædicatur, hoc autem nomen erit, aut infinitum nomen. Fiunt ergo ex his duæ affirmationes & negationes, homo iustus est, homo est non iustus, non est nõ iustus homo. Non est iustus homo. Atq; hoc quidem in indefinitis. Posterius autem monstrabitur hoc etiam in his esse, quæ determinationem habent uniuersalitatis uel particularitatis. Nunc autem horum ordo subiectus numerum oppositionemq; declarat.

Affirmatio simplex.		Negatio simplex.
Homo iustus est	Oppositio una	Homo iustus non est
Affirmatio ex infinito		Negatio ex infinito
Homo non iustus est	Oppositio una	Homo nõ iustus nõ est.

Simplices in supràposita descriptione propositiones uocaui, in quibus nomen prædicatur, ut homo iustus est, homo iustus non est. Ex infinitis autem in quibus nomẽ infinitum principaliter prædicatur, ut homo non iustus est, homo non iustus nõ est. Siue autem est primo prædicatur siue postea, idem est. Nec hoc turbet quod Arist. est, primum dixit, nos uero postremum, sed idem est, fiunt igitur oppositiones duæ, propositiones uero quatuor, & hæ quatuor propositiones ex senario propositionũ numero ad pauciora reductæ sunt. Si enim simplices & ex duobus terminis fuissent, hoc modo essent, homo est, homo non est, iustus est, iustus nõ est. Non iustus est, nõ iustus non est, & essent hæ sex propositiones. Posset quidem adijci hoc etiam, ut de infinito nomine subiecto fierent propositiones, ut est, non homo est, non homo nõ est. Sed de his posterius dicit. Nũc autem sex illæ simplices in quatuor reductæ sunt,

idcirco quod res ſimplices iunctæ naturaliter redeunt pauciores. Cõiunctio enim ipſa numerum minuit, ut ſi ſint decem res, & ſingulæ ſingulis iungantur, ut binæ fiant, quinarius numerus coniunctionis redit. Ita enim hoc modo ſex erant propoſitiones (ut ſuprà docui) quæ & ſimpliciter dicerentur, ſed hæ aſtrictæ ſunt & coniunctione diminutæ ſunt. Nam quod propoſuerunt iſtæ quatuor, homo eſt, homo non eſt, iuſtus eſt, iuſtus nõ eſt. Hę coniunctione in duas reductę ſunt, iunctus enim homo cum iuſto duas propoſitiones fecerunt, homo iuſtus eſt, homo iuſtus non eſt. Rurſus ad eundem ipſum hominem infinitum cum prædicatur. Aliæ duæ propoſitiones ex infinito prædicato rationabiliter oriuntur, homo non iuſtus eſt, homo non iuſtus non eſt, quarũ duæ oppoſitiones ſunt, propoſitiones uero quatuor. Ita igitur ex ſex propoſitionibus, ideſt homo, non eſt homo, eſt iuſtus, non eſt iuſtus, eſt non iuſtus, non eſt non iuſtus. Quæ cum ſint ſex propoſitiones, tres tantum habent oppoſitiones, homo iuſto & homo non iuſto ſubiectus quatuor ſolas propoſitiones fecit, duplicem uero oppoſitionem. Qui uero dixerũt numeroſiores fieri propoſitiones ex his, in quibus eſt adiacens prædicatur, quàm ex his quę duobus terminis conſtarent, illos non intellexiſſe rerum naturam manifeſtum eſt. Quæ ita fert, ut ſemper ex pluribus ſimplicibus rariores redeãt res pauciores ę coniunctæ. Ait igitur in his in quibus eſt tertium adiacens prædicatur, ut hoc quod ait tertiũ nõ ad prædicationem referatur potius quàm ad ordinem, ut ipſe diſtinxit dicens: Dico autem ut eſt iuſtus homo, eſt tertium dico adiacere nomen uel uerbum in affirmatione, non, inquit, tertiũ prædicari. Sed adiacere tertium, ſed ad ordinem, ſcilicet, non ad prædicationẽ refert ut tertium quidem adiaceret. Adiacens autem prędicaretur, ideſt, non ſimpliciter prędicaretur. Neq; enim ſuperius eſt terminatũ, ut in propoſitione, eſt, ſit terminus. At que ideo ſi quis reſoluere præpoſitiones uelit in ſuis terminis, ille non reſoluit in eſt. Sed in eo quod eſt homo & iuſtus, & erunt duo termini ſubiectus quidẽ, homo, prędicatus uero, iuſtus. Eſt autem quod adiacens prędicatur & tertium adiacens non in terminis, ſed in qualitate potius propoſitionis (ut dictum eſt) accipitur. Nomen aũt uel uerbum ait eſt propter hanc cauſam, tertium enim nomẽ adiacere dixit eſt, ut doceret prima duo eſſe homo, ſcilicet, & iuſtus, idcirco autem ait nomen uel uerbum, quoniam uerba quoq; nomina ſunt. Hoc aũt prius dixit dicens, ipſa quidem ſecundũ ſe dicta uerba nomina ſunt. Poſtquam igitur dixit, quid uellet oſtendere per id quod ait eſt tertium adiacens prædicatur. Quoniam quantum ad ordinem non ad prædicationem refertur, ſubter expoſuit quot fierent propoſitiones dicens: Quare quatuor iſtæ erunt? Dixit autem in his quatuor communem accidẽtiam, quam paulò poſt diligẽter exponam. Quod autem accidit hoc eſt. Cum ſint quatuor propoſitiones, quas poſiturus eſt. Duæ ipſarum ſeſe ad affirmationem & negationem ita habebũt ſecundum conſequentiam, ut priuationes. Duæ uero minimè. Sed hanc in his propoſitionibus accidentiam paulò poſt demonſtrabo. Nunc autem illud reſpiciamus, quẽadmodum ipſæ quatuor fieri propoſitiones dicat. Ait enim, dico autem quoniam eſt aut iuſto adiacebit, aut non iuſto. Fiet enim duplex propoſitio. Si aut iuſto aut non iuſto eſt adiacet hoc modo, eſt iuſtus homo, eſt non iuſtus homo. Quare, inquit, ſi eſt affirmatiuo modo poſitum, nunc quidem cum iuſto, nunc autem cum non iuſto gemínas fecit propoſitiones, ſcilicet, affirmatiuas, idem quoq; eſt cum negatione coniunctum, ideſt non, geminas quoq; facit negationes. Eas, ſcilicet, quæ ſunt, non eſt homo iuſtus, non eſt homo non iuſtus, hoc eſt autem quod ait. Dico autem quoniã eſt, aut iuſto, aut non iuſto adiacebit. Si enim adiacet iuſto, facit hanc affirmationẽ. Eſt iuſtus homo, ſi adiacet non iuſto, facit hanc affirmationem, eſt non iuſtus homo. Quare etiam negatio iuncta cum eſt idem facit. Hæc igitur negatio quæ eſt non, copulata iuſto & non iuſto duas faciet negationes contra eas, quas ſuprà diximus, propoſitiones. Si enim addatur iuſto, talem facit negationem, non eſt iuſtus homo, ſi nõ iuſto, non eſt non iuſtus homo. Hoc autem cur euenit, quoniam eſt & non eſt iuſto, & non

& non iuſto adiacet, eſt cum iuſto & non iuſto duas faciens propoſitiones. Non eſt iterum negatio cum iuſto & nõ iuſto alias duas negationes. Ex quibus quatuor duæ oppoſitiones ſunt, ut ait ſuprà. Quando eſt tertiũ adiacẽs prędicatur, dupliciter dicitur oppoſitiones. Quare ſenſus ſeſe totus hoc modo habet. Sed quoniam eſt quoq; alia deſcriptio loci quæ ſic dicit. Dico autem quoniam eſt aut homini adiacebit, aut non homini, quare & negatio, quatuor ergo propoſitiones erunt. Intelligimus autẽ ꝗd diximus ex his quæ ſubſcripta ſunt. Eſt iuſtus homo, huius negatio, nõ eſt iuſtus homo. Eſt non iuſtus homo, huius negatio, non eſt non iuſtus homo, eſt enim hoc loco & non eſt, homini & non homini adiacet, turbabat expoſitores, & dubitabant quid hoc eſſet quod cum ſuprà dixiſſet. Dico autem quoniam eſt aut homini adiacebit, aut non homini, in eorum exemplo & diſpoſitione eſt nõ appoſuit homini, aut non homini, ſed iuſto non iuſto dicens. Intelligimus uero quod dicitur ex iſs quę ſubſcripta ſunt, eſt iuſtus homo, huius negatio, non eſt iuſtus homo. Eſt non iuſtus homo, huius negatio, non eſt non iuſtus homo, & poſt quam iuſto & nõ iuſto eſt & nõ eſt appoſuit quod ante nõ dixit, ſed ad hominem & non hominem eſt adiacere propoſuit. Poſtea infert, Eſt autem hoc loco homini adiacet, & non homini, qui poſuerat iuſto & non iuſto, eſt & non eſt adiacere. Vnde Alexander quoq; dicit ſcripturæ eſſe culpam, non Philoſophi rectè dicentis, & emendandam eſſe ſcripturam, ſed non eum oportuit confundi, ſi pro homine & non homine iuſtum & non iuſtum intulit. Hęc enim exempla ſunt potius quàm propoſitionum neceſſitas, quod enim dixit eſt homini & non homini adiacere ita ſumpſit, tanquàm ſi homo prædicaretur, ut in eo quod eſt Socrates homo eſt, uel rurſus Socrates non homo eſt. Ergo uolens ſumere quodcunque prædicatum, nunc quidem ſimplex, nunc autem infinitum, intulit iuſtum & non iuſtum indifferenter habens, an homo & non homo prædicatur, an iuſtus & non iuſtus, ſolum in prædicato aliàs ſumeretur nomen, aliàs infinitũ nomen. Non ergo oportuit Alexandrum conturbari. Alioſq; in hac ſcriptione in qua nos Philoſophus exercere uoluit, ſicut Porphyrium, & Herminum non turbabat, qui dicunt exempla híc eſſe finiti prædicati & infiniti, in quibus quod liber prędicatum ſit, æque accipi oportere, uel ſic cum dixiſſet homini & non homini adiacere, eſt & non eſt, album & non album, poſtea intuliſſet ſufficeret. Hoc enim et illud prędicatum, aliàs finitum aliàs infinitum ſumere in quibuſcunque nominibus æquè oportet, & quod homini ait & non homini adiacere eſt, & poſtea intulit iuſto & non iuſto, & ſubiecit hominem, non ita putandum eſt tanquam de ſubiectis, ideſt homine, & non homine loqui uoluerit, & poſtea per errorem intulerit in prædicato iuſto & non iuſto, ſed potius ipſum homini & non homini ita ſumpſit, tanquàm in aliquo prædicaretur, ut ſicut dictum eſt, Socrates homo eſt, Socrates nõ homo eſt, híc ergo homo & nõ homo prædicatur. Rurſus ſi quis dicat homo iuſtus eſt, homo non iuſtus eſt, nihil differt. Eodem enim modo prædicatum in una propoſitione ſimplex ſumptum eſt. In altera infinitum, uelut ſi dicam nix alba eſt, nix non alba eſt, eodem modo, non ergo culpanda eſt ſcriptura quæ cum prius propoſuiſſet homini & non homini adiacere eſt iuſtum & non iuſtum intulit. Nihil enim intereſt ſiue iuſtum aut non iuſtum prædicetur, ſiue homo aut non homo, dummodo prædicationem aliàs infinitam, aliàs ſumat finitam, tunc cum eſt tertium adiacens prædicatur. Exercere igitur intelligentiam noſtram actionemq; Philoſophus uoluit rerum omnium ſolertiſſimus non ſcriptura falſa confundere, quando autem ea quæ ſuprà dixit colligens ait. Eſt enim hoc loco, & non eſt, homini adiacet. Hoc ſentit, quoniam in hac propoſitione, quæ dicit, homo iuſtus eſt, quam ſuprà propoſuerat, iuſtus de homine prædicatur. Eſt autem adiacẽs iuſto adiacebit & homini, & in ea, quæ dicit, homo iuſtus nõ eſt, quoniã iuſtus prædicatur de homine, non eſt autem adiacet. Nõ eſt ergo homini quoq; adiacebit. Hoc enim eſt, quòd ait, eſt enim hoc loco & nõ eſt homini adiacet. Nam ſi iuſtus prædicatur de homine, eſt autem & nõ eſt adiacet iuſto, & homini quoque adia-

cebit,ut dictum est.Hanc quoq; scripturam emendandam esse, Alexander opinatur; faciendumq; esse hoc modo, sicut prius quoq; exposuimus. Est enim hoc loco & nō, est,iusto & non iusto adiacet. Sed ordo quidem totius sententiæ diligēter expositus est,siue illa scriptio sit,siue illa,neutra enim mutanda est. Et una quidem plus habet exercitij,altera uero facilitatis,sed ad unam intelligentiam utraque perueniunt. Restat igitur ut quod ait. Quare idcirco quatuor istæ erunt,quarum quidem duæ ad affirmationem sese habent secundum consequentiam,ut priuationes, duæ uero minime,diligētius exponamus. Locus enim magna breuitate constrictus est,et nimia subtilitate ac obscuritate difficilis,& hunc quidem in prima editione huius operis transcurrētes exposuimus,atq; in eo breuissimam,ut in alijs quoq; dedimus expositionē. Nunc autem quid in se sensus habeat ueri, quidue hac breuitate latitet,quantum facultas suppetit,nos ipsi patefaciemus,& quantum ualet animum lector intendat. Cui si forte paulo obscuriora uidentur,rerū imputet difficultati,si uero planiora quā putauerit,suo gratiam debebit acumini. Sed prius quid de hoc loco. Herminus arbitratur,quam possibiliter expediam. Ait Herminus tribus modis cum infinito nomine propositiones posse proferri,aut enim infinitum subiectum habent,ut non homo iustus est,aut infinitum prædicatum,ut homo non iustus est,aut infinitum subiectum & infinitum prædicatum,ut non homo non iustus est. Harū igitur,inquit, quæcunq; ad prædicatum terminum habent nomen infinitum,similes sunt his quæ alijs denunciant priuationem. Denunciant autem priuationem hæ quę dicunt,homo iniustus est,homo iniustus non est,ergo istiusmodi,quę proponūt,homo iniustus est, homo iustus non est. Illæ,inquit,consentiunt quæ sunt ex infinito prædicato, ut ea quæ est homo non iustus est,homo non iustus non est. Idem enim est,inquit, esse hominem iniustum,quod hominem non iustum. Illæ uero quæ habent aut subiectum infinitum,ut est,nō homo iustus est,aut utraq; infinita,ut est,non homo non iustus est,non consentiunt ad priuatoriam propositionem,quæ est homo iniustus est. Nulla enim similitudo est eius propositionis quæ est,non homo iustus est,& eius quæ dicit,homo iniustus est. Nec uero eius quæ proponit non homo non iustus est,& eius quæ enunciat,homo iniustus non est. Namq; illę quæ infinitum nomen habēt in prædicatione,hæ priuatorijs consentiunt. Illæ uero propositiones quæ aut subiectū habent infinitum,aut utraq; infinita,priuatorijs longè diuersæ sunt. Sed hic Herminus longè à toto intellectum & ratione sententiæ discrepans has interposuit,quę aut ex utrisq; infinitis,aut ex subiecto fierent infinito. Quod autem esset quod ait secundū consequentiam,uel quæ duæ haberent se secundum consequentiam ut priuationes, quę uero non,exponent nihil planum fecit,& sensus nihilo magis ante expositionē Herminī quàm post expositionem obscurum est. Nos autem Porphyrium sequentes,eiq; doctissimo uiro cōsentientes hoc dicimus,esse quatuor propositiones; quarum duæ quidem ex finitis nominibus sunt, duæ uero ex infinitis nominibus prædicatis. Sunt autem ex finitis nominibus hoc modo,affirmatio, est iustus homo, negatio,nō est iustus homo. Ex infinitis uero nominibus prædicatis,affirmatio est quæ dicit,est non iustus homo,negatio quæ proponit,non est non iustus homo. Sed has ex infinitis nominibus prædicatis propositiones in reliquo sermone infinitas uocabimus,ut affirmatio infinita sit in hac expositione,ea quæ dicit,est non iustus homo, negatio infinita,ea quæ dicit,non est non iustus homo,ut quod dicturi eramus propositionem ex infinito nomine prædicato,hanc infinitam nominemus, illas autem duas quæ nullum nomen habent infinitum,nec subiectum nec prædicatum, simplices uocemus. Sunt ergo simplices propositiones hæ,est homo iustus, non est homo iustus. Priuatorias autem propositiones uoco,quæcunq; habent priuationem. Priuatoriæ autem sunt hoc modo,est iniustus homo,hæc enim iustitia subiectū priuat, & rursus nō est iniustus homo,hæc rursus iniustitia subiectum priuat. Ergo cum sint duæ propositiones simplices,una affirmatiua altera negatiua, & sint aliæ duæ priuatoriæ,

toriæ,earum quoq; una affirmatiua, altera negatiua,nec non etiā sint aliæ duę infinitæ,affirmatiua rursus & negatiua,dico quoniam quemadmodum se priuatoriæ propositiones affirmatio,scilicet, & negatio ad affirmationes & negationes simplices habuerint,sic se habebunt & quæ sunt infinitæ ad easdem ipsas simplices,idest secundum consequentiam,quod autem dico tale est,disponantur prius duæ simplices, id est affirmatio quæ dicit,est iustus homo,& rursus negatio quę dicit,non est iustus homo. Sub his autem disponantur priuatoriæ,sub affirmatione quidem simplici priuatoria negatiua,sub negatiua simplici affirmatiua priuatoria, ut sub ea quæ dicit,est homo iustus,ponatur quæ dicit non est homo iniustus, & sub ea quæ dicit nō est homo iustus,ponatur ea quæ proponit est homo iniustus. Rursus sub priuatorijs disponantur infinitæ,sub affirmatione affirmatio,sub negatione negatio. Sub affirmatione quidem priuatoria, quæ dicit est iniustus homo, disponatur affirmatiua infinita, est non iustus homo,sub negatiua uero priuatoria quæ dicit non est iniustus homo, ponatur negatiua infinita,quæ dicit non est,non iustus homo. Hoc autem subiecta descriptio docet:

Affirm.	Est iustus homo,	Simplices	Non est iustus homo	Negatio
Negatio	Non est iustus homo	Priuatoriæ	Est iustus homo	Affirmatio
Negatio	Nō est nō iustus homo	Infinitæ	Est non iustus homo	Affirmatio

His igitur ita dispositis dico,quoniam quemadmodum se habent priuatoriæ, idest, affirmatio & negatio, quæ dicunt est iniustus homo, non est iniustus homo ad simplices quæ proponunt est iustus homo,non est iustus homo,secundum consequentiam sic se habebunt etiam infinitæ propositiones affirmatio & negatio, hæ, scilicet, quæ sunt,est non iustus homo,non est non iustus homo,ad eadē simplices quę sunt est iustus homo,non est iustus homo. Videamus quæ sit simplicium & priuatoriarū consequentia,ut utrum se sic habeant infinitæ ad simplices,quemadmodū se habent priuatoriæ ad easdem simplices,cognoscamus. Dispositæ igitur sunt in primo quidē ordine simplices propositiones,affirmatio simplex quæ dicit est iustus homo, & negatio simplex quæ dicit non est iustus homo. Sub his,idest,sub affirmatione simplici,duæ negationes,una priuatoria quæ est, non est iniustus homo, & altera infinita quæ est non est iniustus homo. Sub negatione uero simplici quæ dicit, non est iustus homo,duæ affirmationes,una priuatoria,quæ dicit,est iniustus homo,altera infinita quę dicit,est non iustus homo. Illud quoq; in descriptione uidendum est; quòd angulariter se affirmationes negationesq; respiciunt,nam affirmatio quæ est simplex, est iustus homo,angulariter se contra utraq; respicit affirmationes infinitā; scilicet, & priuatoriā,quæ sunt,est non iustus homo,est iniustus homo. Rursus negatio simplex quę est,non est iustus homo,angulariter respicit duas negationes infinitam,scilicet,& priuatoriam;& in ueritate simplicem affirmationem priuatoriam negatio sequitur,nam si uerum est dicere quoniam est iustus homo,uerum est dicere quoniam non est iniustus homo,nam qui iustus est homo,non est iniustus homo. Sequitur ergo affirmationem simplicem priuatoria negatio,ut si uera fuerit affirmatio simplex uera quoq; sit negatio priuatoria,& affirmationis simplicis ueritatē negationis priuatoriæ ueritas consequatur. At uero non ēconuerso est,neq; enim affirmatio simplex negationem sequitur priuatoriam. Nam si uerum est dicere,quoniam nō est iniustus homo,non omnino uerum est dicere quoniam est iustus homo. Potest enim uerè de equo dici quoniam equus non est iniustus homo, neq; enim omnino homo est. Et ideo nec iniustus homo est,sed non potest dici de equo,quoniam equus est iustus homo,ita ergo ueritatem priuatoriæ negationis non sequitur ueritas simplicis affirmationis,atq; ideo nec continua propositio hinc & coniuncta proponi proferriq; potest. Non enim uera propositio est si quis dicat,si non est iniustus homo, est iustus homo,de equo enim uerum est (ut dictum est.) Quia non est iniustus homo,nō tamen uerum est esse iustum hominem equum. Quare negationem priuatoriam simplex affirmatio

plex affirmatio non ſequitur. Monſtratum eſt igitur quoniam affirmationem ſimplicem negatio priuatoria ſequeretur, negationem uero priuatoriam ſimplex affirmatio non ſequeretur. Rurſus uideamus & in oppoſita parte qualis ſit conſequentia, in diuerſa enim parte affirmationem quidem priuatoriã ſequitur negatio ſimplex, negationem uero ſimplicem affirmatio priuatoria nõ ſequit̃. Nam ſi uerum eſt dicere, quoniam eſt iniuſtus homo, uerũ eſt dicere, quoniã non eſt iuſtus homo, qui enim iniuſtus eſt, iuſtus non eſt, & affirmatiuæ priuatoriæ eius, ſcilicet, quæ dicit eſt iniuſtus homo, ueritatem ſequitur negatiua ſimplex quæ eſt non eſt iuſtus homo, hoc autem non conuertitur. Neq; enim ſimplicem negatiuam ſequitur priuatoria affirmatiua. Nam ſi uerum eſt dicere, quoniam non eſt iuſtus homo, non eſt omnino uerum quoniam eſt iniuſtus homo, de equo enim uerum eſt dicere, quoniam equus nõ eſt iuſtus homo, nam qui omnino homo non eſt, nec iuſtus homo eſt. Sed nõ de eodem equo poteſt dici uerè, quoniã equus eſt iniuſtus homo, nã qui homo non eſt, nec iniuſtus homo eſſe poteſt. Quare ueritatẽ negatiuæ ſimplicis nõ ſequitur ueritas priuatoriæ affirmationis, ueritatem autem affirmationis priuatoriæ ſequitur ex neceſſitate ueritas ſimplicis negatiuæ. Quo circa monſtratum eſt hoc in utriſq; quoniam affirmationem quidem ſimplicem ſequeretur negatio priuatoria, negationem uero priuatoriam non ſequitur affirmatio ſimplex. Rurſus affirmationem priuatoriam ſequitur negatio ſimplex, negationem ſimplicem non ſequitur affirmatio priuatoria. His ergo poſitis de infinitis priuatorijs q̃ tractemus. Priuatorię nãq; & infinitę affirmationes affirmationibus, negationes conſentiũt negationibus hoc modo. Affirmatio/nim priuatoria quæ dicit, eſt iniuſtus homo, cõſentit infinitæ affirmationi, quæ dicit nõ eſt iuſtus homo, idẽ enim ſignificãt utreq; priuatoria affirmatio et infinita affirmatio, & quanquam in aliqua ſermonis prolatione diſcrepent, tamen ſignificatione nil diſcrepant, niſi tantum quòd quem illa iniuſtum ponit, ideſt, priuatoria hęc ponit eſſe non iuſtum, & rurſus negatio priuatoria quæ eſt, non eſt iniuſtus homo, conſentit atq; concordat ei negationi quæ eſt infinita, non eſt non iuſtus homo. Hæ quoq; ideſt, negationes quòd ſibi in conſequentia conſentiunt manifeſtum eſt. Sequitur autem ſimplicem affirmationem ea quæ dicit, eſt iuſtus homo, priuatoria negatio quę dicit non eſt iniuſtus homo, ſequitur ergo eadem ipſam ſimplicem affirmationem infinita negatio, ideſt, eam quæ dicit eſt iuſtus homo, ea quæ proponit non eſt nõ iuſtus homo. Nam ſibi priuatoria negatio & infinita conſentiunt, ſi eam ſequitur priuatoria negatio, eandem quoq; infinita negatio conſequitur, ſed affirmationem ſimplicem quæ proponit eſt iuſtus homo, priuatoria negatio ſequitur quæ dicit, non eſt iniuſtus homo. Quare ſequitur etiam eandẽ ſimplicem affirmationem quæ enunciat eſt iuſtus homo, infinita negatio quæ dicit, non eſt non iuſtus homo. Rurſus è diuerſa parte idem euenit, quoniam affirmationem priuatoriam quæ dicit, eſt iniuſtus homo, ſequebatur negatiua ſimplex quæ proponit non eſt iuſtus homo. Sequitur quoq; infinitam affirmationem quæ dicit, eſt non iuſtus homo, ſimplex negatio quę proponit, non eſt iuſtus homo, nã ſi priuatoria affirmatio & infinita conſentiunt, quæ propoſitio ſequitur priuatoriam, eadem ſequitur infinitam. Sed priuatoriam affirmationem, quæ dicit, eſt iniuſtus homo, ſequitur ſimplex negatio, quæ proponit, non eſt iuſtus homo, ſed priuatoria affirmatio & infinita affirmatio idem ſignificat, ſibiq; conſentiunt. Sequitur ergo ſimplex negatio quæ eſt, non eſt iuſtus homo, infinitam affirmationem quæ dicit, eſt non iuſtus homo, ſed hoc è conuerſo non euenit. Nunc enim demonſtratum eſt quòd ſimplicem affirmationẽ ſequeretur infinita negatio, & ſimplex negatio ueritatem infinitæ affirmationis ſequeretur, ſed non eſt cõuerſio, ut rurſus infinitã negationẽ ſequaẽ finita affirmatio, & ſimplicẽ negationẽ infinita affirmatio cõſequaẽ. Nã ſi idem priuatoria negatio quæ eſt, nõ eſt, iniuſtus homo, & infinita negatio ſignificãt, quę eſt nõ eſt nõ iuſtus homo, quoniã affirmatio ſimplex quæ

dicit eſt iuſtus homo, non ſequitur priuatoriam negationem quæ eſt, non eſt iuſtus homo, ut ſuprà monſtrauimus, eadem ipſa ſimplex affirmatio quæ proponit eſt iuſtus homo, non ſequitur infinitam negationem quæ enunciat nõ eſt non iuſtus homo. Rurſus in parte altera ſi affirmatio priuatoria quę proponit eſt iniuſtus homo, idem ſignificat cum infinita affirmatione, quæ dicit, eſt nõ iuſtus homo: Priuatoria autem affirmatio quæ proponit eſt iniuſtus homo, non ſequebatur ſimplicem negationem, quæ dicit non eſt iuſtus homo, nec eandem quoq; ſimplicem negationem quæ proponit non eſt iuſtus homo, ſequitur indefinita affirmatio quæ dicit, eſt non iuſtus homo. Sed quanquàm hic ratio conſequentiæ & neceſſitas monſtret, nos tamen id quod demonſtrauimus ratione, exemplis quoque doceamus. Dico enim affirmationem ſimplicem quæ dicit eſt iuſtus homo, ſequi infinitam negationem, quę dicit, non eſt non iuſtus homo, ſicut eandem quoque ſimplicem affirmationem ſequebatur priuatoria negatio, quæ proponit nõ eſt iniuſtus homo, nam ſi uerum eſt dicere, quoniam eſt iuſtus homo, uerum quoq; de eodem eſt dicere, quoniam non eſt nõ iuſtus homo. Nam qui iuſtus eſt, non eſt non iuſtus, ſicut uerum erat dicere, quoniam idem qui iuſtus eſt, non eſt iniuſtus; quare ſimplicem affirmationem ſequitur infinita negatio, ſicut eandem quoq; ſimplicem, priuatoria negatio ſequebatur. Sed hoc non cõuertitur, neque ſtatim uerum eſt, quoniam non eſt non iuſtus homo eundem eſſe iuſtum, equus enim non eſt non iuſtus homo, neque enim omnino homo eſt. Quod autem omnino homo non eſt, non poterit eſſe homo non iuſtus, ſed de equo, de quo uerum eſt dicere, q̃niam non eſt non iuſtus homo, non eſt de eo uerum dicere, quoniam eſt iuſtus homo. Sicut & de eodem equo uerũ eſſet dicere priuatoriam negationem quę proponit, non eſt iniuſtus homo. Hæc enim poterat etiã de equo dici, nec erat uerum quoniã ſequereẽ hanc, id eſt, priuatoriam negationem ſimplex affirmatio, quæ dicit, eſt iuſtus homo. Quare non ſequitur infinitam negationem quę eſt, non eſt nõ iuſtus homo, ſimplex affirmatio quæ proponit, eſt iuſtus homo, ſictit nec illam quidẽ quæ conſentit infinitæ negationi, id eſt, priuatoriã negationem quæ proponit, nõ eſt iniuſtus homo, ea quę dicit, eſt iuſtus homo ſimplex affirmatio ſequebatur. Concludenti igitur dicendũ eſt, q̃niam affirmationem quidẽ ſimplicem ſequitur infinita negatio, ſicut eam priuatoria ſequebatur. Infinitam uero negationem nõ ſequitur ſimplex affirmatio, ſicut nec negationem priuatoriam ſequebatur. Rurſus in parte altera idem è cõuerſo euenit. Affirmationem enim infinitam ſequitur negatio ſimplex ſicut priuatoriam quoq; affirmationem eadem ſimplex negatio ſequebatur, nam qui eſt non iuſtus homo, ille ex neceſſitate non eſt iuſtus, ſicut etiã qui eſt iniuſtus homo, ille ex neceſſitate non eſt iuſtus homo. At uero ſi uerum eſt dicere, quoniam non eſt iuſtus homo, non omnino neceſſe eſt illum eſſe nõ iuſtũ hominẽ. Equus enim non eſt iuſtus homo, nam qui omnino homo nõ eſt, nec iuſtus homo eſſe poteſt, ſed nullus de eodẽ dicere poteſt, q̃niã equus eſt non iuſtus homo, q̃ enim homo nõ eſt, nec nõ iuſtus homo eſſe poteſt, ſicut etiã cũ dicere mus nõ eſt iuſtus homo; nõ ſequebaẽ priuatoria affirmatio, quę dicit, eſt iniuſtus homo, equus namq; nõ eſt iuſtus homo, ſed de eodem equo nemo dicit, quoniã eſt iniuſtus homo. Iterum igitur cõcludenti dicendum eſt affirmationem infinitam ſequi ſimplicem negationem, ſicut affirmatio quoq; priuatoria ſequebatur, ſed non conuertitur. Neq; enim ſequitur ſimplicem negationẽ infinita affirmatio, ſicut eã nec priuatoria affirmatio ſequebaẽ. Sic ergo cum ſint quatuor propoſitiones, duæ ſimplices, duæ infinitæ ſunt, quarum quatuor duæ ſimplices ſunt, eſt iuſtus homo, non eſt iuſtus homo, duæ uero infinitę, eſt nõ iuſtus homo, non eſt nõ iuſtus homo. Et harum quatuor duæ quidem, id eſt, negatio infinita & negatio ſimplex ſequuntur duas, id eſt, negatio infinita ſimplicem affirmationem, ea quæ dicit, non eſt non iuſtus homo, eam quæ dicit, eſt iuſtus homo; affirmationem uero infinitam ſequitur negatio ſimplex. Affirmationem enim infinitam quę dicit, eſt non iuſtus homo,

ſequitur ea quę proponit,nõ eſt iuſtus homo negatiua ſimplex,duæ uero aliæ, id eſt, affirmatio ſimplex & affirmatio infinita,nõ ſequunt negationem infinitam,& ſimplicem negationẽ. Hoc aũt etiam in priuatorijs euenit,ut affirmatio priuatoria non ſequatur ſimplicem negationem,cum illa ſimplex negatio ſequatur,& rurſus negatio priuatoria ſequatur affirmationem ſimplicem,cum ſimplex affirmatio nõ ſequatur priuatoriam negationem. Rectè igitur dictũ eſt,harũ quatuor,id eſt, duarũ ſimplicium propoſitionũ,& duarum infinitarũ,duas duabus eſſe cõſequentes, & habere quandam conſequentiam ad alias,ſicut infinita negatio & ſimplex negatio ſequũtur ſimplicem affirmationem & infinitam affirmationem, ſicut priuationes quoq;, nam & priuatoria negatio ſequebatur ſimplicẽ affirmationẽ,& ſimplex negatio ſequebatur priuatoriam affirmationem. Ergo duæ habent conſequentiam,id eſt,infinita negatio & ſimplex negatio ad ſimplicem & infinitam affirmationes,ſicut priuationes quoq;,namq; & priuationes ſimiliter ſunt,ut ſæpe ſuprà mõſtrauí,duæ uero minimè habent conſequentiam. Neq; enim negatiuam infinitam ſimplex ſequitur affirmatiua,aut infinita affirmatiua ſimplicem negatiuam ſequitur, ſicut in priuationibus quoque fuit. In priuationibus namq; nec affirmatio ſimplex priuatoriã negationem ſequebatur,nec ſimplicem negationem priuatoria affirmatio cõſecuta eſt. Sẽſus ergo huiuſmodi eſt: Quatuor iſtæ erũt,id eſt,quatuor propoſitiones,ex quibus duplicem fieri oppoſitionem dixerat,quatuor autẽ iſtæ ſunt, duę ſimplices affirmatiua,eſt iuſtus homo,negatiua,non eſt iuſtus homo,& duæ infinitæ affirmatiua,eſt non iuſtus homo,negatiua non eſt non iuſtus homo. Quarũ,inquit,duæ negatiua,ſcilicet, infinita & negatiua ſimplex ſic ſe habebũt ad affirmationem & negationem ſecundũ conſequentiam,id eſt, ita alias duas affirmationes ſimplicem & infinitam ipſæ duæ negationes ſequuntur,ut eas priuationes ſequebanr̃. Duæ uero minimè,id eſt,ſimplex affirmatio & infinita affirmatio non ſeſe habebunt ſecundũ conſequentiam,ipſæ duæ affirmationes ad duas negationes infinitã, ſcilicet,& ſimplicem,quas non ſequebantur,ſicut nec dudum has negationes priuatorię ęq; affirmationes ſecutæ ſunt. Quòd uero ait ſecundum cõſequentiã ad affirmationem & negationem,nõ ita intelligendum eſt,quaſi una ſit affirmatio aut una negatio. Sed quoniam in quatuor propoſitionibus,in quibus duę quidem affirmationes erũt,duę uero negationes,affirmationes ſimplex quidẽ eſt iuſtus homo,infinita autẽ eſt non iuſtus homo,negationes autem ſimplex quidem,non eſt iuſtus homo, infinita autem,non eſt nõ iuſtus homo. Quoniam affirmationes duas ſimplicem quidem,eſt iuſtus homo,infinitam autem,eſt non iuſtus homo,duæ negationes ſequebantur,ſimplex negatio quæ eſt,non eſt iuſtus homo,infinitam affirmationem,quę dicit,eſt nõ iuſtus homo, & rurſus infinita negatio ſimplicem affirmationem ſequebatur. Quoniam ergo(ut dictum eſt) duas affirmationes & ſimplicem & infinitam,duæ negationes ſimplex & infinita ſequebantur, hoc autem & in priuationibus erat,idcirco dictum eſt ad affirmationem & negationem ſecundum conſequentiam ſic ſe habere harum quatuor propoſitionum duas,ſicut etiam ſe priuationes haberent. Ad affirmationem aũt & negationẽ dixit,quod duas affirmationes duæ negationes conſequerentur,duę uero minimè, id eſt, duæ affirmationes negationes duas non ſequerentur,neque enim ſequebatur negationẽ infinitã ſimplex affirmatio,aut ſimplicem negationẽ finita affirmatio,ſicut nec in priuationib. erat,quod ſæpe ſuprà mõſtratũ eſt. Ne quis autẽ nos arbitretur de eodem genere propoſitionũ dicere,ſequi negationes affirmationes. Neq; enim dicimus negationẽ ſimplicẽ ſequi affirmationem ſimplicẽ. Hoc enim impoſſibile eſt,nunquã enim ſibi cõſentiunt ſimplex affirmatio,ſimplexq; negatio,nec rurſus infinita negatio, & infinita affirmatio, neque enim fieri poteſt,ut aut negatio quæ dicit,nõ eſt iuſtus homo,affirmationi quę proponit,eſt iuſtus homo,conſentiat,aut affirmatio quæ dicit,eſt non iuſtus homo,cõſentiat negationi quæ dicit,non eſt non iuſtus homo. Eam enim quæ dicit,eſt iuſtus homo

homo ſimplicem affirmationem ſequitur priuatoria negatio, quæ dicit, non eſt iuſtus homo, ſed negatiuam inquiunt infinitam,quæ eſt, non eſt non iuſtus homo, non ſequitur affirmatiua ſimplex quæ dicit,eſt iuſtus homo. Ergo quemadmodum negatiua priuatoria,quæ eſt, non eſt iniuſtus homo, ſequitur affirmatiuam ſimplicem quæ dicit,eſt iuſtus homo,non eodem modo eadem ſimplex affirmatio, quæ dicit,eſt iuſtus homo,ſequitur infinitam negationem, quę dicit, non eſt non iuſtus homo. Quibus dicendum eſt non eos hanc conſequentiam rectè intelligere,nec qc quã in hac huiuſmodi propoſitionũ cõſequentia diſcrepare. Cur enim hoc non notauerunt,quod non ſequitur negationem infinitam quæ eſt,non eſt non iuſtus homo,finita affirmatio quæ dicit,eſt iuſtus homo? Nam hoc nihil mirabile debet uideri. Idcirco enim ſimplex affirmatio quæ dicit, eſt iuſtus homo,nõ ſequitur infinitam negationem quæ dicit,non eſt non iuſtus homo, quoniam nec antea priuatoriam ſequebatur. Neque enim ſequebatur eadem ſimplex affirmatio quæ dicit, eſt iuſtus homo,priuatoriam negationem,quę dicit nõ eſt iniuſtus homo,& ea cauſa eſt, cur infinitam quoque non ſequitur. Infinita enim & priuatoria (ut ſuprà ſępe iam dictum eſt)ſibi conſentiunt. Quare nulla eſt diſcrepantia, nam ſi ſimplex affirmatio negationem priuatoriam ſequeretur,eodem quoque modo infinitam negationem ſequeretur,nunc autem quoniam ſimplex affirmatio priuatoriam negatiuã non ſequitur,nec infinitam quoque ſequitur negatiuam. Illi autem qui ſumpſerunt quoniam ſequeretur priuatoria negatio ſimplicem affirmationem,& in eadẽ conſequentia diſcrepare dixerunt,quod ſimplex affirmatio non ſequeretur infinitã negationem,nõ ita oportuit diſcrepantiã ſumere,ſed magis ſi quemadmodũ priuatoria negatio ſequeretur affirmationem ſimplicem, ſic infinita negatio non ſequeretur ſimplicem affirmationem, tunc in conſequentia diſcreparet,nunc autem nulla eſt omnino diſcrepantia. Atque in hac quidem parte nihil omnino diſcrepant atque diſcordant,uideamus nunc in altera parte,quam illi eſſe diſcrepantiam dicunt infinitarum conſequentiæ & priuatoriarum ad ſimplices,ut in ea quoque ſi quid uerè diſcrepent,uideamus. Dicunt enim affirmationi quidem priuatorię,quę dicit,eſt iniuſtus homo, conſentientem eſſe & concordantem ſimplicem negatiuam quæ dicit, non eſt iuſtus homo, & ſicut negatio priuatoria ſequitur ſimplicem affirmationem,aiunt quoniam non ita ſequitur ſimplicem negationem quæ dicit, non eſt iuſtus homo, infinita affirmatio quæ dicit, eſt non iuſtus homo. Hæc enim illam non ſequitur. Quibus dicendum eſt rurſus, quoniam idcirco infinita affirmatio quæ dicit,eſt non iuſtus homo,non ſequitur ſimplicem negationem quę proponit,non eſt iuſtus homo,quoniam priuatoria affirmatio,quę dicit, eſt iniuſtus homo, non ſequitur ſimplicem negationem quæ proponit, non eſt iuſtus homo. Quòd ſi priuatoria affirmatio ſequeretur ſimplicẽ negationẽ,ſequeretur ſine dubio infinita quoque affirmatio eandem ſimplicẽ negationẽ. Nunc aũt quoniã priuatoria affirmatio ſimplicẽ negationẽ non ſequit̃,nec infinita affirmatio ſimplicẽ ſequitur negationẽ, affirmatio enim priuatoria,& affirmatio infinita ſibimet conſentiunt. Illi uero qui diſcrepantiam oſtendere uoluerunt infinitarum & priuatoriarum conſequentiæ ad ſimplicem,quod cum negatio ſimplex ſequeretur affirmationem priuatoriam, non eodem modo affirmatio infinita ſequeretur ſimplicẽ negationem,nõ ita oportuit colligi diſcrepantiam,ſed potius,ſi quemadmodum affirmatiua priuatoria quæ dicit,eſt iniuſtus homo,nõ ita infinita affirmatio quę enunciat,eſt nõ iuſtus homo, non ſequeretur ſimplicem negationem quę eſt,non eſt iuſtus homo,tunc oportuerat dicere aliquid diſcrepare conſequentiam priuatoriarum & infinitarum ad ſimplices. Nunc autem cum eodem modo priuatoria affirmatio non ſequatur ſimplicem negationem, quo infinita affirmatio non ſequitur eandem ſimplicem negationem, manifeſtum eſt nullam eſſe in his diſcrepantiam,imò in omnibus ſimilimã conſequentiam,& illos nihil per hanc rationem,quam uolunt addere rectè diſſe-

rere, imò potius maioribus obscuram sententiam obscuritatibus implicare, sed potius ita intelligendum est, ut id quod ait, Quarum duæ quidem ad affirmationem & negationem sese habebunt secundum consequentiam, ut priuationes, duæ uero minime, ita accipiamus tanq; si ita dixisset, quatuor propositionum duarũ simpliciũ, duarum uero infinitarum, duas affirmationes, id est, simplicem & infinitam sequuntur duæ negationes simplex & infinita, scilicet, sicut priuationes quoq;. In priuationibus enim affirmatiuã simplicem sequebaꝫ priuatoria negatio, & simplex negatio priuatoriã affirmationem, reliquæ uero duæ, id est, simplex affirmatio & infinita affirmatio nullã habent consequentiã ad negationes, id est, ad simplicẽ & infinitã, sicut nec priuationes quoq;, nam affirmatio priuatoria non sequebatur negationem simplicem, nec simplex affirmatio priuatoriã negationem, ut dicamus hoc modo. Quare quatuor istæ erunt duæ simplices, duæ infinitæ, quarũ, id est, duarũ simpliciũ & duarum infinitarum, duæ quidem, id est, negationes simplex & infinita ad duas affirmationes sequunt, id est, simplicem & infinitam. Hoc est enim quod ait, ad affirmationem & negationẽ sic se habebunt secundum consequentiã, id est, consequunt negationes ad eas quæ sunt affirmationes, sicut in priuationibus quoque dicebatur, duæ uero, id est, affirmationes simplex & infinita non habent se secundũ consequentiam ad duas negationes, id est, simplicẽ & infinitã, sicut priuationes quoq; se secundum consequentiã non habebant, nam priuatoriam negationem non sequebatur affirmatio simplex, nec simplicem negationem priuatoria affirmatio. Est alia quoq; simplicior expositio, quã Alexander post multas alias expositiones, in quibus animaduertit, edidit hoc modo. Cum sint, inqt, quatuor propositiones, quarũ duæ sunt infinitæ, duæ uero simplices, duæ, inquit, infinitæ æqualiter se habent secundũ affirmationem & negationẽ ad priuatorias, duæ uero simplices ad easdem priuatorias se similiter nõ habẽt hoc modo. Affirmatiua enim infinita cõsentit affirmatiuæ priuatoriæ. Ea enim quæ dicit infinita affirmatio, est nõ iustus homo, ei consentit affirmationi priuatoriæ quæ dicit, est iniustus homo, ea uero infinita negatio quæ dicit, non est non iustus homo, priuatoriæ negationi consentit quæ dicit, non est iniustus homo, atq; ha quidẽ duæ, id est, infinita affirmatio & infinita negatio ita sese habẽt ad affirmationem & negationem, ut priuationes, id est eadem affirmant uel negant, quæ priuationes affirmant uel negant, duæ uero minimè, id est, duæ simplices, minime ita se habent ad affirmationẽ & negationem sicut priuationes, nam omnino nõ contingit simplex affirmatio priuatoriam affirmationem. Ea enim quę dicit, est iustus homo, non cõsentit ei quæ dicit, est iniustus homo, nec rursus negatio simplex priuatoriæ negationi consentit. Ea enim quæ dicit, non est iustus homo, quę est simplex negatio plurimum dissidet ab ea quæ dicit, non est iniustus homo, quæ est priuatoria negatio, ergo cum sint quatuor affirmatio simplex & negatio simplex, affirmatio infinita & negatio infinita, harũ duæ, id est, affirmatio infinita & negatio infinita, ita aliquid affirmant uel negãt ut priuationes. Hoc est, enim q̃d ait, ita sese habẽt ad affirmationem & negationem, ut priuationes, duæ uero minimè. Nec; enim ita affirmant & negant duę simplices, sicut duæ priuatoriæ, affirmatio nãq; simplex ab affirmatione priuatoria discrepat, & rursus negatio simplex á negatione priuatoria longe dissidet atq; discordat, sed hæc (ut diximus) Alexãdri expositio est post multas alias simplicior, non tamen repudianda, sed illa superior uerior esse uidetur, quod Aristoteles ipse testatur, ait enim paulò post. Hæc igitur quẽadmodum in resolutorijs dictum est, sic sunt disposita. Hanc enim consequentiam quam suprà in superiori expositione memorauí priuatoriarum & infinitarum ad simplices in primi libri priorum resolutoriorum, quæ ἀναλυτικὰ Græci uocant, fine disposuit, dicit autẽ Porphyrius fuisse quosdam sui temporis, qui hunc exponerent locum, & quoniam ab Hermino uel Aspasio uel Alexandro expositiones singulas proferẽtes multa cõtraria, & in expositionibus male ab illis editis dissidẽtia reperierunt, arbitratos suisse librum

se librum hunc Aristotelis ut dignum esset, exponi omnino non posse, multosq; illo tempore, uiros totam huius libri præterijsse doctrinam, quod inexplicabilem putarent esse caligínem. Nos autem breuissimè hunc locum in prima editione pertiuimus, sed quod illic pro intellectus simplicitate breuiter posuimus, hic omni latitudine totam sententiæ uim & prolixitatem digessimus, quare quoniam superiore dignè (ut mihi uidetur) expressimus, sequentis textus ordinem sententiamq; uideamus.

Similiter autem se habent, & si uniuersalis nominis sit affirmatio, ut omnis est homo iustus. Negatio, non omnis est homo iustus. Omnis est homo non iustus, non omnis est homo non iustus. Sed non similiter angulares contingit ueras esse, contingit autem aliquando.

De infinitis quædã propositionibus prælocutus, nũc de ijs quæ determinatæ sunt secundum uniuersalitatis & particularitatis adiectionem dicit, q̃d etiam ipse similiter se habeant sicut illæ quoque quæ sine nulla determinatione dicebantur simplex, scilicet, propositio atq; infinita. Quod uero ait. Similiter autem se habent & si uniuersalis nominis affirmatio sit, alij ita intellexerunt, ut quod ait, similiter referaꝫ ad numerum propositionũ & oppositionũ. Nã sicut in his quæ infinitæ sunt & indeterminatæ duæ sunt oppositiones, una simplicis negationis, & simplicis affirmationis, altera infinitæ affirmationis & infinitæ negationis. Quatuor aũt ꝓpositiones, q̃d suprà iam dictum est, ita quoque in ijs quæ determinationem secundum uniuersalitatem particularitatemq; habẽt, quatuor fiũt propositiones & oppositio duplex. Oppositio enim una est uniuersalis affirmationis simplicis, & particularis negationis simplicis, ut est, omnis homo iustus est, non omnis homo iustus est, & hæc est quidẽ una oppositio. Alia uero infinitæ uniuersalis affirmationis, & infinitæ particularis negationis, ut est, omnis homo nõ iustus est, nõ omnis homo nõ iustus est. Quare hic quoque cum duæ sint oppositiones, erunt sine dubio propositiones quatuor, sicut in his de quibus suprà dixerat, quę, scilicet, determinatione carebãt. Alij uero qui Aristotelis animum penitus inspexerint, non aiunt similiter solum se habere determinatas propositiones, ad numerũ oppositionũ & propositionũ, sed etiã ad cõsequentiã, nam quæ est cõsequẽtia negationum ad affirmationes in his propositionibus simplicibus, & infinitis, quæ prꝫter determinationẽ dicunt, eadem similitudo habetur, & in ijs quæ cum determinatione proferunt. Sed q̃niã nõ in omnibus omnia similia habẽt, idcirco addidit notãs, sed nõ similiter angulares cõtingit esse ueras, cõtingit autẽ aliquando. Sensus aũt hũiusmodi est: Similiter, inquit, se habẽt hę propositiones quæ secũdum determinationem dicunt infinitæ ad simplices, & simplices ad infinitas, quemadmodum illæ quoque sc habebant, quę sine determinatione indefinitę dicebantur. Sed habent quandã dissimilitudinem, quod angulares propositiones in ijs quæ cum determinatione dicunt, nõ eodem modo uerę sunt, ęmodo illę quę sine determinatiõe proferebant, uel infinitę uel simplices. Videamus ergo prius an eadem in ijs quę determinatæ sunt, sit cõsequentia quæ in ijs est quæ indefinitè proferuntur. Post uideamus quę sit in angularibus dissimilitudo, disponantur ergo nõ solum hæ quæ simplices, uel infinitæ sunt, sed etiã quæ sunt priuatoriæ, & prius quidem disponantur hoc modo: Simplex affirmatio simplexq; negatio. Et hæ quidem indefinitè, id est, præter uniuersalitatis, aut particularitatis adiectionem, sub his, id est, sub affirmatione quidẽ simplici ponatur negatio priuatoria, sub negatione uero simplici affirmatio priuatoria. Hæ quoque rursus indefinitè ponatur autem sub affirmatione priuatoria, & sub simplici negatione affirmatio infinita. Sub priuatoria aũt negatiõe & simplici affirmatione ponaꝫ negatiua infinita, & hæ q̃q; indefinitè & indeterminatè sine ulla particularitate uel uniuersalitate. Sub his aũt disponanꝫ hæ quas determinatas, uel uniuersalitatis quantitate uel particularitatis

titatis uocamus, & primo quidem affirmatio uniuersalis simplex, contra hanc negatio particularis simplex. Sub affirmatione autem uniuersali simplici ponatur negatio particularis priuatoria, sub negatione autem particulari simplici, uniuersalis affirmatio priuatoria. Rursus sub negatiõe particulari priuatoria, & sub affirmatione uniuersali simplici ponatur negatio particularis infinita. Sub affirmatione uero uniuersali priuatoria, & sub negatione simplici particulari ponatur uniuersalis affirmatio infinita, erit autem huiusmodi descriptio:

Affirmatio simplex	Homo iustus est
Negatio priuatoria	Homo iniustus non est
Negatio infinita	Homo non iustus non est
Indefinitæ	
Homo iustus non est	Negatio simplex
Homo iniustus est	Affirmatio priuatoria
Homo non iustus est	Affirmatio infinita
Affirmatio uniuersalis simplex	Omnis homo iustus est
Negatio particularis priuatoria	Non omnis homo iniustus est
Negatio particularis infinita	Non omnis homo non iustus est
Definitæ	
Non omnis homo iustus est	Negatio particularis simplex
Omnis homo iniustus est	Affirmatio uniuersalis priuatoria
Omnis homo non iustus est	Affirmatio uniuersalis infinita.

In hoc ordine propositionũ quẽ suprà descripsimus, quæ sint angulares manifestũ est. Sunt nãq; affirmationes quidẽ affirmationibus, negationes uero negationibus, & in his quidem quæ indefinitæ sunt eodẽ modo angulares sunt affirmationes. Simplex quidẽ affirmatio quæ dicit, est homo iustus, priuatoriæ affirmationi quæ dicit, est homo iniustus, & infinitæ affirmationi quæ proponit, est homo nõ iustus, angularis est. Negatio uero simplex quæ est, non est homo iustus, negationi priuatorię q̃ dicit, nõ est homo iniustus & negationi infinitę quę est, non est homo non iustus, angularis est. Item si quis ad definitas propositiones aspiciat, idem sine aliqua dubitatione reperiet. Affirmatio enim uniuersalis simplex, quæ est, omnis homo iustus est, affirmationi uniuersali priuatorię quę enũciat, omnis homo iniustus est, & affirmationi uniuersali infinitæ quæ dicit, omnis est homo nõ iustus, angularis est. Itẽ negatio particularis simplex quæ est, non omnis est homo iustus, negationi particulari priuatoriæ quæ dicit, nõ omnis est homo iniustus, & negationi particulari infinitæ quæ ꝓponit, nõ omnis est homo nõ iustus, angulares sunt igitur affirmationes affirmationibus, & negationes negationibus, angulares sunt & in ordine indefinitarum propositionũ & in ordine definitarũ, q̃circa de earũ cõsequentia speculandũ est. Dictum est enim, prius q̃d affirmationẽ indefinitã simplicẽ sequereꝛ priuatoria & infinita negatio, eas uero simplex affirmatio non sequeretur, rursus infinitã affirmationẽ, priuatoriã q̃ affirmationẽ sequi simplex negatio, hæ uero negationẽ simplicem non sequuntur. Rursus si qs ad ordinẽ definitarũ respiciat, idẽ inuenier, affirmationem namq; uniuersalem simplicẽ sequitur particularis priuatoria negatio & particularis infinita negatio. Nam si uera est uniuersalis affirmatio simplex quę dicit, omnis est homo iustus, uera est etiam particularis priuatoria negatio quæ dicit, non omnis est homo iniustus, hoc autem idcirco euenit quod ea quę dicit, non omnis homo iniustus est, idem potest quod simplex, & similis est ei quę proponit, quidam homo iustus est, particulari simplici affirmationi, nã si non omnis homo iniustus est, quidam homo iustus est, sed particularis affirmatio simplex sequitur uniuersalem affirmati-

affirmatiuam simplicem. Quãdo enim uera est uniuersalis affirmatio quæ dicit, omnis homo est iustus, uera est & particularis affirmatiua quæ proponit, quidam homo iustus est, sed ei quæ dicit, quidam homo iustus est, consentit particularis negatio priuatoria quę proponit, nõ omnis homo est iniustus. Quocirca etiam particularis negatio priuatoria, uniuersali simplici affirmationi consentit. Sequitur igit eã quæ dicit, omnis est homo iustus uniuersalem, scilicet, simplicẽ affirmationẽ, ea quæ proponit, nõ omnis est homo iniustus, particularis negatio priuatoria, sed huic particulari negationi priuatoriæ, quę dicit, non omnis est homo iniustus, consentit particularis infinita negatio, quæ dicit, nõ omnis est homo nõ iustus, & uerum est si nõ omnis est homo iniustus, quoniam nõ omnis est homo non iustus, idẽ enim est esse iniustum q̃d nõ iustum, sed particularis priuatoria negatio sequit simplicem uniuersalem affirmationem. Infinita igitur negatio particularis sequitur simplicẽ affirmationem uniuersalẽ, eiq; consentit, si prius affirmatio uniuersalis uera sit. Quocirca eam quę dicit, omnis est homo iustus, uniuersalem simplicem affirmationẽ sequunt sine dubio particularis negatio priuatoria, non omnis est homo iniustus, & particularis negatio infinita nõ omnis est homo nõ iustus. Quare hic quoq; affirmationem negationes sequũtur, sed hoc non cõuertitur, quoniam enim ut (dictum est) negatio particularis priuatoria quæ dicit, non omnis est homo iniustus, cõsentit particulari affirmationi simplici, ei scilicet, quę dicit, quidam homo iustus est. Hãc autẽ particularem affirmationem non sequitur uniuersalis affirmatio, neque enim si uerũ est quendam hominem esse iustum, idcirco iam & omnem esse hominẽ iustum necesse est. Quare nõ sequit affirmatio uniuersalis simplex, omnis est homo iustus affirmationem particularem, quidam homo est iustus, potest enim hac uera, id est, particulari uniuersalis esse falsa, sed particularis affirmatio simplex particulari negationi priuatoriæ cõsentit, quare nec priuatoriam particularem negationem simplex affirmatio sequit uniuersalis. Eam igit quæ dicit, nõ omnis est homo iniustus non sequit affirmatio uniuersalis simplex quæ proponit, omnis homo iustus est, sed particularis priuatoria negatio consentit particulari negationi infinitæ, uniuersalis igit affirmatio simplex nõ sequitur particularem negationem infinitam. Ea igitur quæ dicit omnis est homo iustus, affirmatio uniuersalis simplex nõ sequitur eam quæ dicit, nõ omnis est homo non iustus particularem infinitã negationẽ. Duæ igit negationes infinita & priuatoria particulares sequũtur uniuersalẽ affirmationẽ simplicẽ, sicut in his q̃q; erat q̃ sunt indefinitę. Duę enim negationes infinita & priuatoria indefinitę simplicẽ affirmatiuã sequebãtur indefinitã, sed nõ è cõuerso, affirmatio enim uniuersalis simplex nõ sequit negationes particularẽ infinitã & priuatoriã, sicut nec indefinita quoq; affirmatio simplex, indefinitas sequebatur negationes priuatoriã atq; infinitã. Quare in hoc uno ordine similiter se habẽt definitæ his quæ sunt indefinitæ æqualiter enim affirmationibus ueris ueræ sunt negationes, negationum ueritatem affirmationum ueritas nõ sequit, nec in his cõsentit. Rursus in alteram partem perspiciamus quemadmodum affirmationes uniuersales priuatoriam, scilicet, & infinitam, particularis negatio simplex sequatur, namque uniuersalem affirmationem priuatoriam, omnis est homo iniustus sequitur particularis negatio simplex, non omnis est homo iustus, ea enim quæ dicit, omnis est homo iniustus, cõsentit simplici uniuersali negationi quæ dicit, nullus homo iustus est, nam si omnis est homo iniustus, nullus est homo iustus. Sed hanc, id est, uniuersalem simplicem negatiuam sequitur particularis simplex negatio, nam si uera est, quoniam nullus homo iustus est, uera est, quoniã non omnis homo iustus est, sed uniuersalis negatio simplex uniuersali priuatorię affirmationi cõsentit. Sequit ergo particularis simplex negatio q̃ est, nõ omnis est homo iustus, uniuersalem affirmationem priuatoriam quæ proponit, omnis est homo iniustus, sed hæc uniuersali affirmationi infinitæ consentit, idem enim significat omnis est homo iniustus, & omnis est homo nõ iustus. Quare sequit quoq;

quoq; particularis negatio ſimplex quæ eſt,non omnis eſt homo iuſtus, uniuerſalem affirmationẽ infinitam quæ dicit,omnis eſt homo non iuſtus,hic quoq; affirmationes uniuerſales priuatoriam atq; infinitam ſequitur particularis negatio ſimplex quę eſt,non omnis eſt homo iuſtus,ſed nõ conuertitur. Et enim quoniam ſimplicem negationem particularem quæ dicit,non omnis eſt homo iuſtus, non ſequitur uniuerſalis negatio quæ proponit,nullus homo iuſtus eſt,neque enim ſi uera eſt,nõ omnem hominem eſſe iuſtum,uera eſt,nullum hominem eſſe iuſtum. Hæc autem,id eſt,uniuerſalis ſimplex negatio conſentit,unũq; ſignificat cũ affirmatione uniuerſali priuatoria,nõ ſequitur igit uniuerſalis affirmatiua quæ dicit,omnis eſt homo iniuſtus. Simplicẽ particularẽ negationem quæ proponit,non omnis eſt homo iuſtus,ſicut nec eandẽ particularem negationem uniuerſalis negatio ſequebaꝫ, ſed priuatoria uniuerſalis affirmatio conſentit cum infinita affirmatione uniuerſali. Igitur particularem negationem quæ dicit,non omnis eſt homo iuſtus,uniuerſalis affirmatio infinita non ſequitur quæ proponit,omnis eſt homo non iuſtus. Quare hic quoque affirmationes duas uniuerſales,id eſt, priuatoriam atq; infinitam particularis ſimplex negatio ſequitur, ſicut affirmationes duas quoq; indefinitas priuatoriam atque infinitam negatiua indefinita ſequebatur, ſed duæ affirmationes uniuerſales priuatoria & indefinita non ſequũtur particularem ſimplicem negationẽ, ſicut duæ quoque indefinitæ affirmationes priuatoria & infinita ſimplicem negationẽ non ſequebantur. Similiter igitur ſe habent definitæ indefinitis ſecundum conſequentiam. Angulares non eodem modo ſe habent,nam indefinitarum propoſitionũ angulares ſimul ueras eſſe cõtingit. Nam ſi uerũ eſt,quoniã eſt homo iuſtus,quæ eſt indefinita affirmatio ſimplex,nihil prohibet ueram eſſe etiam quæ dicit, eſt homo iniuſtus,& rurſus ea quę dicit,eſt homo nõ iuſtus,quę ſunt indefinitę affirmationes priuatoria & infinita. Rurſus negationes negationibus quæ ſunt angulares ueras eſſe contingit,ut ea quæ dicit,non eſt homo iuſtus,ſi uera eſt,nihil prohibet ueram eſſe etiam quæ dicit,non eſt homo iniuſtus,& eã quæ proponit nõ eſt homo nõ iuſtus. Angulares ergo ſibi indefinitas in ueritate cõſentire nihil prohibet, ſed in his tantum terminis,ut in ſecundo huius operis uolumine docuimus, quæ neq; naturalia ſunt ineſſe neque impoſſibilia,Si quis enim ſic dicat,eſt homo rationalis, huic angulares ueræ eſſe non poſſunt, hæ,ſcilicet,quæ dicunt,eſt homo irrationalis, & rurſus eſt homo non rationalis. Rationalitas enim homini per naturam ineſt, ſimiliter aũt & de impoſſibilibus dicẽdum eſt,ꝙ ſi ſint talia quę neq; impoſſibilia ſint ineſſe,nec naturalia ſint ineſſe,ut in ea ꝓpoſitione quæ dicit, eſt homo iuſtus,iuſtitiam neq; naturalem eſſe neceſſe eſt homini,nec impoſſibile ineſſe, manifeſtum eſt quoniam angulares ſibimet ſemper in ueritate conſentiunt,atq; hoc idem de negatiuis quoque angularibus rectè dicitur. In his igit terminis qui nec naturales ſunt,nec impoſſibiles,ſemper angulares & negationes negationibus,& affirmationes affirmationibus ſimul ueras eſſe contingit,& hoc quidem in his quæ indefinitæ ſunt. In his autẽ quæ definitæ ſunt,& uniuerſalitatis particularitatiſq; particeps,non eodem modo ſunt. In quibuſuis autem terminis ſiue poſſibilibus,ſiue naturalibus, ſiue impoſſibilibus affirmationes affirmationibus ſibimet angularibus in ueritate conſentire non poſſunt,negationes aũt negationibus,angulares angularibus in his tantũ terminis qui neq; naturales,neq; impoſſibiles ſunt,in ueritate poterunt cõuenire. Et primũ quemadmodum affirmationes affirmationibus,ſibimet angularibus in ueritate conſentire non poſſunt,in quibuslibet terminis demonſtrandum eſt. Ea enim quę dicit, omnis eſt homo iuſtus,& ea quæ dicit,omnis eſt homo iniuſtus, quæ eſt, ſcilicet, angularis ueræ ſimul eſſe nõ poſſunt. Ea nãq; quæ dicit,omnis eſt homo iniuſtus,nihil differt ab ea quæ ꝓponit,nullus eſt homo iuſtus, ſed omnis eſt homo iuſtus,& nullus eſt homo iuſtus,q̃niã cõtrariæ ſũt,ſimul uerę eſſe nõ poſſunt,ſed ea q̃ dicit,nullus eſt homo iuſtus,cõuenit atq; conſentit ei quæ ꝓponit,omnis homo eſt iniuſtus,quare omnis

omnis homo iuſtus eſt,& omnis homo eſt iniuſtus,ſimul uerę eſſe nõ poſſunt, ſed eadem quæ proponit,omnis eſt homo iniuſtus,conſentit (ut ſæpe dictum eſt)ei quę dicit,omnis eſt homo non iuſtus. Quare nec in his hæc in ueritate conſentire poterit ei quę dicit,quoniã omnis eſt homo iuſtus, affirmatio igitur uniuerſalis ſimplex omnis eſt homo iuſtus,affirmationibus uniuerſalib. priuatoriæ & infinitę quę ſunt, omnis eſt homo iniuſtus,& omnis eſt homo non iuſtus,ſibimet angularibus, in ueritate ſimul nulla ratione cõſentit,ſicut in his quæ indefinitę erant, & affirmationes affirmationibus & negationes negationibus in ueritate poterant conſentire. In his autem quæ ſunt definitæ affirmationes,angulares ſimul ueræ eſſe non poſſunt. Recte igitur dictum eſt,quoniam in alijs omnibus ſimilis eſt conſequentia diffinitarũ & indefinitarum. Affirmationibus enim conſentiunt in ueritate negationes, negationibus autem affirmationes non omnino conſentiunt, quæ ſimilitudo cõſequentiæ in utriſq; eſt,id eſt,& in his quæ diffinitæ ſunt,& in his quę indefinitæ,ſed eſt diſtantia quod non ſimiliter angulares contingit ueras eſſe,& affirmationes affirmationibus & negationes negationibus,indefinitis autem ueras eſſe contingit eas, ſcilicet quæ ſunt angulares. In his autem quę ſunt definitę,affirmationes affirmationibus angulares ueras eſſe aliquando nulla ratione cõtingit. Hoc autem manifeſtũ erit,ſi quis & ea ſibi proponat exẽpla,in quibus ſunt termini naturales atq; impoſſibiles,& ea in quibus ſunt poſſibiles & non naturales neq; impoſſibiles, in omnibus enim inuenietur affirmationes affirmationibus,definitis definitas,angulares ſimul ueras eſſe non poſſe. Quòd autem addidit, contingit autem aliquando, huiuſmodi eſt: Quãquam enim affirmationes affirmationib. angulares definitæ ſimul ueræ eſſe nõ poſſunt,quibuſcunq; poſitis terminis,poteſt tamẽ fieri ut negationes negationibus ueræ inueniantur,& ſit hęc ſimilitudo ad infinitas angulares. Nã ſicut illic negationes negationib. indefinitæ angulares ueræ ſimul eſſe poterant in his,quę neq; naturalia ſunt neq; impoſſibilia eſſent. Ita hic q̃q;,id eſt,in ordine definitarũ negationes definitas negationibus definitis,angulares angularibus ſimul ueras eſſe cõtingit in his, quæ neque ſunt impoſſibiles,nec naturales. Negatio enim ſimplex particularis quæ dicit,non omnis eſt homo iuſtus,poteſt ſimul uera eſſe cum ea quæ dicit,non omnis eſt homo iniuſtus,poteſt enim fieri ut quidam ſint iuſti,quidam autem non ſint iuſti,& in eo utrę que ueræ ſunt. Et ea quæ dicit non omnis eſt homo iuſtus, quia ſunt quidam iniuſti,& ea quę dicit,non omnis eſt homo iniuſtus,quia poterant aliqui eſſe iuſti,ſed hæc cõſentit infinitę negationi particulari quę dicit,nõ omnis eſt homo non iuſtus,idem eſt enim dicere non omnis eſt homo iniuſtus,q̃d non omnis eſt homo non iuſtus; Quocirca & hę ſibimet angulares ſimul ueræ eſſe poſſunt; nam ſi quidam ſunt iuſti,quidam iniuſti,uerum eſt dicere, quoniam non omnis eſt homo iuſtus,quia ſunt quidam iniuſti. Rurſus uerum eſt dicere,non omnis eſt homo non iuſtus,quia ſunt quidam iuſti, negationibus igitur negationes angulares definitæ ſimul uerę eſſe poſſunt, & hoc eſt ſimile indefinitis in quibus ſicut affirmationes affirmationibus, ita quoque in ueritate angulares negationes negationibus conſentiunt. Senſus ergo totus huiuſmodi eſt: Similiter autem,inquit,ſe habet,id eſt, ſimilis erit conſequentia ꝓpoſitionum,quemadmodum fuit in indefinitis,etiã ſi uniuerſalis nominis ſit affirmatio,id eſt,etiã ſi definitæ affirmationes negationesq; ponant, ut ꝓ ſubiecta exẽpla mõſtrauit dicens affirmationi ſimplici uniuerſali, omnis eſt homo iuſtus,opponi,non omnis eſt homo iuſtus, particularem, ſcilicet, ſimplicem,& rurſus uniuerſalem affirmationem infinitam proponens eam,ſcilicet,quę eſt omnis eſt homo nõ iuſtus,huic illam oppoſuit,quæ dicit,nõ omnis eſt homo nõ iuſtus. Hæ,inqt,ſimiliter ſe habent ad conſequẽtiã quemadmodũ indefinitæ,quo modo autẽ ſe illæ haberẽt ad conſequentiam,ſuprà monſtratum eſt,ſed non, inquit, ſimiliter angulares contingit ueras eſſe. In his enim quæ erant indefinitę,affirmationes affirmationib, angulares ſimul ueræ eſſe poterãt. In his aũt quę definitæ ſunt, ſimul

ſimul ueræ eſſe non poſſunt. Contingit autem aliquando, ut ſimiliter angulares ue-
rę ſint in his quæ diffinitæ ſunt, quemadmodum & indefinitis, negationes enim ne-
gationibus angulares definitæ, ſimul in ueritate conſentiũt, ut in his quoq; inuenie
batur, quas indefinitas ſuprà deſcripſimus. Plenus eſt igitur huiuſmodi intellectus.
Herminus autem hoc aliter ſic exponit, ſimiliter, inquit, duas faciẽt oppoſitiones
quatuor propoſitiones ſi fuerint duæ ſimplices, duæ infinitæ determinatione tamen
adiecta. Hoc autem ſi monſtrat, ꝓponet prius ſimplicem affirmationẽ uniuerſalem
quæ dicit, omnis eſt homo iuſtus. Contra hanc particularẽ ſimplicem negationem,
non omnis eſt homo iuſtus, ſub affirmatione uniuerſali ſimplici, affirmationem uni
uerſalem infinitam quæ dicit, omnis eſt homo non iuſtus. Contra hanc ſub negatio
ne particulari ſimplici particularem negationem infinitam quæ proponit, nõ om-
nis eſt homo non iuſtus.

Omnis eſt iuſtus homo	Non omnis eſt iuſtus homo
Omnis eſt non iuſtus homo	Non omnis eſt non iuſtus homo

His ergo ita diſpoſitis duę, inquit, fiunt oppoſitiones. Contra enim eam quæ eſt, om
nis eſt iuſtus homo, opponitur illa quæ proponit, non omnis eſt iuſtus homo. Hoc
autem idcirco, quoniã ſibi contradictoriæ oppoſitę ſunt uniuerſalis affirmatio ſim-
plex, & particularis negatio ſimplex, & eſt hæc quidem una oppoſitio. Rurſus con
tra eandem affirmationem ſimplicem quæ dicit, omnis eſt iuſtus homo, opponitur
uniuerſalis affirmatio infinita quæ dicit, omnis eſt nõ iuſtus homo, & hoc cõtrario
modo. Ea namq; quæ dicit, omnis eſt non iuſtus homo, idem ſignificat eiq; cõſentit
quæ dicit, nullus homo iuſtus eſt, ſed hæc quæ proponit nullus homo iuſtus eſt, cõ-
trario modo oppoſita eſt ei quæ dicit omnis eſt iuſtus homo. Quocirca etiam ea q̃
dicit, omnis eſt non iuſtus homo, cõtrariæ erit oppoſita ei quæ proponit, omnis eſt
iuſtus homo. Eſt igitur hæc quoque altera oppoſitio, duæ ergo ſunt oppoſitiones,
quemadmodum etiam in his quę ſunt indefinitæ, licet alio modo eſſent oppoſitæ,
tamen duæ erant oppoſitiones, ſecundum diametrum autem non cõtingit ſimili-
ter ueras eſſe, ut ipſe ait. Illæ enim quoniam indefinitæ erant, & ſecũdum diametrũ
quæ erant, ſimul ueras eſſe contingebat & omnes omnibus. Qđ ſi quis ad indefinita
rum deſcriptiones redeat, diligenter agnoſcet. Hic autem, inquit, hoc eſt in his quæ
definitę ſunt, non idem eſt. Hoc ſic monſtrat. Ea enim propoſitio quæ dicit, omnis
eſt iuſtus homo, non cõſentit cõtradictioni ſuæ q̃ dicit, non omnis eſt iuſtus homo.
Rurſus ea quæ dicit, omnis eſt non iuſtus homo, nõ conſentit rurſus ei quæ dicit, nõ
omnis eſt non iuſtus homo. Hæc enim contrariæ ipſius cõſentiebat. Quare cum ue
ra eſt uniuerſalis affirmatio ſimplex quæ dicit, omnis eſt iuſtus homo, ſine dubio
falſa eſt ea quæ dicit, omnis eſt non iuſtus homo. Sed hæc falſa, cõtradictio eius ue-
ra erit, uera eſt igitur ea quæ negat dicens, non omnis eſt non iuſtus homo. Quocir
ca hæ duæ propoſitiones angulares uerę aliquoties inueniunt, omnis eſt iuſtus ho-
mo, non omnis eſt non iuſtus homo, cõtingit ergo aliquando ueras eſſe ſed nõ, in-
quit, omnino. Nam ſi à particulari negatione infinita cœperis, non idem eſt, id eſt,
non eadem uerias uenit, hoc autem tali probatur modo. Si enim uera eſt, quoniam
non omnis eſt non iuſtus homo, falſa eſt ea quæ dicit, omnis eſt nõ iuſtus homo. Eſt
enim ei contradictorię oppoſita, hac autem falſa quę dicit, omnis eſt non iuſtus ho
mo, non omnino ueram neceſſe eſt eſſe eam quę proponit, omnis eſt iuſtus homo,
idcirco quoniam hę duæ ſibi contrariorum loco oppoſitæ ſunt, cõtrarias autem pro
poſitiones ſimul falſas eſſe poſſe ſuprà docuimus, ergo non neceſſe eſt ſi falſa eſt,
omnis eſt non iuſtus homo, ueram eſſe eam quæ dicit, omnis eſt homo iuſtus, quod
ſi non neceſſe eſt, hoc poteſt fieri ut utræque ſint falſæ, quare euenit aliquando ut
uera hac propoſitione quæ dicit, non omnis eſt non iuſtus homo, falſa ſit illa quæ
propo-

proponit, omnis eſt iuſtus homo, quare non ſimiliter ſecundum diametrum in uerita
te ſibi propoſitiones conſentiunt, atq; hoc quidem Herminus non recta expoſitio-
ne dicens, ordinem turbat. Si quis autem uel hoc quod Herminus ait, diligẽter agno
ſcit, uel id quod ſuprà nos diximus, cognoſcit multam eſſe differentiam expoſitio-
nis, & meliorem ſuperiorem iudicans ei ſi quis nobis credit, rectè conſentiet.

Hæ igitur duæ oppoſitæ ſunt, aliæ autem ad id quod eſt, nõ homo, quaſi ſub
iectum aliquod additum, ut, eſt iuſtus non homo, non eſt iuſtus non homo.
Eſt non iuſtus non homo, non eſt non iuſtus non homo, magis autem plures
his non ſunt oppoſitiones. Hæ autem extra illas ipſæ ſecundum ſe erunt, ut
nomine utentes eo, quod eſt non homo.

Suprà iam dixerat omne ſubiectum aut ex nomine ſimplici & finito. Aut ex nomi-
ne rurſus infinito conſiſtere, & eorum oppoſitiones oſtẽdit quod eſſent duæ, & qua
tuor propoſitiones, duæ quidem ſimplex ſubiectum nomen habentes, duę uero infi-
nitum, & poſt has quando eſt tertium adiacens prædicaretur. Illic quoq; dupliciter
oppoſitiones fieri dixit, cum, ſcilicet, finitum nomen eſſet uel infinitum prędicatum,
earumq; inter ſe eam conſequentiam demonſtrauit, qualem haberent priuatoriæ ad
eaſdem ipſas ſimplices, quibus ex finito nomine propoſitiones compararentur. Et
quoniam omnis harum uarietas propoſitionum ita fit cum eſt tertium prædicaretur,
ut aut ſubiectum & prædicatum finita ſint, aut ſubiectum quidem finitum, prædica-
tum uero infinitum, de quibus ſuprà locutus eſt, cum earum conſequentiam demon
ſtrauit, aut infinitum habent ſubiectum, finitum uero prædicatum, aut infinitum &
ſubiectum & prædicatum, & habẽt quidem propoſitiones utrumq; finitum. Vt eſt,
homo iuſtus eſt, homo iuſtus non eſt, finitum uero ſubiectum, infinitum prædicatũ,
ut eſt, homo non iuſtus eſt, homo non iuſtus non eſt, & harum quidem conſequentia
ſuprà monſtrata eſt. Aliæ uero ſunt quæ infinitum habent ſubiectum, & quæ ut no-
mine utantur nomine infinito, ut non homo iuſtus eſt, non homo non iuſtus eſt, utũ
tur enim hæ propoſitiones ſubiecto, ideſt, non homo ut nomine, prædicato uero eo
quod eſt iuſtus, hoc eſt enim quod ait, aliæ autem ad non homo, ut ad ſubiectum ali-
quod additum. Si quis enim ponat non homo quidem ſubiectum, & de hoc aut fini
tum nomen prædicet, ut eſt iuſtus, aut infinitum ut eſt non iuſtus, utroq; modo rur-
ſus duplicem faciet oppoſitionem, quatuor autem ſunt propoſitiones hæ:

Eſt non homo iuſtus	Non eſt non homo iuſtus
Eſt homo non iuſtus	Non eſt non homo non iuſtus

In his igitur quatuor propoſitionibus, oppoſitionibus uero duplicibus non homo
quidem ſubiectum eſt, ſed in ſuperiori oppoſitione finitum quidem prædicatur no-
men quod eſt iuſtus, in inferiore uero infinitũ quod eſt non iniuſtus. Sed ille, inquit,
quæ prædicatũ quidem infinitum habent, ſubiectum uero finitum, uel quibus & præ
dicatum finitum eſt & ſubiectum, habent aliquam ad ſe conſequentiã, hæ uero quas
poſtea memorauimus, ideſt, quę infinitum habent ſubiectum aut prædicatum, uel fi
nitum uel infinitum, nullam habent conſequentiam ad eas propoſitiones, quę ſiue fi
nito prædicato ſiue infinito ex finito, tamen ſubiecto conſiſterent, hoc enim eſt q̃d
ait. Hę autem extra illas ipſę ſecundum ſe erunt, ideſt, nullam conſequentiam ad ſu-
periores quæ ex finito ſubiecto conſtarent, habere ait eas quæ infinitum ſubiectum
in propoſitionum ordine retinerent. Poſtquàm igitur enumerauit & eas quæ ex u-
triſq; finitis conſiſterent, ideſt, & ſubiecto & prædicato, & illas quæ ex ſubiecto qui-
dem finito, prædicato uero infinito eſſent, his etiam illas quæ ex ſubiecto infinito eſ
ſent, & ex finito prædicato, nec non illas addidit, quæ ex utriſq; infinitis conſtare ui-
derentur. Poſtquàm igitur has enumerauit, ait. Magis autẽ plures his non erunt op-

positiones, omnis enim oppositio (quod suprà dictum est) aut est ex utrisq; finitis, ut est, homo iustus, non est homo iustus, aut ex finito quidem subiecto, & infinito prædicato, ut est, homo non iustus est, homo non iustus nō est. Aut ex infinito quidem subiecto, finito uero prædicato, ut est nō homo iustus, non est nō homo iustus. Aut ex infinitis utrisq;, ut est non homo non iustus est, non homo non iustus non est, ut autem quinta oppositio reperiri possit, nulla rerum ratione possibile est. De his ergo hæc dicta sunt, in quibus est tertium adiacens prædicatur.

In his uero in quibus, est, non conuenit, ut in eo quod est currere, uel ambulare, idem facit sic positum, ac si est adderetur, ut currit omnis homo, nō currit omnis homo. Currit omnis non homo, non currit omnis non homo. Nō enim dicendū est, nō omnis homo, sed nō negationē ad id q̄ est homo, addendū est, omnis enim nō uniuersale significat, sed quoniā uniuersaliter. Manifestū est aūt ex eo q̄ est, currit homo, nō currit homo, currit non homo, non currit non homo, hęc enim ab illis differunt eo q̄ uniuersaliter nō sunt. Quare omnis uel nullus nihil cōsignificat aliud, nisi q̄ uniuersaliter de nomine uel affirmationē, uel negationē, ergo & cætera eadē oportet apponi.

Sunt quædam propositiones in quibus est quidem tertium adiacens prędicatum est, & hoc sono ipso & prolatione dignoscitur, aliæ uero sunt in quibus tale uerbum prędicatur, quòd tertium quidem adiacens non prædicetur, habet tamen coniunctum atq; intra se uerbum est, quę propositio si soluatur in participiū atq; uerbū est, quod ante solo uerbo dictum prædicatum, secundo prædicabitur, tertio loco prædicabitur est, & fit similis propositio tanquàm si prolatione quoq; haberet est uerbum. Si quis enim dicat omnis homo currit, in hac propositione unum subiectum est, alterū prędicatum, homo enim subiectum est, prædicatum autem currit. Neq; enim possumus arbitrari in hac propositione tres esse terminos, idcirco quòd omnis quidem terminus non est, sed subiecti termini determinatio. Significat enim quoniam res uniuersalis, ideſt homo uniuersali subijcitur cursui, cū dicitur omnis homo currit, nulla est enim hominis exceptio, ubi omnem currere determinatio est. Ergo non ponitur loco termini id q̄d dicimus omnis, sed potius subiecti termini determinatio est. Quo circa in hac propositione quæ dicit, omnis homo currit, duo sunt termini, homo & currit, ergo in hac eadem quanquam uerbum est non prædicetur, in prolatione tamen uerbi quod est currit significatione concluditur. Si quis enim hanc propositionem quę dicit, omnis homo currit, soluat in participium atq; uerbum, faciet omnis homo currens est, & idem significat participium uerbo coniūctum quod significat uerbū. Quod utraq; complectitur, nam cū dico omnis homo currit, omni homini actionē pręsto esse pronuncio, quòd si idem rursus dicā, omnis homo currens est, eandem actionem homini rursus adesse proposui. Idem igitur significat uerbum currit quod currens est, & in eadem propositione quæ dicit, omnis homo currit, licet in prolatione est non dicatur, tamen tertium potestate prædicat, quod hinc cognoscit, si tota propositio soluatur in participium, scilicet, atq; uerbum. Quamobrē sicut ex nomine infinito subiecto fit affirmatio, non eodem modo ex infinito uerbo affirmatio fieri potest, sed mox in ea uis negationis agnoscitur, quoniam enim facimus affirmationem dicentes: Omnis non homo currit, nō homo, scilicet, subiectum infinitum ponentes, non ita possumus dicere affirmationem fieri cū proponimus omnis homo non currit, hæc enim iam negatio est, quare ubicunq; fuerit non currit, uel nō laborat, uel nō ambulat, uel nō legit, in omnibus negatio fit, in quibuscūq; infinitum uerbo prædicatur. Dubitabit autem aliquis an sicut ex infinito uerbo fieri affirmatio non potest, sed semper negatio ex hoc prędicamēto fit, ita quoq; si eadē propositio soluatur, in participium

in participium atq; uerbum, an ex infinito possit affirmatio fieri participio, quęretur enim an licet in hac propositione quæ dicit, omnis homo currit, qui ita proponit dicens, omnis homo non currit, facere affirmationem non potest, sed sine dubio negationem facit, ita quoq; si eadem soluatur in participium atq; uerbum, ut si quis dicat: Omnis homo currēs est, si fiat infinitū nō currēs, et dicat, omnis homo nō currēs est, an hæc affirmatio sit an cerrè negatio tātundē ualēs tanq̄ si aliqs dicat, omnis homo nō est currēs. Sed fuerūt qui hoc cū ex multis aljs, tū ex aliquo Platonis syllogismo colligerēt, ut quid ex ea re definirēt, doctissimorū uirorū autoritate cognoscerent, ex duabus enim negatiuis syllogismus fieri non potest. In quodam enim dialogo Plato huiusmodi interrogat syllogismum. Sensus, inquit, non contingit rationem substantię, quod non contingit rationem substantia ipsius ueritatis notionem cōtingit. Sensus igitur ueritatis notionem non contingit. Videtur enim ex omnibus negatiuis fecisse syllogismum, quod fieri non potest, atq; ideo aiunt infinitum uerbū quod est non contingit pro principio infinito posuisse, ideſt, non contingens est, est enim in pluribus aljs inueniendi facultas frequenter uerbum infinitum positum pro nomine infinito, quare uerbum quidem dixere quidam, semper facere negationem, si infinitum apponatur. Participia autem uel nomina si sint infinita posse facere affirmationem, & ideo quotiescūq; à magnis uiris infinitum uerbum, & duæ negationes in syllogismo ponūtur, hac ratione defenditur, quo dicatur infinitum pro participio esse positum, quod participium nominis loco in propositione prædicatur, & id qui dē Alexāder Aphrodiseus arbitrabatur cæteriq; complures. Idcirco enim aiunt nō posse fieri ex infinito uerbo affirmationes, quoniam sicut ad uerbum est iuncta particula negatiua mox totam perficiet negationē, sic etiam uerba quæ sunt infinita, uel quæ in se complectuntur uerbum est, non facient infinitam affirmationem, sed potius negationem. Si quis enim sic dicat, homo currens non est, nullus hanc dixerit affirmationem. Si quis uero sic dicit, homo non currit, idcirco nec hęc propositio affirmatio est quoniam currit est, uerbum intra se continet, & sicut ad est uerbum particula negatiua, iuncta non facit affirmationem, sed potius negationem, ita quoque ad aliud uerbum iuncta negatio quod intra se continet est uerbum, plenam perficit negationem. Aristoteles autem non uidetur ista discernere, sed similiter arbitrari, siue cum participio ponatur est uerbum, siue sine participio uerbum illud, quod uerbum est intra se claudit atq; complectitur, dicit enim hoc modo: In his uero in quibus est non conuenit, ut in eo quod est currere uel ambulare, idem faciunt, sic posita ac si est adderetur, & huius subiecit exemplum, ut currit omnis homo. In hac enim propositione quæ dicit, currit omnis homo, non quidem conuenit poni est uerbum, eodem modo uel si quis dicat omnis homo ambulat, hic quoq; est uerbum non cōuenit poni, sed hæc talia sunt, tanquam si est adderetur. Quod exemplo docuit. Nam sicut est currens omnis homo, affirmatio est cursus præsentiam monstrans, ita quoque currit omnis homo, affirmatio est, idem ualens. Idemq; significans, & has ex simplicibus subiectis affirmationes in quibus est dici non conuenit, consequenter enumerat dicens, currit omnis homo, mediam ponēs determinationem, quæ est omnis, inter currit quod est prędicatio, & subiectum, quod est homo. Contra hanc opponit simplicē negationem dicens, non currit omnis homo, rursus facit affirmationem ex infinito nomine currit omnis non homo, huic opponit negationem infiniti nominis subiecti, non currit omnis non homo, & has idcirco proposuit, ut monstraret idem in his euenire, in quibus est non conuenit prædicari, quod in illis quoque in quibus est tertium adiacens prædicabatur, sed quoniam in negatione infiniti nominis substituit, non currit omnis non homo. Ait non enim dicendum est non omnis homo, sed nō negatio ad id quod est homo, addenda est. Poterat enim quis dicere non rectè fecisse negationem eius affirmationis quæ est, currit omnis non homo. Hanc quæ dicit non currit omnis non homo, sed potius ita debuisse oppositionē constitui, currit omnis

non homo,non currit non omnis homo. Ex hoc autem demonstrat ita faciendam es se negationem, ut eam ipse disposuit,dicit enim,non enim dicendum est, nõ omnis homo,sed nõ negatio ad homo addẽda est,q est sensus huiusmodi. Quoties facimus, inquit,negationem contra hanc affirmationem quæ dicit,currit omnis non homo, non est negatiua particula,non adiungenda ei quod est omnis, sed potius subi ecto quod est homo. Cum enim ita dicimus,currit omnis non homo, faciendа est negatio,non currit omnis non homo. Non enim dicendum est non currit non omnis homo. Idest,non negatiua particula non est adijcienda ad omnis, sed potius ad homo, huiusmodi hæc causa est quo'd omnis determinatio in terminorum numero non adscribitur,sed potius ad uim suam,idest,ad determinationem,nõ enim aliquid uniuersale significat ipsum omnis,sed significat quidem uniuersale, quod est homo uniuersaliter, Omnis autẽ determinatio est, quoniam id quod uniuersale est,idest,homo uniuersaliter prædicatur,non ergo aliquid uniuersale significat determinatio omnis, sed potius quod uniuersale nomẽ uniuersaliter prędicatur. Atq; ideo quoties in his negatio fit,ad subiectum potius nomen trahi oportet negationem non ad determinationem,sed ne forte quis dubitet,ut etiam in alijs quoque ita fieri oportere oppositiones dicat. In his enim quæ subiectum finitum habent,cum dicimus omnis homo currit,si contra hanc cõtradictoriæ opposita, negatio ponitur ad determinationem negatiua particula est constituenda,ut contra eam quæ dicit,omnis homo currit,ea sit quæ dicit,non omnis homo currit. In his autem quę ex infinito nomine subiecto fiunt,siue in affirmatione, siue in negatione à subiecto nomine non est seperanda negatio. Hoc autem ita esse facilima ratione cognoscitur, si determinationes paulisper auferantur,& in his propositionibus ex infinito nomine subiecto quæ sunt indefinitæ speculatio fiat. Sit enim affirmatio indefinita non homo currit. Contra hãc erit negatio,non homo non currit. Si igitur hæ propositiones factæ sunt, in uniuersalibus terminis, uniuersalis enim terminus est, homo, sed non habent additam determinationem,quoniam uniuersaliter prædicantur,idest,omnis, & seruata est & in affirmatione & negatione ad subiectum negatiua particula. Semper enim fiebat nomẽ infinitum, etiam tunc quando additur aliquid quod determinet,non ad determinationem addenda est negatio, sed potius ad subiectum nomen, quod cum in affirmatione fuerit infinitum. Hoc idem infinitum, ut in negatione reuertatur prouidendum est, sicut enim finitum terminum & simplicem in his indefinitis propositionibus ad affirmationem & negationem custodiri oportet, ut dicamus currit homo, non currit homo. Ita quoque in ea propositione quæ est ex infinito nomine subiecto, idem seruandum est, ut quod in affirmatione subiectum est,idem seruetur etiam in negatione,quod si hoc in ijs quæ sunt indefinitæ uenit, cur non etiam in illis idem fieri oportere uideatur quæ definitæ sunt. Hoc solũ enim definitę ab indefinitis differunt,q cũ indefinitæ uniuersalia prędicãt, pręter uniuersalitatis determinationẽ determinatę,& definitę idẽ illud prædicant uniuersale cũ adiectione & significatione,quoniã uniuersaliter prędicaẽ. Nihil igit aliud omnis uel nullus significat,nisi quoniã id q̃d uniuersale dicit uniuersaliter prædicaẽ,ergo omnia eadẽ quę in affirmatione & negatione in indefinitis ponebant,eadẽ quoq; & in eisdem determinatis seruãda sunt. Omnis enim & nullus nõ sunt termini,sed uniuersalis termini determinationes. His igit ab Aristotele discursis,nos quoq; à Syriano, cui Philoxeno cognomẽ esse suprà retulimus,propositionũ omniũ numerũ,de quibus in hac libri disputatione perpendit,nimis ad rem pertinentem atq; utilem transferamus, & prius perspiciendum est in Categoricis propositionibus quot indefinitæ sint. Quantæ enim fuerint indefinitæ,tot erunt uniuersales,tot particulares, tot singularium atq; indiuiduorum propositiones,& prius quidẽ affirmationes perspiciamus hoc modo. Quatuor modi sunt propositionũ,aut enim indefinitę sunt,aut uniuersales,aut particulares,aut singulariũ atq; indiuiduorũ. Si ergo perspiciãt quãtę sint indefinitę affirmationes,

tiones,& has si per quaternarium numerum multiplicauero,colligitur mihi numerus affirmationum,quem si duplico,colligitur etiam negationum hoc modo. Prædicatur enim est aut ipsum solum,aut certe tertium adiacens,cum alio, & si solum prædicatur,aut ad nomen simplex atq; finitum prædicatum est,aut ad infinitum. Ex his, duæ sunt affirmationes,est homo,est non homo. Quoties autem est tertium adiacẽs prædicatur,quatuor erunt affirmationes,aut cum subiectum infinitum est solum, ut est,non homo iustus,aut cum prædicatum infinitum est solum,ut est, homo est non iustus,aut cum utraq; finita sunt,ut est,iustus homo,aut cum utraq; finita sunt, ut est non iustus non homo. Magis autem plures his non erunt oppositiones,ut ipse ait. Cum igitur sex sint affirmationes,duę quibus est prędicatur,quatuor uero adiacens, has si per quaternarium ducam uiginti quatuor fient, quas rursus si binario numero multiplicem,quadraginta octo mihi summa succrescet, tot igitur erunt affirmationes & negationes quæcunq; uel prædicato est uerbo, uel adiacenti, & prædicato fiunt. Quare quoniam tres sunt aliæ qualitates propositionum, quæ sunt necessariæ contingentes,& in esse tantum significantes,secundum quas qualitates istæ omnes propositiones proferũ,has quadraginta octo propositiones si in ternariũ numerũ duxerimus,scilicet,secundũ propositionũ qualitates,cẽtũ quadraginta quatuor omniũ propositionũ prędicatiuarũ,de quib. hoc libro tractat,numerositas crescet. Sed nũc præter has tres qualitates eas quæ sunt,quadraginta octo propositiones cũ negationib. suis,quas si per qualitates propositionis necessariã,scilicet, cõtingentẽ & inesse significantẽ multiplicauero centum quadraginta quatuor fient, subter ascripsimus.

Est homo	Non est homo
Est omnis homo	Non est omnis homo
Est quidam homo	Non est quidam homo
Est Socrates	Non est Socrates
Est iustus non homo	Non est iustus non homo
Est iustus omnis non homo	Non est iustus omnis non homo
Est iustus quidam non homo	Non est iustus quidam nõ homo
Est iustus non Socrates	Non est iustus non Socrates
Est non homo	Non est non homo
Est omnis non homo	Non est omnis non homo
Est quidam non homo	Non est quidam non homo
Est non Socrates	Non est non Socrates
Est non iustus homo	Non est non iustus homo
Est non iustus omnis homo	Non est non iustus omnis homo
Est non iustus quidam homo	Non est nõ iustus quidam homo
Est non iustus Socrates	Non est non iustus Socrates
Est iustus homo	Non est iustus homo
Est iustus omnis homo	Non est iustus omnis homo
Est iustus quidam homo	Non est iustus quidam homo
Est iustus Socrates	Non est iustus Socrates
Est non iustus non homo	Non est non iustus non homo
Est non iustus omnis non homo	Nõ est nõ iustus omnis nõ homo
Est non iustus quidam non homo	Nõ est nõ iustus quidã nõ homo
Est non iustus non Socrates	Non est nõ iustus non Socrates.

Has igitur propoſitiones Syriano calculis colligente, nos quoq; nominatim diſpoſuimus, idcirco quoniam facilior fides habebitur numero, ſi per exempla prodant. Simul etiam quoniam male doctus de his propoſitionibus peruerſiſſimè contendebat, & affirmationes quidem negationum loco ponẽs, per negationes uero affirmationum totum ordinem cõfundebat. Quare ne quem illius oratio à rectè rationis ueritate traduceret, idcirco hãc adelatioris memoriæ ſubſidiũ fecimus diſpoſitionem.

Quoniam uero contraria eſt negatio ei quæ eſt, omne animal eſt iuſtum, illa quæ ſignificat, quoniam nullum animal eſt iuſtum, hæ quidem manifeſtũ eſt quòd nunquam erunt neq; ueræ ſimul, neq; in eodem ipſo. His uero oppoſitæ, erunt aliquando, ut non omne animal iuſtum eſt, & eſt aliquod animal iuſtum.

Hoc quoq; eſt diligentiſſimè ſuperius demonſtratum, quoniam contrariæ aliquoties uerum falſumq; diuiderent, ſi aut in rebus naturalibus, aut in impoſſibilibus proponerentur, aliquoties uerbo ſimul inueniri poſſe falſas, ſi res neq; naturales, neque impoſſibiles prædicarent. Cõtrarias autem eſſe dictum eſt, ſi quis uel affirmatiuè uel negatiuè uniuerſalem faceret enunciationem, ergo nunc hoc dicit quæ ſunt, inquit, contrariæ ſimul ueræ eſſe non poſſunt, & hoc non ſine quadam rerum determinatione locutus eſt, ait enim, Quoniam uero contraria eſt negatio ei quæ eſt, omne eſt animal iuſtum, ſcilicet, affirmationi, illa quæ ſignificat, quoniã nullum eſt animal iuſtũ, ſcilicet, negatio, hæ quidem, inquit, quoniã ſunt contrariæ, quę ſimul ueræ eſſe nõ poſſunt, manifeſtũ eſt quoniam nunquam erunt, neq; ueræ ſimul, neq; in eodẽ, ſed quod dixit neq; ueræ ſimul, huiuſmodi eſt. Nihil enim prohibet alio, & alio tempore & affirmationem uniuerſalem, et negationem ueraciter poſſe proponi, ut ſi quis dicat, omnis homo iuſtus eſt, hoc ſi aureo ſæculo diceretur, ueriſſimè proponeretur. Quod ſi quis rurſus dicat: Nullus homo iuſtus eſt, hoc ſi ferreo ſæculo enunciaret, erit uera propoſitio. Quare contingit affirmationem, & negationem uniuerſalem ueras eſſe, quas manifeſtum eſt eſſe contrarias ſed non ſimul. Illa enim in aureo ſæculo, ſic ita cõtingit, illa in ferreo ſæculo, ſed hæc tempora diuerſa ſunt, & non ſunt ſimul. Quare rectè hoc quoq; addidit ut diceret, manifeſtum eſt quoniam nunquàm erunt neq; ueræ ſimul, quòd autem addidit, neq; in eodem ad aliam eiuſdem rei determinationem ualet, poſſunt enim rurſus eodem tempore & ſimul uniuerſalis affirmatio & uniuerſalis negatio ueræ eſſe, ſed ſi non de eodem prædicẽtur, ut ſi quis dicat omne animal rationale eſt, hoc ſi de hominibus prædicetur, uera eſt affirmatio. Quòd ſi quis dicat nullum animal rationale eſt, hoc ſi de equis enunciet, uera erit uno eodemq; tẽpore contra uniuerſalem affirmationem uniuerſalis facta negatio, ſed non de eodem, illa enim affirmatio de hominibus facta eſt, hic uero de equis negatio. Quamobrem dictum eſt nunquam eſſe poſſe ſimul contrarias ueras, neq; in eodem, ideſt, nec uno eodemq; tempore, nec de uno ſubiecto. Sed quoniam his oppoſitæ erunt uniuerſali quidem affirmationi particularis negatio, uniuerſali autem negationi particularis affirmatio, & has diximus idcirco ſubcontrarias dici, quòd diuerſa quodãmodo contrariis patiantur. Manifeſtum eſt quoniam ſicut contrariæ ueræ ſimul eſſe non poſſunt, diuidunt tamen aliquoties inter ſe ueritatẽ & falſitatẽ, ita quoq; & ſubcontrariæ diuidunt quædam inter ſe uerum falſumq; aliquoties, quando contrariæ quoq; diuiſerint, ſimul autem ueræ inueniri poſſunt, quando uniuerſales & contrariæ ſimul ueræ non ſunt, ut autem ſimul falſæ ſint, nulla rerum ratione contingit. Ergo contrarias quidem ſimul ueras eſſe atq; in eodem nunquam quiſquàm poterit inuenire. Subcõtrariæ autem quæ uniuerſalibus & contrariis oppoſitæ ſunt, ſibi inuicẽ comparatas ueras inueniri poſſibile eſt, ut in eo ipſo exemplo quod ipſe propoſuit, non omne animal iuſtum eſt, uera eſt, rurſus, eſt aliquod animal iuſtũ, hæc quoq; uera eſt. Quare contrariæ

cõtrariæ ſimul ueræ eſſe nõ poſſũt. Subcõtrarias ſimul ueras nihil prohibet inueniri.

Sequitur uero hanc quidem quæ eſt, nullus homo eſt iuſtus, illa quę eſt, omnis homo eſt non iuſtus, Illam uero quę eſt, aliquis homo iuſtus eſt, oppoſita, non omnis eſt homo non iuſtus, neceſſe eſt enim aliquem eſſe.

De conſequentia propoſitionum ſimplicium atq; infinitarum ſufficiẽter quidem ſuprà diſſeruit. Sed nunc hæc eſt huic intentio non quæ particularis affirmatio, quàm uniuerſalem affirmationem uel negationẽ ſequatur, quod ſuprà iam monſtrauit. Sed quæ uniuerſalis negatio uniuerſalem ſequatur affirmationẽ, uel quæ particularis negatio particulari, ſcilicet, affirmationi conſentiat, proponitq; has quatuor dicens, negationem ſimplicem uniuerſalem & affirmationẽ infinitam uniuerſalẽ, ſeſe ſequi, & ſibimet conſentire, nec minus his oppoſitas, ideſt, particularem affirmationẽ ſimplicem, & particularẽ infinitã negationẽ, & in ueritate & in falſitate ſe ſequi, & à ſe nullo modo diſcrepare. Diſponantur enim hæ quatuor, prior affirmatio infinita uniuerſalis quæ dicit, omnis homo eſt non iuſtus, ſub hac ei conſentiens ſimplex uniuerſalis negatio quæ proponit, nullus homo iuſtus eſt. Rurſus in altera parte contra affirmationẽ infinitam, particularis ſimplex affirmatio quę dicit, eſt aliquis homo iuſtus, & ſub hac particularis infinita negatio quæ proponit, nõ omnis eſt homo nõ iuſtus.

Omnis eſt homo non iuſtus	Eſt aliquis homo iuſtus
Nullus eſt homo iuſtus	Non omnis eſt homo non iuſtus.

His ergo ita diſpoſitis ſi affirmatio uniuerſalis infinita uera ſit, ea quę dicit, omnis eſt homo non iuſtus, uera eſt etiam ea quæ proponit, nullus eſt homo iuſtus, quæ eſt uniuerſalis ſimplex negatio, hoc autem melius in inferioribus cognoſcitur exemplis. Dicatur enim omnis eſt homo non quadrupes, uera eſt, rurſus nullus eſt homo quadrupes, hęc quoq; uera eſt, quòd ſi una harum ſit falſa, falſa quoq; erit & altera. Nam ſi falſa eſt, quoniam omnis eſt homo nõ iuſtus, ſicut uerè quoq; falſa eſt, illa quoq; negatio ſimplex mendaciſſimè prædicauit quæ dicit, nullus eſt homo iuſtus. Quocirca affirmatio uniuerſalis infinita, & negatio uniuerſalis ſimplex ſibimet conſentiũt, ut una uera, alteram ueram eſſe neceſſe ſit, alterius falſitatem reliquæ quoq; falſitas conſequatur. Idem quoq; euenit in parte altera, nam ſi uera eſt, quoniam quidam homo iuſtus eſt, uera quoq; eſt, quoniam non omnis eſt homo non iuſtus, eſt enim aliquis. Nam ſi quod dicitur, non omnis, tantundem eſt, tanquàm ſi quis dicat, quidam non eſt, quod in alio quoq; exemplo manifeſtius apparebit. Si quis dicat, nõ omnis eſt homo iuſtus, hoc eſt dicere, quidam homo iuſtus nõ eſt, ergo non omnis, quidã nõ, ſignificat. Si quis ergo ita proponat quidam homo non iuſtus non eſt, quem dicit non eſſe non iniuſtum, iuſtum eſſe confirmat. Quare ille de quo dicitur, quoniam nõ iuſtus non eſt, erit iuſtus. Vnde fit ut ea quæ dicit, non omnis eſt homo non iuſtus, conſentiat ei quæ dicit, quidam homo iuſtus eſt. Sed hæc non conſentit ei quæ dicit, quidam homo non iuſtus eſt, non igitur hæc conſentit ei quæ proponit, non omnis homo eſt non iuſtus. Sed quoniam hoc fortaſſe aliquatenus uidetur obſcurius, cõſequẽtiæ ipſarum hoc modo ſumendæ ſunt. Sitq; nobis hoc poſitum affirmationem uniuerſalem infinitam, & negationem uniuerſalem ſimplicem ſibimet cõſentire, ut unius ueritatem & falſitatem, alterius ueritas aut falſitas cõſequatur. Si falſa eſt affirmatio infinita uniuerſalis quæ dicit, omnis eſt homo non iuſtus, uera erit huic oppoſita particularis infinita negatio quæ proponit, non omnis eſt homo non iuſtus, ſed cum falſa eſt affirmatio uniuerſalis infinita, falſa quoq; & uniuerſalis ſimplex negatio quę dicit, nullus eſt homo iuſtus, ſed hæc falſa particularem affirmationem quæ huic contradictoriæ oppoſita eſt, ueram eſſe neceſſe eſt, quæ eſt, quidam homo iuſtus eſt. Quocirca quando affirmatio uniuerſalis infinita falſa eſt, uera eſt particularis infinita negatio,

gatio,& quãdo uniuerſalis negatio ſimplex falſa eſt,uera eſt ſimplex affirmatio particularis.Sed affirmatio uniuerſalis infinita,& negatio uniuerſalis ſimplex ſimul falſæ ſunt,& ſibimet in falſitate conſentiunt, ſimul igitur ueræ erunt ſimplex particularis affirmatio,& infinita negatio particularis. Rurſus ſi uera eſt affirmatio uniuerſalis infinita, falſa erit negatio particularis infinita,ei enim cõtradictoriæ oppoſita eſt. Si rurſus uera eſt uniuerſalis ſimplex negatio,falſa eſt particularis ſimplex affirmatio,ſed uniuerſalis affirmatio infinita,et uniuerſalis negatio ſimplex ſimul ueræ ſunt, ſimul igitur erunt falſæ particularis affirmatio ſimplex,& particularis infinita negatio. Quare hæ quoq;,ideſt particularis affirmatio ſimplex,& particularis infinita ſibi met in ueritate & falſitate conſentiunt,& ueritatem ſuam & mendacium inuicẽ conſequũt. Quare affirmatio quidẽ & negatio,utraq; uniuerſalis,hæc ſimplex, illa infinita ſequũt eſſe, ſibiq; conſentiũt. Particulares aũt, ideſt, uniuerſalibus oppoſitæ ſimplex affirmatiua & negatiua infinita,ipſæ quoq; ſibimet conſentiunt. Quare rectus ordo eſt,ut ſicut affirmationi uniuerſali infinitæ conſentit ſimplex uniuerſalis negatio,ita particulari affirmationi ſimplici,particularis negatio infinita conſentiat.

Manifeſtũ eſt aũt,quoniã etiam in ſingularibus,ſi eſt uerum interrogatum negare quod & affirmare uerũ eſt,ut putas ne Socrates ſapiens eſt? Non. Socrates igitur non ſapiens eſt. In uniuerſalibus uero nõ eſt uera quæ ſimiliter dicitur,uera eſt autẽ negatio,ut putas ne omnis homo ſapiens eſt? Non. Omnis igitur homo non ſapiens eſt, hoc enim eſt, falſum, ſed, nõ igitur omnis homo ſapiens eſt,uera eſt,hæc enim oppoſita eſt,illa uero contraria.

De conſequentia propoſitionum diſputans,& ſibi quemadmodum conſentirent illum tractatum parumper egreſſus docere propoſuit,quæ ueniant in reſponſionẽ de ſingularibus,ſi ad prædicationem ipſarum ſit particula negationis appoſita,quæ rurſus in his quæ de uniuerſalibus ſunt propoſitionibus,ſi ad prędicationem addita particula negatiua concurrat,neq; enim oportet ſimiliter facere enunciationes. Non enim ſimile eſt quod ex utraq; prædicatione contingit. Hoc autem ita manifeſtũ eſt, ſi quis de ſingulari aliquo interrogatus neget, ille qui interrogauerit, poteſt facere ex infinito nomine prædicato concluſionem,illam,ſcilicet, negationem iungens q̃ reſpondens ante negauerat,& hoc ueraciter prædicabit. De uniuerſalibus autem apparebit non eandem ueritatem poſſe contingere,ſi ex his affirmatio componatur. Si quis enim interroget alium putas ne Socrates ſapiens eſt? ſi ille reſpondet non, uere ille concludit dicens. Socrates igitur nõ ſapiens eſt. Sit autem hoc quoq; in alio clariori exemplo manifeſtum. Si interrogaremus aliquem hoc modo. Socrates ne Romanus eſt? atq; ille reſpondeat,non. Nos uere concludere poſſumus. Socrates igitur non Romanus eſt. Facientes ex negatione quam ille reſpondebat,& ex nomine quod in propoſitione prædicauimus affirmationẽ ex infinito nomine quæ dicit,Socrates non ſapiens eſt,uel Socrates non Romanus eſt. Has enim affirmationes eſſe ex infinito nomine ſuprà monſtratum eſt. Si igitur eodem modo aliquis in uniuerſalibus ſubiectis interroget dicens, omnis ne homo ſapiens eſt? Nos utiq; reſpondebimus,non. Tum ille eadem ſimilitudine concludit,dicit enim,omnis igitur homo nõ ſapiens eſt. Quocirca nullus homo ſapiens eſt,ea enim quæ dicit,omnis homo nõ ſapiens eſt,conſentire monſtrata eſt ei quæ dicit,nullus homo ſapiens eſt. Videbitur igitur quodammodo ex uera reſponſione falſa illata eſſe concluſio,cui nos dicimus negationem quidem nos reſpondiſſe,non ut ea negatio ad prædicatum iungeretur, ſed ad determinationem,neq; enim nos uoluiſſe ab omni homine ſapientiam tollere, cum interrogante aliquo, an omnis homo ſapiens eſſet, nos negaremus, ſed ab omni potius,ideſt,determinatione uoluiſſe nos abſtrahere ſapientiam,illud,ſcilicet,ſignificantes, quòd alicui eſſet,& alicui nõ eſſet ſapientia, ut quod diximus nõ,

tantum ualeret quãtũ ſi diceremus nõ omnis. Igit̃ ſi illa negatio ad nomẽ,id eſt ad ſapientiã iungat̃,uniuerſalis fit affirmatio quæ dicit, omnis homo nõ ſapiens eſt, conſentiens uniuerſali negationi, quę proponit,nullus homo ſapiẽs eſt. Sed hęc contraria eſt interrogationi, fuit enim interrogatio, omnis ne homo ſapiens eſt? Hæc habet uniuerſalẽ affirmationẽ, cui contraria eſt uniuerſalis negatio, cui rurſus negationi cõſentit uniuerſalis affirmatio infinita. Quo circa affirmationi q̃q; uniuerſali ſimplici,quæ in interrogatione poſita eſt,id eſt omnis ne homo ſapiẽs eſt? Contraria eſt ea quę dicit concluſio,quoniã omnis homo nõ ſapiẽs eſt. Quòd ſi dicat̃, nõ omnis homo ſapiẽs eſt,& uerũ eſt,& ei oppoſita eſt. Cõtra enim eã quæ dicit interrogationẽ, omnis ne homo ſapiẽs eſt? Cũ reſpõſum fuerit nõ,& iũcta negatio fuerit ad omnis, particularis negatio fit dicẽs,nõ omnis homo ſapiẽs eſt,quæ eſt oppoſita uniuerſali affirmationi ei q̃ in interrogatione eſt poſita uniuerſali,hoc eſt enim q̃d ait: Hæc eſt enim oppoſita,illa uero contraria. Per uerba autẽ ſenſus iſte ſic cõſtat. Manifeſtũ eſt autem,inquit, quoniam in ſingularibus,ut eſt Socrates & quicquid indiuiduum eſt, ſi uerum eſt interrogatum negare, id eſt,ſi quando aliquid quis interrogat uere ille negauerit,ut cum aliquis interrogat an Romanus ſit Socrates,ille neget quoniam & affirmare uerum eſt,ut ille qui interrogat ex negatione & nomine prædicato infinitam faciat affirmationem,& huius eſt exemplum,putas ne Socrates ſapiẽs eſt? Reſponſio,non. Cõcluſio,Socrates ergo non ſapiẽs eſt,ſed hoc non ſimiliter in uniuerſalibus ſe habet,quod per hoc monſtrat quod ait,in uniuerſalibus uero nõ eſt uera,quę ſimiliter dicitur,id eſt nõ uera eſt,affirmatio infinita facta ex prędicato nomine & reſpõdentis negatione,ſed potius uera eſt negatio,nõ affirmatio,huius exemplum tale eſt,nam interrogatio eſt,ut putas ne homo omnis ſapiens eſt? Reſpõſio, non,Falſa concluſio. Omnis igitur homo nõ ſapiens eſt,hoc autẽ falſum eſt,& nõ ſimile eſt ei quod ſuprà de ſingulari ſubiecto prædiximus, ſed potius illa quæ dicit, non omnis igitur homo ſapiens eſt,ut reſpõdentis negatio ad omnis iungat̃,& fiat negatio particularis,eſt enim hæc uera,hæc autem eſt etiã oppoſita,Nam cũ affirmatio uniuerſalis interrogata eſſet ea quæ dicit,omnis ne homo ſapiens eſt? ex negatiua particula factum eſt,nõ omnis homo ſapiens eſt in concluſione,& ſunt oppoſitæ.Illa eſt enim affirmatio uniuerſalis,hæc aũt particularis negatio,illa uero cõtraria.Nam ſi,non negatio ad prædicatum iungatur,fit uniuerſalis affirmatio infinita, quæ conſentit uniuerſali negationi finitę,ſed hęc contra uniuerſalem affirmationẽ finitã quæ in interrogatione eſt poſita,cõtraria eſt. Cõtraria igitur erit etiam illa quę uniuerſalis eſt affirmatio infinita. Quæ autem cauſa eſt,cur in ſingularibus uel affirmatio ex infinito nomine,uel negatio ſibimet finita cõſentiant,in uniuerſalibus aũt uniuerſalis affirmatio ex infinito nomine nõ cõſentiat particulari negationi finitę, quærendũ eſt. Etenim ſi qs dicat Socrates nõ ſapiẽs eſt,& Socrates ſapiens non eſt, idem eſt & hæ duę ſibimet cõſentiunt. Si quis autem dicat,omnis homo non ſapiens eſt,& rurſus,non omnis homo ſapiens eſt,hæ duę non ſibimet cõſentiunt. Sed hæc ratio eſt, q̃d in ſingularibus ſubiectis nõ ſunt duplices oppoſitiones, ſed una tantũ, ideſt,quę negationem facit. In uniuerſalibus aũt uniuerſaliter prædicatis,duplex oppoſitio eſt,una contraria,una uero contradictoria. Si ſit ergo huiuſmodi affirmatio quæ dicit Socrates ſapiens eſt,contra hãc una oppoſitio eſt quę proponit, Socrates ſapiens non eſt. Si ergo dicat aliquis Socrates non ſapiens eſt,hæc nullum alium habebit intellectum quàm ea quæ dicit Socrates ſapiens non eſt, unam enim tantũ ſolam diximus in ſingularibus oppoſitionem. Quare quæcunq; aliæ fuerint, eadem ſignificatione concurrerent,in uniuerſalibus uero uniuerſaliter prędicatis non eodẽ modo eſt. Nam ſi ſit affirmatio uniuerſalis quæ dicit,omnis homo ſapiẽs eſt, cõtra hãc etiam illa eſt quę dicit,nullus homo ſapiẽs eſt,etiã illa quæ dicit,nõ omnis homo ſapiẽs eſt,& illa eſt cõtraria,hęc cõtradictoria. Simplex ergo hęc oppoſitio ſibi non poteſt cõſentire,illa enim tollit,quæ eſt uniuerſalis negatio,illa partem diffinitę,quę

est particularis negatio. Sed uniuersalis negatio uniuersali affirmationi ex infinito nomine consentit, diuersa igit erit hæc quoq; a particulari definita negatione, & quoniam duplex est oppositio in uniuersalibus, & simplex in singularibus, recte in eadem similitudine prædicationis non eadem ueritas falsitasq; contingit.

Illę uero quę sunt contraiacentes secundum infinita nomina uel uerba, ut in eo quod est, non homo, uel non iustus, quasi negationes sine nomine & uerbo esse uidebuntur, sed non sunt, semper enim uel uerā esse, uel falsam necesse est negationem. Qui uero dixit non homo, non plus dicens de homo, sed etiam minus, uerus uel falsus sit, si non aliquid addatur.

Nouimus propositiones ex infinitis fieri posse nominibus, has ergo dissoluēs Aristoteles sumit per se dictionem nominis infiniti, & de ea disputat si contra finiti nomen comparetur, an quędam enunciatiua oppositio uideat. Si quis enim sumat id quod dicitur non homo, & opponat contra id quod dicimus, homo, uidebitur fortasse aliquatenus facere oppositionem, quoniam enim omnis negatiua particula adiecta uerbo, q̄d cōtinet propositionē, negationem facit, etiam si modus aliquis propositionis non prædicetur, quod posterius demōstrandū est, ita etiam nomini uidetur cum adiecta fuerit negatiua particula, quandam facere negationem, ut si nō particula, iungatur ei quod est homo, faciat nū homo, hoc est enim q̄d ait, illæ uero quæ sunt secundū infinita nomina uel uerba oppositæ, ut in eo quod est non homo, uel nō iustus, quasi negationes sine nomine uel uerbo esse uidentur. Si quis enim dicat non currit, hæc fit sine nomine negatio, quod si quis dicat non homo, hæc quoq; est sine uerbo negatio. Quæ dictiones secundū infinitū nomen uerbum opponuntur finito nomini uel uerbo, q̄d est homo, & currit; uidebunt ergo hæ negationes secundum infinitū nomē uel uerbū, quę prædicātur, sed nō sunt. Maximē enim ratio has negationes nō esse cōuincit, quod omnis negatio uel uera uel falsa est, quod aūt dicimus nū homo uel nō currit, licet simplicia quoq; & finita, homo, scilicet, atq; currit, nihil uerum falsumue significēt, tamē, hæc infinita multò minus aliquid uerum aut falsum demōstrant, nō quod simplicia uerum aliquid falsumue significent, idcirco dicimus infinitas dictiones simplicibus minus uerū aut falsum mōstrare. Sed quod quanq; nihil uerum falsumue designet simplex nomē & uerbum, tamen definitum quidā proponit, utin eo quod est homo, finitū quiddam est & una species. Is uero qui dicit, non homo, presentē quidem speciē interimit, infinitas aūt alias dat intelligere ipsas, nihil ponēs. Quocirca quanq; finita uerba uel nomina, per se uera uel falsa esse non possint nisi cum aliis iuncta sint, tamē longè minus ueritatis aut falsitatis capacia sunt nomina infinita uel uerba quæ nec hoc ipsum quidē quod significāt ponūt, sed illud quidem perimunt, nihil autem per se aliud in significatione constituūt. Postremo propinquius ad ueritatis uel falsitatis finita sunt intellectus. Minus igitur uera uel falsa est dictio nominis infiniti, quam alicuius simplicis & finiti uocabuli.

Significat autem, est omnis non homo iustus, nulli illarum idem, nec huic oppositæ ea quę est, non est omnis non homo iustus. Illa uero quæ est, omnis non iustus non homo, illi quę est, nullus iustus non homo, idem significat.

Postquam de propositionibus infinitum habentibus prædicatum, sufficienti disputatione locutus est, earumqūe oppositiones ostendit. Consequentias q́ue demōstrauit, atque in medio de infinitis nominibus, quòd non essent negationes breuiter perstrinxit, nunc redit ad eas propositiones quę subiectum habent infinitū, prædicatū uero uel finitum uel infinitum, & primum quidem an eædem sint, idemqūe significent, habeantq; ordine aliq; consequētiā hæ propositiones, quæ ex infinito subiecto sunt,

sunt, cū his q̄ ex infinito prædicato sunt uel ex utrisq; finitis docet. Ait enim has duas propositiones quæ sunt, est omnis non homo iustus, non est omnis nō homo iustus, nulli illarū idē significare, quæ aut ex utrisq; finitis sunt, aut ex prædicato infinito, & disponant quidē illæ, quæ aut ex utrisq; finitis sunt, aut ex prædicato infinito, & primū quidē ponatur simplex affirmatio uniuersalis, sub hac negatio uniuersalis ex prædicato infinito superiori simplici affirmationi consentiēs. Cōtra uero ponatur uniuersalis simplex negatio, & sub hac uniuersalis ex infinito prædicato affirmatio, quas constat sibimet consentire precedente affirmatione uniuersali quæ est ex infinito, scilicet prædicato.



Cum igit ita sint affirmationes positæ & negationes q̄ simplex qdē subiectū habēt, infinitū uero uel simplex prædicatū, nūc Aristoteles dicit, quoniā hæ propositiones quæ subiectū habēt infinitū, nulli illarū superiorū quas disposuimus idē significant, hæc em̄ quæ dicit, est omnis nō homo iustus, non cōsentit ei quę dicit, est omnis homo iustus, nec rursus ei quæ dicit, est omnis homo nō iustus, nec his rursus quæ sunt, nullus est homo iustus, uel nullus est homo nō iustus, hæ enim omnes hominē subiectum habent, illę uero nō hominē. Quocirca nec huius negatio, id est, uniuersalis affirmationis ex infinito subiecto particularis, scilicet, negatio cū ulla earū quæ finitū habēt subiectū, poterit cōsentire. Ea enim q̄ dicit, nō est omnis nō homo iustus, neq; cū ea quæ ꝓponit, est omnis homo iustus, neq; cū ea quę dicit, est omnis homo nō iustus, neq; cū his quæ enūciāt, nullus est homo iustus, uel nullus est homo nō iustus. Sed nō hoc dicit, q̄nia ex infinito subiecto, ꝓpositiones diuersę sunt, his q̄ sunt uel ex finito p̄dicato uel ex infinito, subiecto tamē finito. Possunt em̄ diuersæ qdē esse p̄dicationes, idem tamē aliquoties significare, ut ea q̄ dicit, omnis est homo iniustus, cū diuersa sit ab ea quæ dicit, nullus est homo iustus, idē tamē aliquādo significāt, si affirmatio priuatoria præcesserit. Dictū est enim q̄ affirmationibus p̄cedētibus negationes sine dubio sequerētur, ergo non hoc dicit, quoniam diuersæ sunt propositiones ex infinito nomine subiecto ijs quæ sunt ex prædicato uel finito uel infinito, subiecto tamen finito, sed quòd omnino sibi nō consentiāt, uel non idem significēt, id est tota sint uirtute propositionis dissimiles. Atq; quidē hæc dixit de his quæ finitū subiectū haberēt. Infinitū uero uel finitū prædicatum, uenit autē nūc ad ipsarum cōsequentias quæ ex infinito nomine subiecto constāt, & ex utroq; infinito, & sicut suprà consequentiā earum quę ex utrisq; finitis erant, uel ex infinito prædicato docuit, ita quoq; nūc è conuerso quæ ex utrisq; infinitis nominibus constāt, uel ex infinito nomine subiecto qualē ad se habeāt consequētiam, monstrat, dicēs: Illa uero quæ est, omnis non iustus nō homo, illi quæ est, nullus iustus nō homo, idē significat, has duas tātum propositiones monstrat, affirmatiuā, scilicet, uniuersalē ex utrisq; infinitis, quę dicit, omnis nō iustus nō homo, ei consentire quę est uniuersalis negatio ex solo infinito subiecto, quę dicit, nullus iustus nō homo. In his aūt subaudiē particula, est, ut sit tota propositio, omnis nō iustus nō homo est, & rursus nullus iustus nō homo est,

mo est, nam sicut in his quæ finitum habebant subiectum, infinitum uero uel finitū prædicatum, affirmationem ex finito subiecto uel infinito prædicato, eam, scilicet, quæ dicit, est omnis homo non iustus, sequebatur simplex uniuersalis negatio, quæ ex utrisq; finitis constat; nullus homo iustus est. Ita quoque in his permutatis tātum subiectis idem uenit. Nam sicut illic negatio ex utrisque finitis uniuersalis sequebatur affirmationem ex finito subiecto & infinito prædicato, ita quoque affirmationem ex utrisque infinitis uniuersalē sequitur negatio ex infinito subiecto, ipsa quoque uniuersalis, & has quidem duas propositiones ascripsit, solam in his consequentiam ostendens. Cæteras autē quia putabat intellectu esse faciles, persequi neglexit. Nos autē eas ne quid relictū uideatur apponimus, est enim cōsequētia hoc modo.

Est omnis non homo non iustus Nullus non homo iustus est	Est omnis non homo iustus Nullus non homo non iustus est
Quidam non homo iustus est Non est omnis non homo nō iustus	Quidam non homo non iustus est Non est omnis non homo iustus

Has igitur si quis diligenter inspexerit duas comparationes, duabus conuenientissimam consequentiam consensumq; monstrabunt.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, EDITIONIS SECVNDAE, SEV MAIORVM COMMENTARIORVM, IN LIBRVM ARISTOTELIS DE INTERPRETATIONE, Liber quintus.

MAximam operis huius emensi partem, ea quæ sequuntur licet magnis quæstionibus impedita, tamē audacius atque animosius exequemur, nec defatigari in singulis partibus oportet, totius dialecticæ prodere aggressos, atque expedire doctrinam, itaque rectam commentationis seriem conteximus.

Transposita uero nomina & uerba idem significant, ut, est albus homo, est homo albus, nam si hoc non est, eiusdem multæ erunt negationes, sed ostensum est, quod una unius est, eius enim quæ est, est albus homo, negatio est, non est albus homo, eius uero quæ est, est homo albus, si non eadem est ei quę est, est albus homo, erit negatio uel ea quę est, non est non homo albus, uel ea quę est, non est homo albus. Sed altera quidem est negatio eius quę est, est nō homo albus, altera uero eius quę est, est albus homo. Quare erunt duę, unius.

Docet nunc quoniam si nomina & uerba transferunt & ad aliud prius, aliud uero posterius prædicetur, unam sine dubio significantiam retinere. Siue enim quis dicat, est homo albus, siue est albus homo, siue homo albus est, siue albus homo est, siue quomodolibet aliter ordinem prædicationis permutet, eadē sine dubio significatio permanebit, & hoc quidē fortasse Oratoribus uel Poētis non eodē modo perspiciendum

est, quo dialecticis. Etenim quantum ad compositionem orationis spectat, maximè differt quo uerba & nomina prædicationis suæ ordine proferantur. Multum enim interest in eo quod ait Cicero, ad hanc te amentiam natura peperit, uoluntas exercuit, fortuna seruauit, ita dixisse ut dictum est, an ita, ad hanc te amētiam peperit natura, exercuit uoluntas, seruauit fortuna. Sic enim minor est sententiæ magnitudo, minusq; in ea lucet id quod si sic cōponatur eminet, & sese uel nolentibus hominū auribus, animisq; patefacit. Rursus cum dicit Virgilius; pacique imponere morem. Potuisset seruare metrum, si ita dixisset, moremq; imponere pacī, sed esset debilior sonus, nec in eo ictu uersus tam preclarè ut nunc compositus diceretur. Ergo non idem ualet Oratoribus uel Poētis uerborum nominumq; ordo mutatus. Quid enim ad compositionem spectāt, multum in ordine sermonū ornamenti reperiēt. Dialecticis uero quibus nulla est ad orationis leporem cura loquendi quibuscq; sola ueritas perscrutatur, nihil differt quolibet ordine uerba & nomina permutentur, cum tamen eandem uim quam prius in significatione retineant. Sed nec apud ipsos modis omnibus permutato ordine dictionis eadem semper uis, significatioq; seruatur. Hæc enim particula quę negatiua est, id est, nō multum ualet, multamq; differentiam perficit uarijs adiecta locis. Si quis enim dicat homo albus nō est, faciet indefinitam negationem. Si quis uero dicat, homo nō albus est, faciet indefinitam ex infinito prædicato affirmationem. Si quis autem prædicet, non homo albus est, idē quoque cōstituit ex infinito subiecto indefinitā affirmationem. Rursus si quis dicat, omnis homo nō iustus est, hæc cōsentit ei quę dicit, nullus homo iustus est. Quod si idem non ad uniuersalem determinationem ponatur, ut dicatur, nō omnis homo iustus est, non iam uniuersalis affirmatio infinitæ prædicationis consentiens uniuersali simplici negationi fit, sed potius particularis negatio simplex. Vides ne igitur quam multas faciat differentias negatiua particula diuersę nominum predicationi coniuncta? Sed quanquam hæc ita sint, potest tamen alio modo eadem diuersis in locis posita, eandem uim significationemq; seruare. Si enim sit posita non particula cum uniuersalitate sua, cum eadem ipsa sæpius permutetur, idem sine dubio in significatione cōsistit. Si quis enim dicat, nō omnis homo albus est, particularis est simplex negatio. Si quis uero sic dicat, homo non omnis albus est eadem significatio est. Vel si hoc modo, homo albus non omnis est, nec hæc à superiore significatione discēdit, uel si quis amplius quoque permutet dicens: Homo albus est non omnis, à priori significatione nil discrepat. Eodem modo uel si quomodolibet aliter permutetur, cum propria tamen uniuersalitatis determinatione diuerso modo permutata, idem semper necesse est in significatione seruet. Eodem modo si eadem nō particula cū alio nomine uel uerbo iuncta sæpius transferatur. Vt cū dicimus, homo iustus non est. Rursus homo nō est iustus, rursus nō est homo iustus, eadem significatio retinetur. Quocirca si sola particula negatiua permutata sit, & non eodem semper ordine prædicetur, multas differentias faciet propositionum. Sin uero iuncta cum alio nomine sæpius (ut dictū est) transferatur eadem in translationibus omnibus significatio permanebit. His igitur ita dispositis uidendum est quæ sit Aristotelis demonstratio, uerba & nomina transposita eandem semper uim significationēq; subijcere. Ait enim trāspositā uero uerba & nomina idē significant, ut est albus homo, est homo albus. Hæc enim trāspositā nominib. atq; uerbis eandē retinent significationē. In illa enim prius albus est, posterius homo, in hac aūt prior homo, posterior albus, qd si hoc falsum est, & nō sint eædē, sed à se diuersę sunt, impossibile aliquid incōueniensq; contingit, erunt enim duæ negationes unius affirmationis qd est impossibile. Ostēsum enim est quoniā una unius est affirmationis negatio. Nūc igitē uideamus si hæ affirmationes quæ dicūt est albus homo, & est homo albus, nō sunt eædē, sed diuersæ quēadmodum unius affirmationis duæ sunt negationes, & primo quidem disponantur hoc modo, est albus homo, est homo albus; huius ergo propositionis quę dicit, est albus homo, erit negatio ea, scilicet, q̄ apponit, nō est albus homo, alia nāq; quæ esse

quę eſſe poſſit rationabiliter non poteſt inueniri. Diſponantur igitur rurſus eædem & ſuperior affirmatio cum propria negatione.

Eſt albus homo
Non eſt albus homo
Eſt homo albus

Cum igitur eius quæ dicit, eſt albus homo, negatio ſit ea quæ proponit, non eſt albus homo, ſi ea quæ dicit, eſt homo albus diuerſa erit ab ea propoſitione quę pronũciat, eſt albus homo, alia erit eius negatio, ſit ergo aut ea quæ dicit, non eſt non homo albus, aut ea quæ dicit, non eſt homo albus. Rurſus igitur diſponantur duę quidem affirmationes primæ alternatim poſitæ, & ecõtrario confeſſa prioris negatio. Contra ſecundum uero utræq; hæ negationes quas diximus aſcribantur.

Eſt albus homo	Non eſt albus homo
Eſt homo albus	Non eſt homo albus
Non eſt non homo albus.	

His igitur ita diſcretis eius propoſitionis quæ dicit, eſt homo albus, non poteſt eſſe illa negatio quæ dicit, non eſt nõ homo albus. Illius eſt enim negatio quæ habet ſubiectum infinitum, quæ dicit, eſt nõ homo albus. Similiter autem & ſi quamlibet aliã quis poſuerit negationem eius ſine dubio alia reperitur affirmatio. Vnde fit ut relinquatur ea eius eſſe negatio quæ proponit, non eſt homo albus, eſt ergo negatio eius quæ dicit eſt homo albus, ea quæ dicit, nõ eſt homo albus, ſed eius affirmationis quę proponit, eſt albus homo, negatio eſt & iſta quę dicit, nõ eſt homo albus. Quod probat ea res quod inter ſe uerũ falſumq; diuidũt, nam ſi uerum eſt eſſe album hominẽ, falſum eſt non eſſe hominem album. Quod ſi in aliquibus uerum inuenitur, hoc ſecundum diffinitionẽ propoſitionis agnoſcitur, non ſecundum negationis formam, ut magis ſecundum quantitatẽ non ſint ſibi oppoſitæ potius quã ſecundum qualitatem, quod illa res monſtrat ſi quis ſic dicat: Eſt albus omnis homo, ſi contra hanc ponatur non eſt omnis homo albus, perſpicuum eſt, quoniã inter ſe & ueritatem diuidunt & falſitatem, unam enim ueram eſſe neceſſe eſt, unam falſam, quare etiam ſi determinationẽs auferanẽ, eadẽ oppoſitio redit licet ſit indefinita. Nam ſicut in ea quę dicit, omnis homo iuſtus eſt, non omnis homo iuſtus eſt, ſublatis omnis & non omnis homo iuſtus eſt, & homo iuſtus non eſt, affirmatio & negatio oppoſitæ ſunt. Ita quoq; in his ſublato omnis & non omnis ea quæ dicit, eſt albus homo, ei quæ dicit, nõ eſt homo albus oppoſita eſt. Additis enim determinationibus una ſemper uera eſt, altera falſa, ſed diximus quoniã affirmationis eius quæ dicit, eſt albus homo, negatio eſt, non eſt albus homo. Duæ igitur negationes non eſt albus homo, & nõ eſt albus homo unius affirmationis ſunt, eius, ſcilicet, quæ enũciat, eſt homo albus q̃ euenit ſi negationes hę quę dicũt, nõ eſt homo albus, & nõ eſt albus homo à ſe diuerſę ſunt, q̃ ex eo cõtingit quod prius poſitũ eſt eam quę dicit, eſt albus homo diuerſam eſſe ab ea q̃ dicit, eſt homo albus. Quod ſi hoc impoſſibile eſt ut una affirmatio duas habeat negationes, & ſpicuũ eſt cõtra eam affirmationẽ quę dicit, eſt homo albus, utraſq; has negationes quæ dicunt, non eſt albus homo & non eſt homo albus opponi, hæ à ſe diuerſę non ſunt, ſibiq; conſentiunt, & tantum permutatione nominis diſtant. Cæteris autem omnibus eędem ſunt, quod ſi hę negationes eædem ſunt, eędẽ quoq; ſunt affirmationes. Rectę igitur dictum eſt, quoniam tranſpoſita nomina & uerba eandem uim ſignificationemq; ſeruant. Senſus ergo totus ita ſe habet. Hoc autem modo ordo uerborum. Tranſpoſita, inquit, nomina & uerba idem ſignificant, & eſt horum exemplũ, ut eſt homo albus, eſt albus homo. In his enim nomina tranſpoſita ſunt. Nam ſi hoc non eſt, id eſt, ſi non idem ſignificant nomina & uerba tranſpoſita, quiddam impoſſibile & inconueniens cõtingit. Ait enim eiuſdem multæ erũt negationes, id eſt, eiuſdem affirmationis multæ negationes erunt. Sed hoc impoſſibile eſt, oſtenſum eſt enim quoniam negatio una unius eſt affirmationis. Duæ ergo negationes uni opponi affirmationi, ſi uerba & nomina tranſpoſita non idem ſignificant, ſic demõſtrat. Eius enim quæ eſt, eſt albus homo, ſcilicet, affirmationis, negatio eſt, non eſt albus homo. Contra illam enim affirmationem, hæc negatio iuſtè opponitur, eius uero quæ eſt, eſt homo albus, id eſt alterius affirmationis, ſi non eadem eſt ei quæ eſt, eſt albus homo, id eſt, ſi diuerſa eſt à priori propoſitione quę dicit, eſt albus homo, & non eſt ei eadem, ac ſi diceret, ſi ei non conſentit, erit negatio uel ea quæ eſt, non eſt albus homo, uel quęcunq; alia, quam ſi quis ponat eſſe negationem una ratione refellitur, quam hic quoq; poſuit, refellitur autem hoc modo, ait enim. Sed altera quidem eſt negatio eius quæ eſt, eſt non homo albus, altera uero eius quę eſt, eſt albus homo. Inter duas enim negationes quas poſuit illam, ſcilicet, quæ dicit, non eſt non homo albus, & eam quę proponit, non eſt homo albus, illa quę dicit, nõ eſt non homo albus, negatio eſt affirmationis infinitum habentis ſubiectũ, quæ dicit, eſt non homo albus, alia uero, ſcilicet, quæ proponit, non eſt homo albus, eius eſt negatio quæ dicit, eſt albus homo, cum ea enim uerũ diuidit atque falſum. Quare erunt duæ negationes unius affirmationis, ſed hoc impoſſibile eſt.

Quoniam igitur tranſpoſito nomine & uerbo, eadem ſit affirmatio & negatio manifeſtum eſt.

Superiorem argumentationem hac huius ſententiæ concluſione confirmat, fecit autem hunc ſyllogiſmum in ſecundo modo hypothetico, quem indemonſtrabilẽ uocat hoc modo, ſi primum eſt, ſecundum eſt, ſed ſecundum non eſt. Primum igit non eſt, id eſt, ſi tranſpoſitis uerbis & nominibus non ſunt eædem propoſitiones, unius affirmationis duæ ſunt negationes, ſed hoc impoſſibile eſt. Non igitur diuerſæ ſunt propoſitiones tranſpoſitis uerbis & nominibus.

De coniunctis & diuiſis enunciationibus.

AT uero unũ de pluribus, uel plura de uno affirmare uel negare, ſi non eſt unũ ex pluribus, non eſt affirmatio una neq; negatio. Dico aũt unum nõ ſi unũ nomẽ poſitũ ſit, non ſit aũt unũ ex illis, ut homo eſt fortaſſe & animal & manſuetum & bipes, ſed ex his etiã unũ ſit, ex albo aũt & homine & ambulare, non fit unũ. Quare nec ſi unum aliquid de his affirmet aliquis, erit affirmatio una, ſed uox quidẽ una. Affirmationes uero multę, nec ſi de uno iſta, ſed ſimiliter plures.

Multos talis loci huius caligo confundit, ut dignè exequi & quod ab Ariſtotele dicebatur expedire non poſſent. Nos autem ſuprà iam diximus magnæ fuiſſe curæ apud Peripateticæ ſectæ principes dijudicare, quæ eſſet una affirmatio uel negatio, quæ plures. Necq; enim uocis ſonitu cognoſcunt, aut numero terminorum, eſt enim ut una quidem res de una prædicetur, & non ſit una enũciatio. Poteſt etiam fieri, ut uel plures de una re prædicentur, uel una de pluribus, una tamen ex his omnibus enunciatio fiat, quæ res magnæ apud eos cautelæ fuit, ut ubi incidiſſet perſpecta regula non lateret. Nam ſi quis dicat canis animal eſt, non una eſt enunciatio. Canis enim multa ſignificat. Si quis uero dicat, homo animal rationale, mortale eſt, uel animal rationale, mortale homo. Singulæ enunciationes ſunt, ideirco quoniam unũ ex omnibus quiddam fieri poteſt. Nam de animali, rationali atque mortali ſimul iunctis, unus homo perficit. Item alia ſunt quæ plura prædicantur, de q̃bus unũ aliquid effici

effici constituiq; non possit, neque si illa de altero prædicentur, neque si de illis aliud, una affirmatio uel negatio est, sed tot dicendæ sunt affirmationes esse, quot sint hæ res quæ uel de una prædicantur, uel de quibus una dicitur, ut cum dicimus, Socrates caluus Philosophus ambulat. Ex caluitie & Philosophia & ambulatione, nihil unum coniungitur, ut hæc quasi alicuius speciem forment. Quocirca siue hęcde uno prędicentur, siue unum de istis, non poterit una esse enunciatio, & communiter quidem totius propositi sensus huiusmodi est. Nunc autem ad ipsius Aristotelis uerba ueniamus. Dicit enim. At uero unum de pluribus uel plura de uno affirmare uel negare, si non est unum ex pluribus, non est una affirmatio, neq; negatio. Si, inquit, plura de uno prædices, ut cum dicis Philosophus simus, caluus Socrates est, uel rursus cum unum de pluribus prædicas, cum dicis: Socrates simus Philosophus caluus est, si ex his plutibus quæ uel prædicas uel subijcis, unum aliquid non fit, quemadmodum fieri unum potest de his quę prædicamus, substantia animata sensibilis, id quod est animal, non fit una affirmatio nec una negatio. Quādoquidem plura uel prædicantur uel subijciuntur, ex quibus congregatis una species non exiliit. Quòd si unum de uno aliquis prædicauerit, quorum unum nomen pluta significet, ex quibus unum aliquid non fiat, rursus non est una affirmatio nec una negatio. Si quis enim dicat, canis animal est, nomen canis significat, & latrabilem, & cœlestem, & marinum, ex quibus iunctis nihil unum efficitur. Quare quoniam ex his pluribus unum aliquid effici non potest, ex illo quoq; canis nomine non fit una affirmatio & una negatio, quod prædicatur aut subijcitur cum significet multa ex quibus unū fieri nō possit. Quod per hoc ostendit quod ait, dico autem unum, non si unum nomē sit positum, nō sit autem unum ex illis. Potest enim fieri ut unum nomē de uno prædicetur. Sed si unum ipsorum plura significat, ex quibus unum non fit, non est una negatio uel affirmatio. Neque enim uox una perficit enunciationem, sed eius quod significatur simplicitas, uel si plura sint in unum collecta, aliquid unum faciendi potentia. Huius autem rei subiecit exemplum, quod plurimos fefellit dicens, ut homo est fortasse & animal & bipes mansuetem. Sed ex his unum fit, ex albo aūt & homine & ambulare non unum. Putauerunt alij hunc ita dixisse, ut ostenderet exēpli gratia se hanc quasi diffinitionem dedisse, ne forte aliquis arbitretur hanc quasi ueram hominis diffinitionem posuisse, quæ est animal bipes mansuetum. Idcirco enim inquiunt, dixit fortasse, & animal & bipes, & māsuetū. Neqs omnino putaret huiusmodi esse hominis diffinitionē Aristotelem arbitrari. Alij uero hoc nō ita dictū accepere, sed potius in hanc sententiā dictū Aristotelis, scripturamq; interpretati sunt, ut homo est qui & animal, & bipes, & mansuetū, sed ex his unū fit, ut ita intelligeret. Homo quidē æqualiter se habet ad id quod est homo, & ad id q̄d est animal bipes māsuetum. Quocirca si idem est & equum dicere hominē, quod animal bipes, māsuetū, necesse est quoties de uno plura hæc prædicantur, id est, animal, bipes, mansuetū de homine, quoniā æquale est homini, quod unū est, unū quiddā prædices quāuis tres uoces prædicare uidearis. Sed omnes hi nihil omnino intellígunt, sed est melior expositio quā Porphyrius dedit. Volēs, inquit, Aristoteles demonstrare quæ una esset affirmatio, quæ non una, dixit primo: Quoniā plura de uno prædicare, uel plura uni subijcere non est unam enunciationē facere, nisi ex illis pluribus unum aliquid fieret. Vidēs itē quod adhuc plures possent esse affirmationes etiam in his prædicatis, quæ cum plura sint, unum tamē ex his fieri possit, hoc dixit, ut homo est fortasse & animal, & bipes, & māsuetum. Quod autem dico tale est, manifestum quidē sit, quoniam si plura de uno prædicentur, ex quibus unum fieri non possit, uel plura subijciantur uni, ex quibus unum non fit, non est una affirmatio nec una negatio. Nunc autem tractemus de his pluribus, ex quib. unū aliquid fieri possit. Inueniemus enim & in his ipso modo enūciādi plures aliq̄ties enūciationes, & nō unā reperiri, quanq; ex plurib. unū fieri aliqd possit. Si qs em sic dicat animal rationale, mortale homo est, simul

simul iungens animal rationale, mortale, quoniā cōtinuè dictum est, & ex his unum aliquid fit, una est affirmatio. Si uero sit aliquid interualli, ut ita quis dicat, homo animal, & rursus rationale, & aliquantulum requiescens dicat, mortale est, non est una affirmatio, nec una negatio. Hęc enim intercapedo plurimas efficit enūciationes, rursus si cum cōiunctione dicantur, homo animal & rationale, & mortale est, sic quoq; multæ sunt propositiones. Nec differt aliquid uel requiescēdo, uel interponēdo coniunctiones dicere, q̄ si quis dicat, homo animal est, homo rationalis est, homo mortalis est, quæ perspicuè propositiones multæ sunt. Videns ergo hoc Aristoteles, ita dixit: Homo est fortasse & animal, & bipes, & mansuetum, ad hoc, inquit, fortasse tanquā si ita diceret, & de homine quidem, & bipede, & mansueto fit unū, sed est aliquoties fortè, ut plures propositiones sint, cum ea cōiunctio quædam separat atq; discernit. Erit enim fortasse homo & animal, ut hæc una sit propositio, & bipes ut altera, & mansuetum rursus, ut altera. Sed ex his omnibus unū aliquid fit, quæ cū continuè prolata sunt, quoniā ex his unū aliquid efficitur, una est propositio, nō autem idem euenit in omnibus, ex albo enim & homine & ambulare non unum fit. Si quis enim dicat: Socrates homo albus ambulat, nō est una affirmatio, quoniā ex homine, & albedine, & ambulatione nulla omnino species fit. Quare cōclusio est, quoniam nec si de his pluribus, ex quibus unū non fit, unū aliquid prædicetur, ut ex cane terreno latrabili, & cœlesti, & marino, quoniā unum nō fit, & de his unū aliquid prædicetur, q̄ dicimus canis, huiusmodi nomē quod plura significat, ex quibus unū nō fit, si de altero prædicetur, uel subijciatur alteri, non fit una affirmatio, nec una negatio, sed erit quidē uox una, affirmationes uero plurimæ. Siue enim unū de pluribus prędicetur, ex quibus nō fit unum, uel plura huiusmodi de uno, uel si unū de uno prædicetur, quod prædicatum plura significet, ex quibus unum nō fit, siue illud prędicatum alteri subijciatur, omnino non fit una affirmatio nec una negatio. Est autē regula huiusmodi, una affirmatio est, si aut duo termini singulas res significent, aut si plura ita de uno prædicentur, uel uni subijciātur, ut ex his unum aliquid fieri possit, aut unum nomen quod uel prædicatur uel subijcitur, talia significet plura, quæ omnia unā quo dammodo speciem ualeant congregare.

Si ergo Dialectica interrogatio responsionis est petitio, uel propositionis, uel alterius partis cōtradictionis, propositio uero unius cōtradictionis pars est, nō erit una responsio ad hæc. Neq; enim est una interrogatio, nec si sit uera, dictū est autem de his in Topicis. Simul autem manifestū est, quoniam nec hoc ipsum quid est, Dialectica interrogatio est. Oportet enim esse datum, ut ex interrogatione eligat utrā uelit cōtradictionis partē enūciare.

Sed oportet interrogantem determinare, utrum hoc sit homo, an non hoc. Quisquis Dialectica utitur interrogatione, hic aut simpliciter interrogat, atq; unā propositionē in interrogatione ponit, ut cōtra eam sit una responsio, aut utrasq; interrogans dicit, ad quas non fit simplex responsio, sed una tota propositio respondetur. Si quis enim dicat interrogās: Socrates animal est? Cōtra hāc talis est responsio, aut ita, aut non. Si quis uero hoc modo interroget, Socrates animal est an non? Cōtra hanc nō est una responsio. Si enim respondetur ita, de qua annueris ignoratur, de affirmatione an de negatione, rursus si non responderis, nescitur quā negari uolueris affirmationem an negationem. Quare cōtra huiusmodi interrogationes tota propositio respondēda est, id est, altera pars cōtradictionis, aut tota affirmatio, aut tota negatio, ut dicas, aut est animal Socrates, aut si hoc non uidet, respondeas, non est animal Socrates. In his igit quæ multa sunt, ex quibus unū fieri nequit, si fiat una interrogatio, & ipsa reprehensibilis est, & cōtra eam una responsio. Quisquis enim ea plura interrogat, ex quibus unū esse non possit, multas facit interrogationes, con

tra quas ſi ſimpliciter reſpondeat; etiã ſi uera ſit ipſa reſponſio, tamen iure reprehenditur. Cõtra enim multiplicẽ interrogationẽ multiplex debet eſſe reſponſio. Si quis enim dicat interrogãs, Socrates Philoſophus eſt & legit, et ambulat; quia poteſt fieri, ut ſit quidẽ Philoſophus & legatno, n autẽ ambulet. uel ambulet, ſed nõ legat, poteſt item fieri ut & legat, & ambulet, contra huiuſmodi propoſitionem non erit una reſponſio. Nam qui ita interrogauit, Socrates Philoſophus eſt, & legit & ambulat, aut imperitè, aut captioſè interrogauit. Contra quam interrogationem ſi contigerit Socratem Philoſophũ eſſe & legere, & ambulare, ſi reſpondeat, ita eſt, hæc quoq; reſponſio reprehenditur. Contra plures enim interrogationes una reſponſio non debet adhiberi, etiam ſi uerè per unã illam reſpondeatur, ſicut in hac quoq; ſi & Philoſophus eſt, & legit & ambulat. Quocirca ſi interrogatio Dialectica reſpõſionis petitio eſt, per quam reſponſionem fiat propoſitio, ut cum quis dixerit interrogans, dies eſt; alius reſpondeat, non, fiet inde negatio, dies nõ eſt, uel certè altera pars oppoſitionis cũ ita interrogatur, dies eſt, an dies non eſt, ut cõgruè reſpondeatur diem eſſe, aut diem non eſſe, id eſt, tota propoſitio, hæ quæ ex his pluribus fiũt atq; interrogantur, cum unũ ex his fieri non poſſit, non ſunt ſimplices interrogationes. Quocirca nec ad eas reddenda eſt ſimplex reſpõſio, de his autem ſe in Topicis dixiſſe cõmemorat. Rurſus quia Dialectica interrogatio reſponſionis eſt petitio (ut ſupràdictum eſt) uel propoſitionis uel alterius partis contradictionis, quod paulò poſt demonſtrabitur. Imperitè illi interrogant, qui ita dicunt, quid eſt animal? uel quid eſt homo? oportet enim qui Dialecticè interrogat, dare ex interrogatione optionẽ, an ſibi reſpondens affirmationẽ eligere uelit, an negationem. Qui uero ſic interrogat, ut quid eſt aliqua res, uelit dicere reſpondẽtem, non eſt illa interrogatio Dialectica. Interrogant autem quidã hoc modo, putas ne anima ignis eſt? cum reſpondẽs negauerit, addũt, nonne tibi uidetur aliquid eſſe inter ignem atq; aërem mediũ corpus, ut ſit anima? cum reſpondens hoc quoq; abnuerit, illi perſequuntur, an fortaſſe magis tibi uidetur aquã eſſe animã uel terrã? Cum ille nec terram, nec aquam animã eſſe cõſenſerit, tunc defeſſi interrogationibus ita interrogant: Quæ res eſt ergo anima? hæc autem non eſt interrogatio Dialectica, ſed potius diſcipuli ad magiſtrũ aliquid diſcere cupientis. Qui enim aliquid addiſcere cupit, interrogat eũ qui docere poteſt, quid ſit id de quo ambigit. Dialecticus autẽ (ut dictũ eſt) ita interrogare debet, ut reſpondenti ſit copia an affirmationem an negationem uelit eligere. Oportet enim ſcire quoniã omnis interrogatio reſponſionis eſt petitio. Dialectica uero nõ cuiuſdam reſponſionis, ſed eius quæ in utraq; parte habeat oppoſitionẽ, ergo hoc ipſum quid eſt, nõ eſt Dialectica interrogatio. Oportet enim ita interrogare, ut ex interrogatione reſpondens poſſit eligere alterã contradictionis partẽ. Debet enim determinare & diffinire is qui interrogat, an hoc ſit quod dicitur, an non, ut homo animal eſt an non? ut ille aut affirmationem reſpondeat, aut negationẽ, quod autẽ dixit Dialecticam interrogationem petitionẽ eſſe reſponſionis uel propoſitionis, uel alterius partis cõtradictionis, huiuſmodi eſt. Quiſquis interrogat affirmationẽ, aut eandem experit, ut auditor ſibi reſpõdeat, aut cõtradictionẽ, ut ſi quis ſic interroget, homo animal eſt? ſi ille annuerit, propoſitionem reddidit, eam, ſcilicet, quã propoſuit interrogans, ſi uero interrogante aliquo, an homo animal ſit, reſpondens dixerit, non eſt, contradictionẽ reſpondiſſe uidebit. Ille enim affirmationẽ interrogauit, ille negationẽ reſpondit, quod eſt cõtradictio. Rurſus ſi negationẽ interroget, & ille reſpondeat negationẽ, eãdem propoſitionem reddidit, quã is qui interrogauit ante propoſuit. Sin uero interrogante aliquo negationem, ille affirmationem reſponderit, contradictio reſponſa eſt. Hoc eſt igitur quod ait, interrogationẽ reſpõſionis eſſe petitionẽ, & cuius reſponſionis addidit, uel propoſitionis, ſi idem reſpondeat, quod ille interrogat, uel alterius partis cõtradictionis. ſi cum hic affirmationem interroget, ille reſpõderit negationem, uel ſi cum hic negationem in interrogatione poſuerit, ille affirma-

affirmationem in reſponſione reddiderit. Interrogationis autem ſecundum Peripateticos duplex ſpecies eſt, aut cum Dialectica interrogatio eſt, aut cum non Dialectica. Non Dialecticæ autem interogationis duæ ſpecies ſunt, una quidem quando ſimmentes accidens interrogamus, cui illud accidat, ut cum uidemus domũ Ciceronis, ſi interrogemus, quis illic maneat, uel quãdo ſubiectũ quidem ipſum & rem ſumimus, quid autem illi accidat interrogamus, ut ſi ipſum Ciceronem quis uideat, & interroget, quò diuertat, & hæc una ſpecies eſt eorũ quę ſecundũ accidens, nõ Dialecticè interrogemus. Altera uero quando proponentes nomen quid ſit quærimus, aut genus, aut differentiam, aut diffinitionem requirentes, ut ſi quis interroget quid ſit animal, uel quando diffinitionem aut aliquid ſuperius dictorum ſumimus, & quærimus cuius illa ſint, ut ſi quis quærat, animal rationale, mortale, cuius ſit diffinitio.

Quoniam uero hęc quidẽ prædicantur cõpoſita, ut unum ſit omne prędicamentũ eorum quæ extra prædicantur, alia uero non, quę differentia eſt, de homine enim uerũ eſt dicere, & extra animal, & extra bipes, & hæc ut unũ. Et hominem, & albũ, & hæc ut unũ. Sed non ſi citharœdus eſt, & bonus eſt & citharœdus bonus. Si enim quoniã alterutrũ dicit, & utrũq; dicetur, multa incõuenientia erunt. De homine enim uerũ eſt & hominẽ & albũ dicere, quare & omne. Rurſus ſi album, & omne. Quare erit homo albus, & hoc in infinitum. Et rurſus muſicus albus ambulans, & hæc eadem frequenter implicita in infinitum. Amplius ſi Socrates, Socrates eſt & homo, & Socrates Socrates homo. Et ſi homo & bipes, & homo homo bipes.

Multa ſunt quæ cum ſingulatim ueræ prædicẽtur, ſi quis ea coniungat & prędicet, ueram prædicationẽ tenent. Sunt autem alia, quæ ſi per ſe & diſiuncta prædicentur, uera ſunt, ſin uero cõiuncta dicãtur, ueritatem in prędicatione non re tenent, quæ ergo ſit horũ differentia, oportet agnoſci. Si quis enim dicat, Socrates animal eſt, uerũ dixerit, ſi quis rurſus prædicet, quoniam Socrates bipes eſt, hoc quoq; uerum eſt, quæ ſi coniuncta dicantur, ut eſt Socrates animal bipes eſt, à propria ueritate non diſcrepat, atq; hæc quidem in genere & differentia, ea quæ ſubſtantialis eſt Socrati. Quod ſi de accidente quoque dicatur, poteſt idem nihilominus euenire. Si quis enim ſic dicat, Socrates homo eſt, uerum eſt, & rurſus, Socrates caluus eſt, hoc quoque uerum eſt, quod ſi iungat dicens, Socrates homo caluus eſt, ueram rurſus ex coniunctis faciet prędicationem. Atque in his quidem ea quę ſigillatim uerè dicebantur, iuncta ueraciter prædicata ſunt. Sunt autem alia in quibus ſigillatim quidem prædicata uera ſunt, iuncta uero qualitatem ueritatis amittunt, ut ſi quis dicat, quoniam Socrates bonus eſt, uerum eſt, rurſus, Socrates citharœdus eſt, ſic quoq; hoc uerum eſt. Hæc cõiungere non neceſſe eſt, ut ſit uerum, Socrates bonus citharœdus eſt. Poteſt enim bonus quidẽ eſſe homo, & cum ſit citharœdus, nõ tamen eſſe bonus, ſed in alia quidem re bonus, in alia tantum artis illius cognitor, non tamen in ipſa perfectus. Hoc autem facilius tali liquebit exemplo. Si quis enim dicat, quoniã Tyberius Gracchus malus eſt, uerũ eſt, rurſus Tyberius Gracchus Orator eſt, hoc quoq; uerũ eſt, ſi cõiũgẽs dicat: Tyberius Gracchus malus Orator eſt, falſò dixerit, optimus enim Orator fuit, ſed ne quis nos ita dicẽtes ignorare putet Oratoris eſſe diffinitionem uirum bonum dicendi peritum, hæc dicta ſunt ad exemplũ potius quàm ad ueritatem. Atq; hęc quidẽ propoſita ab Ariſtotele ſunt, cuius in textu uerba ſic conſtant. Quoniam uero, inquit, hæc quidem prædicantur cõpoſita, ut ex his unum prædicamentum fiat, eorum quæ extra uerè prædicata ſunt, alia uero cum extra ſigillatim uerè prędicarentur, iuncta ueram non faciunt prędicationem. Inquirendum eſt quæ eorũ ſit differentia, exempla autem horum talia ſunt. Eorum quidem quæ extra prędicãtur uerè, nec

ſi coniuncta ſunt naturā ueritatis amittunt, tale exemplū eſt, de homine enim uerum eſt dicere, quoniam & animal & bipes, rurſus quoniam animal bipes, uerū eſt de eodem homine dicere, ut de Socrate, de eodē quoque Socrate & hominem extra & album ſi ita cōtingit, uerū eſt dicere, & de eodē prædicare animal bipes, à ueritate non diſcrepat, atq; hæc quidem quæ extra ſigillatim prædicanē uerè & iuncta uera ſunt. Quod ſi de aliquo prædicetur, quoniā citharœdus eſt, & uerū ſic. Et rurſus quoniam bonus eſt, & uerum ſit, nō neceſſe eſt dicere, quoniam bonus citharœdus eſt. Poteſt enim eſſe quidē ſolum citharœdus, bonus autē homo, hucuſq; quidē iſta diſpoſuit. Quoniā autem uidebantur quidā arbitrari, quod omnia quæ ſigillatim uerè prædicarentur, eadem quoq; cōpoſita rectè dicerentur. Contra hos dicit, quoniā multa erūt inconuenientia, multaq; impoſſibilia ſunt, ſi quis dicat, omne quod ſigillatim prædicatur ueraciter, id iunctū uerè prædicari. De homine enim uerū eſt dicere, quoniā homo eſt, nam de Socrate qui homo eſt, uerè dicitur, quoniā homo eſt, rurſus de eodem uerè dici poteſt, quoniā albus eſt. Quare et ſi hęc iungas, & ut unū prędices, uerū eſt dicere de aliquo homine, quoniā homo albus eſt, ſed homo qui albus eſt, uerū eſt dicere de eo, quoniā albus eſt, quare etiā ſi hæc iungas, erit p̄dicatio, Socrates homo albus albus eſt, nam de Socrate uerū erat dicere, quoniā homo albus eſt, ſed de homine albo, uerū eſt dicere, quoniā albus eſt, hęc coniuncta Socrates homo albus albus eſt faciūt, q̄ ſi de eodē homine albo, rurſus albū prædicare uelis, uerū eſt, quocirca & ſi iungas, erit igiť prædicatio homo albus, albus, albus eſt, atq; hoc in infinitum. Rurſus ſi quis de aliquo homine dicat, quoniā ille homo Muſicus eſt, ſi uerum dicat dīciatq;, quoniā idem homo ambulans eſt, uerum dicit, ſi iungat, quoniā ille homo ambulans Muſicus eſt. Sed ſi uerū eſt de aliquo homine prędicare, q̄ ſit ambulans Muſicus, de ambulante autē Muſico uerum eſt dicere, quoniā Muſicus eſt, erit ille homo ambulans Muſicus Muſicus, ſed de eodē uerū eſt dicere, quoniā ambulans eſt, uerū erit igitur de eo rurſus dicere, quoniā homo ambulans ambulans, Muſicus Muſicus eſt. Amplius quoq; Socrates Socrates eſt, & rurſus homo, erit igitur Socrates Socrates homo, ſed & bipes. Erit igiť Socrates Socrates homo bipes, ſed de Socrate uerū eſt dicere, quoniā Socrates homo bipes eſt, ſed cū dixi hominē, de eo iam & bipedē dixi, omnis enim homo bipes eſt, uerum eſt ergo de eo dicere, quoniā bipes eſt, ſed uerū erat dicere, quoniam Socrates, Socrates homo bipes eſt, uera igitur prædicatio erit, Socrates Socrates bipes bipes homo eſt. Sed rurſus hominem dixi, atque ineo aliud bipes nominaui, omnis enim homo bipes eſt. Socrates igiť homo bipes bipes bipes eſt, & hoc in infinitum protracto ſuperflua loquacitas inuenitur, nō igitur fieri poteſt ut modis omnibus. Quicquid extra dicitur, id iunctum uerè prędicetur.

Quoniā ergo ſi quis ſimpliciter dicat cōplexiones, fieri plurima incōuenientia cōtingit dicere, manifeſtum eſt. Quemadmodū aūt ponendū ſit nūc dicimus. Eorū igitur quæ prædicantur, & de quibus prędicātur quæcunq; ſecundum accidens dicūtur, uel de eodē, uel alterū de altero, hæc non erunt unū, ut homo albus eſt, & Muſicus, ſed nō eſt idem Muſicum & album, accidētia enim ſunt utraq; eidem, nec ſi album Muſicū uerum eſt dicere, tamen erit album Muſicum unum aliquid, ſecundū accidens enim album Muſicum dicitur Quare nō erit album Muſicū unū aliquid, quo circa nec citharœdus bonus ſimpliciter, ſed animal bipes, non enim ſunt ſecundū accidens. Amplius nec quæcunq; inſunt in alio. Quare neq; album frequēter, neq; homo, homo animal eſt uel bipes, ſunt enim in homine animal & bipes.

Quæ ſuperius comprehendit, ea nunc apertiſſima ratione determinat dicens, de his ſolis extra prædicatis ueraciter non poſſe unam prædicationem fieri ueram, ſi coniuncta

iuncta ſint, quæcunq; aut accidentia ſuīt eidem, aut cum unum alij accidit, accidentis aliud de illo accidenti prædicatur. Si quis enim de Socrate dicat, quoniam Socrates citharœdus eſt, rurſus Socrates bonus eſt, ſi utraq; uerè prędicet, duo accidentia de uno ſubiecto prædicauit, id eſt, de Socrate. Quocirca non poteſt ex his fieri una prędicatio, ut dicatur, Socrates citharœdus bonus eſt, rurſus ſi de Socrate prædicetur Muſicus, ſit enim Socrates Muſicus, de Muſico autem ſi prędicetur albus, & hoc fortaſſe ſit uerū, nō tamen iam neceſſe eſt Muſicū album eſſe. Si enim ſit Muſicus Socrates, ſi de eodem Muſico albus prædicetur, prædicatur quidē de Socrate ſubiecto Muſicus, de Muſico autem quod eſt accidens prædicatur album, rurſus aliud accidens. Ergo nō poteſt hic una fieri uera propoſitio, ut dicatur: Socrates albus Muſicus eſt, neq; enim ſemper Muſicus albus eſſe poteſt, ſed hanc naturā habent accidētia, ut ueniant & recedant, ergo ſi eius qui Muſicus albus eſt, in ſole ſtantis cutem calor fuſcauerit, nō erit quidē albus cum ſit Muſicus. Quocirca neq; tunc cum uerè prædicabatur, quoniam Socrates Muſicus albus eſt, neq; tunc fuit uera rectaq; prædicatio, non enim habet naturā permanendi accidens, ut ſemper uerè prædicetur. Ratio autē uerborum ſic cōſtat. Quoniā igitur ſi quis, inquit, dicat omnino quomodolibet cōplexiones fieri, id eſt, ut quod ſigillatim prędicaueras, hoc cōplexum cōnexumq; proponas, plurima inconuenientia dicere cōtingit. Multa enim cōcurrunt impoſſibilia, ſicut ſuprà ipſe monſtrauit tunc, quando ad nimiā loquacitatē perduxit eos, eadem frequenter nomina repetētes. Quemadmodum ponendum eſt nunc dicimus, id eſt, quemadmodū autem debeāt, quæ ſigillatim uerè dicuntur iuncta prædicari, nunc, inquit, dicimus. Omnia, inquit, quæ prędicātur de aliquo, & rurſus de quibus alia prędicanē duplici modo ſunt, aut enim accidentia ſunt, aut ſubſtātialia, & aliæ quidem prędicationes ſunt ſecundū accidens, quoties aut accidētia duo de ſubſtantia, aut accidens de accidenti alicuius ſubſtantiæ prædicatur, alia uero non ſecundū accidens, quoties aliquid de aliquo ſubſtātialiter dicitur. Eorum igitur quæcunq; ſecundum accidens dicuntur, eorum uel ſi duo ſunt accidentia, & de eodem prædicentur, uel ſi alterum accidens de altero accidenti dicatur, ex his non poteſt una fieri prædicatio, neq; erit unum ſi iuncta ſint, ut homo & albus eſt, & Muſicus, album enim Muſicum, quoniā in unam formā non concurrūt, non faciunt unam propoſitionē. Non enim idem eſt album & Muſicum, utraq; enim eidem ſunt accidentia, non tamē idem ſunt. Nec ſi album de Muſico prædicemus, id eſt, accidens de accidēti, & hoc uerum ſit, non tamē neceſſe eſt id quod Muſicū eſt eſſe album, neq; enim eſt unum aliquid. Accidenter enim id quod Muſicum eſt, album eſt, quoniam enim idipſum cui Muſicum accidit album eſt, idcirco Muſicū album dicitur. Non eſt autem idem Muſicum album. Quocirca eadem ratione tenetur, ut nō poſſit idem eſſe citharœdus bonus, nec in unū corpus cōiuncta, faciant unum aliquid, quanquam ſigillatim uerè prædicentur. Quod ſi quis aliquid ſubſtātialiter prædicet, duasq; res ſigillatim dicat, poſſunt in unam propoſitionē redire, quæ ſubſtantialiter uerè ſe iunctæ ſeparatimq; ponuntur, homo enim cū & animal ſit & bipes, eſt animal bipes, & fit ex his una prędicatio. Nam neq; animal ſecundū accidens ineſt homini nec bipes, q̄ per hoc oſtēdit quod ait: ſed animal bipes, nō ſunt enim ſecundū accidens. Addit quoq; illud, quoniam nec ea iuncta rectè ponūtur, quæcunq; uel latenter, uel in prolatione in aliquo terminorū cōtinentur, qui in propoſitione poſiti ſunt. Idcirco enim de homine albo non debet dici albus, ut ueniat prędicatio homo albus albus, quoniā iam in homine albo continetur albū. Rurſus de homine idcirco non debet prędicari bipes, quoniā licet nō ſit prolatum, tamē qui homo eſt, bipes eſt. Sed de homine ſi quis bipes prędicet, de re duos habente pedes, neq; hac differentia quod eſt bipes, prædicat bipes. Quocirca erit hic quoq; homo bipes bipes, homo enim bipes cōtinet intra ſe, & qui dicit hominē cum ſua differentia dicit. Si quis ergo adhuc prędicet bipes, de re duos habente pedes, bipedē prędicauit. Erit ergo homo bipes bipes, ſed ita prædicari non

debet. Cõtinetur enim in homine bipes, ad quod si rursus bipes prædices, molestissimam facies repetitionem. Hoc enim est quod ait: Amplius nec quæcunque insunt in alio, id est, continentur, aut prolatione, ut in eo quòd est homo albus, continetur in eo albus, quoniã prolatione iam dictum est. Aut potestate & ui, ut in eo quòd est homo continetur bipes, quanquàm dictum penitus non sit.

Verum autem est dicere de aliquo & simpliciter, ut quendam hominem hominem, aut quendam album hominem, hominem album. Non autem semper, sed quando in adiecto aliquid quidem oppositorum inest. Quod consequitur contradictio, non uerum, sed falsum est, ut hominem mortuum, hominem dicere, quando autem non inest, uerum est.

Hæc quæstio superiori contraria est, illic enim quærebatur si quę sigillatim prædicarentur, an semper uerè eadem cõiuncta cõpositaq; dicerentur. Hic autem cõuerso ordine id quærit, an ea quæ composita uerè prædicantur, sigillatim dicta uerè dicantur. Post obitũ enim Socratis possumus dicere, hoc cadauer, homo mortuus est, & hominem mortuumq; iungentes, unã inde ueram prædicationem facere. Solum autem hominem dicere cadauer, illud non est uerum. Rursus eundem Socratem uiuum, uerum est dicere, quoniã animal bipes est, & sigillatim uerum est dicere, quoniã animal est. Quare quæritur quæ sit huius quoq; differentia prædicationis, ut cum coniuncta dicantur, & uerè de subiectis prædicãtur, aliàs quidẽ & extra dici uerè possint, aliàs uero præter illam cõiunctionem, simplicia si dicantur falsa sunt. Hoc autem quasi dubitans dixit. Ita enim legendũ est, quasi si dubitans diceret sic: Verũ est autem dicere de aliquo cõpositum coniunctumq; aliquid, ut de aliquo homine hominem, aut de aliquo albo album, ita ut extra horum aliquid simpliciter prædicetur, an certè non semper. Et dat regulam qua pernoscamus an quæ composita dicuntur, eadem sigillatim dici possint, an minimè. Quoties enim talia sunt quæ prędicanť cũ alio, ut in se non habeant contradictionem, prędicata possunt dici & separata ueraciter. Quod si habeant in se cõtradictionem aliquã, quæ prædicantur & composita dicũtur, separata uerè prædicari nõ possunt, ut ea quæ dicit cadauer, hominẽ mortuũ uerè dicit, solum autem dicere hominem uerè non potest. Idcirco quoniã prius cum cõiunctione prędicauit dicẽs, hominem mortuum, mortuusq; adiacet hominis prædicamẽto, cum homine enim prędicatum mortuum, cõtradictionem tenet contra hominem. Est enim homo animal, mortuus uero non animal, ergo mortuus & homo contradictionem quandã inter se habent. Illud enim est animal, illud uero non animal. Quocirca quoniam inter se habent hæc quandam contrarietatem, separatus homo de mortuo homine, solus non dicitur. Eodem quoq; modo est, si quis dicat manũ esse marmoream statuæ uerum dicit, solum autem manum dicere eam quæ statuę est, falsum est. Habet enim manus potestatẽ dãdi, accipiendiq;, sed illa marmorea nõ habet. Ergo est quædam contradictio inter manum & manũ marmoreã, quod illa dare atq; accipere potest, illa nõ potest. Hæc enim sibi opponũtur cõtradictionis modo. Ergo quotiescũque tale aliquid prędicatur, ut homo de cadauere, cui tale aliquid cõiunctum sit atq; adiacet, quod faciat contradictionem contra prædicatum, ut hic adiacet mortuus homini. Simulq; prędicatur de cadauere, ut faciat contra ipsum hominem cõtradictionem, eam quę in se contineat, non potest separari uera prędicatio, ut sigillatim dicatur. Si uero non sit ista contradictio potest, ut in eo quod est Socrates, animal bipes est, animal & bipes nulla contradictione opponuntur. Quocirca potest de eo & animal sigillatim atq; simpliciter & bipes dici, sensus quidẽ est huiusmodi. Ordo autem se sic habet, dubitans enim dixit. Verum est autem aliquid dicere de aliquo compositè & cõnexè, & rursus simpliciter, ut quendã hominem aut quẽdam album hominẽ, an certè non semper, sed tunc quando in adiecto, id est, in eo quod adiectum cum aliquo prędicatur, ineſt aliquid oppositorũ talium quæcunq; consequitur cõtradictio, id est,

id est, quam oppositionem mox consequitur contradictio, ut oppositionẽ hominis, & mortui sequatur contradictio, animal, scilicet, & non animal. Si igitur sic sint, non est simpliciter uerum prædicari sed falsum, ut hominem mortuũ, quem cõiunctè uerè dicere possis, eundem hominem solum non uerè prędicabis. Quando enim hæc oppositio in his quæ prędicantur non est, uerũ est, quod coniunctè prędicaueris, & simpliciter prædicare. Adiectum est autem in quo uenit aliquoties oppositio huiusmodi, ut in eo quòd est homo mortuus, mortuus adiicitur homini. Aliter enim uerè homo de cadauere non potest prædicari.

Vel etiam, quando ineſt, semper non uerum est, quãdo uero non ineſt, non semper uerũ est, ut: Homerus est aliquid, ut Poëta, ergo etiam est, an non. Secundum accidẽs enim prædicatur esse de Homero, quoniam est Poëta, sed non secundum se prædicatur de Homero, quoniam est.

Quoniam suprà dixerat quando esset in adiecto contradictio nõ esse uerum simpliciter prædicare, quando uero non esset uerũ esse quod coniunctè diceretur, simpliciter dicere. Hoc ipsum quoniam uidebatur in aliquibus non esse uerum, cõsequenter emendat. Ait enim uerum esse illud quòd suprà dictum est. Quãdocunq; in adiecto esset aliqua contradictio non esse uerũ simpliciter prędicare, quod coniunctè diceretur. Quando autem non ineſt contradictio, non semper uerum est prædicare simpliciter, quòd coniunctè uerè diceretur. Sed aliquoties quidem uerum, aliquoties autem falsum. Huius rei tale exẽplum est: Cum dico Homerus Poëta est, est & Poëta coniunctè de Homero uerè prædicaui. Sin uero dixero Homerus est, falsum est, quanquam non sit aliqua cõtradictio inter est & Poëtam, neq; in adiecto est ulla talis oppositio quam cõsequatur contradictio, cur autem hoc eueniat, talis ratio est. De Homero enim Poëtam quidem principaliter prædicamus, cum dicimus, Homerus Poëta est. Est autem uerbum de Poëta quidem prędicamus principaliter, de Homero autem secũdo loco. Nõ enim idcirco prædicamus esse, quia Homerus est, sed quia Poëta est. Sublato igitur eo quòd principaliter prædicatur, id est, Poëta licet nullam contradictionem habeat est, quod adiacet Poëtę, contra Poëtam, non fit uera prædicatio, dicendo: Homerus est. Secundum accidens enim est prædicatur, non principaliter. Sublata autem principali prædicatione, quòd secundum accidens prędicabatur, falsum continuo reperitur, quod autem addidit:

Quare in quibuscunq; prædicatis cõtrarietas non ineſt, si diffinitiones pronominibus dicantur, & secundũ se prædicatur, & non secundum accidens, in his aliquid & simpliciter uerum erit dicere. Quod autem non est, quoniã opinabile est, non est uerũ dicere esse aliquid, opinatio enim eius est, nõ quoniam est, sed quoniam non est.

Ea quæ suprà dixit una ratione colligit dicens: Quæcunq; eo modo prędicantur, ut neq; in nominibus, neq; in diffinitionibus propriis aliquã tenent cõtrarietatem, hæc & extra simpliciterq; prædicata, uera sunt, ut in eo quòd est mortuus atq; homo, hęc quidem nominibus nullius contrarietatis contradictionis sic sunt. Sed si horum pronominibus diffinitiones sumantur, mox contrarietas oppositionis agnoscit. Si quis enim hominis diffinitionem dederit, dicit esse animal rationale. Si quis mortui, dicet esse corpus uita priuatum atq; inanimatũ, atq; ex hoc tota uis cõtradictionis apparet. Quocirca si sumantur diffinitiones pro nominibus, & in his aliqua contrarietas inesse uidebitur, uel si secundum accidens aliquid prędicetur, ut est, de Homero, cum de Poëta principaliter prædicetur, non prædicabuntur simpliciter uerè, quæcunque cõposita prædicabant. Quod si neq; contrarietas ulla sit, & per se prędicetur & non per accidẽs, quicquid cõpositè uerè dicitur, hoc & simpliciter uerè prædicat. Quo-

niam autem fuerunt quidam qui hoc ipſum quod non eſt, eſſe dicerent, totam ſyllogiſmum his propoſitionibus cõiungentes. Quod non eſt, opinabile eſt, quod autem opinabile eſt, eſt, igitur eſt quod non eſt. Hoc ergo dicit, ſi uerũ eſt prædicare, inquit, de eo q̃ non eſt, quoniã opinabile eſt, eſt quidẽ uerbũ de opinabili prædicamus, de eo autẽ quod non eſt, ſecundũ accidens. Quoniã enim quod non eſt opinabile eſt, idcir co ſecũdo loco de eo quòd non eſt, uerbũ eſt prædicamus. Quare non poſſumus ſimpliciter dicere eſſe quod non eſt. Idcirco enim opinabile eſt, quia nõ eſt. Scibile enim eſſet, ſi per ſe eſſet, non opinabile, ſicut Homerus idcirco eſſe dicitur, quia Poëta eſt, non quia per ſe eſt. Vel certe idcirco dicitur Homerus eſſe Poëta, quia Poëſis ipſius extat & permanet, ſicut aliquos in filijs ſæpe uiuere dicimus. Quocirca id quod non eſt, idcirco eſſe dicitur opinabile, quoniam ipſius eſt opinatio. Non autem quoniam id quod nõ eſt, per ſe aliquid eſſe poteſt. His igitur ante perſtrictis atq; ordine terminatis ad propoſitionum modos rem in Dialectica utiliſsimã de propoſitionibus tractatum diſputationemq; conuertit. Reſtat nunc, de propoſitionũ modis oppoſitionumq; differere. Multis enim dubitatũ eſt rationibus, an idem modus eſſet propoſitionum ſinemodo propoſitarum, qui illarum quoq; quæ proprijs modis & qualitatibus terminantur, inchoat autem de his rebus dubitationem ſic.

DE ENVNCIATIONIBVS MODORVM POSSIbilis, contingentis, impoßibilis, & neceſſarij.

Is uero determinatis perſpiciendum eſt, quemadmodum ſeſe habent affirmationes & negationes ad ſe inuicem. hæ ſcilicet quæ ſunt de poſſibili eſſe, & non poſſibili, de contingenti, & non contingenti, de impoſſibili, & neceſſario, habent enim aliquas dubitationes.

OMnis propoſitio aut ſine ullo modo ſimpliciter pronũciatur, ut Socrates ambulat, ut dies eſt, uel quicquid ſimpliciter & ſine ulla qualitate prædicatur. Sũt autẽ aliæ, quæ cum proprijs dicũtur modis, ut eſt, Socrates uelociter ambulat. Ambulationi enim Socratis modus eſt additus, cũ dicimus eũ uelociter ambulare, quomodo enim ambulat ſignificat id quod de ambulatione eius uelociter prædicamus. Similiter autem ſi quis dicat, Socrates benè doctus eſt, quemadmodum ſit doctus oſtendit, nec ſolum doctus dixit, ſed modum quoq; doctrinæ Socratis adiunxit. Sed quoniam ſunt modi alij per quos aliquid fieri poſſe dicimus, aliquid nõ poſſe, aliquid neceſſe eſſe, aliquid contingere, quæritur in his quoq; quemadmodũ fieri contradictionis debeat oppoſitio, in his enim propoſitionibus quæ ſimpliciter & ſine ullo modo prædicantur, facilè locus contradictionis agnoſcitur. Huius enim affirmationis quæ eſt Socrates ambulat, negatio ſi ad uerbum ponatur, ut eſt Socrates non ambulat, rectiſsimè oppoſitione facta ambulare à Socrate diſiunxit. Rurſus huius propoſitionis quę eſt, Socrates philoſophus eſt, ſi quis ad eſt uerbum negationem ponat, integrã faciet negationem dicens: Socrates philoſophus non eſt, necq; enim fieri poteſt, ut ad aliud in ſimplicibus affirmationibus negatio ponat, niſi ad id uerbũ quod totius uim cõtinet propoſitionis. Si quis enim in hac propoſitione quę eſt homo albus eſt, non dicat fieri negationẽ eam quę eſt, homo albus non eſt. Sed potius homo non albus eſt, hoc modo falſum oſtenditur propoſitum, per lapidem. Interrogetur enim de eo an lapis ille homo albus ſit, ut ſi ille negauerit ponens negationem eius quæ eſt, homo albus eſt, eam quæ dicit, homo nõ albus eſt, dicatur ei, ſi nõ eſt de hoc lapide uera affirmatio, quæ dicit homo albus eſt, uera erit de eo negatio, ſcilicet, ea quæ dicit, homo nõ albus eſt, ſed hęc quoq; falſa eſt. Omnino enim lapis homo non eſt, atq; ideo de eo nõ poterit prædicari, quoniã homo non albus eſt. Quod ſi neque affirmatio neque negatio de eo uera eſt, hoc autẽ impoſſibile eſt, ut contradictoriæ affirmationes & negationes de eodẽ prędicatæ utræq; falſæ ſint. Cõſtat eius affirmationis

tionis quæ dicit, homo albus eſt, nõ eſſe illam negationem quæ dicit, homo nõ albus eſt. Sed potius eam per quã proponitur, quoniã homo albus non eſt. Nuſquã igitur alibi ponenda eſt negatio in his quæ ſimpliciter & ſine modo aliquo ponũtur, niſi ad uerbũ quod totã continet propoſitionẽ, de his autem ſufficienter ſuprà iam diximus. In his autem in quibus modus aliquis apponitur, dubitatio eſt, an ad modum illum ponatur negatiua particula, an locum ſuum ſeruet ad uerbum, ſicut in his quoq; propoſitionibus fiebat, quæ ſimplices & ſine ullo modo proponũtur. Nam ſi ſeruet locum ſuũ negatiua particula, ut ponat ad uerbũ proprietas cõtradictionis excidit, & uerũ inter ſe falſumq; nõ diuidit. Modus enim quidã eſt faciendi aliquid, quoties dicimus aliquid poſſibile eſſe, uel neceſſe eſſe, uel quicqd huiuſmodi eſt. Ergo ſi quis me dicat nunc poſſe ambulare, idemq; neget negationem ponens ad uerbum q̃ eſt ambulare dicatq;, me poſſe nõ ambulare, affirmatio & negatio cõtradictoriæ de eodem dictæ, ueræ ſimul inuenientur. Me namq; & ambulare poſſe & nõ ambulare manifeſtũ eſt. Quod ſi in hoc modo poſsibilitatis nõ rectè uerbo particula negatiua cõiungit, etiã in his quoq; quæ nullam habẽt differentiã, an ad modũ, an ad uerbũ negatio ponatur cuſtodienda eſt talis oppoſitio, quæ huic ſpeciei propoſitionũ conueniat, quæ cum modo proferuntur, ut in hac propoſitione quæ dicit, Socrates uelociter ambulat, ſiue quis ita neget, Socrates uelociter non ambulat, ad uerbũ ponens negationẽ, ſiue ſic, Socrates nõ uelociter ambulat, modo negatiuã particulã iungẽs, propè ſimile eſſe uidebitur, diuidit enim cum affirmatione ueritatẽ falſitatem q̃ utroque modo aptata negatio. Sed quoniã ſunt plures modi, in quibus ſi ad uerbum iungatur particula negatiua, non eſt negatio ſuperius enunciatæ affirmationis. Idcirco ſeruanda eſt in omnibus ſecundum modum propoſitionibus iſta proportio, ut uno eodemq; modo cunctarum fieri oppoſitiones dicantur, ut in illis quidem negatio quæ ſimplices ſunt, rem neget. In his autem quæ cum modo ſunt, modum neget, ut in eo quòd eſt, Socrates ambulat, rem ipſam, id eſt, ambulat, neget, admatq; propoſitio dicens, Socrates non ambulat. In his autem quæ cum modo ſunt, rem quidẽ eſſe conſentiat, modum neget, ut in ea propoſitione quę dicit, Socrates uelociter ambulat, negatio dicat, Socrates non uelociter ambulat, ut ſiue ambulet, ſiue nõ ambulet, nulla ſit differentia. Modum autem, id eſt, uelociter ambulandi perimat ex aduerſo cõſtituta negatio, quanquam hoc in quibuſdam non fit, ſimul enim cum modo ipſo & rem periri neceſſe eſt, ut in eo quòd eſt, Socrates poteſt ambulare, Socrates non poteſt ambulare, & modum & rem modo ipſi coniuncta particula negationis intercepit, ſed hoc in his ferè euenit in quibus non fieri quidem aliquid dicitur, & actus ipſius non additur modus, ſed potius faciendi in futuro modus, ut ſi quis dicat Socratem ambulare poſſe, non quod iam ambulet, ſed quod eum ſcit ambulare poſſibile, hic ſi poſſibili negatio cõiungatur, etiam rem ipſam tuliſſe uidebit, de qua illa poſſibilitas prædicabatur. Si quis autẽ dicat, quoniã Socrates uelociter ambulat, facere eum aliquid dicit, modumq; illi actui iungit, ut quemadmodũ illud faciat, quod facere dicit, quilibet agnoſcat, in his res quidem permanet, modus autem ſubruitur, ut ſuprà dictum eſt. An certè illud magis uerius eſt dicendum, quod ſemper huiuſmodi propoſitiones modum quidem auferunt, rem uero de qua modus ille prædicatur, non perimant & in quibus ponitur res, ut in eo q̃ eſt Socrates uelociter ambulat, & in quibus prædicatur actus ipſe & præſens, quia fiat atq; agatur, manifeſtum eſt modum quidem ſubrui, rem uero quæ fieri dicitur, permanere, ut cum dicimus, Socrates non uelociter ambulat. Ambulare enim eum quidem non ſubtractum eſt, ſed tantum hæc negatio uelocitatem ab ambulatione diſiunxit. In his autem quæ poſſibilitatem aliquid in futuro faciendi per modũ ponunt, nullus omnino actus ponitur, ſed tantum modus, ad quem modum iuncta negatio modum quidem perimit. Sed res illa de qua modus prædicabatur non permanet, idcirco quoniam nec tunc cum prædicabatur cum modo aliquid fieri agiue propoſitũ eſt, ut ſi quis dicat, Socratẽ poſſibile eſſe ambulare,

positus quidem modus est, res uero actu cõstituta non est. Non enim dictũ est, quoniam ambulat, sed quoniam eum possibile est ambulare. Hanc ergo possibilitatẽ tollit negatio in propositione quę dicit, Socratem nõ possibile est ambulare. Sed in eadem propositione res de qua dicebatur modus ille nõ permanet, hoc autem idcirco euenit, quia nec in affirmatione quidẽ posita est res de qua prædicatus est modus. Atque ideo nõ à negatione perẽpta est res, quippe quã negatio positã inuenit, sed tantum modũ, qui etiã ab affirmatione cõstitutus est. Magna autem distantia est an ad modum negatio ponatur, an ad uerbum. Nam si ad uerbum ponatur, prædicatum à subiecto disiungitur, ut est Socrates non ambulat. Nam ambulat, quod est prædicatum, à subiecto quod est Socrates, diuisum est. Sin uero ad modum ponatur non prædicatum à subiecto diuiditur. Sed à prædicatione potius disiungitur modus, ut in eo quod est, Socrates non uelociter ambulat, non ambulationem à Socrate propositio ista disiungit, sed uelocitatem ab ambulatione, id est, modum à prędicato; & hoc in his facilius euidentius que apparet, quæcunq; ita prædicantur, ut & fieri & non fieri posse dicantur. Oportet autem quid sit possibile, quid necessarium, quid inesse differre, eorumq; significationes ostendere, quod nobis ad huius loci subtilitatẽ proderit, quẽ tractamus, & superiora quæcunq; de contingentibus dicta sunt, magis liquebunt, & Analyticorũ mentem nobis apertissima luce uulgabit. Quatuor modi sunt quos Aristoteles in hoc libro de interpretatione disponit. Aut enim aliquid esse dicitur, aut contingens esse, aut possibile esse, aut necesse esse. Quorũ contingens esse & possibile esse idem significat, nec quicq; discrepat dicere, posse eras esse Circenses. Et rursus contingere eras esse Circenses, nisi hoc tantũ, quod possibile quidem potest priuatione subduci, cõtingens uero minimè. Cõtra enim id quod dicitur possibile esse, & negatio possibilitatis infertur aliquoties, ut est non possibile est esse, & priuatio, ut est impossibile esse. Namq; cũ dicimus impossibile esse, priuatio possibilitatis est, in contingenti autem quanquã idem significet, sola tantum opponitur negatio, nulla uero priuatio reperitur, ut in eo quod est contingens, si hoc primere uolumus, dicimus non cõtingens, & hęc negatio est. Incontingens autẽ nullus dixerit q̃ est priuatio. Cum ergo contingens esse & possibile esse idem significent, multa in his diuersitas est secundũ Porphyriũ quæ sunt necessaria & inesse tantũ significantia, & cõtingentia uel possibilia. Quod enim esse aliquid dicit, de præsenti tempore iudicatur. Si quid enim nunc alicui est, hoc esse prædicatur. Quod uero ita inest, ut semper sit & nunquã mutetur, illud necesse esse dicitur, ut solis motus, luneq; cursus obsistit, defectus. Quę autẽ cõtingere dicuntur uel possibilia esse, illorũ neq; secundum præsens, neq; secundũ aliquã immutabilitatem speculamur euentũ, sed tantum respicimus, quãtum contingentis propositio pollicetur. Quod enim posse esse uel cõtingere dicitur, nondũ quidem est, sed esse poterit, siue autem eueniat, siue non eueniat, quia tamen esse potest, cõtingens & possibilis, dicit propositio, non enim ex euentu diiudicantur propositiones, sed potius ex significatione, hoc modo: Si quis enim dicat posse esse eras Circenses, possibilis est contingens q̃ affirmatio. Quod si eras sint Circenses, nõ tamen est aliquid actu propositionis cõtingentis uel possibilis permutatũ, ut necesse fuisse uideatur, q̃ illa possibiliter promittebat. Quod si rursus non sint Circenses, omnino nec sic aliquid permutatum est, ut necesse fuisse non esse Circẽses uideat. Non enim (ut dictũ est) secundũ euentũ ista iudicãtur, sed secundum propositionis potius ipsius promissum. Quod enim dicit quisquis dixerit eras posse esse Circẽses, hoc (ut opinor) siue sint, siue nõ sint, nulla tamẽ intercluſum est necessitate, ne nõ sint. Quare quatuor modorũ duo quidẽ idẽ sunt, id est, cõtingens atq; possibile, hi duo autẽ cũ duobus reliquis, atq; ipsi reliqui à se differũt. Possibile enim & contingens distat ab ea propositione quæ dicit aliquid esse, hęc enim secundũ possibilitatẽ futuri tẽporis affirmationẽ proponit, illa uero secũdum præsentis actum. Vtraque uero, & ea quæ esse, & ea quæ possibile esse uel cõtingere signi-

ficata necessaria, p̃positione disiunctę sunt, necessitas enim nõ modo inesse uult aliquid, sed etiam immutabiliter inesse, ut illud quod esse dicitur, nunquã esse nõ possit. Quocirca cõsequentiæ quoq; ordinis euidenter apparent. Quod enim est necessariũ, sine eo q̃ est esse, uel contingere esse, uel possibile esse non dicitur. Quicquid enim necessarium est, & est, & esse potest, uel si esse non posset, non esset omnino. Quod si nõ esset, nec necesse esse diceretur. Quare omne necessariũ & esse dicitur, & possibile est, sed nõ æquè omne, q̃ est, necessariũ est, possunt enim quædam esse, quæ ut sint, nõ necesse est, ut Socratem ambulare, uel cætera quæ de separabilibus sumuntur accidentibus, nec rursus quod contingit esse uel esse possibile est, mox esse necesse est. Quare necesse esse quidem sequuntur esse & possibilitas, sed neq; neq; possibile esse, necessitas ulla consequitur. Rursus omne esse sequitur posse esse, Quod enim est & potest esse. Nam si esse nõ posset, sine ulla dubitatione non esset, possibilem aũt esse nõ cõsequitur esse. Quod enim possibile est esse, potest & non esse, ut me possibile est nunc quidem procedere, sed hoc mihi non est necesse. Non enim nunc procedo, quare gradatim omnis est cõsequentia, necesse est namq; & esse sequitur & possibilitas. Rursus esse eadẽ sequitur possibilitas, possibilitatẽ aũt nec esse sequitur, nec necessitas. Liquet ergo, quoniã duo modi sunt possibiliũ, unum q̃ iam sequitur necessitatẽ, alterũ quod non sequitur ipsa necessitas. Nam cũ dico necesse est ut nunc sol moueat, hoc etiã possibile est, cũ dico, possibile est nunc me sumere codicem, nõ necesse est. Rectè igitur ab Aristotele paulò pòst dubitabit, an sit illud possibile, q̃ necessitati cõueniat. Sed cũ ad eadem loca uenerimus, quid sibi ista possibiliũ similitudo uelit, uel quemadmodũ discerni possit agnoscemus. Nunc aũt quoniã affirmatiuarũ propositionum cõsequentias explicuimus, negatiuarũ rursus cõsequentias exploremus. Harũ namq; quatuor propositionũ quæ fiunt ex esse, ex necesse esse, ex possibili esse, & contingere esse, quatuor negationes sunt, non esse, nõ necesse esse, non possibile esse, non cõtingens esse. Sed quemadmodum affirmationes cõtingere esse & possibile esse, eædem erant secundũ significationũ similitudinẽ, ita quoq; negationes eædẽ sunt, neq; enim discrepat quicq̃ dicere nõ possibile est, quàm si enunciet non cõtingit. Cõsequentiæ autẽ se in affirmatiuis habebãt hoc modo, ut necessarias propositiones sequerentur esse aliquid significantes atq; possibiles. Eas autem quæ esse aliquid dicerent, eędem possibiles sequerẽtur, sed neque possibilibus, esse aliquid significantes, nec necessariæ cõsentiebant. In negatiuis uero cõtra est, negationẽ enim possibilitatis sequit̃, & eius quæ est esse aliquid significãtis negatio & necessariæ. Negationẽ uero necessarij neq; eius q̃ est esse, neq; eius q̃ est possibile esse, negatio sequit̃. Disponãtur enim in ordinẽ omnes, hoc modo:

Possibile esse	Non possibile esse
Contingens esse	Non contingens esse
Esse	Non esse
Necesse esse	Non necesse esse

Repetendum igitur breuiter est affirmatiuarũ cõsequentias, ut quemadmodũ è conuerso sint in negatiuis euidẽtius patefiat. Esse sequitur possibilitas & cõtingentia. Possibilitatẽ uero & cõtingentiã esse nõ sequit̃. Necesse uero esse sequitur & esse, & possibilitas & cõtingentia, possibilitatẽ aũt & contingentiã nec esse sequit̃, nec necessitas. In negationibus uero è contrario est, non posse esse & non contingere esse sequitur non esse, quicquid enim non potest esse, non est, non esse autem non posse esse nõ sequitur, q̃ enim nõ est, nõ omnino intercluſum est, ut esse nõ possit. Nunc enim ego Traiani forum non uideo, sed non est necesse ut non uideam, fieri enim potest ut propius accedẽs, uideã. Rursus nõ posse esse, & nõ cõtingens esse, nec nõ esse, sequit̃ nec nõ necesse esse. Quod enim nõ est, nõ uidebit̃ uerè dici, quoniã illud esse nõ potest, sed potius quoniã potest non esse uel esse, quod est, non ne-

cesse

ceſſe eſſe. Quod enim non eſſe poteſt, non uidebitur uerè dici, quoniã illud non ne ceſſe eſt eſſe, ſed potius, quoniã illud neceſſe eſt non eſſe, id eſt, nullam eſſentiam ha bere. Negationẽ autem neceſſitatis, id eſt, non neceſſe eſſe, necꝫ non eſſe ſequitur, necꝫ nõ poſsibile eſſe. Me enim dum ambulo nõ neceſſe eſt ambulare, necꝫ enim ex neceſsitate quiſquã ambulat, nec rurſus quod nõ eſt neceſſe, id nõ poteſt fieri, quiſ quis enim ambulat nõ quidem ambulare illi neceſſe eſt, ſed tantum poteſt. Atꝫ ideo quod non eſt neceſſe eſſe, nõ omnino intercluſum eſt ut eſſe nõ poſsit. Et de nõ con tingenti eadem ratio eſt, diuerſo ergo modo quàm in affirmationibus negatiua con uerſio eſt. Illic enim neceſsitatẽ & eſſentia & poſsibilitas ſequebaẽ, eſſentiam autem poſsibilitas, ſed necꝫ poſſibilitatẽ eſſentia uel neceſsitas, nec rurſus neceſsitas eſſen tiam ſequebatur. Hic autẽ non eſſe, non poſsibile eſſe, & neceſſe non eſſe conſequi tur. Sed necꝫ nõ neceſſe eſſe, non eſſe ſequit, necꝫ utraſꝫ poſsibilitatis negatio, quę non poſſe eſse aliquid proponit. An magis illud dicendũ eſt, quod ſicut ſe in affirma tionibus habet, ita quoꝫ in negationibus, ut Theophraſtus acutiſsimè perſpexit? Fuit enim cõſequentia in affirmatiuis, ut neceſsitatẽ & eſſe cõſequeretur & poſsibi litas, poſsibilitatem uero neceſſe ſequeretur nec neceſsitas. Idem quoꝫ penitus per ſpicientibus in negationibus apparebit, ueniens namque negatio in neceſſario fa ciensꝫ huiuſmodi negationẽ quæ dicit, non neceſſe eſt eſſe, uim neceſsitatis infrin git & totã propoſitionẽ ad poſsibile ducit, quod enim nõ neceſſe eſt eſſe, fracto ri gore neceſsitatis ad poſsibilitatem per ductum eſt, ſed poſſibilitatem nec eſſe ſeque batur nec neceſsitas. Rectè ergo fractam neceſsitatem & ad poſsibile perductã cum negatio dicit non neceſſe eſſe, nec nõ eſſe, nec non cõtingere eſſe conſequitur. Rur ſus qui dicit poſsibile eſſe, ſi ei diſiũctio negationis addatur, tollit poſsibile, & ad ne ceſſariã quandã uim habet hæc propoſitio in qua dicimus, nõ poſſe eſſe aliquid, ſed neceſsitatẽ ſequebatur & eſſentia & poſsibilitas. Nõ neceſſe autem eſſe ad poſsibili tatem reſpicit. Rectè ergo non neceſſe eſſe, quod eſt etiã poſsibilitatis, ſequitur pro poſitionem, quę dicit nõ poſſe eſse, quod eſt neceſsitatis. Alij ergo ordines propoſi tionũ ſunt, uis tamen eadem, ut neceſsitatem cũcta ſequãtur, poſsibilitatem uero ne ceſsitas nõ ſequatur. Hic oritẽ quæſtio ſubdifficilis, nam ſi neceſsitatẽ ſequitur poſſi bilitas, nõ neceſſe autẽ poſsibilitati cõſine eſt, cur neceſse eſse non ſequatur id quod dicimus non neceſse eſse, nam ſi poſsibilitas ſequitur neceſsitatem, nõ neceſſe au tem eſse ſequitur poſsibilitatẽ. Sequi debet neceſsitatem, ergo id ꝙ non neceſse eſt prædicamus. Quæ hoc modo diſſoluitur, nõ poſsibile eſſe quanquã uim habeat ne ceſsitatis, differt tamen à neceſsitate, quod illa affirmatiuã habet ſpeciem, illud uero negatiuã, ſic etiã poſsibile eſse & non neceſse eſse differunt, eò tantũ quod illud eſt affirmatiuũ, illud uero negatiuũ, cum uis eadem ſignificationis ſit. Sed neceſsitatem affirmatio poſsibilitatis & cõtingentis ſequebaẽ, quanquã enim poſsibilitatẽ imitẽ tur, eiꝫ conſentiat id quod dicimus non neceſſe eſſe, tamen negatio quędam eſt. Re ctè igitur affirmationem quæ eſt neceſse eſſe, non ſequitur negatio per quam aliquid non neceſse eſse proponimus. Et hanc quidem huius ſolutionem quæſtionis Theo phraſtus uir doctiſſimus reperit. Nos autem his determinatis ad ſequentia proceda mus. Sunt enim, ut ipſe Ariſtoteles ait, in his multæ dubitationes, ſed totius textus pleniſsimum ſenſum primo ponamus, qui & ſi longus eſt, tamen ne interciſa uide atur eſſe ſententia, non grauabor apponere.

Nam ſi eorum quæ cõplectuntur ille ſibijnuicem oppoſitę ſunt cõtradictio nes, quæcunꝫ ſecũdum eſſe & non eſſe diſponuntur, ut eius quæ eſt, eſſe ho

minem

minem negatio eſt, non eſſe hominem, non eſſe non hominẽ. Et eius quę eſt, eſſe album hominem, negatio eſt ea quę eſt, non eſſe albũ hominem, ſed non eſſe non albũ hominem. Si enim de omnibus aut dictio eſt, aut negatio, lignũ erit uerum dicere, eſſe non album hominem. Quod ſi hæc hoc modo, & qui buſcunꝫ eſſe nõ additur, idem faciet id quod pro eſſe dicitur, ut eius quę eſt, ambulat homo, negatio eſt, non ea quę eſt, ambulat nõ homo, ſed ea quę eſt, non ambulat homo, nihil enim differt dicere hominem ambulare, uel homi nem ambulantem eſſe.

Hæc Ariſtotele, ſubtiliter diſcutiente illud oportet agnoſcere, ꝙ multũ differt ipſius poſſibilitatis uim naturãꝫ diffinire, uel propriæ ſcientiæ qualitate cõcludere, & poſſi bilem enunciationem qualis eſſe debeat iudicare. Namꝫ poſſibilis cognitione illud ſolum perſpicitur, an id quod dicitur, fieri poſſit nullo extrinſecus impediente cau ſam, quod etiã ſi accidat, nihil de ſtatu prioris poſſibilitatis permutatur, uerũ ipſius poſſibilis enunciationis dijudicatio plurimũ differt, ꝙmox poterit ex ipſa de poſſibi libus enunciationibus diſputatione cognoſci. Nam ſicut non eſt idem hominis diffi nitionem reſpondere quærentibus, & ipſam diffinitionem alio termino diffinitionis includere, ita nõ idem eſt de poſſibili enunciatione & quid ipſum poſſibile eſt tracta re. Vnde fit ut cum poſſibile atꝫ contingens idem in ſignificationibus, ſit diuerſum eſſe in enunciationibus uideatur. Suprà namꝫ docuimus poſſibilitatẽ & contingen tiam eiuſdẽ ſignificationis eſſe, ut quod contingeret fieri, idẽ eſſet poſſibile, & quod poſſibile eſſet, idem quoꝫ contingeret. Sed poſſibilis enunciatio, nõ eſt eadem quæ cõtingens, necꝫ enim ſi quis poſſibilem affirmationem proponat, eiꝫ opponat con tingentem negationem, rectam faciet contradictionem. Si quis enim dicat, quodli bet illud eſſe poſſibile, alius reſpondeat negãs rem illam con tingere, licet quantum in ſignificatione eſt priorem poſſibilitatẽ abſtulerit, non tamen dicenda eſt cõtradi ctio, in qua alij termini in negatione, alij in affirmatiõe enũciati ſunt. Poſſibilis enim affirmatio de poſſibilitate negationem, non de contingentia habere debebit. Idem quoꝫ in cõtingentibus. Neque enim ſi quis aliquid contingere dixit, opponẽda illi eſt poſſibilitatis negatio, licet idem ſit poſſibile quod contingens. Conſtat ergo di uerſiſſimam eſſe rationem modi per ſe dijudicandi & enunciationis, quæ cum modo & qualitate prædicatur. Vnde fit ut quanquam idem in ſignificationibus poſſibili tas & contingentia ſint, quaſi diuerſa ab Ariſtotele in modorum ordine proponan tur. Illud autem ignorãdum non eſt, quod Stoicis uniuerſalius uideatur eſſe poſſibi le à neceſſario. Diuidunt enim enũciationes hoc modo. Enunciationũ, inquiũt, aliæ ſunt poſſibiles, aliæ impoſſibiles. Poſſibiliũ aliæ ſunt neceſſariæ, aliæ non neceſſariæ. Rurſus nõ neceſſariarum aliæ poſſibiles. Stultè atꝫ improuidè idem poſſibile & ge nus nõ neceſſarij & ſpeciẽ cõſtituentes. Nouit autẽ Ariſtot. id poſſibile ꝙ nõ neceſſa rium eſſe poteſt. Eodẽ namꝫ modo nõ dicit poſſibile eſſe, ꝙ uel ex falſitate in uerũ trãſit aliquãdo, uel rurſus ex ueritate in falſitate, ut ſi quis dicat nũc, quoniã dies eſt, uerũ dixerit, idẽ ſi hoc nocte prędicet, falſum eſt. & hęc ueritas propoſitionis in fal ſum eſt permutata. Sic ergo quædã ſunt poſſibilitates, ut eas eſſe et nõ eſſe cõtingat, quæ nõ eodẽ modo dicunt quẽadmodũ illę quæ mutabilẽ naturã nõ habẽt, ut hę, ſci licet, quas neceſſarias diximus, ut ſi quis dicat ſolem moueri, uel ſolem poſſibile eſſe moueri, hæ nunquã ex ueritate in falſitatem mutabuntur. Sed nunc de Ariſtotelis & Stoicorũ diſſentione tacendũ eſt. Illud tamen ſolum ſtudioſius perquirendũ eſt, quo loco ſit ponenda negatio in his propoſitionibus, in quibus modus aliquis prędicat, aut quæ dicent eſſe poſſibiles enũciationes, contingentes, & neceſſariæ, & quecũꝫ cũmodo ſint propoſitiones. Illę ueraciter eſſe ſecundũ modũ ſicut aliæ ſecundũ eſſe dicentur,

dicentur,in quarum ſignificationibus rei de qua prędicantur ſubſiſtendi qualitas inuenitur,ut cum dico, Socrates benè loquitur, modus quidam eſt benè loquendi Socratis. Ergo ſicut in his propoſitionibus, quæcunq; cuiuslibet illius rei ſubſiſtentiam promittunt,ad ipſam ſubſiſtentiam negatio ponitur,ut cum dicimus,Socrates eſt,ad eſſe aptatur negatio,cum negamus,Socrates nō eſt.Ita quoq; in his quæ modū ſubſiſtentiæ dicūt, ad eum modum ponenda eſt negatio, qui ad illam ſubſiſtentiā uidetur adiectus,ut cum dicimus,Socrates benè loquitur,modus ipſius rei eſt id quod prędicamus benè. Ad hūc ergo modum & qualitatem ponenda eſt negatio.Plures autem propoſitiones uel contingentes eas eſſe dicimus, in quibus ipſe modus monſtratur, & non potius eſſe de modo dicitur,ſed modus de eo quod eſt eſſe.Cū enim dicimus, poſſibile eſt eſſe quidē,quiddā dicimus, quemadmodū autē ſit additū eſt, id eſt,poſſibile,ut nō neceſſariū neq; alio aliquo modo, niſi tantū ſecundū poteſtatē dicatur, ſit ergo eſſe ſubiectū, prædicatum uero modus,uel cōtingens,uel poſſibile, uel neceſſariū,uel quilibet alius. Atq; hæ quidem propoſitiones ſecundum modum dicuntur,in quibus de ſubſtantia nihil ambigitur. De modo autē & ſola qualitate tractat: Sin uero ſubiciat modus quidē,prædicetur uero eſſe,tunc de ſubſtantia rei queritur nō de modo,ut ſi quis dicat, poſſibile eſt, ut ipſum poſſibile in rebus eſſe pronūciet, huic propoſitioni nullus modus adiectus eſt. Cū enim dicimus,poſſibile eſt modum habere,hoc ita per ſe non dicimus,ſed particulā propoſitionis ablatā,ita eam perſpicimus quaſi ſi cum propoſitione eſſet cōiuncta, quā ſi cū propria propoſitione iunximus qualimodo prædicet apparet. Cum enim dicimus,poſſibile eſt,ut modū ſignificet,particula propoſitionis eſt,quā ſi ſuo corpori aggregemus faciētes aliquā propoſitionem,quid modus ille profiteat,agnoſcimus,age enim id q̄ dicimus poſſibile eſt,cōiungamus alijs prædicamentis, atq; inde una enunciatio cōficiatur, dicamusq; Socratē ambulare poſſibile eſt. Vides ne modū in propoſitione poſſibile, ut etiā ſiue Socrates ambulet, ſiue nō ambulet, poſſe eum tamen ambulare ex ipſo propoſitionis modo quilibet agnoſcat? Ita igitur de toto auferentes partē poſſibilem enunciationem quaſi tota ſit propoſitio ſpeculamur,ut in his dictionibus fieri ſolet, quæ pluralitatē determinat,ut ſi dubitamus cōtra omnis, an nullus ponat, an nō omnis, ita eas ſpeculamur, quaſi integras propoſitiones,quas determinationes propoſitionū eſſe manifeſtū eſt. Cōcludenti ergo dicendū eſt in his quæ modū prędicāt,omnes aliæ res ſubiectæ ſunt uel eſſe,uel ambulare, uel legere,uel dicere, uel quicquid aliud cum aliquo modo fieri dicētur,in his autem ubi modus ipſe ſubijcitur,eſſe uero prędicatur,ut ſit integra propoſitio, nō eſt cum modo propoſitio. Sed ibi tantū de ſubſtantia modi proponitur,ut ſi quis dicat poſſibile eſt,quiddā in rebus dicit eſſe poſſibile,& rurſus contingens eſt,quiddam in rebus dicit eſſe quod contingat, & rurſus neceſſe eſt eſſe,quiddam,dicit in rebus quod ſit neceſſe, hic non de modo,ſed de ſolo eſſe tractatur, quare quoties eſſe quidem ſubijcitur, modus autem prędicatur,ut cum dicimus,Socratē ambulare poſſibile eſt,ad modum iungēda negatio eſt.Quoties uero modus ſubijcitur,eſſe autē prædicatur,ad eſſe ponēda negatio eſt,ut cū dicimus,poſſibile eſt,quia ita dicimus tanquā ſi diceremus poſſibilitas eſt, & cum dicimus contingens eſt,ita dicimus tanquàm ſi diceremus cōtingentia eſt,ad eſſe ponenda negatio eſt,dicendumq; eſt, poſſibile non eſt, quod idem ualet tāquàm ſi diceret, poſſibilitas non eſt. Eodem quoque modo & de contingentia. Non autem perfectè ſpeculantibus idem ſemper uideri debet ſubiectum, quod primo loco reperiri dicitur.Id enim prædicatur ſemper,quod ſecundo loco prædicatur. In quibuſdam enim uerum eſt. In alijs uero ex ſignificatione potius propoſitionum colligimus,qui terminus ſubiectus ſit,qui uero prædicatus. Nam cū dico,homo animal eſt, priùs mihi neceſſe eſt hominē dicere, poſt prædicare animal, atq; ideo ſubiectū dicitur homo; animal uero prædicatur.In his autē in quibus modus additur, ſicut eſt cum dicimus, Socrates benè loquitur, idem ualet tanquā ſi dicamus,Socrates benè loquens eſt, & hoc

hoc quidem benè priùs dictum eſt,poſtea uero loquēs eſt, & uidetur eſſe quidē ſubiectum id quod dictum eſt benè. Prædicatum autem id quod dictum eſt, loquens eſt. Sed hoc falſum eſt,& hinc facilimè poteſt inueniri, quod loquentē quidem eum eſſe nullus ignorat, quiſquis audit Socratem benè loquentem eſſe, uim autē totius propoſitionis modus continet. In id enim intendendus eſt animus non ſi loquatur,hoc enim indubitatū eſt. Nam qui eum benè dicit loqui,loqui quoq; conſentit. Quare ad modum intendendus eſt animus ad id quod dictum eſt benè. Socrates enim benè loquitur,quod dixit, loqui quidem non ſufficit dicere,niſi etiam dicat benè. Cōtinet ergo totam propoſitionem modus,ſed rurſus totam propoſitionem continet prædicatio,modus igitur in his propoſitionibus potius prædicatur. Concludendū igitur uniuerſaliter eſt, omnem modorum contradictionem non ſecundum eſſe uerbum fieri, nec ſecundum id rurſus uerbum quod in ſe eſſe contineat,ſed potius ſecundum modum. Cōtinere autem in ſe uerba id quod eſt eſſe dicuntur,ut cum dicimus loquitur, tantundē enim ualet tanquā ſi dicamus,loquēs eſt. Quare quæcunq; propoſitiones quemlibet illum in ſe retineant modum. Dubitandum non eſt, quin non ad id quod ponit eſſe,negatio iuſtè applicetur.Sed potius ad eum modum,quo aliquid eſſe fieriue pronunciet. Omnis namq; cum modo affirmatio talis eſt,ut non intendere debeat animum auditor ad id quod eſſe dicitur.Sed ad id potius quomodo illud eſſe dicatur,ut cum dicimus, Socrates benè loquitur, non perſpiciendum eſt an loquatur, ſed potius illuc animi dirigenda intentio eſt quemadmodum loquatur. Hoc enim uidetur continere totam propoſitionem. Ergo contra poſſibile eſſe, nō eſt ea negatio quæ dicit,poſſibile non eſſe,ſed non poſſibile eſſe, eodem modo & contra eam quæ dicit,contingere eſſe,non ea quæ enunciat contingere non eſſe, ſed potius ea negatio,eſt,quæ dicit,non cōtingere eſſe. Idem quoq; in neceſſarijs impoſsibilibusq; modis cæteriſq;,quæ nunc Ariſtoteles pro ſolita breuitate tranſgreſſus eſt, faciendū uidetur. Sed quoniam commentationis uirtus eſt,non ſolum uniuerſaliter uim ſenſus exprimere,uerum etiam textus ipſius ſermonibus ordinibq; connectere ea, quæ ſuperius confuſè dicta ſunt,nunc per ſermonum ipſorū ab Ariſtotele dictorum ordinem diuidamus. His uero determinatis perſpiciendum eſt, quemadmodum ſe habent negationes & affirmationes adinuicē hæ,ſcilicet,quæ ſunt de poſſibili eſſe, & nō poſſibili eſſe,contingere & non cōtingere,de impoſſibili & neceſſario. Habēt enim aliquas dubitationes,& quas dubitationes habeant cōtinuo eas ſubijcit, Nam ſi eorum quæ cōplectuntur illę ſibiſnuicem oppoſitæ ſunt contradictiones,quæcūq; ſecundū eſſe uel non eſſe diſponūtur. Senſus totus huiuſmodi eſt,in omnibus cōplexionibus propoſitionū illa in his oppoſitio ualet, quæcunq; ſecundū eſſe uel nō eſſe fit,ut cum dicimus,homo eſt,huius negatio eſt,homo nō eſt. Sed nō ea quæ dicit,nō homo eſt,& rurſus eius quę proponit,eſt albus homo,illa negatio eſt quę dicit,non eſt albus homo,nō ea quę proponit,eſt albus homo,hoc ipſum autē quoniā eius quę dicit,eſt homo albus,negatio eſt,quę dicit,nō eſt albus homo,non ea quę proponit eſt nō albus homo,ſic demōſtrat. Si enim de omnibus aut dictio eſt,aut negatio,lignum erit uerū dicere,eſſe non albū hominem.Breuiter dictum eſt,ſed ita poſſe uidetur exponi,propoſitum,inquit,ſit lignum,de quo duæ enunciationes dicantur,illud tamē nobis manifeſtum ſit de omnibus,ſi affirmatio uera eſt, falſam eſſe negationem,eam,ſcilicet,quę contradictoriæ opponitur, & ſi uera negatio eſt, falſa affirmatio eſſe pronuncietur.Igitur de propoſito ligno,quoniā lignū,hoc eſt,albus homo, hoc falſum eſt.Si igitur hæc affirmatio falſa eſt,uera debet eſſe eius negatio. Si ergo ea eſt negatio affirmationis quę dicit,eſt albus homo,quę negat dicens,eſt nō albus homo,

homo,hæc negatio uerè prædicatur de ligno dicẽte quolibet quod lignum, hoc eſt, non albus homo. Sed hoc fieri non poteſt. Perſpicuè enim falſum eſt lignum,nõ album hominem eſſe. Quod enim omnino non eſt homo,nec nõ albus homo eſſe poteſt,falſæ ergo ſunt utræq;, & affirmatio quæ dicit de ligno, quoniam lignũ eſt albus homo,& negatio de eo quę dicit,quoniam eſt non albus homo. Quod ſi ſunt falſæ utræque, hæc negatio illius affirmationis non eſt. Quærenda eſt ergo alia quæ cõ ea diuidat uerum atq; falſum. Quia in re nulla alia reperitur contra eam quę dicit,eſt albus homo,præter eam quę dicit,nõ eſt albus homo,nam ſi ea dicitur eſſe affirmationis huius quæ dicit,eſt albus homo, negatio, quæ enunciat eſt non albus homo, erit ut de ligno de quo affirmatio dicta falſa eſt, uera ſit enũciata negatio, eritq; de ligno uerũ dicere,quoniam lignũ hoc eſt non albus homo,ſed hoc impoſſibile eſt. Cõſtat ergo eam propoſitionem quę dicit,eſt non albus homo,illius affirmationis non eſſe negationem quę proponit,eſt albus homo. Sed eam quæ dicit,non eſt albus homo, negationem eſſe eiuſdem affirmationis quę dicit,eſt albus homo. Vides ne ergo ut propè in omnibus affirmationes & negationes ſecũdum eſſe uel non eſſe ſtant? Illa enim album quidem eſſe dicit,illa negat album non eſſe dicẽs, rurſus illa dicit hominem eſſe, illa uero negat dicens, hominem non eſſe, & in cæteris eodem modo eſt. Quod ſi hoc modo & in quantiſcunque eſſe non additur, idem faciet quod pro eſſe dicitur, ut eius quæ eſt,ambulat homo, non ea quæ eſt,ambulat non homo, negatio eſt. Sed ea quæ eſt nõ ambulat homo. Nihil enim differt dicere hominem ambulare, uel hominem ambulantem eſſe. Nec hoc ſolum, inquit, in his euenire poteſt propoſitionibus, quæ ſecũdum eſſe uel non eſſe diſponuntur. Sed etiam in his quæcunq; uerbis talibus cõtinentur, ut uerba illa uim eius, ꝙ eſt eſſe concludant, ut eſt homo ambulat, in ſe cõtinet eſſe. Idem enim eſt, ambulat quod ambulans eſt. Ad hæc ergo uerba quæ in propoſitionibus eſſe cõtinent aptanda negatio eſt. Si enim omnis contradictio ſecundum eſſe uel non eſſe fit, hęc aũt uerba eſſe propria ſignificatione cõcludunt, quoniãq; uerba hæc ita ponuntur tanquã ſi hoc ipſum eſſe poneretur. Manifeſtum eſt ad ea uerba quæ eſſe continent negationem poni oportere ad earum ſimilitudinem propoſitionum, quæ ſecundum eſſe uel non eſſe ſuprà dicta ratione ſibimet opponũtur. His ergo ante prædictis, quid incõueniens ex his poſſit eſſe proſequit.

Quare ſi hoc modo in omnibus,& eius quæ eſt,poſſibile eſt eſſe,negatio eſt, poſſibile eſt non eſſe,ſed non ea quæ eſt,non poſſibile eſt eſſe. Videtur autẽ idem poſſe & eſſe & nõ eſſe. Omne enim quod eſt poſſibile diuidi,uel ambulare,& non ambulare,& non diuidi,poſſibile eſt.

Superius demonſtratum eſt quemadmodum in ijs quę complectuntur enunciationibus ſecundũ eſſe potius,& non eſſe fierent oppoſitiones, nunc hoc dicit: Si hoc, inquit, in omnibus propoſitionibus faciendum eſt, ut earum contradictiones ſecũdum eſſe & non eſſe ponantur, in ijs quæ aliquid poſſibile eſſe pronunciant, nõ ea ponenda negatio eſt, ut dicat non poſſibile eſſe. Sed potius ſecundum non eſſe conſtituenda eſt, ut dicatur poſſibile nõ eſſe, negationem eius eſſe quæ dicit poſſibile eſſe. Sed ſi hoc, inquit, dicimus, affirmatio & negatio contradictoriæ uerum inter ſe falſumq; non diuidunt. Omne enim quod poteſt eſſe, idem etiam poteſt non eſſe. Quod enim poteſt diuidi, idem poteſt non diuidi, & quod poteſt ambulare, idem poteſt non ambulare. Quæ aũt ſit huiuſmodi poſſibilitas per quam cum dicitur aliquid fieri poſſe. Illud tamen relinquatur poſſe non fieri, conſequenter explanat dicens:

Ratio autem eſt, quoniam omne quod ſic poſſibile eſt, nõ ſemper in actu eſt. Quare inerit ipſi etiam negatio, poteſt igitur & non ambulare, quod eſt ambulabile,& nõ uideri quod eſt uiſibile. At uero impoſſibile eſt de eodem oppoſitas

poſitas eſſe ueras dictiones. Non igitur eius quæ eſt, poſſibile eſt eſſe, negatio eſt, poſſibile eſt non eſſe. Contingit enim ex his aut idem ipſum affirmare & negare ſimul de eodem, aut non ſecundum eſſe & non eſſe, quæ opponuntur, fieri affirmationes & negationes. Si ergo illud impoſſibile eſt, hoc erit magis eligendum. Eſt igitur negatio eius quæ eſt poſſibile eſſe, ea quę eſt, nõ poſſibile eſſe, & non ea quæ eſt, poſſibile nõ eſſe. Eadem quoq; ratio eſt in eo quod eſt, contingens eſſe, etenim negatio eius eſt, non contingens eſſe. Et in alijs quoq; ſimili modo, ut in neceſſario & impoſſibili.

Cauſa eſt igitur, inquit, cur id quod poſſe eſſe dicitur, idem poſſit non eſſe. Quod omne quod poſſibile dicimus, ita pronunciamus, ut non ſemper in actu ſit, ideſt, non ſit neceſſarium. Omne namq; quod ſemper in actu eſt, neceſſarium eſt, ut ſol ſemper mouetur. Itaq; illi ſemper agitur motus. Si quis autem me dicat ambulare poſſe quoniam mihi ambulationis motus non ſemper agitur, & ineſt mihi aliquoties non ambulare, ineſt quoque illud ut uerè de me dicatur poſſe me non ambulare, cũ uerè pronunciatur poſſe ambulare. Ergo quæcunq; non ſemper in actu ſunt, & poſſe eſſe & poſſe non eſſe recipiunt. Poteſt ergo quod eſt ambulabile, ideſt, quod ambulare poteſt, non ambulare, & quod eſt uiſibile non uideri. Quocirca docet non eſſe negationem eius quæ dicit, poſſe eſſe eam quæ proponit poſſe non eſſe. Idcirco quoniam utræq; ſunt ueræ, ut in ijs quæ (ut ipſe ait) non ſemper actu ſunt. Contingit enim unũ ex utriſq;, quę Ariſtoteles dicit, aut idem ipſum dicere & negare ſimul de eodẽ, aut non ſecundum eſſe & non eſſe, quæ opponuntur, fieri affirmationes, & negationes, ideſt, ut aut idem ſint affirmatio & negatio ſibiq; conſentiant, ſi ſecundum eſſe & non eſſe in omnibus contradictio ſit, ut eſt in eo quod eſt poſſe eſſe & poſſe nõ eſſe. Idem enim utræq; ſunt ſibiq; conſentiunt, & ſi quis dicit eã eſſe contradictionẽ, dicit conſentire ſibi contradictionem, quod impoſſibile eſt. Aut certè non in omnibus affirmationibus & negationibus ſecundum eſſe & non eſſe ea quæ opponuntur, fieri affirmationes & negationes, ideſt, nõ in omnibus affirmationibus & negationibus ſecundum oppoſitionem eſſe uel non eſſe, uel eorum uerborum quę eſſe continent, fieri contradictionem. Si ergo, inquit, illud impoſſibilius eſt, hoc erit magis eligendum. Duo ſuprà poſuerat quæ ex ſuprà dictis rationibus euenirent, at unum & idem dicere & negare ſimul de eodem, ideſt, ut & dictio & negatio idem eſſent, ſimul de eodem prædicatæ ſibiq; conſentirent, aut non ſecundum eſſe uel non eſſe contradictionem fieri. Sed uidentur utraq; quaſi quoda mmodo inconuenientia eſſe, quippe cum illud unum etiã impoſſibile ſit, ut affirmatio negatioq; cõſentiant, illud alterum nõ ſecundũ eſſe uel non eſſe fieri oppoſitiones, inconſentiens ſit alijs propoſitionibus, in quibus hoc modo fieri contradictionem manifeſtum eſt. Nũc ergo hoc dicit, quoniam utrunq;, inquit, inconueniens eſt, unum ex his erit eligendum, ideſt, quod minus eſt impoſſibile, hoc ſumendum eſt. Minus autem eſt impoſſibile, ut ſecundũ eſſe & non eſſe non fiant oppoſitiones. Hoc enim nihil prohibet. Illud autem impoſſibilius eſt, ut affirmatio negatioq; ſibi conſentiant, hoc igitur erit eligẽdum potius, ideſt, has quæ cum modo ſunt propoſitiones non eas habere oppoſitiones, quæ ſecũdum eſſe uel non eſſe fiunt, ſed potius eas quæ ad modum ponuntur. Non autem dixit ita impoſſibilius eſt, tanquàm ſi alterum impoſſibile ſit. Sed ad hoc potius retulit quod utraq; quaſi inconuenientia uidentur, quorum unum etiam impoſſibile eſſe nõ dubium eſt, hinc quoq; diſpoſuit ordinem ſecundum modum aliquem pronunciatarum propoſitionum, quæ non ſecundum eſſe negationes ponunt, dicit enim. Eſt ergo negatio eius quæ eſt poſſibile eſſe, ea quæ eſt, non poſſibile eſſe, negationem, ſcilicet addens non ad eſſe uerbum, ſed ad modum quod eſt poſſibile, eandem quoque rationem dicit eſſe & in contingentibus. Eius enim quæ eſt contingere eſſe, negatio

est non contingere esse. Docet etiam de necessario & impossibili idem sibi uideri. Quæ autem natura sit huius oppositionis, licet breuiter ueracissime tamen expressa est, de qua nos superius diutius locuti sumus, quòd si quis perspicacius intẽdit illius intelligentiam loci, cum hac gradatim proficiscente expositione communicet.

Fiunt enim quemadmodum in illis esse & non esse appositiones, subiecta uerores, hoc quidem album, illud uero homo. Sic hoc loco, esse quidem et non esse subiectum sit, contingere uero & posse, appositiones, determinãtes quẽ admodum in illis esse & non esse, ueritatem & falsitatẽ, sic hic in eo quod est esse possibile, & esse non possibile. Eius uero quæ est, possibile est non esse, negatio est non ea quæ est, non possibile esse, sed ea quæ est, non possibile non esse. Et eius quę est possibile est esse, non ea quæ est, possibile est non esse, sed ea quæ est non possibile est esse. Quare & sequi sese inuicem uidebuntur hæ, possibile est esse, possibile est non esse. Idem enim possibile est esse, & nõ esse. Non enim contradictiones sunt sibijnuicem huiusmodi, possibile esse, & possibile non esse, sed possibile est esse, & non possibile est esse, nunquam simul in eodem ueræ sunt. Opponuntur enim. At uero nec possibile est non esse, & non possibile est non esse, nunquam simul ueræ sunt. Similiter autem & eius quæ est necessarium esse, negatio non est ea quæ est, necessarium nõ esse, sed ea quæ est, non necessarium esse. Eius uero quę est necessarium est non esse, ea quæ est, non necessarium non esse. Et eius quæ est impossibile esse, non ea quæ est impossibile non esse, sed non impossibile esse, eius uero quæ est impossibile non esse, ea quæ est non impossibile est non esse.

Appositiones uocat prædicationes, dicit ergo in his propositionibus quę præter allquem modum dicuntur, prædicantur quidem semper esse & non esse, uel ea uerba quæ esse continent, subijciuntur uero res de quibus illa prædicantur, ut album, cũdicimus album est, uel homo cum dicimus homo est. Atq; ideo quoniam in his prædicatio totam continet propositionem ueritatem & falsitatem prædicatio illa determinat. Prædicatur autem esse uel aliquid quod esse continet. Iure secundum esse & non esse contradictiones ponuntur. In his autem, ideſt, in quibus modus aliquis prędicatur esse quidem subiectum est, uel ea uerba quæ esse continent. Modus autem solus quodam modo prędicatur, nam quod dicitur esse solum sine modo aliquo ipsius rei substantia pronunciatur, & quæritur in eo quodammodo an sit, idcirco esse ponente affirmatione dicit, negatio non esse. In his autem in quibus modus aliquis est, non dicit aliquid esse, sed cũ qualitate quadã esse, ut esse quidẽ nec affirmatio ambigat, nec negatio. De qualitate autem, ideſt, quomodo sit, tunc inter aliquos dubitatur, atque ideo ponente aliquo quoniam Socrates benè loquitur, non ponitur negatio, quoniã benè non loquitur. Sed quoniam non benè loquitur. Idcirco quoniã (ut dictum est) non ad esse uel ad ea uerba quę esse continent, & propositionem totam constituunt, sed potius admodum intenditur animus audientis, cum affirmatio aliquid esse pronunciat. Si igitur hoc continet totius propositionis uim, quod autem propositionis uim, continet prædicatur, & secundum id quod prædicatur semper oppositiones fiunt, rectè solis modis uis negationis apponitur. His autem rationabiliter constitutis illud rursus exequitur quod nõ modo contradictio non est posse esse & posse nõ esse, uerum etiam huiusmodi propositiones, quæ cum modo sunt positæ, negationẽ tamẽ habent ad esse iunctã, omnino negationes non sunt, sed affirmationes, possunt enim earum negationes aliæ reperiri. Ait enim eius uero quæ est possibile non esse negatio est,

tio est, non possibile non esse, in tantum, inquit, non est ulla contradictio eius quæ est posse esse & eius quæ est, posse non esse, ut ea quæ dicit posse non esse, non esse negatio, sed potius affirmatio conuincatur. Affirmatio autem affirmationi nunquam opponitur contradictoriæ. Docetur autem esse affirmatio ea quæ dicit, posse non esse quod eius quædam alia negatio reperitur ea, scilicet quæ dicit, non posse non esse, si mulcq; illud adiungit: Cum sint, inquit, huius propositionis quę dicit, aliquid posse esse, duæ quæ uideantur esse negationes ea, scilicet, quæ dicit, posse non esse, & ea quæ proponit non posse esse, hinc agnoscitur quæ harum sit contradictoria contra eam quæ dicit posse esse, affirmationem. Quæ enim uerum falsumq; cum ea diuidit, ipsa potius potest negatio esse, quàm ea quæ illi consentit. Ei uero quæ est, posse esse, consentit ea quæ dicit, posse nõ esse, ut suprà iam docui, ea aũt quæ dicit, non posse esse. Si falsa est, uera est quę dicit posse esse. Sed si hæc rursus falsa est, uera est illa quæ enũciat nõ posse esse. Diuidũt ergo hæ ueritatẽ falsitatẽq; q; in singulis exẽplis facilè poterit inueniri. Age enim dicat qs me posse ambulare, ille uerũ dixerit. Si uero quis dicat, nõ posse me ambulare, mẽtitus est. Rursus si quis dicat posse solẽ cõsistere, mẽtit. Siquis uero dicat non posse solẽ cõsistere, de ipsius nullus ambigit ueritate. Diuidunt ergo ueritatẽ falsitatemq; hæ, scilicet, quæ dicunt, posse esse & non posse esse, illæ uero sese sequuntur quæ dicunt posse esse & posse non esse. Quę ergo sibi cõsentiunt, contradictiones non sunt, quæ autem ueritatem falsitatemq; diuidunt, ipsas esse contradictiones magis putandum est quod hoc ait. Quare & sese sequi inuicem uidebuntur. Quæ autem propositiones sequantur sese dicit, ideſt, possibile est esse & possibile non esse. Cur autem sese sequantur monstrat adijciẽs, non enim cõtradictiones sibijnuicem sunt. Si enim contradictiones essent, nunq; sese sequerentur. Sed quæ sint contradictiones declarat dicens: Sed possibile est esse & non possibile esse, nunquam simul sunt. Cur autem nunquam simul sunt, non tacuit, ait nãq;. Opponuntur enim, Nam idcirco nunquam simul sunt, quia ueritatem falsitatemq; diuidunt, quoniam opponũtur. Docet quoq; eius propositionis quę dicit posse nõ esse illam esse negationem, quæ proponit non posse non esse, & ex eadem ui ad hãc propositionem transit. Dicit enim, At uero possibile non esse & non possibile nõ esse nunquam simul sunt, per quod ostenditur illam esse affirmatiuam, illam uero negatiuam. Vniuersaliter enim quæcunq; idem de eodem hæc ponit, hæc aufert, si illa sit affirmatiua, illa negatiua, & nihil æquiuocationis, aut uniuersalium determinationis impediat contradictoriæ sibimet opponũtur. Cætera iam ita ait, per se expedita sunt ut longa expositione non egeant. Sed quædam in eorum ordine permiscenda sunt, per quæ id quod per se est lucidum, clarius monstretur. Prosequitur enim similiter cæteros modos, dicens quæ propositiones quarum affirmationum nõ sint negationes & quæ sint, & eis quas negationes esse dicit, ut affirmationes esse demõstret, aliàs negationes opponit. Similiter autem, inquit, & eius propositionis, quæ est necessariũ esse, non est ea negatio quæ dicit, necessarium non esse, hæc enim affirmatio est, sicut mox negatione opposita comprobauit, sed potius ea negatio est eius quæ est necessarium esse quæ dicit, non necessarium esse. Eodem quoq; modo cuncta prosequitur dicens, eius uero quæ est, necessarium non esse, quam suprà dixerit non esse opositam ei quæ dicit, necessarium est esse, illa negatio est quę, pponit non necessariũ non esse. Quæcunq; enim negationem ad esse positam habent, illæ si cũ modo sunt. affirmationes esse putandę sunt. Eius uero quæ est, impossibile esse, non est ea negatio quę dicit, impossibile non esse. Non enim admodum habet negatiuam particulã iunctam, sed potius ea quę dicit, non impossibile esse, hæ namq; inter se uerum falsumq; diuidunt, illius uero quæ ad esse habet particulam negatiuam, quam affirmationem esse manifestum est, ideſt eius quæ dicit, impossibile non esse ea negatio est quæ dicit, non impossibile non esse. Concludit etiam breuiter id, quod suprà demonstrauit dicens.

Vniuersaliter uero (quemadmodum dictum est) esse quidem & non esse oportet ponere, tanquam subiecta, negationem uero & affirmationem hæscientem ad esse, & non esse apponere, & has putare oportet esse oppositas dictiones, possibile, non possibile, contingens, non contingens, impossibile, nõ impossibile, necessarium, non necesarium, uerum, non uerum.

Vniuersaliter, inquit, dicimus sicut iam suprà dictum est, in his propositionibus quę modos additos habent, esse & non esse subiecta potius fieri, modos uero prædicari, atq; ideo ad unum quemlibet modum, ideſt, secundum unum fieri debere affirmationem & negationem semper, ut sicut prædicatus modus affirmationem continet, ita negatiua particula ad modum iuncta, totam hoc modo contineat negationem. Proponit autem eas quas putat esse oppositas dictiones hoc modo, possibile non possibile, contingens non contingens, impossibile non impossibile, necessarium non necessarium. Quod autem addit uerum non uerum, ad hoc pertinet, ut omnes modos includeret, uerè enim modus quidem est sicut & benè, sicut uelociter, sicut lætè, sicut grauiter, & quicunq; modi sunt, hoc modo facienda est contradictio, uerum est, non uerum est, non autem non est uerum, uelociter ambulare, nõ uelociter ambulare, sed non illa quæ dicit, uelociter non ambulare. Concludenti ergo semper ad modũ iungenda negatio est. Illæ enim semper sibimet opponuntur, ut suprà iam dictum est, quæ secundum prædicationes habent negatiuas particulas iunctas. Prædicantur autem in his modi, ut suprà iam demonstrauimus. Secundum modos ergo in his negatio posita integram uim contradictionis efficiet. Expeditis modorum oppositionibus de consequentia propositionum atq; consensu, habebitur subtilis utilisq; tractatus. Si ergo possibile esse simpliciter diceretur, simplex & facilis propositionũ uideretur esse consensus, nec quicquam in earum consequentia posse errari. Nunc auẽ quoniam dupliciter dicitur secundum diuersos modos, non eædem propositionum sunt consequentię. Quod autem dico tale est. Possibilis duæ sunt partes, unũ quod cum non sit, esse potest. Alterum uòd ideo sit possibile, quod iam est, prior quidem pars corruptibilibus & permutabilibus propria est, mortalis enim Socrates potest esse cum non fuit, sicut ipsi mortales qui sunt id quod ante non fuerant, potest enim homo cum non loquitur, loqui, & cum non ambulat ambulare. Ergo hęc pars secundũ id dicitur quod iam quidem non est, esse tamẽ potest, illa uero alia pars possibilis quæ secundum id dicitur, quod iam est aliquid actu non potestate, utriscq; naturis accomodatur & sempiternis, scilicet, et mortalibus. Nã quod in sempiternis est, esse possibile est. Rursus quod est in mortalibus, nec hoc à subsistendi possibilitate discedit, sed tantum differt, quia id quod in ęternis est nullo modo permutatur & semper esse necesse est, illud uero quod in rebus mortalibus inuenitur potest & non esse, & ut sit nõ est necesse. Ego namq; cum scribo ineſt mihi scribere. Quocirca & scribere mihi possibile est, sed quoniam ipse mortalis sum, non est hęc potestas scribendi necessaria, necq; enim ex necessitate scribo. At uero cum dicimus cœlo ineſſe motũ, nulla dubitatio est quin necesse sit cœlum moueri, in mortalibus ergo rebus cum est aliquid & esse potest, & ut sit non est necesse, in sempiternis autem, quod est necesse est esse, & quia est esse possibile est. Cũ ergo possibilis principaliter duæ sint partes, una quę secundum id dicitur quod cum non sit, esse tamen potest. Altera quę secundũ id prędicatur quod iam est aliquid actu nõ solum potestate, huiusmodi possibile quod iam sit actu, duas ex se species profert, unam quę cum sit non est necessaria. Alteram quę cum sit illud quoque habet, ut eam esse necesse sit. Nec hoc solius Aristotelis subtilitas deprehendit, uerum Diodorus quoq; possibile ita diffinit dicens, quod est aut non est. Vnde Aristoteles id quod Diodorus ait, non est illud possibile putat, quod cum non fit fieri tamen potest. Quod autem dixit Diodorus, est id possibile Aristoteles interpretatur, quod idcirco dicitur esse possibile, quia iam est actu. Cuius possibilitatis

modi duas partes esse docuimus, unam, scilicet, quam necessariam dicimus. Alteram quam non necessariam prædicamus. Huius autem non necessariæ duæ rursus partes sunt, una quæ à potestate peruenit ad actum, altera quæ semper actu fuit, aliquando res illa quæ susceptibilis illius est fuit, & illa quidem quæ à possibilitate ad actum uenit, utriusq; partis contradictionis susceptibilis est, ut nunc ego scribo, & ex potestate ad actum ueni, & agẽs possum scribere. Antè enim quàm scriberem erat mihi scribendi potentia. Sed ex potestate scribendi ueni ad actum scribendi. Quare utraq; mihi conueniũt & scribere & non scribere, possum enim & non scribere, possum & scribere, quæ est quodammodo contradictio. Atque ideo quæcunque à potestate ad actum ueniunt, ea & facere possum & non facere, & esse & non esse, ut qui loquitur, quia ante potuit loqui quàm loqueretur, & nunc ideo potest loqui quia loquitur, & potest loqui & potest nõ loqui. Alia uero quæ nunquam antea potestate fuit, sed semper actu, aliquando res ipsa fuit quæ aliquid potestate esse diceretur, ad unam rem tantum apta est, ut ignis nunquam fuit ante potestate calidus, ut postea calidus actu sentiretur, nec nix antea frigida potestate, post actu. Sed aliquando fuit ignis actu calidus, fuit & aliquando nix frigida actu. Quocirca hæ potentiæ non sunt aptæ ad utraq;. Neq; enim ignis frigus incurrere, nec nix calidum unquam potest efficere. Quare facienda à principio huiusmodi diuisio est. Possibilis alia pars est quæ cum non sit tamen esse potest. Alia uero quæ actu est, & ideo possibile dicitur. Si enim esse non posset, nec esset omnino, huius autem possibilitatis quæ secundum illum dicitur modum, quod iam actu fit, duæ partes sunt, una secundum id quod ex necessitate esse dicimus. Altera uero secundum id quod cum sit, non tamen esse ex necessitate aliquid arbitramur, huius autem nõ necessarię potestatis duæ sunt alię partes, una quæ quoniam ex potestate ad actum uenit, & esse & non esse recipiet facultatem. Altera quæ quia nunquam actum habere destitit, aliquando fuit id quod dicitur ei esse possibile, ad unam tantum partem apta est atq; possibilis ad eam, scilicet, quam actu semper exercuit, ut igni calor uel niui frigus, uel adamanti durities, uel aquæ liquor. Sed nullus arbitretur ex necessariæ possibilitatis specie esse id, quod dicimus nunquam potestate fuisse, actus quosdam in quibusdam rebus, ut igni calorem, ipse enim extingui ignis potest. In illis autem quæ necessariæ sunt, non modo qualitas à subiecta re discedere nunquam debet, quod uidetur etiam in igni, à quo sua qualitas caloris non recedit. Sed etiam illud quod subiecta illa substantia immortalis esse uideatur, quod igni non accidit. Solem enim & cætera huiusmodi corpora quæ superna sunt, & cœlestia, immortalia Peripatetica disciplina putat, atque ideo consentienter sibi docet solem necessario moueri, quod non modo à sole motus ille nunquam recedit, sed ne sol quidem ipse esse desinet. His ergo prædictis id ad quod hæc præmissa sunt, ideſt, consequentia propositionum diligentius exequenda est.

Cõsequentiæ uero secundum ordinem siunt ita ponẽtibus. Illi enim quę est, possibile est esse, sequitur illa quæ est contingens esse, & hæc illi cõuertitur, & non impossibile esse, & non necessarium esse. Illi uero quę est, possibile non esse, & contingens non esse, ea quæ est, non necessarium non esse, & non impossibile non esse. Illi uero quę est, non possibile esse, & non contingens esse, ea quæ est, necessarium non esse, & impossibile esse. Illi uero quæ est, non possibile non esse, & non contingens non esse, illa quæ est, necesse est esse. Et impossibile non esse, consideretur autem ex subscriptione quod dicimus.

Hæc Aristoteles consentienter his quæ nos suprà præmisimus addidit de consequentia propositionum, quę etsi manifesta sunt acutè perspicientibus, tamen ne nos nihil

huic quoq; loco addidisse uideamur, breuissima expositione ea percurrimus. Primũ uoluit demonstrare, quoniam quæcunq; de possibili dicerentur, ea etiam de contingenti ueracissimè dici possunt, atq; ideo ait illi quæ est, possibile esse consequentẽ esse illam quæ dicit, contingere esse. Et ne in his aliquid discrepans uideretur adiecit dicens, & hæc illi conuertitur, ut intelligeremus quod esset possibile hoc contingere, & quod contingeret illud esse possibile, quare quæ sibi conuertũtur, ea æqualia sunt atq; eadem. Quicquid ergo impossibili dici potest, idem in contingenti prædicatur, hęc ergo, ideſt, contingens & possibile sequi dixit illam propositionem quę diceret, non impossibile esse, & eam quæ necessarium negat, ideſt, nõ necesse esse. Ait enim: Illi enim quæ est possibile esse, illa quæ est contingere esse, & hæc illi conuertitur, & ea quæ est, non impossibile esse & non necessarium esse, tanq; si hoc diceret, & possibile esse sequitur contingentia. Et hæc utraq; sibi conuertuntur, sed has sequitur nõ impossibile esse & non necessarium esse, hoc quàm rectè dictum sit neminem latet. Nam quod est possibile esse, id esse cõtingit, ut sit non impossibile esse. Nam si esset impossibile, non diceretur posse esse, quod ut non esset ratio impossibilitatis astringeret. Ergo id quod potest esse, non impossibile est esse. Similiter autẽ non est necesse esse, id quod posse esse dicitur. Hoc aũt idcirco euenit, quia id q̃ possibile prędicamus ad utranq; partem facilè uertit̃. Nam & ut sit fieri potest & ut non sit. At uero necessitas & impossibilitas in alterutra parte constringitur. Nam quod impossibile est esse, esse nunquam potest. Porro autem q̃ necesse est esse, non esse nunquam potest. Ergo id quod negamus impossibile esse, consentire facimus possibilitati. Id autẽ quod negamus necessarium, rursus eidem naturæ uim possibilitatis adiungimus, ut sit hoc modo dicendum, & ut uerius loquamur, ita dicendum est, quod possibile est & esse potest & non esse. Rursus quod impossibile est esse, non potest else, quod necesse est, non potest non esse. Ergo si impossibilem enunciationem negationis adiectione frangamus, dicentes nõ impossibile esse, illi partẽ possibilitatis adiungimus, in qua esse posse aliquid dicimus. Sin uero necessarię ꝓpositionis rigorẽ negatione minuamus dicentes, nõ necesse esse, illud euenit ut ad eã partẽ necessariã ꝓpositionẽ applicemus, quæ in possibilitate est, ut possit non esse. Quare possibilitatẽ sequit nõ esse impossibile, idcirco quia quod possibile est, fieri poterit eandem possibilitatem rursus sequitur propositio, quæ dicit, non necesse est esse, idcirco quia quod possibile est, poterit & non esse. Aliter idem dicimus, quod possibile est non est uerũ dicere, quoniam impossibile est, quia fieri potest. Rursus quod possibile est, non est uerum dicere, quoniam necesse est. Potest enim quod possibile est esse, idem non esse. Quare si de possibilitate impossibilitas & necessitas rectè dici non potest, eorũ negationes possibilitati consentient, quæ sunt non impossibile esse & non necessariũ esse. Sed meminisse debemus eandẽ semp in omnibus de contingenti & de possibili rationem esse. De eo, scilicet, possibili quod cum adhuc non sit poterit tamen esse aut nõ esse. Aliã rursus cõsequentiã dicit hoc modo. Illi uero quę est possibile non esse & contingere non esse, illa quæ est non necessarium non esse & non impossibile non esse propter eandem causam hanc quoq; consequentiam dicit. Illi enim quæ est possibile nõ esse, & ei quæ est contingere non esse illa consentire ait quæ dicit, non necesse nõ esse, et nõ impossibile nõ esse. Hoc aũt ideo, qa q̃ potest nõ esse, potest etiã esse. Et rursus q̃ cõtingit nõ esse, cõtingit esse. At uero q̃d necesse est nõ esse, illud nõ potest esse, q̃d aũt impossibile est nõ esse, illud nõ esse non poterit. Quare à possibili utręq; discrepãt. Nãq; possibili tali quę posse aliq̃d esse, pmittit, cõtrariũ sentit ea quę dicit necesse esse nõ esse. Rursus qa possibilitas habet in se uim, ut id q̃d potest esse, possit et nõ esse, distẽtit ab ea multũq; discrepat quę dicit impossibile esse nõ esse. Q̃d si sit, ꝓpositio quę prędicat necesse esse nõ esse, & rursus quę dicit impossibile esse nõ esse, à possibilitate dissentiunt. Rectè nimirum harum negationes possibilitati consentire credũt̃. Possibiles autẽ propositiones uoco huiusmodi quę uel in affirmatione

tione uel negatione possibilitatem aliquam monstrant, altera parte non intercluſa, ut quæ dicit possibile esse aliquid ab hac non intercluditur ea, per quam dici potest possibile else non esse, uel si quis dicat possibile aliquid non esse, ab hac rursus intercluſum non est, ut esse possit. Atq; ideo affirmationem quæ dicit posse esse possibile uoco. Nec eam quę dicit aliquid posse non esse. Et in iſtis propoſitionibus quas Ariſtoteles ponit, in quibus dicit possibile nõ esse, nõ uideat̃ ita dicere tanq; si hoc modo pronunciet, ut uelint intendere aliquid impossibile esse cũ dicit, possibile nõ esse. Ita enim hanc propositionem dicit, non quod possibilitatem illam auferat, sed quod dicat possibile esse aliquid ut non sit. Subaudiendum enim est adiungendumque ad possibile uerbum quod est esse, ut cum ille dicit, possibile non esse, nos intelligamus possibile esse non esse, id est possibile esse ut non sit. Tertiãconsequentiam ponit hanc in qua consentire dicit, illi quæ est non possibile esse & non contingens esse, illam quę dicit, necesarium non esse & impossibile esse. Hoc ita planum est ut expositione non egeat. Quod enim non possibile est, hoc fieri non potest. Quod fieri non potest necese est ut non sit, quod autem necese est, ut non sit, impossibile est. Rectè ergo dicitur eam propositionem quæ dicit, aliquid non posse esse, & eam quæ dicit, non cõtingere esse, consequi illas & quę esse cũ necese else negant, & quæ impossibilitatem affirmant. Quod autem dicit, tale est. Nõ necese esse cõtingens est esse. Necesse autem non else non contingens esse, non est contingens, scilicet, esse, & necesarium non esse. Reliquam consequentiã in qua eas propoſitiones quæ dicerent, non possibile esse aliquid non esse, & non contingere non esse illis quæ proponerent necese esse, & impoſsibile non esse consentire dicit, neq; ullam habet hoc obscuritatem. Nam quod non est possibile ut non sit, hoc impoſsibile est ut non sit. Id enim quod dicimus impoſsibile esse, idẽ ualet, tanquã si dicamus non possibile esse. Quod enim facit negatio in ea interpretatione qua dicimus nõ possibile, idem facit priuatio in ea qua dicimus impoſsibile. Quod autem impoſsibile est non esse, latè patet, quia necese est else. Ergo & quod nõ est possibile ut non sit, manifestum est, quoniam necese est else, idem quoq; & de contingenti dicendũ est. Deſcribit aũt eas hoc modo, ut non solum mẽte & ratione capiantur, uerum etiam subiectis oculis facilior intellectus sit. Nos autem ut sit lucidior explanatio, de his duos facimus ordines, & in primo quidẽ eas posuimus quę precedunt. In secundo uero eas quæ sequunt̃, ut sit multa facilitas per se earum rationes non intelligentibus, ad deſcriptionem tamen respicientibus, quę quam sequatur agnoscere.

Possibile esse	Non impoſsibile esse
Contingens esse	Non necese esse
Possibile non esse	Non necesarium non esse
Contingens non esse	Non possibile non esse
Non possibile else	Necesarium non esse
Non contingens esse	Impoſsibile esse.
Non possibile non esse	Necese else
Non contingens non esse	Impoſsibile non esse.

Hac ergo deſcriptione facta, quid Ariſtoteles communiter de propoſitionibus uniuersaliterq; tractauerit, nulli solertius intuenti uidetur ambiguum. Cætera uero quæ singulatim de eorum consequentijs diſputauit, quoniam defatigari nolumus lectores, sextum uolumen expediet.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, EDITIONIS SECVNDAE, SEV MAIORVM COMMENTARIORVM, IN LIBRVM ARISTOTELIS DE INTERPRETATIONE, Liber sextus.

SExtus hic liber longæ commentationi terminum ponit, quæ quodam magno labore constiterit ac temporis mora. Nam & pluriorum sunt in unum coaceruatæ sententiæ, & duorũ fermè annorum spatium continuo commentandi sudore cõsumpsimus. Neq; ego arbitror quibusdam siniſtrè interpretantibus gloriose factum uideri, ut quod dici breuiter posset, id nos ostentatione doctrinæ, non ad lectorem scientiam potius quàm prolixitate ad fastidium tenderemus. Quibus responsum uelim non hoc tam mendaciter esse sensuros. Si prioris cõmenti perlegerint breuitatem, nam neq; breuius explicari potuit angustissimorum obscuritas impedita sermonũ, & quàm multa ad plenã huius libri intelligentiam desint, agnoscent. Quid aũt utrũq; opus legentibus utilitatis exhibeat, hinc facilimè mihi uidet posse perpendi. Quòd cum hanc secundã editionem in manus quisq; primum sumpserit, ipsarum rerum spaciosa uarietate cõfunditur, ut qui in maioribus mentem intendere nequit, editionis primæ brꝛuitatẽ simplicitatemq; desideret. Quòd si quis ad prioris editionis duos libros lector accesserit, sumpsiſſe sibi ad scientiam quiddã fortasse uidebitur. Sed cum postremo hanc secundam cognouerit editionem, quã multa in prima ignoraret agnoscit, nec hominẽs à legendo longum opus labore deterreat, cum nos nõ impedierit ad scribendũ. Sed ne ipsum quoq; prooemium tendi lõgius uideatur, ad Aristotelis seriem, & ad ea quæ de consequentia propositionum diligẽter exequitur, reuertamur. Ea quæ cõmuniter uniuersaliterq; de propositionibus, & de earum ad se inuicem cõsequentijs speculanda fuerãt, in superiori ipsarum propositionum descriptione disposuit. Nũc uero quæ sigillatim singulis accidũt diligẽtiſſimo tractatu persequit. Ait enim ita:

> Ergo impossibile & non impossibile, ad illud quod est, contingens & possibile, & non contingens & non possibile sequuntur quidem contradictoriæ, sed conuersim. Illud enim quod est possibile esse, negatio sequitur impossibilis, negationem uero affirmatio. Ad enim quod est, non possibile esse sequitur illud quod est, impossibile esse. Affirmatio enim est, impossibile esse, non impossibile uero, negatio.

Consequentia propositionum (ut superior descriptio docet) secundum possibile & necessarium facta est. Quã rem illa quoq; secuta est, ut ex cõtingentibus & impossibilibus propositionibus cõsequentijsq; diceret. Nã cũ contingens recto modo possibili consentiat, impossibile cõuerso ordine necessarium est, ut paulò post docebimus. Speculatur ergo de possibili & contingenti & impossibili, quemadmodũ ad se inuicem, uel quas habeant consequentias, idq; cõstituit hoc modo dicens, impossibile & nõ impossibile, sequunt quidem possibile & non possibile cõtradictorię quidem, sed cõuersim. Hoc aũt huiusmodi est. Scimus affirmationem priuatoriam esse eam quæ dicit impossibile esse. Huius uero negationẽ nõ impossibile esse. Rursus affirmationẽ possibilẽ eam quæ dicit possibile esse, huius negationẽ quæ proponit nõ possibile esse. Sequit̃ ergo affirmationẽ possibilem negatio impossibilis. Nam quod possibile est, idẽ est non impossibile. Alioquin si ea quæ dicit, non impossibile esse nõ sequitur possibilitatẽ, sequitur eius affirmatio, id est, impossibile esse. Erit ergo q̃d possibile est impossibile, q; fieri potest. Quòd si impossibilitas possibilitatem non sequit̃, non impossibile esse sequitur possibilitatẽ. At uero negationẽ possibilitatis sequit̃ affirmatio impossibilitatis. Nam q; nõ possibile est, impossibile est. Eandem enim uim obtinet negatio in propositionibus quã & priuatio. Et de cõtingenti hoc modo. Nam q̃d cõtingens est esse, illud est nõ possibile. Nam si cõtingens & possibile sequunt̃ se, possibile uero & non impossibile cõsentiũt, cõtingens etiã & non impossibile idem designat. Rursus nõ cõtingens & impossibile idem uideri poterit perspicienti, quòd non cõtingens quidẽ & non possibile idem sentiũt. Sed nõ possibile impossibili consentit. Quocirca & non cõtingens quoq; impossibile aliquid esse denũtiat. Fit ergo ut affirmatio, impossibilitatis contradictionem possibilitatis sequat̃. Sed non ut affirmatio affirmationem, nec ut negatio negationem, sed conuersim, id est ut affirmatio negationi, negatio uero affirmationi consentiat. Affirmationẽ namq; quę est, possibile esse, sequitur negatio impossibilitatis quæ dicit, non impossibile esse, negationẽ uero possibilitatis quæ est nõ possibile esse, sequitur impossibilitatis affirmatio, quæ proponit impossibile esse. Idem quoq; & de contingenti dicendum est. Affirmationẽ namq; cõtingentis, sequit̃ negatio impossibilitatis. Negationem uero cõtingentis, sequitur affirmatio impossibilitatis. Omnino enim quicquid de possibilitate proponit̃, idem de contingentibus iudicat̃. Disponãtur ergo hoc modo primum affirmatio impossibilis, contra eam negatio impossibilis. Et sub affirmatione impossibili ponunt̃ ex cõtingentibus & possibilibus, quas ipsa sequitur impossibilitas. Sub negatione uero impossibilitatis ille possibilis & cõtingentis propositiones, quib. ipsa impossibilitatis negatio cõsentit, hoc modo:

Impossibile esse	Non impossibile esse
Non possibile esse	Possibile esse
Non contingens esse	Contingens esse

Patet ergo ut contradictiones quidem alijs cõtradictionibus cõsentiant. Quain re illud quoq; manifestũ est, q̃d affirmationes negationibus, negationes uero affirmationibus cõsentiant. Sensus ergo totus talis. Sermonum uero ratio hęc est. Impossibile, inqt, & nõ impossibile, scilicet, quæ est cõtradictio duas cõtradictiones, id est, illud q̃d est cõtingẽs & possibile & nõ cõtingẽs & nõ possibile, sequit̃ quidẽ cõtradictorię. Nã una cõtradictio impossibilis, & nõ impossibilis, duas sequit̃ contradictiones, id est, cõtingẽs & nõ cõtingens, possibile & nõ possibile. Sed quanq; cõtradictiones sequatur alia cõtradictio, cõuersim tamen sibi cõsentiunt. Nam quod est possibile esse, sequitur negatio impossibilis, ut superior descriptio docet. Negationem uero possibilis sequit̃ affirmatio, impossibilis, nam quod est non possibile, consentit ei quod impossibile. Est autem affirmatio impossibilis ea quę dicit, impossibile esse. Et quanq; inuoluta sit sermonum ratio, tamen si quis secundum superiorẽ expositionem ad ipsius Aristotelis sermones superiores redeat, & quod illis deest ex nostra expositione compenset, sensus plenissimus à ratione non deuiat.

> Necessarium uero quemadmodum sit, cõsiderandum est. Manifestum est aũt quoniam non eodem modo, sed contrariæ sequuntur. Cõtradictoriæ autem sunt extra. Non enim est negatio eius quod est, necesse non esse, non necesse est esse. Contingit enim esse ueras utrasq; in eodem. Quod enim est, necessarium non esse, non est necessarium esse.

Possibilis atq; impossibilis dudũ cõparatione didicimus, quod affirmationẽ possi-

bilem impossibilis negatio se,uereꝫ,rursus negationi possibilis affirmatio impossibilis consentiret. Quærens ergo nunc quemadmodum possibilium & necessaria rum propositionū fiant cōsequentiæ, dicit nō eodem modo in his euenire quemadmodum in illis euenit,quæ ex possibilis comparationibus nascebantur.In illis enim contradictiones oppositę;cōtradictiones rursus oppositas sequebant,ut affirmationem negatio,negationem affirmatio sequeretur.In his autē hoc est impossibilibus & necessarijs non eodem modo est,sed contrariæ quidem cōsequuntur, contradictoriæ uero & oppositæ extra sunt & non sequunt.Et prius quidem quæ sint contrariæ, quæ cōtradictoriæ disponamus. Propositionis enim q̄ dicit necesse esse eā proponit,non necesse esse contradictoria est.Ea uero quæ dicit necesse non esse cōtraria,ut siquis dicat solē esse necesse moueri, huic est opposita contradictoria solem non necesse esse moueri.Contraria uero solem necesse esse nō moueri. Possibilem ergo propositionem sequitur contradictio necessaria. Contradictionem uero possibilis non sequitur necessitas.Quod euenirer si in his sese oppositæ sequerētur. Sed potius ea quæ est cōtraria necessitati.Age enim oppositioni quæ dicit possibile esse,uideamus quæ ex necessarijs consentiant.Illa quidem quæ dicit necesse esse nō ei poterit consentire.Quod enim possibile est esse,potest & non esse.Quod autem necesse est esse,non poterit non esse.Ergo si possibilitatem necessitas nō sequitur, sequitur eam necessitatis contradictio,non sequitur ergo propositionem possibilē ea quæ proponit necesse esse.Sed contradictio necessitatis quæ proponit non necesse esse. Sed contradictioni possibilis necessitas non consentit.Neq; enim dicere possumus,quoniam eam propositionem quæ dicit,non possibile esse,sequit̄ ea quę proponit necesse esse.Sed potius contraria necessarię illa quæ dicit necesse esse nō esse.Nam cum nō possibile est,necesse est non esse.Disponantur enim hæ,scilicet, quæ sequūtur & iuxta his necessarię & quæ sit contradictio, quę contrarietas asciscatur.



Nulli ergo dubium est,quin affirmationem possibilis sequat̄ necessarij negatio,negationem uero possibilis nō sequatur necessariū, sed potius cōtrarietas necessarij. Nam cū possibile esse sequat̄ cōtradictio necessitatis,quæ est non necesse esse, cōtradictionem possibilis quę dicit,non possibile esse,non sequit̄ necessitas ipsa. Sed potius cōtraria illa,scilicet,quæ proponit necesse esse nō esse. Sēsus ergo huiusmodi est. Talis uero est ordo sermonum,necessarium uero,inquit,quemadmodū sit, id est,quas habeat cōsequentias considerandum est.Primo quidem definit dicens: Manifestum est quoniam non eodem modo.Quo loco subaudiendum est, quemadmodum in his quæ possibiles sunt & impossibiles,sed contrarię sequuntur, contradictoriæ uero extra sunt,& non sequuntur.Namq; contradictionem possibilis nōnecessarij contradictio,sed (ut suprà docuimus) contrarietas sequebatur. Non enim contradictio contradictioni in hac necessarij cōsequētia cōsentiebat. Sequebatur namq;

namq; possibilitatem illud quod est non necessarium,non possibile autem sequebatur ea propositio quæ dicit,necesse esse non esse,non autem necesse esse. Sed rursus necesse esse non esse,& non necesse esse non sunt contradictiones. Sed nō necesse esse quidē negatio necessarij est, illa uero quæ dicit,necesse esse nō esse contraria necessarij. Contra se autē non sunt contradictoriæ. Possunt namq; in uno eodemq; simul inueniri. Quod p hoc ait, q̄d dixit. Contingit enim ueras esse in eodem utraque. Nam quod necessariū non esse non est necessarium esse,ut quoniā necesse est hominem quadrupedē non esse, non est necessarium hominē quadrupedē esse.Nā si hoc falsum est,necesse erit hominē esse quadrupedē,cū necesse sit non esse. Quocirca manifestū est quoniā simul aliquando inueniri possunt nō necesse esse,& rursus necesse esse non esse propositiones quę cum contra se sunt,contradictiones nō sunt.Causam uero reddens cur cum secundū possibilis cōparationē ad cōtradictiones sit reddita consequētia,non eodē modo in necessarijs potuerit euenire sic dicit:

> Causa autem cur non sequantur similiter ceteris est, quoniam contrariæ impossibile necessario redditur idem ualens.Nam quod impossibile est esse,necesse est hoc,non quidem esse, sed potius non esse.Quod uero impossibile est non esse,hoc necessarium est esse. Quare si illa similiter sequunt̄ possibile,& non possibile hęc è cōtrario.Quoniā non significāt idē necessarium & impossibile,sed (quemadmodum dictum est) conuersim.

Causa est,inq̄t,cur consequētia in necessarijs ita redditur,q̄d necessariū semper impossibili contraria ratione consentit.Nam q̄d impossibile est esse necessariū est non esse.Et rursus quod necesse est esse,hoc impossibile est non esse. Fit igit̄ contrarietas quædā. Nā cum impossibilitas esse habet,necessitas non esse, & cū necessitas esse,impossibilitas non esse.Ergo idē ualet impossibilitas & necessitas,non eodē modo reddita.Sed si necessitas secundū esse,impossibilitas secundū non esse reddi tur.Et si impossibilitas secundum esse,secundum non esse necessitas.Quare idcirco euenit ista contrario modo conuersio,nā ubi est impossibile esse,ibi est necesse non esse,sed impossibile esse & non possibile esse consentiūt.Igit̄ non possibile esse,& necesse non esse cōsentiunt.Nulli ergo dubiū est,idcirco necesse non esse sequi possibilis negationē,quoniā impossibilitas quæ sequit̄,possibilis negationē consentiret quæ dicit,necesse nō esse.Hoc autē ideo qa impossibilitas & necessitas idē ualent(ut dixi)si contrarię proponant̄.Quare q̄ dicit̄ hoc modo est.Causa autē est, inquit,cur non sequant̄ similiter cæteris,id est,quæ secundū possibile & impossibile factæ sunt,quoniā contrariæ impossibile necessario reddit̄ idem ualens,id est, cōtrario modo reddita & pronūciata impossibilitas necessitati idē ualet.Nam si impossibile est esse,necesse est hoc nō esse.Sed si est necesse non esse,hoc nō est possibile esse.Nullus ergo dixerit quoniā necesse est esse,sed potius,quoniā necesse est non esse,tanq̄ si ita dixisset.Nam si impossibile est esse,necesse est hoc nō esse.Sed non putandū est,quoniam impossibile est esse,hoc est q̄ necesse est esse.Quòd si rursus impossibile est nō esse,hoc necesse est esse.Cōuersim igit̄ & cōtrariè impossibilitas necessitati redditur idē ualēs,id est contrario modo reddita & pnunciata impossibilitas necessitati. Quòd si impossibilitas ad possibile simili contradictione, & contradictionum conuersione consequentiam reddit, idem autem ualet impossibilitas & necessitas contrariæ prædicata.Nulli dubium est quin rectè hic contraria & non oppositа fuerit consequentia,an certè ita exponendum est,quoniam in consequentia impossibilis,& non impossibilis ad eas quæ proponebant possibile & nō possibile eā q̄ est non possibile ea quæ dicit,aliq̄d esse impossibile sequebatur,contrarie uero impossibile,idē ualet q̄d necessariū manifestū est,q̄niā similiter se habet, id est,eo modo quo dictū est impossibile ad cōsequentiā possibilis & nō possibilis.

Impossi-

Impoſsibile uero ei quod eſt non poſsibile, conſentaneũ ſit id quod cõtrario idem ualet, id eſt, neceſſarium non eſſe, id ſequi eam propoſitionem, quam etiam impoſsibilitas ſequebatur. Eſt autem contrarię idem ualens impoſsibilitati ea quæ eſt neceſſarium non eſſe, ſequiturq; impoſſibilitas eam propoſitionem, quæ eſt non poſsibile eſſe, neceſſarium non eſſe igitur ſequitur eam quæ eſt non poſsibile eſse, ut ſit ſenſus hic, quoniam impoſsibile neceſſario idem poteſt cõtrario. Similiter uero ſeſe habet, id eſt, eodem modo quo dictũ eſt impoſſibilis conſequentia ad eas quas dixi poſſibile & non poſsibile.

An certè impoſsibile eſt hic poni neceſſarij contradictiones. Nam quod eſt neceſſarium eſſe, poſsibile eſt eſſe. Nam ſi nõ, negatio ſequetur. Neceſſe enim eſt aut affirmare aut negare. Quare ſi non poſsibile eſt eſſe, impoſsibile eſt eſſe. Igitur impoſsibile eſt eſſe, quod neceſſe eſt eſſe. Quod eſt inconueniens. At uero illud quod eſt poſsibile eſſe, nõ impoſsibile eſſe ſequitur. Hoc uero illud quod eſt nõ neceſſariũ eſt eſſe. Quare cõtingit, quod eſt neceſsarium eſſe, nõ neceſsarium eſse, quod ſanè eſt inconueniens. At uero neq; neceſsarium eſse ſequitur ad poſsibile eſse, neq; neceſſariũ non eſse. Illi enim utraq; contingit accidere, horũ autem utrumlibet uerum fuerit, nondum erunt illa uera. Simul enim poſsibile eſt eſse, & non eſse. Si uero neceſse eſt eſse, uel nõ eſse, non erit poſsibile utrumq;. Relinquiẽ ergo nõ neceſsarium non eſse, ſequi ad poſsibile eſse. Hoc enim uerum eſt, & de neceſse eſse, hæc enim fit contradictio eius quæ ſequiẽ ad non poſsibile eſse. Illud enim ſequitur hoc quod eſt, impoſsibile eſse, & neceſſe non eſse. Cuius negatio eſt, non neceſse non eſse. Sequũtur igitur & hę contradictiones ſecundum prædictum modum. Et nihil impoſsibile contingit ſic poſitis.

Superius quidem propoſitionum facta conuerſio ita eſt, ut poſsibilem propoſitionem, neceſſarij negatio ſequereẽ. Atq; his ita poſitis nõ euenit, ut cõtradictio cõtradictionẽ ſequeret, nec ut cõuerſo modo ſequeret, ꝙd in illis, ſcilicet, eueniebat in quibus poſſibiliũ & impoſſibiliũ cõſequẽtia cõſiderabaẽ, quoniã cõtradictio neceſſarij ꝙd eſt, ſcilicet, nõ neceſſariũ eſſe, ſequebaẽ poſſibilẽ propoſitionẽ. Poſſibilis uero cõtradictionẽ non cõſecuta eſt neceſſitas, ſed cõtrariũ neceſsitatis. Hoc ꝓmutare uolens intẽdit ita cõſtituere cõſequẽtias, ut ſimilimodo cõtradictio quidẽ cõtradictioni conſentiat, ſed cõuerſim. Hoc aũt hac ratione diſponit. Dicit enim errauiſſe fortaſſe ꝙd neceſſarij & poſſibilis conſequentiã ex poſsibili inchoaui, & nõ ex neceſſario, ut hac eius cõſentione mentiret, poſuit enim ꝓcedẽs poſſibile eſſe, eiq; fuit cõſentiens non neceſſariũ eſſe. Et hoc quidẽ ſuperius. Nunc aũt cõuertit & dicit: An fortaſſe, inqt, errore lapſi ita has cõſequẽtias cõſtituimus, ut primo poneremus poſſibile eſſe, huic aũt adiungeremus uelut cõſequẽs neceſſarij negationẽ, q̃ diceret nõ neceſſe eſſe? An potius illud uerũ eſt, ut poſito prius neceſsario neceſsitati poſsibilitas cõſentiens ſubſequaẽr? Videtur enim omnem neceſsariam propoſitionem poſsibilitas conſequi. Quod ſi qs neget, illi confitendũ eſt, quoniã negatio poſsibilis ſequiẽ neceſsitatẽ. In omnibus enim aut affirmatio aut negatio eſt. Ergo ſi neceſsariã propoſitionẽ nõ ſequiẽ poſsibilitas, poſsibilitatis negatio cõſequiẽ, utita dicaẽ. Ergo recta conſequẽtia ita dici, ꝙd neceſse eſt eſſe non poſsibile eſt eſse. Sed dudũ dictũ eſt, ꝙd ei ꝓpoſitioni quæ proponeret non poſsibile eſse impoſsibilitas conſentiret. Sed nõ poſsibile eſse conſequitur neceſsitatẽ, & impoſsibilitas igiẽ conſequeẽ neceſsitatem.

Erit

Erit itaq; recta propoſitionũ cõſequentia ſi neceſse eſt eſſe impoſſibile eſt eſse. Sed hoc fieri non poteſt. Si igitur impoſsibilitas non ſequitur neceſſitatem, ſequitur autem propoſitio quæ aliquid non poſſe eſſe denũciat impoſſibilem propoſitionem, neceſſarię propoſitioni poſſibilitatis negatio quæ eſt non poſſibile eſſe non cõſentit, quòd ſi hæc neceſſariæ enunciationi non conſentit, cõſentiet affirmatio. Neceſſitatem igitur poſsibilitas conſequitur. Erit ergo recta propoſitionum conſequentia hoc modo: Si neceſse eſt eſſe, poſſibile eſt eſſe. Sed rurſus alia nobis ex his impedimenta naſcuntur. Nam ſi quis neceſſitati dicat propoſitionem poſsibilem cõſentire, quoniam poſsibilitati ea propoſitio quæ dicit, non impoſsibile eſſe, & rurſus ea quæ enunciat non neceſse eſſe conſentit, quod ſuperior ordo prædocuit, erit ut neceſſariæ propoſitioni conſentiat ea quæ dicit, nõ neceſſe eſſe, erit igitur recta conſequentia ſi neceſſe eſt eſſe, non neceſſe eſt eſſe. Sed hoc rurſus eſt impoſsibile, quod ſi ita eſt, aliquid impoſsibile cõſequentijs propoſitionum permutandum eſt, ut poſsit ipſa ſibi ratio conſentire. Aut igitur illud primo inconuenienter dictũ eſt, quòd neceſſarij negatio affirmationem poſsibilem ſequereẽ, ut ea quæ eſt non neceſſe eſse, ſequatur eam quæ dicit poſsibile eſſe, uel certè illud nõ recte ſenſimus poſsibilẽ propoſitionem ad neceſſariã cõſentire, q̃ quia perabſurdũ eſt. Nullus enim dixerit neceſsitati poſsibilitatẽ eſſe cõtrariã, euenit enim ꝙd neceſſe eſt, hoc fieri nõ poſſe recta eſt hæc conſequentia. Si neceſſe eſt eſſe, poſsibile eſt eſſe, ſic ut potius contradictio neceſſarij propoſitionẽ poſsibilẽ non ſequaẽ. Sed cum hæc dicũtur illud intelligi placet, quòd neceſsitatẽ poſsibilitas ſequaẽ, ut id quod eſt neceſse, hoc poſsibile eſſe dicatur. Iſtud altius perſpicientibus propoſitũ eſt. Nam aliud eſt rem dicere eſſe neceſſe, aliud eſse poſsibile. Illud autẽ ꝙd per ſe poſsibile eſt, nõ modis omnibus fit neceſse. Nam ſi neceſse eſt, fieri non poteſt ut non ſit. Quod uero poſsibile eſt, & non eſse poteſt, igiẽ quod poſsibile eſt nõ erit neceſse. Dico aũt quia neq; ea propoſitio ſequiẽ poſsibilitatem quæ neceſsitati omnino contraria eſt. Eſt namq; neceſſariæ propoſitioni contraria ea quę dicit, neceſse eſt nõ eſse. Hanc poſsibilitati cõſentire nullus impellet. Nam quod neceſse eſt non eſse, illud nõ poteſt eſſe. Quod autem poſsibile eſt, illud eſse & non eſse poteſt. Neceſsitas ergo propoſitionis quæ ſecundum eſse predicatur, idcirco non ſequiẽ poſsibilitatẽ, quòd poſsibilitas quidẽ & non eſse poteſt. Neceſsitas uero, quæ ſecundũ eſse eſt, non poteſt non eſse. Rurſus neceſsitas quiæ ſecundũ non eſse predicaẽ, à poſsibilitate differt, eãq; non ſequiẽ, quòd neceſsitas ea quæ ſecundũ non eſse dicitẽ, non poteſt eſse. Poſsibile uero & eſſe & non eſse poteſt. Quod igiẽ ut neq; oppoſita negatio neceſsarij poſsibilitatem ſequaẽ, quæ nõ neceſse eſse proponit, nec ipſa neceſsitas affirmãdi quę dicit neceſse eſse, neq; huic cõtraria, quæ dicit neceſse eſse nõ eſse. Sed in his quatuor uidebũtur, eſt enim neceſsaria affirmatio quę dicit, neceſse eſt eſse, huic oppoſita eſt ea quę prędicatur non neceſse eſse. Rurſus contraria neceſsitati affirmatio eſt quæ dicit neceſſe eſt non eſse, Huic opponitur ea quæ proponit non neceſse eſt non eſse, quod ſubiecta deſcriptio docet:

Neceſse eſt eſse	Non neceſse eſt eſse
Neceſse eſt non eſse	Non neceſse eſt non eſse.

Si igitur neq; ea quæ dicit neceſse eſt eſse, neq; huic oppoſita quæ proponit nõ neceſse eſt eſse, nec neceſsitati cõtraria, cuius ſententia eſt: Quoniã neceſſe eſt nõ eſse poſsibilitati cõſentit; reſtat ut ei cõſentiat, quarta quæ dicit, nõ neceſſe eſt eſse, quæ ſcilicet, quarta aliquatenus etiã ipſi neceſsitati cõſentit, neceſsitas uero ipſi poſsibilitati minimè. Omne enim q̃ neceſse eſt eſse & poſsibile eſt eſse, & ut nõ ſit nõ eſt neceſse. Idcirco aũt hæc ꝓpoſitio quæ dicit, nõ neceſse eſt nõ eſse, neceſsitati cõſentit, qa neceſsitati quidẽ cõtraria eſt ea quæ dicit, neceſse eſt nõ eſse, huic uero oppoſita eſt ea quæ proponit nõ neceſse eſt nõ eſse. Quare cõſentiet ei ꝓpoſitio quæ cõtradictoria

ctoria est sibimet oppositæ affirmationi. Quod siquis attentius inspicit, & ad suprà scriptum omnino reuertitur, facilè cognoscit. Si igitur possibile esse (ut dictum est) sequitur ea propositio quę dicit, non necesse est non esse, negationē possibilem sequitur huic opposita quę dicit, necesse est non esse. Erit itaq; huiusmodi consequentia, si possibile est esse, non necesse est non esse. Rursus si nō possibile est esse, necesse est non esse. Reuersa est igitur illa consequentia quę contradictoriæ quidem fiebat, sed conuersim sicut suprà de impossibilibus dictum est, hic namq; affirmationē possibilē negatio sequitur quæ necessariū quidem destruit, sed id quod ad non esse ponit ea, scilicet, quæ dicit, nō necesse est non esse, rursus negationem possibilē affirmatio sequit necessaria quæ secundum non esse ponitur. Est igitur hic quoq; eadem cōuersio, ut contradictio quidē cōtradictionē sequat sed cōuersim, ut affirmatio negationi, negatio uero affirmationi cōueniat. Melius uero hoc si sub oculis cadet liquere credimus, atq; ideo apertissimè sententiam rei subiectę dispositionis nos ordo commoneat.

Possibile est esse	Non possibile est esse.
Non necesse est non esse	Necesse est non esse.

Omnis quidem sententia talis est. Ordo autem sermonum huiusmodi est. Postquā dixit de possibilium & impossibiliū cōsequentia, quòd contradictiones quidē contradictionib. cōuenirēt, sed cōuersim, id est, quòd affirmatio negationi, negatio uero cōsentiret affirmationi. Hæc eadē, inquit, cōsequentia quemadmodū in necessarijs euenìat, uidendū est. Speculatus igitur & de necessarijs idem non reperit, nam cum dixisset necessarij negationem possibilitati consentire, affirmatio necessaria negationi possibilitatis non consentit. Eiusdem rei reddens causas illud arguit, quòd impossibilitas necessitati idem ualeret contrarię reddita. Quam rem emendare uolens ita dixit. An certè, inquit, impossibile est sic poni necessarij contradictiones, ut negationē, scilicet, necessarij possibilitati consentire diceremus. Addidit autem dubitationem quandam, quæ ita sese habet. Nam quod est, inquit, necessarium esse, illud sine dubio possibile est esse. Nam si non, id est, si quod necessarium est, possibile non est, negatio possibilitatis cōsequitur. Necesse enim in omnibus rebus aut dicere, id est affirmare, aut certè negare, in omnibus nāq; rebus, aut affirmatio uera est, aut negatio, quare si non possibile est esse, id est, si hoc est non possibile esse, q̄ impossibile est, fiet id quod necessariū est esse. Sequit aūt propositionē quæ dicit, nō possibile est esse, illa quæ proponit impossibile est esse, & fit aliquid impossibile ut dicatur, igit impossibile est esse, id quod necesse est esse. Sed hoc incōueniens est, ergo id docuit quòd necessitatem possibilitas sequeretur. Nūc autem aliud addit, quoniam suprà dixit possibili propositioni necessarię affirmationis negationē cōsentire, nūc de eadē re dubitationem profert dicēs: At uero illud quod possibile est esse, non impossibile esse sequit. Nam quod possibile est, hoc non est impossibile, sed q̄ nō est, impossibile esse, nō necesse est esse, ergo si nō impossibile est esse, sequit possibilitatem, non impossibilitatem aūt sequitur id quod dicit nō necessariū esse, sequitur q̄ possibilem propositionē id quod dicimus non necessariū esse, nulli dubiū quin si necessitatē possibilitas sequitur sequat, affirmationē necessariā negatio necessarij. Quare cōtingit q̄d necessariū est esse, idipsum non necessariū esse, q̄d est incōueniens. Cōstat ergo q̄niam affirmationē possibilē non sequit oppositа negatio necessariæ affirmationi, idcirco q̄d illud remouendū est, ut suprà diximus, ne sequātur possibilem affirmationem negatio necessarię, ut necessitatē possibilitas sequat. Quod quia fieri nullo modo potest, illud est, remouendum, ne possibilitatem necessitati oppositа negatio subsequatur. Igitur ea quæ dicit nō necesse est esse, nō sequitur possibilitatem. Et ga hęc omnia in medio tacuerat, suprà dictis addidit. At uero neque necesarium sequitur possibile esse, hoc scilicet, sententiæ includens possibilitati non consentire necesarium. Nec hoc solum sed neque illud quod dicimus necesarium

cessarium non esse, hoc ut tractatum sit ipse planius mostrat. Illi enim, id est, possibili utraq; cōtingit accidere & esse scilicet, & non esse. Horum autem, id est necessarij secundū esse, & necessarij secundū nō esse, si utrumlibet uerū fuerit, non erunt illa uera, & hoc ipse exponit, de possibili enim utroq; ita dicit. Simul enim est possibile & esse & non esse, hoc est ergo quod ait. Illi enim utraq; contingit accidere. Sin uero, inquit, necese est esse & non esse, id est, si non potest non esse, & non poterit esse, non erit possibile urumq;, ut si esse necese est, non poterit non esse, uel si nō esse necese sit, non poterit esse, tres igitur propositiones non necese esse, necese esse, necese ese non esse. Possibilitatem non sequuntur. Relinquitur ergo hoc, id est, ut quarta propositio quæ opponitur necesariæ secundum non esse affirmationi, possibilitatem sequatur, id est, non necesarium nō esse sequi possibile esse, sed quia possibile consentit necesario, hæc quoq; consentit necessario. Namq; hoc est quod dixit, hoc enim uerum est & de necesitate ese. Nam q̄d necesse est esse, non necese est ut non sit, hæc igitur propositio quæ dicit, nō necesse est non ese, contradictio eius affirmationis est, quæ sequit negationē possibilitatis eam, scilicet, quæ dicit nō possibile ese. Nam cum affirmationem eam quæ est, scilicet possibile ese sequetur necesarij secundum non ese negatio ea quæ proponit nō necese est non ese. Negationem possibilē, eam scilicet quæ proponit non possibile ese, sequitur affirmatio necesaria secundum non ese, quæ dicit, necese est non ese, quā eandem quæ proponit non possibile est ese, quæ est, scilicet, negatio possibilitatis, impossibilis affirmatio sequit quæ proponit impossibile est ese; hoc est ergo quod ait, hæc enim sit contradictio eius quę sequitur id φ est non posibile ese. Nam cum possibilē affirmationem sequat necesariæ secundū non ese negatio quæ dicit, non necesse est non ese, hæc necesaria secundum non ese negatio contradictio est eius quę sequitur negationem possibilitatis. Illud enim, id est, negationem possibilitatis sequitur, id quod est impossibile. Nam cum negatio possibilitatis sit quæ dicit, non posibile ese, hanc sequitur ea quæ dicit impossibile est ese, cui consentit ea quæ dicit necese ese non ese. Sequitur igitur possibilis propositionis negationem ea quæ dicit necese ese non ese, cuius est contradictio ea quæ dicit non necese est non ese. Fit ergo id quoq; ut contradictio contradictionem sequatur, sed conuersim. Quod ait per hoc cum dixit, sequuntur igitur & hæ contradictiones secundum prędictū modum eum, scilicet, ut affirmatio negationem, negatio uero sequat affirmationē, & nihil quidem erit, uel inconueniens, uel impossibile ita positis consequentijs, ut affirmationem quidem possibilem negatio necesarij secundum non ese sequatur, negationi uero possibilis affirmatio necesaria secundum non ese consentiat, quibus explicatis alias rursus adjcit dubitationes.

Dubitabit autem aliquis si ad illud quod est necessarium esse, possibile esse sequatur. Nam si non sequitur, contradictio sequetur, non possibile esse, & si quis dicat nō hanc esse cōtradictionē, necese est ipsum dicere posibile nō esse, sed utræq; falsæ sunt de necese esse. At uero rursus idem uidetur esse posibile incidi, & non incidi, & esse, & non esse. Quare erit necese esse, contingens non esse, hoc autem falsum est.

Suprà consequentias ita disposuit, ut præcedens necessarium possibilitas sequerē, nunc de eodem ipse ambigit. Siue enim disponat consentire necessario possibile, sive quis neget, utumq; uidetur incōgruum. Nam si quis neget possibilitatem necesitati congruere, id dicit quoniam possibilitatis negatio necessariæ propositioni cōuenier. Si qs enim abnuat propositioni quæ dicit aliq̄d necesse esse cōsentire eā quæ proponit possibile esse, is illud abnuere non potest quin negatio possibilitatis necesitati cōsentiat, eritq; integra cōsequētia, quæ dicit si necesse est esse nō possibile est esse.

esse,quãdoquidem illa falsa est cõsequentia quæ dicit,si necesse est esse,possibile est esse. Quod si hoc fieri non potest,ut possibilitatis negatio necessariæ cõsentiat affirmationi,illud uerum est affirmationem possibilem necessariæ conuenire. Sed in hoc quoq; maior inerit difficultas. Omne nãq; quod possibile est esse,possibile est & non esse. Sed si possibilitas necessitatem sequitur,erit id quod necesse est,ut possit esse & possit non esse secundum naturam,scilicet,possibilitatis,quę ipsi conuenit necessitati,sed hoc impossibile est. Non igitur possibilitas sequitur necessitatem, quòd si possibilitas necessitatem non sequitur,negatio possibilitatis sequitur ea,scilicet,quæ est non possibile esse,euenientq; ea rursus incõmoda,quæ dudum cũ eum locum tractaremus expressimus,quòd si quis possibilitatis non uelit esse negationem eam quæ dicit non possibile esse,sed potius eam quæ dicit possibile esse nõ esse. Quanq; ille non recto ordine affirmationi negationem accommodet, dictum iuprà fit quoties cum modo propositiones dicuntur ad modos ipsos potius negationem poni oportere quàm ad uerba,dandæ tamen manus sunt, ut cum eo quoq; concesso quod ad defensionem utile aliquibus uideri possit,argumẽtationis fallam sententiam fregerimus; penitus atq; altius sit ueritas constituta. Sit ergo negatio possibilitatis quam ipsi uolunt, id est ea quæ dicit,possibile esse non esse,sed hæc quoque necessitati non conuenit. Si quis enim dicat quoniã possibile est e necessarium nõ sequitur,sequitur mox possibilis contradictio necessitatem,quod si quis cõtradictionem possibilis ponat eã quæ dicit possibile non esse,eamq; necesitati cõsentire putat,erit secundum eum recta consequentia, si necesse est esse, possibile est non esse, sed hoc fieri non potest. Quod enim necesse est esse,non potest non esse,si igit possibilitas non sequitur necessitatem,erit enim quod necesse est contingens. Possibile namque & contingens idem ualent,negationes possibilitatis, siue ea quæ dicit,non possibile esse, siue ea cuius sententia est possibile est non esse,necessitati conueniẽt, sed utrumq; impossibile est. Quod si hęc non sequũtur,sequitur ea quę est earum affirmatio,id est,possibilitatis,sed hoc quoq; fieri non potest,ut sæpius suprà mõstrauimus. Hæc ergo huiusmodi quæstio in sequenti ordine ab ipso resoluitur. Nunc autem quoniam quæstionis suprà dictę talis sensus est,uerba ipsa sermonumq; ordo uideatur. Ait namq;. Dubitabit autem,inquit,aliquis si illud quod est necessariũ esse, possibile esse sequitur,id est,si necessitati possibilitas cõsentit. Nam si non sequitur, id est,si negat aliquis ut possibilitas necessitatem sequatur, contradictio consequi possibilitatis. Nam quod possibilitas non sequitur,contradictio possibilitatis sequitur,ea,scilicet,quæ dicit,non possibile esse,& prætermisit quod ex his esset impossibile. Hoc autem est ut si necessitatem possibilitas non sequatur,& cõtradictio possibilitatis consentiat, sit recta consequentia si necessarium est esse, non possibile est esse,quod est inconueniens,& si quis non hanc dicat esse contradictionem, id est, si quis neget possibilitatis contradictionem esse quæ dicit non possibile esse, illud certè necesse est ei dicere quod possibilitatis contradictio ea sit quæ dicit possibile esse non esse,sed utrq; falsę sunt de necesse esse. Nam quod necesse est,fieri nõ potest ut non possibile sit. Et rursus quod necesse est,fieri non potest ut possibile sit nõ esse. Rursus uidetur idem esse possibile incidi & non incidi. Possibilitas, enim affirmationi negationiq; communis est, namque & esse & non esse potest quod possibile esse dicitur. Hoc autem falsum est de necesario prędicari. Necesarium namque si est,non esse non poterit,si non est,nulla ratione contingit,quod si quis dicat quoniam possibilitas necesitatem sequitur,eadem possibilitas consentit contingenti, & erit necesse esse contingens non esse,id est,erit contingens id quod necesse esse prædicatur. Nam si quod possibile est esse,potest non esse,quod autem potest non esse,contingit ut non sit,non dubium est quin si necesitatem possibilitas sequitur, eam sequatur quoque & contingentia,sed cõtingens possumus dicere in negatione,ut dicatur contingit non esse,est igitur quod necesse est esse,cõtingens nõ esse.

Hoc autem

Hoc autẽ falsum est,atq; hic quidem ordo sermonum est,ut in alijs ferẽ omnibus perplexus atq; constrictus,aliàs enim similitudo enunciationum, aliàs id quod deest impliciram reddit obscuramq; sententiam,quod si quis Aristoteles uerbis seriem nostræ expositionis annectat,& quod illic propter similitudinem confusum est,per expositionis nostræ distinctionem ac separationem disgreget,quod uero in Aristotelis sermonibus minus est,hinc compensetur,sententiæ ratio totius elucebit. Nũc ergo quoniam proposuit quæstionem eam continenter exequitur his uerbis.

> Manifestum est autem quoniam non omne possibile uel esse uel ambulare,& opposita ualet. Sed est in quibus non situerum. Ac primum quidẽ in his quæ non secundum rationem possunt,ut ignis calefactibilis est,& habet uim irrationabilem; Ergo secundum rationem potestates eędem plurimorum etiam contrariorum sunt. Irrationabiles uero non omnes, sed quemadmodum dictum est,ignem non est possibile calefacere & non calefacere, neq; quæcũq; alia semper agunt. Alia uero possunt & secundum irrationabiles potestates simul oppositas suscipere,sed hoc idcirco dictum est,quoniam non omnis potestas oppositorum est,neq; quæcunq; secundum eandem speciem dicũtur.

Cum de possibilis & necessarij consequentia dubitasset,cumque si possibilitas necessitate consentiret,quod erat incommodum,uel si possibilitas rursus necessitatem sequeretur,necessitas ipsa cui possibilitas consentiret in se & esse & non esse suscipere ret. Nunc incongruentem ambiguitatem rationabili argumentatione dissoluit dicens: Non uere illud metuit,ne possibilitas necessitatem consequens ipsam naturam necessitatis atq; rigorem frangeret,ut id quod necesse esset,in contingẽtiam permutetur. Neq; enim,inquit,omne quod possibile est esse,& possibile est non esse. Sunt enim plura quæ unam tantum uim continent,& ad negationem nullo modo sunt apta,ut in his possibilitatibus quas irrationabilis actus efficit. Nam cum sit possibile ignem calefacere,non est possibile ut non calefaciat. Quare hæc potestas nõ potest oppositа. Si qua enim potestas opposita potest,illa & non esse potest & esse,& facere & non facere,quæ uero non potest opposita,unam rem tantum potest, quæ affirmationem tantum dat,negationem uero repudiat. Si quis enim ponat possibilitatẽ necessitati consentire,non idcirco iam necesse est ipsam necessitatem in contingentiam uerti,cui contingenti,scilicet,possibilitas consentit. Non enim, inquit, omne possibile utrumq; potest,idest, & posse esse & posse nõ esse. Atq; ideo nõ omne possibile contingentiæ consentit,docet autem hoc his modis. In his,inquit, quæ non secundum rationem possunt,possibilitas quæ esse dicitur,non ualet opposita, ut ignẽ calefacere irrationabile est. Nulla enim ratio est cur ignis calefaciat. Omnium namq; quæ naturaliter fiunt nulla ratio est. Ergo hæc quorum potestas irrationabilis est nõ possunt opposita,ut ignis non potest calefacere & non calefacere. Si enim utrumq; possunt,opposita possunt. Calefacere enim & non calefacere opposita sunt. Cum ergo irrationabiles potestates oppositа non habeant agendi facultatem, illa quæ secũdum rationem fiunt ad oppositorum actum poterunt retineri,ut quicquid ex uoluntate & ratione conceptum est,ad utrumq; ualeat. Medicinã namq; mihi exercere & possibile est,& possibile non est. Vel rursus ambulare & non ambulare. Quod enim quisquis animi ratione uel appetentia uult,hoc ex ratione uenire dicitur. Et in his omnibus illa potestas est quę ad utrumq; ualeat,idest,ad affirmationem & negationẽ, ut sit,scilicet,& non sit. In his autem quæ sunt irrationabilia,licet in solis uenire possit,ut ea potestas quę dicitur,non etiam possit opposita,tamen non omnis irrationabilis potestas opposita non potest,ut aqua est frigida & humida est. Ergo & frigescere potest facile & humectari,sed eadem permutata in calidam potest frigescẽdi uim

non habere, cum non possit humectandi amittere potestatem, dum aqua sit. Quocirca non omnis potestas ualet opposita, sed ualet quidem opposita potestas, ea quæ secundum rationabiles motus ualuit. Illa uero potestas quæ opposita non ualet, in solis irrationabilibus inuenitur, licet non in omnibus. Sunt enim irrationabiles potestates quæ utrũq; possunt, ut id quod dictum est de aquæ frigore. Et tota quidem sententiæ uis talis est. Nunc quis sit sermonum ordo explicetur. Manifestum est, inquit, quoniam non omne possibile uel esse, uel ambulare, opposita ualet. Quod ita dictum esse manifestum est, non ut putaremus quod omne quod ambulat potest, uel quod esse potest, non possit opposita, idest, non possit non esse. Hoc enim uidetur textus ostendere, sed nemo ita intelligat, potiusq; sic dictũ uideatur. Manifestũ est quoniam non omne possibile frequenter solemus usurpare, cum dicimus possibile esse ambulare, opposita ualet. Necq; enim omnis potestas affirmationi negationiq; conuenit. Sed sunt quædam quæ unum tantum possunt, ut suprà iam diximus, atq; hoc apertius intelligitur si ita dicamus. Manifestum est enim quoniam non omne possibile & opposita ualet, quoniam, scilicet, possibile frequenter & de esse & de ambulare prædicamus, hoc ita cogitans facilius quis agnoscit, quid ipsius textus uerba denuncient, cum etiam adminiculari quis debeat obscuris sensibus patientia atq; consensu, quod ad sententiã potius dicentis spectet, & si sermonum ratio ita non habeat. Hoc ergo ita constituto manifestum est, scilicet, non omnes potestates opposita ualere, sed esse quasdam in quibus nõ sit uerum dicere quoniam opposita ualent, & datur exemplũ in his quidem quæ irrationabiliter possunt, idest, non secundum aliquam rationem, quarum, scilicet, potestatum reddi ratio non potest, quod ipsarũ sit natura, ut quoniã ignis calefactibilis est, idcirco de eo ratio reddi non potest. Hoc namq; illi naturaliter adest, ut hæc quidẽ ignis potestas nõ ualeat opposita, licet sit irrationabilis. Quæ uero rationabiles sunt, & secundum rationabilem potestatem eædem plurimorum etiã contrariorum sunt. Nam quibus ratio dominat, ad utraq; opposita natura ipsorum apta est, ut eædem potestates sint plurimorum quæ sunt contraria, ut si est mihi possibile ambulare, quoniam hoc ex ratione & uoluntate fit, sit possibile non ambulare, & est hoc potestatis non unius, sed plurimorum, eorumq; contrariorum. Licet enim affirmatio & negatio sit quodammodo ambulare & non ambulare, tamen nũc ab Aristotele in contrarij uice disponitur, & hoc quidem in omnibus rationabilibus potestatibus planum est, eas plurimorum esse contrariorũ & opposita ualere. Quæ uero secundum rationem nõ sunt, licet sint quædam quæ opposita ualeant, non tamẽ omnia. Nam cum aqua frigefaciendi habeat potestatem quod irrationabile est. Et eturursus alia potestas calefaciendi, cum ipsa sit calefacta, sed non in omnibus potestatibus irrationabilibus hoc inueniri potest. Ignis enim (ut dictum est) unam calefaciendi tantum uidetur habere potestatẽ, hoc enim est quod ait. Irrationabiles uero nõ omnes, idest, opposita ualent, sed quemadmodum dictum est, ignem non est possibile calefacere & non calefacere, daturq; in omnibus regula quę non sint possibilia cõtrariorum, ea, scilicet, quæ semper unam rem actu continẽt, ut ignis semper calet, sol semper mouetur, & cætera huiusmodi, quod per hoc ait, quod dixit. Necq; quæcunq; alia semper agunt, alia uero possunt quædam opposita, etiam secundum irrationabiles potestates, ut dictum est de aqua. Sed hoc idcirco dictum esse testatur, ut cognosceremus nihil euenire cõtrariorum, si quis diceret possibilitatem necessario consentire. Cum enim non omnis possibilitas contraria ualeret, ea, scilicet, necessitati consentit, quæ contraria nõ ualet, sed unam rem semper agit, hoc est enim quod ait. Sed hoc quidem idcirco dictum est, quoniam non omnis potestas oppositorum est, nec quæcunq; secundum eandem speciem dicuntur quod ait. Nec quęcunq; secundũ eandem speciem dicuntur tale est. Non modo omne quod dicitur possibile contrariorũ esse non potest, sed etiam ea quę sub eadẽ specie sunt, quędã contraria nõ possunt, ut ea quę sunt irrationabilium. Nam cum omniũ irrationabilium in eo q; irrationabilia sunt

sunt, una sit species, tamen ne in his quidem inueniri potest ut in omnibus eadem sit contrariorum potestas, ut de igne quod suprà dictum est. Nã cum eius irrationabilis sit potestas, non tamen talis est ut ad contraria transferatur. Rectè igitur dictum est, quoniam neq; quę sub eadem specie sunt poterunt omnia contrariorum esse potẽtia. Nam cum ignis potestas cum alijs omnibus potestatibus irrationabilibus sub ea sit specie, quę irrationabilis est potestas, tamẽ non ualet opposita. Atq; hoc quidem quod attentare possit totam quęstionem, non tamen ualidissimè dissoluere prædiximus. Quod uero maximè dirigat dubitationem ambiguitatemq; constituat, ipse continuata oratione addidit dicens:

> Quædam uero potestates æquiuocę sunt. Possibile enim non simpliciter dicitur, sed hoc quidem quoniam uerum est ut in actu, ut possibile est ambulare quoniam ambulat, & omnino possibile est esse quoniam iam est actu quod dicitur possibile. Illud uero quoniã forsitan aget, ut possibile est ambulare quoniam forsan ambulabit, & hæc quidem in mobilibus solis est potestas, illa uero, & in immobilibus. In utrisq; autem uerum est dicere non impossibile esse ambulare, uel esse, & quod ambulat iã, & agit & ambulabile est. Sic ergo possibile non est uerum de necessario simpliciter dicere, alterum autem dicere uerum est. Quare quoniam partẽ uniuersale sequitur, illud quod ex necessitate est, sequitur posse esse, sed non omnino.

Quid hæc sententia contineret quã nũc Aristoteles proposuit, quinto quidem libro diligenter expressimus & nũc eam breuiter exequamur. Expositionis enim causa doctrinæq; hunc secundũ nos expositionis sumimus laborem, nõ augendi prolixitate fastidij. Talis ergo est sententia tota. Possibile quod frequenter in rebus dicimus nõ simpliciter dicit. Atq; ideo quoniam possibile à potestate traductum est, ut ipsa quoque potestas æquiuocum est. Hoc hinc manifestum est, quod quædam possibilitates ad hoc dicuntur non quoniã agunt, sed quoniã ut agantur nihil impedit, ut si de aliquo sano corpore omnibusq; alijs quæ impedire poterãt remotis sedente, dicat possibile esse ambulare eum, non quoniam ambulat, sed quoniam ut ambulet nihil omnino prohibet. Quędam uero possibilitates ita dicunt quoniam iam actu sunt atque agunt, ut si quis de ambulante homine dicat, possibile esse eum ambulare, atq; ideo ea possibilitas quæ non secundũ actum aliquẽ dicit, sed secundum id ąd posset agere, dicitur eo q; agere non prohibet à potestate possibilitas nominat. Hæc uero quæ iam agit atq; in actu est, actus ipse possibilitas appellat. Duæ uero sunt significationes possibilitatis, una quæ eam possibilitatem designat, quæ est potestate, quæ secundum actum non sit. Altera quæ eam possibilitatẽ significat quę actu sit. Hæc autem possibilitas quæ iam actu est, aut ex potestate ad actũ transit, aut semper in actu naturaliter fuit, ut cũ homo ex eo quod sedet nõ ambulat potest ambulare, atq; ideo ex potestate in actum uertit. Sol uero cum mouetur, nunc̃ ex potestate in actum uertitur. Necq; enim aliquando hunc motum non egit. Necq; ignis ut nunc non caleret, aliquando non caluit. Ergo ea rursus possibilitas quæ secundũ actum aliquẽ dicitur duas intra se species continet, unam quæ talem actum possibilitatis designet, quẽq; non esse non liceat, & hæc dicitur necessaria, quæ nunc̃ ex potestate in actũ uertit, sed in actu naturaliter mansit. Alteram uero quam liceat & non esse, quæ, scilicet ex potestate in actum migrauit, & hoc nõ necessariũ cum sit actu, & hæc talis possibilitas quæ ex potestate in actum uertitur, in solis mobilibus est, hoc est quæ moueri possunt, hæc autem sunt corporalia, incorporalia uero nõ moueri, quibus rationibus astruatur paulò post dicemus. Illæ uero quæ semper in actu propriæ naturæ qualitate manserunt, & in mobilibus inueniuntur, ut igni calor qui semper actu & nunc̃ fuerit potestate

rit poteſtate,& in his quę ſunt immobilia,hæc aũt ſunt incorporalia & diuina. Quare poſſibilitas ea quę ex poteſtate in actũ migrauit,ſolorũ eſt corruptibiliũ & corporaliũ. Ea uero quę ſemper actu ſunt,diuinis corporalibuſq; communis eſt,ut igit̃ tota ratio breuit̃ attingat̃,ita dicendũ eſt poſſibilitas æquiuoca eſt & multa ſignificãs. Eſt enim una poſſibilitas,quæ ipſa quidẽ cũ nõ ſit in actu eſſe poſſit. Atq; ideo de ea poſſibilitas prædicat̃. Eſt aũt alia quę ſam eſt actu,hęc aũt quæ ſam actu eſt, nõ æquiuoca eſt,ſed genus. Habet enim ſub ſe ſpecies eã poſſibilitatatẽ quę actu quidem eſt, ſed ex poteſtate migrauit. Alia uero quæ actu eſt, ſed ex poteſtate nõ migrauit. Etilla quidẽ quę ex poteſtate nõ migrauit,ipſa dicit̃ neceſſaria quę nunq; relinquit ſubiectũ. Illa uero quæ ex poteſtate ad actũ tranſit, ſine ulla dubitatione dicit̃ nõ neceſſaria. Idcirco q; poterit relinquere aliquando ſubiectum,ſed de his utriſq;,ſcilicet, quæ uel in poteſtate uel in actu poſſibilitates dicũt̃,cõmunis eſt e poterit prędicatio,ſi dicamus utraſq; eſſe nõ impoſſibiles. Nã & qui poteſt ambulare cũ non ambulet,& qui iam ambulat uerũ eſt de his dicere,quoniã nõ eſt impoſſibile eos id agere q; poſſunt agere uel agũt. Cũ uero ſub ſignificatiõe poſſibilitatis quo ſint,una poſſibilitas quæ actu non eſt. Alia uero quę actu eſt,Illa poſſibilitas quę ſecũdum poteſtatem dicitur neceſſariq; non accommodatur,neq; aliquando neceſſitati poterit conſentire. Reſtat igitur ut ſub ea pluralitate neceſſitas ponatur quę actu eſt, ſed ea quoque habet unam ſpeciem,per quam ex poteſtate in actum migrat,quę eſt nõ neceſſaria. Quare ne in hac quidẽ poni poteſt neceſſitas. Reſtat igit̃ ut quoniã id q̃d neceſſe eſt eſſe,nullus negat eſſe poſſibile. Sub poſſibili aũt eſt & ea quę poteſtate eſſe dicit̃. Sed neceſſitas nõ ponit̃,neq; ſub ea poteſtate quæ actu eſt & ſubiectũ poterit relinquere,ſed ponat̃ ſub eo actu qui ſubiectũ relinquere nõ poteſt,ut ſit neceſſitas poſſibilitas quæ actũ & ſubiectũ nunq; relinquat,eo q̃d ad actũ ex poteſtate nõ uenerit. Species igit̃ quædã erit neceſſitas poſſibilitatis,ſi quidẽ illic ponit̃ ubi eſt ea poſſibilitas quæ actu ſemper eſt,q̃d ſi ſpeciẽ ſequit̃ genus,& ubi eſt ſpecies,genus deeſſe non poteſt,ſequitur ſpeciẽ ſuã,ideſt, neceſſitatẽ genus.Et priũ,ideſt,poſſibilitas,ſed nõ omne. Ea uero poſſibilitas neceſſitatẽ nõ ſequit̃ quæ poteſtate tantũ eſt nõ etiã actu,neq; ea quę ceſſit actu relinquere ſubiectũ poteſt,ſed ea tantũ quę cũ actu ſit nũq; poterit à ſubiecto diſcedere. Sequit̃ ergo poſſibilitas neceſſitatẽ nihilq; euenit impoſsibile,ſed eau dictũ eſt quę in actu ſit,& nunq; in ſubiecto natura eſſe deſiſtat. Totus quidem ſenſus huiuſmodi eſt,ratio uero uerborũ ita cõſtabit. Quædã uero,inquit,poteſtates æquiuocæ ſunt,ſed hoc idcirco dictũ eſt q̃niã nõ omnis poteſtas æquiuoca eſt. Eſt enim poteſtas quæ ut genus ſit,ea,ſcilicet,quæ ſecundũ actũ prædicat̃. Quemadmodũ aũt quædã poteſtates æquiuocæ ſint exequit̃ dicẽs. Poſsibile enim nõ ſimpliciter dicitur, & hoc partitur,ſed hoc quidẽ q̃niã uerũ eſt ut in actu,ut poſsibile eſt ambulare,quoniã iã ambulat,& omnino poſsibile eſt eſſe,quoniam iam eſt actu q̃d dicit̃ poſsibile. Hoc planius nihil potuerit demonſtrari,cũ ſi illud poſsibile dicat̃,q̃d iam agit̃. Quod ſi cuis poſsibile eſſe neget,hoc ait & fieri atq; eſſe dicit,q̃d impoſsibile eſt, ſed hoc omnẽ modũ rationabilitatis excedit. Aliã uero partẽ ſignificatiõis poſsibilitatis hãc dicit. Illud uero quod forſitan aget,& dat huius exẽplum ut poſsibile eſt ambulare, quoniã ambulabit. Nõ ergo q̃d iã agit,ſed q̃d forſitan aget, ideſt, q̃d ut agat fortaſſe nihil prohibet. Et hoc quidẽ,inquit,in mobilibus ſolis eſt poteſtas,hæc,ſcilicet, poteſtas quę poteſtate dicit̃ nõ ſecundum actum. Mobilia uero ut dictum eſt ſola corpora dicit. Illa uero,ideſt,quę actu eſt,& in immobilibus, atq; ideo addidit hoc cum dicit,& in immobilibus,ut non ſuſpicemur in ſolis eſſe diuinis actus poſsibilitatem, ſed etiam in mortalibus atq; corporeis. In utriſq; uero uerum eſt dicere, non impoſsibile eſſe ambulare,uel eſſe quod ambulat iam & quod agit & ambulabile. In utriſq; inquit,ſignificationibus una prędicatio poterit cõuenire, ut dicamus non eſſe impoſsibile uel ambulare quod iam ambulat,uel ambulare q̃d poteſt ambulare & non ambulare,quod per hoc ait quod diximus ambulabile. Ambulabile enim eſt quod nõ quidem

quidem ambulat,poſsit tamẽ ambulare,his addit. Sic igitur poſsibile non eſt uerum de neceſſario ſimpliciter dicere,ideſt,ſic poſſibile quemadmodum æquiuocè poſſibilitas prædicatur,non eſt uerum de neceſſario ſimpliciter & uniuerſaliter atq; omnino prædicare,hoc eſt non omne poſſibile neceſſario conſentit. Alterum autem,id eſt,poſſibile uerum eſt,hoc eſt de neceſſario prędicare. Illud,ſcilicet q̃d ſecundũ actũ dicit̃ immutabile. Quare quoniã partem ſuã,ideſt,ſpeciẽ,ideſt,id quod eſt uniuerſale,ideſt, genus ſequit̃ illud q; ex neceſſitate eſt, q̃d,ſcilicet,ſpecies eſt poſſibilitatis, ſequit̃ poſſe eſſe,ideſt,poſſibilitas,ſed non,inquit,omne. Nam illa poſſibilitas quæ in actu prædicat̃ & relinquere ſubiectũ poteſt,non ſequit̃ neceſſitatẽ,ſed ea tantum quę cũ in actu ſit neq; ex poteſtate in actũ uertit̃,neq; poterit ſubiectum relinquere. Atq; hæc quidẽ quæ Ariſtoteles dixit huiuſmodi ſunt. Quę uero nos diſtulimus, ut doceremus immobilia eſſe diuina. Mobilia uero ſola corpora uocari breuiſſimè demonſtrandũ eſt. Sex motus ſpecies eſſe manifeſtũ eſt,ſicut in prędicamentorũ libro Ariſt. digeſſit,quanq; hoc in Phyſicis permutauerit,ſed nũc ita ponamus tanq; ſi omnino ſex ſint. Si ſecũdũ nullã motus ſpeciẽ moueri diuina atq; incorporalia ratio declarauerit,ordine cõuincit̃ nõ moueri diuina. Ergo quę neq; generant̃,neq; corrũpunt̃,neq; creſcũt,neq; minuũt̃,neq; de loco in locũ tranſeunt,quippe quę plenitudine naturæ ſuæ ubiq; tota ſunt,nec de Deo aliquid intellígi fas eſt,nec rurſus aliquibus paſſionibus permutantur. Quod ſi ſecundum nullũ horũ motuũ diuinarum rerũ permutabilis eſt natura, manifeſtũ eſt ea omnino non eſſe mobilia, atq; ſex motus hos ſolis corporibus euenire. Atq; hęc quidẽ de plurimis quę de ea re poſſunt dici rationibus atq; argumẽtis libaſſe ſufficiat. Nũc q̃niã Ariſt. cõſentire neceſſario poſſibilitatẽ non omnẽ docuit,& quæ ei conuenirent expreſſit. Rurſus de ipſorũ conſequentia & quid primo & quid poſterius poni debeat,memoriter ſubiecit dicens:

> Et eſt quidem fortaſſe principium quod neceſſarium eſt,et quod non neceſſarium eſt,omnium,uel eſſe uel non eſſe. Et alia ut horum conſequentia conſiderare oportet. Manifeſtum eſt autem ex his quæ dicta ſunt, quoniam quod ex neceſſitate eſt,ſecundum actũ eſt. Quare ſi priora ſunt ſempiterna,& quę actu ſunt, poteſtate priora ſunt,& hæc quæ ſine poteſtate ſunt, actu ſunt, ut primę ſubſtantię. Alia uero ſunt actu cum poſſibilitate,quę natura quidẽ priora ſunt, tempore uero poſteriora. Alia uero nunquam ſunt actu, ſed poteſtate ſolum.

Poſtq; de poſſibilis & neceſſarij conſequentia quid uideretur expoſuit,hæc ad emẽdationem quodammodo ſuperioris ordinis apponit. Et quoniam ſuperius à poſſibili inchoans,cæteras omnes propoſitiones ad poſſibile & cõtingens, & ad eorum cõ ſenſum reduxit. Nunc hoc rationabiliter mutat, ut non potius à poſſibilitate inchoãdum ſit,ſed à neceſſitate. Nam ſi quis aduertat diligentius ſuperiorem deſcriptionẽ, primo poſitũ eſt poſſibile & contingẽs, & ad eandem cunctorum ſenſus relatus eſt. Nunc hoc permutandũ uideẽ. Dicit enim fortaſſe hoc eſſe rectius ut magis propoſitionũ conſequẽtia à neceſſarijs inchoet̃. Eſt autẽ totus ſenſus huiuſmodi. Quoniam inquit,neceſſaria ſempiterna ſunt,quæ autẽ ſempiterna ſunt,omnium aliorum quæ ſempiterna nõ ſunt,principiũ ſunt. Neceſſe eſt ut id q; neceſſariũ eſt cęteris omnib. priius eſſe uideat̃,ergo cõſequẽtię eodẽ modo faciẽdæ ſũt,ut primũ quidẽ neceſſitas, poſt uero poſſibilitas & cætera proponantur,ſintq; conſequentiæ hoc modo:

Neceſſe eſſe	Non neceſſe eſſe
Non poſsibile non eſſe	Poſsibile non eſſe

Vides ne igitur ut primo quidem necesse esse & non necesse esse propositum sit? secundo uero loco ad necessitatis cætera consensum consequẽtiamq; relata sint. Hoc est ergo quod dixit fortasse principium quoddam esse omnium uel esse uel non esse, id quod esset necessarium, ut à necessario speculandarum propositionum principiũ sumeretur, quod esse aliarum propositionum uel non esse secundum consequentiã consensum constitueret, & quoniam prius positum est necesse esse, huic cõsentit ea quæ dicit. Non possibile non esse. Istius ergo propositionis quæ dicit, non esse possibile ut non sit, quę, scilicet, non esse denunciat. Tollit enim possibile quod nondum est, principium est necessitas, cui sine ulla dubitatione consentit, & rursus, quoniam ei quæ dicit, non necesse esse, consentit ea quæ dicit, possibile esse nõ esse, huius propositionis quæ aliquid esse constituit, ideſt, possibile, principiũ est ea propositio quæ dicit, non necesse esse. Ergo siue affirmatiuè necessitas proponatur siue negatiuè, uidetur quoddam principium esse cæterorum, & cætera uelut his, ideſt, necessarijs consentientia iudicari oportere. Et hoc est quod ait, & alia ut horum consequentia considerare oportet. Cur autem illud eueniat, consequenter ostendit dicens: Quoniam ea quæ necessaria sunt actu sunt, ut frequenter suprà monstratum est. Ea uero quæ necessaria sunt, sempiterna sunt, quę uero sempiterna sunt priora sunt his, quorum sunt huiusmodi potestates quæ in actu nondum sunt. Manifestum est quoniam & quæ actu sunt, & ex potestate ad actum non ueniunt, priora sunt, sed de eo actu loquimur qui ex potestate ad actum non uenit, sed semper actu propriæ naturæ constitutione permansit, ut cum ignis calet uel sol mouetur & cætera huiusmodi, ita sunt ut actũ nunquam reliquerint, neq; ab his actus abfuerit aliquando, neq; ex potestate ad hunc uenerint actum. Quoniam ergo huiusmodi fuerunt ut semper essent, quæ autẽ semper sunt, ea omnibus sunt priora, erunt etiam potestate secundum propriam naturã priora, sed quæ priora sunt, semper sempiterna sunt, & rursus eadem necessaria sunt actu, & necesse est ut ea quæ actu sunt his quæ sunt potestate priora sint. Post hæc sit rerum diuisio ab Aristotele hoc modo. Rerum aliæ sunt actu semper quæ ex potestate non uenerint, & istæ sunt quarum nullæ sunt potestates, sed semper in actu sunt. Aliæ uero quæ ex potestate in actum remigrarunt, quarum quidem substantia & actus secundum tempus posterior est potestate, natura uero prior. In omnibus enim illud quod est actu prius est & nobilius, quàm id quod potestate est. Illud enim quod potestate est adhuc ad actum festinat, & ideo perfectio quædam actus est, potestas uero adhuc quiddam est imperfectum, quod tunc perficitur cum ad actum aliquando peruenitur. Quod autem perfectum est eo quod est imperfectum, generosius & prius esse manifestum est. Nam si res quæ ad actum suum ex potestate uenerũt, prius fuerunt potestate, post uero actu, ergo actus earum rerum posterior est potestate si ad tempus referamus, prior uero eadem potestate si ad naturam, & hoc est quod ait: Alias res esse quæ cum possibilitate sunt & actu sunt, sed actũ potestate tempore quidem posteriorem habent, natura uero priorem. Quasdam autem res esse in quibus sola potestas sit, nunquam actus, ut numerus infinitus. Crescere enim numerus potest in infinita. Quicunque uero numerus dictus sit uel centum, uel mille, uel decem millia, & cæteri finitus esse necesse est, ergo actu numerus nunquã est infinitus. Quoniam uero potest in infinita concrescere, idcirco solum potestate est infinitus. Eodẽ quoque modo & tempus. Quantumcunque enim tempus dixeris finitum est, sed quoniam tempus potest in infinita concrescere, idcirco dicimus tempus esse infinitum quod potestate sit infinitum non actu. Nihil enim actu poterit esse infinitum. Quod autem suprà diximus quæ semper actu essent primas esse substantias, non ita puto dum est. Primas eum substantias dicere quemadmodũ in Categorijs ubi primas substantias individuas dicit, hic autem primas substantias quæ semper actu sunt, idcirco nominat quia, ut dictũ est, quę semper actu sunt principalia cæterarum rerũ sunt, atq; ideo primas substantias eas esse necesse est.

Quæ

Quæ magis aptæ enunciationes contrariæ dicantur.

VTrum autem contraria sit affirmatio negationi, an affirmatio affirmationi, & oratio orationi, ut quæ dicit, quoniam omnis homo iustus est, ei quę est, nullus homo iustus est, an omnis homo iustus est, ei quæ est, omnis homo iniustus est, ut Callias iustus est, Callias iustus non est. Callias iniustus est, quænam harum contraria est.

POst propositionum consequentias pertractatas & eas subtili inquisitione dispositas, illud exoritur inquirẽdum, quod magnam utilitatem ita præfert, ut quãtum in eo utilitatis sit, prima quoq; fronte legentium mentibus ingeratur. Nam cum sit manifestum quoniam affirmationem opposita negatio semper oppugnet, maximeq; perimat uniuersalem affirmationem uniuersalis negatio, quoniamq; non ignoratur, quòd affirmatio priuatoria quæ contrarium affirmat ipsi quoq; contrarij perimat propositionem. Quæritur quę magis perimat magisq; oppugnet affirmatiuam utrum'ne ea quæ uniuersalis negatio est, an ea quę contrarij, uel priuationis affirmatio, sit enim positum hãc esse affirmationem, quæ proponit. Omnis homo iustus est, hanc ergo duæ perimũt propositiones, & uniuersalis, scilicet, negatio quæ dicit, quoniam nullus homo iustus est, & ea quæ priuationem iustitiæ prædicat affirmando ea, scilicet, quę dicit, omnis homo iniustus est. Affirmatio igitur quæ proponit, omnis homo iustus est, perimitur & à negatione propria uniuersali quæ dicit, nullus homo iustus est, & ab affirmatione priuatoria quæ proponit, omnis homo iniustus est. Cũ igitur ab utrisq; perimatur, quę autem perimitur, ei quæ eam perimit uidetur esse cõtraria, quoniamq; ut dictum est à duabus perimitur, & duæ unius contrarię esse non possunt, quæ duarum propositionũ quas suprà memorauimus, ideſt, negationis uniuersalis & priuatorię affirmatiuè contraria sit uniuersali affirmationi superius comprehensę querendũ est. In qua re cũ sit utilis quæstio nullus ignorat, qui cogitat, quia nisi hoc ab Aristotele quæsitum enodatumq; esse, magna foret dubitatio an illud reciperet, ut duo unius possent esse contraria, quod manifeste fieri non potest. Nam cũ duo unam rem perimant, quis esset qui dubitaret aut unam rem duabus opponi, aut duabus unam rem perimentibus quæri oportere quę magis earum uideretur contraria? Contrarias autem dicimus, non secũdum eum modum quem Aristoteles in prædicamentis explicuit, sed tantum ad id quod res rem uel propositio perimit propositionem, ut quasi hoc modo quęrat. Affirmatio uniuersalis secundum quam magis perimitur, utrumnè secundum eam quę uniuersalis est negatio, aut secundũ eam quę uel priuationem prædicat uel quodlibet aliud, quod ex ipsa oppositione uim contrarij repręsentet, unde etiam illud latere non oportet uniuersali esse dubium inter uniuersalem affirmationem priuatoriam, & uniuersalem negationem, quę esset opposita contrarię. Suprà enim iam dictum est affirmationi uniuersali negationem uniuersalem esse contrariam. Sed hic ut dictum est, nõ hoc dicitur, sed illud potius, quę magis perimat rem. Nam quę magis perimit ea propemodum uidebitur esse magis contraria. Atq; ideo non solum de uniuersalibus proposuit, sed ne suspicaretur quis ꝙ illam contrarietatem diceret quam uel in prædicamẽtis locutus est, uel rursus suprà cum de uniuersali affirmatione & negatione loqueretur, de particularibus adiecit, quibus non erant contrarię affirmatio & negatio. Nam si rectè superius comprehensa meminimus affirmatio uniuersalis & negatio uniuersalis contrarię esse dicebant. Nec solum hoc sed etiam secundum iustum & iniustum constituit quæstionem, quod habitus & priuatio potius est quàm ulla contrarietas. Quare ut diximus intelligendum est esse nunc in quæstione, quę propositio quam propositionem proxime efficacius q̃ destruat ac perimat, huius inquirendę rei ratio existet hoc modo.

Nam ſi ea quæ ſunt in uoce, ſequuntur ea quæ ſunt in anima, illic autem contraria eſt opinio contrarij, ut omnis homo iuſtus eſt, ei quæ eſt, omnis homo iniuſtus, etiam in his quæ ſunt in uoce affirmationibus, neceſſe eſt ſimiliter ſe habere. Quod ſi neq; illic contrarij opinatio cõtraria eſt, nec affirmatio affirmationi contraria erit, ſed ea quę eſt dicta negatio. Quare conſiderandum eſt, quę opinatio uera, falſæ opinationi contraria ſit, utrũ negationis, an certè ea quę contrariorum eſſe opinatur. Dico autem hoc modo. Eſt quædam opinatio uera boni, quoniam bonum eſt, alia uero falſa, quoniam bonum nõ eſt, alia quod malum eſt, quę nam ergo harum contraria eſt uerę. Et ſi eſt una, ſecundum quam contra.

Hæc eſt inueſtigatio quæ magis ſit uniuerſali affirmationi contraria, utrum ne priuatoria uniuerſalis affirmatio, an uniuerſalis negatio. Hinc ſumitur, q̃ omnis fere proprietas, quam in uocibus neceſſe euenire eſt, ex opinionibus uenit quas uoces ipſę ſignificant. Quod igitur quærendum in uocibus eſt, hoc prius eſt in opinionibus perſpiciẽdum. Neq; enim fieri poteſt ut cum uocum ſignificationes ex opinionibus ueniant, quas, ſcilicet, uoces ipſę ſignificant, non prius proprietates uocum in opinionibus reperiantur. Requirendum igitur eſt quemadmodum ſe iſta in opinionibus poſita habeantur, quod in his fuerit repertum, ad uoces rationabiliter transferãt. Quæratur igitur prius in opinionibus hoc modo. Si opinio priuatoria uniuerſalis affirmationis magis eſt contraria opinioni ſimplicis uniuerſalis affirmationis, q̃ opinio uniuerſalis negationis, manifeſtum eſt quoniã priuatoria uniuerſalis affirmatio magis perimit uniuerſalem ſimplicẽ affirmationẽ, q̃ uniuerſalis negatio. Quod ſi illud magis non repererit, ſed q̃d opinio uniuerſalis negationis opinionem uniuerſalis affirmationis magis perimat potius q̃ opinio priuatoriæ affirmationis, conſtat q̃d uniuerſalis negatio magis contraria eſt uniuerſali affirmationi potius q̃ priuatoria affirmatio. Hoc autẽ ut inueniatur, ita faciendum eſt, ponatur opinio quędã uera, contra eam duæ falſæ, quarũ una affirmatio ſit priuatoria, altera uniuerſalis negatio. De duabus igitur falſis quam mẽdaciorem ratio inuenit, eam dicimus uerè opinionima gis eſſe contrariam. Sint igitur tres opiniones una uera duæ falſæ, & ſit quidem uera hæc quæ id q̃d bonum eſt, bonum eſſe arbitratur, ea, ſcilicet, quam dicit Ariſt. opinionem eſſe boni quoniam bonum eſt, falſa uero una quę quod bonum eſt, bonum nõ eſſe dicit, ea eſt quam dicit Ariſt. falſa boni, quoniam non bonum. Reliqua quę id q̃d bonum eſt, malum eſſe arbitratur, ea eſt quæ ab Ariſtotele dicta eſt opinio boni quoniam malum eſt. Ex his igitur tribus una uera duabus falſis quærendum eſt, quæ magis ſit contraria ueræ, ſed quia contingit ſæpe & negationem & priuationem unum ſignificare in his præſertim contrarijs in quibus nulla medietas inuenitur. Addit & ſi eſt una ſecundum quam contraria. Hoc autem huiuſmodi eſt, in his contrarijs in quibus nulla medietas eſt, idem negatio ualet quod etiam priuatio. In his uero in quibus eſt quædam medietas, affirmatio priuatoria & negatio non eiuſdem ſignificationis ſunt. Age enim ſint huiuſmodi contraria quæ ſint immediata genitum eſſe & ingenitum eſſe. In contrarijs igitur immedietas idem priuatoria affirmatio quod negatio ualet. In his autem quæ medietatem habent, non idem. Neq; enim æquũ eſt dicere quemlibet illum eſſe malum, & rurſus non eſſe bonum. Nam cum bonum negatur, poteſt aliquid mediũ audientis animus ſuſpicari. Cum uero malum ponitur, tota audientis ſuſpicatio in contrarium reiecta eſt. Atq; ideo non idem ſignificant, ſed quia ſæpe (ut dictum eſt) priuatio uel contrarietas negationi conſentit, quoties tales quædam propoſitiones reperiuntur, in quibus nihil negatione diſcrepet priuatoria affirmatio, quærendum eſt ut Ariſtoteli uidetur ſecundum quam potius prolationẽ uel opinionem uerę affirmationi uel opinioni contraria propoſitio uel opinio fiat. Quanq; enim interdum idem ſignificent alio tamẽ modo ipſis propoſitionibus utimur. Nam qui negationem ponit, id quod eſt dicit eſſe, qui uero priuationem, id q̃d non eſt dicit eſse. Cum igitur diuerſum initium & diuerſa intentio quodammodo ſit propoſitionum ſub eadem ſignificatione, & quæ earũ magis uerę propoſitioni contraria ſit, & ſecundum quem motum animi magis uera propoſitio perimatur, quærendum eſt. Hoc eſt enim quod ait, & ſi eſt una ſecundum quam cõtraria. Non enim dicit quod omnino negatio & priuatio unum ſunt, ſed in his in quibus idem ſunt; hoc eſt in immediatis contrarijs, & quando idem ſignificant, quoniam non ſecundum unum motum animi unam ſignificationem dicunt, qui contrarium uel priuationem ponunt, & qui negationem ſecũdum quam contraria magis eſt propoſitio, utrum ne ſecundum eam quæ priuationem ponit, an ſecundum eam quæ negationem. Poſt hæc quemadmodum ſit contrarietatis natura deſignat.

Nam arbitrari contrarias opiniones definiri in eo quod cõtrariorũ ſunt, falſum eſt. Boni enim quoniam bonum eſt, & mali quoniam malum eſt, eadem eſt fortaſſe opinio & uera, ſiue plures, ſiue una ſit. Sunt autem contraria iſta, ſed non in eo quod contrariorum ſunt contraria, ſed magis in eo quod contrariæ.

Senſus quidem breuiter expeditus, ſed ſumma rationis ueritate contextus eſt. Cum enim de contrarijs diſputat, quẽadmodũ cõtrarię opiniones eſſe poſſint prima fronte diſponit. Arbitrabant enim quidã contrarias eſſe opiniones, quę de contrarijs aliquid arbitrarẽtur, ſed hoc falſum eſſe conuincitur. Neq; enim ſi bonũ & malum contrarium eſt, & aliq̃d de bono & malo opinetur, mox neceſſe eſt, ut contrarietas ſubſequatur. Age enim quilibet de bono opinet q̃niã bonũ eſt, rurſus de malo opinetur, quoniam malum eſt. Cum igitur idem de bono & malo opinetur, illud quoniam bonum eſt, hoc q̃niam malum, tamẽ cõtrariæ opiniones non ſunt. Neq; enim contrariũ eſt opinari id quod bonum eſt, bonum eſſe, & id quod malũ eſt, malũ eſſe, utræq; enim ueræ ſunt. Opinionũ aũt contrarietas ueritate & falſitate agnoſcitur. Hoc aũt modo huiuſmodi opiniones contrarię eſſe poſſunt, quæ de eadẽ quodãmodo affectione animi pficiſcuntur, id eſt, opiniones cognoſcẽtes quicq̃ q̃ uerum eſt. Non igitur ſi qs contrariorum aliquã opinionẽ habeat, & quicq̃ de contrarijs arbitretur, ſtatim neceſſe eſt ſubſeq in opinionibus contrarietatẽ, ergo non eſt contrarietas opinionum in ea arbitratione, quæ contrariorũ eſt, uel quæ de contrarijs habetur. Sed potius contrarietas in opinionibus tunc fit, quoties de una eademq̃ re contrarię quis opinatur, ut quælibet res ſit propoſita bona, de ea ſi qs contrario modo opinetur, q̃niam bonum eſt, de eadem rurſus quoniam malum eſt; opinio quæ id q̃d eſt bonum bonum eſſe putat uera eſt. Altera uero quæ id quod eſt bonũ, malum eſſe arbitratur, falſa eſt. Vera autem & falſa contrarię ſunt. Rectè igitur has opiniones, quas ueritas falſitas q̃ diſiungit contrarias eſſe dicimus, & ſi non contrariorũ ſunt, ſed de una eademq̃ re per contrarietatem dictæ. Rectè igitur dictum eſt non oportere definire contrarias opiniones in eo quod contrariorum ſint, ſed potius in eo q̃d de eadem re contrariè ſuſpicentur, ordo uero ſermonum talis eſt. Nam arbitrari, inquit, cõtrarias opiniones definiri in eo quod contrariorum ſint, id eſt, in eo q̃d quædam de cõtrarijs opinentur falſum eſt. Quomodo autem falſum ſit ipſe declarat. Boni enim quoniam bonum eſt, & mali quoniam malum eſt, eadem fortaſſe eſt, id eſt non ſibi ſunt contrariæ opiniones, ſed utræq; idem ſunt. Quemadmodum autem idem ſint, ipſe ſubiungit dicẽs & uera. Idcirco enim idem ſunt, qa ueræ ſunt. Cõtrarietas autẽ in ueritate, ut dictum eſt, & falſitate eſt poſita. Quare ſi conſentiũt idẽ in ueritate & in falſitate eſſe uidebunt. Nec hic numeroſitas impediet. Siue enim

plures ſiue una ſit, in eo quod ueræ ſunt idem ſunt. Sunt autem, inquit, iſta contraria, id eſt, quæ in opinionibus uerſantur, ſed non in eo quod uel contrariorum ſunt, uel de contrarijs arbitrantur, contrariæ opiniones inueniuntur, ſed ipſorum contrarietas inde naſcitur, quod de una re contrario modo opinantur, hoc eſt quod ait, ſed magis in eo quod contrarie, hic autem contrarie aduerbij loco poſitum eſt tãquam ſi diceret, ſed magis ea re contrariæ ſunt quod contrarie opinantur, & ſubintelligimus de una, ſcilicet re. Si enim de una re contrariæ opinentur, ſed de pluribus poterunt non eſſe contrarie. Quod facile cauteq; perſpiciens unuſquiſq; reperiet.

Si ergo eſt boni quoniam eſt bonum opinatio, alia uero quoniam non eſt bonum. Eſt uero & alia quoniam aliquid aliud eſt, quod non eſt, neq; poteſt eſſe. Aliarum quidem nulla ponenda eſt, neq; quæcunq; eſſe, quod nõ eſt, opinantur, neq; quecunq; nõ eſſe quod eſt. (Infinitæ enim utrecq; ſunt, & quæ eſſe opinantur quod non eſt, & quę non eſſe, quod eſt) ſed in quibus eſt fallacia. Hæ autem ſunt, ex quibus ſunt generationes, ex oppoſitis uero ſunt generationes, quare etiam fallaciæ.

Validam quidem ſententiam breuiſsimis ſermonibus clauſit, cuius ut breuiter dicendum ſit hęc uis eſt. Qui de contrarietate propoſitionum noſſe quærebat, debebat primo quæ propoſitionum eſſet infinitas conſtituere, atq; ad eam uim cõtrarietatis aptare. In omnibus enim contrarijs unum uni contrarium eſt. Si autem ſit quædam in propoſitionibus infinitas, illa tota infinitas propoſitionem uni propoſitioni contraria eſſe non poterit. Hoc ſumendo totum textum argumentationis ingreditur. Atq; non ſolum expectari oportet in propoſitionibus quòd falſa ueræ ſit cõtraria, ſed quòd inter omnes falſas illa falſa ſit ueræ contraria, quæ una eſt & non infinita. Poſſunt autem eſſe infinitæ propoſitiones & falſæ, poteſt una finita eadẽ quoque falſa, quæ ueræ contraria eſſe rationabiliter ponenda eſt. Volens ergo cõſtituere, quoniam negatio potius contraria ſit affirmationi, quàm ea affirmatio quæ contrarium ponit, hoc dicit. Poteſt, inquit, eſſe opinatio quædam quæ id quod eſt de una quaq; re eſſe opinetur. Eſt etiam alia quæ id quod non eſt rem illam eſſe arbitretur. Eſt autem alia quæ id quod ſecum habet res illa poſita nõ eam habere putet. Eſt rurſus alia quæ id quod eſt res ipſa, non eam id eſſe arbitretur. Vt autem hoc pertractatum luceat, exemplum ſumpſit propoſitum de quo opinaretur aliquis, id quod eſt bonum. Si quis igitur hoc bonum bonum eſſe opinetur, uere opinabitur. Rurſus ſi quis hoc eſſe bonum quod non eſt bonum putet, falsè opinabitur, ut ſi quis arbitretur quoniam lędit, quoniam inutile eſt, quoniam bonum iniuſtum eſt, is ea de bono opinabitur quæ nõ ſunt, & hoc falſum eſt. Rurſus qui id quod in ſe habet bonũ, non habere arbitratur, is opinabitur hoc modo, bonum non eſt utile, bonum non eſt iuſtum, bonum non eſt expetendum, & is quoque fallitur. Quod ſi quis ſit qui hoc ipſum quod eſt bonum, non eſſe bonum arbitretur, ut non putet bonum neque malum eſſe id quod nõ eſt, neq; expetendum eſſe id quod in ſe habet, ſed id quod eſt ipſum bonũ, id eſt, ipſam boni eſſentiã ita arbitretur bonũ nõ eſſe bonũ. Cæteræ igitur omnes opiniones infinitæ ſunt. Poſſumus enim per multa colligere falſa q̃ cum non ſint de unaquaq; re, ea tamẽ eſſe dicamus, ut in eo ipſo bono poſſum dicere, q̃niam malũ eſt, poſſum quia turpe, quia iniuſtũ, quia uitabile, qa periculoſum eſt, & cætera q̃cunq; in bono nullus inueniet, & hæc ſunt infinita. Rurſus poſſum dicere ea q̃ habet bonũ nõ eſſe in bono, ut ſi dicã bonũ nõ eſſe utile, bonũ non eſſe expetendũ, bonum non eſſe q̃d auget, atq; hæc quidẽ rurſus infinita ſunt. Sed quãdo id quod eſt aliqua res aufert opinio, hoc facere niſi ſemel nõ poteſt. Neq; enim aliqua per id effici poſſunt, ſi quod bonum eſt non eſſe bonum arbitratur, ergo cæterę quæcunq; aut id q̃d non eſt eſſe arbitrantur, aut id quod habet in ſe bonum non habere arbitrantur, falſæ

falſæ ſunt, ſed in infinitum. Bonum autem nunc ita uſurpat, tanquàm ſi dicat bonitas. Si quis autem ipſam bonitatem non eſſe bonum arbitretur, is & falſus eſt & de ſimilimodo falſus eſt. Sed in falſis quæ definita ſunt & una numero, & magis & proximè ueris uidentur eſſe contraria, una enim res ſemper uni rei eſt contraria. Quocirca hæc rectè magis contraria eſt quæ negat id quod eſt potius, quàm ea quę negat, uel id quod in ſe habet, uel affirmat quod in ſe non habet. Hoc autem ut claudere non recto ſermone uſus eſt, ſed ad quiddam aliud orationẽ detorſit, quæ res confuſionem non minimam fecit. Nam cum dixiſſet non debere nos illas potius ponere contrarias, uerę opinioni quæ infinitæ ſunt ſubiunxit, illud quod ait, ſed in quibus eſt fallacia, hæ autem ſunt ex his ex quibus ſunt & generationes, hoc autem tale ſententiam claudit, inquit, opiniones ueris opinionibus opponendum eſſe contrarias in quibus principium eſt fallaciæ. Fallaciæ autem ex his naſcuntur, ex quibus etiam generationes, generationes autem in oppoſitis inueniuntur, hoc autem tale eſt. Omnis generatio ex permutatione eius quod fuit ſurgit, niſi enim id quod fuit, prius eſſe deſierit, non poteſt eſſe generatio. Omne enim quod gignitur, in aliã quodammodo formam ſubſtantiæ permutatur. Ergo cum non fuerit id quod fuit tunc gignitur, & eſt quoddam aliud quàm fuerit, & qui fallitur id quod eſt quælibet res non eſſe arbitratur. Nam qui quod bonum eſt malum eſſe putat fallitur, ſed fieri aliter nõ poteſt, ut ſit malum niſi non ſit bonum, & de cæteris eodem modo. Fallacia igitur eſt, & principium fallaciæ, cum quis id quod eſt aliqua res non eam eſſe arbitratur. Hæc autem fallacia ex his eſt, ex quibus ſunt generationes. Omnis enim generatio, ut dixit, ex detrimẽto ſurgit, ut quod ſit dulce non fit ex albo, ſed ex nõ dulci. Et rurſus quod fit album non fit ex duro, ſed ex non albo, & cæteræ generationes ex generationibus potius proficiſcuntur, & eſt prima fallacia. Quod ſi ibi prima fallacia, ex quibus ſunt generationes, ubi integerrima falſitas eſt, & proxima ueræ opinioni, non hæc autem niſi in oppoſitis reperiuntur, hoc eſt, in affirmationibus & negationibus, dubium non eſt, quin negationis opinatio magis contraria ſit ei opinioni, quæ contrarium aliquid in arbitratione confirmat. Et ſenſus quidem huiuſmodi eſt, uerba autem ſeſe ſic habent. Si ergo, inquit, eſt boni, quoniam bonum eſt opinatio quæ, ſcilicet, uera eſt. Eſt autem quoniam non bonum eſt, quæ falſa eſt ac definita. Eſt uero quoniam aliquid aliud eſt, quod non eſt, neque poteſt eſſe, id eſt, ea quæ id eſſe aſcribit quod non eſt, aliarum quidem omniũ nulla ponenda eſt, neque quecunq; eſſe quod non eſt opinatur, id eſt, quæ id quod non eſt res propoſita, eam eſſe putet, neque quæcunq; non eſſe quod eſt, id eſt, neque ea quæ id quod habet res propoſita in opinionibus negat. Cur autem iſta non opinantur contrariæ docet hoc modo. Infinitæ enim, inquit, utræq; ſunt, & quæ opinantur, quod non eſt, & quæ non eſſe quod eſt, ſed quæ magis ponenda eſt. In quibus eſt, inquit, fallacia, id eſt, in quibus principium fallaciæ eſt. Principium autem fallacię unde ducitur, ex his ducitur, ex quibus ſunt & generationes, unde autem ſunt generationes, ex oppoſitis. Omnis enim, ut dictum eſt, generatio ex eo quod nõ eſt id q̃d fuit, quod ſcilicet, ad negationem uergit. Quare, inquit, etiam fallacia & principium fallaciæ in oppoſitis inuenitur, ubi etiam generationes, ex quibus eſt ipſa fallacia.

Si ergo q̃ bonũ eſt, & bonũ, & nõ malũ eſt, & hoc quidẽ ſecundum ſe, illud uero ſecundũ accidẽs. Accidit enim ei malũ non eſſe, magis aũt eſt in unoquoq; uera quæ ſecũdũ ſe eſt, & falla, ſiquidẽ & uera. Ergo ea quę eſt quoniam nõ eſt bonũ q̃ bonũ eſt, eius quæ ſecũdũ ſe & falſa eſt. Illa uero quę eſt, quoniã malũ eſt, eius quæ eſt ſecundũ accidens. Quare magis erit falſa

de bono

de bono ea quæ est negationis opinio, quàm ea quæ est contrarij.

Licet hæc omnia primæ editionis commentario diligentissimè explicuerimus, ne tamen curta expositio huius libri esse uideatur, hic quoq; eadem repetens explicabimus. Est namq; ingressus huius argumentationis huiusmodi. Si inquit uera posita propositione plures sunt, quę eam perimũt falsæ, illa inter eas uerę propositioni magis erit contraria, quæcunq; magis est falsa. Quærendum igitur est, quæ inter plures falsas propositiones magis falsa sit, ut ea uerę propositioni magis uideatur esse contraria, hoc autem per ueritatem dicendum est. Nam cum ueræ & per se aliquid dici possit, & per accidens, Illud tamen maximè ueritatis naturam tenet, quod secũdum rem ipsam dicitur potius quàm quod secundum accidens uenit, ut si quis de bono opinetur, quoniam bonum est, hic secundum rem ipsam ueram opinionem habet. Sin quis uero arbitretur, quoniã totũ utile est, uerum quidẽ opinabit, sed ista ueritas de bono per accidens fit boni. Accidit enim bono ut utile quoq; sit. Quare illa quæ bonum bonum esse arbitratur per se uera est, id est, secundum ipsam rem uera est. Illa uero quæ id quod bonũ est, utile esse opinat per accidẽs boni uera est. In quã rem propinquior naturæ bonitatis est, ea quæ id quod bonũ est, bonũ esse arbitrat, quàm ea quę id quod bonũ est, utile quod si ita est, uerior est illa quæ secundum ipsam rem uera est, potius quã ea quæ est secundũ accidẽs uera esse uidetur. His igitur ita cõstitutis & de falsitate idem dicendũ est. Falsa enim propositio quæ illi ueræ contraria est, ea quæ secundũ se est magis falsa est quàm ea quæ eam ueram perimat quæ secũdum accidens est. Nam si uerior est ea quæ de ipsa natura rei uerum aliquid opinatur, illa erit magis falsa quæ perimit ueriorem, quod si illa quanc̃q; sit uera minus tamen quia de rei accidente pronunciat, minus quoq; illa erit falsa, quæ minus uerum perimit. His igitur ita constitutis uideamus nunc quemadmodum se in his habent opinionibus uel propositionibus, de quibus nunc tractatur. Idẽ igitur sit exemplum ut supra dictum est, id quod bonum est, & bonum est, & non malum, sed quod bonum est, secundum ipsam rem est. Quod uero malum non est, accidit ei, nam id quod bonum est per naturam bonum est, q̃ uero malũ non est, secundo loco & quasi accidenter est. Ergo opinio de bono quoniam bonum est, uerior est propinquior quę naturę ea opnione quę est de bono, quoniam malum non est. Si igitur ita est, & ea quæ ueriorem opinionem perimit, magis falsa est, quàm ea quæ ueram quanc̃q; uera sit, minus tamẽ est uera, manifestum est quoniam negatio magis falsior est quàm affirmatio, quæ contrarium ponit. Nam negatio dicit non est bonum quod bonum est, affirmatio uero malum esse quod bonum est, negatio quæ est non esse bonum quod bonum est. Illam secundum se opinionem ueram perimit quæ dicit bonum esse, quod bonum est. Illa uero affirmatio contrarij, quę est malum esse quod bonũ est, illam opinionem perimit ueram quæ de bono secundum accidẽs est, id est, non malum esse quod bonum est. Constat igitur magis falsam esse opinionem quæ dicit nõ esse bonum quod bonum est, potius quã ea quæ opinatur malum esse quod bonum est. Quod si est falsior magis cõtraria, magis igitur contraria est negationis opinio quã contrariæ affirmationis. Expedito igitur sensu uerba ipsa demonstranda sunt. Si ergo, inquit, quod bonum est, sit bonũ & nõ sit mulam, & hoc quidẽ secundum se, id est, ut quod bonum sit, bonum esse dicatur. Illud uero secundum accidẽs, hoc est quod bonum est, ut malum non sit. Accidit enim ei malum non esse, magis autem in unoquoq; est uera, quę secundum se est. Nam q̃d secundũ unius cuiusq; naturam est, propinquius est ei rei cui est secundũ naturam. Quocirca & ueritas secundum rẽ, ga rei proxima est, uerior est, quàm ea quæ secundum accidens est, hoc est enim quod ait. Magis aũt in uno quoq; est uera quæ secundum se est, q̃d si hoc ita est etiam falsa, id est etiã illa falsitas est magis falsior q̃ illã perimit opinionẽ uel propositionẽ quę secundum se uera est. Siquidem illa secundũ se uera, uerior est quã quę secundũ accidens rei

dens rei uera est, hoc est enim q̃ dicit. Siquidem & uera, hoc igitur exponens exemplo confirmat. Ergo ea quæ est, quoniã non est bonum quod bonũ est, eius quæ secundum se est falsa est, hoc est illa quæ opponitur illi opinioni quæ secundum se uera fuit, hoc enim hæc uerba demonstrant, cum dixit. Ergo ea quę est, quoniam nõ est bonum quod bonum est, eius quę secundum se est, falsa est, id est, quæ ipsum bonum negat bonũ esse, per se ueræ propositionis falsa est, id est, opposita, falsitas enim ueritati opponitur. Illa uero quæ est quoniam malum est, eius quæ est secundum accidens, hoc est illa opinio, quæ id quod bonum est, malum arbitratur esse, falsa est, & apta ei propositioni quæ est secundum accidens uera, id est, quæ opinabatur bonum non esse malum. Quare magis erit falsa de bono, ea quæ est negationis opinio, quã ea quæ est contrarij, id est magis contraria est negatio quàm affirmatio contrarij. Si quidem cum sint de bono utrę q̃ prædicatæ, falsior tamen negatio reperitur. Sed q̃ dixit bono accidere, ut malum non sit, non ita intelligendum est quem admodũ solemus dicere, subiecto aliquid accidere. Nec̃q enim fieri potest, sed accidere hic intelligendum est secundo loco dici, principaliter enim quod est bonum dicitur bonum. Secũdo uero loco dicitur, non est malum, hoc autem tractum est à similitudine substantiæ & accidẽtis. Vnaquec̃q enim substãtia principaliter q̃dẽ subiecta est secũdo uero loco uel alba, uel bipeda, uel accidẽs, uel quic̃q̃d substãtijs accidere potest.

Falsus autem est maximè circa singula qui habet contrariam opinionem.

Contraria enim eorum sunt quæ plurimum circa idem differunt. Quod si harum contraria quidem est altera, magis uero contraria est contradictio, manifestum est, quoniam hæc erit contraria.

Vis omnis argumentationis, ut breuissimè expediatur, huiusmodi est. Omne uerũ aut secundum se uerum est, aut secundũ accidẽs, quia necesse est etiã falsum, aut secundum se falsum esse, aut per accidẽs. Verum autem illud esse uerius constat quod secundum se est potius quàm illud quod per accidens, qui uero cõtrariam de re alicuius habet opinionem quàm res ipsa est, necesse est ut plurimum falsus sit. Etenim cõtrarietas opinionum est, quoties de una eademq; re longissimè à se absistentes opiniones sunt. Quod igitur magis falsum est, hoc erit etiam contrarium. Illud enim q̃ magis à ueritate abest, hoc magis falsum est. In opinionibus uero quæ à se plurimũ differunt, ea sunt contraria, illa igitur in opinionibus contraria est quæ plurimũ falsa est. Est autem ut dictum est plurimum falsa, quę secundum se falsa est, id est, quæ illam perimit propositionem quæ secundum se uera est, hæc autem negatio est, negatio igitur contraria est affirmationi potius quã ea affirmatio quæ cõtrarium ponit. Talis igitur sensus his uerbis includitur. Falsus est autem magis, inquit, circa singula qui habet contrariam opinionem. Quanquã enim possit esse quilibet falsus, etiã si de eadem re contrariam non habeant opinionem, ille tamen magis fallitur qui cõtrarium aliquid opinatur. Hoc autem cur eueniat dicit: Contraria enim eorum sunt quæ plurimum circa idem differunt. Idcirco enim maximè falsa contraria opponuntur, quia contrarietas non nisi in plurimum discrepantibus inuenitur. Quod si harũ contraria est altera, id est, quod si harum propositionum uel quæ per se falsa est, uel quæ per accidens, unam contrariam esse necesse est, magis uero contraria contradictionis, hoc est magis autem falsa negatio. Hoc enim quod ait, magis uero contraria hæc, hoc sensit tanquam si dixisset, magis uero falsa cõtradictionis est, id est, magis uero falsa negatio est, concludit, si illa ut dictum est superius ita sunt, manifestũ esse, quoniam hæc, id est, contradictionis erit contraria.

Illa uero quæ est, quoniam malum est, quod bonum est, implicita est. Etenim quoniam non bonum est, necesse est forte idem ipsum opinari.

Posteaquàm idcirco cõtrariũ potius negationẽ mõstrauit esse, q̃d hæc magis esset falsa quàm

ſa quàm ea quæ contrarium affirmaret,& diſtinctione falſitatis contrariam eſſe propoſitionem opinionemq́, quæ rem propoſitam negaret edocuit. Nunc ex ſimplicibus,implicitiſq́ propoſitionibus opinionibusq́ idē nitiē approbare. Dicit enim quòd ea affirmatio quæ contrarium ponit implicita & non ſit ſimplex. Idcirco autē implicita eſt quòd quæ arbitratē id quod bonū eſt,malum eſſe,mox illum quoq; opinari neceſſe eſt id quod bonū eſt,bonum nō eſſe. Neq; enim aliter malū eſſe poteſt, niſi bonum non ſit. Quare qui quod bonū eſt malum eſſe arbitratur,& rem bonam malum putat,& eadem ipſam nō eſſe bonū. Non igiē ſimplex eſt hæc opinio de bono,q̄niam malū eſt,cōtinet enim intra ſe illā quoniā nō eſt bonū. Qui uero opinatē non eſſe bonū q̄d bonum eſt,non illi quoq; neceſſe eſt opinari quoniā malū eſt. Poteſt enim & nō eſſe aliq̄d bonum & malū nō eſſe. Atq; hoc quidē in his inuenīt rebus in q̄bus aliqua media poterit inueniri,hoc quoq; cautiſſimè addidit. His igiē ita poſitis,quoniam contrarij opinio non eſt ſimplex, ſimplex uero eſt negationis, neceſſe eſt ut cōtra ſimplicem opinionem ſimplex potius uideatur eſſe cōtrarium. Eſt autem ſimplex opinio boni,quoniam bonum eſt,uera. Simplex uero boni,quoniam bonum non eſt,falſa. Simplici igitur opinioni de bono,quoniam bonum eſt, ſimplex erit contraria negationis,quæ eſt boni,quoniam non eſt bonum. Tota uero uis huius argumentationis hinc tracta eſt,quoties uera eſt quædā propoſitio,& duæ quæ eam perimere poſſint,ſi una earum nihil indigens alterius ueram propoſitionem perimat. Reliqua uero præter alteram eandem propoſitionē perimere non poſſit,illa magis dicenda cōtraria eſt,quæ ſibi ſufficiens nec reliqua indigens propoſitam propoſitionem perimere ualet,ueram autem propoſitionem de bono quoniā bonum eſt,ſola negatio perimere poteſt,& ad illius ueræ interitum eſt ſibi ipſa ſufficiens quæ dicit,quoniā bonū non eſt. Illa uero quæ opinatur malum eſſe ſibiſola non ſufficiet,niſi illa quoq; ei auxilietur,quæ eſt id quod bonum eſt bonum non eſſe. Idcirco enim contraria illam aufert,quia ſecum negationes trahit,manifeſtū eſt hanc quæ ad ueræ propoſitionis interitum ſibiipſa ſufficit,rectè magis cōtrariam uideri quā quæ ſibi ipſa non ſufficit,niſi ei uis negatiuę propoſitionis addatur.

> Amplius ſi etiam ſimiliter in alijs oportet ſe habere, & hic uidebitur benè eſſe dictum. Aut enim ubiq; ea quæ eſt contradictio, aut nuſquā. Quibus uero non eſt contrarium,de his quidem eſt falſa ea quæ eſt uerę oppoſita,ut qui hominem non putat hominem,falſus eſt. Si ergo hę contrariæ ſunt,etiam alię quę ſunt contradictiones.

Quod de his,inquit,propoſitionibus dicimus ſi hoc in omnibus inuenitur,firmū debet eſſe quod dicimus. Neq; enim ueriſimile eſt in alijs quidem propoſitionibus negationes eſſe contrarias. In alijs uero affirmationes,quæ contrarium ponunt. Sed ſi hoc in omnibus propoſitionibus inuenitur & contradictionibus, ut contradictio potius contraria ſit,id eſt,negatio quàm quæ contrarium habet,nihil eſt dubiū quin hęc ratio conſiſtat in omnibus. Sin uero in alijs ea quę contrarium ponit magis contraria eſt quàm negatio. Hic quoq; ita ſeſe manifeſtum eſt non habere,ubi enim inueniri poteſt cōtrarietas,in his dubitatio eſt quænam ſit cōtraria, utrum ne ea quæ contrarium affirmat,an ea quæ id quod propoſitum eſt negat. Ergo in his in quibus dubiū non eſt quēadmodū ſit hoc ſpeculandū eſt. Dubiū aūt non eſt in his in quibus non eſt contrarietas, ut in ſubſtantijs. Hic enim ſolæ ſunt contrariæ negationes. Si ergo huic contrariæ opinioni quę eſt de homine,quoniam homo eſt illa opponitur, quæ eſt de homine quoniam homo non eſt,manifeſtum eſt in alijs quoque in quibus contrarietas inuenitur,locum cōtrarietatis negationem potius obtinere. Nam ſi in his in quibus cōtrarietas eſt,ut in bono uel malo,manifeſtum eſt nō potius illā eſſe contrariam quæ bonum negaret,quàm illam quæ malum obtineret,ei quæ id quod bonum

bonum eſt,bonum eſſe arbitretur,nec in his eam contrariam eſſe oporteret, in quibus contrarietas nulla eſt. Quid enim attinet cum de homine dicimus,quod cōtrarium non habet ibi eſſe negationem contrariam? Cum uero de bono quod contrarium habet ibi non eſſe. Sed potius eam quæ contrarium poneret. Quocūq; enim uertitur negatio,ſuam uim in omnib. ſeruare debet. Quod ergo dicitur ab Ariſtotele, ut breuiter explicem tale eſt,ſi in alijs negatio eſt contraria,hic quoq; negationem eſſe contrariam manifeſtum eſt. Quod ſi in alijs minimè,in his quoq; quę ſuprà poſuit,ſed in omnibus alijs in quibus contrarietas non inuenitur contradictio contrarietatis locum tenet,& his igitur in quibus eſt contrarietas eundem locum neq; alium tenebit,quod his uerbis explicuit. Amplius ſi etiam in alijs ſimiliter oportet ſe habere,& hic uidebitur benè eſſe dictum. Nam ſi in omnibus alijs ita ſe habere neceſſe eſt,& in his quæ ſuprà dicta ſunt ita ſeſe habet,& id quod dictum eſt optimè dictum eſſe uidebitur. Aut enim ubiq; ea quę eſt contradictionis,aut nuſq; alicubi quidem cōtrariam reperiet. Alicubi uero minimè, quibus uero non eſt contrarium,ut in ſubſtantijs in quibus nulla eſt contrarietas. Hoc enim nos ſi benè meminimus prædicamenta docuerunt,de his eſt quidem falſa ea quę eſt oppoſita uerę,id eſt,in his inuenitur quidem oppoſita falſa opinio uerę opinioni,ſed quæ ſit iſta manifeſtum eſt. Nam ubi nulla contrarietas eſt,liquet contradictionis eſſe contrarietatem,ut qui hominem non putat hominem,falſus eſt. Hoc enim ſola contrarietas ueræ propoſitionis inuenitur. Si ergo hæ contrariæ ſunt,& illæ aliæ quæ ſunt cōtradictionis,id eſt, ſi in his quę contrarietatē non habent,negationes ſunt contrariæ (neceſſe eſt enim aliquas eſſe contrarias) in alijs omnibus etiam in quibus eſt aliqua contrarietas, ut bono & malo negatio locum obtinet contrarietatis.

> Amplius ſimiliter ſe habent boni quoniam bonum eſt,& non boni quoniam non bonum eſt. Et ad has boni quoniam non bonum eſt, & non boni quoniam bonum eſt. Illi ergo quæ non boni quoniam non bonum eſt,ueræ opinioni quęnam eſt contraria. Non enim ea quæ dicit,quoniam malum eſt,ſimul enim aliquando erunt ueræ. Nunquam autem uera uerę cōtraria eſt. Eſt enim quiddam non bonum,malum,quare cōtingit ſimul eſſe ueras. At uero nec illa quę eſt quoniam non malum,uera enim & hęc, ſimul enim & hæ erunt. Relinquitur ergo ei quę eſt non bonū,quoniā nō bonū eſt,cōtraria,ea quę eſt nō boni quoniā bonū eſt,falſa enim hęc. Quare & ea quę eſt boni quoniā nō bonū eſt,ei quæ eſt boni quoniā bonū eſt.

Quæcūq; ſuperius dicta ſunt,ea rurſus ualidiore per ꝓportionē argumētatione cōfirmat. Proportio aūt eſt rerū inter ſe inuicē ſimilitudo. Si igiē poſitæ ſint res quatuor,quarū duæ ſint præcedentes, reliquæ ſequentes & ſic ſe habet prima ad ſecundā quēadmodū tertia ad quartā, neceſſe eſt ita ſe habere primā ad tertiā quēadmodū fuerit ſecūda ad quartam. Hoc enim ipſum breuiter facilimeq; numeris agnoſcimus. Sit em̄ primus numerus 2. ſecundus 6. rurſus inchoātibus,tertius 4. quartus 12. In his igitur præcedentes quidē ſunt duo & quatuor,ſequentes uero ſex & duodecim. Sicut autem ut duo ad ſex, ita quatuor ad duodecim. Nam ſicut duo ſenarij tertia pars eſt, ita quaternarius duodenarij tertia pars eſt. Quocirca ſicut quaternarius præcedēs ad ſequentē, ita alius præcedēs ad alium ſequentē erit,& ut p̄cedēs ad præcedentē, ita ſequens ad ſequētem,ſed ad quatuor qui ſunt præcedentes duo mediatas eſt,& ſex igitur ad duodecim mediatas eſt. Ergo in omni proportione hoc reſpicitur,dum eſt quòd ſi de quatuor propoſitis rebus ſicut prima eſt ad ſecūdam, ita tertia ad quartam, erit ut prima ad tertiam, ita ſecunda ad quartam. Iſta igitur numerorum proportio ad propoſitionum uim naturamq; transferatur, ſuntq; duæ propoſitiones

sitiones primæ quarum una precedens altera sequens, & aliæ rursus duæ quarũ una precedens, altera similiter sequens, & in his sit aliqua similitudo. Si enim prima boni quoniam bonum est, hanc sequatur boni, quoniam non bonũ est. Rursus sit precedens tertia non boni quoniam non bonum est, hanc aũt sequens quarta nõ boni, quoniam bonum est.

Præcedentes.	Sequentes.
1. Boni quoniam bonum est.	2. Boni quoniam bonum non est.
3. Non boni quoniam non bonum est.	4. Non boni quoniam bonum est.

Perspiciatur igitur in his quæ sit similitudo proportionum. Est enim ut prima boni, quoniam bonum est ad secundam boni, quoniam bonum non est, ita tertia nõ boni quoniam bonum non est, ad quartam non boni quoniam bonum est. Nam sicut boni quoniam bonum est uera propositio est, falsa autem boni quoniam non est bonum, ita quoq; non boni quoniã nõ est bonũ, uera propositio est, falsa aũt non boni quoniam est bonum. Quod si ita est & eodem modo sese habet opinio boni, quoniam bonũ est ad opinionẽ quæ est boni, quoniã bonũ non est, quemadmodũ etiam opinio non boni quoniã non bonũ est, ad opinionẽ non boni quoniã bonum est, & quemadmodum se habet prima ad tertiã, ita sese habebit secunda ad quartã. Quemadmodum sese habet igitur boni quoniam bonum est, ad eam quæ est non boni quoniam non bonum est, cum utræq; sint uerę, ita sese habet opinio boni quoniam non est ad opinionem nõ boni q̃niam bonum est, quòd ipsę quoq; utræq; sunt falsę, nam sicut istę simul ueræ, ita illæ simul falsæ, quocirca ut est prima ad tertiam, ita secunda ad quartam. Ostensa igitur hac proportione immutato ordine eædem disponantur, sed sit prior opinio ea quę est non boni quoniam bonum non est, eaq; sequatur boni quoniam bonum est, & sub his præcedens tertia non boni quoniam bonũ est, quarta sequens boni quoniam bonum non est.

Præcedentes.	Veræ.	Sequentes.
1. Non boni quoniam bonum non est		2. Boni quoniam bonum est.
3. Non boni quoniam bonum est		4. Boni quoniam bonum non est.
	Falsæ.	

Vt igitur superius demonstratum est, ita sese habet opinio non boni quoniam non bonum est, ad eam opinionem quę est boni quoniam bonum est, quemadmodũ nõ boni quoniam bonum est, ad eam quæ est boni quoniam non bonũ est. Vt enimillę simul ueræ, ita hæ simul falsæ eademq; proportio est. Quocirca erit sicut prima quę est non boni quoniam non bonum est ad tertiam eam quæ est nõ boni quoniã bonum est, ita erit secunda boni quoniam bonum est, ad quartam boni q̃niam non est bonum. Requirendum igitur est quemadmodum sit prima ad tertiam, ut ex eo speculemur, quemadmodum sit secunda ad quartam. Dico enim quoniã huic opinioni quæ arbitratur non esse bonum quod bonum est, quoniam cõtra illam est quæ arbitratur id quod bonum non est bonum esse. Age enim si potius est cõtra eam opinionem quæ id quod bonum nõ est, bonum putat, sit ea quæ id quod bonum nõ est, malum putat, sed hoc fieri non potest. Contrarię enim opiniones simul nunquã ueræ sunt, possunt autem simul hæ esse ueræ. Si quis enim parricidium quod nõ est bonum putet non esse bonum, idem quoque parricidium quod per naturam nõ est bonum malum putet, uerè utraq; opinione arbitratur. Igitur nõ est cõtraria opinio ea, quæ id quod bonum non est non bonum putet, ei quæ id quod bonum non est malum arbitratur. Rursus ponatur eidem opinioni de non bono quoniam non est bonum, contraria ea quæ arbitratur id quod non est bonum non esse malum. Id quoq;

contrarium non est. Fieri enim potest ut id quod bonum non est, nec malum sit. Neque enim omnia quæcunq; bonum non sunt mala sunt statim, sed est ut bona quidem non sint, tamen nec mala sint. Si quis enim lapidem nequicquam iacentem quod per se bonum non est, non bonum esse putat, uereè arbitretur, idem ipsum lapidem quod per se bonum non est, si nõ malum putet, nihil eius opinioni falsitatis incurrit. Quare quoniam ea quæ est non boni quoniam non bonum est, & cum ea quæ est non boni quoniam malum est, & cum ea quæ non boni quoniam nõ est malum, uera aliquoties inueniũ, neutri contraria est. Restat igitur ut ei sit contraria opinio nõ boni quoniam bonum est, quæ opinatur id quod non est bonum bonum esse, hæc autem est, non boni quoniam bonum est, quoniam opinatur id quod non est bonum bonum esse. Contraria igitur est non boni quoniam non bonum est, ei quæ est non boni quoniam bonum est. Sed hic ita sese habet opinio non boni quoniam bonum est, ad opinionem non boni quoniam non bonum est, quemadmodum opinio boni quoniam bonum est, ad eandem opinionem quæ est boni quoniam nõ bonum est. Sed prima tertiaq; contrariæ. Secunda igitur quartaq; secundum similitudinem proportionis sunt sine ulla dubitatione contrariæ. Potest uero & simplicius intelligi hoc modo, si boni quoniam bonum est opinio, & non boni quoniam non bonum est opinio, similes secundum ueritatem sunt, boni autem quoniam non est bonum, & rursus nõ boni quoniam bonum est, ipsæ quoq; similes secundum falsitatem sunt, si una falsarum unt uerarum opinionum inuenta fuerit, contraria erit reliqua falsa, relinquę uerę contraria quòd sola efficit similitudo. Ostenditur autem una falsa uni ueræ, quemadmodum suprà expositum est contraria, hoc est ea quę dicit id quod non est bonum esse bonum ei quæ arbitratur id quod non est bonum non esse bonum. Relinquitur igit ea quæ arbitratur id quod bonum, est non esse bonum contraria esse ei quæ opinatur id quod bonum est esse bonum. Qua in re colligitur negationem potius q̃ contrarium ponentem affirmationem uerę affirmationi esse contrariam. Perplexa igitur sententia his modis quibus diximus expedita est, sed se sic habet ordo sermonũ. Amplius inquit, similiter se habet boni quoniam bonum est, & non boni quoniam non bonũ est, quæ utreq; uerę sunt, & super has boni quoniam non bonum est, & non boni quoniam bonum est, quæ sunt utræq; mendaces. Illi ergo quæ est non boni quoniam nõ bonum est uerę opinioni quæ nam est contraria, hoc quasi interrogatiuo modo dictum est. Non ea quæ dicit quoniam malum est, quoniam simul aliquando esse poterunt ueræ, hoc autem in contrarijs non potest inueniri, nunquam enim ueræ uera cõtraria est, quemadmodum autem fieri potest ut simul sint ueræ, quoniam est quiddã non bonum malũ, quare contingit simul ueras esse. At uero nec illa quæ est non malum. Simul enim & hæ erunt, ideſt, possunt aliquando simul esse uerę, in his præsertim rebus quę inter bonum malumq; sunt. Relinquitur ergo ei quæ est non boni quoniã non bonum est, quæ uerę est contraria, ea quæ est non boni quoniam bonum est, quę falsa est & simul uera nõ potest inueniri. Quare ad similitudinem superius positam reuertitur ut dicat, & eam quæ est boni quoniam non bonum est, contraria ei quę est boni quoniam bonum est, quòd si quis ea quæ superius dicta sunt, diligentius intuetur, nec in totius sententiæ statu nec quicquam in ordine fallitur.

Manifestum est autem quoniam nihil interest. Nec si uniuersaliter ponamus affirmationem, huic enim uniuersalis negatio erit contraria ut opinioni quę opinatur, quoniam omne quod est bonum, bonum est, ea quæ est, quoniam nihil horum quæ bona sunt, bonum est.

In superiori argumentatione omnia de infinitis explicuit. Sed quoniam fortasse aliquis poterat suspicari non eandem rationem esse posse in his propositionibus quæ sunt definitæ, atq; in his aliquid interesse, utrum eadem demonstratio eis quæ definitę sunt, eueniret, hoc addit nihil interest, utrum eandem demõstrationem quam ipse

ſuperius in propoſitionibus indefinitis fecit,quiſq; faciat in uniuerſalibus quę lam ſine dubio definitæ ſunt.Si quis enim ſecundum indefinitarum propoſitionum ſuperiorem diſpoſitionem definitas diſponat,eaſq; ſecundum prædictum modum ſpecu letur,non aliam uniuerſalis affirmationis opinioni contrariam reperiret,quàm eam quæ uniuerſalis negationis opinio.Nihil enim intereſt inter indefinitas definitasq; propoſitiones,niſi quòd indefinitæ quidem ſine determinatione, definitæ uero cum argumento determinatiõis ſunt,uel uniuerſalitatis uel particularitatis,hoc eſt enim quod ait,nihil intereſt nec ſi uniuerſaliter ponatur affirmatio,uniuerſali namq; affirmationi uniuerſalis contraria erit negatio,ut opinioni quæ opinatur, quoniam omne quod eſt bonum,bonum eſt,quæ,ſcilicet,eſt,uniuerſalis affirmationis,ea ſit contraria quæ eſt,quoniam nihil eorum quæ bona ſunt bonum eſt,hoc eſt opinio uniuerſalis negationis,hoc autem cur fiat oſtendit.

Nam eius quæ eſt boni quoniam bonum eſt,ſi uniuerſaliter ſit bonum, eadẽ eſt ei quæ opinatur id quod bonum eſt,quoniam bonum eſt.Hoc autem nihil differt ab eo quod eſt,quoniam omne quod eſt bonum,bonum eſt. Similiter autem & in non bono.

Gradatim indefinitam propoſitionem ad ſimilitudinẽ uniuerſalis adduxit,dicit autẽ quæcunq; fuerit indefinita propoſitio,ei ſi quod in ſermone ſolemus dicere quicquid addaſ uniuerſalis ſit,ut nihil omnino diſtet ea quæ ad rem in affirmatione omne prędicat,ut ea opinio uel propoſitio quæ eſt de bono quoniam bonum eſt,huicſi addatur quicquid,ut ita dicamus quicquid bonum eſt bonum eſt, nihil differt ab ea quæ opinatur omne bonum bonum eſt.Quare eadem uis eſt ſuperioris demonſtrationis in propoſitionibus indefinitis,quæ etiã in uniuerſalibus quæ paululum quiddam diſtant,ſed non ad qualitatem,nec ad uim propoſitionis, ſed ad quantitatem refertur. Vniuerſalitas enim quantitati opponitur.Et ſenſus quidem homini eſt, uerba uero ſic ſunt.Superius propoſuerat nihil intereſſe an indefinita eſſet propoſitio an uniuerſalis.Cur autem nihil interſit hoc modo dicit.Nam ea quæ eſt boni quoniam bonum eſt,ideſt,indefinita affirmatio ſi uniuerſaliter ſit bonum, ideſt, ſi bonũ uniuerſaliter proferatur,eadem eſt ei quæ opinatur quicquid bonum eſt,quoniam bonum eſt,ideſt,nihil diſcrepat ab ea opinione quæ opinatur quicquid bonum eſt bonum eſſe,huiuſmodi autẽ opinio nihil differt ab ea quæ aperte uniuerſaliter proponitur, quæ eſt omne quod eſt bonum bonum eſt.Similiter autem & in non bono,ideſt, nõ bonum eadem ratione dicimus.Ea namq; propoſitio uel opinio quæ opinatur non bonum eſſe,ſi ei addatur uniuerſalitas,nihil differt ab ea quę uniuerſaliter aperte proponit, quę eſt omne quod bonum non eſt,non eſt bonum.

Quare ſi in opinione ſic ſe habet.Sunt autem hæ quæ ſunt in uoce affirmationes & negationes notæ eorum,quæ ſunt in anima.Manifeſtum eſt quoniam affirmationi contraria quidem negatio eſt circa idem uniuerſalis, ut ei quæ eſt quoniam omne bonum, bonum eſt,uel quoniã omnis homo bonus eſt,ea quę eſt quoniam nullum,uel nullus. Contradictoriæ autem quoniam non omne,aut non omnis.

Superius omnes argumentationes ad bonum tollit,redigitq; ad concluſionem omnem quæſtionis uim.Supra enim negationes & affirmationes earum contrarietates de opinionibus penſare oportere prędixerat. Nunc uero quoniam in opinionibus reperit illam contrariam eſſe quę eſſet uniuerſalis negatio, idem refert ad propoſitiones,quas manifeſtum eſt quoniam uoces ſunt & ſignificatiuę animi paſſiones deſignare.In principio enim libri ſignificatiuas uoces paſſiones animę monſtrare uera citer docuit,nunc ea uelut probaturus quoniam in opinionibus illa cõtraria uniuerſali affirmationi reperta eſſet,quæ eſſet uniuerſalis negatio potius eſt quàm ea quæ contrariam uniuerſali affirmationi affirmaret,idem quod arbitratur in uocibus prouenire,hoc eſt, affirmationi uniuerſali nõ affirmationem contrariam rem ponentẽ, ſed uniuerſalem negationem eſſe contrariam,contradictorias uero eas quæ cum affirmatio uniuerſalis eſſet particularis negatio inueniretur. Atq; hoc quidem pleniſſimè dictum eſt, nec aliquis in uerbis error eſt,ſed nos ut cætera nihil ambiguum relinquentes,ipſorum quoq; uerborum ſenſum eorumq; ordinem proſequimur. Ait enim.Quare ſi in opinione ſe ſic habet,ideſt,quod opinio negationis contraria inuenitur opinioni affirmationis,potius quàm contrarium ponens affirmatio. Sunt autẽ hæ quæ ſunt in uoce affirmationes & negationes notę earũ quę ſunt in anima.Nam ſicut in uoce affirmatio & negatio eſt,ita quoq; etiam in opinione, cum ipſe animus in cogitatione ſua aliquid affirmat,aut aliquid negat, quod nos alio loco diligentius expediemus,ergo quoniam affirmationes & negationes quæ ſunt uocũ note earum ſunt affirmationum uel negationum quæ ſunt in anima,manifeſtum eſt quoniam eſt affirmationi contraria quidem negatio circa idem uniuerſalis, circa idẽ autem addidit ne diſiunctim affirmationes & negationes contrarias diceremus, ſed ait affirmatio & negatio eſſe de una eademq; re, & illam quidem uniuerſaliter affirmare, illam uero uniuerſaliter negare.Earum autem hæc ſunt exempla,ut ei quæ eſt quoniam omne bonum bonum eſt,uel quoniam omnis homo bonus eſt,ea quæ eſt quoniã nullum,ideſt,nullum bonum bonum eſt,quæ contraria eſt,uel quòd nullus hoc, eſt nullus homo bonus eſt.Contradictoria autem aut non omnis,ideſt, non omnis homo bonus eſt,contra eam quæ dicit omnis homo bonus eſt, aut non omne, hoc eſt,non omne bonum bonum eſt,contra eam quæ dicit quoniam omne bonum bonum bonum eſt.Conſtat igitur in his propoſitionibus quas ſuprà poſuit magis eſſe contrariam affirmationi,quæ dicit omnis homo iuſtus eſt,eam quę dicit nullus homo iuſtus eſt,potius quàm eam quæ dicit,omnis homo iniuſtus eſt.

Manifeſtum eſt autem quoniam & ueram ueræ non contingit eſſe contrariam,nec opinionem,nec cõtradictionem.Contrarię enim ſunt quæ circa oppoſita ſunt.Circa eadem autem contingit uerum dicere eundem. Simul autem non contingit eidem ineſſe contraria.

Poſt hæc libri terminum expedit in ea ſpeculatione & demonſtratione,per quam licet uerum ſit manifeſtum q; omnibus,duas propoſitiones ueras non eſſe contrarias, tamen idipſum monſtrare conatur.Eſt autem huius argumentationis ingreſſus huiuſmodi,ea quæ ſunt contraria,oppoſita ſunt. Oppoſita uero non poſſunt eidem ſimul ineſſe.Contraria igitur eidem ſimul ineſſe non poſſũt. De quibus autem ſimul aliquid uerum dici poteſt,illa ſimul eidem ineſſe poſſunt. Quæ uero ſimul eidem ineſſe non poſſunt,de his ſimul uerę propoſitiones,affirmatio & negatio eſſe non poſſunt.Sed contraria ſimul eidem ineſſe non poſſunt. Quę igitur ſimul uerum dicunt, contrarię non ſunt.Idcirco quoniam de quibus affirmatio & negatio ſimul uerę eſſe poſſunt,illa ſimul eidem inſunt.Quocirca quę ſimul uerę ſunt contrariæ nõ ſunt. Senſus quidem hic eſt,uerba autem ſic conſtant.Manifeſtum eſt autem,inquit, quoniam & ueram uerę non contingit eſſe contrariam,ideſt, duas ueras propoſitiones non poſſe eſſe contrarias,nec opinionem,nec contradictionem.Si opinio non eſt uera uerę contraria,multo magis nec contradictio quę ex opinionibus uenit. Contradictionem autem hic pro contrarietate poſuit.De ea enim non agebatur. Contrarię enim ſunt, quę circa oppoſita ſunt,ideſt,omne contrarium eſt oppoſitum.Circa autem eadem contingit uerum eũdem dicere,idcirco quod de his ſolis & negatio & affirmatio uerę ſimul eſſe poſſunt,quę eidem ſimul eſſe contingit, ſimul autem eidem non contingit ineſſe contraria,ut cõcludatur quoniam de quibus & affirmatio & negatio ſimul uerę ſunt,ea eidem ſimul ineſſe poſſunt,cõtraria uero ſimul eidem ineſſe non poſſunt,

non possunt,quæ ergo simul ueræ sunt,non possunt esse contraria. Nostr quoq; laboriam tranquillo constat portu. Nihil enim (ut arbitror) relictum est,quod ad plenam huius libri notitiam pertineret. Quare si rem propositam,studio,diligentiaque perfecimus, erit perutile his qui harum rerum scientia complectendarum cupiditate tenebuntur. Sin uero minus id effecimus, quod nobis propositum fuit,ut obscurissimas huius libri sententias enodaremus, labori nostro nihil ut alij nocituro, & si non oportebit,obloquitur.

Ne quid in his Anitij Manlij Seuerini Bœthij operibus possit amplius requiri, priorum & posteriorum Analyticorum Aristotelis libros latinitate ab hoc autore donatos, adiunximus, ubiq; studentes ne nostro officio defuisse uideamur.

PRIORVM ANALYTICORVM ARISTOTELIS ANITIO MANLIO SEVERINO BOETHIO INTERPRETE,

Liber I.

De propositione, termino & syllogismo. Cap. I.

PRIMVM dicendum circa quid, & de quo est intentio, quoniam circa demonstrationem, & de disciplina demonstratiua est. Deinde determinandum quid Propositio, & quid Terminus, quid Syllogismus, quis perfectus, & quis imperfectus. Postea uero quid est in toto esse, uel non esse hoc in illo, & quid dicimus de omni, aut de nullo prædicari. Propositio ergo est oratio affirmatiua, uel negatiua alicuius de aliquo. Hæc autem aut uniuersalis, aut particularis, aut indefinita. Dico autem uniuersalem quidem, cum aliquid omni, aut nulli inesse. Particularem uero, cum alicui, aut non alicui, aut non omni inesse. Indefinitam autem, cum quid inesse, uel non inesse significat, sine uniuersali, uel particulari; ut contrariorum eandem esse disciplinam, aut uoluptatem non esse bonum. Differt autem demonstratiua propositio à dialectica, quoniam demonstratiua quidē sumptio alterius partis contradictionis est. Non enim interrogat, sed sumit, qui demonstrat. Dialectica uero interrogatio contradictionis est. Nihil autem refert utrum ex utraq; syllogismus, nam & qui demonstrat, & qui interrogat, syllogisat, sumēs aliquid de aliquo esse, uel non esse. Quare erit syllogistica quidem propositio, simpliciter affirmatio uel negatio alicuius de aliquo secundum dictum modum. Demōstratiua uero si uera sit, & per primas propositiones sumpta. Dialectica autem percontanti quidem interrogatio contradictionis est, syllogisanti uero sumptio apparentis, & probabilis, quemadmodum in Topicis dictum est. Quid est ergo propositio, & quid differt syllogistica à demonstratiua & dialectica, diligentius quidem in sequentibus dicetur. Ad præsentem uero utilitatem, sufficienter nobis determinata sint, quæ nunc dicta sunt. Terminum autem uoco, in quem resoluitur propositio, ut prædicatum, & de quo prædicatur, uel appositio, uel separato esse, uel non esse. Syllogismus est oratio, in qua quibusdā positis, aliud quiddā ab his, quæ posita sunt, ex necessitate accidit, eo ꝙd hęc sunt. Dico aūt eo ꝙd hęc sunt, propter hęc accidere. Propter

Propter hæc uero accidere, est nullius extrinsecus termini indigere, ut fiat necessarium. Perfectum uero uoco syllogismū, qui nullius alius indiget, præter ea quę sumpta sunt, ut appareat necessarium. Imperfectum uero, qui indiget aut unius, aut plurium, quæ sunt quidē necessaria per subiectos terminos, non autem sumpta sunt per propositiones. In toto autem esse alterum in altero, & de omni prædicari alterū de altero idem est. Dicimus autem de omni prædicari, quando nihil est sumere subiecti, de quo non dicatur alterum, & de nullo similiter.

De conuersione absolutarum propositionum. Cap. II.

QVoniam autem omnis propositio est, aut de inesse, aut ex necessitate inesse, aut contingere inesse. Harum autem, hæ quidem affirmatiuæ, illę autē negatiuæ secundum unamquamq; appellationem. Rursus autem affirmatiuarum, & negatiuarum, aliæ sunt uniuersales, aliæ particulares, alię indefinitæ. Vniuersalem quidem priuatiuam de eo quod est inesse, necesse est in terminis conuerti. Vt si nulla uoluptas est bonum neq; bonum nullum, erit uoluptas. Prædicatiuam autem conuerti quidem necessarium est, non tamen uniuersaliter, sed in parte, ut si omnis uoluptas est bonum, & bonum aliquod uoluptas. Particularem autē affirmatiuam quidem cōuerti necesse est particulariter. Nam si uoluptas aliqua, bonum, & bonum aliquod erit uoluptas. Priuatiuam uero non est necessarium. Non enim si homo non inest alicui animali, & animal non inest alicui homini. Primum ergo sit priuatiua uniuersalis a b propositio, si ergo nulli b inest a, neq; a nulli inerit b. Nam si alicui inest ut c, nō uerum erit nullum b esse a. Nam c eorum quæ sunt b aliquod est. Si uero omni b inest a, & b alicui a inest, nam si nulli, neq; a nulli b inerit, sed positum erat omni inesse. Similiter autem & si particularis est propositio, nam si inest a alicui b, & b alicui eorum quę sunt a necesse est inesse, si enim nulli, nec a nulli inerit b. Si autem a alicui eorum quæ sunt b, non inest, non necesse est & b alicui a non inesse, ut si b quidem sit animal, a uero homo, homo enim non omni animali, animal uero omni homini inest.

De conuersione propositionum de modo Cap. III.

FOdem autem modo se habebit in necessariis propositionibus, nam uniuersalis quidem priuatiua uniuersaliter conuertitur. Affirmatiuarum autē utraq; particulariter. Nam si necesse est a, nulli b inesse, necesse est & b nulli a inesse, si enim alicui contingit, & a alicui b continget. Si autem ex necessitate a omni uel alicui b inest, & b alicui a necesse est inesse, nō si non ex necessitate inest, neq; a alicui b ex necessitate inerit. Particularis uero priuatiua non conuertitur, propter eandem causam, propter quam & suprà diximus. In contingentibus uero quoniam multipliciter dicitur contingere, nam & necessarium, & non necessarium, & possibile contingere dicimus. In affirmatiuis quidem, similiter se habebit secundum conuersionem in omnibus. Nam si a omni, aut alicui b contingit, & b alicui a contingit, si enim nulli, nec a nulli b ostensum est enim hoc prius. In negatiuis uero non similiter, sed quæcunq; quidem contingere dicuntur, ex eo ꝙd ex necessitate non insunt, uel in eo quod non ex necessitate insunt similiter. Vt si quis dicat hominem contingere non esse equum, aut album nulli tunicæ inesse. Horū enim hoc quidem ex necessitate inest, illud uero non ex necessitate inest, & similiter conuertitur propositio. Nam si contingit nulli homini equum inesse, & hominem contingit nulli equo inesse, & si album contingit nulli tunicæ, & tunica cōtingit nulli albo, si enim alicui necessario, & album tunicæ alicui inerit ex necessitate, hoc enim ostensum est prius. Similiter autem & in particulari negatiua. Quæcunq; uero ut in pluribus, & in eo quod nata sunt dicuntur contingere secundum quem modū determinamus contingens, non similiter se habebat in priuatiuis conuersionibus. Sed & uniuersalis quidem priuatiua propositio non conuertitur, particularis uero conuertitur. Hoc autem erit manifestum quando de contingenti dicemus. Nunc autem

nobis tantũ sit cum ijs quæ dicta sunt, manifestum, quoniam contingere nulli, aut alicui non ineſſe affirmatiuam habet figuram, nã & contingit ipsi est similiter ordinatur. Est autem, quibuscunq; adiacens prædicatur, affirmationem semper facit, & omnino, ut, est non bonum, uel est non album, uel simpliciter, est non hoc. Ostendetur autem & hoc per sequentia, secundum conuersiones autem, similiter se habebunt in alijs.

De modis syllogisticis, & asyllogistis absolutis primæ figuræ. Cap. IIII.

His uero determinatis dicemus iam per quæ, & quando, & quomodo sit omnis syllogismus, postea uero dicendum de demonstratione. Prius enim de syllogismo dicendum, quàm de demõstratione, eo quòd uniuersalior est syllogismus, nam demonstratio quidem syllogismus quidam est, syllogismus uero non omnis, demonstratio. Quando igitur tres termini sic se habent adinuicẽ, ut & postremus sit in toto medio, & medius in toto primo uel sit, uel non sit, necesse est extremitatum perfectũ esse syllogismum. Voco autem medium quod & ipsum in alio, & aliud in ipso est, quod & positione medium est. Extrema uero quod & ipsum in alio, & in quo aliud est. Si enim a de omni b, & b de omni c, necesse est a de omni c prædicari. Prius enim dictum est quomodo de omni dicimus. Similiter autem & si a, de nullo b, b autem de omni c, quoniam a nulli c inerit. Si autẽ primum quidem omni medio consequens est, medium uero nulli postremo, non erit syllogismus extremitatum. Nihil enim necessarium accidit, eo quòd hæc sunt, nam & omni, & nulli cõtingit primum postremo ineſſe, quare neq; particulare, neq; uniuersale sit necessarium. Cum autem nihil est necessarium, per hæc non erit syllogismus. Termini uero eius quod est omni ineſſe, animal, homo, equus: eius uero q̃d est nulli, animal, homo, lapis. Quando uero nec primum medio, nec medium postremo ulli ineſt, nec sic erit syllogismus. Termini uero ut ineſſe, scientia, linea, medicina: ut nõ ineſſe, scientia, linea, unitas. Vniuersalibus igitur existẽtibus terminis, manifestũ est in hac figura quãdo erit, et quãdo nõ erit syllogismus, & quoniã cum est syllogismus, necessariũ est terminos sic se habere, ut diximus, & sic se habens manifestũ quoniã erit syllogismus. Si aũt hic quidem terminorum uniuersaliter, alius uero particulariter ad alium, quando uniuersale quidem ponitur ad maiorem extremitatem uel prædicatiuum, uel priuatiuum, particulare uero ad minorem prædicatiuum, necesse est syllogismum esse perfectum. Quando uero ad minorem uel quolibet modo aliter se habeant termini, impossibile est. Dico autem maiorem extremitatem quidẽ in qua medium est, minorem uero, quę sub medio est. Insit enim a quidem, omni b, b autem alicui c, ergo si est de omni prædicari, quod in principio dictum est, necesse est a alicui c ineſſe. Et si a quidem nulli b ineſt, b uero alicui c, necesse est a alicui c non ineſſe, determinatum est enim & de nullo, quomodo dicimus, quare erit syllogismus perfectus. Similiter autem & si indefinitum sit b c prædicatiuum, nam idem erit syllogismus indefinito, & particulari sumpto. Si autem ad minorem extremitatem uniuersale ponatur uel prædicatiuum, uel priuatiuum, non erit syllogismus neque cum affirmatiua, neq; negatiua, neq; indefinita, neq; particularis sit, ut si a quidem alicui b ineſt, uel non ineſt, b autem omni c ineſt. Termini ut ineſſe, bonũ, habitus, prudentia: ubi non ineſſe, bonũ, habitus, indisciplina. Rursum si b quidẽ nulli c, a uero alicui b ineſt, uel non ineſt, uel non omni ineſt, nec sic erit syllogismus. Termini omni ineſſe, album, equus, cygnus: nulli ineſſe, album, equus, coruus. Idem autem & si a b indefinitum sit. Nec quando ad maiorem extremitatem quidem uniuersale ponatur uel prędicatiuum, uel priuatiuum, ad minorem uero particulare priuatiuum, non erit syllogismus uel indefinito, uel particulari sumpto. Velut si a quidem, omni b ineſt, b autem alicui c non ineſt, uel nõ omni ineſt. Cui enim alicui nõ ineſt medium, hoc omne & nullum sequatur primum. Ponantur enim termini, animal, homo, album, deinde & de quibus albis non prædicatur homo, sumãt, cygnus, & nix, ergo animal de uno quidem omni prædicatur, de altero uero nullo, quare nõ erit syllogismus. Rursum a quidem, nulli b insit, b autem alicui c non insit, & sint termini, inanimatum, homo, album, deinde sumantur alba, de quibus non prædicatur homo, cygnus & nix, nam inanimatum de hoc quidem omni prædicatur, de illo uero nullo. Amplius: Quoniam indefinitum est alicui eorum quæ sunt c, non ineſse b, uerum est autem & nulli ineſt, et si non omni, quoniam alicui non ineſt, sumptis autem his terminis uelut nulli ineſſe, non fit syllogismus (hoc enim dictum est prius) manifestum ergo est, quoniam in eo quod sic se habent termini nõ erit syllogismus, esset enim & in his. Similiter autem ostendetur, & si uniuersale ponatur priuatiuum. Neq; enim si ambo interualla particularia prædicatiuę, uel priuatiuę dicãtur, aut hoc quidem prædicatiuum, illud uero priuatiuum, uel hoc quidem indefinitum, illud uero definitum, uel ambo indefinita, non erit syllogismus nullo modo. Termini uero communes omnium, animal, album, equus, animal, album, lapis. Manifestum est igitur ex ijs quæ dicta sunt, quoniam si sit syllogismus in hac figura particularis, quoniam necesse est terminos sic se habere, ut diximus. Aliter enim se habẽtibus, nullo fit. Palam autem quoniam omnes, qui in hac sunt syllogismi, perfecti sunt. Omnes enim perficiuntur per ea, quæ ex principio sumuntur. Et quoniam omnia problemata ostenduntur per hanc figuram. Et enim omni, & nulli, alicui, & non alicui inesse. Voco autem huiusmodi figuram, primam.

De syllogismis absolutis in secunda figura. Cap. V.

Vãdo uero idem huic omni quidem, illi uero nulli ineſt, uel utiq; omni, uel nulli, figuram quidem huiusmodi uoco secundam. Medium autem in hac dico, quod de utraq; prędicatur. Extremitates uero de quibus dicitur hoc. Maiorem quidem extremitatem, quæ iuxta medium posita est. Minorem uero, quæ longius sita est a medio. Ponitur autem medium foras quidẽ extremitatum, primum uero positione. Perfectus igitur non erit syllogismus nullo modo in hac figura, possibile uero erit & uniuersalibus, & non uniuersalibus existentibus terminis. Vniuersalibus igitur terminis erit syllogismus, quando mediũ huic quidem omni, illi uero nulli inerit, etsi ad utrumuis sit priuatiuũ, aliter uero nullo modo. Prædicetur enim m de n quidem nullo, de x uero omni, quoniam igitur conuertitur priuatiua, nulli m inerit n, at m omni x supponebatur, quare n nulli x inerit, hoc enim ostensum est prius. Rursum si m n quidem omni ineſt, x uero nulli, neq; n x nulli inerit. Nam si m, nulli x, neq; x nulli n inerit, at uero m, omni n inerat, quare x nulli inerit. Facta est enim rursum prima figura. Quoniam autem conuertitur priuatiuum, neq; n nulli x inerit, quare erit idem syllogismus, est autem ostendere hæc & ad impossibile ducentes. Quoniam ergo fit syllogismus sic se habẽtibus terminis manifestum, sed non perfectus, non enim solum ex ijs, quæ abinitio sumpta sunt, sed ex alijs perficitur necessarium. Si autem m, de omni n & x prædicetur, non erit syllogismus. Termini ineſſe, substantia, animal, ratio: non ineſſe, substantia, animal, lapis, medium, substantia. Nec quando de n, nec de x nullo, prædicatur m. Termini ineſſe, linea, animal, homo: non ineſſe, linea, animal, lapis. Manifestum ergo quoniam si sit syllogismus ex uniuersalibus terminis, necesse est terminos sic se habere, ut in principio diximus. Aliter enim se habentibus terminis non fit cõclusio necessaria. Si autem ad alterum sit uniuersaliter medium, quando ad maius quidem fuerit uniuersaliter uel prædicatiuę, uel priuatiuę, ad minus autem & particulariter,

lariter,& oppoſitæ uniuerſali (dico autem oppoſitæ,ſi uniuerſale quidem priuatiuũ particulare prædicatiuum,uel ſi uniuerſale prædicatiuum,particulare priuatiuum) neceſſe eſt ſyllogiſmum fieri priuatiuum particulariter. Nam ſi m nulli quidem n, x autem alicui ineſt,neceſſe eſt n,alicui x non ineſſe.Quoniam enim conuertitur priuatiuum,nulli m inerit,n m uero ſupponebatur,alicui x ineſſe,quare n alicui eorum quæ ſunt x non inerit.Fit enim ſyllogiſmus per primam figuram. Rurſus ſi n quidem omni,m x uero alicui non ineſt,neceſſe eſt n alicui x non ineſſe. Nam ſi x omni,ineſt n prædicatur autem & m de omni n neceſſe eſt m omni x ineſſe,ſupponebatur autem alicui non ineſſe. Et ſi m, n omni quidem ineſt,x autem non omni, erit ſyllogiſmus quoniam non omni x ineſt n. Demonſtratio autem eadem. Si autem de x quidem omni, de n uero non omni prædicatur, m non erit ſyllogiſmus. Termini ineſſe, animal, ſubſtantia, coruus. Non ineſſe,animal, album, coruus'. Nec quando de x quidem nullo, de n uero aliquo. Termini ineſſe, animal, ſubſtantia,lapis.Non ineſſe,animal,ſubſtantia,ſcientia. Quando igitur oppoſitum eſt uniuerſale particulari,dictum eſt quando erit,& quando nõ erit ſyllogiſmus. Quando autem ſimilis figuræ fuerint propoſitiones,ut ambę priuatiuæ,uel affirmatiuæ,nullo modo erit ſyllogiſmus. Sint enim primum priuatiuæ, & uniuerſale ponatur ad maiorem extremitatem, ut m,n quidem nulli, x autem alicui non inſit,contingit ergo & omni,& nulli x ineſſe n. Termini quidem nulli ineſſe,nigrum,nix,animal.Omni uero ineſſe,non eſt ſumere,ſi m alicui quidem x ineſt,alicui autem nõ.Nam ſi omni x ineſt n,& m nulli, n etiam m nulli x inerit,ſed poſitum erat alicui ineſſe,non igitur ſic ſumere contingit terminos. Ex indefinito autem oſtendendum eſt. Quoniam enim uerum eſt m,non ineſſe alicui x & ſi nulli ineſt,nulli uero cum inſit,nõ erit ſyllogiſmus,manifeſtum quoniam neq; nunc erit. Rurſum ſi prædicatiuæ,& uniuerſale ponatur ſimiliter,ut m,omni quidem n, x aũt alicui inſit,contingit ergo & omni,& nulli x ineſſe. Termini nulli ineſſe, album,cygnus,lapis.Omni uero non erit ſumere terminos, propter eandem cauſam quam & prius,ſed ex indefinito monſtrandum eſt. Si autem uniuerſale ad minorem extremitatem eſt,& m x quidem nulli,n uero alicui non ineſt,contingit n,& omni,& nulli x ineſſe. Termini ineſſe,album,animal,coruus,Non ineſſe,album,lapis,coruus.Similiter autem & ſi prædicatiuæ fuerint propoſitiones. Termini non ineſſe, album, animal,nix.Ineſſe,album,animal,cygnus.Manifeſtum eſt igitur quoniam ſi ſimilis figuræ ſint propoſitiones,& hæc quidem uniuerſalis,illa uero particularis,quoniam nullo modo fit ſyllogiſmus. Sed nec ſi alicui,utricq; ineſt,uel non ineſt,uel huic quidem ineſt,illi uero non,uel neutri omni,uel indefinitæ, Termini autem communes omnium,album,animal,homo,album,animal,inanimatum. Manifeſtum eſt igitur ex prædictis quoniam ſi ſic ſe habent termini adinuicem,ut dictum eſt,fit ſyllogiſmus ex neceſſitate,& ſi fit ſyllogiſmus, neceſſe eſt terminos ſic ſe habere. Palam aũt & quoniam omnes imperfecti ſunt,qui in hac figura ſunt ſyllogiſmi, omnes enim perficiuntur aſſumptis quibuſdam,quę uel inſunt terminis ex neceſſitate,uel ponuntur uelut hypotheſes,ut quando per impoſſibile oſtendimus. Et quoniam non fit affirmatiuus ſyllogiſmus per hanc figuram,ſed omnes priuatiui,& uniuerſales,& particulares.

De ſyllogiſmis abſolutis tertiæ figuræ. Cap VI.

SI autem eidem hoc quidem omni,illud uero nulli ineſt,uel ambo omni,uel nulli,figuram quidem huiuſmodi uoco tertiam. Medium autem in hac dico, quo ambo prædicamus. Extremitates uero,quæ prædicantur.Maiorem autem extremitatem,quæ longius eſt medio,minorem uero, quæ propius. Ponitur autem medium foras quidem extremitatum,ultimum uero poſitione eſt. Perfectus igit nõ fit ſyllogiſmus,nec in hac figura,poſsibilis uero erit & uniuerſaliter, & nõ uniuerſaliter terminis exiſtẽtibus ad mediũ. Vniuerſaliter quidẽ quando ex

p& r,inerunt omni ſ, q̃niã alicui r inerit p ex neceſſitate, nam quoniã conuertitur p̃dicatiua,inerit ſ alicui r. Quare quoniã p ineſt omni ſ, & ſ alicui r,neceſſe eſt p alicui r ineſſe.Fit em̃ ſyllogiſmus per primã figurã.Eſt aũt & per impoſsibile, & expoſitione facere demonſtrationẽ,ſi enim ambo omni ſ inſunt,ſi ſumaẽ aliq̃d eorũ quæ ſunt ſ, ut n huic & p & r inerũt ex neceſſitate,quare alicui r inerit p. Et ſi r omni quidem ſ, p aũt nulli ſ, ineſt,erit ſyllogiſmus,quoniã p, alicui r nõ inerit ex neceſſitate.Nam idem modus erit demõſtrationis, cõuerſa r ſ propoſitione.Oſtenditur autem & per impoſsibile,quẽadmodũ in prioribus. Si aũt inſit r, ſ quidem nulli, p uero omni ſ, nõ erit ſyllogiſmus,Termini ineſſe,animal,equus, homo;non ineſſe,animal, inanimatum,homo,neq; quando ambo de nullo ſ dicunt̃,nõ erit ſyllogiſmus.Termini ineſſe,animal,equus,inanimatum,nõ ineſſe,homo,equus inanimatum,medium,inanimatum. Manifeſtum eſt igitur,& in hac figura & quãdo erit, & quando non erit ſyllogiſmus ex uniuerſalibus terminis. Quando enim ambo termini ſunt prædicatiui, erit ſyllogiſmus, quoniam ineſt,alicui extremitas extremitati,quando uero priuatiui,non erit ſyllogiſmus, quãdo aũt hic quidẽ priuatiuus,ille uero affirmatiuus,ſi maior quidã fuerit priuatiuus alter uero affirmatiuus, erit ſyllogiſmus,q̃niã alicui nõ ineſt extremitas extremitati.Si aũt e conuerſo,non erit. Si aũt hic quidẽ ſit uniuerſaliter ad mediũ,alter uero particulariter,ſi utercq; ſit prędicatiuus,neceſſe eſt fieri ſyllogiſmũ,& ſi alteruter ſit uniuerſalis terminorũ,nã ſit omni ſ inſit, p uero alicui ſ, neceſſe eſt & p, alicui r ineſſe,nam quoniã cõuertitur affirmatiua inerit ſ alicui p, quare quoniã r omni ſ ineſt,ſ autẽ alicui p & r, alicui p inerit,quare & p alicui r.Rurſum ſi r alicui ſ, p uero omni ſ inſit,neceſſe eſt & p alicui r ineſſe,nam idem modus demõſtrationis.Eſt aũt demonſtrare & p impoſſibile,& expoſitione,quẽadmodũ in prioribus. Si aũt unus quidẽ ſit prædicatiuus, alius uero priuatiuus,uniuerſaliter autem prædicatiuus,quando minor quidem fuerit prædicatiuus,erit ſyllogiſmus,nã ſi r omni ſ,p uero alicui ſ nõ ineſt, neceſſe eſt p, alicui r non ineſſe, ſi enim p omni r, & r omni ſ, & p omni ſ inerit, ſed non inerat.Monſtraẽ aũt & ſine deductione,ſi ſumaẽ aliquid eorũ quæ ſunt ſ,cui p nõ ineſt. Quãdo uero maior fuerit p̃dicatiuus,nõ erit ſyllogiſmus,ut ſi p, inſit omni ſ,r autẽ alicui ſ nõ inſit. Termini uero omni ineſſe,animatũ,homo, animal. Nulli uero,non eſt ſumere terminos ſi r ineſt alicui quidẽ ſ, alicui aũt nõ. Si em̃ omni ſ ineſt p, r aũt alicui ſ, & p inerit alicui r, ſed poſitũ erat nulli r ineſſe.Sed quemadmodũ in prioribus dicendũ eſt,nã cũ indefinitũ eſt alicui nõ ineſſe, & quòd nulli ineſt uerũ eſt dicere alicui nõ ineſſe,nulli uero cum ineſſet nõ erat ſyllogiſmus,manifeſtum ergo eſt,quoniã nõ erit ſyllogiſmus. Si aũt priuatiuus ſit uniuerſalis terminus,quãdo maior quidẽ priuatiuus fuerit,minor aũt p̃dicatiuus,erit ſyllogiſmus. Si enim p nulli ſ,r aũt alicui ineſt ſ, & p alicui r nõ inerit.Rurſum enim prima erit figura,r ſ propoſitione conuerſa. Quando aũt minor fuerit priuatiuus, nõ erit ſyllogiſmus.Termini ineſſe,animal,homo,ferum.Non ineſſe,animal,ſcientia,ferum, medium in utriſq; ferum.Nec quando ambo priuatiui ponuntur,eſt aũt unus quidẽ uniuerſalis,alter uero particularis. Termini ineſſe, quando minor eſt uniuerſalis ad medium,animal,homo,ferũ.Nõ ineſſe,animal,ſcientia,ferũ.Quando aũt maior,nõ ineſſe quidẽ,coruus,nix,albũ.Ineſſe uero nõ eſt ſumere ſi r, alicui qdẽ ineſt ſ, alicui aũt nõ ineſt.Si enim p omni r inſit,r aũt alicui ſ, & p inerit alicui ſ. Poſitũ eſt autẽ nulli,ſed ex indefinito mõſtrandũ eſt.Neq; ſi utercq; alicui medio ineſt,uel nõ ineſt, uel unus quidem ineſt,alter uero nõ ineſt,uel hic quidem alicui,ille uero non omni, uel indefinitè,nullo modo erit ſylogiſmus. Termini aũt cõmunes omniũ,animal, homo,albũ,animal,inanimatũ,albũ. Manifeſtũ eſt igitẽ,& in hac figura,quando erit,& quando non erit ſyllogiſmus,& quoniam habentibus ſe terminis,ut dictũ eſt, fit ſyllogiſmus ex neceſſitate,& ſi ſit ſyllogiſmus,neceſſe eſt terminos ſic ſe habere. Manifeſtũ eſt etiã, quia omnes imperfecti ſunt in hac figura ſyllogiſmi,omnes em̃ pẽ-

ciuntur quibuſdam aſſumptis. Et quoniam ſyllogiſare uniuerſale per hanc figuram non erit, neque priuatiuum, neq; affirmatiuum.

De tribus figuris, & indirectis ſyllogiſmis adinuicem. Cap. VII.

PAlàm autem & quoniam in omnibus figuris, quando non fit ſyllogiſmus. Cum prædicatiui quidem, uel priuatiui ſunt utrique termini, & particulares, nihil omnino fit neceſſarium. Cum autem prædicatiuus, & priuatiuus, & uniuerſaliter ſumptus priuatiuus, ſemper fit ſyllogiſmus minoris extremitatis ad maiorem, ut ſi a quidem, omni b uel alicui, b autem nulli c, cõuertis enim propoſitionibus, neceſſe eſt c alicui a non ineſſe. Similiter autem & in aliis figuris, ſemper enim fit per conuerſionem ſyllogiſmus. Palàm etiam quoniam indefinitum pro prædicatiuo particulari poſitum, eundem faciet ſyllogiſmum in omnibus figuris. Manifeſtum autem & quoniam omnes imperfecti ſyllogiſmi, perficiuntur per primam figuram. Aut enim oſtenſiuè, aut per impoſsibile claduntur omnes. Vtrinque autem fit prima figura. Et oſtenſiuè quidẽ perfectis, quoniam per conuerſionem claudebantur omnes, conuerſio autem primam faciebat figuram, per impoſsibile uero demonſtratis, quoniam poſito falſo ſyllogiſmus fit per primam figuram. Vt in poſtrema figura, ſi a & b omni c inſunt, quoniam a alicui b ineſt, nam ſi nulli & b omni c, nulli c inerit a, ſed inerat omni. Similiter autem in aliis. Eſt etiam reducere omnes ſyllogiſmos ad uniuerſales ſyllogiſmos primæ figuræ. Nam qui ſunt in ſecunda figura, manifeſtum quoniam per illos perficiuntur, uerum non ſimiliter omnes, ſed uniuerſales quidem priuatiua conuerſa, particularium autem utraque per ad impoſsibile reductionem. Qui uero in prima ſunt particulares, perficiuntur quidem per ſe. Eſt autẽ & per ſecundam figuram oſtendere ad impoſsibile ducentes, ut ſi a omni b, & b alicui c, quoniam a alicui c inerit. Si enim nulli, b autem omni, nulli c inerit b. Hoc enim ſcimus per ſecundam figuram. Similiter autem & in priuatiuo erit demõſtratio, ſi enim a nulli b, & b alicui c ineſt, a alicui c nõ erit, nam ſi a omni c, b autem nulli ineſt, nulli c inerit b. Hæc autem fuit media figura, quare quoniam qui in media ſunt ſyllogiſmi, omnes reducuntur in primæ figuræ uniuerſales ſyllogiſmos, qui uero particulares ſunt in prima, ad eos qui ſunt in media, manifeſtum eſt quoniam & particulares reducentur ad eos, qui in prima figura ſunt uniuerſales ſyllogiſmos, qui uero ſunt in tertia, cum uniuerſales ſint quidem termini, ſtatim perficiuntur per illos ſyllogiſmos. Si autem particulares, ſumuntur per particulares ſyllogiſmos primæ figuræ, ſed hi reducti ſunt ad illos, quare & tertiæ figuræ particulares. Manifeſtum ergo quoniam omnes reducentur in primæ figuræ uniuerſales ſyllogiſmos. Igitur ſyllogiſmi ineſſe, uel non ineſſe oſtendentes, dictum eſt quomodo ſe habẽt, & ad eos qui ex eadem ſunt figura, & adinuicem, & ad eos qui ex aliis ſunt figuris.

De ſyllogiſmis ex neceſſario in tribus figuris. Cap. VIII.

QVoniam autem diuerſum eſt ineſſe, & ex neceſſitate ineſſe, & contingere ineſſe (nam multa inſunt quidem, non tamẽ ex neceſſitate, alia uero neque ex neceſſitate, neq; inſunt omnino, cõtingit autem ineſſe) manifeſtũ, quoniam & ſyllogiſmus in unoquoq; horum diuerſus eſt, & nõ ſimiliter habẽt ub. ſe terminis, ſed hic qdẽ ex neceſſarijs, ille uero ex ijs q̃ ſimplicit̃ inſunt, ille aũt ex cõtingẽtib. Ergo in neceſſarijs qdẽ ferè ſimilit̃ ſe habet, & in ijs q̃ inſunt. Similiter

Similiter enim poſitis terminis, & in ijs quę inſunt, & in ijs quæ ex neceſſitate inſunt, uel non inſunt, & erit, & non erit ſyllogiſmus. Verum diſtabit in eo quod adiacet terminis ex neceſſitate ineſſe, uel non ineſſe, nam & priuatiuum ſimiliter conuertitur, & in toto eſſe, & de omni ſimiliter aſſignabimus. Ergo in aliis quidem eodem modo oſtendetur per cõuerſionẽ, quoniã cõcluſio neceſſaria, quomodo in eo quod eſt ineſſe. In media autem figura quãdo fuerit uniuerſalis affirmatiua, particularis uero priuatiua, & rurſum in tertia quando uniuerſalis quidem prædicatiua, particularis uerò priuatiua, non ſimiliter erit demonſtratio, ſed neceſſe eſt exponẽtes, cui alicui utrunq; non ineſt, de hoc facere ſyllogiſmũ. Erit enim neceſſarius in hoc. Si aũt de expoſito eſt neceſſarius, erit & de illo aliquo. Nã hoc quod eſt expoſitũ, ipſum quidem illud aliquid eſt. Fit autem uterq; ſyllogiſmus in propria figura.

De mixtis ex una neceſſaria, & altera abſoluta in prima figura. Cap. IX.

ACcidit autem quandoq; & altera propoſitione neceſſaria, neceſſarium fieri ſyllogiſmum, uerum nõ utralibet, ſed quæ ad maiorem extremitatem eſt, ut ſi a quidem, b ex neceſſitate ſumptum eſt ineſſe, uel non ineſſe, b autem c ineſſe tantum, ſic enim ſumptis propoſitionibus ex neceſſitate a inerit c, uel non erit. Nam quoniam omni b ex neceſsitate ineſt, uel non ineſt a, c autem alicui eorum quæ ſunt b, eſt manifeſtum quoniam & c ex neceſſitate erit alterum horum. Si autem a b quidem non neceſſaria, b c autem neceſſaria, non erit concluſio neceſſaria. Nam ſi eſt, accidit a, alicui b ineſſe ex neceſſitate, per primam, & tertiam figuram, hoc autem falſum, contingit enim tale eſſe b, cui poſsibile eſt a nulli ineſſe. Amplius autẽ & ex terminis manifeſtum, quoniã non erit concluſio neceſſaria, ut ſi a quidẽ ſit motus, b autem ſit animal, in quo autem c homo, namq; homo animal eſt ex neceſsitate, mouetur autem animal non ex neceſsitate, quare nec homo. Similiter autem & ſi priuatiua ſit a b. Nam eadem demonſtratio. In particularibus autem ſyllogiſmis, ſi uniuerſalis quidem eſt neceſſaria, & concluſio erit neceſſaria, ſi autem particularis, non neceſſaria, ſiue priuatiua, ſiue prædicatiua fuerit uniuerſalis propoſitio. Sit autem primo uniuerſalis neceſſaria, & a quidem omni b inſit ex neceſsitate, b aũt alicui c inſit ſolũ, neceſſe eſt ergo a alicui c ineſſe ex neceſsitate, nam c ſub b eſt, b autem omni a inerat ex neceſſitate. Similiter autem & ſi priuatiuus ſyllogiſmus ſit, nam eadem erit demonſtratio. Si autem particularis eſt neceſsaria, non erit concluſio neceſsaria, nihil enim impoſsibile euenit, quemadmodum nec in uniuerſalibus ſyllogiſmis, ſimiliter autem & in priuatiuis. Termini, motus, animal, album.

De mixtis ex una neceſſaria, & altera abſoluta in ſecunda figura. Cap. X.

IN ſecunda autem figura ſi priuatiua quidem propoſitio uniuerſalis ſit, & neceſſaria, concluſio erit neceſſaria. Si autem prædicatiua, nõ neceſſaria. Sit enim primum priuatiua neceſſaria, & a b quidem nulli contingat, c autem inſit tãtum, quoniam ergo conuertitur priuatiua, & b nulli a contingit, a autem omni c ineſt, quare nulli c contingit b, nam c ſub a eſt. Similiter autem & ſi ad c ponatur priuatiuum, nam ſi a c nulli contingit, & c nulli a poterit ineſſe, a autem omni b ineſt. Quare nulli eorum quæ ſunt b contingit c, fit enim prima figura. Rurſum non ergo neq; b, ipſi c conuertit̃ enim ſimiliter. Si aũt prędicatiua propoſitio eſt neceſſaria, non erit cõcluſio neceſſaria, inſit enim a omni b ex neceſsitate, c autem nulli inſit tantũ, cõuerſa ergo priuatiua, fit prima figura. Oſtenſum eſt aũt in prima, quoniã cum non eſt neceſſaria, quę ad maiorem eſt priuatiua, nec concluſio erit neceſſaria, quare nec in his erit ex neceſsitate. Amplius autem ſi concluſio eſt neceſſaria, accidit c alicui a non ineſſe ex neceſsitate, ſi enim b nulli c ineſt ex neceſsitate

ceſſitate, neq; c nulli b inerit ex neceſſitate, b autem alicui a neceſſe eſt ineſſe, ſi quidem & a omni b ex neceſſitate inerat, quare c neceſſe eſt alicui a non ineſſe, ſed nihil prohibet a huiuſmodi accipere, cui omni c contingat ineſſe. Amplius & ſi terminos ponentes ſit oſtendere, quoniam concluſio non eſt neceſſaria ſimpliciter. Et his exiſtentibus, neceſſarium, ut ſit a animal, b uero homo, c autem album, & ſimiliter propoſitiones ſumptæ ſint, contingit enim animal nulli albo ineſſe, nõ inerit ergo nec homo nulli albo, ſed non ex neceſsitate. Contingit enim hominem fieri album, non tamen donec animal nulli albo inſit, quare cum hæc ſint, neceſſaria erit concluſio, ſimpliciter autẽ nõ neceſſaria. Similiter autem ſe habebit & in particularibus ſyllogiſmis, quãdo priuatiua quidem propoſitio, & uniuerſalis fuerit, & neceſſaria, & cõcluſio erit neceſſaria. Quãdo autem prædicatiua uniuerſalis fuerit neceſſaria, priuatiua uero particularis non neceſſaria, non erit concluſio neceſſaria. Sit enim primum priuatiua, & uniuerſalis neceſſaria, & a b quidem nulli cõtingat ineſſe, c autem alicui inſit, quoniam ergo cõuertitur priuatiua, & b nulli a cõtinget ineſſe, a autem alicui c ineſt, quare ex neceſsitate alicui eorum quæ ſunt, c nõ inerit b. Rurſum ſit prædicatiua, & uniuerſalis, & neceſsaria, & ponatur ad b quidem prædicatiuum, ſi ergo a omni b ex neceſſitate ineſt, c autem alicui nõ ineſt, quoniam non inerit b, alicui c manifeſtum, ſed nõ ex neceſsitate. Nam ijdem termini erunt ad demonſtrationẽ, qui in uniuerſalibus ſyllogiſmis, ſed nec ſi priuatiua neceſsaria eſt particulariter ſũpta, erit cõcluſio neceſſaria. Nã p eoſdẽ terminos demõſtratio.

De ſyllogiſmis mixtis ex altera neceſſaria, & altera abſoluta in tertia figura. Cap. XI.

IN poſtremo autem figura terminis quidem uniuerſalibus ad medium, & prædicatiuis utriſq; propoſitionibus, ſi utralibet ſit neceſsaria, & cõcluſio erit neceſſaria. Si autem hæc quidem ſit priuatiua, illa uero prædicatiua, quãdo priuatiua quidem fuerit neceſsaria, & concluſio erit neceſsaria, quãdo autem prædicatiua, non erit neceſsaria. Sint enim primum utræq; prædicatiuę propoſitiones, & a & b omni c inſint, neceſsaria autem ſit a c, quoniam ergo b omni c ineſt, & c alicui b inerit, eo quòd conuertitur uniuerſalis particulariter. Quare ſi a ineſt omni c ex neceſsitate, & c alicui b, & a alicui b neceſsarium ineſſe, nam b ſub c eſt. Fit igitur prima figura. Similiter autem oſtendetur, & ſi b c eſt neceſsaria, conuertitur enim c alicui a, quare ſi omni c ineſt b ex neceſsitate, & a alicui b inerit ex neceſsitate. Rurſum ſit a c quidem priuatiua, b c uero affirmatiua, neceſsaria autem priuatiua, quoniam ergo conuertitur affirmatiua, erit c alicui b, a autem nulli c ex neceſsitate, neq; a alicui b inerit ex neceſsitate, nam b ſub c eſt. Si autem prædicatiua ſit neceſsaria, non erit concluſio neceſsaria. Sit enim b c prædicatiua, & neceſsaria, a c autem priuatiua, & non neceſsaria, quoniam ergo conuertitur affirmatiua, inerit & c alicui b ex neceſsitate. Quare ſi a quidem, nulli eorum quę ſunt c ineſt, c autem alicui eorum, quæ ſunt b & a alicui eorum quę ſunt b non inerit, ſed nõ ex neceſsitate. Oſtenſum eſt enim in prima figura quoniam priuatiua propoſitione neceſsaria, nec concluſio erit neceſsaria. Amplius autem & per terminos ſit manifeſtum, ſit enim a quidem bonum, in quo b animal, c autem equus, ergo bonũ quidem contingit nulli equo ineſſe, animal uero neceſſe eſt omni equo ineſſe, ſed nõ neceſſe eſt aliquod animal non eſſe bonum, ſiquidem contingit omne eſſe bonũ. Aut ſi non hoc poſsibile, ſed uigilare, uel dormire terminum ponendum. Omne enim animal ſuſceptibile eſt horum. Si igitur termini uniuerſaliter ad medium ſint, dictũ eſt, quando erit concluſio neceſsaria. Si autem hic quidem uniuerſalis, ille uero particularis, prædicatiuus uterq;, quando uniuerſalis fuerit neceſſarius, & concluſio erit neceſsaria. Demonſtratio autem eadem quæ priùs, cõuertitur enim & particularis affirmatiua. Si ergo neceſſe eſt b omni c ineſſe, a autem ſub c eſt, neceſſe eſt b alicui a ineſſe. Si autem b alicui a, & a alicui b ineſſe neceſsarium, conuertitur enim. Similiter autem & ſi a c, ſit neceſsaria uniuerſalis, nam b ſub c eſt. Si autem particularis eſt neceſsaria, non erit concluſio neceſsaria. Sit enim b c particularis & neceſsaria, a autem inſit omni c, non tamen ex neceſsitate, conuertia ergo b c prima ſit figura, & uniuerſalis quidem propoſitio non neceſsaria, particularis autem neceſsaria, quando autem ſic ſe habebant propoſitiones, non erat concluſio neceſsaria, quare nec in his. Amplius autẽ & ex terminis manifeſtum. Sit enim a quidem uigilatio, b autem bipes, in quo autem c animal, ergo b alicui c neceſſe eſt ineſſe, a autem omni c cõtingit, & a non neceſſario b, non enim neceſſe eſt aliquem bipedem dormire, uel uigilare. Similiter autem per eoſdẽ terminos oſtẽdetur etiam ſi a c, ſit particularis & neceſſaria. Si aũt hic quidẽ terminorũ ſit prędicatiuus, ille priuatiuus & neceſsarius, quãdo uniuerſalis fuerit priuatiuus & neceſsarius, & cõcluſio erit neceſsaria. Si enim a, nulli c ex neceſsitate cõtingit, b aũt alicui c ineſt, neceſſe eſt a, alicui b non ineſſe, quando autem affirmatiua neceſsaria ponetur uel uniuerſalis, uel particularis, uel priuatiua particularis, non erit concluſio neceſsaria. Nam alia quidem eadẽ quę & in prioribus, dicemus. Termini autẽ cum uniuerſalis quidem affirmatiua eſt neceſsaria, uigilatio, animal, homo, medium homo; cum autem particularis prædicatiua neceſsaria, uigilatio animal, albũ. Animal enim neceſſe eſt alicui albo ineſſe, uigilatio autem contingit nulli, & non neceſſe eſt alicui animali non ineſſe uigilationem. Quando aũt priuatiua particularis eſt neceſsaria, bipes, motus, animal, medium animal. Manifeſtum igitur quoniam ineſſe quidem non eſt ſyllogiſmus, ſi utræq; propoſitiones non ſunt in eo quod eſt ineſſe, neceſsarij uerò eſt, & altera ſolum exiſtente neceſsaria. In utriſq; autem affirmatiuis, & priuatiuis exiſtentibus ſyllogiſmis, neceſſe eſt alteram propoſitionem ſimilem eſſe cõcluſioni. Dico autẽ ſimilem, ſi ineſſe quidem, inexiſtentẽ, ſi autem neceſsaria, neceſsariam. Quare & hoc palàm, quoniam non erit concluſio neq; neceſsaria, neq; ineſſe, non ſumpta uel neceſsaria, uel quæ ineſſe ſignificet propoſitione. Igitur de neceſsario quomodo ſit, & quã differentiã habeat ad ineſſe, ſufficienter pene dictũ eſt.

De contingenti non neceſſario. Cap. XII.

DE cõtingente aũt poſt hæc dicemus, quando, & q̃modo, & per quæ erit ſyllogiſmus. Dico aũt cõtingere, & contingens, quo nõ exiſtẽte neceſsario, poſito aũt ineſſe, nihil erit propter hoc impoſsibile. Nam neceſsariũ ç quidem uocè contingere dicitur. Quoniã aũt hoc eſt cõtingens, manifeſtũ ex affirmationibus, & negationibus oppoſitis. Nam non contingit eſſe, non poſsibile eſſe, et impoſsibile eſſe, et neceſſe eſt non eſſe, uel eadẽ ſunt, uel ſequuntur ſeinuicem, quare et oppoſita his cõtingit eſſe et nõ impoſsibile eſſe, et nõ neceſſe nõ eſſe, eadẽ erũt, uel ſequentia ſeinuicem. De omni enim affirmatio, uel negatio uera. Erit ergo contingens neceſsarium, et non neceſsarium, contingens. Accidit autem omnes quæ ſecundũ contingere ſunt propoſitiones, cõuerti ſibijnuicẽ, dico aũt nõ affirmatiuas negatiuis, ſed quæcunq; affirmatiuã habẽt figurã ſecundũ oppoſitionẽ, ut ea quæ eſt contingit eſſe, ei quæ eſt cõtingit non eſſe, et ea quæ eſt contingit omni, ei quæ eſt cõtingit nulli, uel non omni, et quæ alicui, ei quæ non alicui, eodẽ autẽ modo et in alijs. Quoniã enim q̃ eſt cõtingens non eſt neceſsarium, et q̃ non eſt neceſsariũ poſsibile eſt nõ eſſe, manifeſtũ q̃niã ſi cõtingit a ineſſe b, cõtingit et nõ ineſſe, et ſi omni contingit ineſſe, et omni cõtingit nõ ineſſe. Similiter aũt et in particularibus affirmationibus, nã eadẽ demõſtratio. Sũt aũt huiuſmodi ꝓpoſitiones p̃dicatiuæ nã cõtingere ei quod eſt eſſe, ſimiliter ponit̃, quẽadmodũ dictũ eſt priùs. Determinatis aũt his, rurſum dicimus q̃niã cõtingere duobus modis dicit̃. Vno quidem q̃d plerũq; fit, et deficit neceſsarium, ut caneſcere hominẽ, uel augeri, uel minui, uel omnino q̃d natũ eſt eſſe. Hoc em̃ nõ cõtinuũ habet neceſsariũ, eo q̃d nõ ſemper eſt homo, cũ tamẽ homo eſt, aut ex neceſsitate, aut ut in plurib. eſt. Alio aũt modo, infinitum

nitum quod & ſic,& non ſic poſſibile,ut animal ambulare,uel ambulante fieri motum terræ,uel omnino ꝙ caſu fit,nihil enim magis ſic natũ eſt,uel ẽcõtrario. Conuertitur ergo & ſecundum oppoſitas propoſitiones utrumq; contingens,non tamẽ eodem modo,ſed quod natum quidem eſt eſſe ei quod non ex neceſſitate eſſe. Sic enim contingit non canescere hominem. Infinitum autem ei, quod nihil magis ſic, uel illo modo. Diſciplina autem,& ſyllogiſmus demonſtratiuus,ex infinitis quidẽ non eſt,eo quòd inordinatũ eſt medium,ex iſs uero quę nata ſunt eſſe,penè orationes,& conſiderationes fiunt de ſic contingentibus,ex illis aũt poſsibile quidem eſt fieri ſyllogiſmum,non tamen ſolet quæri. Hæc ergo definientur magis in ſequentibus,nunc autem dicemus,quando & quomodo,& quis erit ſyllogiſmus ex contingentibus propoſitionibus. Quoniam autem contingere hoc huic ineſſe, dupliciter eſt accipere,aut enim cui ineſt hoc,aut cui contingit ipſum ineſſe, nam de quo b, a contingere,horum alterum ſignificat,aut de quo dicitur b, aut de quo contingit dici,de quo aũt b, a contingere,aut omni b poſsibile ineſſe a, nihil differt. Manifeſtum igitur quoniam dupliciter dicetur a omni b ineſſe contingere. Primũ ergo dicemus ſi de quo c, contingit b,& de quo b contingit a, quis erit,& qualis ſyllogiſmus,ſic enim utrꝙ propoſitiones ſumuntur ſecundum contingere,quando autem de quo b eſt,contingit a,hæc quidem ineſſe,illa uero contingens,quare aliis ſimilibus figuris incipiendum quemadmodum & in alijs.

De ſyllogiſmis ex ambabus contingentibus in prima figura. Cap. XIII.

QVando ergo a cõtingit omni b,& b omni c, ſyllogiſmus erit perfectus, quoniam a contingit omni c ineſſe. Hoc autem manifeſtum eſt ex definitione,nam contingere omni ineſſe ſic dicebamus. Similiter autem & ſi a quidem,contingit nulli b, b aũt omni c,quoniam a cõtingit nullic. Nam de quo b contingit,a non contingere,hoc erat nullum dimittere ſub b cõtingẽtiũ. Quãdo aũt a cõtingit omni b,b autem nulli c, per ſumptas quidem propoſitiones nullus fit ſyllogiſmus,cõuerſa aũt b c ſecundũ cõtingere,ſit idem quemadmodum & prius,quoniã enim cõtingit b nulli c ineſſe,contingit & omni ineſſe. Hoc autẽ dictũ prius. Quare ſi b quidem omni c, a autem omni b, rurſum idem fit ſyllogiſmus. Similiter aũt etſi ad utraſq; propoſitiones,negatio ponatur cum cõtingere (dico autẽ ut ſi a, contingit nulli b, & b nulli c) igitẽ per ſumptas quidẽ propoſitiones nullus fit ſyllogiſmus,cõuerſis aũt rurſus idem erit,qui & prius. Manifeſtum eſt igitur quoniã negatione poſita ad minorem extremitatẽ,uel ad utraq; propoſitiones,aut non fit ſyllogiſmus, aut fit quidẽ ſed nõ perfectus, ex conuertione enim fit neceſſarium. Si aũt hæc quidem propoſitionũ uniuerſalis,illa uero particularis ſumaẽ,ad maiorẽ quidẽ extremitatẽ poſita uniuerſali,ſyllogiſmus erit perfectus. Nã ſi a omni b cõtingit,b aũt alicui c; a alicui c cõtingit,hoc aũt,manifeſtũ ex definitione cõtingentis. Rurſum ſi a cõtingit nulli b, b aũt cõtingit alicui c ineſſe,neceſſe eſt a contingere alicui c non ineſſe. Demõſtratio aũt eadem quæ in his. Si autẽ priuatiua ſumaẽ particularis propoſitio, uniuerſalis aũt affirmatiua, poſitione autẽ ſimiliter ſe habeãt (ut a quidẽ omni b cõtingat,b aũt alicui c cõtingat non ineſſe) per ſumptas quidem propoſitiones non fit manifeſtus ſyllogiſmus, cõuerſa autem particulari,& poſito b, alicui c contingere ineſſe,eadem erit cõcluſio quæ & prius,quemadmodũ in ijs quæ ex principio. Si aũt quæ ad maiorem extremitatẽ particularis ſumatur,quæ ad minorem uniuerſalis, ſiue utrꝙ ſumãtur affirmatiuæ,ſiue priuatiuę,ſiue non ſimilis figuræ,ſiue utræq; indefinitæ,uel particulares,nullo modo erit ſyllogiſmus. Nihil eñ ,phibet b tranſcendere a, & non prædicari de æquis, in quo enim b trãſcẽdit a ſumaẽ c,huic neq; omni,neq; nulli,neq; alicui,neq; non alicui cõtingit a ineſſe,ſiqdem cõuertunt ſecũdum cõtingere propoſitiones,& b pluribus cõtingit quã a ineſſe. Amplius aũt ex terminis manifeſtum eſt, nam ſic ſe habẽtibus propoſitionibus primũ poſtremo & nulli contingit,& omni ex neceſſitate ineſſe

ineſſe. Termini autẽ cõmunes omnium,ineſſe quidem ex neceſſitate,animal,albũ, homo, non contingere uero,animal,album,ueſtis. Manifeſtum igitur quoniam hoc modo habentibus ſe terminis,nullus fit ſyllogiſmus,nã omnis ſyllogiſmus uel eius quod eſt ineſſe eſt,uel ex neceſsitate uel contingere,nõ eſt autẽ eius ꝙ eſt ineſſe,neq; neceſſarij, manifeſtũ quoniã nõ eſt, nam affirmatiuus interimitur priuatiuo, & priuatiuus affirmatiuo, relinquitur ergo eius quod cõtingere eſſe, hoc autem impoſsibile, Oſtenſum eſt enim quoniam ſic ſe habentibus terminis, & omni poſtremo primum neceſſe ineſſe,& nulli contingere ineſſe, quare non erit eius quod eſt cõtingere ſyllogiſmus, nam neceſſarium uno erat contingens. Manifeſtum autem & quoniã cum uniuerſales ſunt termini in cõtingentibus propoſitionibus, ſemper fit ſyllogiſmus in prima figura, ſiue ſunt prædicatiui, ſiue priuatiui, Verum ex pdicatiuis qdem perfectus, ex priuatiuis autem imperfectus. Oportet aũt cõtingere ſumerẽ in neceſſarijs, ſed ſecundũ dictã definitionem, aliquoties aũt latet huiuſmodi.

De ſyllogiſmis ex una abſoluta, & altera contingente in prima figura. Cap. XIIII.

SI autem hæc quidem ineſſe, illa uero contingere ſumaẽ propoſitionum, quando quæ ad maiorem quidem extremitatem cõtingere ſignificauerit, perfecti erunt omnes ſyllogiſmi, & cõtingentis ſecundũ dictã determinationẽ, quando aũt quę ad minorẽ, & impfecti omnes, & priuatiui ſyllogiſmi non cõtingẽtis ſecundũ dictã determinationẽ, ſed eius ꝙd eſt nulli, aut non omni ex neceſsitate ineſſe. Si enim nulli, aut non omni ex neceſſitate contingere dicimus, & nulli, & nõ omni ineſſe. Contingat enim a omni b, b autẽ omni c ponaẽ ineſſe, quoniã igitur ſub b eſt c, a autem cõtingit omni b, manifeſtum quoniam & c omni contingit a, ſit ergo perfectus ſyllogiſmus. Similiter aũt & cum priuatiua eſt a b propoſitio, b c autem affirmatiua, & hęc quidem contingere, illa uero ineſſe ſumetur, perfectus erit ſyllogiſmus, quonniam a contingit nulli c ineſſe. Quoniam ergo ineſſe poſito ad minorem extremitatem, perfecti ſyllogiſmi fiunt, manifeſtum. Quod aũt contrariæ ſe habente erunt ſyllogiſmi, pet impoſſibile monſtrãdum eſt, ſimul autẽ erit manifeſtum & quoniã imperfecti, nã oſtenſio nõ ex ſumptis propoſitionibus. Primum autem dicendũ quoniã ſi cũ eſt a, neceſſe eſt eſſe b, & cum poſſibile eſt eſſe a, poſſibile erit b ex neceſſitate. Sit enim ſic ſe habentibus rebus ut in quo qdem a poſſibile, in quo autem b, impoſſibile, ſi ergo aliud poſsibile quidẽ eſt, cũ poſſibile eſſe, ipſum fiet, hoc uero impoſsibile, quoniam impoſsile, non utique fiet, ſimul aũt ſi a poſsibile, & b impoſsibile, contiget fieri præter b, ſi autem fieri & eſſe. Nam quod fit, quando factum eſt, eſt. Oportet autem accipere nõ ſolum in generatione poſſibile, & impoſſibile, ſed & in uerũ eſſe, & in ꝙd actu eſt, & ꝙcunq; modo ſimpliciter aliter dicit poſſibile, in omnibus enim ſimiliter ſe habebit. Amplius cũ eſt a, b eſſe, nõ tanꝯ uno aliquo exiſtẽte a, erit b, oportet opinari, nihil enim eſt ex neceſſitate uno aliquo exiſtente, ſed duobus ad minus, ut quãdo propoſitiones ſic ſe habent (ut dictum eſt) ſecundũ ſyllogiſmum, nam ſic dicitur de d, d autẽ de e, & c de e ex neceſſitate, & ſi utrunq; poſſibile, & concluſio erit poſſibilis. Quemadmodum ergo ſi quis ponat a quidem propoſitiones, b aũt concluſionem, accidet non ſolum a exiſtente neceſſario, & b ſimul eſſe neceſsarium, ſed etiam poſsibili, poſſibile. Hoc autem oſtenſo manifeſtum eſt quoniam falſo poſito, & non impoſsibili, & quod accidit propter poſitionem falſum erit, & non impoſsibile, ut ſi a falſum quidem eſt, non tamen impoſsibile, cum autem ſit a & b, & b erit falſum quidem, non tamẽ impoſsibile. Nam oſtenſum eſt quoniã cum eſt a, eſt b, & cũ poſſibile eſt a, poſſibile eſt b. Poſitum autẽ eſt a, poſsibile eſse, & b erit poſsibile, ſi enim impoſsibile eſt b, ſimul idem erit poſsibile, & impoſsibile. Determinatis autem ijs, inſit a, omni b, b autem cõtingit omni c, neceſse eſt a igitur contingere omni c ineſſe. Non eñ cõtingat, b autẽ omni c ponaẽ ineſse, hoc aũt falſum quidẽ, nõ tamẽ impoſsibile, ſi ergo a qdem nõ cõtingit omni c, b aũt omni c inſit, a nõ omni b cõtingit.

Fit enim

Fit enim ſyllogiſmus per tertiam figuram. Sed poſitū erat omni c contingere ineſſe, neceſſe eſt ergo a, omni c contingere. Falſo enim poſito, & non impoſsibili, quod accidit eſt impoſsibile. Poſſibile eſt autem & primam figuram facere impoſsibile ponentes b ineſſe c, nam ſi b omni c ineſt, a autē omni b contingit, & omni c continget a, ſed poſitum erat non omni poſsibile ineſſe. Oportet autem accipere omni ineſſe non ſecundum tempus determinantes, ut nunc, aut in hoc tēpore, ſed ſimpliciter (per huiuſmodi enim propoſitiones & ſyllogiſmos facimus) quoniam ſecūdum nunc ſumpta propoſitione, nō erit ſyllogiſmus. Nihil enim fortaſſe prohibet quandoq; & omni mouenti hominē ineſſe, ut ſi nihil aliud moueatur, mouens autem contingit omni equo, ſed homo nulli equo contingit. Amplius: Sit primum quidem animal, medium uero mouens, poſtremum uero homo, ergo propoſitiones quidē ſimiliter ſe habebunt, cōcluſio uero erit neceſſaria, non cōtingens. Ex neceſſitate enim homo eſt animal, manifeſtū igitur quoniā uniuerſale ſumendū ſimpliciter, & nō tempore determinātes. Rurſum: Sit priuatiua propoſitio uniuerſalis a b, & ſumaſ a quidē nulli b ineſſe, b autem contingat omni c ineſſe. His igit poſitis neceſſe eſt a cōtingere nulli c ineſſe, non enim contingat, b autem ponatur inesse c ſicut prius, neceſſe eſt igit a, alicui b ineſſe, fit enim ſyllogiſmus per tertiā figurā. Hoc autem impoſsibile, quare contingit a, nulli c. Poſito enim falſo, & non impoſsibili, impoſsibile eſt quod accidit. Hic ergo ſyllogiſmus nō eſt cōtingentis ſecundum definitionem, ſed nulli ineſſe ex neceſsitate. Hæc eſt contradictio factæ hypotheſis. Poſitum eſt enim ex neceſſitate a alicui c ineſſe, ſyllogiſmus autē per impoſsibile, oppoſitæ eſt contradictionis. Amplius autem & ex terminis manifeſtum, quoniam non erit concluſio contingens, ſit enim a quidem coruus, in quo autem b intelligens, in quo aūt c homo, nulli ergo b ineſt a, nam nullum intelligēs coruus, b autem cōtingit omni c, omni enim homini ineſt intelligere, ſed a, ex neceſſitate nulli c, non igitur concluſio contingēs. Sed nec neceſſaria ſemp, ſit enim a quidem mouens, b autem ſcientia, in quo aūt c homo, ergo a quidem nulli b inerit, b autem omni c contingit, & non erit concluſio neceſſaria, non enim neceſſe eſt nullum hominem moueri, ſed neceſſe eſt aliquem. Manifeſtum igitur q̄niā eſt cōcluſio eius, quod eſt nulli ex neceſsitate ineſſe. Sumendum autem melius terminos.

Si aūt priuatiuum ponatur ad maiorem extremitatem contingere ſignificans, ex ipſis quidem ſumptis propoſitionibus, nullus erit ſyllogiſmus, conuerſa autem ſecundum contingens propoſitione, erit quemadmodum in prioribus. Inſit enim a, omni b, b autem contingat nulli c, ſic ergo habentibus ſe terminis, nihil erit neceſſarium. Si aūt conuertaſ b c, & ſumatur b cōtingere omni c, fiet ſyllogiſmus quē admodū prius, ſimiliter enim habent ſe termini poſitione. Eodē aūt modo & cū priuatiua ſunt utraq; interualla, ſi a b quidem non ineſſe, b c aūt nulli, cōtingere ſignificat, nā per ea gdem quæ ſumpta ſunt, nullo modo fit neceſsariū, cōuerſa autē ſecundum contingens propoſitione erit ſyllogiſmus, ſumatur enim a quidem, nulli b ineſſe, b aūt contingere nulli c, p hęc quidē nihil neceſſariū. Si aūt ſumaſ b, omni c contingere, q̄ uerū eſt, a b autē propoſitio ſimiliter ſe habeat, rurſus erit idem ſyllogiſmus. Si autem nō ineſſe ponaſ b, omni c, & non cōtingere non ineſſe, non erit ſyllogiſmus nullo modo, ſiue priuatiua ſit, ſiue affirmatiua a b propoſitio. Termini autem communes ex neceſſitate quidem ineſſe, album, animal, nix. Non contingere autem, album, animal, pix. Manifeſtum eſt igitur quoniam cum uniuerſales ſunt termini, & hæc quidem propoſitionum ineſſe, illa uero ſumitur contingens, quando quæ ad minorem eſt extremitatem contingere ſumitur propoſitio, ſemper fit ſyllogiſmus, ueruntamen quandoquidem ex ipſis, quando autem propoſitione conuerſa, quando uero utrumque horum, & ob quam cauſam, diximus. Si autem hoc quidem uniuerſale, illud uero particulare ſumitur interuallorū, quando ad maiorem quidem extremitatem uniuerſale ponitur, & contingens ſiue negatiuum,

tiuum, ſiue affirmatiuum, particulare autem affirmatiuum & ineſſe, erit ſyllogiſmus perfectus, quemadmodum & cum uniuerſales ſunt termini, demonſtratio autem, eadem quæ & prius. Quando autem uniuerſale quidem fuerit, ad maiorem extremitatem ineſſe, & non cōtingens, alterum uero particulare, & contingens, ſiue affirmatiuē, ſiue negatiuē ponātur utraq;, ſiue hæc quidē negatiua, illa uero affirmatiua, omnino erit ſyllogiſmus imperfectus. Verum hi quidem per impoſsibile oſtenduntur, illi uero per cōuerſionem cōtingentis, quemadmodū in prioribus. Erit autem ſyllogiſmus per cōuerſionem, & quando uniuerſalis quidem ad maiorē extremitatem poſita ſignificauerit ineſſe, uel non ineſſe, particularis uero cū ſit priuatiua, ſumatur contingēs, ut ſi a quidem omni b ineſt, uel non ineſt, b autem alicui contingit non inesse, conuerſa enim b c, ſecundum contingere fit ſyllogiſmus. Quando autem non ineſſe ſumet particulariter poſita propoſitio, non erit ſyllogiſmus. Termini ineſſe, album, animal, nix, non ineſſe autem, album, animal, pix, per indefinitū enim eſt ſumenda demonſtratio. Si aūt uniuerſale quidē ponatur ad minorē extremitatē, particulare autem ad maiorem ſiue priuatiuū, ſiue affirmatiuū, ſiue contingens, ſiue ineſſe utriuuis, nullo modo erit ſyllogiſmus. Nec cum particulares, uel indefinitæ ponent propoſitiones, ſiue contingere ſumptæ, ſiue ineſſe, ſeu permutatim, nec ſic erit ſyllogiſmus, demonſtratio autem eadem, quæ in prioribus. Termini aūt cōmunes ineſſe quidem, ex neceſſitate, animal, album, homo: non contingere uero, animal, albū, tunica. Manifeſtū eſt igitur quoniam uniuerſali poſito ad maiorem extremitatē ſemper erit ſyllogiſmus, ad minorem autem nunquam.

Mixtio neceſſarij, & contingentis in prima figura. Cap. XV.

QVando autem hæc quidem propoſitionū ex neceſſitate ineſſe, uel non inesſe, illa uero contingere ſignificat, ſyllogiſmus quidem erit hoc modo habentibus ſe terminis. Et perfectus, quādo ad minorem extremitatem ponetur neceſſaria. Concluſio autem, ſi predicatiui ſunt quidem termini, cōtingentis, & non ineſſe erit, ſiue uniuerſaliter, ſiue non uniuerſaliter ponantur, ſi autem ſint hoc quidem affirmatiuum, illud uero priuatiuum, quādo affirmatiuū quidem fuerit neceſſariū, & contingentis erit concluſio, & non eius quod eſt nō ineſſe. Quando autem priuatiuum neceſſariū, & contingentis non eſſe, & non ineſſe, ſiue uniuerſales, ſiue non uniuerſales ſint termini. Cōtingere autem in concluſione eodem modo accipiendū eſt, quo in prioribus. Eius autem quod eſt ex neceſſitate non ineſſe, non erit ſyllogiſmus, aliud enim eſt non ex neceſſitate ineſſe, & ex neceſſitate non ineſſe. Quoniam igitur uniuerſalibus affirmatiuis exiſtentibus terminis non fit cōcluſio neceſſaria, manifeſtū: inſit enim a omni b ex neceſsitate, b autem contingat omni c, erit igitur ſyllogiſmus imperfectus, quoniam a contingit omne c inesſe. Quoniam autem imperfectus, ex demonſtratione palam eodem enim modo oſtendetur, quo & in prioribus. Rurſum a quidem contingat omni b ineſſe, b autē omni c inſit ex neceſsitate, erit itaq; ſyllogiſmus, quoniam a contingat omni c inesſe, ſed non quoniam ineſt, & perfectus quidem, ſed non imperfectus, ſtatim enim perficit per ex principio propoſitionis. Si aūt nō ſimilis figuræ ſint propoſitiones, ſit primū priuatiua neceſſaria, & a quidem nulli contingat b ex neceſsitate, b autē cōtingat omni c, neceſſe eſt igitur a nulli c ineſſe. Ponatur enim a ineſſe aut omni, aut alicui, poſitum autē eſt a nulli cōtingere b, quoniam ergo conuertitur priuatiua, & b nulli a contingit, a autem poſitum eſt ineſſe c aut omni, aut alicui, quare nulli, aut nō omni c cōtinget b ineſſe, ſed ſupponebatur omni ex principio. Manifeſtum autem quoniam & eius quod eſt contingere non ineſſe fit ſyllogiſmus, ſiquidem nō ineſſe. Rurſum ſit affirmatiua quidem propoſitio neceſſaria, & a quidē contingat nulli b ineſse, b aūt inſit omni c ex neceſsitate. Ergo fit ſyllogiſmus quidē perfectus, ſed non eius quod eſt non ineſse, ſed eius quod eſt contingere nō ineſſe.

Nam & propoſitio ſic ſumpta eſt, quæ ad maiorem eſt extremitatẽ, & ad impoſsibile non eſt ducere: nam ſi ponatur a ineſſe ulli c, poſitum eſt autem & a, b cõtingere nulli ineſſe, nihil accidit per hæc impoſſibile. Si autem ad minorem extremitatem ponatur priuatiuum quando contingere quidem ſignificauerit, ſyllogiſmus erit per conuerſionem quemadmodum in prioribus. Quando autẽ non contingere, non erit ex neceſſitate, nec quando utraq; quidem propoſitio priuatiua, non eſt autem cõtingens quod ad minorem eſt. Termini autẽ ineſſe quidem, album, animal, nix: non ineſſe quidem, album, animal, pix. Eodem autẽ modo ſe habebit, & in particularibus ſyllogiſmis. Quãdo enim fuerit priuatiua neceſſaria, & concluſio erit eius quod eſt non ineſse, ut ſi a quidem nulli b contingit ineſse ex neceſsitate, b autẽ alicui cõtingat ineſse, neceſse eſt a alicui eorum quæ ſunt c nõ ineſse. Si enim a omni c ineſt, nulli autem contingit b, & b nulli a cõtingit ineſse: quare ſi omni c ineſt a, nulli c contingit b, ſed poſitum erat alicui contingere. Quando aũt particularis affirmatiua neceſsaria fuerit, quæ in priuatiuo eſt ſyllogiſmo, ut b c, aut uniuerſalis in affirmatiuo, ut a b, non erit ineſſe ſyllogiſmus. Demonſtratio autem eadem quæ in prioribus. Si autem uniuerſale quidem ponatur ad minorem extremitatem uel affirmatiuum, uel priuatiuũ contingens, particulare autẽ neceſſariũ, nõ erit ſyllogiſmus. Termini autem ineſſe quidem ex neceſsitate, animal, album, homo: non contingere autem, animal, album, tunica. Quãdo ſimiliter uniuerſale quidem eſt neceſſariũ, particulare autem contingens, cum priuatiuum quidem eſt uniuerſale, ineſſe quidem termini, animal, album, coruus: nõ ineſſe, animal, album, pix. Cum autem affirmatiuũ, ineſſe quidem, animal, album, cygnus, nõ cõtingere autem, animal, album, nix. Nec quando indefinitæ ſumuntur propoſitiones, aut utræque particulares, non ſic erit ſyllogiſmus. Termini autẽ cõmunes, ineſſe quidem, animal, album, homo, non ineſſe autẽ, animal, albũ, inanimatum. Nam & animal alicui albo, & album inanimato alicui eſt neceſſariũ ineſſe, & non cõtingit ineſſe, & in cõtingenti ſimiliter, quare ad omnia utiles ſunt termini. Manifeſtũ ergo ex iis quæ dicta ſunt, quoniã ſimiliter habẽtibus ſe terminis, & in eo quòd eſt ineſſe, & in neceſſariis, & fit, & nõ fit ſyllogiſmus, uerũtamen ſecundũ ineſſe quidem poſita priuatiua propoſitione, eius quod eſt contingere erat ſyllogiſmus, ſecundũ neceſſariũ autem priuatiua, & contingere, & non ineſſe. Palàm autem & quoniã omnes imperfecti ſyllogiſmi, & quomodo perficiuntur per prædictas figuras.

De ſyllogiſmis ex ambabus contingentibus in ſecunda figura. Cap. XVI.

IN ſecũda autem figura quãdo cõtingentes quidem ſumuntur utræq; propoſitiones, nullus erit ſyllogiſmus, ſiue ſint affirmatiuę, ſiue priuatiuæ, ſiue uniuerſales, ſiue particulares. Quãdo autẽ hæc quidẽ ineſſe, illa uero cõtingere ſignificat, affirmatiua quidẽ ineſſe ſignificante, nunquã erit ſyllogiſmus, priuatiua uniuerſali exiſtẽte, ſemper. Eodem modo & quãdo hæc quidem ex neceſſitate, illa uero contingere aſſumat, oportet autem & in his accipere, quod in cõcluſionibus eſt contingens, quemadmodũ in prioribus. Primũ igitur oſtendendum, quoniam non couertitur in cõtingẽti, priuatiua, ut ſi a cõtingit nulli b, nõ neceſſe eſt & b cõtingere nulli a. Ponatur enim hoc & cõtingat b nulli a ineſſe, ergo quoniã conuertitur, quę ſunt in eo quòd eſt contingere affirmationes negationibus, & contrariæ, & contrafacentes, b autem contingit nulli a ineſſe manifeſtum eſt, quoniam & omni a contingit b ineſſe. Hoc autem falſum eſt. Non enim ſi hoc huic omni contingit, & hoc huic cõtingat neceſſariũ, quare non cõuertitur priuatiua. Amplius autẽ nihil prohibet a quidẽ contingere nulli b, b autẽ alicui a ex neceſſitate nõ ineſſe, ut albũ quidem contingit omni homini non ineſſe, nam & ineſſe hominẽ aũt non uerũ eſt dicere, quoniã contingit nulli albo, pluribus enim ex neceſſitate non ineſt, neceſſarium autẽ nõ inerat cõtingens. Sed nec ex impoſſibili oſtẽdet cõuertens, ut ſi quis putet, quoniã falſum eſt b cõtingere nulli a ineſſe, uerum nõ cõtingere nulli a, affirmatio

tio enim & negatio, ſi autẽ hoc uerũ, ex neceſſitate alicui a ineſſe b, quare & a alicui b ineſſe, hoc autẽ impoſsibile. Non enim ſi a non contingit nulli b, neceſſe eſt a alicui b ineſſe. Nam non contingere nulli dicitur dupliciter, hoc quidem ſi ex neceſsitate alicui ineſt, illud uero ſi ex neceſsitate alicui non ineſt. Nam quod ex neceſsitate alicui eorum quæ ſunt a non ineſt, non eſt uerum dicere, quoniam omni cõtingit non ineſſe, quemadmodum nec alicui ineſt ex neceſsitate, quoniam omni cõtingit ineſſe. Si ergo aliquis putet, quoniam contingit c, omni d ineſse, ex neceſsitate alicui non ineſse ipſum, falſum ſumet, omni enim ineſt, ſi contingat, ſed quoniam quibuſdam ex neceſsitate ineſt, propter hoc dicimus non omni contingere.

Quare ei quod eſt contingere omni ineſſe, & ea quæ eſt ex neceſsitate alicui ineſſe, opponitur, & ea quæ eſt ex neceſsitate alicui non ineſſe, ſimiliter autem & ei quæ eſt contingere nulli. Palàm ergo quoniam ad ſic contingens, & non contingens, ut in principio definiuimus, non ſolum ex neceſsitate alicui ineſſe, ſed & ex neceſsitate alicui nõ ineſſe ſumendũ. Hoc autẽ ſumpto, nihil accidit impoſsibile, quare non fit ſyllogiſmus. Manifeſtum ergo ex iis quæ dicta ſunt, quoniã non cõuertitur priuatiua. Hoc autem oſtenſo ponat a, b quidẽ contingere nulli, c uero omni, per conuerſionẽ ergo nõ erit ſyllogiſmus. Dictũ eſt enim, quoniã nõ cõuertitur huiuſmodi propoſitio. Sed nec per impoſsibile, nam poſito b omni c cõtingere ineſſe, nihil accidit falſum, continget enim a, & omni & nulli c ineſſe. Omnino autẽ ſi eſt ſyllogiſmus, palàm quoniã cõtingens erit, eo q̃ neutra propoſitionũ ſumpta eſt in eo, q̃ eſt ineſſe, & hic uel affirmatiuus, uel priuatiuus: neutro aũt modo poſsibile eſt, affirmatiuo enim poſito, oſtendetur per terminos quoniã non cõtingit ineſſe: priuatiuo autẽ, quoniam concluſio non eſt contingens, ſed neceſsaria. Sit enim a quidem album, b aũt homo, in quo autem c, equus, ergo albũ a cõtingit huic quidem omni, illi uero nulli ineſſe, ſed b neq; ineſſe cõtingit c, neq; nõ ineſſe. Quoniã igitur inesse non poſsibile, eſt manifeſtũ, nullus enim equus homo, ſed neq; contingere non ineſſe, neceſſe eſt enim nullum equũ hominẽ eſse, neceſsariũ autem non erat contingens, nõ igitur fit ſyllogiſmus. Similiter autẽ oſtendetur, & ſi è cõuerſo ponatur priuatiua, & ſi utræq; affirmatiuè ponant, uel priuatiuè, nam per eoſdẽ terminos erit demõſtratio. Et quãdo hæc quidẽ uniuerſalis, illa uero particularis, uel utræq; particulares, uel indefinitę, aut quolibet modo aliter cõtingit permutari propoſitiones, ſem per enim erit per eoſdem terminos demonſtratio. Manifeſtum ergo quoniam utriſq; propoſitionibus ſecundum contingere poſitis, nullus fit ſyllogiſmus.

Mixtio abſoluti, & contingentis in ſecunda figura. Cap. XVII.

SI autẽ altera quidem ineſſe, altera uero cõtingere ſignificat, prædicatiua quidem ineſſe poſita, priuatiua uero contingere, nunq; erit ſyllogiſmus, ſiue uniuerſaliter, ſiue particulariter ſumãtur termini, demõſtratio autẽ eadem, & per eoſdẽ terminos. Quãdo autem affirmatiua quidem cõtingere, priuatiua inesse, erit ſyllogiſmus. Sumatur enim a, b quidem nulli ineſſe, c uero omnia cõtingere, cõuerſa ergo priuatiua, b ineſt nulli a, a aũt omni c cõtingebat, fit ergo ſyllogiſmus, quoniã b contingit nulli c, per primã figurã. Similiter autem & ſi ad c ponatur priuatiua. Si autem utræq; ſint priuatiuæ, ſignificet autem hæc quidẽ non ineſſe, illa uero cõtingere non ineſſe, per ea quidẽ quę ſumpta ſunt nihil accidit neceſſariũ, cõuerſa autem ſecundũ contingere propoſitione fit ſyllogiſmus, quoniã b cõtingit nulli c ineſſe, quemadmodũ in prioribus, erit enim rurſum prima figura. Si aũt utræq; ponantur prædicatiuæ, non erit ſyllogiſmus. Termini quidem ineſſe ſanitas, equus, homo. Eodẽ aũt modo ſe habebit & in particularibus ſyllogiſmis. Quãdo autẽ erit affirmatiua ineſſe, ſiue uniuerſaliter, ſiue particulariter ſumpta nullus erit ſyllogiſmus: hoc aũt ſimiliter, & per eoſdẽ terminos demonſtrat, quibus & prius. Quando autem & priuatiua, erit per cõuerſionem, quemadmodũ in prioribus. Rurſum iam bo quidem interualla priuatiua ſumãtur, uniuerſaliter autẽ quod nõ ineſſe, ex ipſis quidẽ propoſitionibus non erit neceſſariũ, cõuerſa autẽ contingenti ſicut in priori-

bus, erit ſyllogiſmus. Si aũt ineſſe quidem ſit priuatiua, particulariter quidem ſumpta, non erit ſyllogiſmus, neq; prędicatiua, neq; priuatiua exiſtẽte altera propoſitione. Nec quando utræq; ponuntur indefinitæ, uel affirmatiuæ, uel negatiuæ, aut particulares, demonſtratio autem eadem, & per eoſdem terminos.

Mixtio neceſſarij & contingentis in ſecunda figura. Cap. XVIII.

SI autem hæc quidem propoſitionũ ex neceſſitate, illa uero cõtingere ſignificat, priuatiua quidem neceſſaria, erit ſyllogiſmus non ſolum quoniã contingit non ineſſe, ſed & quoniam non ineſt, affirmatiua autem nõ erit. Ponaẽ autem a b quidem nulli ineſſe ex neceſſitate, c aũt omni contingere, conuerſa ergo priuatiua, & b nulli a inerit, a autẽ omni e cõtingebat. Fit igitur rurſum per primã figurã ſyllogiſmus, quoniã b contingit nulli c ineſſe. Simul autem manifeſtũ quoniã neq; ineſt b, nulli c, ponaẽ enim ineſſe, ergo ſi a nulli b cõtingit, b aũt ineſt alicui c, a alicui c non cõtingit, ſed omni ponebaẽ cõtingere. Eodẽ aũt modo oſtendetur, & ſi ad c ponatur priuatiuum. Rurſum. Sit prædicatiua quidem neceſſaria, altera autem priuatiua, & cõtingens, & a b contingat nulli, c autem omni inſit ex neceſſitate, ſic ergo habentibus ſe terminis, nullus erit ſyllogiſmus, accidit enim b ex neceſſitate nõ ineſſe. Sit enim a quidem album, in quo autẽ b, homo, in quo uero c, cygnus, ergo album cygno quidem ex neceſſitate ineſt, homini autem contingit nulli, & homo nulli cygno ex neceſſitate. Quoniã igitur eius quod eſt contingere non eſt ſyllogiſmus, manifeſtũ eſt, nam ex neceſſitate nõ erat contingens. Sed tamen non neceſſarij, nam neceſſarium aut ex utriſq; neceſſarijs, aut ex priuatiua neceſſaria cõtingebat. Amplius & poſſibile eſt ijs poſitis b ineſſe c. Nihil enim prohibet c quidem ſub b eſſe, a autem b quidem omni contingere, c uero ex neceſſitate ineſſe, ut ſit quidem c uigilia, b autem animal, in quo autem a, motus. Nam uigilanti quidem ex neceſſitate ineſt motus, animali autem nulli cõtingit, & omne uigilans animal. Manifeſtum ergo quoniã non eius quod eſt non ineſſe, ſiquidem ſic ſe habentibus terminis, neceſſe eſt ineſſe, neq; autem oppoſitarũ affirmationũ, quare nullus erit ſyllogiſmus. Similiter autem oſtendetur, & ẽ cõuerſo poſita affirmatiua. Si autem ſimilis figurę ſint propoſitiones, cum priuatiuæ ſint, ſemper fit ſyllogiſmus, cõuerſa ſecundũ contingere propoſitione, quemadmodum in prioribus. Siſumatur enim a, b quidem ex neceſſitate non ineſſe, c autem contingere non ineſſe, cõuerſis autem propoſitionibus, b quidem nulli ineſſe a, a autem omni c cõtingit, fit igitur prima figura, & ſi ad c ponatur priuatiuũ ſimiliter. Si autẽ prædicatiuæ ponantur, non erit ſyllogiſmus, nam eius quod eſt non ineſſe, aut eius quod eſt ex neceſſitate non ineſſe, manifeſtum quoniam nõ erit, eo quòd non ſumpta ſit priuatiua propoſitio, neq; in eo quòd eſt ineſſe, neq; in eo quòd eſt ex neceſſitate ineſſe, ſed neque eius q; eſt cõtingere non ineſſe, ex neceſſitate enim ſic ſe habentibus, b non inerit c, ut ſi a quidẽ ponatur albũ, in quo aũt b, cygnus, in quo autem c, homo, neq; oppoſitarũ affirmationum, quoniã oſtenſum eſt b ex neceſſitate non ineſſe c, non ergo fit ſyllogiſmus omnino. Similiter autẽ ſe habebit & in particularibus ſyllogiſmis. Quando autem fuerit priuatiua, & uniuerſalis, & neceſſaria, ſemper erit ſyllogiſmus, & eius quod eſt cõtingere non ineſſe, & eius quod eſt nõ ineſſe, demonſtratio autem per cõuerſionem. Quando autem affirmatiua, nunquã, eodem autem modo oſtendetur quo & in uniuerſalibus, & per eoſdẽ terminos. Nec quãdo utræq; ſumũtur affirmatiuẽ, nam & huius eadem demonſtratio, quæ & prius. Quando utræq; quidẽ priuatiuæ, uniuerſalis autẽ, & neceſſaria, quæ non ineſſe ſignificat, per ea quidem, quæ ſumpta ſunt, non erit neceſſariũ, cõuerſa autem ſecundum cõtingere propoſitione, erit ſyllogiſmus, queamdmodũ in prioribus. Si autem utræq; indefinitæ, uel particulares ſumãtur, nõ erit ſyllogiſmus, demonſtratio autem eadẽ, & per eoſdem terminos. Manifeſtũ igitur ex prædictis, quoniam priuatiua quidem uniuerſalis poſita neceſſaria, ſemper fit ſyllogiſmus, non ſolum eius, quod eſt cõtingere nõ inẽſſe, ſed & non ineſſe, affirmatiua autẽ nunquã. Et quoniã eodẽ modo ſe habẽtibus, & in

& in neceſſarijs, & in ijs quæ inſunt, ſit & non ſit ſyllogiſmus. Palàm & quoniã imperfecti omnes ſunt ſyllogiſmi, & quoniã omnes perficiũtur per prædictas figuras.

De ſyllogiſmis ex ambabus contingentibus in tertia figura. Cap. XIX.

IN poſtrema autem figura, & utriſque cõtingentibus, & altera, erit ſyllogiſmus. Quando ergo cõtingere ſignificant propoſitiones, & concluſio erit cõtingens. Et quando hæc quidem contingere, illa uero ineſſe, ſimiliter erit ſyllogiſmus. Quando autem altera ponitur neceſſaria, ſi affirmatiua quidem non erit concluſio, neque neceſſaria, neq; ineſſe. Si autem priuatiua, eius quod eſt non ineſſe erit ſyllogiſmus, quemadmodum in prioribus. Sumẽdum autem & in his ſimiliter, quod eſt in concluſionibus contingens. Sint ergo primum contingentes, & a & b contingant omni c ineſſe, quoniam ergo conuertitur affirmatiua particulariter, b autem omni c contingit, & c alicui b contingit, quare ſi a quidem omni c contingit, c autem alicui b, & a alicui b cõtingit, ſit enim prima figura. Et ſi a quidem contingit nulli c ineſſe, b aũt omni c contingat, neceſſe eſt a alicui b cõtingere non ineſſe, erit enim rurſum prima figura per conuerſionem. Si autem utræq; priuatiuæ ponantur, ex his quidem quæ ſumpta ſunt non erit neceſſarium, conuerſis autẽ propoſitionibus erit ſyllogiſmus, quemadmodum in prioribus. Si enim a & b contingunt c non ineſſe, ſi tranſmutatur contingere non ineſſe, rurſum erit prima figura per conuerſionem. Si autem hic quidẽ terminorum eſt uniuerſalis, ille uero particularis, eodẽmodo ſe habẽtibus terminis quo ineſſe, & erit, & non erit ſyllogiſmus. Cõtingat enim a quidẽ omni c, b autem alicui c ineſſe, erit ergo rurſum prima figura particulari propoſitione cõuerſa, nam ſi a omni c, c autẽ alicui b, & a alicui b contingit. Et ſi ad b c ponatur uniuerſale, ſimiliter. Similiter autẽ & ſi a c quidem priuatiua ſit, b c autem affirmatiua, erit unum rurſum prima figura per conuerſionem, ſi autem utræq; priuatiuæ ponantur, hæc quidem uniuerſaliter, illa uero particulariter, per ea quidem quæ ſumpta ſunt non erit ſyllogiſmus, cõuerſis autem propoſitionibus erit, quemadmodum in prioribus. Quando autem utræq; indefinitæ, uel particulares ſumãtur, non erit ſyllogiſmus, etenim neceſſe eſt a omni b, & nulli ineſſe. Termini ineſſe, animal, homo, album: nõ ineſſe, equus, homo, mediũ, albũ.

Mixtio contingentis & ineſſe in tertia figura. Cap. XX.

SI autem hæc quidem propoſitionum ineſſe, illa autem contingere ſignificet, concluſio quidem erit quoniam cõtingit, & non quoniam ineſt, ſyllogiſmus autem erit eodem modo ſe habentibus terminis, quo & in prioribus. Sint enim primũ prædicatiuæ, & a quidem omni c inſit, b autem omni c contingat, conuerſa ergo b c erit prima figura, & concluſio quoniam cõtingit a alicui b ineſſe, cum enim altera propoſitionum in prima figura ſignificabit contingere, & concluſio erit contingens. Similiter autem & ſi b c, quidem ineſſe, a c autem contingit ineſſe. Et ſi a c quidem priuatiua, b c autem prædicatiua, inſit autem alterutra utriuſq;, contingens erit concluſio, fit enim rurſum prima figura. Oſtenſum eſt autem quoniam ſi altera propoſitio ſignificet contingere in prima figura, & concluſio erit cõtingens. Si autem contingens priuatiua ponatur ad minorem extremitatem, uel ſi utraq; ponatur priuatiua, per ea quidem quæ poſita ſunt non erit ſyllogiſmus, conuerſis autem erit, quemadmodum & in prioribus. Si autem hæc quidem propoſitionũ ſit uniuerſalis, illa uero particularis, utriſq; quidem prædicatiuis, aut uniuerſali quidẽ priuatiua, particulari autem affirmatiua, idem modus erit ſyllogiſmorum, omnes enim claudũtur per primam figuram. Quare manifeſtum quoniam eius quod eſt contingere, & non eius quod eſt ineſſe, erit ſyllogiſmus. Si autem affirmatiua quidem uniuerſalis, priuatiua aũt particularis, per impoſſibile erit demõſtratio. Inſit enim b quidẽ omni c, a autem contingat alicui c non ineſſe, neceſſe eſt ergo a alicui b contingere non

ineſſe,nam ſi omni b ineſt a ex neceſsitate, b autem omni c poſitum eſt ineſſe, a omni c ex neceſsitate inerit. Hoc autem oſtenſum eſt prius,ſed poſitū eſt alicui contingere non ineſſe. Quando autē indefinitæ,uel particulares ſumuntur utræq; non erit ſyllogiſmus,demonſtratio aūt eadē quæ & in uniuerſis,& per eoſdē terminos.

Mixtio neceſſarij,& contingentis in tertia figura. Cap. XXI.

SI autem eſt hæc quidem propoſitionū neceſſaria, illa uero cōtingens, ſi prædicatiui quidem ſunt termini, ſemper eius quod eſt contingere erit ſyllogiſmus. Quando autem fuerit hic quidem prædicatiuus,ille autem priuatiuus,ſi ſit affirmatiuus quidem neceſſarius,eius erit quod eſt contingere non ineſſe, ſi autem priuatiuus,& eius quod eſt contingere non ineſſe,& eius quod eſt non ineſſe: eius autem quod eſt ex neceſsitate non ineſse non erit ſyllogiſmus, quemadmodum & in alijs figuris. Sint ergo prædicatiui termini primum,& a, c quidē omni inſit ex neceſsitate, b autem omni c contingat ineſſe,quoniā ergo a omni c neceſſario ineſt, c autem alicui b contingit,& a alicui b contingens erit,& nō inerit,ſic enim accidit in prima figura. Similiter autem oſtendetur,& ſi b c quidē ponatur neceſsaria, a c aūt contingens. Rurſum ſit hoc quidem prædicatiuū, illud uero priuatiuum,neceſsarium autem prędicatiuum,& a quidem cōtingat nulli ineſſe, b autem omni inſit ex neceſsitate c, erit ergo rurſum prima figura,& concluſio contingens,ſed non ineſſe. Nam priuatiua propoſitio contingere ſignificat. Manifeſtum eſt igitur quoniā cōcluſio erit contingens,cū enim ſic ſe habebant propoſitiones in prima figura,& cōcluſio erat cōtingens. Si aūt priuatiua ſit propoſitio neceſsaria, & cōcluſio erit,quoniā cōtingit alicui nō ineſſe,& quoniā nō ineſſe. Ponaē enim a nō ineſſe, c ex neceſſitate, b autē omni c cōtingere,conuerſa ergo b c affirmatiua,prima erit figura, & neceſsaria priuatiua propoſitio. Cū autē ſic ſe habebāt propoſitiones,accidebat a & contingere alicui c non ineſſe,& non ineſſe, quare & a neceſſe eſt alicui b non ineſſe. Quādo autem priuatiuum ponitur ad minorem extremitatem ſi cōtingens quidē, erit ſyllogiſmus tranſumpta propoſitione,quēadmodum & in prioribus. Si autem neceſsariū non erit. Etenim neceſſe eſt omni,& nulli contingat ineſſe. Termini omni ineſſe,ſomnus,equus,dormiens homo. Nulli ineſſe,ſomnus,equus,uigilans homo. Similiter autem ſe habebit,& ſi hic quidem terminorum ſit uniuerſalis,ille autem particularis ad medium, nam ſi utriq; ſint prædicatiui,eius quod eſt cōtingere,& non eius quod eſt ineſſe erit ſyllogiſmus. Et quando hoc quidem priuatiuum ſumetur,illud uero affirmatiuum, neceſsariū aūt affirmatiuum,huius quod eſt contingere. Quando autem priuatiuum neceſsarium,& concluſio erit quod eſt nō ineſſe,nam idem modus erit demonſtrationis,& cum uniuerſales & nō uniuerſales ſunt termini. Neceſſe eſt enim per primā figurā perfici ſyllogiſmos,quare ut in illis,& in his neceſsariū accidere. Quādo autem priuatiuū uniuerſaliter ſumptū ponitur ad minorem extremitatem, ſi cōtingens quidem, erit ſyllogiſmus per cūuerſionem,ſi autem neceſsarium ſit,non erit, oſtendetur autem eodem modo quo & in uniuerſalibus,& per eoſdem terminos. Manifeſtum ergo & in hac figura quando,& quomodo erit ſyllogiſmus,& quando eius quod eſt cōtingere, & quando eius quod eſt ineſſe. Palàm autem & quoniam omnes imperfecti,& quoniam perficiuntur per primam figuram.

De ſyllogiſmo oſtenſiuo. Cap. XXII.

QVoniam igitur qui in his figuris ſunt ſyllogiſmi, perficiūtur per eos qui in prima figura ſunt uniuerſales ſyllogiſmos, & in hos reducūtur, palàm ex dictis. Quoniam autem ſimpliciter omnis ſyllogiſmus ſic ſe habebit, nunc erit manifeſtum,cum oſtēſus fuerit omnis qui fit, per aliquam harum figurarum fieri. Neceſſe eſt ergo omnem demonſtrationē,& omnem ſyllogiſmum

giſmum aut ineſſe quid,aut non ineſſe monſtrare. Et hoc aut uniuerſaliter,aut particulariter. Amplius aut oſtenſiuē,aut ex hypotheſi. Eius aūt quod eſt ex hypotheſi,pars eſt per impoſſibile. Primum ergo dicemus de oſtenſiuis,his enim oſtenſis,manifeſtum erit & de ijs qui ad impoſſibile,& omnino de ijs qui ex hypotheſi. Si ergo oporteat a de b ſyllogizare,uel ineſſe,uel non ineſſe,neceſſe eſt ſumere aliquid de aliquo. Si ergo a ſumatur de b, quod ex principio,erit ſumptum,ſi autem a de c, c autem de nullo alio,nec aliud de illo c, neque de a, alterū,neque de altero,a nullus erit ſyllogiſmus, nam in eo quod unum de uno ſumitur, nihil accidit ex neceſſitate,quare aſſumenda eſt altera propoſitio. Si igitur ſumatur a de alio,aut aliud de a, aut de c alterum,eſſe quidem ſyllogiſmum nihil prohibet, ad b autem nō erit per ea quæ ſumpta ſunt,nec quando c ineſt alteri,& illud alij,& hoc alteri, non copulatur aūtē ad b, nec ſic erit ad b ſyllogiſmus ipſius a. Omnino enim dicimus, quoniam nullus nunquam erit ſyllogiſmus alius de alio, nō ſumpto aliquo medio, quod ad utrūque ſe habet quoquo modo prædicationibus. Nam ſyllogiſmus quidem ſimpliciter ex propoſitionibus eſt, ad hoc autem ſyllogiſmus ex propoſitionibus,quę ad hoc, qui autem eſt huius ad hoc,per propoſitiones huius ad hoc,impoſſibile eſt autem ad b ſumere propoſitionem, nihil neque prædicantes de eo, neque negātes, aut rurſum eius quod eſt a ad b, nihil commune ſumēres,ſed utriuſq; propria quędam prædicantes,aut negantes,quare ſumendum,utriuſq; quod copulet prędicationes,ſi erit huius ad hoc ſyllogiſmus. Ergo ſi neceſſe eſt aliquod ſumere ad utrumq; commune,hoc autem cōtingit tripliciter,aut enim a de c, & de b prædicantes,aut c de utriſque aut utraq; de c, hæ autem ſunt tres dictæ figuræ: Manifeſtū quoniam omnem ſyllogiſmum neceſſe eſt fieri per aliquam harum figurarum. Nam eadem ratio eſt & ſi per plura copuletur ad b,eadem enim erit figura & in pluribus. Quoniā igitur oſtenſiui terminantur per prędictas figuras,manifeſtum eſt.

De ſyllogiſmo ex hypotheſi. Cap. XXIII.

QVoniā autē & qui ad impoſſibile,palàm erit per hæc, omnes enim qui per impoſſibile concludunt,falſum quidem ſyllogizant. Quod autem ex principio erat, ex hypotheſi demonſtrāt, quādo aliquid accidit impoſſibile poſita contradictione,ut quoniam diameter eſt aſymeter,eo quod fiunt abundātia æqualia perfectis,poſito ſymetro. Ergo æqualia quidē fieri abundantia perfectis ſyllogizant,aſymetrum autem eſſe diametrum, ex hypotheſi monſtrant,quoniam falſum accidit propter contradictionem. Hoc enim fuit per impoſſibile ſyllogizare,oſtendere aliquid impoſſibile propter priorem hypotheſin. Quare quoniam falſus ſit ſyllogiſmus oſtēſiuus in his quæ ad impoſſibile deducunē, quod autem eſt ex principio, ex hypotheſi monſtratur, oſtenſiuos autem diximus prius, quoniam per has terminantur figuras,manifeſtum quoniam & per impoſſibile ſyllogiſmi per has erunt figuras. Similiter autem & alij omnes qui ſunt ex hypotheſi, in omnibus his enim ſyllogiſmus quidem fit ad tranſſumptum, quod autem eſt ex principio,terminatur per confeſſionem,aut per aliquam aliam hypotheſin. Si autem hoc uerum,neceſſe eſt omnem demonſtrationem, & omnem ſyllogiſmum fieri per tres prædictas figuras. Hac autem oſtenſo,palàm quoniam omnis ſyllogiſmus perficitur per primam figuram,& reducitur in huius uniuerſales ſyllogiſmos.

De qualitate, & quantitate terminorum ſyllogiſmi. Cap. XXIIII.

AMplius autem in omnibus oportet aliquem terminorum prædicatiuū eſſe & uniuerſalem,ſine uniuerſali enim nō erit ſyllogiſmus,aut nō ad hoc quod poſitum eſt,aut quod ex principio eſt petet. Ponatur enim Muſicam uoluptatem eſſe ſtudioſam, ſi ergo popoſcerit uoluptatem eſſe ſtudioſam, non ad-

dens omnem, non erit ſyllogiſmus, ſi autem aliquam uoluptatem eſſe ſtudioſam, ſi aliam quidem, nihil ad hoc quod poſitū eſt, ſi autem eādem, quod ex principio erat, ſumit. Magis autem fit manifeſtū in figuris, ut quoniam æquicruris æquales ſunt anguli, qui ſunt ad baſim, ſint enim in centrum ductæ a b, ſi ergo æqualem ſumpſerit a c angulum ei, qui eſt b d, non omnino petens æquales eos qui ſunt ſemicirculorum, & rurſum c ei, qui eſt d, nō omnem aſſumens eum qui eſt inciſionis. Amplius ab æqualibus exiſtentibus totis angulis, æqualibus demptis, æquales eſſe reliquos, ſcilicet e f, quod ex principio eſt peteſ, niſi ſumat ab omibus æqualibus, æquis demptis, æqualia relinqui. Manifeſtum igitur quoniam in omni ſyllogiſmo oportet uniuerſale eſſe. Et quoniā uniuerſale quidem ex omnibus terminis uniuerſalibus monſtratur, particulare autem & ſic, & aliter. Quare ſi concluſio ſit uniuerſalis, & terminos neceſſe eſt uniuerſales eſſe, ſi autem uniuerſales ſint termini, contingit concluſionem non uniuerſalem eſſe. Palàm etiam quoniam in omni ſyllogiſmo aut utrāq; aut alteram propoſitionem ſimilem neceſſe eſt fieri concluſioni, dico autem non ſolum in eo quòd affirmatiua ſit, uel negatiua, ſed ineo quòd neceſſaria aut ineſſe, aut contingens, conſiderare autem oportet, & alia prædicamenta. Manifeſtum autem & ſimpliciter quādo erit, & quando non erit ſyllogiſmus, & quando perfectus, & quoniam ſi eſt ſyllogiſmus, neceſſarium eſt habere terminos ſecundum aliquem dictorum modorum.

De numero terminorum ſyllogiſmi. Cap. XXV.

PAlàm aūt & quoniā omnis demōſtratio erit per tres terminos, & nō per plures, niſi per alia & alia eadem cōcluſio fiat, ut e per a b, & per c d, aut per a b, & a c, & b c, plura enim media eorundem nihil eſſe prohibet, hæc autem cum ſint, non unus, ſed plures ſunt ſyllogiſmi. Aut rurſum, quando utrūq; a b ſumitur per ſyllogiſmum, ut a per d e, & rurſum b per f g, aut hoc quidem inductione, illud autem ſyllogiſmo, ſed & ſi plures erunt ſyllogiſmi, plures enim concluſiones ſunt, ut a b & c. Si igitur non plures, ſed unus (ſic autem contingit fieri per plura media eandem concluſionē, ut e quidem per a b c d) impoſſibile. Sit enim e concluſio ex a b c d, ergo neceſſe eſt aliquid eorū, aliud ad aliud ſumptum eſſe, hoc quidem ut totum, illud uero ut pars, hoc enim oſtēſum eſt prius, quoniam ſi eſt ſyllogiſmus, neceſſe eſt ſic aliquos ſe habere terminorum. Habeat ſe ergo a ſic ad b, eſt itaque aliqua ex eis concluſio, aut ergo e, aut alterum eorum quæ ſunt c d, aut alterum aliud quidem præter hæc. Et ſi e quidem, ex a b tantum, erit ſyllogiſmus, c d autem quidem ſe habeant ſic, ut ſit hoc quidem ut notum, illud uero ut pars, erit aliquid ex illis aut e, aut aliquid eorum quæ ſunt a b, aut alterum aliud quidem præter hæc. Et ſi e quidem, aut eorum quæ ſunt a b alterū, aut plures erunt ſyllogiſmi, aut (ut contingebat) idem per plures terminos concludi accidit, ſi autem aliud quidem præter hæc, plures erunt & inconiuncti ſyllogiſmi adinuicem, ſi autem non ſic ſe habeat c ad d ut faciat ſyllogiſmum, uanè erunt ſumpta, niſi inductionis, aut celationis, aut alicuius alius taliū gratia. Si autem ex a b nō e, ſed alia quædam fiat concluſio, ex c d autem aut horum alterum, aut aliud præter hæc, & plures fiunt ſyllogiſmi, & non eius quod poſitum eſt. Ponebatur enim eius quod eſt e eſſe ſyllogiſmum. Si autem non fiat ex c d nulla concluſio, & uanè ſumpta eſſe ea accidit, & non eius quod eſt ex principio eſſe ſyllogiſmum. Quare manifeſtum, quoniam omnis demonſtratio, & omnis ſyllogiſmus, erit per tres terminos ſolos.

Di

De numero propoſitionum, & proſyllogiſmis. Cap. XXVI.

HOc autem manifeſto, palàm quoniam & ex duabus propoſitionibus, & nō pluribus, nam tres termini, duæ ſunt propoſitiones, niſi aſſumatur aliquid (quemadmodū in prioribus dictum eſt) ad perfectionem ſyllogiſmorū. Manifeſtum igitur quando ut in oratione ſyllogiſtica non pares ſunt propoſitiones, per quas fit concluſio principalis (quaſdam enim ſuperiorum concluſionum neceſſarium eſt eſſe propoſitiones) hæc oratio aut non ſyllogiſtica eſt, aut plura ne ceſſarijs interrogauit ad poſitionē. Secundū igitur principales propoſitiones ſumptis ſyllogiſmis, omnis ſyllogiſmus erit ex propoſitionibus quidē perfectis, ex terminis autem abundantibus, uno enim plures termini propoſitionibus, erunt autem & concluſiones dimidietas propoſitionum. Quādo autem per proſyllogiſmos concluditur, aut per plura media non continua, ut a b per c d, multitudo quidem terminorum ſimiliter uno ſuperabit propoſitiones, aut enim extrinſecus, aut medium ponetur intercidēs terminus, utrinq; autem accidit uno minus eſſe interualla quàm terminos, propoſitiones autē æquales ſunt interuallis. Non tamen hæ quidē ſemper perfectę erūt, illi uero abūdantes, ſed permutatim, quia cū propoſitiones quidē ſunt perfectę, abūdantes erunt termini, cū uero termini perfecti, abundātes erūt propoſitiones, ſimul enim termino addito, una additur propoſitio, undecūq; addatur terminus. Quare quoniam hæ propoſitiones quidem perfectæ, illi uero abundantes erāt, neceſſe eſt tranſmutare eadem, additione facta. Cōcluſiones autem non etiam eum habebunt ordinē neque ad terminos, neq; ad propoſitiones, uno enim termino addito, cōcluſiones adiungentur uno, pauciores præexiſtentibus terminis, ad ſolū enim ultimū non facit concluſionem, ad alios autem omnes. Vt ſi eis quę ſunt a b c, adiacet d, ſtatim & concluſiones duæ adiacent, quæ ad a, & ad b, ſimiliter autem & in aliis. Si autem ad medium intercidat, eodem modo, ad unum enim ſolum non faciet ſyllogiſmum, quare multò plures concluſiones erunt & terminis, & propoſitionibus.

De problematis, hoc eſt, propoſitis in unaquaque figurā facile, & difficile conſtruendis, & deſtruendis Cap. XXVII.

QVoniam autem habemus ex quibus ſyllogiſmi, & quale in unaquaque figura, & quot modis monſtratur, manifeſtum nobis eſt, & quæ propoſitio facilè, & quæ difficilè argumentabilis eſt. Nam quæ in pluribus figuris, & per plures caſus cōcluditur, facilis: quæ autem in paucis, & per pauciores, difficilius argumentabilis. Ergo affirmatiua quidem uniuerſalis per primam tantum figuram monſtratur, & per hanc ſimpliciter. Priuatiua uero & per primam, & per mediā. Per primam quidem ſimpliciter, per mediam autem dupliciter. Particularis autem affirmatiua per primam, & per poſtremam, ſimpliciter quidē per primam, tripliciter autem per poſtremam. Priuatiua uero particularis in omnibus figuris mōſtratur, uerum in prima quidem ſemel, in media autem, & poſtrema, in illa quidem dupliciter, in hac uero tripliciter. Manifeſtum ergo quoniam uniuerſalem affirmatiuam cōſtruere quidem difficilimum, deſtruere autem facilimū, omnino autem eſt interimēti quidem, uniuerſalia quàm particularia facilius. Etenim ſi nulli, & ſi alicui non inſit interemptum eſt, horum autem alicui quidem non, in omnibus figuris monſtratur, nulli autem in duabus. Eodem autem modo & in priuatiuis, etenim ſi omni, & ſi alicui, interemptum eſt quod ex principio. Hoc autem fuit in duabus figuris. In particularibus autem ſimpliciter, aut omni, aut nulli oſtendentem ineſſe. Cōſtruenti autem, facilius eſt particularia, nam in pluribus figuris, & per plures modos. Omnino autem non oportet latere, quoniam deſtruere quidem per ſeinuicem eſt, & uniuerſalia per particularia, & hęc per uniuerſalia, conſtruere autem non eſt

per particularia, uniuerſalia, per illa uero, hęc eſt. Namſi omni, & alicui. Simul autē manifeſtum, quoniam deſtruere quàm cōſtruere facilius. Quomodo ergo fit omnis ſyllogiſmus, & per quot terminos, & propoſitiones, & quomodo habentes ſe adinuicem, amplius autem quæ propoſitio in unaquaq; figura, & quæ in pluribus, & quæ in paucioribus monſtratur, palàm ex his quæ dicta ſunt.

De *abundantia propoſitionum.* Cap. XXVIII.

QVomodo autem idonei erimus ſemper ſyllogizare ad propoſitum, & per quam uiam ſumemus circa unumquodq; principia, nunc dicendum. Non enim ſolum fortaſſe oportet generationem conſiderare ſyllogiſmorū, ſed & poteſtatem habere faciendi. Omnium igitur quæ ſunt, hæc quidem ſunt talia, ut de nullo alio prædicentur, uerè uniuerſaliter, ut Cleon, & Callias, & quod ſingulare, & ſenſibile, de his autem alia, nam & homo, & animal uterque horum eſt. Illa uero & ipſa quidem de aliis prædicantur, de illis autem alia prius non prædicātur, alia autem & ipſa de aliis, & de his alia, ut homo de Callia, & de homine animal. Quoniam ergo quędam eorum quæ ſunt de nullo nata ſunt dici, palā: nam ſenſibilium penè unumquodq; eſt huiuſmodi, ut de nullo prædicetur, niſi, ut ſecundum accidens, dicimus enim quandoq; album illud Socratem eſſe, & hoc ueniēs Calliam. Quoniam autem in ſurſum pergentibus ſtatur quandoq;, rurſum dicemus nunc autem ſit hoc poſitum, de iis ergo prædicatum aliquod non eſt demōſtrare niſi ſecundum opinionem, ſed hæc de aliis, neq; ſingularia de aliis, ſed alia de ipſis. Quæ autem in medio ſunt, manifeſtum quoniam utrumque contingit, nam & hæc de aliis, & alia de his dicuntur, & penè rationes, & conſiderationes ſunt maximè de his. Oportet ergo propoſitiones circa unumquodque horum ſic ſumere ſupponentem, ipſum primum & definitiones, & quæcunque propria ſunt rei, deinde poſt hoc quæ cumq; ſequuntur rem. Et rurſum quæ res ſequitur, & quæcunq; non cōtingit ipſi inęſſe, quibus autem ipſa non contingit, non ſumendū, eo quòd cōuertitur priuatiua. Diuidendum autem eſt, & eorum quæ ſequuntur, quæcunque in eo quòd quid eſt, & quęcunq; ut propria, & quęcunq; ut accidentia prædicantur, & horum quæ ſecūdum opinionem, & quæ ſecundum ueritatem. Quanto enim plurium talium abundauerit quis, citius inueniet concluſionem, quanto autem ueriorum, magis demōſtrabit. Oportet autem eligere non quæ ſequuntur aliquam, ſed quæcūq; totam rem ſequuntur, ut non quod aliquem hominem, ſed quod omnem hominem ſequitur, per uniuerſales enim propoſitiones fit ſyllogiſmus. Cùm autem eſt indefinitum, incertum ſi uniuerſalis eſt propoſitio, cum uero definitum, manifeſtum. Similiter autem eligendum & quæ ipſum ſequitur tota, propter dictam cauſam. Ipſum autem quod ſequitur, non eſt ſumendum totum ſequi, dico ut hominem omne animal, aut Muſicam, omnem diſciplinā, ſed ſimpliciter ſolum ſequi quemadmodum & prætendimus, etenim inutile alterum, & impoſſibile, ut omnem hominem eſſe omne animal, uel iuſtitiam, omne bonū, ſed cui conſequens eſt, in illo omni eſſe dicitur. Quando autem ab aliquo continetur ſubiectum, cuius conſequentia oportet ſumere, quæ uniuerſale quidem ſequuntur, uel non ſequuntur, non eligendum in his, ſumpta enim ſunt in illis, quęcunq; animal, & hominem, ſequuntur, & quęcunque non animali inſunt, ſimiliter. Quæ autem in unoquoq; ſunt propria, ſumēdum: ſunt enim quædam ſpeciei propria præter genus, neceſſe eſt enim diuerſis ſpeciebus propria quædam ineſſe. Neque autem uniuerſale eligendum iis quæ ſequitur quod continetur, ut animal iis quæ ſequitur homo, neceſſe eſt enim ſi hominem ſequitur animal, & hæc omnia ſequi, cōuenientiora autem hæc hominis electioni. Sumendum autem & quæ plerumque ſequuntur ea quæ conſequuntur, nam & problematibus quæ plerumque, & ſyllogiſmus ex propoſitionibus, quæ plerumque aut in omnibus, aut aliquibus, ſimilis enim

enim eſt, uniuſcuiuſq; concluſio principiis. Amplius quæ omnibus ſequentia ſunt, non eligendum, non enim erit ſyllogiſmus ex ipſis, ob quam autem cauſam, in ſequentibus erit manifeſtum.

Medij ſyllogiſmorum inueniendi regulæ. Cap. XXIX.

COnſtruere ergo uolentibus aliquid de aliquo toto, eius quidem quod conſtruitur inſpiciendum ad ſubiecta, de quibus ipſum dicitur, de quo aūt oportet prædicari, quæcunq; hoc ſequuntur. Si enim aliquod horum ſit idem, alterum alteri neceſſe eſt ineſſe. Si autem non quoniam omni, ſed quoniam alicui, quę ſequitur utrūq;, ſi enim aliquod horum idem fuerit, neceſſe eſt alicui ineſſe. Quando autē nulli oporteat ineſſe, cui quidem oportet non ineſſe, ad ſequentia ſubiecti, quod autem oportet non ineſſe, inſpiciendū ad ea quæ non contingunt illi adeſſe. Aut conuerſim cui quidem oportet non ineſſe, ad ea quæ non cōtingunt eidem adeſſe, quod uero non ineſſe, inſpiciendum ad ſequentia. Nam ſi hæc ſint eadē utrorūq;, nulli contingit alteri alterum ineſſe, fit enim quandoque quidem in prima figura ſyllogiſmus, quandoque autem in media. Si autem alicui non ineſſe, cui quidem oportet non ineſſe, quæ conſequitur: quod uero non ineſſe, quæ non poſsibile eſt illi ineſſe. Si enim aliquid horū ſit idem, neceſſe eſt alicui non ineſſe. Magis autem fortaſſe erit ſic, unumquodq; eorum quæ dicta ſunt manifeſtum. Sint enim ſequētia quidem a, in quibus b, quæ autem ipſum ſequitur, in quibus c, quæ autē nō contingunt ei ineſſe, in quibus d, rurſum autem ipſi e quæ quidē inſunt, in quibus f quæ autem ipſum ſequitur, in quibus g, quæ autem non contingunt eidem ineſſe, in quibus h. Si ergo eidem aliquid eorum quæ ſunt c, alicui eorum quæ ſunt f, neceſſe eſt a, omni e ineſſe, nam f quidem, omni e, c autem omni a, quare omni e ineſt. Si autem c & g idem, neceſſe eſt alicui e ineſſe a, nam id quod eſt e a, id uero cp eſt g e, omne ei ſequit̄. Si autē f & d ſint idem, nulli e inerit ex proprio ſyllogiſmo, quoniam enim conuertitur priuatiua, & f ei quod eſt d idem, nulli f inerit a, f autē omni e. Rurſus ſi b & h idem, nulli c inerit a, nam b a quidem omni, ei autem in quo e, nulli inerit. Idem enim erat ei quod eſt h, b: h autem nulli e inerat. Si autem g & d idem, a alicui e non inerit, nam ei quod eſt g, non inerit a, quoniam neque d, g autem ſub e eſt, quare alicui e non inerit. Si autē g & b idem, conuerſus erit ſyllogiſmus, nam g inerit omni a, nam b ei quod eſt a, e autē ei quod eſt b, idem enim erat ei quod eſt g, a autem ei quod eſt e, omni quidem nō neceſſarium eſt ineſſe, alicui autem neceſſarium, eo quod cōuertatur uniuerſale prædicatiuum in particulare. Manifeſtum ergo quoniam ad prędicta perſpiciendum utrinq; in unaquaque quæſtione, per hæc enim omnes ſyllogiſmi. Oportet autem & ſequentiū, & quibus ſequitur ſingulum, ad prima & uniuerſalia maximè inſpicere, ut e quidem magis ad k f, quàm ad f ſolum, a autem ad k c magis, cp ad c ſolum. Si enim ei cp eſt k f ineſt a, & ei cp eſt f ineſt, & ipſi e, ſi uero hoc non ſequitur a, poſsibile eſt id cp eſt f ſequi. Similiter autem & in quibus idem ſequitur, cōſiderandum, nam ſi prīmis, & iis quæ ſub ipſis ſunt, ſequitur: ſi autem non his, & iis quę ſub ipſis ſunt, poſſibile. Palàm autem quoniam per tres terminos, & duas propoſitiones conſideratio, & per prædictas figuras ſyllogiſmi omnes, monſtratur enim omni quidem e ineſſe a, quando eorum quæ ſunt c f idem, quiddam ſumitur, hoc autem erit medium, extremitates autem a & e, fit enim prima figura. Alicui autem quando c & g ſumitē idem, hoc autē poſtrema figura, mediū enim ſit g. Nulli uero quando d & f idē: ſic aūt erit prima figura, et media, prima quidē, quoniā nulli f ineſt a, ſiquidē cōuertit̄ priuatiua, f autē omni e. Media aūt quoniā d a quidē nulli, e aūt omni ineſt. Alicui aūt nō ineſſe, quādo d & g idē fuerit, hęc aūt poſtrema figura, nā a quidē nulli g inerit, e uero omni g, manifeſtū igit̄ eſt quoniā per p̄dictas figuras omnes ſyllogiſmi. Et quoniā nō eligēdū quęcūq; omnibus ſequunt̄, eo cp nullus fiat ſyllogiſmus ex ipſis,

nam

nam conſtruere quidem non omnino erat ex ſequentibus, priuare autem non cõtingit per ea, quæ omnibus ſequuntur, oportet huic quidem ineſſe, illi uero non ineſſe. Manifeſtum autem quoniam & aliæ conſiderationes quæ ſecundum electiones, inutiles ad faciendum ſyllogiſmum. Vt ſi ſequentia utrumcp eadem ſint, aut quæ ſequitur a, & quæ non contingit e ineſſe, aut rurſum quæcunc non poſſibile eſt utriq ineſſe, nõ enim fit ſyllogiſmus per hæc. Nam ſi ſequentia ſunt eadem, ut b & f, media fit figura prædicatiuas habẽs utraſcp propoſitiones. Si autem ea quæ ſequitur a, & quæ non contingit e, ut c, & h, prima erit figura priuatiuam habens propoſitionem ad minorem extremitatem. Si autẽ quæcũcp non cõtingunt utricp, ut d & h, priuatiuæ utrecp propoſitiones erunt uel in prima figura, uel in media, ſic autẽ nullo modo erit ſyllogiſmus. Palàm autem & quæ eadem, ſumendum ſecundum cõſiderationem, & non quæ diuerſa, uel cõtraria, primum quidem quoniam medij gratia, inſpectio, medium autem nõ diuerſum, ſed idem oportet ſumere. Deinde & in quibus accidit fieri ſyllogiſmum quod ſumantur contraria, aut non cõtingentia eidẽ ineſſe, in prædictos omnia reducuntur modos. Vt ſi b & f ſint contraria, aut non contingant eidem ineſſe, erit enim his ſumptis ſyllogiſmus, quoniã nulli e ineſt a, ſed nõ ex ipſis, ſed ex prædicto modo, nam b, a quidem omni, e autem nulli inerit, quare neceſſe eſt b, idem eſſe alicui eorum, quæ ſunt h. Rurſum ſi b & g non poſſint eidem adeſſe, erit quoniã alicui e non inerit a, nam & ſic media erit figura, nam b a quidem omni, g uero nulli inerit, quare neceſſe eſt g idem eſſe alicui eorũ quę ſunt d, nam non contingere g & b eidem ineſſe nihil differt, aut g alicui d idem eſſe, omnia enim ſumpta ſunt in d, quæ non contingunt a ineſſe. Manifeſtũ ergo quoniam ex iſtis quidem inſpectionibus nullus fit ſyllogiſmus, & ſi b & f ſint cõtraria, idem eſſe b, alicui h, & ſyllogiſmũ ſemper fieri per hæc. Accidit ergo ſic inſpicientibus conſiderare uiam aliam neceſſariã, eo quòd quandoque latet identitas horum quæ ſunt b & h.

De ſyllogiſmis aſſertorijs, ad impoſsibile, & reliquis, qui ex hÿpotheſi. Cap. XXX.

EOdem autẽ modo ſe habent & qui ad impoſſibile deducũt ſyllogiſmi, oſtenſiuis, nam & ipſi fiunt per ea quæ ſequuntur, & quibus ſequitur utrũcp. Eadem conſideratio in utriſcp, nam quod monſtratur oſtenſiuè, & per impoſſibile eſt ſyllogizare, & per eoſdem terminos, & quod per impoſſibile, & oſtenſiuè. Vt quoniã a nulli e ineſt, ponatur enim alicui ineſſe, ergo quoniã b omni a, a autem alicui e, & b alicui e inerit, ſed nulli inerat. Rurſum quoniam alicui e inest a, ſi enim nulli e ineſt a, e autem omni g, nulli g inerit a, ſed omni inerat. Similiter aũt eſt in aliis propoſitis, ſemper enim erit in omnibus per impoſſibile oſtenſio, ex ſequẽtibus, & quibus ſequitur utrumcp. Et in unoquocp propoſito, eadẽ conſideratio & oſtenſiuè uolenti ſyllogizare, & ad impoſſibile ducere, nam ex eiſdẽ terminis utrecp demonſtrationes. Vt ſi oſtenſum eſt nulli e ineſſe a, quoniã accidit & b alicui e ineſſe, quod eſt impoſsibile. Si ſumptũ ſit e quidem nulli b, a autẽ omni b ineſſe, manifeſtum eſt enim quoniam nulli e inerit a. Rurſum ſi oſtenſiuè ſyllogizatum ſit a ineſſe, nulli e, ſuppoſitis ineſſe per impoſſibile monſtrabitur nulli ineſſe, ſimiliter autem & in aliis. In omnibus enim neceſſe eſt iis qui per impoſsibile cõmunem aliquem ſumere terminum alium à ſubiectis, ad quem erit mẽdacij ſyllogiſmus, quare conuerſa ea propoſitione, altera autem ſimiliter ſe habente, oſtenſiuus erit ſyllogiſmus per eoſdem terminos. Differt autẽ oſtenſiuus ab eo, qui ad impoſſibile, quoniam in oſtenſiuo ſecundũ ueritatem ambæ propoſitiones ponuntur, in eo autẽ qui ad impoſſibile, falſa una. Hęc uero erũt magis manifeſta per ſequẽtia, quando de impoſſibili dicemus, nunc autem tantum nobis ſit manifeſtus, quoniam ad hæc perſpicièdum, & oſtenſiuè uolentibus ſyllogizare, & ad impoſſibile deducere. In aliis

In aliis autẽ ſyllogiſmis quicunc ſunt ex hypotheſi, ut quicũcp ſecundũ tranſſumptionẽ, aut ſecundum qualitatem in ſubiectis, nõ in prioribus, ſed in trãſſumptis erit cõſideratio, modus aũt inſpectionis idem, conſiderare aũt oportet, & diuidere quot modis ſunt ex hypotheſi, monſtratur ergo unumquodcp propoſitorũ ſic. Eſt autem & alio modo quædã ſyllogizare horum, ut uniuerſalia per particularem inſpectionem ex hypotheſi. Si enim c & g eadẽ ſint, ſolum g autẽ ſumatur e ineſſe, omni e inerit a, & rurſum ſi g & d eadẽ, ſolum autẽ de g prædicetur e, quoniã nulli e ineſt a, manifeſtum ergo quoniã ſic inſpiciendum. Eodem autem modo & in neceſſariis, & in cõtingentibus, nam eadem cõſideratio, & per eoſdem terminos erit, eodẽcp ordine & cõtingentis, & ineſſe ſyllogiſmus. Sumendum autem & in cõtingentibus & quæ non inſunt, poſſibilia autem ineſſe. Oſtenſum eſt enim quoniã & per hæc fit contingentis ſyllogiſmus, ſimiliter autem ſe habebit & in aliis prædicationibus.

Quod omnium ſcientiarum ſyllogiſmi ſuperioribus præceptis efficiantur. Cap. XXXI.

MAnifeſtũ ergo ex prędictis, quoniã nõ ſolum poſſibile eſt per hãc uiã fieri omnes ſyllogiſmos, ſed etiã quoniã per aliã impoſsibile. Omnis enim ſyllogiſmus oſtenſus eſt, quoniã per aliquã prędicatarũ figurarum fit, has autẽ non cõtingit, per alia conſtitui, cp per ſequẽtia & quę ſequit unumquodcp, ex his enim propoſitiones, & medij ſumptio, quare nec ſyllogiſmũ poſsibile eſt fieri per alia. Ergo methodus quidẽ de omnibus eadẽ eſt, & circa Philoſophiã, & circa autem quamlibet & diſciplinã. Oportet enim quæ inſunt, & quibus inſunt circa unũquodcp colligere, & his quàm plurimis abundare, & hoc per tres terminos conſiderare, deſtruentem quidem ſic, conſtruentem uero ſic, & ſecundum ueritatem quidem, ex iis quæ ſecundum ueritatẽ ſcripta ſunt ineſſe, ad Dialecticos autem ſyllogiſmos, ex propoſitionibus quæ ſunt ſecundũ opinionem. Principia autem ſyllogiſmorũ uniuerſaliter quidem dicta ſunt, & quomodo ſe habeant, & quomodo oportet inquirere ea, quatenus non aſpiciamus ad omnia quæ dicuntur, neq eadem conſtruentes, & deſtruentes, neque conſtruentes de omni, aut de aliquo, deſtruentes ab omnibus, aut ab aliquibus, ſed ad paucíora, & determinata. Secundũ ſingulum autẽ eorum quę ſunt eligere, ut de bono, aut diſciplina. Propria aũt in unaquaq ſunt plurima, quare principia quidem quæ ſunt circa unumquodcp, experimento eſt creſcere, dico autem ut Aſtrologicam quidem experientiam, Aſtrologicæ diſciplinæ, ſumptis enim ſufficienter apparentibus, ſic inuentæ ſunt Aſtrologicę demõſtrationes. Similiter autem & circa quamlibet aliam ſe habet & artem, & diſciplinã. Quare ſi ſumantur quæ inſunt circa unũquodcp, noſtrum erit iam demonſtrationes prompte declarare: ſi enim nihil ſecũdum hiſtoriam omittatur eorum quæ ſubtiliter, & uerè inſunt rebus, habebimus de omni (cuius quidem non eſt demõſtratio) hanc inuenire, & demonſtrare, cuius autem non nata eſt demonſtratio, hoc facere manifeſtum. Vniuerſaliter ergo quo oportet modo propoſitiones eligere, penè dictum eſt, per diligentiam autem pertranſiuimus in eo negocio, quod circa Dialecticam eſt.

De diuiſione, & eius ſyllogiſmo. Cap. XXXII.

QVoniam autem diuiſio per genera, parua quædam particula eſt dictæ Methodi, facilè uidere: eſt enim diuiſio uelut infirmus ſyllogiſmus, nam quod oporteat quidem oſtendere petitur, ſyllogizatur uero ſemper aliquid ſuperiorum. Primum autem idem hoc latuit omnes utẽtes ea, & ſuadere conati ſunt, quoniam eſſet poſſibile de ſubſtãtia demonſtrationẽ fieri, & de eo cp eſt quid, quare necq quoniã cõtingebat ſyllogizare eos qui diuidũt, intellexerunt, necq quoniã cõtingebat ſic, quemadmodũ diximus. Ergo in demõſtrationibus quidẽ cũ oporteat quid ſyllogizare, oportet mediũ per cp fit ſyllogiſmus minus ſemper eſſe, & nõ uniuerſaliter de prima extremitate. Diuiſio autẽ contrariũ uult, nam uniuerſalius

uniuersalius ſumit mediũ. Sit enim animal quidem in quo a, mortale autem in quo b, & immortale in quo c, homo uero cuius terminũ oportet ſumere in quo d, omne ergo animal accipit aut mortale, aut immortale: hoc autem eſt quicquid erat, omne eſſe aut b, aut c. Rurſus hominem ſemper qui diuidit, ponit animal eſſe, quare de d ſumit a eſſe, ergo ſyllogiſmus quidem eſt, quoniam d, aut b, aut c omne erit, quare hominẽ aut mortalem, aut immortalẽ oportet ſumere, nam mortale quidẽ, aut immortale eſſe neceſſariũ eſt animale, mortale aũt non neceſſariũ eſt, ſed petitur. Hoc autem erat quod oportebat ſyllogizare. Et rurſus qui ponit a quidẽ animal mortale, in quo autẽ b pedes habẽs, in quo aũt c, non habens pedes, hominem uero d, ſimiliter ſumit a quidem, aut in b, aut in c eſſe. Omne enim animal mortale aut pedes habens, aut pedes nõ habens eſt. de d autẽ a, nã hominẽ animal mortale ſumpſit eſſe, quare habẽs pedes, uel nõ habens pedes eſſe animal, neceſſe eſt hominẽ, pedes autẽ habẽs non neceſſe eſt, ſed ſumit, hoc aũt erat ꝙ oportebat rurſum oſtendere. Et ad hunc modũ ſemper diuidentibus, uniuerſale quidẽ accidit eis medium ſumere, de quo oporteat oſtendere & differẽtias, & extremitates. In fine autẽ quoniã hoc eſt homo, aut quicquid erat ꝙ quæritur, nihil dicunt manifeſtũ, quare neceſſarium eſt eſſe, etenim aliã uiam faciunt omnem, non quidẽ cõtingentes idoneitates, opinãtes eſſe. Manifeſtũ eſt autẽ quoniã neq; deſtruere hac uia eſt, neq; de accidente aliquid, aut de proprio ſyllogizare, neq; de genere, neq; de quibus ignoreẽ utrũ hoc modo, aut illo ſe habet, ut puta s̃ne diameter eſt ſymeter, uel aſymeter? ſi enim ſumat, quoniã omnis lõgitudo eſt ſymetros, uel aſymetros, diameter autem longitudo, ſyllogizatum eſt quoniã ſymeter, uel aſymeter eſt diameter. Si aũt ſumetur incõmenſurabile, ꝙ oportebat ſyllogizare ſumetur, nõ ergo eſt oſtendere, nam uia quidem hæc, per hanc autẽ nõ eſt oſtendere ſymetrum, uel aſymetrum, in quo a, longitudo, b autem ſymeter, aut aſymeter, diameter c. Manifeſtum eſt igitur quoniã neq; ad omnem conſiderationem congruit inquiſitionis modus, neq; in quibus maxime uidetur conuenire, in his eſt utilis. Ex quibus ergo demonſtrationes fiunt, & quomodo, & ad quæ perſpiciendum ſecundum unumquodq; propoſitum manifeſtum ex dictis.

De reſolutione ſyllogiſmorum in propoſitiones. Cap. XXXIII.

QVomodo aũt reducemus ſyllogiſmos in prædictas figuras, dicendum erit poſt hæc, reſtat enim conſideratio hæc, ſi enim & generationẽ ſyllogiſmorum inſpiciamus, & inueniendi habeamus poteſtatẽ, amplius aũt factos reducamus prædictas figuras, ſinem habebit quod ex principio propoſitum eſt, accidet etiã ſimul quę prædicta ſunt cõfirmari, & manifeſtiora eſſe, quoniã ſic ſe habẽt per ea quæ nũc dicenda ſunt. Oportet enim omne quod uerũ eſt, ipſum ſibijpſi manifeſtũ eſſe omnino. Primũ ergo oportet tentare duas propoſitiones accipere ſyllogiſmi, facilius enim in maiora diuidere ꝙ in minora: maiora aũt cõpoſitiora ſunt, ꝙ ea ex quibus cõponũtur. Deinde cõſiderare, utra in toto, & utra in parte. Et ſi nõ ambę ſumptę ſint, eũ q ponit alterã. Aliquoties enim uniuerſalẽ protendẽtes, eam quę in hac eſt nõ ſumũt, neq; ſcribẽtes, neq; interrogãtes, aut has quidem protendũt, per quas autem hę concludunt̃, omittũt, alia uero uanè interrogant. Conſiderandũ autem ſi quid ſuperfluum ſumptũ ſit, & ſi quid neceſſariorum omiſſum, & hoc quidẽ ponendum, illud uero auferendũ, donec ueniat quis ad duas propoſitiones, ſine his enim, non eſt reducere ſic interrogatas orationes. In aliquibus ergo facilè eſt uidere ꝙ minus eſt, aliqui uero latent, & uidentur quidẽ ſyllogizare, eo quòd neceſſariũ quid accidit ex ijs quæ poſita ſunt. Vt ſi ſumatur, nõ ſubſtãtia interempta ſubſtantiã nõ interimi, ex quibus autẽ eſt. interemptis, & ꝙ ex eis eſt corrũpi. His enim poſitis, neceſſariũ eſt ſubſtãtiæ partẽ eſſe ſubſtantiã, nõ tamẽ ſyllogizatũ eſt ꝙ ea quę ſumpta ſunt, ſed deſunt, ꝓpoſitiones. Rurſum ſi cũ eſt homo, neceſſe eſt eſſe animal, & cũ eſt animal, ſubſtantiã, & cũ eſt homo, neceſſe eſt eſſe ſubſtãtiã, ſed nondũ ſyllogizatũ eſt, nõ em̃ ſe habẽt, ꝓpoſitiones ut diximus. Fallimur aũt in talibus, eo ꝙ neceſſariũ quiddã accidat ex his quę poſita ſunt, qm̃ et ſyllogiſmus, neceſſarium eſt, in plus autem eſt neceſſarium, quàm ſyllogiſmus, nam omnis ſyllogiſmus, neceſſarium, neceſſarium autem nõ omne, ſyllogiſmus. Quare non (ſi quid accidat poſitis quibuſdã) ſtatim tentãdum eſt reducere, ſed primũ ſecundũ eſt duas propoſitiones.

De reſolutione in terminos. Cap. XXXIIII.

DEinde ſic diuidendũ in terminos. Mediũ aũt ponendũ terminorũ, qui utriſq; propoſitionibus dicit̃, neceſſe eſt enim mediũ in utriſq; eſſe in omnibus figuris. Si ergo ſubijciat̃, & prædicet̃ mediũ, aut ipſum quidẽ prædicet̃, aliud uero illo abnegetur, prima erit figura. Si aũt & prædicet̃, & negetur ab aliquo, media erit figura: ſi uero alia de illo prædicẽtur, aut hoc quidẽ prædicetur, illud uero ab illo negetur: poſtrema, ſic enim ſe habuit in poſtrema figura mediũ, ſimiliter autẽ etſi non uniuerſales ſint propoſitiones, nam eſt eadẽ determinatio medij. Manifeſtum igitur quoniã in qua oratione non dicitur idem frequẽter, nõ fit ſyllogiſmus, nõ enim ſumptũ eſt medium. Quoniã autem habemus quod propoſitorũ in unaquaque figura clauditur, & in qua uniuerſale, & in qua particulare, manifeſtum eſt, quoniam non ad omnes figuras perſpiciendum, ſed in unoquoq; propoſito ad propriã. Quæcũq; uero in pluribus concluduntur, medij poſitione cognoſcimus figuram.

De neceſſario & Theſi terminorum. Cap. XXXV.

FRequenter ergo falli accidit circa ſyllogiſmos propter neceſſariũ, quẽadmodum dictũ eſt priusaliquoties autem propter ſimilitudinem poſitionis terminorum, quod non oportet latere nos. Vt ſi a de b dicitur, & b de c, uidebitur enim ſic ſe habentibus terminis eſſe ſyllogiſmus, non fit autem neq; neceſſariũ quicquã, neq; ſyllogiſmus. Sit enim in quo a, ſemper eſſe, in quo autem b, intelligibilis Ariſtomenes, in quo autẽ c Ariſtomenes, uerũ eſt autem a ineſſe b, ſemper enim eſt intelligibilis Ariſtomenes, ſed & b de c, nam Ariſtomenes eſt intelligibilis Ariſtomenes, a autẽ nõ ineſt c, corruptibilis eſt enim Ariſtomenes, nõ igitur fiebat ſyllogiſmus ſic ſe habentibus terminis, ſed oportebat uniuerſaliter a b ſumi propoſitionem: hoc uero falſum quod putabat, omnem intelligibilem Ariſtomenem ſemper eſſe, cum Ariſtomenes ſit corruptibilis. Rurſum ſit in quo quidẽ c, Micalus, in quo autẽ b, Muſicus Micalus, in quo autem a, corrũpi cras. Verũ eſt ergo b de c prædicari, nam Micalus, eſt Muſicus Micalus, ſed & a de b, corrũpetur enim cras Muſicus Micalus, a autẽ de c falſum, hoc autem idem eſt priori, nõ enim uerum eſt uniuerſaliter, Micalus Muſicus quoniam corrumpetur cras. Hoc aũt non ſumpto nõ erat ſyllogiſmus. Hęc ergo fallacia fit in eo quod penè, ut enim nihil differens dicere hoc huic ineſſe, aut hoc huic omni ineſſe, concedimus.

De Eſtheſi terminorum. Cap. XXXVI.

FRequenter autẽ mentiri euenit, eo quòd nõ benè exponuntur, ſecũdum propoſitionem termini, ut ſi a quidem ſit ſanitas, b autem ægritudo, c uero homo, uerum eſt enim dicere quoniã a, nulli b cõtingit ineſſe, nulli enim ægritudini ſanitas ineſt: & rurſum quoniam b, ineſt omni c, omnis enim homo ſuſceptibilis eſt ægritudinis, uidebitur ergo accidere nulli homini cõtingere ſanitatẽ ineſſe. Huius autẽ cauſa eſt, ꝙ non benè exponunt̃ termini ſecundũ locutionẽ, quoniam trãſumptis, quæ ijs ſunt ſecundũ habitudines, nõ erit ſyllogiſmus. Vt ſi pro ſanitate quidem ponat̃ ſanũ, pro ęgritudine aũt ægrũ, non enim uerũ eſt dicere, quoniã non cõtingit ægrotãti ineſſe ſanũ eſſe, hoc aũt nõ ſumpto, nõ fit ſyllogiſmus, niſi cõtingentis. Hoc autẽ nõ impoſſibile, cõtingit enim nulli homini ineſſe ſanitatẽ. Rurſum in media figura ſimiliter erit falſum. Nã ſanitatẽ ægritudini quidẽ nulli, homini uero omni cõtingit ineſſe, quare nulli homini ægritudo. In tertia aũt figura ſecundũ cõtingere accidit falſum, etenim ſanitatẽ, & ægritudinẽ, & diſciplinã, & ignorantiã, & omnino cõtraria omni eidem contingit ineſſe, ſibi uero inuicem impoſſibile, hoc autem confeſſum in prædictis. Cum enim eidem plura contingere ineſſe, contingebant

bant & ſibi inuicem. Manifeſtum igitur quoniam in omnibus his fallacia ſit propter terminorum expoſitionem, tranſſumptis enim his, quæ ſunt ſecundum habitudines, nihil ſit falſum. Palàm ergo quoniã ſecundũ huiuſmodi propoſitiones ſemper quod eſt ſecundum habitum, pro habitu ſumendum, & ponendum terminum.

De Ecthesi terminorum compoſitorum, & obliquorum ſyllogiſmi. Cap. XXXVII.

NOn oportet autem terminos ſemper quærere nomine exponi, ſæpe enim erunt orationes, quibus nõ ponuntur nomina, quare & difficile erit reducere huiuſmodi ſyllogiſmos, aliquoties autem & falli accidet propter huiuſmodi inquiſitionẽ, ut quoniam immediatorũ erit ſyllogiſmus, ſit enim a duo recti, b autem triangulus, c uero equicrurus, ergo ei quod eſt c, ineſt a propter b: ei uero quod eſt b, non iterum propter aliud, per ſe enim triangulus habet duos rectos, quare nõ erit medium eius quod eſt a b, cum ſit demonſtratiuum. Manifeſtum enim quoniam medium nõ ſic ſemper eſt ſumendum ut hoc aliquid, ſed aliquãdo orationẽ, quod accidit & in prædicto. Ineſſe autem primum medio, & hoc poſtremo non oportet ſumere, ut prædicentur ſemper ad ſe inuicem ſimiliter, & primum de medio, & hoc de poſtremo, & in non ineſſe ſimiliter, ſed quoties dicitur eſſe & uerum dicere, hoc toties arbitrari oportet ſignificare & ineſſe. Vt quoniã contrariorum una eſt diſciplina, ſit enim a, unam eſſe diſciplinam, b autem contraria ſibi inuicem, a ergo ineſt b, non quoniam cõtraria unam eſſe eorum diſciplinam, ſed quoniam uerum eſt dicere de ipſis unam eſſe eorum diſciplinam. Accidit autem quandoque primum de medio dici, medium autem de tertio non dici, ut ſi Sophia eſt diſciplina, boni autem eſt Sophia: concluſio, quoniam boni eſt diſciplina, & non bonum quidem eſt diſciplina, Sophia autem eſt diſciplina. Quandoq; autem medium quidem de tertio dicitur, primum autem de medio non dicitur; ut ſi qualis omnis eſt diſciplina, aut contrarij. Bonum autem eſt, & contrarium, & quale: concluſio quidem, quoniam boni eſt diſciplina. Nõ eſt autem bonum diſciplina, neque quale, neque contrarium, ſed omnium diſciplina. Non eſt autem bonum diſciplina, neque concluſio ſecundum rectum, neque quale, neque contrarium, ſed bonum hæc. Eſt autem quandoque neque primum de medio, neque hoc de tertio, primo de tertio quandoque quidem dicto, quandoque autem non dicto. Vt ſi cuius eſt diſciplina, huius eſt genus, boni autem eſt diſciplina: concluſio, quoniam boni eſt genus. Prædicatur autem nullum de nullo, ſi autem cuius eſt diſciplina, genus eſt hoc, boni autem eſt diſciplina, concluſio, quoniam bonũ eſt genus: ergo de extremo quidem prædicatur primum, de ſe autem inuicem non dicuntur. Eodem autem modo & non ineſſe ſumẽdum, non enim ſemper ſignificat non ineſſe hoc huic, non eſſe hoc, hoc: ſed aliquando non eſſe hoc huius, aut hoc huic: ut quoniã non eſt motionis motus, aut generationis generatio, uoluptatis autem eſt, non ergo uoluptas generatio. Aut rurſus quoniã riſus eſt ſignum, ſigni aũt non eſt ſignum, quare non eſt ſignum riſus, ſimiliter autem & in alijs, in quibus interimitur propoſitum, eo quòd dicitur aliquo modo ad id genus. Rurſus quoniam occaſio non eſt tempus oportunum, Deo enim occaſio quidem eſt, tempus autem oportunũ nõ eſt, eo quòd nihil ſit Deo conferens. Terminos enim ponendum eſt occaſionem, & tempus oportunum, & Deũ. Propoſitio autem ſumenda ſecũdum nominis caſum, ſimpliciter enim hoc dicimus de omnibus, quoniam terminos quidem ſemper ponẽdum ſecundum declinationes nominum, ut homo, aut bonum, aut contraria, aut hominis, aut boni, aut contrariorum. Propoſitiones autem ſumendum ſecũdum cuiuſcq; caſus, aut enim quoniã huic ut æquale, aut quoniam huius ut duplum, aut quoniã hoc ut feriens, uel uidens, aut quoniam hic ut homo, animal, aut ſi quolibet modo aliter cadit nomen ſecundũ propoſitionem, ineſſe autem hoc huic, & uerum eſſe hoc de hoc. toties ſumendũ, quoties prdicamẽta diuiſa ſunt, & hæc aut aliquo modo, aut ſimpliciter, amplius aut ſimplicia, aut complexa. Similiter autem & non ineſſe. Conſiderãdum hæc autem, & determinandum optimum.

De Anadiploſi & Theſi ſyllogiſmorum, hoc eſt, de geminatione, & poſitione. Cap. XXXVIII.

REduplicatum autem in propoſitionibus ad primam extremitatem ponendum, non ad medium, dico autem ut ſi fiat ſyllogiſmus, quoniam iuſtitiæ eſt diſciplina quoniam bonum, ad primam extremitatem ponendum. Sit enim a diſciplina quoniam bonum, in quo autem b bonum, in quo autem c iuſtitia, ergo uerum eſt a de b prædicari. Nam boni eſt diſciplina quoniã bonum. Sed & b de c: nam iuſtitia, quiddam bonum eſt, ſic ergo fit reſolutio. Si autem ad b ponatur, quoniam bonum, nõ erit, nam a quidẽ de b uerum erit, b autem de c nõ erit uerum, nam bonum quoniam bonum prædicari de iuſtitia falſum eſt, & non intelligibile. Similiter autem et ſi ſalubre oſtendatur, quoniam diſciplinatum eſt in eo quod bonum. aut hircoceruus, opinabilis in eo quod exiſtens, aut homo corruptibilis in eo quod ſenſibile, in omnibus enim prædicatis ad extremum reduplicationem ponendũ. Non eſt autem eadem poſitio terminorum, quando ſimpliciter quidem ſyllogiſatum fuerit, & quando hoc aliquid, aut quo, aut quomodo. Dico autem ut quando bonum diſciplinatum oſtenſum erit, & quando diſciplinatum quoniam bonum. Sed ſimpliciter quidem diſciplinatum oſtenſum eſt medium ponendum ens, ſi autem quoniã bonum, quid ens. Sit enim a diſciplina quoniam quid ens, in quo autem b, ens quid, in quo autem c, bonum, uerum eſt ergo a de b prædicari, erat enim diſciplina alicuius entis, quoniam quid ens, ſed & b de c, nam in quo c, ens quid, quare & a de c, erit ergo diſciplina boni quoniam bonum, erat enim quid ens, propriè ſubſtantiæ ſignum. Si autem ens medium poſitum ſit, & ad extremum ens ſimpliciter, & non quid ens dictum ſit, non erit ſyllogiſmus, quoniam eſt diſciplina boni quoniã bonum, ſed quoniam ens, ut ſi ſit in quo a diſciplina quoniam ens, in quo b, ens, in quo c, bonũ. Manifeſtum igitur quoniam in particularibus ſyllogiſmis, ſic ſumendum terminos.

Pro debita reſolutione præcepta. Cap. XXXIX.

OPortet autem accipere quæ idem poſſunt nomina pro nominibus, & orationes pro orationibus, & nomen, & orationem, & ſemper pro oratione nomen ſuſcipere, facilior eſt enim terminorum expoſitio, ut ſi nil differt dicere ſuſpicabile opinabilis non eſſe genus, aut non eſſe idem quiddam ſuſpicabile, quod opinabile, nam ſi idem eſt quod ſignificatur, pro oratione dicta, ſuſpicabile, & opinabile terminos ponendum. Quoniam uero non eſt idem uoluptatem eſſe bonum, & eſſe uoluptatem quod bonum, non ſimiliter ponendum terminos, ſed ſi eſt ſyllogiſmus quoniam uoluptas quod bonum, terminum ponẽdum quod bonum, ſi autem quoniam bonum, bonum, ſimiliter autem & in alijs. Non eſt autem idem neque eſſe, neq; dicere quoniã cui b ineſt, huic quoq; omni a, ineſt, & dicere, cui omni b ineſt, & a ineſt omni, nihil enim prohibet b ineſſe c, nõ autem omni. Vt ſit b pulchrum quid, c autem album, ſi igitur alicui albo ineſt pulchrum quid, uerum eſt dicere quoniam albo ineſt pulchrum, ſed non omni fortaſſe. Si ergo a ineſt b, non omni autem de quo b (neq; ſi omni c, ineſt b neq; ſi ſolum alicui) nõ neceſſe eſt ei quod eſt c, ineſſe a, non quia non omni, ſed nec ineſſe ei quod eſt c. Si autem de quocunque b dicatur uerè, huic omni ineſt a, accidet a de quo omni b dicitur, de eo omni dici. Si autem a dicitur de omni de quo b dicatur, nihil prohibet ei quod eſt c, ineſſe b, non omni autem a, aut non ineſſe omnino. In tribus igitur terminis manifeſtum eſt quoniam de quo b quidem omni, & a dicitur, hoc eſt, de quibuſcunq; b dicitur, de omnibus dicitur & a, & ſi b quidem de omni, & a ſimiliter, ſi autem non de omni, non neceſſe eſt a ineſſe omni. Non oportet autem arbitrari propter expoſitionem accidere

aliquod inconueniens, non enim laboramus in eo quod aliquid ſit hoc, ſed quem ad modum Geometer pedalem, & rectam hanc eſse & ſine latitudine dicit, quæ non eſt, ſed non ſic utitur, ut eis ſyllogizans. Omnino enim quod nō eſt ut totum ad partem, & aliud ad hoc ut pars ad totum, ex nullo talium oſtendit demonſtrator, neq; enim fit ſyllogiſmus, expoſitione autem ſic utimur, ut & ſentiat qui diſcit dicentes, non enim ſic ut ſine his non poſsibile ſit demonſtrare, quemadmodum ex quibus eſt ſyllogiſmus. Non lateat autem nos, quoniam in eodem ſyllogiſmo, non omnes concluſiones per unam eandem figuram ſunt, ſed hæc quidem per hanc, illa uero per aliam. Palàm ergo quoniam & reſolutiones ſic faciendum. Quoniam autem non omne propoſitum in omni figura, ſed in una quaq; diſpoſita ſunt, manifeſtum eſt ex concluſione in qua figura ſit, quærendum. Et ad definitiones orationum quæcunq; ad unum quiddam ſunt argumentatæ in eorum quæ inſunt termino, ad quod argumentatum eſt ponendum terminum, & non totam orationem, minus enim contingit perturbari propter longitudinem, ut ſi quis aquam oſtēdit, quoniam eſt humidus potus, potum & aquam terminos ponendum.

De reſolutione ſyllogiſmorum ad impoßibile, & ex hypothesi.
Cap. XL.

AMplius autem ex hypotheſi ſyllogiſmos non eſt tentandum reducere, nam non eſt ex iſs quæ poſita ſunt reducere, non enim per ſyllogiſmum oſtenſi ſunt, ſed ad placitum conceſſi ſunt omnes. Vt ſi quis ponat, ſi una quædam poteſtas non ſit contrariorum, neque diſciplinam eſſe unam. Deinde diſputet quoniam non eſt una poteſtas contrariorum, ut ſanatiui, & ægrotatiui, ſimul enim idem erit ſanatiuum, & ægrotatiuum. Quoniam autem non eſt omnium contrariorum una poteſtas, oſtenſum eſt, ſed quoniam diſciplina non una, non eſt oſtenſum, quamuis confiteri ſit neceſſe, at non ex ſyllogiſmo, uerum ex hypotheſi, hoc igitur non eſt reducere, quoniam non una poteſtas eſt, hic enim fortaſſe erat ſyllogiſmus, illud autem hypotheſis. Similiter autem in his, qui per impoſſibile concluduntur, nam neq; hoc eſt reſoluere, ſed ad impoſſibile quidem reductionem, eſt. ſyllogiſmo enim monſtratur, alterum autem non eſt, nam ex hypotheſi concluditur. Differunt autem à prædictis, quoniam in illis quidem oportet prius confiteri, ſi debet concedere, ut ſi oſtendatur una poteſtas contrariorum, & diſciplinam eſſe eandem, hic autem & non prius confeſſi concedunt, eo quòd manifeſtum ſit falſum, ut poſita diametro ſymetro, eo quòd imparia eſſe æqualia paribus. Plures autem & diuerſi terminantur ex conditione, quos proſpicere oportet, & notare aptè. Quæ ergo horum differentiæ, & quoties fiunt, qui ſunt ex hypotheſi, poſtea dicemus. Nunc autem tantum ſit nobis manifeſtum, quoniam non eſt reſoluere in figuras huiuſmodi ſyllogiſmos, & ob quam cauſam, diximus.

De reciproca reductione ſyllogiſmorum unius figuræ in aliam.
Cap. XLI.

QVecunque autem in pluribus figuris monſtrantur poſita, ſi in alteram ſyllogiſetur, eſt reducere ſyllogiſmum in alteram, ut eum qui in prima eſt priuatiuum, in ſecundā figuram, & eum qui in media eſt, in primam. Non omnes autem, ſed quoſdam, erit autem in ſequentibus manifeſtum. Si enim a nulli b, b autem omni c, a nulli c, ſic ergo prima figura, ſi autem conuertatur priuatiua, media erit. Nam b a quidem nulli, c autem omni inerit. Similiter autem & ſi non uniuerſalis, ſed particularis ſit ſyllogiſmus, ut ſi a quidem nulli b, b autem alicui c, conuerſa enim priuatiua, **media erit figura.** Eorum autem ſyllo-

tem ſyllogiſmorum, qui ſunt in ſecunda figura, uniuerſales quidē reducentur in primam figuram, particularium autem alter ſolum. Inſit enim a b quidem nulli, c uero omni, conuerſa priuatiua, prima erit figura, nam b quidem nulli a, a autē omni c inerit. Si autem prædicatiuum quidem ſit ad b, priuatiuum autem ad c, primus terminus ponendus eſt c, hoc enim nulli a, a autem omni b, quare nulli b inerit c, ergo & b nulli c, conuertitur enim priuatiua. Si aut particularis ſit ſyllogiſmus, quando priuatiuum quidem erit ad maiorem extremitatem, reſoluetur in primam figuram, ut ſi a nulli b, b autem alicui c, conuerſa enim priuatiua, prima erit figura, nam b quidem nulli a, a autem alicui c. Quando uero prædicatiuum, non reſoluetur, ut ſi a quidem omni b, c uero non omni, non enim ſuſcipit conuerſionem a b, neq; cum ſit, erit ſyllogiſmus. Rurſus qui in tertia quidē ſunt figura, non reſoluuntur omnes in primam, qui autem ſunt in prima, omnes in tertiam. Inſit enim a quidē omni b, b autem alicui c, ergo quia conuertitur particularis prædicatiua, inerit & c alicui b, a uero omni b inerat, quare ſit tertia figura. Et ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus, ſimiliter: conuertitur enim particularis affirmatiua, quare a quidem, nulli b, c autem alicui inerit. Eorum aūt ſyllogiſmorum, qui ſunt in poſtrema figura, unus tantum nō reſoluitur in primam, quando non uniuerſalis ponitur priuatiua, alij autem omnes reſoluuntur. Prædicentur enim de omni c, & a & b, ergo conuertetur c ad utrunq; particulariter, inerit ergo a, alicui b, quare erit prima figura. Si quidem a, omni c, c uero alicui b, & ſi a quidem omni c, b autem alicui c, eadem ratio, cōuertitur enim ad b c. Si autem b quidem omni c, a autem alicui c, primus ponendus b, nam b omni c, c autem alicui a, quare b alicui a, quoniam autem conuertitur particularis, & a alicui b inerit. Et ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus uniuerſalibus terminis, ſimili ter ſumendum. Inſit enim b omni c, a autem nulli c, ergo alicui b inerit c, a autem, nulli c, quare erit medium c. Similiter autem & ſi priuatiua quidē ſi uniuerſalis, prædicatiua autem particularis, nam a quidem nulli c, c autem alicui b inerit. Si autem particularis ſumatur priuatiua, non erit reſolutio, ut ſi b quidem omni c, a autē alicui c non ineſt, conuerſa enim b c utræq; propoſitiones erunt particulares. Manifeſtum autem quoniam ad reſoluendum ad ſeinuicem figuras, quæ ad minorem extremitatem eſt propoſitio, conuertenda in utriſq; figuris, hac conuerſa, tranſitio fit.

Eorum autem, qui in media ſunt figura, alter quidem reſoluitur, alter uero non reſoluitur in tertiam, nam cum ſit uniuerſalis priuatiua, reſoluitur. Si enim a nulli quidem b, alicui autem c, utraq; ſimiliter conuertitur ad a, quare b quidem nulli a, c uero alicui, medium ergo a. Quando autem a omni b, c autem alicui non inſit, non fit reſolutio, neutra enim propoſitionum ex conuerſione uniuerſalis. Qui autem ex tertia ſunt figura, reſoluentur in mediam, quando fuerit uniuerſalis priuatiua, ut ſi a nulli c, b autem alicui, aut omni c, nam c, a quidem nulli, b autem alicui inerit. Si autem particularis ſit priuatiua, non reſoluetur, non enim ſuſcipit conuerſionem particularis negatiua. Manifeſtum ergo quoniam iſdem ſyllogiſmi non reſoluuntur in his figuris, qui nec in primam reſoluebantur. Et quoniam in primam figuram reductis ſyllogiſmis, iſti ſoli ſyllogiſmi per impoſſibile clauduntur. Quomodo ergo oportet ſyllogiſmos reducere, & quoniam reſoluuntur figuræ in ſeinuicem, manifeſtum ex dictis.

De ſyllogiſmis infinitis, & regulis conſequentiarum.
Cap. XLII.

DIffert autem in cōſtruendo, uel dēſtruendo opinari, aut idem, aut diuerſum ſignificare, non eſse hoc, & eſse non hoc, ut non eſse album, ei quod eſt eſse non album, non enim idem ſignificant, nec eſt negatio eius, quæ eſt eſse album, ea quæ eſt, eſse non album, ſed non eſse album. Ratio autē huius hæc

eſt,ſimiliter enim ſe habet poſſibile eſt ambulare,ad poſſibile non ambulare, id quæ eſt,eſſe album,ad eſſe non album, & ſcit bonum, ad ſcit non bonũ, nam ſcit bonum, uel ſciens bonum, nihil differt, neque poteſt ambulare, uel eſt potens ambulare, quare & oppoſita,non poteſt ambulare, & non eſt potens ambulare. Si igitur non eſt potens ambulare idem ſignificat, & eſt potens non ambulare, ipſa ſimul inerunt eidem, nam idem poteſt ambulare, & non ambulare, & idem ſciens bonum, & non bonum eſt. Affirmatio autem,& negatio non ſunt oppoſitę ſimul in eodem. Quemadmodum ergo non idem eſt,non ſcire bonum,& ſcire non bonum, nec eſſe non bonum,& non eſſe bonum idem, nam proportionalium, ſi alterum ſit, & alterum. nec eſſe non æquale, & non eſſe æquale idem, huic enim quod eſt non æquale, ſubiacet aliquid,& hoc eſt inæquale,illi uero nihil,eo quòd æquale quidem,uel inæquale non omne eſt æquale autẽ,uel non æquale omne. Amplius,eſt non album lignum,& non eſt album lignum, non ſimul ſunt, ſi enim eſt lignum non album, erit lignum, quod autem non eſt album lignum,non neceſſe eſt eſſe lignum. Quare manifeſtum eſt, quoniam non eſt eius quod eſt bonum,eſt non bonum,negatio:ſi ergo de omni uno uel affirmatio,uel negatio uera,ſi non eſt negatio,palàm quoniam affirmatio aliquo modo erit,affirmationis aũt omnis,negatio eſt,& huius ergo,ea quę eſt,non eſt non bonum. Habent autem ordinem hunc adinuicem, ſit eſſe quidem bonum in quo a,non eſſe autem bonum in quo b,eſſe autem non bonum in quo c ſub b,non eſſe autem non bonum in quo d ſub a,omni ergo inerit aut a,aut b,& nulli eidem,& omni aut c aut d,& nulli eidem,& cui c ineſt,neceſſe eſt b omni ineſſe. Si enim uerum eſt dicere quoniam eſt non album, & quoniam non eſt album,uerum,impoſſibile eſt enim ſimul eſſe album, & eſſe non album, aut eſſe lignum album, & eſſe lignum non album,quare ſi non affirmatio,& negatio inerit. Ei autem quod eſt b,non ſemper c,quod enim omnino non eſt lignum, neque lignum erit album,nec nonalbum. Econuerſo autem cui ineſt a,& d omni ineſt,aut enim c,aut d, quoniam autem non poſſunt ſimul eſſe non album, & eſſe album, d inerit, nam de eo quod eſt album,uerum eſt dicere,quoniam non eſt non album. De d autem non omnino a erit, nam de eo quod omnino non eſt lignum, non uerum eſt dicere a, quoniam eſt lignum album,quare d uerum eſt,& a non uerum,quoniam eſt lignum album.

Palàm autem quoniam & a & c nulli eidem inſunt, ſed b & d contingit eidem alicui ineſſe. Similiter autem ſe habent & priuationes ad prædicationes eadem poſitione,ſit enim æquale, in quo a,non æquale, in quo b,inæquale, in quo c, non inæquale, in quo d. In pluribus autem quorum his quidem ineſt, illis uero non ineſt idem,negatio quidem ſimiliter uera ſit,ut quoniam nõ ſunt alba omnia, aut quoniam non eſt album unumquodq;,aut quoniam eſt non album unumquodq;, aut quoniam omnia ſunt non alba, falſum eſt. Similiter autem & eius quæ eſt omne animal album,non hæc (eſt non album omne animal) negatio,ambæ enim falſæ,ſed eſt,non omne animal album. Quoniam autem palàm,quod aliud ſignificat eſt non album,& non eſt album,& illa quidem affirmatio,hæc uero negatio.manifeſtũ quoniam non eſt idem modus mõſtrandi utrumq;, ut quoniam quicquid eſt animal,non eſt album, aut contingit non eſſe album, & quoniam uerum dicere non album, hoc enim eſt eſſe non album. Sed uerum quidem dicere,eſt album,ſiue non album,idem modus. Conſtructiuè enim ambæ per primam oſtenduntur figuram,nam uerum,el quod eſt ſimiliter ordinatur,eius enim quæ eſt,uerum dicere album, non hæc, uerum dicere non album,negatio,ſed hæc,non eſt uerum dicere album. Si enim uerum eſt dicere quicquid eſt homo muſicum eſſe, aut non muſicum eſſe, quicquid eſt animal ſumendum,muſicum eſſe,aut non muſicum eſſe, & oſtenſum eſt. Non eſſe autem muſicum quicquid eſt homo,deſtructiuè monſtratur ſecundum dictos tres modos. Simpliciter autem quando ſic ſe habent a & b,ut ſimul quidem eidem non contingãt, omni autem de neceſſitate alterum,& rurſum c & d ſimiliter. Sequitur autẽ id quod eſt c,

eſt c, a, & non conuertitur, & id quod eſt b ſequetur d, & non conuertitur,& a quidem,& d contingunt eidem,b autem & c non contingunt. Primum ergo quoniam id quod eſt b,ſequitur d,hinc manifeſtum,quoniam eorum quæ ſunt c d alterum ex neceſſitate omni ineſt,cui autem b,non contingit c, eo quòd ſimul infert a,a autem,& b non contingunt eidem,manifeſtum quoniam d ſequetur b. Rurſum quoniam ei quod eſt a non conuertitur c,omni autem uel c, uel d,contingit a,& d eidem ineſſe. B autem,& c non contingit,eo quòd conſequitur a, id quod eſt c, accidit enim quiddam impoſſibile. Manifeſtum eſt ergo quoniam nec b ei quod eſt d conuertitur, eo quòd contingit ſimul a, d ineſſe. Accidit autem aliquoties in huiuſmodi terminorũ ordine falli, eo quòd oppoſita non ſumantur rectè, quorum neceſſe eſt omni alterum ineſſe. Vt ſi a & b non contingunt ſimul eidem, neceſſe eſt autem ineſſe cui non alterum,alterum, & rurſus c & d ſimiliter, cui autem c omni,ſequitur a, accidet enim cui d, b ineſſe ex neceſſitate, quod falſum eſt, ſi ſumatur enim negatio eorum, quæ ſunt a b, ea quæ eſt in quibus f, & rurſus eorum quæ ſunt c d,ea quæ eſt in quibus g. Neceſſe eſt igitur omni ineſſe uel a,uel f, aut enim affirmationem, aut negationem,& rurſum,aut c, aut g, affirmatio enim & negatio,& cui c, omni a ſubiacet, quare cui f, omni hoc quod eſt g. Rurſum quoniam eorum quæ ſunt f b, omni alterum,& eorum quæ ſunt g d,ſimiliter. Sequitur autem g id quod eſt f, & id quod eſt d ſequitur b, hoc enim ſcimus. Si ergo a id quod eſt c,& id quod eſt d ſequetur b, hoc autem falſum,è contrario enim erat in his (quæ ſic ſe habent) conſequentia. Non enim fortaſſe neceſſarium omni ineſſe, aut a, aut f, nec f aut b, non enim eſt negatio eius quod eſt a, hoc quod eſt f, nam boni non bonum negatio, non autem eſt idem hoc quod eſt non bonum, ei quod eſt neque bonum neque non bonum, ſimiliter autem & in c d, nam negationes quæ ſumptæ ſunt, duæ ſunt.

Primi libri Priorum Analyticorum Ariſtotelis finis.

SECVNDI PRIORVM ANALYTICORVM ARISTOTELIS LIB. CAPVT PRIMVM.

IN QVOT ergo figuris, & per quales, & quot propoſitiones, & quando, & quomodo fit ſyllogiſmus, amplius autem ad quæ per ſpiciendum cõſtruenti, & deſtruenti, & quomodo oporteat quærere de propoſito ſecundum unamquanq; artem, amplius autem per quàm uiam ſumemus, quæ in ſingulis ſunt principia iam pertranſiuimus. Quoniam autem alij quidem ſyllogiſmorum ſunt uniuerſales, alij uero particulares: uniuerſales quidẽ omnes ſemper plura ſyllogizant, particularium autem prædicatiui quidem plura, negatiui uero concluſionem ſolam. Nam aliæ quidem propoſitiones conuertuntur, priuatiua uero non conuertitur. Concluſio uero aliquid de aliquo eſt, quare alij quidem ſyllogiſmi plura ſyllogizant. Vtſi a oſtenſum ſit, omni aut alicui b ineſſe, & b alicui a neceſſarium eſt ineſſe, & ſi nulli b ineſſe a, & b nulli a, hoc autem aliud eſt a priore. Si autem a alicui b non inſit, non neceſſe eſt & b alicui a non ineſſe, contingit enim omni a ineſſe. Hæc ergo communis omnium cauſa uniuerſalium, & particularium. Eſt autem de uniuerſalibus, & aliter dicere, quæcunque enim aut ſub medio, aut ſub concluſione ſunt, omnium erit idem ſyllogiſmus, ſi illa quidem in medio, hæc uero in concluſione ponantur, ut ſi a b concluſio per c, quæcunq; ſub b, aut ſub c ſunt, neceſſe eſt de omnibus dici a, nam d ſi in toto b, & b in a, & d erit in a. Rurſum ſi e in toto c, & c in toto a, & e in toto a erit. Similiter autem, & ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus. In ſecunda autem figura quod ſub concluſione erit, ſolum erit ſyllogizare, ut ſi a inſit nulli b, & omni c, concluſio quoniam nulli c, ineſt b, ſi autem d ſub c eſt, manifeſtum quoniam non ineſt ei b, iis autem quæ ſunt ſub a, quoniam b non ineſt, non palàm eſt per ſyllogiſmum, & ſi non ineſt b, ei quod eſt c, ſi eſt e ſub a, ſed ineſſe quidem b nulli c, per ſyllogiſmum oſtenſum eſt, non ineſſe uero a hoc quod eſt b, indemonſtratum ſumptum eſt, quare nec per ſyllogiſmum accidit b non ineſſe c. In particularibus autem, eorum quidem quæ ſub concluſione ſunt, non erit neceſſarium. Non enim fit ſyllogiſmus, quando ea ſumpta fuerit particularis, eorum autem quæ ſunt ſub medio, erit omnium, uerũtamen non per ſyllogiſmum, ut ſi a omni b, & b alicui c, nam eius quod ſub c eſt poſitum, non erit ſyllogiſmus, eius uero quod ſub b erit, ſed nõ propter eum qui prius factus eſt ſyllogiſmum. Similiter autem & in aliis figuris, nam eius quidẽ quod ſub concluſione eſt, non erit, alterius uero erit, uerum nõ per ſyllogiſmum, eo quòd & in uniuerſalibus ex indemonſtrata propoſitione, quæ ſunt ſub medio oſtendebantur, quare neque hic erit, uel & in illis.

Quod ex falſis in prima figura uerum colligatur. Cap. II.

EST ergo ſic ſe habere, ut ueræ ſint propoſitiones, per quas fit ſyllogiſmus, eſt autem ut falſæ, eſt uero ut hæc quidem uera, illa autem falſa, concluſio autem aut uera, aut falſa ex neceſſitate. Ex ueris ergo non eſt falſum ſyllogizare, ex falſis autem uerum, tamen non propter quid, ſed quia, nam eius qui eſt propter quid, non eſt ex falſis ſyllogiſmus, ob quam autem cauſam, in ſequentibus dicetur. Primum ergo quoniam ex ueris non poſſibile falſum ſyllogizare, hinc manifeſtum. Si enim cum eſt a, neceſſe eſt eſſe b, ſi non eſt b, neceſſe eſt a non eſſe, ſi ergo uerum eſt

uerum eſt a, neceſſe eſt & b uerum eſſe, aut accidet idem ſimul & eſſe, & non eſſe, hoc autem impoſſibile. Non autem quoniam ponitur a unus terminus, accipiatur contingere uno aliquo exiſtente, ex neceſſitate aliquid accidere; non enim poteſt. Nam quod accidit ex neceſſitate, concluſio eſt, per quæ autem fit, ad minimum tres ſunt termini, duo autem interualla, & propoſitiones. Si ergo uerum eſt cui omni ineſt b & a, cui autem c & b, cui c, neceſſe eſt a ineſſe, & non poteſt hoc falſum eſſe, ſi mul enim erit idem, & non inerit, ergo a ut unum, poſitum eſt duas propoſitiones colligere. Similiter autem ſe habet & in priuatiuis, non enim eſt ex ueris oſtendere falſum: Ex falſis autem eſt uerum ſyllogizare, utriſque propoſitionibus falſis, & una, hac autem non utraliber contingit, ſed ſecunda, ſi quidem totam ſumamus falſam, non tota autem ſumpta, eſt utraliber. Inſit enim a omni c, ei autem quod eſt b nulli, nec b inſit c, contingit autem hoc, ut nulli lapidi animal, & lapis nulli homini, ſi igit ſumat a, omni b, & b omni c, a omni c inerit, quare ex utriſq; falſis uera eſt concluſio, omnis enim homo animal. Similiter autem & priuatiuum, inſit enim c nulli, nec a, nec b, a autem b omni, ut ſi eiſdem terminis ſumptis, medium ponatur homo, lapidi enim nec animal, nec homo nulli ineſt, homini autem omni animal, quare ſi cui quidem omni ineſt, ſumamus nulli ineſſe, cui uero non ineſt, omni ineſſe, ex falſis utriſque uera erit concluſio. Similiter autem oſtendetur & ſi in aliquo utraque falſa ſumatur. Si autem altera ponatur falſa, prima quidem tota falſa exiſtente ut a b, non erit concluſio uera, b c autem erit. Dico autem totam falſam quod contrariam ueræ, ut ſi quod nulli ineſt, omni ſumptum eſt, aut ſi quod omni, nulli ineſſe. Inſit enim a, b nulli, b autem omni c, ſi ergo b c quidem propoſitionem ſumamus ueram, a b autem falſam totam, & omni b ineſſe a, impoſſibile eſt a c concluſionem ueram eſſe, nulli enim inerat a earum quæ ſunt c, ſiquidem cui b nulli, b autem omni c. Similiter autem nec ſi a, omni b ineſt, & b omni c, ſumpta ſit autem b c quidem uera propoſitio, a b autem falſa tota, & nulli, cui b ineſt a, concluſio falſa erit, omni enim c ineſt a, ſiquidem cui b omni c, & a, b autem omni c. Manifeſtum ergo quoniam prima tota ſumpta falſa, ſiue affirmatiua, ſiue priuatiua, altera autem uera, non fit uera concluſio. Non tota autem ſumpta falſa, erit: nam ſi a c quidem omni ineſt, b autem alicui, b autem omni c, ut animal, cygnio quidem omni, albo autem alicui, album autem omni cygno, ſi ſumatur a omni b, & b omni c a omni c inerit uerè, omnis enim cygnus, animal. Similiter autem & ſi priuatiua ſit a b, poſſibile eſt enim a b quidem alicui ineſſe, c uero nulli, b autem omni c, ut animal alicui albo, niui uero nulli, album uero omni niui, ſi ergo ſumatur a quidem, nulli b, b autem omni c, a nulli c inerit. Si autem a b quidem propoſitio tota ſumatur uera, b c autem tota falſa, erit ſyllogiſmus uerus, nihil enim prohibet a, & b & c omni ineſſe, b autem nulli c, ut quæcunque eiuſdem generis ſunt ſpecies non ſubalternæ, nam animal & homini, & equo ineſt, equus autem nulli homini ineſt, ſi ergo ſumatur a omni b, & b omni c, concluſio uera erit, tota falſa b c propoſitione. Similiter autem cum uniuerſalis priuatiua eſt a b propoſitio, contingit enim a neque b, neque c nulli ineſſe, & b nulli c, ut ex alio genere ſpeciebus diuerſum genus, nam animal nec muſicæ, nec medicinæ ineſt, neque muſica medicinæ. Sumpta ergo a quidem nulli b, b autem omni c, uera erit concluſio. Et ſi non tota falſa ſit b c, ſed in aliquo, etiam ſic erit concluſio uera. Nihil enim prohibet a, & b & c toti ineſſe, b autem alicui c, ut genus ſpeciei, & differentiæ, nam animal homini omni, & omni greſſibili, homo autem alicui greſſibili, & nõ omni, ſi ergo a omni b, & b omni c ſumatur, a omni c inerit, quod quidem erat uerum. Similiter autem cum priuatiua eſt a, b propoſitio, contingit enim a nec b nec c nulli ineſſe, b uero alicui c, at genus ex alio genere ſpeciei & differentiæ, nam animal nec ſapientiæ nulli ineſt, nec contemplationi, ſapientia uero alicui cõtemplationi, ſi ergo ſumatur

a,nulli b,b autem omni c,nulli c inerit a,hoc autem erat uerum.In particularibus autem ſyllogiſmis cõtingit & prima propoſitione tota falſa exiſtente, altera autem uera,ueram eſſe concluſionem, & a b in aliquo falſa exiſtente,b c autem uera,& a b quidem uera,particulari autem falſa,& utriſq; exiſtẽtibus falſis.Nihil enim prohibet a,b quidem nulli ineſſe,c autem alicui,& b alicui c ineſſe,ut animal nulli nix,albo autẽ alicui ineſt,& nix albo alicui.Si ergo ponatur medium nix,primum autem animal,& ſumatur a quidem toti b ineſſe,b autem alicui c,a b tota falſa,b c autem uera,& concluſio uera.Similiter autem & cum priuatiua eſt a b propoſitio, poſſibile eſt enim a,b quidem toti ineſſe,c autem alicui non ineſſe,b uero alicui c ineſſe,ut animal homini quidem omni ineſt,album autem aliquod non ſequitur,homo uero alicui albo ineſt, quare ſi medio poſito homine,ſumatur a nulli b ineſſe, & b alicui c,uera fit concluſio,cum ſit tota falſa a b propoſitio.Et ſi in aliquo ſit falſa a b propoſitio,b c uera exiſtente,erit cõcluſio uera. Nihil enim prohibet a, & b,& c,alicui ineſſe,b autem alicui c,ut animal alicui pulchro,& alicui magno, & pulchrum alicui magno ineſt, ſi ergo ſumatur a omni b,& b alicui c,& a b quidem propoſitio in aliquo falſa erit,b c autem uera,& concluſio uera.Similiter autem & cum priuatiua eſt a b propoſitio,nam ijdem erunt termini,& ſimiliter poſiti ad demonſtrationem.Rurſum ſi a b quidem uera,b c autem falſa,uera erit concluſio.Nihil enim prohibet a quidem toti ineſſe b,c autem alicui,& b nulli c ineſſe.Vt animal,cygno quidem omni,nigro autem alicui,cygnus uero nulli nigro,quare ſi ſumatur a omni b,& b alicui c,uera erit concluſio,cum ſit falſa b c.Similiter autem & priuatiua ſumpta a b propoſitione,poſſibile enim a b quidem nulli,c autem alicui non ineſſe,& b nulli c,ut genus ex alio genere ſpeciei & accidenti eius ſpeciebus,nam animal quidem numero nulli ineſt,albo uero non alicui,numerus autem nulli albo, ſi ergo medium ponatur numerus, & ſumatur a quidem nulli b,b autem alicui c,a alicui c non inerit,quod fuit uerum,cum a b quidem ſit propoſitio uera,b c autem falſa. Et ſi in aliquo ſit falſa a b, falſa autem & b c, erit concluſio uera.Nihil enim prohibet a, alicui b,& alicui c ineſſe utriq;,b autem nulli c,ut ſi b ſit contrarium ipſi c, & ambo accidentia eidem generi,nam animal alicui albo, & alicui nigro ineſt, album autem nulli nigro ineſt, ſi ergo ſumatur a omni b,& b alicui c,uera erit concluſio.Et priuatiua quidem ſumpta a b, ſimiliter. Nam ijdem termini,& ſimiliter ponentur ad demonſtrationem. Et ex utriſque falſis,erit concluſio uera.Poſſibile eſt enim a b quidem nulli,c autem alicui ineſſe, b uero nulli c. Vt genus ex alio genere ſpeciei,& accidenti ſpeciebus eius,animal enim numero quidem nulli,albo uero alicui ineſt,& numerus nulli albo. Si ergo ſumatur a,omni b,& b alicui c, concluſio quidem uera, propoſitiones uero ambæ falſæ.Similiter autem & cum priuatiua eſt a b.Nihil enim prohibet a,b quidem toti ineſſe,c autem alicui non ineſſe,& neq; b,nulli c,ut animal cygno quidem omni, nigro autem alicui non ineſt,cygnus uero nulli nigro, quare ſi ſumatur a nulli b, b autem alicui c,a alicui c non inerit,ergo concluſio quidem uera,propoſiones autem falſæ.

Quod colligatur uerum ex falſis in ſecunda figura. Cap. III.

IN media autem figura omnino contingit per falſa uerum ſyllogizare, & utriſq; propoſitionibus totis falſis ſumptis,& hac quidem uera,illa tota falſa,utralibet falſa poſita,& ſi utræque in aliquo falſæ, & ſi hæc quidem ſimpliciter uera,illa autem in aliquo falſa,& in uniuerſalibus,& in particularibus ſyllogiſmis. Si enim a b quidem nulli ineſt,c autem omni,ut lapidi animal quidem nulli, homini autem omni,ſi contrariæ ponantur propoſitiones,& ſi ſumatur a,b quidem omni,c uero nulli,

nulli,ex falſis totis propoſitionibus erit uera concluſio.Similiter autem & ſi a ineſt, b quidem omni,c uero nulli,nam idem erit ſyllogiſmus.Rurſum ſi altera quidem tota falſa,altera autem tota uera. Nihil enim prohibet a,& b,& c omni ineſſe,b autem nulli c,ut genus non ſubalternis ſpeciebus.Nam animal & quo omni,& homini ineſt, & nullus homo equus, ſi ergo ſumatur animal huic quidem omni, illi uero nulli ineſſe,hæc quidem erit falſa, illa uero tota uera, & concluſio uera, ad quodlibet poſito priuatiuo.Et ſi altera in aliquo falſa,altera autem tota uera, poſſibile eſt enim a,b quidem alicui ineſſe,c autem omni,& b,nulli c,ut animal albo quidem alicui, coruo autem omni,album uero nulli coruo. Si ergo ſumatur a b quidem nulli, c autem toti ineſſe, a b quidem propoſitio in aliquo falſa eſt,a c autem tota uera,& concluſio uera,& tranſpoſita quidem priuatiua,ſimiliter.Nam per eoſdem terminos demonſtratio.Et ſi affirmatiua quidem propoſitio in aliquo falſa, priuatiua autem tota uera,nihil enim prohibet a,b quidem alicui ineſſe,c autem toti non ineſſe,& b nulli c,ut animal albo quidem alicui,pici autem nulli,album uero nulli pici, quare ſi ſumatur a toti b ineſſe,c autem nulli,a b quidem in aliquo falſa,a c autem tota uera,& concluſio uera. Et ſi utræque propoſitiones in aliquo falſæ,erit concluſio uera.poſſibile eſt enim a & b,& c alicui ineſſe,b autem nulli c,ut animal,& albo alicui,& nigro alicui,album uero nulli nigro.Si ergo ſumatur a b quidem omni, c autem nulli, ambæ quidem propoſitiones in aliquo falſæ, concluſio autem uera,ſimiliter autem tranſpoſita priuatiua per terminos. Manifeſtum autem & in particularibus ſyllogiſmis,nihil enim prohibet a,b quidem omni, c autem alicui ineſſe,& b alicui c non ineſſe,ut animal omni homini,albo autem alicui,homo uero alicui albo non inerit.Si ergo ponatur a,b quidem nulli ineſſe, c autem alicui ineſſe,uniuerſalis quidem propoſitio tota falſa,particularis autem uera,& concluſio uera. Similiter autem & affirmatiua ſumpta a b,poſſibile eſt enim a,b quidem nulli,c autem alicui non ineſſe,& b alicui c non ineſſe,ut animal nulli inanimato,albo autem alicui,& inanimatum non inerit alicui albo.Si ergo ponatur a,b quidem omni, c uero alicui non ineſſe, a b quidem propoſitio uniuerſalis tota falſa, a c autem uera,& concluſio uera. Et uniuerſali quidem uera poſita,minori autem particulariſalſa,nihil enim prohibet a,nec b,nec c nullum ſequi,& b,alicui c non ineſſe, ut animal nulli numero,nec inanimato, & numerus aliquod inanimatum non ſequitur. Si ergo ponatur a,b quidem nulli,c autem alicui,& concluſio uera,& uniuerſalis propoſitio uera, particularis autem falſa. Affirmatiua autem uniuerſali ſimiliter poſita,poſſibile eſt enim a & b,& c toti ineſſe,b autem aliquod c non ſequi, ut genus ſpeciem,& differentiam. Nam animal omnem hominem,& totum greſſibile ſequitur,homo uero non omne greſſibile,quare ſi ſumatur a,b quidem toti ineſſe,c autem alicui non ineſſe, uniuerſalis quidem propoſitio uera, particularis falſa,concluſio autem uera. Manifeſtum autem quoniam & utriſque falſis erit concluſio uera,ſiquidem contingit a,& b & c,huic quidem omni,illi uero nulli ineſſe, b uero aliquod c non ſequi,nam ſumpto a b quidem nulli,c autem alicui ineſſe, propoſitiones quidem ambæ falſæ, concluſio autem uera. Similiter autem & cum prædicatiua fuerit uniuerſalis propoſitio, particularis autem priuatiua, poſſibile enim a,b quidem nullum, c autem omne ſequi, & b alicui c non ineſſe,ut animal diſciplinam quidem nullam,hominem autem omnem ſequitur, diſciplina uero non omnem hominem.Si ergo ſumatur a,b quidem toti ineſſe,c autem aliquod non ſequi, propoſitiones quidem falſæ,concluſio autem uera.

Quod ex falsis uerum identidem colligatur in tertia figura. Cap. IIII.

ERIT autem & in poſtrema figura per falſas totas, & in aliquo utracꝫ, & altera quidem uera, altera autem falſa, & hęc quidem in aliquo falſa, illa autem tota uera, & è conuerſo, & quotquot modis aliter poſſibile eſt tranſſumere propoſitiones. Nihil enim prohibet nec a, nec b, nulli c ineſſe, a autem alicui b ineſſe, ut nec homo, nec greſſibile, nullum inanimatum ſequitur, homo autem alicui greſſibili ineſt, ſi ergo ſumatur a & b, omni c ineſſe, propoſitiones quidem totæ falſæ, concluſio autem uera. Similiter autem & cum hæc quidem eſt priuatiua, illa uero affirmatiua. Poſſibile eſt enim b quidem nulli c ineſſe, a autem omni, & a alicui b non ineſſe, ut nigrum nulli cygno, animal autem omni, & animal non omni nigro, quare ſi ſumatur b quidem, omni c, a uero nulli, a alicui b non inerit, & concluſio quidem uera, propoſitiones autem falſæ. Et ſi in aliquo fuerit utracꝫ falſa, erit concluſio uera, nihil enim prohibet & a, & b alicui c ineſſe, & a alicui b, ut albū, & pulchrū alicui animali ineſt, & albū alicui pulchro, ſi ergo ponatur a, & b omni c ineſſe propoſitiones quidem in aliquo falſæ, concluſio autem uera. Et priuatiua a c poſita ſimiliter: nihil enim prohibet a quidem alicui c non ineſſe, b uero alicui ineſſe, & a non omni b ineſſe, ut album alicui animali non ineſſe. Pulchrum autem alicui ineſt, & album non omni pulchro, quare ſi ſumatur a quidem nulli, c b autē omni, utracꝫ propoſitiones quidem in aliquo falſæ, cōcluſio autem uera. Similiter autem & hæc quidē tota falſa, illa uero tota uera ſumpta. Poſſibile eſt enim a & b omne c ſequi, & a alicui b non ineſſe, ut animal & albū, omne cygnum ſequitur, & animal non omni ineſt albo, poſitis igitur his terminis, ſi ſumatur b quidem toti c ineſſe, a uero toti non ineſſe, b c quidem tota erit uera, a c autem tota falſa, & concluſio uera. Similiter autem & ſi b c quidem falſa, a c autem uera, nam hi quidem termini ad demonſtrationem, nigrum, inanimatum, cygnus. Sed & ſi utracꝫ aſſumantur affirmatiuę, nihil enim prohibet b quidem omne c ſequi, a autem toti c non ineſſe, & a alicui b ineſſe, ut omni cygno animal, nigrum uero nulli cygno, & nigrū ineſt alicui animali, quare ſi ſumat̄ a & b omni c ineſſe, b c quidē tota uera, a c autem tota falſa, & concluſio uera. Similiter autem & a c ſumpta uera, nam per eoſdem terminos demonſtratio. Rurſum hac quidem tota uera exiſtente, illa uero in aliquo falſa, poſſibile eſt enim b quidem omni c ineſſe, a autem alicui c, & alicui b, ut bipes quidem omni homini, pulchrum non omni, & pulchrum alicui bipedi ineſt. Si ergo ſumatur a & b, toti c ineſſe, b c quidem, tota uera, a c autem in aliquo falſa, concluſio autem uera. Similiter autem & a c quidem uera, b c autem falſa in aliquo ſumpta, tranſpoſitis enim eiſdem terminis erit demonſtratio. Et cum hæc quidem eſt priuatiua, illa uero affirmatiua, quoniam poſſibile eſt b quidem toti c ineſſe, a autem alicui c, & quando ſic ſe habeant, non omni b ineſſe ā. Si ergo aſſumatur b quidem toti c ineſſe, a autem nulli, priuatiua quidem in aliquo falſā, altera autem tota uera, & concluſio erit uera. Rurſum quoniam oſtenſum eſt, quod cum a quidem nulli c ineſt, & b alicui, euenit a alicui b non ineſſe: manifeſtum igitur quoniam & cum a c tota eſt uera, b c autem in aliquo falſa, contingit concluſionem eſſe ueram, ſi enim ſumatur a quidem nulli c, b autem omni, a c quidem tota uera, b c aūt in aliquo falſa. Manifeſtum aūt & in particularibus ſyllogiſmis, quoniā omnino per falſa erit uerū, nam ijdē termini ſumendi, & quando uniuerſales fuerint propoſitiones, in prædicatiuis quidē prædicatiui, in priuatiuis aūt priuatiui, nihil em differt cum nulli inerat, uniuerſaliter ſumere ineſſe, & ſi alicui inerat, uniuerſaliter ſumere ad terminorū poſitionem, ſimiliter autē & in priuatiuis. Manifeſtū igit quando ſit concluſio falſa, neceſſe eſt ea ex quibus eſt oratio, falſa eſſe aut omnia, aut aliqua, quando autem uera, non neceſſe eſt uerum eſſe nec aliquod quidem, nec omnes.

Sed eſt cum nullum ſit uerum eorum, quæ ſunt in ſyllogiſmis, & concluſionem ſimiliter

ſimiliter eſſe ueram, non tamen ex neceſſitate. Cauſa autem quoniam quum duo ſic ſe habent adinuicem, ut cum alterum ſit, ex neceſſitate eſſe alterum, hoc cum non ſit quidem, nec alterum erit, cum autem ſit, nō neceſſe eſt eſſe alterum, idem autem cum ſit, & non ſit, impoſſibile ex neceſſitate eſſe idem. Dico autem ut cum ſit a album, b eſſe magnum ex neceſſitate, & cum non ſit a album, b eſſe magnum ex neceſſitate, quando enim cum hoc ſit (ut a) album illud neceſſe eſt (ut b) eſſe magnum, cum autem ſit b magnum, c non eſſe album, neceſſe eſt ſi a ſit album, c non eſſe album. Et quando duobus exiſtentibus, cum alterum ſit, neceſſe eſt alterum eſſe, hoc autem cum non ſit, neceſſe eſt a non eſſe, cum ergo b non ſit magnum, a non poteſt album eſſe, cum uero a non ſit album, neceſſe eſt b magnum eſſe, accidit ex neceſſitate cum b magnum non ſit, idem b eſſe magnum, hoc autem impoſſibile, nam ſi b non eſt magnum, a non erit album ex neceſſitate, ſi ergo cum non ſit a album, b erit magnum, accidit ſi b non eſt magnum, b eſſe magnum, ut per tria.

De circulari oſtenſione in prima figura. Cap. V.

CIrculo autem, & ex ſeinuicem oſtendere eſt per concluſionem, & è conuerſo prædicationem alteram ſumentem propoſitionem concludere reliquā, quam ſumpſerat in altero ſyllogiſmo, ut ſi oportuit oſtendere quoniam a ineſt omni c, oſtendat autem per c, rurſus ſi monſtret quoniam a ineſt b, ſumens a quidem ineſſe c, c autem b, & a inerit b, prius autem è conuerſo ſumpſit b ineſſe c, aut ſi quoniam b ineſt c, oporteat oſtendere, ſi ſumat a de c, quæ fuit concluſio, b autem de a eſſe, prius autem ſumptum eſt è conuerſo a de b. Aliter uero non eſt ex ſeinuicem oſtendere, ſiue enim aliud medium ſumetur, non circulo, nil enim ſumitur eorundem, ſiue horum quiddam, neceſſe eſt alterum ſolum, nam ſi ambo, eadē erit cōcluſio, at oportet diuerſam eſſe. In ijs igitur quæ non cōuertuntur, ex indemonſtrata altera propoſitione fit ſyllogiſmus, non enim eſt demonſtrare per hos terminos, quoniam medio ineſt tertium, aut primo medium. In ijs autem quæ cōuertuntur, erit omnia monſtrare per ſeinuicem. Vt ſi a, & b, & c conuertuntur ſibiſinuicem, oſtendatur enim a c per medium b, & rurſum a b per concluſionem, & per b c propoſitionem conuerſam. Similiter autem & b c, & per concluſionem, & per a b propoſitionem conuerſam. Oportet autem & c b, & b a propoſitionem demonſtrare, nam his demonſtratis uſi ſumus ſolis. Si ergo ſumatur b omni c ineſſe, & c omni a, ſyllogiſmus erit eius quod eſt b ad a. Rurſus ſi ſumatur c omni a ineſſe, & a omni b, neceſſe eſt c ineſſe omni b. In utriſcꝫ ergo ſyllogiſmis c a propoſitio ſumpta eſt in demonſtrata, nam aliæ probatæ erant, quare ſi hanc oſtenderimus, omnes erunt approbatæ per ſeinuicem. Si ergo ſumatur c omni b, & b omni a ineſſe, utræque propoſitiones demonſtratæ ſumuntur, & c neceſſe eſt ineſſe a. Manifeſtum eſt ergo quoniam in ſolis iſs quæ conuertuntur, circulo & per ſeinuicem contingit fieri demonſtrationes, in aliis uero quemadmodum prius diximus. Accidit autem & in ijs eodem quod monſtratur uti ad demonſtrationem, nam c de b, & b de a monſtratur ſumpto c de a dici, c autem de a per has oſtenditur propoſitiones, quare concluſione utimur ad demonſtrationē. In priuatiuis autem ſyllogiſmis hoc modo mōſtratur ex ſeinuicē, ſit b quidem, omni c ineſſe, a autē nulli b, cōcluſio autem quoniā a nulli c. Si ergo rurſum oporteat cōcludere, quoniam a nulli b, quod prius ſumptū erat, erit a quidem nulli c, c autem omni b, ſic enim è conuerſo propoſitio. Si aūt quoniā b ineſt c, oporteat cōcludere, non iam ſimiliter conuertendū a b, nam eadē, ppoſitio eſt b nulli a, & a nulli b ineſſe, ſed ſumendū, cui a nulli ineſt, huic b omni ineſſe. Sit enim a nulli c ineſſe, quod quidē fuit cōcluſio, cui aūt a nulli b, ſi ſumatur omni ineſſe, neceſſe erit

ergo b,

ergo b omni c ineſſe,quare cum ſint tria,unumquodq; concluſio eſt facta,& circu lo demonſtrare,hoc eſt concluſionem ſumentem & è conuerſo alteram propoſitio nem,reliquam ſyllogizare. In particularibus autem ſyllogiſmis uniuerſalem qui dem propoſitionem non eſt demonſtrare per alias,particularem autem eſt,quoniam autem non eſt demonſtrare uniuerſalem,manifeſtum,nam uniuerſale monſtratur per uniuerſalia,concluſio autem non eſt uniuerſalis,oportet autem oſtendere ex conclu ſione & altera propoſitione. Amplius omnino non ſit ſyllogiſmus conuerſa propo ſitione,nam particulares fiunt utræq; propoſitiones. Particulare autem eſt,oſten datur enim a de aliquo c per b,ſi ergo ſumatur b, omni a,& concluſio manear, b alicui c inerit,ſit enim prima figura, & eſt a medium. Si autem ſit priuatiuus ſyllogiſmus,uniuerſalem quidem propoſitionē non eſt oſtēdere, propter hoc quod prius dictum eſt,particularem (ſi ſimpliciter conuertatur a b quemadmodum & in uniuerſalibus) non eſt, per aſſumptionem autem eſt,ut cui a,alicui non inſit,b alicui ineſſe,nam aliter ſe habentibus non fit ſyllogiſmus,eo quòd negatiua eſt particula ris propoſitio.

De eadem cyclica circulari oſtenſione in ſecunda figura. Cap. VI.

IN ſecunda autem figura affirmatiuam quidem non eſt oſtendere per hunc mo dum,priuatiuam autem eſt,ergo prædicatiua quidē non oſtenditur,eo quòd non ſunt utræq; propoſitiones affirmatiuæ, nam concluſio priuatiua,prædicatiua au tem ex utriſq; oſtendebatur affimatiuis. Priuatiua autem ſic oſtenditur,inſit & a omni b,c autem nulli, concluſio quoniam b nulli c,ſi ergo ſumatur b omni a ineſſe,& nulli c,neceſſe eſt a nulli c ineſſe,fit enim ſecunda figura,medium b. Si autem a b priuatiua ſumpta ſit, altera uero prædicatiua, prima erit figura, nam c quidem omni a,b autē nulli c,quare b nulli a, ergo nec a b, medium c,ergo per concluſionem quidem,& unam propoſitionem nō fit ſyllogiſmus, aſſumpta autem altera erit. Si autem non uniuerſalis ſit ſyllogiſmus,quæ in toto quidem eſt propoſi tio,non oſtenditur,propter eandem cauſam quam quidem diximus & prius, quæ au tem in parte,oſtenditur quando uniuerſalis ſit prædicatiua. Inſit enim a omni b,c autem non omni,concluſio b c,ſi ergo ſumatur b,omni a,c autem non omni,con cluſio a,alicui c non inerit,medium b. Si autem eſt uniuerſalis priuatiua, nō often ditur a propoſitio,conuerſa a b,accidit enim utraſq;, aut alteram propoſitionē fie ri negatiuam,quare non erit ſyllogiſmus, ſed ſimiliter oſtēdetur quemadmodum & in uniuerſalibus,ſi ſumatur cui b,alicui non ineſt,a alicui ineſſe.

De cyclica ratiocinatione in tertia figura. Cap. VII.

IN tertia autem figura quando utræq; propoſitiones uniuerſaliter ſumentur,non contingit oſtendere per ſeinuicem propoſitionem. Nam uniuerſalis quidem o ſtenditur per uniuerſalia,in hac autem cōcluſio ſemper eſt particularis, quarema nifeſtum quoniam omnino non contingit oſtendere per hanc figuram uniuerſa lem propoſitionem. Si autem hæc quidem uniuerſalis ſit, illa uero particularis, quandoq; quidem erit,quandoq; uero non inerit,quando ergo utræq; prædicatiuæ ſu mantur,& uniuerſalis ſit ad minorem extremitatem, erit, quando uero ad alterā,non erit. Inſit enim a omni c,b autem alicui c,cōcluſio a b. Si ergo ſumatur c omni a ineſſe conuerſa uniuerſali,& a ineſſe b,quod erat concluſio, c quidē oſtenſum eſt alicui b ineſſe,b autem alicui c,non eſt oſtenſum, quamuis neceſſe eſt ſi c ali cui b,& b alicui c ineſſe,ſed nō idem eſt hoc illi,& illud huic ineſſe, ſed aſſumendū eſt,ſi hoc alicui illi,& alterū alicui huic,hoc aūt ſumpto iam non ſit ex cōcluſione,& altera propoſitione ſyllogiſmus. Si aūt b quidē omni c,a aūt alicui c, erit oſtendere a c, quando

a c,quando ſumatur c quidem omni b ineſſe,a autem alicui,nam ſi c omni b in eſt,a autem alicui b,neceſſe eſt a alicui c ineſſe,medium b. Et cum fuerit hæc præ dicatiua quidem, illa uero priuatiua, uniuerſalis autem prædicatiua, oſtendetur alte ra. Inſit enim b omni c,a autem alicui non inſit,cōcluſio quoniam a alicui b non ineſt. Si ergo aſſumatur c b omni ineſſe, inerat autem & a non omni b, neceſſe eſt a alicui c non ineſſe,medium b. Cum autem priuatiua uniuerſalis ſit,non oſten ditur altera niſi ſicut in prioribus, ſi ſumatur cui hoc alicui non ineſt, alterum alicui ineſſe,ut ſi a nulli c,b autem alicui,concluſio quoniam a alicui b non ineſt. Si ergo ſumatur cui a alicui non ineſt,eidem c alicui ineſſe, neceſſe eſt c alicui b in eſſe,aliter autem non eſt conuertentem uniuerſalem propoſitionem oſtendere alte ram, nullo enim modo erit ſyllogiſmus. Manifeſtum igitur quoniam in prima quidem figura per ſe inuicem eſt oſtenſio, & per primam, & per tertiam figuram fit, nam cum prædicatiua quidem eſt concluſio, per primam, cum autem priuatiua, per poſtremam,ſumitur enim cui hoc nulli,alterum omni ineſſe. In media autem,cum uniuerſalis eſt quidem ſyllogiſmus & per ipſam,et per primā figuram,et per poſtre mam,cum autem particularis, & per ipſam, & per poſtremam. In tertia uero per i pſam,omnes. Manifeſtum etiam quoniam in media, & in tertia qui non per ipſas fiunt ſyllogiſmi,aut non ſunt ſecundum eam quæ circulo eſt oſtenſionem,aut imper fecti ſunt.

De ſyllogiſmo conuerſiuo. Cap. VIII.

COnuertère autem eſt tranſponentem concluſionem facere ſyllogiſmum, quoniam uel extremū medio non inerit,uel hoc poſtremo, neceſſe eſt enim concluſione conuerſa, & altera remanēte propoſitione,interimi reliquam, nam ſi erit,& concluſio erit, differt autem oppoſitè, aut contrariè conuerte re concluſionem,non enim fit idem ſyllogiſmus utrolibet cōuerſa, palàm autem hoc erit per ſequentia. Dico autem opponi quidem, omni ineſſe non omni, & alicui nul li,contrariè autem omni,nulli,& alicui,non alicui ineſſe. Sit enim oſtenſum a de c, per medium b,ſi igitur ſumatur a nulli c ineſſe,omni autem b, nulli c inerit b,& ſi a quidem nulli c,b autem omni c,a non omni b,& non omnino nulli,nō enim oſtendebatur uniuerſale per tertiam figuram. Omnino autem eam,quæ eſt ad maio rem extremitatem propoſitionem, non eſt deſtruere uniuerſaliter per cōuerſionem, ſemper enim interimitur per tertiam figuram, neceſſe enim ad poſtremam extremita tem utraſque ſumere propoſitiones. Et ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus, ſimiliter oſten datur enim a nulli c ineſſe per b, ergo ſi ſumatur a omni c ineſſe, nulli autem b,nulli c inerit b. Et ſi a & b omni c,a alicui b,ſed nulli inerat. Si autem oppo ſitè conuertatur concluſio, & alij ſyllogiſmi oppoſiti, & non uniuerſales erunt, fit e nim altera propoſitio particularis, quare cōcluſio erit particularis. Sit enim prædica tiuus ſyllogiſmus, & conuertatur ſic, ergo ſi a non omni c, b autem omni b, non omni c. Et ſi a quidem non omni c, b autem omni a, non omni b. Similiter autem & ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus, nam ſi a alicui c ineſt, b autem nulli, b alicui c non inerit, & non ſimpliciter nulli, & ſi a quidem alicui c, b autem omni, quemad modum in principio ſumptum eſt, a alicui b inerit. In particularibus autem ſyllo giſmis quando oppoſitè conuertitur concluſio, interimuntur utræque propoſitio nes, quando uero contrariè, neutra, non enim iam accidit quemadmodum in uniuer ſalibus interimere deficiente concluſione ſecundum conuerſionem, ſed nec omni no interimere. Oſtendatur enim a de aliquo c per b, ergo ſi ſumatur a nulli c ineſſe, b autem alicui c, a alicui b non inerit, & ſi a nulli c, b autem omni, nulli c inerit b, quare interimentē utræq;. Si aūt contrariè cōuertantur, neutra. Nā ſi a alicui c non ineſt, b aūt omni, b alicui c non inerit, ſed nondum interimit q̄d ex principio,

contingit

contingit enim alicui ineſſe,& alicui non ineſſe: uniuerſali aũt ſublato a b, omnino non ſit ſyllogiſmus. Si enim a quidem alicui c non ineſt, b autem alicui ineſt, neutra propoſitionum uniuerſalis eſt. Similiter autem & ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus, ſi enim ſumatur a, omni c ineſſe, interimuntur utræq;, ſi autem alicui, neutra, demonſtratio autem eadem.

De ſyllogiſmo conuerſiuo in ſecunda figura. Cap. IX.

IN ſecunda autem figura eam quidem, quæ eſt ad maiorem extremitatem propoſitionem, non eſt interimere cõtrariè, quolibet modo conuerſione facta, ſemper erit concluſio in tertia figura, uniuerſalis autem non fuit in hac ſyllogiſmus, alteram autem in hac interimemus, ſimiliter conuerſione. Dico autẽ ſimiliter ſi contrariè quidem conuertitur, cõtrariè, ſi oppoſitè, oppoſitè. Inſit enim a omni b, c autem nulli, concluſio b c. Si ergo ſumatur b, omni c ineſſe, & a b maneat, a omni c inerit, fit enim prima figura. Si autem b omni c, a autem nulli c, a non omni b, figura poſtrema. Si autem oppoſitè conuertatur b c, a b quidem ſimiliter oſtendetur, a c autem oppoſitè, nam ſi b alicui c, a autem nulli c, a alicui b nõ inerit, rurſum ſi b alicui c, a autem omni b, a alicui c, quare oppoſitus ſit ſyllogiſmus. Similiter autem oſtendetur, & ſi è conuerſo ſe habeant propoſitiones. Si autem particularis eſt ſyllogiſmus, contrariè quidem conuerſa concluſione neutra propoſitionum interimitur, quemadmodum nec in prima figura, oppoſitè autem, utræq;. Ponatur enim a, b quidem nulli ineſſe, c autem alicui, concluſio b c. Si igitur ponatur b alicui c ineſſe, & a b maneat, concluſio erit quoniam a alicui c non ineſt, ſed non interimitur quod ex principio, contingit enim alicui ineſſe, & non ineſſe. Rurſum ſi b alicui c, & a alicui c, non erit ſyllogiſmus, neutrum enim uniuerſale eorum quæ ſumpta ſunt, quare non interimitur a b. Si autem oppoſitè conuertatur, interimuntur utræq;, non ſi b omni c, a autem nulli b, nulli c, a erit autem alicui, Rurſum ſi b omni c, a autem alicui c, alicui b, a. Eadem autem demonſtratio, & ſi uniuerſalis ſit prædicatiua.

De ſyllogiſmo conuerſiuo in tertia figura. Cap. X.

IN tertia uero figura quando contrariè quidem conuertitur concluſio, neutra propoſitionum interimitur ſecundum nullum ſyllogiſmorum, quando autem oppoſitè, utræq; in omnibus. Si enim oſtenſum a alicui b ineſſe, medium autem ſumptum c, & ſint uniuerſales propoſitiones, ſi ergo ſumatur a alicui b nõ ineſſe, b autem omni c, non fit ſyllogiſmus eius quod eſt a de c. Neq; ſi a, b alicui non ineſt, c autem omni, non erit eius quod eſt b c ſyllogiſmus. Similiter autem oſtenditur & ſi non uniuerſales ſint propoſitiones, aut enim utraſq; neceſſe eſt particulares eſſe per cõuerſionem, aut uniuerſalem ad minorem extremitatem fieri, ſic autem non fiet ſyllogiſmus, nec in prima figura, nec in media. Si autem oppoſitè conuertantur propoſitiones, interimuntur utræq;, nam ſi a nulli b, b autem omni c, a nulli c. Rurſum ſi a, b quidem nulli, c autem omni, b nulli c. Et ſi altera non ſit uniuerſalis, ſimiliter, ſi enim a nulli b, b autem alicui c, a alicui c non inerit. Si autem a quidem nulli, c autẽ omni, nulli c, b. Similiter & ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus, oſtendatur enim a alicui b non ineſſe, ſi autem prædicatiua quidem b c, a c autem negatiua, ſic enim fiebat ſyllogiſmus. Quando igitur contrarium ſumitur concluſioni, non erit ſyllogiſmus, nam ſi a alicui b, b autem omni c, non fit ſyllogiſmus eius quod eſt a & c. Neq; ſi a alicui b, nulli autem c, non fuit eius quod eſt a b & c ſyllogiſmus, quare non interimuntur propoſitiones. Quando uero oppoſitum interimuntur, nam ſi a omni b, & b omni c, a omni c, ſed nulli inerat. Rurſum ſi a omni b, nulli aũt c, b nulli c, ſed omni inerat. Similiter aũt monſtratur, & ſi non uniuerſa

uniuerſales ſint propoſitiones, ſit enim a c uniuerſalis, & priuatiua, altera autẽ particularis, & prædicatiua, ergo ſi a quidem omni b, b autem alicui c, a alicui c accidit, ſed nulli inerat. Rurſum ſi a omni b, nulli autem c, & b nulli c. Si autẽ a alicui b, & b alicui c, non fit ſyllogiſmus. Neq; ſi a alicui b, & nulli c, nec ſic. Quare illo quidem modo interimuntur, ſic autem non interimuntur propoſitiones. Manifeſtum eſt ergo ex iſs quæ dicta ſunt, quomodo conuerſa concluſione in unaquaq; figura fit ſyllogiſmus, & quando contrariè propoſitioni, & quando oppoſitè. Et quo niam in prima quidem figura per mediam, & poſtremam fiunt ſyllogiſmi, & quę qui dem ad minorem extremitatem, ſemper per mediam interimitur, quæ uero ad maiorem, per poſtremam. In ſecunda autem, per primam, & poſtremam, quæ quidem ad minorem extremitatem, ſemper per primam figuram, quæ uero ad maiorem, per poſtremam. In tertia uero, per primam, & per mediam, & quæ quidem ad maiorem per primam ſemper, quæ uero ad minorem, per mediam ſemper. Quid ergo eſt conuertere, & quomodo in unaquaq; figura, & quis ſit ſyllogiſmus, manifeſtum.

De ſyllogiſmo per impoßibile. Cap. XI.

PEr impoſſibile autem ſyllogiſmus oſtenditur quidem, quando contradictio ponitur concluſionis, & aſſumitur altera propoſitio. Fit autem in omnibus figuris, ſimile enim eſt conuerſioni. Veruntamen differt in tantum, quoniam conuertitur quidem facto ſyllogiſmo, & ſumptis utriſq; propoſitionibus. Deducitur autem ad impoſſibile non confeſſo oppoſito prius, ſed manifeſto quoniam eſt uerum. Termini uero ſimiliter ſe habent in utriſq;, & eadem ſumptio utrorũque, ut ſi a ineſt omni b, medium autem c, ſi ſupponitur a non omni, uel nulli b ineſſe, c uero omni, quod fuit uerum, neceſſe eſt c b aut nulli, aut nõ omni ineſſe, hoc autem impoſſibile, quare falſum eſt quod ſuppoſitum eſt. Verum ergo oppoſitum, ſimiliter autem in aliis figuris, quæcunq; enim conuerſionem ſuſcipiunt, & per impoſſibile ſyllogiſmum. Ergo alia quidem propoſita omnia oſtenduntur per impoſſibile in omnibus figuris, uniuerſale autem prædicatiuum in media, & in tertia monſtratur, in prima autem non monſtratur, ſupponatur enim a non omni b, aut nulli ineſſe, & aſſumatur alia propoſitio, utrolibet modo, ſiue a omni ineſt c, ſiue b omni d (ſic enim erat prima figura) ſi ergo ſupponatur a nõ omni b ineſſe, nõ fiet ſyllogiſmus quomodo libet ſumpta propoſitione. Si autem nulli b, d quidem aſſumatur, ſyllogiſmus quidem erit falſi, non oſtenditur autem propoſitum, nam ſi a nulli b, b autem omni d, a nulli d, hoc autem ſit impoſſibile: falſum igitur eſt nulli b ineſſe a, ſed non ſi nulli falſum, omni uerum. Si autem c, a aſſumatur, nõ fit ſyllogiſmus, nec quando ſupponitur non omni b, ineſſe a, quare manifeſtum quoniam omni ineſſe, non oſtenditur in prima figura per impoſſibile. Alicui autem, & nulli, & non omni oſtenditur. Supponatur enim a nulli b ineſſe, b autem ſumptum ſit, omni, aut alicui c. Ergo neceſſe eſt a nulli, aut non omni c ineſſe, hoc autem impoſſibile. Sit enim uerum, & manifeſtum, quoniam omni c ineſt a, quare ſi hoc falſum, neceſſe eſt a alicui b ineſſe. Si autem ad a ſumatur altera propoſitio, non erit ſyllogiſmus, neque quando ſubcontrarium concluſioni ſupponitur ut alicui non ineſſe, manifeſtum ergo quoniam oppoſitum ſumendum eſt. Rurſum ſupponatur a alicui b ineſſe, ſumptum autem ſit c omni a, neceſſe eſt igitur c alicui b ineſſe, hoc autem ſit impoſſibile, quare falſum quidem ſuppoſitum eſt, ſi autem ſic, uerum eſt nulli ineſſe. Similiter autem & ſi priuatiua ſumpta ſit c a. Si autem ad b ſumpta ſit propoſitio, non erit ſyllogiſmus. Si autem contrarium ſupponatur, ſyllogiſmus erit & impoſſibile, non tamen oſtenditur quod eſt propoſitum, ſupponatur enim a, omni b. & c ſumptum ſit omni a, ergo neceſſe eſt c omni b ineſſe, hoc autem impoſſibile, quare falſum eſt omni b ineſſe a, ſed nondum erit neceſſarium, ſi non omni, nulli ineſſe.

Similiter

Similiter autem & ſi a d b ſumatur altera propoſitio, nam ſyllogiſmus quidem erit & impoſſibile, non interimitur autem hypotheſis, quare oppoſitum ſupponendum. Ad oſtendendum autem non omni b ineſſe a, ſupponendum omni ineſſe, nam ſi a omni b, & c omni a, omni b inerit c, ſi ergo hoc impoſſibile, falſum quod ſuppoſitum eſt, ſimiliter autem & ſi ad b, ſumpta ſit altera propoſitio. Et ſi priuatiua ſit c a ſimiliter, nam & ſic fit ſyllogiſmus. Si autem ad b ſumpta ſit priuatiua, nihil oſtendi tur. Si autem non omni, ſed alicui ineſſe ſupponatur, non oſtenditur quoniam non omni, ſed quoniam nulli: ſi enim a alicui b, c autem omni a, alicui b inerit c, ſi ergo hoc impoſſibile, falſum eſt alicui b ineſſe a, quare uerum nulli, hoc autem oſtenſo, interimitur uerum, nam a alicui quidem b inerat, alicui uero non inerat. Amplius autem non tam propter hypotheſin accidit impoſſibile, falſa enim erit, ſiquidem ex ueris non eſt falſum ſyllogizare. nunc autem eſt uera, ineſt enim a alicui b, quare nō ſupponendum alicui ineſſe, ſed omni. Similiter autem & ſi alicui b non ineſt a, oſtenderemus, ſi enim idem eſt alicui non ineſſe, & non omni ineſſe, eadem in utriſq; demonſtratio. Manifeſtum ergo quoniam non contrarium, ſed oppoſitum ſupponendum in omnibus ſyllogiſmis, ſic enim neceſſarium erit & axioma probabile, nam ſi de omni uel affirmatio, uel negatio, oſtenſo quoniam non negatio, neceſſe eſt affirmationem ueram eſſe, rurſum ſi non ponant ueram eſſe affirmationem, conſtat ueram eſſe negationem contrariam uero, neutro modo contingit ratum facere, neq; enim neceſſarium ſi nulli falſum, omni uerum, neq; probabile ut ſit alterum falſum, quoniam alterum uerum. Manifeſtum ergo quoniam in prima figura alia quidem poſita omnia oſtenduntur per impoſſibile, uniuerſale aōt affirmatiuū nō oſtendit.

De ſyllogiſmo per impoßbile in ſecunda figura. Cap. XII.

IN media autem figura, & poſtrema & hoc oſtenditur, ponatur enim a nō omni b ineſſe, ſumptum ſit autem omni c ineſſe a, ergo ſi b quidem non omni ineſt a, c autem omni, non omni b ineſt c, hoc autem impoſſibile. Sit enim manifeſtum quoniam omni b ineſt c, quare falſum quod ſuppoſitum eſt, uerum eſt ergo omni ineſſe. Si autem contrarium ſupponatur, ſyllogiſmus quidem erit ad impoſſibile, non tamen oſtenditur quod propoſitum eſt. Si enim a nulli b, omni autem c, nullli b, c, hoc autem impoſſibile, quare falſum eſt, nulli ineſſe, ſed non ſi hoc falſum, uerum omni. Quando autem alicui b ineſt a, ſupponatur a nulli b ineſſe, c autem omni inſit, neceſſe eſt ergo c nulli b ineſse, quare ſi hoc impoſsibile, neceſſe eſt a alicui b ineſſe. Si autem ſupponatur alicui non eſse, eadem erunt quæ in prima figura. Rurſum ſupponatur a alicui b ineſſe, c autem nulli inſit, neceſse eſt igitur c alicui b non ineſſe, ſed omni inerat, quare falſum quod ſuppoſitum eſt, nulli ergo b inerat a. Quando autem non omni b ineſt a, ſupponatur omni ineſse, c autem nulli, neceſse eſt ergo c, nulli b ineſse, hoc autem impoſsibile, quare uerum eſt non omni ineſse. Manifeſtū ergo, quoniam omnes ſyllogiſmi fiunt per mediam figurā.

De oſtenſione per impoßibile in tertia figura. Cap. XIII.

SImiliter autem & per ultimam. Ponatur enim a alicui b non ineſse, c autem omni b, ergo a alicui c non inerit, ſi ergo hoc impoſsibile, falſum alicui non ineſse, quare uerū eſt omni. Si uero ſupponatur nulli ineſse, ſyllogiſmus quidem erit, & impoſsibile, non oſtendit autem quod propoſitum eſt, ſi enim cōtrarium ſupponatur, eadem erunt quæ in prioribus. Sed ad oſtendendum alicui in eſse, eadem ſumenda eſt hypotheſis, nam ſi a nulli b, c autem alicui b, a non omni c, ſi ergo hoc falſum, uerum eſt a alicui b ineſse. Quando autem nulli b ineſt a, ſupponatur alicui ineſſe, ſumptum ſit autem & c omni b ineſſe, ergo neceſſe eſt a alicui c ineſſe, ſed nulli inerat, quare falſum eſt alicui b ineſſe a. Si autem ſupponatur omni b ineſse a, non oſtenditur propoſitum, ſed ad oſtendendum nō omni ineſse,

eſſe, eadem ſumenda hypotheſis, nam ſi a omni b, & c alicui b, a ineſt alicui c, hoc autem non fuit, quare falſum eſt omni ineſſe, ſi autem ſic, uerum non omni. Si autem ſupponatur alicui ineſſe, eadem erunt que & in iſs, quæ prius dicta ſunt. Manifeſtum ergo quoniam in omnibus per impoſſibile ſyllogiſmis, oppoſitum ſupponendum. Palàm autem & quoniam in media figura oſtenditur quodammodo affirmatiuum, & in poſtrema uniuerſale.

Quo iuſta, & quæ ad impoſſibile ducit demonſtratio, differant. Cap. XIIII.

DIffert autem quæ ad impoſſibile demonſtratio, ab ea quæ eſt oſtenſiua, eo quòd ponat quod uult interimere, deducens ad confeſſum falſum, oſtenſiua aūt incipit à confeſſis poſitionibus ueris. Sumunt ergo utræq; duas propoſitiones confeſſas, ſed hæc quidem ex quibus eſt ſyllogiſmus, illa uero unam quidem harum, alteram uero contradictionem concluſionis. Et hinc quidē non neceſſe eſt notam eſſe concluſionem, neq; prius opinari quoniam eſt, aut nō eſt, illinc uero neceſſe eſt, quoniam non eſt. Differt autem nihil affirmatiuam, uel negatiuam eſſe concluſionem, ſed ſimiliter ſe habet in utriſq;. Omnis enim quę oſtenſiuè concluditur, & per impoſſibile monſtrabitur, & quæ per impoſſibile, oſtenſiuè, & & per eoſdem terminos, non autem in eiſdem figuris. Nam quando per impoſſibile ſyllogiſmus fit in prima figura, quod uerum eſt, in media erit, aut in poſtrema, priuatiuum quidem in media, prædicatiuum aūt in poſtrema. Quādo autē ſyllogiſmus in media fit, quod uerum eſt, erit in prima figura in omnibus propoſitionibus, quando autem in poſtrema ſyllogiſmus, quod uerum eſt, erit in prima, & in media, affirmatiua quidem in prima, priuatiua autem in media. Sit enim oſtēſum a nulli, aut nō omni b per primam figuram, ergo hypotheſis quidem erat alicui b ineſſe a, c autē ſumebatur a quidem omni ineſſe, b autem nulli, ſic enim fiebat ſyllogiſmus ad impoſſibile. Hoc autem media figura, ſi c a quidem omni, b autem nulli ineſt, & manifeſtum ex his quoniam b nulli ineſt a. Similiter autem & ſi non omni oſtenſum ſit ineſſe, nam hypotheſis quidem eſt omni b a ineſſe, c autem ſumebaē a quidem omni, b autem non omni, & ſi priuatiua ſit ſumpta c a, ſimiliter etenim ſic fit in media figura. Rurſum ſit oſtenſum alicui b ineſſe a, ergo hypotheſis quidem eſt nulli ineſſe, b autem ſumebatur omni c ineſſe, & a uel omni, uel alicui c, ſic enim erit impoſſibile, Hoc autem poſtrema figura, ſi a & b omni c, & manifeſtum ex his quia neceſſe eſt a, alicui b ineſſe, ſimiliter autem & ſi alicui c ſumatur ineſſe b uel a. Rurſum in media figura oſtenſum ſit a omni b ineſſe, ergo hypotheſis quidem fuit, non omni b ineſſe a, ſumptum eſt autem a omni c, & c omni b, ſic enim erit impoſſibile, hoc autem prima figura, ſi a omni c, & c omni b. Similiter autem & ſi oſtēſum ſit alicui ineſſe, nam hypotheſis quidem fuit, nulli b ineſſe a, ſumptum eſt autem a omni c, & c alicui b. Si aūt priuatiuus ſit ſyllogiſmus, hypotheſis quidē a alicui b ineſſe, ſumptum eſt autem a nulli c, & c omni b, quare fit prima figura. Et ſi non uniuerſalis ſit ſyllogiſmus, ſed a alicui b oſtenſum ſit non ineſſe, ſimiliter, nam hypotheſis quidem omni b ineſſe a, ſumptum eſt autem a nulli c, & c alicui b, ſic enim prima figura. Rurſum in tertia figura oſtenſum ſit a ineſſe omni b, ergo hypotheſis quidem fuit non omni b ineſſe a, ſumptum eſt autem c omni b, & a omni c, ſic enim erit impoſſibile, hoc aūt prima figura. Similiter aūt & ſi in aliquo ſit demōſtratio, nō hypotheſis quidē erit nulli b ineſſe a, ſumptū eſt aūt c alicui b, & a omni c. Si autē priuatiuus ſit ſyllogiſmus, hypotheſis quidē a alicui b ineſſe, ſumptū eſt autē c a quidē nulli, b aūt omni, hoc aūt media figura. Similiter aūt, & ſi nō uniuerſalis ſit demōſtratio, nā hypotheſis quidē erit omni b ineſſe a, ſumptū eſt aūt c a quidē nulli, b aūt alicui, hoc aūt media figura. Manifeſtū ergo quoniā per eoſdē terminos, & oſtēſiuè eſt demōſtrare unūq̄dq; propoſitū, & per impoſſibile. Similiter autē erit, & cū ſint oſtenſiui ſyllogiſmi, ad impoſſibile deducere in terminis ſumptis, quando op

posita propositio conclusioni sumpta fuerit, nam fiunt ijdem syllogismi ijs, qui sunt per conuersionem, quare statim habemus & figuras per quas unumquodq; erit. Palàm ergo, quoniam omne propositum ostenditur per utroscp modos & per impossibile, & ostensiuè, & non contingit separari alterum ab altero.

De ratiocinatione ex oppositis. Cap. XV.

IN qua autem figura est ex oppositis propositionibus syllogizare, & in qua non est, sic erit manifestum. Dico autem oppositas esse propositiones secundum locutionem quidem quatuor, ut omni, nulli, & omni, & non omni, & alicui, & nulli, & alicui, & non alicui inesse. Secundum ueritatem autem tres. Nam alicui & non alicui secundum locutionem opponuntur solum. Harum autem contrarias quidem uniuersales, omni nulli inesse, ut omnem disciplinam esse studiosam, nullam esse studiosam, alias uero oppositas. In prima igitur figura non est ex oppositis propositionibus syllogismus, necp affirmatiuus, necp negatiuus. Affirmatiuus quidem, quoniam oportet utrascp affirmatiuas esse propositiones, oppositæ autem affirmatio, & negatio. Priuatiuus autem, quoniam oppositæ quidem idem de eodem prædicant, & negant, in prima autem medium non dicitur de utriscp, sed de illo quidem aliud negatur, idem autem de alio prædicatur, hæ uero non opponuntur.

De ratiocinatione ex oppositis in secunda figura. Cap. XVI.

IN media autem figura, & ex oppositis, & ex contrarijs cõtingit fieri syllogismũ. Sit enim bonum quidem, in quo a, disciplina autem, in quo b & c, si ergo omnẽ disciplinã studiosam sumpsit, & nullam, a ineſt omni b, & nulli c quare b nulli c nulla ergo disciplina, disciplina est. Similiter autem & si omnem sumens studiosam disciplinam, medicinam uero non studiosam sumpsit, nam a b quidem omni, c autem nulli, quare aliqua disciplina non erit disciplina. Et si a c quidem omni, b autem nulli, est autem b quidem disciplina, c autẽ medicina, a uero opinio, nullã enim disciplinam opinionem sumens, sumpsit aliquam disciplinam esse opinionem. Differt autem à priore in terminis conuerti, nam prius quidem ad b, nunc autem ad caſ firmatiuum. Etsi sit non uniuersalis altera propositio, similiter, semper enim mediũ est, quod ab altero quidem negatiuè dicitur, de altero uero affirmatiuè. Quare cõtingit opposita quidem perfici, non autem semper, neq; omnino, sed sic se habeãt, quæ sunt sub medio, ut uel eadem sint, uel totum ad partem, aliter autem impossibile, non enim erunt propositiones ullo modo, necp contrariæ, necp oppositæ.

De syllogismo ex oppositis in tertia figura. Cap. XVII.

IN tertia uero figura affirmatiuus quidem syllogismus nunq; erit ex oppositis ꝓpositionibus, ꝓpter causam dictã, & in prima figura. Negatiuus autẽ erit syllogismus, & uniuersalibus, & non uniuersalibus terminis. Sit enim disciplina in quo b & c, medicina autẽ in quo a, si ergo sumat omnem medicinã disciplinã, & nullam medicinam disciplinam, b omni a sumpsit, & c nulli, a quare erit aliqua disciplina non disciplina. Similiter autẽ & si nõ uniuersaliter sumpta sit a b ꝓpositio, nã si est aliqua medicina disciplina, & rursum nulla medicina disciplina, accidit disciplinã aliquã nõ esse disciplinã. Sũt autẽ uniuersaliter quidẽ sumptis terminis, cõtrarię ꝓpositiones, si aũt particularis altera sit, oppositę. Oportet autẽ scire quoniã contingit opposita sic sumere quẽadmodũ diximus, omnẽ disciplinã studiosam esse, & rursum nullam, aut aliquam non esse studiosam, quod non solet latere, erit autẽ per alias interrogationes syllogizare alteram, & quemadmodum in Topicis dictum est sumere. Quoniam autem affirmationum oppositiones sunt tres, sexies accidit opposita sumere, aut omni, & nulli, aut omni, & non omni, aut alicui, & nulli. Et hoc conuerti in terminis, ut a omni b & nulli c, aut omni c & nulli b, aut huic quidem omni, illi uero non omni & rursum hoc conuerti secundum terminos, similiter autem & in tertia figura. Quare manifestum est & quoties, & in quibus figuris contingit per oppositas propositiones fieri syllogismum. Manifestum est quoniam ex falsis

falsis est uerum syllogizare, quemadmodum dictum est prius, ex oppositis autẽ non est, semper enim contrarius syllogismus fit rei (ut si est bonum, non esse bonũ, aut si animal non animal) eo ꝙ ex contradictione est syllogismus, & subiecti termini aut ijdem sunt, aut hic quidem totum, ille autẽ pars. Palàm autem quoniam in paralogismis nihil prohibet fieri hypotheseos contradictionem, ut si est impar, non esse impar, nam ex oppositis propositionibus, contrarius erit syllogismus, si ergo sumpserit hoc modo, hypotheses erit contradictio. Oportet autem considerare, quoniam sic quidem non est contraria concludere ex uno syllogismo (ut sit conclusio quoniã non est bonum, bonum aut aliud quiddam tale) nisi statim huiusmodi propositio sumatur, ut omne animal esse album, & non album, hominem autem animal, sed uel assumere oportet contradictionem, ut quoniam omnis disciplina opinio, & non opinio, deinde sumere, quoniam medicina disciplina quidẽ est. Nulla aũt opinio, quemadmodum redargutiones fiunt, uel ex duobus syllogismis. Quare esse quidem contraria secundum ueritatem quæ sumpta sunt, non est alio modo quàm hoc quemadmodum dictum est prius.

De petitione principij. Cap. XVIII.

IN principio autem petere, & accipere est quidem, ut in genere sumere in eo ꝙd non est demonstrare propositũ. Hoc autẽ accidit multipliciter, nã & si omnino non syllogizatur, & si per ignotiora, aut similiter ignota, & si per posteriora ꝙd prius est, demonstratio enim ex prioribus, & notioribus est. Horum ergo nullum est petere quod ex principio est, sed quia hæc quidẽ nata sunt per se cognosci, illa uerò per alia (nam principia quidem per se, quæ autem sub principijs, per alia) quãdo ꝙd non per se notum est, per se aliqs conatur ostendere, tũc petit ꝙd ex principio est. Hoc autẽ est sic facere quidẽ ut statim posterius id ꝙd propositũ est, contingit aũt & transgredientes & ad alia, eorum quæ nata sunt per illa ostendi per hæc monstrare ꝙd ex principio est, ut si a ostendatur per b, & b per c, c autem natum sit ostendi per a, accidit enim idem a per se demonstrare eos, qui sic syllogizant, quod faciunt qui paralellas arbitrantur scribere, latent enim ipsi seipsos talia sumentes quę nõ ualent demonstrare, cum non sint paralellæ. Quare accidit sic syllogizantibus unũ quodq; esse dicere si est unum quodq;, sic autem omne erit per se notum, ꝙd est impossibile. Si ergo aliquis dubitat assumpto dubio quoniam a ineſt c, similiter & quoniam b, petat autem i inesse b. Nõdum manifestum si ꝙd in principio est, petat, sed quoniam non demonstrauit manifestum, non enim est principium demõstrationis, ꝙ similiter est incertum. Si autem b ad c sic se habet ut idem sit, aut manifestum ꝙd conuertuntur, aut ineſt alterum alteri, quod in principio est petit, nam & quoniam a ineſt b, per illa monstrabit si conuertantur, nunc autẽ hoc ꝓhibet, sed non modus. Si autẽ hoc faciat, ꝙd dictum est faciet, & conuertet per tria, similiter autẽ & si b sumat inesse c, ꝙd similiter incertum sit, ut et si a ineſt c, nondum ꝙd ex principio petit, sed necp demonstrat. Si autẽ idẽ sit a & b, aut eo ꝙd conuertunt, aut eo ꝙd a sequitur ei quod est b, quod ex principio est petit propter eãdem causam, nam ex principio ꝙd ualet, prius dictum est à nobis, quoniam per se monstrabitur quod non est per se manifestum. Si ergo est in principio petere per se monstrare, quod non per se est manifestum, hoc autem est non ostendere quando similiter dubitantur quod monstrat, & per quod monstratur, uel eo quod eadem eidem, uel eo quod idem eisdem ineſse sumitur, in media quidem figura, & tertia utrorumcp continget similiter quod est in principio petere, in prædicatiuo quidem syllogismo & in tertia figura, & in prima, negatiuè autem quando eadem, ab eodem, & non similiter utræcp propositiones, si similiter autem & in media eo quòd non conuertuntur termini secundum negatiuos syllogismos. Est autem in principo petere in demonstrationibus quidem, quæ secundum ueritatem sic se habent, in dialecticis autem, quæ secundum opinionem.

De non propter hoc accidere falsum. Cap. XIX.

NOn propter hoc autem accidere falsum (quod sæpè in disputationibus solemus dicere (primuum quidem est in ijs qui ad impossibile syllogismis, quando ad contradictionem est huius quod monstratum est, ea quę ad impossibile. Nam neq; qui non contradicit, dicit non propter hoc, sed quoniam falsum est aliquid positum priorum, neq; in ostensiua, nō enim ponit quod cōtradicit. Amplius autem quando interimitur aliquid ostensiuè per a b c, nō est dicere quoniam non propter quod positum est factus est syllogismus, nam non propter hoc fieri tunc dicimus, quando interempto hoc nihilominus perficitur syllogismus, quod non est in ostensiuis, interempta enim propositione, nec qui ad hāc est, erit syllogismus. Manifestum igitur quoniam in ijs qui ad impossibile sunt, dicitur non propter hoc, & quando sic se habet ad impossibile quę ex principio est hypothesis, ut cū sit, uel cum non sit hæc, nihilominus accidit impossibile. Ergo manifestissimus quidem modus est non propter suppositionem esse falsum, quando ab hypothesi in coniunctus est à mediis syllogismus ad impossibile, quod dictum & in Topicis, quod enim non est causa, ut causam ponere hoc est. Vt si uolens ostendere quoniam asymeter est dyameter, conetur Zenonis ratione quoniam non est moueri, & ad hoc inducat impossibile, nullo enim modo continuum est falsum locutioni, quæ est ex principio. Alius autem modus, si continuum quidem sit impossibile hypothesi, non tamē propter illam accidat, hoc autē possibile est fieri, & in hoc quod superius, & in hoc quod inferius sumenti continuum, ut si a ponatur inesse b, b autem c, c uero d, hoc autem sit falsum b inesse d, nam (si ablato a, nihilominus b inest c, & c d) non erit falsum propter eam quæ ex principio est hypothesin. Aut rursum si quis in superiori sumat continuum, ut si a quidem b, e autem a, f uero e, falsum autem sit f inesse a, nam & sic nihilominus erit impossibile, interempta quæ est ex principio hypothesi. Sed oportet ad eos qui ex principio terminos, copulare impossibile, sic enim erit propter hypothesin. Vt in inferiori quidem, sumenti continuum ad prædicatum terminum, nam si impossibile est a inesse d, interempto a, non amplius erit falsum. In superiori autem de quo prædicatur, nam si f non possibile est inesse b, interempto b nō amplius erit impossibile, similiter autē & cum priuatiui sint syllogismi. Manifestum ergo quoniam cum impossibile non ad priores terminos, non propter positionem accidit falsum. An nec sic semper propter hypothesin erit falsum; nam si nō ei quod est b, sed ei quod est k positum est inesse a, k autem c, & hoc d & sic manet impossibile, similiter autem & in sursum sumenti terminos, quare (quoniam cū est, & cum non est, hoc accidit impossibile) non erit propter positionem, aut cū nō est hoc, nihilominus fieri falsum. Nec sic sumendum ut alio posito accidat impossibile, sed quando ablato hoc, idem per reliquas propositiones concluditur impossibile, eo quòd idem falsum accidere per plures hypotheses nihil fortasse inconueniens est, ut paralellas, contingere, & si maior est qui interius est eo qui exterius, & si trianguli habet plures rectos duobus.

De falsa ratiocinatione, cataſyllogiſmo, hoc eſt corratiocinatione, & elencho. Cap. XX.

FAlsa autem oratio fit propter primum falsum, aut enim ex duabus propositionibus, aut ex pluribus omnis est syllogismus, ergo si ex duabus quidem, harum necesse est alteram, aut etiam utraq; esse falsas, nam ex ueris non erat falsus syllogismus, si uero ex pluribus (ut sic quidem per a b, hoc autem per d f g) horum erit aliquid superiorum falsum, & propter hoc oratio, nam a & b per illa concluduntur, quare propter illorum aliquid, accidit conclusio, & falsum. Vt autē non cataſyllogizetur, obseruandum quando sine conclusionibus interrogat oratio nem, ut non detur bis idem in propositionibus, eo quòd scimus, quoniā sine medio syllogismus non fit, medium autem est, quod plerunq; dicitur. Quomodo autem oportet

portet ad unamquamq; conclusionem obseruare medium manifestum est, eo quòd scitur quale in unaquaq; figura ostenditur, hoc autem nos non latebit, eo quod uidemus quomodo submittimus orationem. Oportet autē quod custodire præcipimus respondentes, ipsos argumētantes tētare latere, hoc autē erit primū quidē si cōclusiones nō prius syllogizētur, sed sumptis necessarijs nō manifestę sint. Amplius autē si nō propinqua interrogāt, sed q̄ maximè lōgè media, ut si sit opportunū cōcludere a d e f, media b e d e, oportet ergo inquirere si a b, & rursum nō si b e, sed si d e, deinde si b c, & sic reliqua, & si per unū mediū sit syllogismus, à medio incipere, maximè enim sic latebit respondentē. Quoniā ergo habemus quādo & quomodo se habētibus terminis fit syllogismus, manifestū & quādo erit, & quādo nō erit elēchus, nā omnibus affirmatiuis, uel permutatim positis respōsionibus (ut hac quidē affirmatiua, illa uero negatiua) contingit fieri elenchū, erit enim syllogismus, & sic in illo modo se habētibus terminis, quare si id q̄d positū est, contrariū sit conclusioni, necesse est fieri elenchū, nam elenchus, syllogismus contradictionis est. Si uero nihil affirmetur, impossibile est fieri elenchū, non enim erat syllogismus, cum omnes termni erāt priuatiui, quare nec elenchus, nam si elenchus, necesse est syllogismū esse, cū autē est syllogismus, nō necesse est elenchū esse. Similiter autē si nihil positum sit secundum responsionem uniuersaliter, nam eadem erit definitio syllogismi, & elenchi.

De fallacia ſecundum opinionem. Cap. XXI.

ACcidit autē quandoq; (quemadmodū in positione terminorū fallebamur) & secundū opinionē fieri fallaciā, ut si cōtingat idē pluribus principaliter inesse, & hoc quidē latere aliquē, & putare nulli inesse, illud autē scire, ut insit a b & c per se, & hęc omni d similiter. Si igit̄ b quidē putet omni a inesse, & hoc d, c autē nulli a, & hoc omni d, eiusdē secundum idem habebit disciplinam, & ignorantiam. Rursum si quis fallat circa ea quæ sunt ex eadē coniugatione, ut si a inest b, hoc autē c, & c d, opinetur autē a inesse omni b, & rursum nulli c. Simul enim sciet, & nō opinabit̄ inesse, ergo nihil aliud existimat ex ijs, q̄s scit, hoc nō opinari, scit enim aliquo modo quoniā a inest c per b, uelut in uniuersali hoc q̄d est particulare, quare quod aliquo modo scit, hoc omnino existimat non opinari, quod est impossibile. In eo autē quod prius dictum est, si non ex eadem coniugatione sit mediū, secundum utrunq; quidē mediorum ambas propositiones non possibile est opinari, ut a b quidē omni, c autē nulli, hęc autē utraq; omni d, accidit autē aut simpliciter, aut in aliquo contraria sumere primā propositionē. Si enim cui b inest omni a opinatur inesse, b autem d nouit, & quoniam a d nouit, quare si rursum cui c nulli, putat a inesse, cui b alicui inest, huic non putat a inesse, quod autē omni putat cui b, rursum alicui non putare cui b, aut simpliciter, aut in aliquo cōtrarium est, sic ergo nō contingit opinari. Secundum utrunq; autē unam, aut secundum alterum utraq;, nihil prohibet a omni b, & b d, & rursum a nulli c. Nam similis huiusmodi fallacia, ueluti fallimur circa particularia, ut si a omni b inest, b autem omni c, a omni c inerit, si ergo aliquis nouit quoniam a cui b inest omni, nouit & quoniam ei quod est c, sed nihil prohibet ignorare c quoniam est, ut si a quidem duo recti, in quo autem b triangulus, in quo uero c sensibilis triangulus, opinabit̄ enim aliquis non esse c, sciens quoniam omnis triangulus habet duos rectos, quare simul sciet, & ignorabit idem, nam scire omnē triangulum quoniā duobus rectis, nō simplex est, sed hoc quidē uniuersalē habet disciplinā, illud uero singularē. Sic ergo in uniuersali nouit c, quoniam duobus rectis, in singulari autē non nouit, quare non habebit contrarias. Similiter autē est quæ in Menone est oratio, quoniā disciplina est reminiscentia, nunquam enim accidit præscire quod singulare est, sed simul inductione sumere particularium disciplinam, uelut recognoscētes. Nā quædā scientes, statim scimus, ut quoniam duobus rectis, si scimus quoniā triangulus, similiter autē & in alijs. Ergo uniuersali quidem speculamur particularia, propria autem non scimus, quare contingit &

falli circa ea,uerũ nõ cõtrarié,ſed habere quidẽ uniuerſalẽ,decipi autẽ particulari.Si militer autẽ in prędictis,nõ enim cõtraria quę eſt ſecundũ mediũ, ei quę eſt ſecundũ ſyllogiſmũ diſcipline,nec quę eſt ſecundũ utrumq; mediorũ opinatio,nihil enim,phi bet ſcientẽ,et q̃niã a toti b ineſt,et rurſum hoc toti c,putare non ineſſe,ut q̃niã om nis mula ſterilis,et hęc,mula,putare hanc habere in utero, nõ enim ſcit q̃niã a, c qui nõ conſpicit,q; eſt ſecundũ utrumq;. Quare manifeſtũ q̃niã et ſi hoc quidẽ nouit,il lud uero nõ nouit,fallẽ,q; habẽt uniuerſales,ad particulares diſciplinas,nullũ enim ſenſibiliũ cũ extra ſenſum ſit,ſcimus nec ſi ſentiẽtes fuerimus,ſcimus, niſi ut in uni uerſali,et in eo q̃d habet ꝓpriã diſciplinã,ſed nõ in eo quod eſt in actu. Nã ſcire tripli citer dicit̃,aut ut uniuerſali, aut ut propria, aut ut in actu, quare et decipi totidẽ mo dis,nihil ergo prohibet et ſcire,& deceptũ eſſe circa idẽ,ueruntamẽ nõ cõtrarié. Qđ accidit & ei,qui ſecundũ utrãq; ſcit propoſitionũ,& nõ ptractauit prius, nã opinans in utero habere mulã, non habet ſecundũ actũ diſciplinã,neq; propter opinionẽ fal laciã contrariã diſciplinæ,ſyllogiſmus enim eſt contraria fallacia in uniuerſali. Qui autẽ opinat̃ q̃d bonum eſſe,eſt malum eſſe,idẽ opinabit̃ bonum eſſe,et malũ. Site/ nim bonum eſſe in quo a,malum autẽ eſſe in quo b,rurſum bonũ eſſe in quo c, quo niã igit̃ idẽ opinat̃ & b & c,& eſſe c b opinabit̃, et rurſum b eſſe a ſimiliter, quare & c a,nã quemadmodũ ſi erat uerũ de quo c b,& de quo b a,& de quo c a uerũ/ rat,ſic & in opinatiõe. Similiter autẽ & in eo q̃d eſt eſſe. Nam cum idẽ ſit c & b,& rur ſum b & a,c a idẽ erit,quare & opinatione ſimiliter,ergo hoc quidẽ neceſſariũ ſi qs det primũ. Sed fortaſſe illud fallũ opinari aliquẽ q; malũ eſſe eſt bonũ eſſe, niſi ſecun dũ accidẽs, multipliciter enim poſſibile eſt hoc opinari, per ipiciendũ autẽ hoc melius.

De conuerſionibus terminorum. *Cap.* XXII.

QVando uero conuertunt̃ extremitates, neceſſe eſt & medium conuerti ad utramq;, ſi enim a de c,per b eſt,ſi conuertit̃ & ineſt cui a omni, c & b a conuertit̃,& ineſt cui a omni,b per mediũ c,& c b cõuertit̃ per medium a. Et in non eſſe itidem,ut ſi b ineſt c,a uero non ineſt b,neq; a inerit c. Si ergo b conuertat̃ ad a,& c ad a cõuertet̃,ſit enim b nulli a inexiſtẽs, ergo neq; c, omni enim c inerat b,& ſi b cõuertit̃ ad c, & a conuertet̃ ad c, nã de quocũq; omnino b,& c. Et ſi c ad a cõuertit̃,et b cõuertet̃ ad a,cui enim b ineſt,& c,cui aũt c, a nõ ineſt,& ſolũ hoc à cõclu ſione incipit,alia autẽ nõ ſimiliter,ut in prę dicatiuo ſyllogiſmo. Rurſum ſi a & b cõuertunt̃,& c & d ſimiliter,omni aũt neceſ ſe eſt a aut c ineſſe,& b & d ſic ſe habebunt,ut omni,alterũ inſit,quoniã enim cuia b,& cui c d,omni autẽ a aut c,& non ſimul, manifeſtum quoniã & b aut d omni, & non ſimul,ut ſi ingenitũ,incorruptibile,et incorruptibile ingenitũ,neceſſe eſt q̃d factũ eſt corruptibile,& corruptibile factum eſſe,duo enim ſyllogiſmi cõſtituti ſunt. Rurſum ſi omni quidẽ,a uel b,et c uel d,ſimul autẽ nõ inſũt,ſi cõuertit̃ a & c,& b et d cõuertet̃. Nã ſi alicui nõ ineſt b,cui d,palàm quoniã a ineſt,ſi autẽ a & c con uertunt̃ enim,quare ſimul c & d,hoc autẽ impoſſibile. Quãdo autẽ a toti b & c in eſt,& de nullo alio prędicat̃,ineſt autẽ et b omni c,neceſſe eſt a & b conuerti,q̃niã enim de ſolis b c dicit̃ a,prędicat̃ aũt b et idẽ de ſe et de c,manifeſtũ q̃niã de quib,a, et b dicet̃ omnibus, uerũ et de a. Rurſum quando a et b, toti c inſunt, cõuertit̃ au tẽ c b,neceſſe eſt a,omni b ineſſe, q̃niã enim omni c a, c aũ b,eo q; cõuertit̃,et a om ni b inerit. Quãdo autẽ duo fuerint oppoſita,ut a magis eligẽdũ ſit cꝫ b, cũ ſint op poſita, et d cꝫ c ſimiliter,ſi magis eligẽda ſunt a c cꝫ b d,a magis eligẽdũ cꝫ d. Simi liter enim ſequendum a,& fugiendum b,oppoſita enim,& c ei quod eſt d, nam & hæc opponuntur,ſi ergo a ei quod eſt d ſimiliter eligendum. & b ei quod eſt c fu giendum,utrumq; enim utriq; ſimiliter fugiendum eligendo,quare & hæc ambo a c ijs quæ ſunt b d, quoniam autem magis,non poſſibile ſimiliter,nam & b d ſimi liter erunt. Si autem d magis eligendum quàm a,& b quàm c minus fugiendum, nam quod minus eſt,minori opponit̃,magis autẽ eligendũ eſt maius bonũ et minus malum,

malum,quàm minus bonũ,& maius malum. Vniuerſum igit̃ b d magis eligendũ, quã a c, nunc autem non eſt,ergo magis a eligendũ,quã d, & c ergo minus fugien dum quã b. Si ergo eligat omnis amans ſecundũ amorẽ a ſic ſe habere,ut cõcedere, & non cõcedere in quo c,aut cõcedere in quo d, & non tale eſſe ut cõcedere in quo b; manifeſtũ quoniã a huiuſmodi eſſe,magis eligendum eſt quã cõcedere,ergo dilu gi quã cõuentio magis eligendum ſecundũ amorem,magis ergo amor eſt in amici tia,quã cõuenire. Si aũt maxime huius,& finis hæc,ergo cõuenire aut nõ eſt omni no,aut diligendi gratia,nam & aliæ cõcupiſcentiæ & artes,ſic fiũt. Quomodo ergo ſe habent termini ſecundũ cõuerſiones,& in eo q; magis fugiendum,uel magis eli gendum ſit,manifeſtũ eſt.

De epagoge,id eſt,inductione. *Cap.* XXIII.

QVoniam aũt nõ ſolũ dialectici,& demõſtratiui ſyllogiſmi per prædictas ſi unt figuras,ſed & Rhetorici,ſed & ſimpliciter quæcunq; fides eſt, & ſecũ dum unã quãq; artem,nunc erit dicendum. Omnia enim credimus per ſyl logiſmũ aut ex inductione,ergo ſi inductio quidẽ eſt,& ex inductio/ ne ſyllogiſmus per alteram extremitatem medio ſyllogizare. Vt ſi eorum quæ ſunt a c,medium ſit b, per c oſtendere a ineſſe b, ſic enim facimus inductiones. Vt tit a longæuum,in quo autem b choleram non habere,in quo uero c ſingulare lõgæ uum,ut homo,equus,& mulus. Ergo toti b ineſt a, omne enim q̃d ſibi cholera eſt, longæuum,ſed & b non habere choleram,omni ineſt c,ſi ergo cõuertat̃ c ei q̃d eſt b, & non tranſcendat medium,neceſſe eſt e ineſſe b. Oſtenſum enim eſt prius, quo niam ſi duo aliqua eidem inſunt,& ad alteram eorum cõuertat̃ extremum, quoniam conuerſo & alterum inerit prędicatorum. Oportet aũt intelligere c ex ſingulari bus omnibus cõpoſitum,nam inductio per omnia. Syllogiſmus aũt huiuſmodi eſt primæ, & immediatæ propoſitionis,quarum enim eſt medium,per mediũ eſt ſyllo giſmus,quarum uero non eſt,per inductionem. Et quodam modo opponitur in ductio ſyllogiſmo,nam hic quidem per medium,extremũ de tertio oſtendit,illa aũt per tertium,extremum de medio. Ergo natura quidem prior,& notior per medi um ſyllogiſmus,nobis autem manifeſtior,qui eſt per inductionem.

De paradigmate,hoc eſt,exemplo. *Cap.* XXIIII.

EXemplum autem eſt, cũ medio extremum ineſſe oſtenditur per id, quod eſt ſimile tertio. Oportet autem & mediũ tertio,& primũ ſimili notius eſſe, ineſſe. Vt ſit a malum, b autem contra confines inferre bellum,in quo au tem c Athenienſes contra Thebanos, in quo autem d Thebanos contra Phocenſes. Si ergo uolumus oſtendere quoniã Thebanis pugnare malum eſt, ſu mendum quoniam contra confines pugnare eſt malum,huius autem fides ex ſimi libus,ut quoniam Thebanis contra Phocenſes. Quoniam ergo contra cõfines malum,contra Thebanos autem contra confines eſt, manifeſtũ quoniã cõtra The banos pugnare malũ. Quoniam ergo b c & d ineſt,manifeſtum,utrũq; enim eſt contra cõfines inferre bellũ,& quoniã a d, Thebanis enim non fuit utile cõtra Pho enſes bellum. Quoniã aũt a ineſt b, per d oſtendetur,eodem aũt modo & ſi p plu ra ſimilia fides fiat,medij ad extremum. Manifeſtum ergo quoniam exemplũ eſt ne que ut totũ ad partẽ, neq; ut pars ad totũ,ſed ut pars ad partem,quando ambo quidẽ inſunt ſub eodẽ,notum aũt alterum. Et differt ab inductione,quoniã hæc quidẽ ex omnibus indiuiduis oſtendebat ineſſe extremum medio. & ad extremum non co pulabat ſyllogiſmũ,hoc autem & copulat,& non ex omnibus oſtendit.

De apagoge,deductioneq;. *Cap.* XXV.

DEductio aũt quando medio quidem primum palàm eſt ineſſe,poſtremo au tem medium dubiũ quidem,ſimiliter autem credibile aut magis cõcluſio ne. Amplius,ſi pauciora ſunt media poſtremo & medio,omnino eñ ꝓpin

quius eſſe accidit ſcientiæ. Vt ſit a docibile, in quo b diſciplina, c iuſtitia, ergo diſciplina quoniam docibilis, manifeſtum, iuſtitia autem ſi diſciplina, dubium. Si igitur ſimiliter aut magis credibile ſit b c quàm a c, deductio eſt, propinquius enim ſcientiæ, per quod aſſumpſerint a c, diſciplinam prius non habentes. Aut rurſum ſi pauciora media ſint b c, nam & ſic propinquius eſt ſcientiæ. Vt ſi d ſit quadrangulare, in quo aũt e rectilineum, in quo f circulus, ſi ergo eius quod eſt e f, unum ſolũ ſit medium, per lunares figuras æqualem fieri rectilineo circulũ, propinquius erit ſcientiæ. Quando aũt neq; credibilius eſt b c quàm a c, neq; pauca media, non dico deductionem, neq; quando immediata eſt b c, diſciplina enim quod eiuſmodi eſt.

De inſtantia, quam enſtaſin dicunt. *Cap.* XXVI.

INſtantia aũt eſt propoſitio propoſitioni contraria. Differt autem à propoſitione, quoniam contingit quidem inſtantiã eſſe in parte, propoſitionem uero aut omnino non cõtingit, aut non in uniuerſalibus ſyllogiſmus. Fertur autẽ inſtantia duobus modis, & per duas figuras, duobus modis quidem, quoniam aut uniuerſalis, aut particularis omnis inſtantia, per duas aũt figuras, quoniam oppoſitæ feruntur propoſitioni, oppoſita aũt in prima, & tertia figura perficiuntur ſolis. Nam quando poſtulatur omni ineſſe, inſtamus quoniam nulli, aut quoniam alicui non inest. Horum aũt nulli quidem ex prima figura, alicui aũt non ex poſtrema. Vt ſit a unam eſſe diſciplinam, in quo b contraria, proponit ergo unam eſſe contrariorũ diſciplinam, aut quoniam omnino non eſt eadem oppoſitorum inſtant. Contraria autem oppoſita, quare ſit prima figura. Aut quoniam noti, & ignoti non una, hæc autem tertia. Nam ſecundum tertiam notũ, & ignotum contraria quidem eſſe uerum, unam autem eſſe eorum diſciplinam, falſum. Rurſum in priuatiua propoſitione ſimiliter, cum poſtulat enim non eſſe contrariorũ unam diſciplinã, aut quoniã omnium oppoſitorum, aut quoniã cõtrariorum aliquorũ eſt eadem diſciplina, dicimus, ut ſani, & ægri, ergo omniũ quidem ex prima, aliquorũ uero ex tertia figura. Simpliciter autem in omnibus uniuerſaliter quidem inſtantibus, neceſſe eſt ad id q̃ uniuerſale eſt propoſito contradictionem dicere, ut ſi non unã exiſtimet contrariorũ omnium, dicere oppoſitorum unã, ſic aũt neceſſe eſt primam eſſe figuram, medium enim ſit uniuerſale ad hoc quod ex principio, q̃d aũt ad hoc in parte eſt uniuerſale, dicitur propoſitio, ut noti, & ignoti non eandẽ, nam contraria uniuerſale ad hæc, & ſit tertia figura, medium enim in parte ſumptum, ut notum, & ignotũ. Nam ex quibus eſt ſyllogizare contrariũ, ex ijs & inſtãtias conamur dicere, quare & ex his ſolis figuris ferimus, nam in his ſolis oppoſiti ſyllogiſmi, per mediam enim figurã nõ ſuit affirmare. Amplius aũt & ſi ſit, oratione indiget plurima, quæ eſt per mediam figuram, ut ſi non concedant a ineſſe b, eo quod non ſequitur hoc c, hoc enim per alias propoſitiones manifeſtum, non oportet autem, inſtantiam conuerti ad alia, ſed ſtatim manifeſtam habere alteram propoſitionẽ. Quapropter & ſignum ex ſola hac figura non eſt. Perſpiciendum autem & de aliis inſtantijs, ut de ijs quæ ſunt ex cõtrario, & ſimili, & ſecundum opinionem, & ſi particularem ex prima, uel priuatiuã ex media poſſibile eſt ſumere.

De eicote, hoc eſt, conſentaneo ſigno, indicio, & enthymemate. *Cap.* XVII.

EIcos autem & ſignum non idem eſt, ſed eicos quidem eſt propoſitio probabilis. Quod enim ut in pluribus ſciunt ſic factum, uel non factum, aut eſſe, uel non eſſe, hoc eſt, eicos, ut odire inuidentes, uel diligere amantes. Signũ autẽ uult eſſe propoſitio demonſtratiua, uel neceſſaria, uel probabilis, nam quo exiſtente eſt, uel quo facto prius, uel poſterius res, ſignum eſt uel fuiſſe, uel eſſe. Enthymema ergo eſt ſyllogiſmus imperfectus ex eicotibus, & ſignis. Accipit aũt ſignum tripliciter, quoties & medium in figuris, aut enim ut in prima, aut ut in media, aut ut in tertia. Vt oſtendere quidem parientẽ eſſe, eo quòd lac habeat, ex prima figura, medium enim lac habere, in quo a parere b, lac habere mulier in quo c. Quoniam

niam autem ſapientes, ſtudioſi, nam Pittacus eſt ſtudioſus, per poſtremam, in quo a ſtudioſum, in quo b ſapientes, in quo c Pittacus. Verum igitur a & b de c prædicari, ſed hoc quidem non dicunt quia notum ſit, illud uero ſumunt. Peperiſſe autem quoniam pallida, per mediã figurã uult eſſe, quoniã enim ſequitur parientes pallor, ſequitur aũt & hanc, oſtenſum eſſe arbitrantur quoniam peperit. Pallor in quo a, parere in quo b, mulier in quo c. Ergo ſi una quidem dicatur propoſitio, ſignum fit ſolum, ſi autem & altera ſumitur, ſyllogiſmus. Vt Pittacus liberalis, nam ambitioſi liberales, Pittacus autem ambitioſus. Aut rurſus, quoniam ſapientes boni, Pittacus autem bonus, ſed & ſapiens, ſic ergo fiunt ſyllogiſmi. Verum quidem per primam ſi guràin inſolubilis, ſi uerus ſit, uniuerſalis enim eſt. Qui autem per poſtremam, eſt ſolubilis, et ſi uera ſit concluſio, eo q̃d nõ uniuerſalis, eſt in tertia, nec ad rem ſyllogiſmus, non enim ſi Pittacus eſt ſtudioſus, propter hoc & alios neceſſe eſt eſſe ſapientes. Qui uero per mediam figuram eſt, ſemper & omnino ſolubilis, nunquam enim ſyllogiſmus fit, ſic ſe habẽtibus terminis. Non enim ſi quę peperit pallida, pallida autem & hæc, neceſſe eſt parere hanc, ergo uerũ eſt quidẽ in omnibus figuris, differentias autẽ habent iam dictas. An igitur ſic diuidendum ſignũ? horũ aũt mediũ indicium ſumẽdum, nam indiciũ dicunt eſſe quod ſcire facit, tale aũt maximè medium, an uero quę quidem ab extremitatibus ſigna dicenda, quæ autẽ ex medio indicium? probabiliſſimum enim & maximè uerũ eſt, quod eſt per primã figuram.

De ſyllogiſmo phyſiognomico. *Cap.* XXVIII.

NAturas autem cognoſcere poſſibile eſt, ſi quis concedat ſimul tranſmutare corpus & animã, quæcunq; ſunt naturales paſſiones, diſcens enim aliquis fortaſſe muſicam, tranſmutauit ſecundum quid animã, ſed non earũ quę natura nobis inſunt, hæc eſt paſſio, ſed ut irę, & concupiſcẽtiæ, & naturalium motionũ. Si igitur & hoc det, & unũ unius ſignũ eſſe, & poſſumus ſumere propriũ uniuſcuiuſq; generis paſſionem, & ſignum, poterimus naturas cognoſcere, ſi enim eſt propriè alicui generi indiuiduo exiſtens paſſio, ut ſi leonibus fortitudo, neceſſe eſt & ſignũ eſſe aliquod, cõpati enim ſibijnuicẽ poſitũ eſt, & ſit hoc magnas ſummitates habere, quod & aliis generibus non totis contingit. Nam ſignum ſic propriũ eſt, quoniã totius generis propria paſſio eſt, & non ſolius propriũ, ſicut ſolemus dicere. Erit ergo & in alio genere hoc, & erit fortis homo, & aliquod aliud animal, habebit ergo ſignum, unum enim unius erat. Si ergo hęc ſunt, poterimus talia ſigna colligere in ijs animalibus, quæ ſolum unã paſſionẽ habent aliquã propriam, unaquæq; aũt habet ſignũ, & quoniã unũ habere neceſſe eſt, poterimus naturas cognoſcere. Si uero duo habet propria totũ genus, ut leo, forte & cõmunicatiuũ, quo modo cognoſcemus utrũ utrius ſit ſignũ, eorum ſignorũ quæ propriè ſequuntur? An ſi & alij alicui non toti ambo, & in quibus non totis utrunq;, quando hoc quidem habet, illud autẽ non? nam ſi fortis quidem, liberalis autẽ non, habet autem duorũ hoc, palàm quoniã & in leone hoc ſignum fortitudinis. Eſt uero naturas cognoſcere in prima quidẽ figura, eo quòd mediũ priori extremitati cõuertitur, tertiam autem tranſcendit, & non conuertitur, ut ſit fortitudo a, ſummi
tates magnas habere in quo b, c autem leo, ergo cui c, b omni,
ſed & alijs, cui autem b, a omni, & non pluribus,
ſed conuertitur, ſi autem non, non
erit unum unius ſi-
gnum.

POSTERIORVM ANALYTICORVM ARISTOTELIS ANI TIO MANLIO SEVERINO BOETHIO INTERPRETE, Liber I.

De præcognitis. Cap. I.

OMnis doctrina & omnis diſciplina intellectiua ex præexiſtente fit cognitione. Manifeſtum autẽ hoc ſpeculantibus in omnibus Mathematicę enim ſcientiæ per hunc modum fiunt, & aliarum una quæq; artium. Similiter autẽ & circa orationes, quę per ſyllogiſmos, & quæ per inductionem, utræq; enim per prius nota faciunt doctrinam, hæ quidem accipientes tanq; à notis, illæ uero monſtrantes uniuerſale, per id (quod manifeſtum eſt) ſingulare. Similiter autem & rhetoricæ perſuadent, aut enim per exempla, quod eſt inductio, aut per enthymemata, quod quidem eſt ſyllogiſmus. Dupliciter autẽ eſt neceſſarium præcognoſcere, alia namq; quia ſunt præ opinari neceſſe eſt, alia uero quid eſt quod dicitur intelligere oportet, quędam autem utraq;. Vt quoniam quidem omne aut affirmare, aut negare uerum eſt, quia eſt, triangulum aũt, quoniam hoc ſignificat, ſed unitatem utraq;, & quid ſignificat quidem, & quia eſt, nõ enim ſimiliter horum unumquodq; manifeſtũ eſt nobis. Eſt autem cognoſcere alia quidem prius cognoſcentem, quorundã aũt ſimul accipere notitiam, ut quæcunq; cõtingunt eſſe ſub uniuerſalibus quorum habent cognitionẽ, quòd enim omnis triangulus habeat tres angulos duobus rectis æquales, præſciuit, quòd uero hic qui eſt in ſemicirculo triangulus ſit, ſimul inducens cognouit. Quorũdam enim hoc modo diſciplina eſt, & non per medium, ultimũ cognoſcitur, ut quæcunq; iam ſingularium cõtingunt eſſe, & non de ſubiecto aliquo. Antè quã autẽ ſit inducere, aut accipere ſyllogiſmũ, quodam quidẽ modo fortaſſe dicendum eſt ſcire, modo aũt alio, non quod enim neſciuit ſi eſt ſimpliciter, hoc quodã modo ſciuit quod duos habet rectos ſimpliciter, ſed manifeſtũ eſt quòd ſic quidẽ ſcit quoniã uniuerſaliter ſciuit, ſimpliciter aũt non ſcit, ſi uero non, Menonis ambiguitas continget, aut enim nihil diſcet, aut quæ nouit. Non enim ſicut quidã conantur ſoluere, dicendũ eſt, nunquid ſciuiſti omnem dualitatem quoniã par eſt, aut non? dicente autem, attulerat quandã dualitatem, quã non opinatus eſt eſſe, quare neque parem. Soluunt enim dicentes non cognoſcere omnem dualitatem parem eſſe, ſed quã ſciunt q̃d dualitas ſit. Attamẽ ſciunt quidem cuius uerè demonſtrationẽ habẽt, & cuius acceperũt; acceperũt aũt nõ de omni cuius utiq; ſciunt, q̃d triãgulus aut quod numerus ſit, ſed ſimpliciter de omni numero, & triangulo, neq; enim una propoſitio accipitur huius quòd quem tu noſti numerum, aut quod tu noſti rectilineũ, ſed de omni. Sed nihil (ut opinor) prohibet q̃d diſcit quis, ſit ut ſcire, ſit etiã ut ignorare, inconueniens enim non eſt, ſi ſcit quodam modo quod diſcit, ſed ſi hoc modo, ut in quantum diſcit, & ſcit.

De modis ſciendi, & demonſtratione. Cap. II.

SCire autem opinamur unumquodq; ſimpliciter, ſed non Sophiſtico modo, qui eſt ſecundum accidẽs, cũ cauſam arbitramur cognoſcere, propter quam res eſt, quoniam illius cauſa eſt, & non eſt cõtingere hoc aliter ſe habere. Manifeſtum igitur eſt, quoniam huiuſmodi aliquid ſcire ſit, & namque non ſcientes, & ſcientes quidem opinantur ipſi ſic ſe habere, ſcientes autem etiam, habent ſcientiam. Quare cuius ſimpliciter eſt ſciẽtia, hoc eſt impoſsibile aliter ſe habere. Si quidem

Si quidem igitur & alius eſt ſciẽdi modus, poſterius dicemus. Dicimus autem ſcire, & per demonſtrationem intelligere. Demonſtrationem autem dico, ſyllogiſmum epiſtemonicon, id eſt facientem ſcire, ſed epiſtemonicon dico, ſecundũ quem (in habendo ipſum) ſcimus. Si igitur eſt ſcire ut poſuimus, neceſſe eſt & demonſtratiuam ſcientiam ex ueris eſſe, & primis, & immediatis, & notioribus, & prioribus, cauſiſq; concluſionis. Sic enim principia erunt propria eius quod demonſtratur, nam ſyllogiſmus quidem erit, & ſine his, demonſtratio autem non erit, non enim faciet ſcientiam. Vera quidem igitur oportet eſſe, quoniam quod non eſt, non eſt ſcire, ut quod diameter ſit ſymeter. Ex primis autem, & indemõſtrabilibus eſt, quia non ſciet, non habens demonſtrationem ipſorum, ſcire enim quorum demonſtratio eſt non ſecundum accidens, eſt habere demonſtrationẽ. Cauſas quoq;, & notiora oportet eſſe, & priora. Cauſas quidem, quoniam tunc ſcimus, cũ cauſam cognoſcimus, & priora, ſiquidem cauſæ ſunt, & notiora, non ſolum altero modo intelligendo, ſed in ſciendo quoniã ſunt. Priora autem, & notiora dupliciter ſunt, non enim idem eſt natura prius, & ad nos prius, neque notius natura, & nobis notius. Dico autem ad nos priora, & notiora, propinquiora ſenſui. Simpliciter autem priora, & notiora, quæ longius ſunt. Sunt autem longinquiſſima quidem, uniuerſalia maximè. Proxima autem, ſingularia, & opponuntur hæc ad ſeinuicem. Ex primis autem eſt, quod ex proprijs principijs eſt, idem enim dico primum, & principium. Eſt autem principium demonſtrationis propoſitio immediata. Immediata autem eſt, qua non eſt alia prior. Propoſitio autem eſt enunciationis altera pars unum de uno. Dialectica quidem, eſt ſimiliter accipiens quamlibet. Demonſtratiua autem, determinatæ alterum quoniam uerum eſt. Enunciatio autem contradictionis quælibet pars. Contradictio autem, eſt oppoſitio, cuius non eſt medium ſecundũ ſe. Pars autem contradictionis, quę quidem aliquid de aliquo eſt, affirmatio eſt. Quæ uero eſt aliquid ab aliquo, negatio eſt. Immediati autem principij ſyllogiſtici, poſitionẽ quidem dico, quã non eſt monſtrare, nec neceſſe eſt habere docendũ aliquid. Quã uero neceſſe eſt habere quemlibet docendum, dignitatẽ. Sunt enim quædã huiuſmodi, hoc enim maximè in huiuſcemodi conſueuimus nomen dicere. Poſitionis autẽ, quæ quidẽ eſt quãlibet partiũ enunciationis accipiẽs, ut dico aliq̃d eſſe, aut nõ eſſe, ſuppoſitio eſt. Quæ uero ſine hoc, definitio eſt, definitio enim poſitio quædã eſt. Ponit enim Arithmeticus unitatẽ, indiuiſibile eſſe ſecundum quantitatẽ, ſuppoſitio autẽ non eſt, id enim quod quid eſt uniras, & eſſe unitatẽ, non idẽ eſt. Quoniã aũt oportet credere, & ſcire rem, in huiuſmodi habẽdo ſyllogiſmũ quẽ uocamus demonſtrationẽ. Eſt aũt hic eo quod ea ſunt, ex quibus eſt ſyllogiſmus, neceſſe eſt nõ ſolum præcognoſcere prima, aut omnia, aut quandã, ſed & magis. Semp enim, propter q̃ unumquodq; eſt, illud magis eſt, ut propter q̃d amamus, illud magis amicũ eſt, quare ſiquidẽ ſcimus, ꝓpter prima, & credimus, & illa ſcimus, & credimus magis, quoniam propter illa, & poſteriora. Non poteſt aũt credere magis quæ ſcit, quæ non cõtingit neq; ſciens, neq; melius diſpoſitus quã ſi contigerit ſciens, accidet aũt hoc niſi aliquis præcognouerit propter demõſtrationẽ credentium, magis enim neceſſe eſt credere principijs, aut omnibus, aut quibuſdã, quã cõcluſioni. Debentẽ aũt habere ſcientiam per demonſtrationem, non ſolum oportet principia magis cognoſcere, & magis ipſis credere, quã ei quod demonſtratur, ſed neq; aliud ipſi credibilius eſſe, neq; notius oppoſitis principijs, ex quibus erit ſyllogiſmus contrariæ deceptionis, ſi quidem oportet ſimpliciter ſcientem, immutabilem eſſe.

Quod non omnium ſit demonſtratiua ſcientia. Cap. III.

QVibuſdam autem igitur propter id quod oportet prima ſcire, non uidetur ſcientia eſſe. Quibuſdam autem eſſe quidem, omnium tamen demonſtrationes eſſe, quorum neutrum neque uerum, neq; neceſſarium. Ponentes

Ponentes autem non esse omnino scire, hi ad infinitum uolunt reduci, tanquam non sint utique scientes posteriora propter priora, quorum non sint prima, recte dicētes, impossibile enim est infinita pertransire, & si stent & sint principia hæc, ignota esse, cum demonstratio non sit ipsorum, quod quidem dicunt esse scire solum, si uero non est prima scire, neque que ex eis sunt, est scire neque simpliciter, necq; proprie, sed ex conditione, si illa sint. Hi autem de eo quod quidem est scire, sic contendentur, per demonstrationem enim esse solum, sed omnium esse demonstrationem nihil prohibet, contingit enim circulo fieri demonstrationē, & ex ijs quæ sunt adinuicem. Nos autem dicemus neque omnē scientiā demonstratiuā esse, sed immediatorum esse indemonstrabilem, & quòd hoc necessarium sit, manifestū est. Si enim necesse est quidem scire priora, ex quibus est demonstratio, stant autem aliquando immediata, hæc quidem indemonstrabilia necesse est esse, & hoc igitur sic dicimus, & non solum scientiam, sed & principium scientiæ esse quoddam dicimus, in quantum terminos cognoscimus. Circulo autem quod impossibile sit demonstrare simpliciter manifestum est, si quidem ex prioribus oportet demōstrationem esse, & notioribus, impossibile enim est eadem sibi ipsis inuicem simul priora, & posteriora esse, nisi altero modo, ut hæc quidem ad nos, illa uero simpliciter, quo certè modo inductio facit notum. Si autem sic est, non utique erit simpliciter scire bene definitum, sed dupliciter. An non simpliciter altera demōstratio fit ex nobis notioribus? Accidit uero dicentibus circulo demonstrationem esse, non solum quòd nunc dictum est, sed nihil aliud dicere, quàm quoniam hoc est, si hoc est, sic autem facile est demonstrare omnia. Manifestum aūt est quòd hoc accidit tribus terminis positis, per multos enim, aut per paucos reflectere dicere nihil differt, per paucos autem, aut per duos. Cum enim sit a, sit ex necessitate b, hoc autem cum sit, & c, cum igitur a sit, erit & c, si igitur cum sit a, necesse est b esse, hoc autem cum sit, a est. Hoc enim erit circulo, ponatur autem a in quo c, b igitur cum sit, a esse dicere, est & ipsum c dicere esse. Hoc autem dicere est, quoniam cum sit a, est c, c autem ipsi a idem est, quare accidit dicere, circulo dicentes esse demonstrationem nihil aliud nisi cum sit a est a, sic autem omnia demonstrare leue est. At uero neque hoc possibile, nisi in ijs quæ alternatim se consequuntur, sicut sunt propria. Vno quidem igitur posito ostensum est, quod nequaquam necesse aliquod esse alterum. Dico autem uno, quoniam nec termino uno, nec positione una posita, ex duabus autem positionibus primis, & minimis, siquidem contingit & syllogizare. Si igitur & a ipsi b, & c sequatur, & hæc adinuicem, & ipsi a, si quidem igitur contingit ex alternis monstrare omnia quæsita in prima figura, sicut ostensum est in ijs, qui de syllogismo sunt. Ostensum est autem, quòd in alijs figuris, aut non fit syllogismus, aut non de acceptis, quæ autem non mutuo prædicantur, nequaquam est demonstrare circulo, quare quoniam pauca quidem huiusmodi in demonstrationibus sunt, manifestum est quòd uanum quidem, & impossibile sit dicere ex ijs, quæ sunt adinuicem, esse demonstrationem, & propter hoc contingere omnium esse demonstrationem.

Quid de omni, quid per se, & quid uniuersale. Cap. IIII.

QVoniam autem impossibile est aliter se habere id, cuius est scientia simpliciter, necessarium utique erit id esse scibile, quod est secundum demonstratiuam scientiam. Demonstratiua autem est, quam habemus in habēdo demonstrationem, ex necessarijs itaque syllogismis est demonstratio. Accipiendum igitur est ex quibus & qualibus demōstrationes sunt, primum quidem determinabimus quid dicimus de omni, & quid per se, et quid uniuersale. De omni quidem hoc dico, quod utiq; est non in quodā quidē, in quodā aūt non, neque q̄d aliquando quidē, aliquādo uero nō, ut si de omni homine animal, si uerū est quidem

quidem dicere hominem, uerum est & dicere animal, & si nunc alterum, & alterum, & si in omni linea punctum, similiter est, signum autem est, namq; instantias, sic ferimus, ut de omni etiam interrogati, aut si in quodam non, aut si aliquando non. Per se autem sunt, quæcūq; sunt in eo quòd quid est, ut triangulo inest linea, & pūctum lineæ, substantia enim ipsorū ex his est, & in ratione dicenti quid est, insunt. Et quibuscunq; eorum quæ insunt ipsis, ipsa in ratione insunt quid est monstranti, ut rectū ineſt lineæ, & circulare, & par, & impar numero, & primum, & compositum, & isopleurum, & altera parte longius, & quæ omnibus his insunt, in ratione quid est dicente, illinc quidē linea, hinc uero numerus, similiter & in alijs huiusmodi, unicuiq; per se esse dico. Quæcunq; uero neutraliter insunt, accidētia sunt, ut musicum, aut album animal. Amplius, quod non de subiecto, alio quodam dicitur, ut ambulās, aut album, cum & alterum quiddā sit ambulans, & album. Substantia autem, & quæcunque hoc aliquid significant, non alterum aliquid sunt, quàm quod quidem sunt, quæ quidem igitur non de subiecto alio sunt, per se dico, quæ uero de subiecto, accidentia. Item alio modo quod quidem propter ipsum ineſt unicuiq;, per se dico, quod uero nō propter ipsum, accidens est, ut si ambulante coruscauit, accidēs est, nō enim propter id quod ambulauit, coruscauit, sed accidens dicimus hoc. Si uero propter ipsum, per se, ut si aliquid interfectum interijt, secūdum interfectionem, quoniā propter id quod interfectum est interijt, sed nō quod accidat interfectum interire. Quæ ergo dicūtur in simpliciter scibilibus per se sic sunt, sicut esse prædicatis, aut ineſſe, propter ipsa q̄q; sunt & ex necessitate, non enim contingunt non ineſſe, aut simpliciter, aut oppositā, ut lineæ aut rectum, aut obliquum, & numero aut par aut impar, est enim contrariorum, aut priuatio, aut contradictio in eodem genere, ut par aut impar in numeris secundum quod consequitur, quare si necesse est affirmare, aut negare, necesse est & quæ sunt per se, ineſſe. De omni quidem, & per se, sed determinatum sit hoc modo. Vniuersale autem dico, quod cum de omni sit, & per se est, & secundum quod ipsum est. Manifestum igitē est quod quęcunque sunt uniuersalia, ex necessitate insunt rebus. Per se autem & secundum quod ipsum est, ut per se lineę in est punctum, & rectitudo, & namq; secundum quod linea est, & triangulo secūdum quod triangulus est, insunt duo recti, etenim per se triangulus duobus rectis æqualis est. Vniuersale autem est tunc, cum in quolibet, & primo mōstreē, ut duos rectos habere, necq; cuilibet figurę ineſt uniuersaliter, & tamē est mōstrare de figura quod duos rectos habet, sed non de figura qualibet, nec utitur qualibet figura monstrās, quadrangulus enim figura quidem est, non habet autem duobus rectis æquales, sed isosceles habet quidem quodlibet duobus rectis æquales, sed non primum, sed triangulus prius. Quodcunq; igitur primum mōstratur duos habere rectos, aut quodcūque aliud, huic primo ineſt uniuersale, & demonstratio per se huius uniuersalis est, aliorū aūt quodāmodo, et non per se, necq; isosceles est uniuersaliter, sed in plus.

Quo pacto contingat hallucinatio circa uniuersale primum. Cap. V.

OPortet autem non latere quoniam multoties contingit peccare, et non esse quod demonstratur primum uniuersale, secundum quod uidetur demōstrari uniuersale primum, oberramus autē hac deceptione, cum aut aliud nihil sit accipere à superiori extra singulare, uel singularia, aut si sit quidē, sed innōminatum sit quidem in differentibus specie rebus, aut contingat esse sicut in parte, totum in quo monstratur, ijs enim quæ sunt in parte, ineſt quidem demonstratio, et erit de omni, sed tamen non huius erit primi uniuersalis demonstratio, dico autem huius primi secundum quod huius demōstrationem, cū sit primi uniuersalis. Si ergo aliqs mōstrabit quidem q̄d rectè nō intercidāt, uidebit utiq; huius

huius esse demonstratio, propter id quod in omnibus est rectis. Non autem est, nisi quidem (quoniam sic æquales sint) fiat hoc, sed secundum quòd quomodolibet æquales. Et si triangulus non esset alius quàm isosceles, secũdum quod isosceles uideretur utiq; inesse. Et proportionale quod communicabiliter est, secundum quod numeri sunt, & secundum quod lineæ, & secundum quod solida, & secundũ quod tempora sunt, quemadmodum demonstratum est aliquando seorsum, cõtingẽs autem de omnibus una demonstratione monstrari, sed propter id quod non est nominatum aliquid secundum quod hæc omnia unum sunt, numeri, longitudines, tempora, solida, & specie differentia, seorsum abinuicem accepta sunt, nunc autem uniuersale monstratur. Non enim secundum quod lineæ sunt, aut secũdum quod numeri, inerat, sed secundum quod hoc est, quod uniuersale supponunt esse. Propter hoc nec si aliquis monstret unumquemq; triangulum demonstratione aut una, aut altera, quod duos rectos habet unusquisq;, isopleuron seorsum, & scalenon, & isosceles, nõdum cognouit triangulum quòd duos rectos habet, nisi Sophistico modo, nec; uniuersaliter triangulum, ne quidẽ si nullus est præter hæc triangulus alter, nõ enim secundum quod triangulus est, cognouit, nec; omnem triangulum, sed secundum numerum, secundum speciem autem non omnem, et si nullus est quem non nouit. Quando ergo non nouit uniuersaliter, & quãdo nouit simpliciter, manifestum est. Quoniam si idem erit triangulo esse, & isopleuro, aut unicuiq;, aut omnibus, si uero non idem, sed alterum est, autem secũdum quod est triangulus, non nouit. Vtrum autem secundum quod est triangulus, aut secundum quod est isosceles insit, & quando de hoc est primum & uniuersale, cuius est demonstratio, manifestum est, quando remotis insit primum, ut isosceli æneo triangulo, insunt duo recti, sed aneum esse moto, & isosceles, sed non figura aut termino, sed non primis. Quo igitur primo; si itaque triangulo, est, & secundum hoc ineſt, & alijs, & huius uniuersalis est demonstratio.

Demonstrationem ex necessarijs, & propositionibus per se esse. Cap. VI.

Si igitur est demonstratiua scientia, & ex necessarijs principijs, quod enim scit, non potest se aliter habere. Quæ aũt per se sunt, necessario insunt rebus, hæc enim insunt in eo quod quid est, quibusdam autẽ hæc insunt in eo quòd quid est, prædicãtibus de ipsis, quorum alterũ oppositorum ne esse est ineſſe. Manifestum est igitur, quod ex huiusmodi quibusdam utiq; fit demõstratiuus syllogismus, omne enim aut sic ineſt, aut secundum accidens, accidentia autẽ necessariano sunt. Aut igitur sic dicendum, aut principium ponentibus quod demonstratio necessaria sit, & si demonstretur non aliter habere posse, ex necessarijs igitur oportet esse syllogismũ. Ex ueris quidem est, & non demõstrantẽ syllogizare, ex necessarijs autem non est, sed aut demonstrãtem, hoc enim proprium iam demõstrationis est. Signũ autem est quòd demonstratio ex necessarijs sit, quoniam & instãtias sic ferimus ad opinãtes demõstrare. Quoniam nõ sit necesse si opinamur, aut omnino cõtingere aliter, aut orationis causa. Manifestũ aũt ex ijs est, & quoniã stulti quoq; opinati sunt accipere bene principia, si probabilis sit propositio, & uera, ut Sophistæ quoniã scire, scientiã est habere, non enim quod probabile est aut nõ, principiũ est, sed primum in genere circa quod demõstratur, & uerum nõ omne, propriũ. Quòd aũ ex necessarijs oportet esse syllogismũ, manifestũ ex his est. Si enim nõ est habens rationem, propter quid existente demõstratione, non est scies, sit aũt utiq; ut quod a, de c ex necessitate esse, b aũt mediũ per quẽ demõstratũ est nõ ex necessitate, nõ scibit propter qd, nõ enim est hoc, propter mediũ, hoc quẽ contingit nõ inesse, cõclusio autem necessaria. Amplius si aliquis nescit, nũc habẽs rationẽ & saluatus est, & saluare, nec oblitus est, nec; prius sciuit, corrumpetur aũt utiq; mediũ nisi sit necessariũ. Quare habebit quidẽ rationẽ saluus, saluare, nescit aũt, nec ergo prius sciuit, si uero non cor-

rumpitur corruptũ est, cõtingit aũt corrumpi quod accidit, utiq; erit possibile, & cõtingens, sed est impossibile, sic se habentẽ scire. Cum igitur cõclusio quidem ex necessitate est, nihil prohibet medium nõ esse necessariũ, per quod mõstrata est, est enim necessarium & ex nõ necessarijs syllogizare, sit & uerum ex non ueris. Cum aũt medium ex necessitate est, & cõclusio est ex necessitate, sicut ex ueris uerũ est semper. Sit enim a de b ex necessitate, & hoc de c, necesse est ergo & a c inesse, sed cum non ex necessitate sit cõclusio, nec; medium necessariũ esse possibile est, sit enim a in c non ex necessitate inesse, in b autem a, & hoc in c ex necessitate erit, sed non esse supponebatur. Quoniam igitur si scit demõstratiue, oportet ex necessitate inesse, manifestum quoniam & per medium necessarium oportet habere demonstrationem, aut non sciet, nec; enim propter quid, nec; quia, quare necesse est illud esse, sed aut opinabitur, nesciens, si opinabitur nõ necessarium tanq; necessarium, aut neque opinabit similiter, siue quoniã sciat per media, siue propter quid, & per immediata. Accidentiũ aũt non per se quo modo definitum est, per se quidẽ non est scientia demõstratiua, nõ enim est ex necessitate mõstrare conclusionẽ, accidens enim contingit non esse, de tali aũt dico accidente. Et tamen ambiget fortasse aliquis, cuius causa hæc oportet interrogare de his, si non necesse est cõclusionem esse, nihil enim differt si aliquis interrogatus contingẽtia, postea dicat cõclusionem, oportet autem interrogare non tanq; necessarium esse propter interrogata, sed quòd dicere necesse est illa dicenti, & uere dicere si uerę sunt quę insunt.

Demonstrationes ex ijs, quæ per se sunt & ex perpetuis esse. Cap. VII.

Quoniam autem ex necessitate sunt circa unũ, quodq; genus quæcunq; per se sunt, & secundum quod unumquodq; est, manifestum est quoniã de ijs quæ sunt per se, scientificæ demõstrationes, & ex talibus sunt. Accidẽtia enim non necessaria sunt. Quare nõ necessarium cõclusionem scire propter quid sit, nec; si semper sint, non per se autẽ, ut sunt per signa syllogismi, hoc enim per se, non per se sciet, nec; propter qd. Propter quid aũt scire, est per causam scire. Propter hoc ipsum ergo oportet & tertio medium, & primũ medio inesse. Non ergo est ex alio genere descẽdentẽ demõstrare, ut Geometricum in Arithmeticam. Tria enim sunt in demonstrationibus, unum quidem quæ demonstratur conclusio, hoc aũt est q; ineſt alicui generi per se. Vnum aũt dignitates. Dignitates aũt sunt, ex quibus est demonstratio. Tertium autem genus subiectum, cuius passiones, & per se accidentia ostendit demonstratio. Ex quibus igitur demonstratio fit, cõtingit eadem esse. Quorum autẽ genus alterũ est, sicut Arithmeticæ, & Geometrię, nõ est Arithmeticã demonstrationẽ cõuenire in magnitudinibus accidentia, nisi magnitudines numeri sint (hoc autem quo modo contingit in quibusdã posterius dicet) sed Arithmetica demõstratio semp; habet genus circa quod fit demõstratio, & aliæ similiter. Quare aut simpliciter necesse est idem esse genus, aut aliquo modo, si debet demonstratio descendere, aliter autem quoniã impossibile, manifestum est, ex eodem enim genere necesse est ultima, & media esse, si namq; non sunt per se, accidentia erunt. Propter hoc Geometriæ non est demõstrare quod contrariorum una sit scientia, sed neq; quod duo cubi sit unus cubus, neque alterius scientiæ, quod alterius est, sed aut quęcunque sic se habent adinuicem, ut quòd alterum sit sub altero, ut perspectiua ad Geometriam, & consonantia ad Aritmethicam, neq; si aliquid ineſt lineis non secundũ quòd lineæ sunt, & non in quantum ex propriis principijs, ut si pulcherrima linearum recta est, aut si contrario modo se habeat circulari, non enim secundum quòd proprium ipsarum genus est, sed in quantum cõmune quoddã. Manifestũ autẽ est, & si sint propositiones uniuersales ex quibus est syllogismus, q̃d necesse est & conclusionẽ perpetuã esse huiusmodi demõstrationis, & simpli-

& ſimpliciter(ut eſt dicere)demonſtrationis. Non eſt ergo demonſtratio corruptibilium,neq; ſcientia ſimpliciter,ſed ſic eſt ſicut ſecundum accidens,& nõ uniuerſalis ipſius eſt,ſed aliquando & ſic,cum autem ita ſit,neceſſe eſt alteram non uniuerſalem eſſe propoſitionem,& corruptibilem,corruptibilem quidem,quoniã & concluſio eſt,non uniuerſalem autem,quòd hoc quidem erit,hoc autem nõ erit ex quibus eſt,quare non eſt ſyllogizare uniuerſaliter,ſed quoniam nunc eſt. Similiter ſe habet de definitione,quoniam quidẽ eſt definitio aut principium demõſtrationis, aut demonſtratio poſitione differens,aut concluſio quædam demõſtrationis. Eorum autem quæ ſæpè fiunt,ſunt demonſtrationes,& ſcientiæ (ut lunæ defectus)manifeſtum eſt quoniam ſecundum quod huiuſmodi ſunt,ſemper ſunt,in quantũ autem non ſemper,ſecundum partem ſunt. Sicut autẽ defectus eſt,ſimiliter & in aliis.

Quoniam autẽ manifeſtũ eſt quòd demonſtrare unumquodq; non eſt,ſed aut ex unoquoque principiorum,ſi id quod demonſtratur ſit ſecundum quod eſt illud,nõ autem eſt ſcire hoc quidem,ſi ex ueris,& indemonſtrabilibus monſtretur,& immediatis,eſt enim ſic monſtrare ſicut Bryſon tetragoniſmon,ſecũdum cõmune enim monſtrant rationes huiuſmodi quod & alteri ineſt,unde & in aliis cõueniunt hæ rationes non congeneis. Non itaq; ſecundum illud ſcit,ſed ſecundum accidens,nõ enim conuenit demonſtratio & in aliud genus. Vnumquodq; autẽ ſcimus nõ ſecundum accidens,cum ſecũdum illud cognoſcimus,ſecundũ quod eſt ex principijs illius inquantum illud eſt,ut duobus rectis æquales habere,cui ineſt per ſe ꝺd dictum eſt,ex principijs illius. Quare ſi per ſe & illud ineſt cui ineſt, neceſſe eſt medium in eadem proximitate eſſe,ſi uero non ſit,ſed ſicut harmonica per Arithmeticã, huiuſmodi autẽ demonſtrãtur quidem ſimiliter,ſed differunt. Nam ipſum quidem qꝺ alterius quidẽ ſcientiæ eſt,ſubiectũ enim genus alterũ eſt,ſed propter quid,eſt ſuperioris,cuius per ſe paſſiones ſunt. Quare ex his manifeſtum eſt quod non ſit demõſtrare unũquodq; ſimpliciter,aliter quàm ex propriis uniuſcuiuſque principijs,ſed horum principia,habẽt cõmune. Si autẽ manifeſtum hoc,manifeſtum & quoniam non eſt uniuſcuiuſq; propria principia demõſtrare,erũt enim illa omnĩũ principia, & ſcientia eorum domina omnium,& namq; ſcit magis ex ſuperioribus cauſis ſciens,ex prioribus enim ſcit,cũ non ex cauſatis ſciat cauſis,quare ſi magis ſcit,& maximè,& ſcientia illa erit & magis,& maximè. Sed demonſtratio non conuenit in aliud genus aliter quãm ut dictum eſt Geometricæ in machinatiuas,aut perſpectiuas, & Arithmeticæ in harmonicas. Difficilè autem eſt noſſe ſi ex uniuſcuiuſq; principijs ſcimus,aut nõ,quod quidem eſt ſcire,opinamur autẽ hoc,ſi habeamus ex ueris aliqbus ſyllogiſmũ & primis ſcire,ſed hoc nõ eſt,ſed cõgenea oportet eſſe primis.

De principijs tum uagis,communibuſq;, tum proprijs,ac addictis. Cap. VIII.

Dico autem principia in unoquoq; genere, illa quę quoniam ſint non contingit demonſtrare. Quid quidem igitur ſignificent et prima,et quæ ſunt ex primis,accipiendum,quod autem principia quidem neceſſe eſt accipere,alia uero demõſtrare,ut quid unitas,aut quid rectum, et quid triangulus,eſſe autem unitatem accipere, et magnitudinem, altera uero monſtrare. Sunt autem quibus utuntur in demonſtratiuis ſcientijs,alia quidem propria uniuſcuiuſque ſcientiæ,alia uero cõmunia.Communia uero ſecundum analogiã,quoniam utile eſt quantumcunq; eſt in eo (quod eſt ſub ſcientia) genere.Propria principia quidem,ut lineam eſſe eiuſmodi,et rectum. Cõmunia autẽ,ut æqualia ab æqualibus ſi auferas,quod æqualia reliqua ſunt.Sufficientes autem unumquodq; horum, quantumcunq; in genere eſt.Idem enim faciet, et ſi non de omnibus accipiat,ſed in magnitudinibus ſolum,Arithmeticæ autem in numeris. Sunt autem propria quidem, et quæ accipiuntur eſſe,circa quæ ſcientia ſpeculatur quæ ſunt per ſe,ut Arithmetica unitates,geometria autem ſigna,& lineas,hæc enim recipiunt eſſe,et hoc eſſe,horum autem paſſiones per ſe.Quid quidem unaquæq; ſignificet,accipiunt,ut arithmetica quidem quid par,aut impar,aut quadratus,aut cubus,geometria uero quid irrationale,aut inflecti,aut concurrere,quod autem ſint,demonſtrant per communia,et ex ijs que demonſtrantur,& aſtrologia ſimiliter. Omnis enim demonſtratiua ſcientia circa tria eſt,quæcunq; eſſe ponuntur,Hæc autem ſunt genus,cuius per ſe paſſionum ſpeculatiua eſt,& quæ communes dicuntur dignitates,ex quibus primis demonſtrant,& tertium paſſiones,quarum quid ſignificet unaquæq;, accipit. Quaſdam tamen ſcientias nihil prohibet quædam eorum deſpicere, ut genus non ſupponere eſſe,ſi ſit manifeſtum quoniam eſt,non enim ſimiliter manifeſtum eſt,quoniam numerus ſit,& quod calidum,& frigidum,& paſſiones non eſt recipere quid ſignificent,ſi ſint manifeſtæ,ſicut neq; communia non recipit quid ſignificẽt quòd eſt equalia ab æqualibus demere,quoniam notum eſt,ſed nihil minus natura tria hęc ſint,circa quod demonſtrat,& quæ demonſtrat,& ex quibus. Non eſt ſuppoſitio,neq; petitio,quod neceſſe eſt propter ſeipſum eſſe,& uideri neceſſe eſt,non eſt enim ad exterius orationem demonſtratio,ſed ad eam quæ eſt in anima,quoniam neq; ſyllogiſmus,ſemper enim eſt inſtare ad exterius orationem,ſed ad interius orationem non ſemper.Quæcunq; ergo quidem demonſtrabilia eſſe accipit ipſe non demonſtrans, hæc ſi quidem quæ uidentur accipiat,diſcenti ſuppoſitio,& non eſt ſimpliciter ſuppoſitio,ſed ad illum ſolum,ſi uero neq; unius opinionis,aut contraria eſt,accipiat,idem petit.Et in hoc differt ſuppoſitio,& petitio,eſt enim petitio in contrarium diſcentis opinioni,aut quodcunq; aliquis demonſtrabile cum ſit,accipiat,& utatur nõ demonſtrans.Termini igitur non ſunt ſuppoſitiones,nihil enim eſſe aut non eſſe dicunt,ſed in propoſitionibus ſunt ſuppoſitiones.Terminos ſolum intelligere oportet,hoc autem non eſt ſuppoſitio,niſi & audire aliquis ſuppoſitionem eſſe dicat,ſed quibuſcunq; exiſtentibus in eo quòd illa ſunt,fit cõcluſio. Neq; autem geometra falſa ſupponit,ſicut quidam affirmãt dicentes,quod oportet nõ falſo ut geometram, mentiri autem dicentem lineam eſſe unius pedis,quę non eſt unius pedis,aut rectam lineam,non rectam exiſtentem,ſed geometra nihil ſecundum hanc lineam concludit,quam ipſe poſuit,ſed quæ per hæc oſtenduntur. Amplius: Petitio, & ſuppoſitio omnis,aut ſicut totum eſt,aut in parte,termini autem neutrum horum. Species quidem igitur eſſe,aut unum aliquid extra multa non neceſſe eſt eſſe,ſi demonſtratio erit,eſſe tamen unum de multis uerum dicere,neceſſe eſt.Non enim erit uniuerſale niſi hoc ſit.Si uero uniuerſale non ſit,medium non erit, quare neq; demonſtratio,oportet itaq; aliquid unum,& idem de pluribus eſſe non æquiuocum. Non contingere autem idem ſimul affirmare,& negare,neq; una recipit demonſtratio, ſed aut ſi indigeat monſtrare concluſionem ſic,oſtenditur autem accipientibus primum demedio quod uerum,negare autem non uerum,medium autem nihil differt eſſe, & non eſſe accipere,ſimiliter autem & tertium. ſi enim aſſignetur de aliquo hominem,uerũ eſt dicere,& ſi non hominem,uerum,ſed ſi ſolum hominem animal eſſe, omne, non animal autem non. Erit enim uerum dicere Calliam,ſiue non Calliam eſſe animal,nõ animal autem,non.Cauſa autem eſt quod primum non ſolum de medio dicitur, ſed de alio,propter id quod de pluribus,quare neq; ſi medium & idem eſt,& non idem, ad concluſionem nihil differt. Commune autem affirmare,aut negare, quæ eſt ad impoſſibile demonſtratio,accipit,& hoc neq; ſemper uniuerſaliter,ſed quantũ ſufficiens eſt,ſufficiens autem eſt in genere,dico autem in genere,ut circa quod genus demonſtrationes fert,ſicut dictum eſt prius. Communicant autem omnes ſcientiæ ſecundum communia.Communia autem dico,quibus utũtur tanquam ex eis demonſtrantes,ſed non ex quibus demonſtrant,neq; quod demonſtrant.Et dialectica quidem de omnibus,etſi aliqua uniuerſaliter tentet monſtrare cõmunia, ut quod eſt affirmare omne, aut negare,aut quod eſt æqualia ab æqualibus demere,aut taliũ quæ

libet,ſed dialectica non eſt definitorum ſic quorundam, neq; generis alicuius uniuſ, non enim interrogaret,demonſtrantem autem non eſt interrogare, propter id quod oppoſitorum eſſe non monſtrat idem. Oſtenſum autem eſt hoc in ijs, quæ de ſyllogiſmo.

Cuiuſq; diſciplinæ proprietas, accommodatusq; eſſe interrogationes. Cap. IX.

Si autem idem eſt interrogatio ſyllogiſtica,& propoſitio contradictionis,propoſitiones autem ſunt ſecundum unamquamq; ſcientiam, ex quibus eſt ſyllogiſmus,ſecundum unamquamq; erunt utiq; aliquę interrogationes ſcientiales, ex quibus qui eſt ſecūdum unamquamq;,proprius ſit ſyllogiſmus. Manifeſtū itaq; quod non omnis interrogatio geometrica erit,neq; medicinalis,ſimiliter autē & in alijs,ſed ex quibus aut mōſtratur aliquid de quibus geometrica eſt,aut quod ex eiſdem monſtratur geometriæ,ut uiſibilia,ſimiliter autem & in alijs. Et de ijs quidem & rationem ponendam eſſe ex geometricis principijs, & concluſionibus, ſed principiorum rationem non ponendam eſſe geometræ ſecundum quod eſt geometra,ſimiliter autem & in alijs ſcientijs. Neq; omne eſt utiq; unumquemq; ſcientem interrogandum,neq; ſecundum omne interrogatum eſſe reſpondendum de unoquoque,ſed quæ ſunt ſecundum ſcientiam determinata. Si autem diſputet cum geometra,ſecundum quod eſt geometra,ſic manifeſtum eſt q̄d & bene,ſi ex ijs aliquid demonſtret,ſi uero non,non bene,manifeſtum autem eſt quod non arguit geometrā, ſed aut ſecundum accidens. Quare non utiq; erit in non geometricis de geometria diſputandum,latebit enim praue diſputans,ſimiliter autem & in alijs ſe habet ſcientijs. Quoniam autem ſunt geometricæ interrogationes,non ne ſunt & non geometricæ? Et quæ ſunt ſecundum unamquamq; ſcientiam,& quæ ſecundum ignorantiam qualis geometrica eſt? Et utrum qui ſecundum ignorantiam ſyllogiſmus,qui eſt ex oppoſitis ſyllogiſmus,an paralogiſmus? Secundum geometriam autem,aut ex alia arte ut muſica,eſt interrogatio non geometrica, de geometrica autem,ut adinuicem paralellas concurrere opinari,geometrica quodammodo eſt,& non geometrica alio modo,dupliciter enim hoc eſt ſicut arithmon,alterum quidem nō geometricum eſt in non habendo,alterum uero in praue habendo,& ignorātia hæc quæ eſt ex eius principijs,contraria eſt. In doctrinis autem non eſt ſimiliter paralogiſmus, quia medium ſemper eſt dupliciter,etenim de hoc omni,& hoc iterum de alio dicitur omni,quod autem prædicatur,non dicitur omne. Hæc autem ſunt ut eſt uidere in intellectu,ſed in orationibus latet,utrum omnis circulus figura ſit,ſi ſcribatur autem manifeſtum eſt. Quid autem,ſint ne carmina circuli? manifeſtum quoniā non ſunt. Non oportet autē inſtantiam in ipſum ferre ſi ſit propoſitio inductiua,ſicut enim neq; propoſitio eſt, quæ non eſt in pluribus,non enim erit in omnibus, ex uniuerſalibus autē ſyllogiſmus manifeſtum eſt quod neq; inſtantia eſt, eędem enim ſunt propoſitiones, & inſtantiæ,quam enim fert inſtantiam,hæc fiet utiq; propoſitio demōſtratiua, aut dialectica. Contingit autem quoſdam non ſyllogiſticè dicere propter id quod accipiunt utriſq; conſequentia,ut & Cæneus facit quod ignis in multiplicata analogia fit, & nāq; ignis citò generatur, ſicut dicit, & hęc eſt analogia. Sic autem non eſt ſyllogiſmus,ſed ſi uelociſſima analogia ſequitur multiplicata,& ignem uelociſſima in mutatione analogia. Aliquando quidem igitur ſyllogizare non cōtingit ex acceptis,aliquando uero contingit,ſed non uidetur. Si autem eſſet impoſſibile ex falſis uerum monſtrare,facile utiq; eſſet reſoluere, conuerterentur enim ex neceſſitate. Sic enim a ens,hoc autem cum ſit,ea utiq; ſunt quæ noui quoniam ſunt ut b, ex his igitur monſtrabo quoniam illud eſt. Conuertuntur autem magis quæ ſunt in mathematicis,quoniam nullum recipiunt accidens(& in hoc differunt ab ijs,quæ ſunt in dialogis) ſed definitiones. Augentur autem non per media,ſed in aſſumendo,ut a de b, hoc autem de c. Item hoc de d,& hoc in infinitū,& in latus,ut a de c,& de e,ut eſt numerus

numerus quantus,uel infinitus. Hoc autem in quo ſit a,numerus impar quantus, in quo b,numerus impar in quo c,eſt & itaq; a de c,& eſt par quātus numerus in quo ſit d,par numerus in quo eſt e,eſt ergo a de e.

De demonſtratione propter quid,& quod eſt. Cap. X.

Sed quia differt,& propter quid ſcire,primum in eadem ſcientia,& in hac dupliciter. Vno quidem modo ſi non per immediata fiat ſyllogiſmus,non enim accipitur prima cauſa, ſed quæ propter quid ſcientia, eſt ſecundum primam cauſam. Alio modo ſi per immediata quidem,ſed non per cauſam, ſed per cōuertentia,& per notius,prohibet enim nihil æque prædicantium, notius aliquando eſſe non cauſa,quare per hanc erit demonſtratio. Vt quod propè ſint planetæ, per illud quod non ſcintillare,ſit in quo c planetæ,in quo b non ſcintillare, in quo a propè eſſe,uerum igitur eſt de c b dicere,planetæ enim non ſcintillant,ſed & a de b,nō ſcintillans enim propè eſt. Hoc autem accipitur per inductionē, aut per ſenſum,neceſſe ergo a ipſi c ineſſe,quare demonſtratum eſt quod planetæ propè ſunt. Hic ergo ſyllogiſmus non eſt propter quid,ſed quia,non enim ex eo quod non ſcintillant propè ſunt,ſed propter illud quod propè ſunt,non ſcintillant. Poſſibile eſt autem & per alterum,alterum monſtrare,& erit propter quid demonſtratio,ut ſit c planetæ, in quo b propè eſſe,a non ſcintillare,eſt igitur b in c,quod eſt non ſcintillare, quare & in c, & erit propter quid ſyllogiſmus,accepta enim eſt prima cauſa. Iterum ſic lunam demonſtrant quod quidem circularis ſit per incrementa, ſi enim quod augetur ſic circulare quidem ſit,augetur autem ſic luna,manifeſtum quoniam circularis, ſic igitur ipſius,quia factus eſt ſyllogiſmus,è conuerſo autem poſito medio ipſius propter quod ſyllogiſmus fit. Non enim propter augmēta ipſius,circularis eſt, ſed quia circularis eſt,accipit augmenta huiuſmodi. Luna ſit in quo c, in quo b ſit augmentum,ſit in quo a circulare. In quibus autē media nō cōuertuntur, & eſt notius quod non eſt cauſa,quia monſtratur,ſed & propter quid, non amplius in quibus medium extra ponitur,etenim in his nō propter quid,ſed ipſius quia demonſtratio, nō enim dicitur cauſa. Vt propter quid non reſpirat paries, quia non eſt animal, ſi enim nō reſpirandi cauſa eſt hoc,oportet eſſe animal cauſa reſpirandi. Vt ſi negatio cauſa eſt ipſius non eſſe,affirmatio cauſa eſt ipſius eſſe,ſicut ſi ſine menſura eſſe calida, & frigida,cauſa eſt non ſanandi,& menſura huius cauſa erit ſanandi. Similiter autem, & ſi affirmatio eſt cauſa ipſius eſſe,& negatio ipſius non eſſe. In his autem ſic demonſtratis non contingit quod dictum eſt,non enim omne animal reſpirat. Syllogiſmus autem huius cauſæ eſt in media figura,ut ſit a animal,in quo b reſpirare,in quo c pares,in quo b quidem igitur omni,eſt a,omne enim reſpirans eſt animal, in c autem nullo,quare neq; b in c nullo eſt,non igitur reſpirat paries. Comparantur autē huiuſmodi cauſæ ſecūdum excellentiam dictis,hoc autem eſt plurimum diſtans mediū dicere,ſicut enim illud eſt quod Anacharſidis,quod in Scythis non ſunt ſibilatores, neq; enim uites. Secundum igitur eandem ſcientiam,& ſecundum mediorum poſitionem,hæ differentiæ ſunt ipſius,quia ad eum qui propter quid eſt ſyllogiſmum. Alio autem modo differt propter quid ab ipſo quia,quod eſt per aliam ſcientiam utrumq; ſpeculari. Huiuſmodi autem ſunt,quæ cunq; ſic ſe habent adinuicem, quod alterum ſub altero eſt,ut perſpectiua ad geometriam,& machinatiua ad ſtereometriā,& harmonica ad arithmeticam,& apparentia ad aſtrologiam. Ferè quidem uniuocæ ſunt harum quædam ſcientiarum,ut aſtrologia mathematica,& quę naualis eſt,& harmonica mathematica,que eſt & ſecundum auditum. Hic enim ipſum, quia ſenſibilium eſt ſcire,ſed propter quid,mathematicorum. Hi enim habent cauſarum demonſtrationes,& frequenter neſciunt ipſum,quia ſicut illi uniuerſale conſiderātes,ſæpè quædam ſingularium neſciunt,propter id quod non intendunt. Sunt autē hæc quęcunq;

alterum quiddam ſunt ſecundum ſubſtantiam,& utuntur ſpeciebus. Mathematicæ enim circa ſpecies ſunt,non enim de ſubiecto aliquo, ſi enim de aliquo ſubiecto geometrica ſunt,ſed non ſunt ſecundum quod geometrica ſunt. Habet autem ſe ad perſpectiuam ſicut hęc ad geometriam,& alia ad iſtam,utid quod eſt de iride ipſum quidem quia eſt ſcire phyſici,ſed propter quid perſpectiui,aut ſimpliciter, aut ſecũdum diſciplinam. Multæ autem,& non ſub ſeinuicem ſcientiarum,habent ſic, ut medicina ad geometriam,quod enim uulnera circularia tardius ſananť,medici eſt ſcire quia, propter quid autem geometræ.

Primam figuram maximæ ſcientiæ eſſe accommodatam.

Cap. XI.

FIgurarum autem faciens ſcire maximè,prima eſt,mathematicæ enim ſcientiarum per hanc demonſtrationes ferunt,ut arithmetica,et geometria,& perſpectiua,& ferè eſt dicere quæcunq; propter quid ſpeculari faciunt conſideratio-nem,aut enim omnino,aut ſicut frequentius,& in plurimis, per hanc figurã (quí eſt propter quid) fit ſyllogiſmus,quare & propter hoc erit maximè faciens ſcire,proprijſſimum enim ſcire,propter quid ſpeculari. Poſtea ipſius quod quid eſt ſcientiam,per hanc ſolam uenari poſſibile eſt. In media enim figura non fit prædicatiuus ſyllogiſmus,ſed ipſius quod quid eſt ſcientia,affirmationis eſt, in ultima autem fit quidem,ſed non uniuerſaliter,ſed quod quid eſt,uniuerſalium eſt,non enim quodammodo eſt animal bipes homo. Amplius hæc quidem illis nihil indiget, illæ autem per hanc denſantur,& augmentantur quouſq; uticq; ad immediata ueniant, manifeſtum igitur eſt quod maximè propria ſcientiæ eſt prima figura. Sicut autem a eſſe in b contingit indiuiſibiliter,ſic & non eſſe poſſibile eſt,dico autem indiuiſibiliter eſſe,uel non eſſe,eo quòd non eſt aliquid eorum medium,ſic enim non erit ſecundum aliud eſſe. Cum igitur aut a aut b in toto aliquo ſit, aut etiam ambo, non contingit a in b primo non eſſe. Sit enim a in toto c,igitur ſi b non eſt in toto c (poteſt enim a quidem eſſe in quodam toto,ſed b non eſſe in hoc) ſyllogiſmus erit ꝺ non ſit a in b,ſi enim in a quidem omni eſt c,in b autem nullo eſt, in nullo b eſt a. Similiter autem & ſi b in aliquo toto eſt,ut in b,d enim in omni b eſt,in a autẽ nullo,d,quare a in nullo b erit per ſyllogiſmum. Eodem autem modo monſtrabiť eſt utraq; in toto aliquo ſit. Quòd autem contingit b non eſſe in quo toto eſt a,aut iterum a in quo eſt b,manifeſtum eſt ex coordinationibus, quæcunq; non commutãtur adinuicem,ſi enim nihil eorum quæ ſunt in a c d coordinatione,de nullo prædicatur eorum quæ ſunt in b e f,a autem in toto g,ſic coordinatione exiſtente, manifeſtum eſt quod b non erit in g,commutarentur enim coordinationes, ſimiliter aũt eſt & ſi b in toto aliquo eſt. Si uero neutrum ſit in toto aliquo nullo,non ſit autẽ a in b,neceſſe eſt indiuiſibiliter non eſſe, ſi enim erit aliquod medium, neceſſe eſt alterum horum in quodã toto eſſe,aut enim in prima figura,aut in media erit ſyllogiſmus, ſi quidem igitur in prima figura b,erit in toto aliquo, affirmatiuã enim ad hoc oportet fieri propoſitionem. Si uero in media,utrum ꝓ contingit, ad utrũq; enim poſito priuatiuo,erit ſyllogiſmus, cum autem utraq; priuatiua ſit,non erit, manifeſtum igitur eſt quod cõtingit & aliud in alio non eſſe indiuiſibiliter, & quãdo cõtingit,& quo modo diximus.

De ignorantia,& ſyllogiſmo imperitiæ eorum,quæ primo, immediatéq; inſunt. *Cap.* XII.

IGnorantia autem non ſecundum negationem,ſed ſecũdũ diſpoſitionẽ dicta,eſt quidẽ per ſyllogiſmum facta deceptio. Hæc autẽ in iſs, quæ inſunt primo, aut nõ inſunt,cõtingit dupliciter,aut enim eſt cũ ſimpliciter accipiat eſſe,uel nõ eſſe,aut cũ per ſyllogiſmũ accipiat opinionẽ,ſimplicis,quidẽ ergo opinionis ſimplex deceptio,ſed quæ eſt per ſyllogiſmum plures ſunt. Non ſit enim a in nullo b indiuiſibiliter,ergo ſi ſyllogizet a eſſe in b mediũ accipiens c,deceptus erit per ſyllogiſmũ contingit

contingit igitur utraſq; propoſitiones eſſe falſas, contingit autem alteram ſolum eſſe falſam,ſi enim neq; a in nullo c erit,neq; c in nullo b erit, accepta autem utraq; ecõtrario,utraq; enim erũt falſæ. Poteſt autẽ ſic ſe habere c ad a,et ad b,quod neq; c ſub a ſit,neq; in b uniuerſaliter,b quidẽ impoſſibile eſt eſſe in aliquo toto,primũ enim dictum eſt in ipſo a,b non eſſe,a autẽ non neceſſe eſt omnibus ineſſe,quæ ſunt c uniuerſaliter,quare utraq; falſæ ſunt. Sed alteram contingit ueram accipere, nõ tamen quamlibet contingit,ſed quæ eſt a c,nam c b propoſitio ſemper falſa erit,propterid quod c,in nullo b eſt,ſed quæ eſt a c poteſt,ut ſi a & in c,& in b indiuiſibiliter eſt,cum enim primum prædicetur idem de pluribus,neutrũ in neutro erit. Differt autem nihil,neq; ſi nõ indiuiſibiliter inſit,ipſius quidem eſſe,igitur deceptio per iſta,& ſic fit ſolum,non enim erat in alia figura ipſius eſſe ſyllogiſmus,qui uero ipſius nõ eſſe,in prima figura,& in media eſt,primum igitur dicamus quot modis in prima fit,& quomódo ſe habentibus propoſitionibus. Cõtingit igitur utriſq; falſis, utſi a & in b,& in c indiuiſibiliter ſit,ſi enim accipiatur a in c nullo eſſe, c autem in omni b,falſæ ſunt propoſitiones. Contingit autem & altera falſa, & hac quacunq; contingente,poteſt enim quæ eſt a c uera eſſe,quæ uero b c falſa,ſed quę eſt a c uera,quoniam non in omnibus quæ ſunt,ineſt a,ſed quæ eſt c b falſa eſſe, quoniam impoſſibile eſt eſſe in b c,in quo nullo eſt a,non enim etiam uera erit,quæ eſt a c propoſitio,ſimul autem & ſi ſint utræq; ueræ,& cõcluſio uera erit, ſed etiam quæ eſt c b. Contingit ueram eſſe cum altera ſit falſa,ut ſi b in c ſit,& in a, neceſſe eſt enim alterũ ſub altero eſſe,quare ſi accipiatur a in nullo c eſſe, falſa erit propoſitio, palàm igitur quoniam & cum altera ſit falſa,& in utriſq;,falſus ſyllogiſmus erit. Sed in media quidem figura totas propoſitiones eſſe utraſq; falſas non contingit,cum enim in omni b,a ſit,nihil erit accipere quod in altero erit omni,in altero uero nullo erit,oportet autem ſic in media figura accipere propoſitiones, & quod in hoc quidẽ ſit,& quod in hoc non ſit,ſi quidem erit ſyllogiſmus,ſi igitur accipiantur ſic falſæ,palàm quod contrariæ èconuerſo ſe habebunt,hoc autem impoſſibile eſt. In aliquo autem utramq; propoſitionem nihil prohibet falſam eſſe,ut ſi c in a,& in b aliquo eſt,ſi enim a in omni c accipiatur eſſe,b autem in nullo,falſæ quidem utræque propoſitiones,non tamen totæ,ſed in aliquo,èconuerſo autem poſito priuatiuo ſimiliter. Alteram autem falſam,& quamlibet contingit,quod enim eſt in a omni,& in b eſt,ſi igitur accipiatur in a quidem toto eſſe c,in b autem toto non eſſe,quæ quidem eſt c a erit uera,ſed quæ eſt c b falſa. Iterum quod in b nullo eſt, neq; in a omni erit,ſi enim in a eſt,& in b,ſed non inerat,ſi igitur accipiatur c in toto quidem a eſſe,in b autem nullo quidem,quæ eſt b c propoſitio uera eſt,altera uero falſa. Similiter autem ſit tranſpoſito priuatiuo,quod enim in nullo eſt a,neq; in b nullo erit, ſi igitur accipiatur c in toto quidem a,non eſſe,in b autem eſſe toto, quæ quidem eſt a c propoſitio uera eſt,altera autem falſa. Et iterum quod in omni b eſt,in nullo accipere a eſſe,falſum eſt,neceſſe enim eſt ſi in omni b,& in quodam a eſſe,ſi igitur accipiatur in omni quidem b eſſe c,in a autẽ nullo,quæ quidem eſt c b,uera erit, quæ autem eſt a c,falſa. Manifeſtum igitur quod utriſq; falſis,& altera ſolum, erit ſyllogiſmus deceptiuus in indiuiſionibus.

De ſyllogiſmo imperitiæ eorum quæ inſunt mediate.

Cap. XIII.

INiſs autem quæ non indiuiſibiliter inſunt,aut non inſunt,cum quidem per proprium medium falſitatis fiat ſyllogiſmus,non poſſibile eſt falſas utraſq; eſſe propoſitiones,ſed ſolum quę ante maius extremum. Dico autem proprium mediũ, per quod fit contradictionis ſyllogiſmus,ſit enim a in b per medium c,quoniã igitur neceſſe eſt quæ eſt c b affirmatiuam accipi ſyllogiſmo facto, manifeſtũ quod

ſemper hęc eſt uera, non enim conuertitur, ſed quæ eſt a c falſa, hac enim conuerſa, ecõtrario fiet ſyllogiſmus. Similiter autem eſt, & ſi ex alia coordinatione accipiatur medium, ut d, ſi & in toto a, & de b prædicatur omni, neceſſe eſt enim (quæ quidem eſt d b) propoſitionem manere, alteram autem cõuerti. Quare hæc quidem ſemper uera, illa uero ſemper falſa, & ferè huiuſmodi deceptio, eadem eſt ei quæ fit per proprium medium. Si uero non per proprium medium fiat ſyllogiſmus, cum quidem ſub a ſit medium, in b autem nullo eſt, neceſſe eſt utraſcę falſas eſſe, ſumendæ enim ecõtrario ſunt quàm ut ſe habeant propoſitiones, ſi debeat ſyllogiſmus eſſe, ſicautem acceptis, utræcę fiunt falſæ, ut ſi a quidem in toto d eſt, d autem in nullo b, conuerſis enim ijs, ſyllogiſmus erit, & propoſitiones utræcę falſæ. Cum uero non ſit ſub a medium ut d, quæ quidem eſt a d uera erit, quæ uero eſt d b falſa, quæ enim eſt a d uera eſt, quia non erit in a, d, quæ uero eſt d b falſa, quia ſi eſſet uera, & concluſio eſſet uera, ſed falſa erat. Sed per mediam figuram facta deceptione, utraſcę quidem non contingit falſas eſſe propoſitiones totas, cum enim ſit b quidem ſub a, nihil contingit in hoc quidem omni, in illo autem nullo eſſe, ſicut dictum eſt & prius. Altera uero poteſt eſſe falſa, & quæcunc̃ contingit. Si enim c & in b, & in a eſt, ſi accipiatur in a quidem eſſe, in b uero non eſſe, quæ quidem a c uera erit, altera autẽ falſa. Item ſi in b accipiatur c eſſe, in a autem nullo eſt, quæ quidem eſt c b uera erit, altera autem falſa, ſiquidem igitur priuatiuus ſit deceptionis ſyllogiſmus, dictũ eſt quando, & per quæ erit deceptio. Si uero ſit affirmatiuus, tunc cum per proprium medium, impoſſibile eſt utraſcę eſſe falſas, neceſſe eſt enim quæ eſt c b manere, ſi quidẽ erit ſyllogiſmus ſicut dictum eſt & prius, quare c a ſemper erit falſa, hæc enim eſt conuerſa. Similiter autem eſt & ſi ex alia ordinatione accipiatur medium, ſicut dictum eſt & in priuatiua deceptione, neceſſe enim eſt quæ quidem eſt d b manere, quę uero eſt a d conuerti, & hęc deceptio eadem eſt priori. Cum uero ſic non per proprium, ſi quidem ſit d ſub a, hęc quidem erit uera, altera uero falſa, poteſt enim a in pluribus eſſe, quę non ſunt ſub ſe inuicem. Si uero non ſit d ſub a, hęc quidem ſemper manifeſtum eſt quoniam eſt falſa, affirmatiua enim accipiatur. Quę uero eſt d b, contingit & ueram eſſe, & falſam, nihil enim prohibet a quidem in nullo d, eſſe d autem in omni b, ut animal in ſcientia, ſcientia autem ut in muſica, neq; uique a in nullo d, neq; d in nullo b eſſe. Manifeſtum igitur eſt quoniam cum non ſit medium proprium, & utrę poſſunt ſimul eſſe falſę, & quęcunq; contingit. Quot quidem igitur modis, & per quę poſſunt fieri ſecundum ſyllogiſmum deceptiones, & in alijs quę ſunt ſine medio, & in ijs quę ſunt per demonſtrationem, manifeſtum eſt.

Si ſenſus à natura deficit, & ſcientiam propriorum ſenſibilium illius deficere. Cap. XIIII.

MAnifeſtum eſt autem, & ſi aliquis ſenſus defecerit, neceſſe eſt aliquam ſcientiam deficere, quam impoſſibile eſt accipere, ſi quidem diſcimus, aut per inductionem, aut per demonſtrationem. Eſt autem demonſtratio ex uniuerſalibus, inductio autem ex ijs quę ſunt particularia. Impoſſibile autem eſt uniuerſalia ſpeculari, niſi per inductionem, quoniam & quę exabſtractione dicuntur, eſt per inductionem nota facere, ſi quis uult nota facere, quia ſunt in unoquoq; genere quędam, & ſi non ſeparabilia ſint ſecundum quod huiuſmodi unumquodq; eſt. Inducere autem non habentes ſenſum, impoſſibile eſt, ſingularium enim ſenſus eſt, non enim contingit accipere ipſorum ſcientiam, neq; enim eſt ex uniuerſalibus ſine inductione, neq; per inductionem ſine ſenſu.

Ex quot,

Ex quot, & qualibus conſtat ſyllogiſmus, & an ſurſum, deorſum ue fiat in infinitum abitio. Cap. XV.

ESt autem omnis ſyllogiſmus per tres terminos, & quidem monſtrare poſſibilis eſt, quoniam a eſt in c, propter id quod eſt in b, & hoc in c. Sed priuatiuus eſt quidem alteram propoſitionem habens quoniam eſt aliquid aliud in alio, alteram autem quoniam non eſt. Manifeſtum igitur eſt quod principia, & ſuppoſitiones dicta hæc ſunt, accipientem enim hæc ſic, neceſſe eſt monſtrare, ut quod a ſit in c per b, iterum autem quod a ſit in b per aliud medium, & quod b ſit in c ſimiliter. Secundum igitur opinionem ſyllogizantibus, & ſolum dialecticè, manifeſtum eſt quod hoc ſolum intendendum, ſi ex quibus contingit maximè probabilibus fiat ſyllogiſmus. Quare & ſi eſt aliquid in ueritate eorum, quæ ſunt a b medium, uidetur autem non eſſe per hoc ſyllogizans, ſyllogizat dialecticè. Ad ueritatem autem, ex ijs quæ ſunt oportet intendere, habet autem ſe ſic. Quoniam autem eſt quòd ipſum quidem de alia prædicatur, non ſecundum accidens. Dico autẽ ſecundum accidens, ut album aliquando dicimus illud eſſe hominem, non ſimiliter dicentes & hominem album, cum enim non ſit alterum, aliquod album eſt, album autem eſt homo, quoniam accidit homini eſſe album, ſunt igitur quædam huiuſmodi, quęcunq; ſecundum ſe prædicantur. Si igitur c huiuſmodi quod ipſum quidem nõ in alio ſit, in hoc autem b ſit primo, & non per aliud medium, iterum c de d ſit, & ſimiliter & hoc in b, nunquid igitur hoc neceſſe eſt ſtare, an contingit in infinitũ ire? Et iterum ſi de a quidem nihil prædicatur per ſe, a autem in f eſt primo, medium autem in nullo priori, & f in a, & hoc in b, nunquid & hoc ſtare neceſſe eſt? an & hic contingit in infinitum abire? Differt autem hoc à priori in tantum, quoniã hoc quidem eſt nunquid contingit incepturum ad huiuſmodi quod in nullo eſt altero, ſed aliud in illo, in ſurſum in infinitum abire, alterum autem incepturum ab huiuſmodi quod ipſum quidem de alio, de illo autem nihil prędicatur, in deorſum intendentem, ſi contingit in infinitum ire. Amplius media nunquid contingit infinita eſſe determinatis terminis? dico autem ut ſi a in c ſit, medium ipſorum ſit b, ab ipſo autẽ b, & ab a altera, ſed horum alia, nunquid & hæc in infinitum contingit abire? an impoſſibile eſt? eſt autem hoc quidem intendere idem & ſi demonſtrationes in infinitum ueniunt, & ſi eſt demonſtratio omnis rei, an adinuicẽ concludantur. Similiter autem dico & in priuatiuis ſyllogiſmis, & propoſitionibus, ut ſi a non ineſt b nulli, aut primo, aut eſt aliquid medium, cui priori non ineſt a, ut ſi ſit g quod omni b ineſt, & iterum hoc non etiam alij priori, ut ſi h eſt quod ſit in omni b, & namq; in his aut infinita ſunt, in quibus non eſt in prioribus, aut ſtatur. Sed inconuertibilibus nõ ſimiliter ſe habet, non enim eſt in æquè prædicabilibus de quo primo prædicatur, aut ultimo, omnia enim ad omnia ſic ſimiliter ſe habent, ſiue ſunt infinita de ipſo prędicata, ſiue utraq; ſunt dubitata infinita, niſi ſimiliter conuerti cõtingat, ſed hoc quidem ſicut accidens, illud uero ſicut prædicatum.

Determinatis extremis, ſummo, imoq; ue, media non eſſe infinita. Cap. XVI.

QVoniam igitur media non contingit infinita eſſe, ſi in ſurſum, & deorſum ſtent prædicata, manifeſtum eſt. Dico autem ſurſum quidem, quod uniuerſale magis eſt, deorſum autem, quod particulare eſt. Si enim a prædicante de c, infinita ſunt media, in quibus eſt b, manifeſtum eſt quod continget utrique, ut ab a in deorſum alterum de altero contingit prædicari in infinitum, antequàm enim in c ueniat, infinita ſunt media, & ab c in ſurſum infinita, antequàm in a ueniat. Quare ſi hæc impoſſibilia ſunt, & ipſius a & c impoſſibile eſt infinita eſſe media. Neq; enim ſi aliquis dicat quod hæc quidem quæ a b c contingentia ſunt adinuicem, ut & non ſint media, illa uero non eſſe accipere, nihil differt.

Quodcunq; enim accipio eorum quæ ſunt b,erũt ab a,aut c infinita media. An nõ à quo iam prima ſint infinita ſiue ſtatim,ſiue non ſtatim,nihil differt; quæ enim ſunt poſt hæc,infinita ſunt.

Propoſitionis negatiuæ mediatæ media,quibus reuocetur ad immediatam,non eſſe infinita. Cap. XVI.

MAnifeſtum autem & in priuata demonſtratione quoniam ſtatur, ſi quidẽ in prædicatiua ſtatur in utriſq;. Sit enim non cõtingens neq; in ſurſum ab ultimo in infinitum ire(dico autẽ in quo ſtatur, quod ipſum quidẽ in alio nullo eſt,ſed in illo aliud ut c) neq; à primo in ultimum'. Dico autem primum,quod ipſum quidem de alio,ſed de illo nullum aliud dicitur,ſi igitur hęc erunt, manifeſtum quod & in negatione ſtabitur. Tripliciter aũt monſtratur non eſſe, aut enim in quo quidem eſt c,b ineſt omni,ſed in quo eſt b nulli,ineſt a,ipſum igitur b c,& ſemper alterũ ſpaciũ neceſſe eſt ire in immediata,prædicatiuũ enim eſt hoc ſpaciũ. Sed alterũ manifeſtũ eſt,q̃d ſi in alio nõ eſt priori,ut in d,hoc indigebit in omni b eſſe,& ſi iterũ a in alio priore cẽ; d nõ fuerit,illud indigebit in omni d eſſe, quare quoniã in deorſum ſtat uia,et quę in ſurſum ſtabit,et erit aliquid,in quo primo nõ erit a. Item ſi b quidem in omni a,in c autẽ nullo,a in c nullo erit. Iterũ hoc ſi oportet monſtrare,manifeſtũ eſt,q̃d aut per ſuperiorẽ modum ſurſum monſtrabitur,aut per hunc,aut tertium. Primus quidem igitur dictus eſt,ſecundus autem demonſtrabitur. Sic autem utiq; monſtrabitur,ut quod d in b omni eſt, in c autem nullo, ſi neceſſe eſt aliquid eſſe in b,& iterum ſi hoc in c non erit, aliud uero in q̃ eſt quod in c non eſt,igitur quoniam eſſe ſemper ſuperiori ſtat,ſtabit & non eſſe. Tertius autẽ modus eſt,ſi a b omni inſit, c uero in nullo b ſit,non in omni c,in quo eſt a. Iterum autem hoc per ſuperius dicta aut ſimiliter demonſtrabitur. Illis igitur modis ſtatur. Si uero ſic eſt,iterum accipietur b in e eſſe,in quo c non in omni e,& hoc iterum ſimiliter. Quoniam autem ſuppoſitum eſt ſtare & in deorſum,manifeſtum eſt quod ſtabit & quod in c non eſt. Manifeſtum autem eſt quoniam & ſi non una uia monſtretur ſed omnibus,aliquando quidem ex prima figura,aliquando uero ex ſecunda,aut ex tertia,quoniam & ſic ſtabitur,finitæ enim ſunt uiæ. Finita autem finitè ſumpta pluries,neceſſe eſt finiri omnia. Quod quidem igitur in priuatione ſi quidem & ineſſe ſtatim, manifeſtum eſt.

Propoſitionis affirmatiuæ mediatæ,media non eſſe infinita. Cap. XVIII.

SEd quid in illis qui quidem logicè ſpeculantur,ſic manifeſtum fit. In iſs quidẽ igitur quæ quidem in eo quod quid eſt prædicãtur,manifeſtum eſt, ſi eſt enim definire,aut ſi notum eſt quod quid erat eſſe,infinita autem non eſt trãſire,neceſſe eſt finiri in eo quod quid eſt prædicata. Vniuerſaliter autem ſic dicimus,eſt enim uerè dicere album ambulare,& magnum illud lignum eſſe,& iterum lignum magnum eſſe,& hominem ambulare,ſed alterum eſt ſic dicere,aut illo modo, cum enim album quidem eſſe dico quod cui accidit album eſſe, lignum eſt,ſed non quod ſubiectum ſigno,album ſit,& namq; neq; quod album eſt,neq; quod quidem album aliquod eſt,factum lignum eſt,quare non eſt aliter cẽ; ſecundũ accidens. Cum aũt lignum album eſſe dico,non quod aliquod alterum ſit album,illi aũt accidit lignum eſſe,ut cum muſicum album eſſe dico,tunc enim quoniam homo eſt albus,cui accidit eſſe muſicum,dico,ſed lignum eſt ſubiectum,quod quidem et factũ eſt,non cum alterum aliquid ſit quàm quod quidem lignum eſt,aut lignum aliquod. Si igitur oportet nomina ponere,ſit ſic dicere prædicari,ſed illo modo,aut nullo modo prædicari, aut prædicari quidem non ſimpliciter,ſed ſecundum accidẽs prædicaẽ, eſt autem tanquam album quidem quod prędicatur,ſed ſicut lignum eſt de quo prædicaẽ. Supponatur ergo prædicatum prædicari ſemper de quo prædicatur,ſimpliciter,ſed nõ ſecũdum

dum accidens. Sic enim demonſtrationes demonſtrant. Quare in eo quod quid eſt, aut quoniam quale,aut quantum,aut ad aliquid,aut faciens,aut patiens,aut ubi,aut quando,cum unum de uno prædicabitur. Amplius ſubſtantiam quidem ſignificantia, quod quidem illud eſt, aut aliquod illud quidem ſignificant de quo prædicantur. Quæcunque uero non ſubſtantiam ſignificant,ſed de aliquo ſubiecto dicuntur, q̃d non eſt, neque quod illud eſt, neque quod quidem illud aliquid eſt,accidẽtia ſunt, ut de homine album. Neque enim eſt homo, neque quod quidem album eſt, neque quod quidem album eſt aliquid, ſed animal forſan,quod quidem enim animal eſt,homo eſt. Quæcunque uero non ſubſtantiam ſignificant, oportet de aliquo ſubiecto prędicari,& non eſſe quid album, quod non cum alterum aliquod ſit,album eſt. Species enim ualeant,& genera,monſtra enim ſunt,& ſi ſint,nihil ad rationem ſunt,demonſtrationes enim de huiuſmodi ſunt. Amplius, ſi non eſt hoc huius qualitas,& illud huius,neque qualitatis qualitas, impoſſibile eſt æquè prædicari adinuicem ſic,ſed uerum quidem contingit dicere ſic, æquè autẽ uerè prædicari non contingit. An enim ſicut ſubſtantia prædicabitur, aut ut genus, aut ut differentia prędicariq; hæc autem oſtẽſa ſunt, quoniam non erunt infinita, neq; in ſurſum, neq; in deorſum,ut homo bipes,hoc animal,hoc autem alterum eſt,neq; animal de homine,hoc autem de Callia,hoc autem de alio in eo quod quid eſt,ſubſtãtiã enim omnem eſt definire huiuſmodi,infinita autem non eſt tranſire intelligentem,quare neq; in ſurſum,neq; in deorſum infinita ſunt,illam enim non eſt definire, de qua infinita prædicãtur. Sic igitur genera adinuicem,nõ æqualiter prædicãtur,erit enim ipſum,quod quidem ipſum aliquid eſt,neq; tamen de qualitate,aut aliorum nullo,niſi ſecundum accidens prædicabitur,omnia enim hęc accidunt,& de ſubſtantijs prædicãtur,ſed quoniã neq; in ſurſum,infinita ſunt. De unoquoq; enim prædicatur quod ſignificat aut quantum aliquid,aut quale aliquid,aut huiuſmodi quæ ſunt in ſubſtantia,hæc autem finita ſunt,& genera prædicamentorũ finita,aut enim quale,aut quantum,aut ad aliquid,aut facere,aut pati,aut ubi,aut quãdo. Suppoſitum aũt eſt unum de uno prædicari,ipſa autẽ de ipſis quæcũq; nõ ad aliquid ſunt,prædicari, non dicimus, accidentia enim ſunt omnia, ſed hæc quidem ſecundum ſeipſa, alia uero ſecundum alterum modum. Hæc autem omnia de ſubiecto quodam prædicari dicimus, accidens autem non eſſe ſubiectum aliquod,nihil enim talium ponimus eſſe, non quòd alterum aliquod eſſe dicitur,ſed ipſum de alijs,& alia quidem de alio,neque in ſurſum, ergo unum de uno,neq; in deorſum eſſe dicetur,de quibus enim dicuntur accidẽtia,quæcũq; in ſubſtãtia uniuſcuiuſq; ſunt, hæc autem non ſunt infinita,ſed ſurſum ipſa quoq; & accidentia utraq; nõ infinita ſunt. Neceſſe eſt ergo eſſe aliquid,de quo primũ prædicet,& de hoc aliud,& hoc ſtare,& eſſe aliquid quod non amplius,neq; de alio priori,neq; de illo aliud prius prædicetur. Vnus quidẽ igitur modus demõſtrationis,dicitur hic. Adhuc autẽ alius,ſi de quibus priora quædam prædicantur,eſt horum demonſtratio,quorum autem eſt demonſtratio, neque potius habere poſſibile eſt ad ipſa,quã ſcire,neq; ſcire eſt ſine demõſtratione, ſi aũt hoc,per hæc ſit notum. Hęc aũt neſcimus,neq; melius habemus ad ipſa,quã ſcire,neque per hæc notum ſciemus Si igitur eſt aliquid ſcire per demonſtrationem ſimpliciter,& nõ ex aliquibus,neq; ex ſuppoſitione,neceſſarium eſt ſtare prædicationes mediorum, ſi enim non ſteterint, ſed eſt ſemper acceptio in ſuperius, omniũ erit demonſtratio, quare ſi infinita non poſſibile eſt pertranſire,quorum eſt demonſtratio, hæc non ſciemus per demonſtrationem. Si igitur neq; melius habemus ad ipſa quã ſcire,nõ erit ſcire per demõſtrationẽ ſimpliciter,ſed ex ſuppoſitione. Logicè quidẽ igiẽ ex his utiq; aliquis credat,de eo quod dictum eſt. Analyticè autẽ manifeſtum eſt per hæc uelocius,neque in ſurſum,neque in deorſum infinita prædicata contingit eſſe in demonſtratiui ſcientijs, de quibus intentio eſt, demonſtratio enim eſt ex his quæcũq; ipſa qdẽ inſunt ſecundum ſeipſa rebus,ſecũdum ſeipſa uero dupliciter,

quæcumq; enim in illis insunt in eo quod quid est, & in quibus ipsa in eo quod quid est insunt ipsis, ut in numero impar, quod ineſt quidem numero, est autẽ ipse numerus in ratione ipsius, & iterum multitudo, aut diuisibile, in ratione numeri, horũ autem neutra contingit infinita esse, neq; ut impar numeri. Iterum enim si impar alicui insit, cui inerat existenti hoc, si est primum numerus, erit ijs quæ insunt ipsi. Si igitur non contingit infinita huiusmodi esse in uno, neq; in sursum erunt infinita, atuero necesse est omnia ineſſe primo, ut numero, & in illis numerum, quare conuertibilia erunt, sed non excedentia. Neq; tamen quęcumq; sunt in eo quod quid est, neq; hæc infinita sunt, neq; esset definire, quare si prædicata per se quidem omnia dicuntur, hæc autem non infinita sunt, stabunt utiq; in sursum, quare & in deorsum, si aũt sic est, & quæ sunt in medio duorum terminorum semper sunt finita. Si uero hoc est, manifestum iam est, & demonstratio non quod necesse est principia esse, & non omniũ esse demõstrationẽ, quod quidẽ diximus quosdam dicere iuxta principium, si enim principia sunt. Non omnia sunt demõstrabilia, neq; in infinitum possibile ire, esse enim horum quodlibet, nihil est aliud, quàm esse nullum spacium sine medio, & indiuisibile, sed omnia diuisibilia. Intus enim immittendo terminum, sed non assumendo demonstratur quod demonstratur, quare si hoc in infinitum contingit ire, contingit utique duorum terminorum infinita esse interius media, sed hoc impossibile est, si prædicationes steterint in superius, & in inferius, quod autẽ stent, monstratum est logicè prius, analyticè uero nunc.

Elementa monstrandarum mediatarum non infinita esse. Cap. XIX.

MOnstratis autem his, manifestũ est si aliquid idem insit duobus, ut a ſ& in c, & in d, non prædicãte altero de altero, aut nullo modo, aut non de omni, quod non semper secundum commune aliquid inerit, ut isosceli, & scaleno, æquales duobus rectis habere, secũdum commune aliquid ineſt, secundum enim quod figura quędam sunt, & non secundum alterum. Hoc autẽ non semper sic se habet. Sit enim b secundum quod a, in c & d, erit manifestum igit ꝙd b in c d secundum aliud commune est, & illud secundum alterum, quare duorum terminorum medij infiniti utique inciderũt termini, sed hoc est impossibile, secundum igitur aliquid cõmune ineſſe, non necesse est semper idem pluribus, quoniam quidem erunt immediata spatia. In eodem tamen genere, & ex eisdem atomis necesse est terminos esse, si quidem ijs quæ per sunt, erit cõmune, non enim erat ex alio genere in aliud genus descendere quæ demonstrant. Manifestũ est aũt quoniã & cum a in b sit, si quidẽ erit aliquid mediũ, est demonstrare ꝙd a in b sit, & elemẽta huius sunt hęc & tot, quot media sunt, immediatæ enim ꝓpositiones sunt elemẽta, aut omnes, aut uniuersales, si uero non est medium, nõ amplius erit demonstratio, sed in principia uia est hęc. Similiter aũt erit & si a in b non sit, si quidẽ enim aut mediũ est, aut prius cui nõ ineſt, erit demõstratio. Si uero nõ sit mediũ, nõ est demõstratio, sed principia, & elemẽta sunt tot, quot sunt termini, horũ enim ꝓpositiones, principia demõstrationis sunt, & sicut quędã principia sunt indemõstrabilia ꝙd sit hoc illud, & quòd sit hoc in illo, sic ꝙd non erit hoc illud, neq; ꝙd sit hoc in illo. Quare hæc quidem esse aliquid, alia non esse aliquid, erunt principia. Cum ergo indigeat monstrare aliquid, accipiẽdum quod de b primum prædicetur. Sit c, & de hoc similiter a, & sic semper eunti nunquàm extra, erit propositio, neq; si esse ipsius a accipiatur ut demonstretur, sed semper medium desetur quousq; indiuisibilia fiant, & unum, est autem unum, cum immediatum fiat, & una propositio simplex est immediata, & quemadmodum in alijs est principium simplex. Hoc autem nõ idem ubiq; est, sed in graui quidem uncia, in melodia autem diesis, aliud autẽ in alio, sic est in syllogismo unum,

unum, propositio immediata, in demonstratione autem, & scientia, intellectus. In ostensiuis igitur syllogismis eius quod est, nihil cadit extra. Sed in priuatiuis, ubi quidem quod oportet esse, nihil cadit extra hoc, ut si a in b per c non ineſt, si enim in b quidem omni c, est autẽ a in nullo c. Iterum si indigeat quòd in c, a nullo sit, medium accipiendũ est ipsius a & c, & sic semper procedet. Si uero indigeat monstrare quòd d in e non sit, eo quòd est c in d quidem omni, in e aũt nullo, aut non in omni, e nunquam extra cadit, hoc autem est, cui non oportet ineſſe. In tertio autem modo, neq; à quo oportet, neq; quod oportet priuari, nequaquam extra ibit.

Quod demonstratio uniuersalis præstantior sit particulari. Cap. XX.

CVm autem sit omnis demonstratio, alia quidem uniuersalis, alia uero particularis, & hæc quidem cathegorica, illa uero priuatiua, dubitabitur qualis potior sit, similiter autem & de ea, quæ demonstrare dicitur, & deducenti ad impossibile demonstratione. Primum quidem igitur intẽdamus de uniuersali, & particulari. Ostendentes autem hoc, & de ea quæ demonstrare dicitur, & quæ est ad impossibile, dicemus. Videbitur igitur fortassis utiq; quibusdam sic intendentibus, quòd particularis est potior, si enim secundum quam magis scimus demonstrationem, potior demonstratio est, hęc enim uirtus demõstrationis. Magis autem scimus unumquodq; cum ipsum cognoscimus secundum ipsum, quam secundum aliud, ut musicum Coriscum, quando cognoscemus quod Coriscus musicus est, quã quòd homo musicus sit. Similiter aũt & in alijs. Sed uniuersalis quoniam aliud, non quoniã ipsum fortasse demõstrat, ut quoniã isosceles habet tres angulos æquales duobus rectis, nõ quoniam isosceles, sed quoniam triangulus, sed particularis quoniam ipsum est, si igitur potior est quæ est secundum ipsum, huiusmodi aũt est particularis, & uniuersali magis, & potior utiq; secundũ partẽ demõstratio erit.

Amplius, si uniuersale quidem non est aliquid prẽter singularia, demonstratio autem opinionem cõficit esse aliquid hoc de quo demonstrat, & quandam naturã esse hanc in ijs quæ sunt (ut trianguli prẽter quosdam, & figurę prẽter quasdam, & numeri prẽter quosdam numeros) potior autem est quę est de esse, quã de non esse, & propter quam non errabitur, quã propter quam errabitur, est autem uniuersalis huiusmodi (procedentes enim demonstrant uniuersale quemadmodũ de eo quod est proportionale ut quod sit tale, erit proportionale quod neq; línea, neque numerus, neq; solidum, neq; planum est, sed prẽter hæc aliquid) si igitur uniuersalis magis hęc est, & de eo quidem quod est minus, uniuersalis quã particularis, & facit opinionẽ falsam, indignior utiq; erit uniuersalis particulari. Et primum quidem nihil magis in uniuersali quàm in particulari altera ratio est, si enim quod duobus rectis ineſt, non est secundum quod est isosceles, sed secundum quod triangulus est, cognoscens, quoniam isosceles habet tres in quantum ipsum est, minus cognouit, quã cognoscens, quoniam triangulus est, & omnino si nõ quidem secundum ꝙ sit triãgulus, & postea mõstrat, non erit utiq; demonstratio, si uero sit cognoscẽs unumquodque secundum ꝙd unumquodq; est, magis cognouit, si igitur triangulus in plus est, & eadem ratio, & non secundum æquiuocationẽ triangulus est, & ineſt omni triangulo ꝙ est duobus rectis æquales habẽs, nõ utiq; est triangulus in quantũ isosceles, sed isosceles secundũ ꝙ triangulus huiusmodi habet tres angulos. Quare uniuersaliter sciens magis cognouit secundum quod est, quàm particulariter, potior est ergo uniuersalis, quàm particularis. Amplius, siquidem sit quędam ratio una, & non æquiuocatio, uniuersale erit utiq; nil minus secũdum partem quibusdam, sed magis est quanto incorruptibiliora sunt illis, quę uero secundum partem sunt corruptibilia magis. Amplius nec una necessitas est opinari aliquid esse hoc prẽter hæc, quoniam ostẽdũt unũ nihil magis quã in alijs quæcũq; nõ aliquid significãt, sed aut quale, aut ad

aut ad aliquid, aut agere, ſi ergo, non demoſtratio cauſa eſt, ſed audiens. Amplius, ſi demonſtratio eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus qui ſit cauſæ & propter quod, uniuerſale magis cauſa, cui enim per ſe ineſt aliquid, hoc idem ipſi cauſa eſt, uniuerſale autem primum, cauſa ergo uniuerſale eſt, quare & demonſtratio dignior eſt, magis enim cauſæ eſt uniuerſale, & eius quod propter quid eſt. Amplius, uſq; ad hoc quærimus propter quid, etenim tunc opinamur ſcire, cum non ſit aliquid aliud quã hoc aut quod fiat, aut q̃d ſit, finis enim & terminus ultimus iam ſic eſt, ut cuius cauſa uenit; ut accipiat argentum. Hoc autem eſt quatenus reddat cui debuit. Hoc autem ut non iniuſtè agat, & ſic procedentes cum nõ ſit amplius propter quid, nec alterius cauſa, propter hoc ſicut propter finem dicimus uenire, & eſſe, & fieri, & tunc eſt ſcire maximè propter quid uenit, ſi igitur ſe habet ſimiliter, & in omnibus cauſis, & quæ ſunt propter quid, in ijs autem quęcũq; ſic ſunt cauſæ, ſicut quæ eſt cuius cauſa ſic ſcimus maximè, & in alijs igitur tũc maximè ſcimus, cum non amplius ſit hoc quoniam aliud eſt, cum igitur cognoſcimus quidem, quòd quatuor qui extra ſunt, æquales ſunt, quoniam iſoſceles, adhuc deeſt propter quid iſoſceles; quia triangulus, & hoc, quia eſt figura rectis lineis contenta. Si autem hoc non amplius propter q̃d aliud, tunc maximè ſcimus, uniuerſale eſt autem tunc, uniuerſalis igitur potior. Amplius, quantocunque utique magis ſecundum partes eſt, in infinita cadit, uniuerſale autem in ſimplex, & in finem, ſunt autem ſecundum quod infinita nõ ſcibilia, ſed ſecundum quod finita ſcibilia ſunt, ſecundum utiq; quod uniuerſalia, magis ſcibilia ſunt, quàm quæ ſunt ſecundum partem demonſtrabilia, ergo magis uniuerſalia. De magis demonſtrabilibus autem, magis eſt demonſtratio, ſimul enim magis ad aliqd ſunt, dignior igitur uniuerſalis eſt, quoniam quidem & magis demonſtratio eſt.

Amplius, ſi magis eligenda eſt ſecundum quam hoc & aliud, quam ſecũdum quã hoc ſolum cognouit, uniuerſale autem habens, cognouit particulare, hoc aũt, uniuerſale non ſciuit, quare & ſic utiq; magis eligenda erit uniuerſalis. Amplius autem & ſic. Vniuerſale enim magis ſcire eſt eo quòd eſt per medium demonſtrare, cum propius ſit principio, proximè autem immediatum eſt, hoc autem eſt principium. Si igitur quæ ex principio eſt ea quæ non ex principio, quæ magis ex principio ea quæ minus eſt, certior eſt demonſtratio, eſt autẽ huiuſmodi uniuerſalis magis, dignior utique erit uniuerſalis, ut ſi oportet monſtrare a de d, media autẽ ſint in quibus eſt b c, magis autem ſurſum ſit b quàm c, quare ſi per b magis eſt uniuerſalis, ſed eorum quę dicta ſunt, quædam logica ſunt. Maximè autem manifeſtũ eſt quòd uniuerſalis magis præcipua ſit, quoniam propoſitionum quidem hãc priorem habentes, ſcimus quodammodo, & poſteriorem & habemus potentia, ut ſi aliquis cognouerit quòd omnis triangulus habeat tres duobus rectis æquales, ſciuit quodã modo & quod iſoſceles duobus rectis potentia ſit, & ſi non cognouit iſoſcelem quod triangulus ſit, hanc autem habens propoſitionem, nullo modo uniuerſale cognouit, neq; potentia, neq; actu. Et uniuerſalis quidem intelligibilis eſt, ſed particularis in ſenſu perficitur. Quod igitur uniuerſalis dignior ſit particulari, tot nobis dicta ſint.

Quod demonſtratio affirmatiua præſtantior euadat negatiua. Cap. XXI.

QVod aũt monſtratiua ſit dignior priuatiua, hinc manifeſtum eſt, ſit enim hæc demonſtratio dignior (aliis eiſdem exiſtentibus) aut ex minoribus queſtionibus, aut ſuppoſitionibus, aut propoſitionibus. Si enim notæ ſunt ſimiliter uelocius cognoſcere per hæc erit, hoc autem appetibilius eſt. Ratio aũt, ppoſitionis q̃d melior ſit ex minoribus, uniuerſaliter eſt ſic, ſi eñ cõtingit ſimiliter cognita eſſe medię, priora aũt notiora ſunt. Si aũt per media demõſtratio eorũ, quę ſunt b c d q̃ a in e ſit, altera aũt demõſtratio q̃d a in d ſit q̃ b c ſimiliter igitur ſe habet hoc quod a in d ſit, & quod a in e ſit, ſed quod a in d ſit prius eſt, & cognoſcibilius, quàm quod a in e, per hoc enim illud demõſtratur, credibilius autem eſt per quod. Et quæ per pauciora demonſtratio, potior, alijs eiſdem exiſtentibus, utræq; quidem per terminos tres, & propoſitiones duas monſtrant, ſed hæc quidem eſſe aliquid accipit, illa uero & eſſe, & non eſſe aliquid, per plura itaque, quare dignior eſt. Amplius, quoniam oſtenſum eſt impoſſibile per utrãq; priuatiuarum propoſitionum fieri ſyllogiſmum, ſed oportere quidem huiuſmodi eſſe unam, aliã uero quoniã eſt. Amplius præter hoc oportet & hoc accipere, prædicatiuas enim augmentata demonſtratione neceſſe eſt fieri plures, priuatiuas autẽ impoſſibile plures una in omni ſyllogiſmo eſſe. Sit enim in nullo eſſe a in quibus eſt b, in c autem omni ſit b, ſi igitur opus eſt rurſus augere utraſq; propoſitiones, medium inijciendum eſt, huius quidem a b ſit d, ſed b c ſit e, e igitur manifeſtum eſt prædicatiuum eſſe, ſed d de b quidem, prædicatiuum, a autem de d tanq; priuatiuum ponitur, de enim de omni b, ſed a oportet in nullo d eſſe, fit ergo una priuatiua propoſitio. Idem autem modus eſt & in alijs ſyllogiſmis. Semper enim medium prædicatiuorum terminorum, prædicatiuum in utraq; eſt, ſed priuatiui in altera priuatiuum neceſſe eſt eſſe, quare hæc una huiuſmodi fit propoſitio, alię uero prædicatiuæ. Si igitur notius eſt per quod demonſtratur, & credibilius, demõſtratur autem priuatiua quidem per prædicatiuam, hæc autem per illam non demonſtratur, prior ergo, & notior, & credibilior cum ſit, melior itaq; erit. Amplius ſi principium ſyllogiſmi propoſitio uniuerſalis ſit immediata, eſt autem ut in mõſtratiua prædicatiua, in priuatiua autem, negatiua propoſitio uniuerſalis, affirmatiua autem negatiua prior, & notior (per affirmatiuam enim negatiua nota) & prior affirmatiua eſt, ſicut eſſe prius eſt non eſſe. Quare potius eſt principium monſtratiuæ, quàm priuatiuæ, dignioribus autem principijs utitur dignior. Ad huc principalior eſt, ſine enim monſtratiua non eſt priuatiua. Quod quidem prædicatiua, priuatiua dignior ſit, manifeſtum eſt.

Demonſtrationem oſtenſiuam potiorem eſſe ea, quæ ducit ad incommodum. Cap. XXII.

ET ad impoſsibile ducente, oportet autem ſcire quæ differẽtia ſit ipſarum. Si igitur a in nullo b, in c autem omni, b neceſſe eſt in nullo c eſſe a, ſic igitur acceptis, oſtenſiua priuatiua erit demonſtratio, quoniam a in c nõ erit. Quæ uero eſt ad impoſſibile ſic ſe habet, ſi opus eſt demonſtrare quod a in b non ſit, accipiendum eſt a eſſe in b, & b in c, quare accidit a in c eſſe. Hoc autẽ ſi notum, & cõceſſum quod ipſum eſt impoſſibile eſſe, non igitur poſſibile eſt a in b eſſe. Si ergo b in c conceſſum eſt ineſſe, a in b impoſſibile eſt eſſe, termini igit̃ ſimiliter ordinantur. Differt autem quo, qualis ſit notior priuatiua propoſitio, utrũ igitur quia a b non ineſt, an quia a c, cum igitur eſt concluſio notior quoniam nõ eſt, quod eſt impoſſibile, ſit demonſtratio, cum autem in ſyllogiſmo ſit, demonſtratiua eſt. Natura autem prior eſt, quæ eſt quod a in b nõ ſit, quàm a in c non ſit, priora enim concluſione ſunt, ex quibus eſt concluſio, eſt autem quæ eſt a in c non eſſe, concluſio, a autem in b ex quibus eſt concluſio. Non enim ſi contingit remoueri aliquid, hoc concluſio eſt, illa autem ex quibus ſunt, ſed hoc quidem ex quo ſyllogiſmus eſt, utiq; ſic ſe habet, ut aut ſicut totum ad partem, aut ut pars ad totum ſe habet, ſed quæ ſunt a c, & a b propoſitiones, non ſic ſe habent adinuicem. Si igitur ex dignioribus, & credibilioribus dignior eſt, ſunt autem utręq; ex non eſſe aliqd, credibiles, ſed hæc quidem ex priori, illa uero ex poſteriori, potior utique ſimpliciter erit ea, quæ eſt ad impoſſibile, priuatiua demonſtratio, quare & hac dignior prædicatiua. Manifeſtum eſt ergo quod & ea quę eſt ad impoſſibile, potior eſt.

Quæ ſcientia certior, quæ una, quæ altera, & eiuſdem plures eſſe poſſe demonſtrationes. Cap. XXIII.

CErtior autẽ eſt ſcientia, ſcientia & prior, quæ ipſius quia, & propter quid eadem eſt quàm non, extra eam quæ eſt propter quid. Et quæ nõ eſt de ſubiecto, ea quæ eſt de ſubiecto, ut Arithmetica, Harmonica. Et quæ eſt ex minoribus, ea quæ ex appoſitione, ut Arithmetica, Geometria, dico autem ex additione, ut unitas ſubſtantia eſt ſine poſitione, punctum aũt ſubſtantia poſita, hoc autem ex appoſitione. Vna autem ſcientia eſt, quæ eſt unius generis, quæcunq; ex primis componitur, & partes ſunt aut paſſiones horum, quæ ſunt perſe. Altera autem ſcientia eſt ab altera, quarumcunq; principia neq; ex eiſdem, neq; ex alteris ſunt. Huius autem eſt ſignum, cum in demonſtrabilia ueniant, oportet enim in eodem genere eſſe cum iis quę demonſtrantur, ſignum autem eſt & huius, cum demõſtrabilia per ipſa in eodem genere ſunt, & proxima. Plures autem demonſtrationes eiuſdem poſſibile eſt eſſe, non ſolum ex eodem ordine accipiendi non continuum medium (ut eorum quæ ſunt a b, c & d & e) ſed & ex altero, ut ſit a tranſmutari, in quo autem d moueri, ſed lætari ſit in quo b, & iterum e quieſcere, uerũ igitur eſt & d de b, & de d prædicari, lætans enim mouetur, & quod mouetur tranſmutatur, iterum a de e, & e de b, uerum prædicari, omnis enim lętans quieſcit, & quieſcens tranſmutatur, quare per altera media, & non ex eodẽ ordine ſyllogiſmus eſt, non tamen eſt neutrum de neutro dici mediorum. Neceſſe eſt enim idem alicui utraq; ineſſe, intendere autem eſt per alias figuras, quot modis contingit eiuſdem fieri ſyllogiſmum.

Non eſſe ſcientiam fortuitorum, neque in ſenſuum functione. Cap. XXIIII.

SEd eius quod eſt à fortuna non eſt ſcientia per demõſtrationem. Neque enim ſicut neceſſariũ, neq; ſicut frequenter quod eſt à fortuna, ſed extra hoc fit, ſed demonſtratio alterius horum. Omnis enim ſyllogiſmus aut per neceſſarias, aut per eas quæ ſunt tanquam frequenter propoſitiones, & ſiquidem propoſitiones neceſſariæ ſunt, & concluſio erit neceſſaria, ſi uero ſint ſicut frequenter, & cõcluſio huiuſmodi. Quare ſi id quod eſt à fortuna neque eſt ſicut frequenter, neque neceſſarium, neq; utiq; erit ipſius demonſtratio. Neq; per ſenſum eſt ſcire, ſi enim eſt ſenſus talis huius, & non huius alicuius, ſed ſentire hoc aliquid eſt neceſſe & ubi, & nunc. Vniuerſale autem quod eſt in omnibus, impoſſibile eſt ſentire, neque enim hoc aliquid eſt, neque nunc, neque ubi, neque enim utique eſſet uniuerſale, quod enim ſemper eſt, & ubique, uniuerſale dicimus eſſe, quoniam igitur demonſtrationes uniuerſales ſunt, hæc autem non eſt ſentire, manifeſtum eſt quòd neque ſcire per ſenſum eſt. Sed manifeſtum quoniam ſi eſſet ſentire triangulũ, quòd duobus rectis haberet æquales angulos, quæreremus utique demonſtrationem, & non ſicut quidam fatentur, ſciremus. Sentire enim neceſſe eſt ſingulariter, ſcięntia autem eſt incognoſcendo uniuerſale. Vnde & ſi ſuper lunam eſſemus, & uideremus obiectam terram, non utiq; ſciremus cauſam defectus, ſentiremus enim quoniam deficeret, ſed non propter quid omnino, non enim uniuerſalis, ſenſus. Sed ex cõſiderare hoc multoties accidere uniuerſale uenantes, demonſtrationem habemus, ex ſingularibus enim pluribus, uniuerſale manifeſtum eſt. Vniuerſale autem honorabile, quoniam oſtendit cauſam, quare de huiuſmodi uniuerſalis honorabilior eſt ſenſibus & cognitione quorumcunq; altera cauſa eſt, ſed de primis alia ratio eſt. Manifeſtum igitur eſt quòd impoſſibile ſit ſentiendo ſcire aliud demonſtratorum, niſi aliquis dicat ſentire, ſcientiam habere per demonſtrationem. Sunt tamen quædam reducta ad ſenſus defectum in propoſitis, quædam enim ſi uideremus, non utique quæreremus. Sed non tanquam ſcientes in uidendo, ſed tanquam habentes uniuerſale

uerſale ex eo quòd uidemus, ut ſi uitrum foratum uideremus, & lumen pertranſiẽs, manifeſtum utiq; erit & propter quid illuminat, propter id quòd uideremus quidẽ ſeorſum in unoquoq;, intelligere autem ſimul eſt, quoniam in omnibus ſic eſt.

Non omnium ſyllogiſmorum eadem principia eſſe poſſe. Cap. XXV.

EAdem autem eſſe principia omnium ſyllogiſmorum impoſſibile eſt, primũ quidem logicè ſpeculãtibus, hi enim ueri ſunt ſyllogiſmi, alij autem falſi. Et ſi enim ſit uerum ex falſis ſyllogizare, ſed ſemel hoc fit, ut ſi a de c uerũ ſit, medium autem b falſum, neque enim a in b, neq; b in c, ſed ſi harum media accipiantur propoſitionum, falſę erunt, ex eo quod omnis concluſio falſa ex falſis eſt, uera autem ex ueris, altera aũt ſunt uera & falſa. Poſtea neq; falſa ex eiſdem ſunt, eſt enim falſa adinuicem, & contraria, & impoſſibilia ſimul eſſe, ut iuſtitiã eſſe iniuſtitiam, aut timorem audaciam, aut hominẽ equũ, aut bouem, aut æquale, maius & minus. Ex oppoſitis aũt ſic eſt, neq; enim uerorũ eadẽ principia omnium ſunt alterа enim multorum genere principia ſunt, & neq; conueniunt, ut unitates punctis non conueniunt, hę enim non habent poſitionem, illa aũt habent. Neceſſe autẽ eſt aut in media conuenire, aut in ſurſum, aut deorſum, aut hos interius habere illos autem exterius terminorum. Sed neq; cõmuniũ principiorũ poſſunt eſſe aliqua ex quibus omnia demonſtrabunt, dico aũt cõmunia, ut omne affirmare aut negare, genera enim eorum quę ſunt, altera ſunt, & alia quidem in quãtitatibus, alia uero in qualitatibus ſunt ſolum, cum quibus demonſtrantur per cõmunia. Amplius, principia non multo minora ſunt concluſionibus, principia enim propoſitiones ſunt, propoſitiones autẽ aſſumpti termini, aut immiſſi termini ſunt. Adhuc concluſiones ſunt infinitæ, termini autem finiti. Amplius, principia hæc quidem ex neceſſitate, illa cõtingentia. Sic igitẽ cõſiderantibus impoſſibile eſt eadem principia eſſe, aut finita, cũ infinitę ſunt cõcluſiones. Si uero aliter quodãmodo dicat qs, quòd hæc quidẽ Geometrię, illa uero numerorum, illa autẽ medicinæ, quid utiq; erit aliud quod dicitur, niſi quòd ſunt principia ſcientiarũ diuerſa? ſed eadem dicere deriſio eſt, quoniam eadem eiſdẽ eadẽ erũt, omnia namq; ſic fiunt eadẽ. At uero neq; quod eſt ex omnibus demonſtrare quodlibet, eſt quærere omnium eſſe eadem principia, multum enim in ſpiẽs eſt. Neq; enim in manifeſtis doctrinis hoc fit, neq; in reſolutione hoc eſt poſſibile, immediatæ enim propoſitiones ſunt principia, altera autem concluſio fit accepta propoſitione immediata. Si autem dicat aliquis primas immediatas propoſitiones eadem eſſe principia, una in unoquoq; genere eſt. Si uero neq; ex omnibus utopus eſt demonſtrari contingit quodlibet, neq; ſic ex altero tanq; erunt uniuſcuiuſq; ſcientiæ altera, relinquitur quòd proxima ſint principia omnium, & ex his quidem hęc, ex illis autem illa. Manifeſtum autem & hoc eſt, quoniam non contingit, monſtratum eſt enim quòd altera principia genere ſunt differentium genere. Principia enim duplicia ſunt, ex quibus, & circa quod, ex quibus quidem igitur, communia ſunt, quæ autem ſunt circa quod, propria ſunt, ut numerus, magnitudo.

Quod ſcientia, & ſcibile, ab opinatione, & opinabili diſcrepent. Cap. XXVI.

SCibile autem & ſcientia differunt ab opinabili, & opinione, quoniam ſcientia uniuerſalis, & per neceſſaria eſt, neceſſarium autem nõ contingit aliter ſe habere. Sunt autem quędam uera, quæ contingit aliter ſe habere, manifeſtũ eſt igitur quod circa hæc, ſcientia non eſt, eſſent enim utiq; impoſſibilia aliter ſe habere. At uero neq; intellectus, dico enim intellectum principiũ eſſe ſcientię, neque ſcientia indemonſtrabilis, hæc autem eſt acceptio immediatę propoſitionis, uerus enim eſt intellectus, & ſcientia, & opinio, & quid per hæc dicitur.

Quare

Quare relinquitur opinionem esse circa uerum quidem,aut falsum, contingens aũ
est & aliter se habere. Hoc autem est acceptio immediatæ propositionis,& non
necessariæ,Certum autem est sic apparentibus,opinio ei incertum est,& natura hu
iusmodi est. Adhuc autem nullus arbitratur opinari,cum opinetur impossibile aliter se habere,sed scire,sed quando esse quidem sic, sed tamen aliter, nihil prohibet & tunc opinari,tanq; huiusmodi quidem opinionem esse,necessariam autem scientiam. Quomodo est igitur non idem opinari,& scire? & quare non erit opinio scientia,si quis posuerit omne quod scit contingere opinari? consequitur,enim hic quidem sciens,ille uero opinans per media, quousq; ad immediata ueniat, quare si ille quidem sciuit,& opinans sciuit,sicut enim & quia opinari,& propter quid,hoc autem medium est. An si quis sic arbitrabitur non contingentia aliter se habere,sicut se habent definitiones per quas sunt demonstrationes,non opinabitur sed scietr? si autem uera quidem esse,non tamen hæc ipsis inesse secundum substantiam,& secundum speciem opinabitur,& non sciet uerè,& quia & propter quid,si quidem per immediata opinabitur,si uero non per immediata opinabitur,solum ipsum quia opinabitur. Eiusdem autem opinio,& sciẽtia non penitus est,sed sicut uera,& falsa eiusdem quodam modo est,sic & scientia & opinio eiusdem,& opinionem eiueram,& fallam (sicut dicunt quidam) eiusdem esse, inconuenientia accidunt apparere aliaq;,& non opinari quæ opinantur falsæ. Quoniam autẽ idem multipliciter dicitur,est autem sicut cõtingit. est autem ut non,commensuratam enim diametrũ esse uerè,opinari inconueniens est,sed quod diameter (circa quam sunt opiniones) idem sic eiusdem est,sed quod quid erat esse,unicuiq; secundum rationem non est idem. Similiter autem & scientia,& opinio eiusdem est,hæc enim si animalis est ẽd non est contingere non esse animal,sed illa quidẽ quæ est contingere,ut si hæc quidem quod hominis quidem est,illa uero hominis quidem,non autem quod quidem hominis est,idem enim est,quia homo,hoc autem sicut nõ idem. Manifestũ autem ex his est,quòd neq; opinari simul idem,& scire contingit,simul enim haberet utique opinionem aliter habendi,& non aliter idem,quod quidem non contingit, in alio enim unumquodq; esse contingit eiusdem,sicut dictum est,sed in eodem nihil sic potest esse,haberet enim opinionem simul. Vt quod homo esset secũdum quod est animal,hoc enim fuerit non contingere esse non animal,& nõ secundum quod animal,hoc enim sicut contingere. Reliqua autem quomodo oportet distribuere in rationem,& intellectum,& scientiam,& artem,& prudentiam,& sapientiã, hæc quidem physicę est,illa uero ethicæ speculationis magis.

De sollertia. *Cap.* XXVII.

SOlertia autem est subtilitas quædam in non perspecto tempore medij. Vtsi aliquis uidens quòd luna splendorem semper habet ad Solem,statim intellexerit propter quid hoc sit,quia propter id quod illustratur à sole,aut disputatem cum diuite,cognouit quoniam cõmodatũ est,aut propter id quod amici sunt,quia inimici eiusdem sunt. Omnes enim causas medias uidens,cognouit & ultima. Splendidũ esse ad solem sit,in quo a lucere à sole,b;luna, c, inest igitur lunę quidem ipsi c b, quod quidem est lucere à sole,ipsi autem b a, quod est ad hoc esse splendidum,à quo splendet,quare & ipsi c, inest a per b.

SECVNDI

SECVNDI POSTERIORVM ARISTOTELIS.

Quot quæri solent in disciplinis. *Cap.* I.

QVæstiones æquales sunt numero iis quæcunq; uerè scimus. Quærimus autem quatuor,quia propter quid,si est,& quid est. Cum enim utrum hoc insit,aut hoc quærimus,in numerum ponentes,ut utrum sol deficiat aut non,ipsum quia quærimus. Signum autem huius,inuenientes enim quia deficit, pausamus, & si in principio sciremus quia deficeret,non quæreremus utrum. Cum autem sciamus ipsum,quia ipsum propter quid quærimus,ut scientes quia deficit luna,& quia mouetur terra,& propter quid deficit,& propter quid terra mouetur, quærimus hæc quidem sic. Quædam autem alio modo quærimus,ut si est, aut non est centaurus,aut Deus,hoc autem si est aut non,simpliciter dico , sed non si albus est, aut non,Cognoscentes autem quoniam est,quid est quærimus,ut quid igitur est Deus, aut quid est homo. Quæ quidem igitur quærimus,& quæ inuenientes scimus,hæc & tot sunt.

Omnem quæstionem medij esse. *Cap.* II.

QVærimus autem,cum quærimus quia est,aut si est simpliciter, utrum sit medium ipsius,aut non,cum autem cognoscentes aut quia est,aut si est, aut in parte,aut simpliciter,iterũ propter quid quærimus,aut quid est,& tunc quærimus quid sit medium. Dico autem quia est,aut si est,aut in parte aut simpliciter,in parte quidem,ut utrum deficit luna , aut augetur, si enim est aliquid,aut non est aliquid,in huiusmodi quærimus,simpliciter autem,si est,aut non est luna,aut nox. Contingit itaq; in omnibus quæstionibus quærere, aut si est mediũ, aut quid est medium. Causa enim est medium,in omnibus autem hæc quæritur, ut utrum deficit luna.utrũ est aliqua causa,aut non,post hæc scientes quia est aliqua quid igitur hæc sit,quærimus. Causa enim ipsius esse non hoc,aut hoc,sed simpliciter substantiam,aut non simpliciter,sed aliquid eorum quæ sunt per se,aut secundum accidens medium est. Dico autem simpliciter quidem subiectum,ut lunam, aut terram, aut solem,aut triangulum,quid autem esse defectum,æqualitatem, aut inæqualitatẽ, si in medio sit,aut nõ. In omnibus enim his manifestum est quod idem sit quod quid est,& propter quid est. Vt quid est defectus? priuatio luminis à luna à terræ obiectu. Propter quid est defectus ,aut propter quid deficit luna? propter defectũ luminis obiecta terra. Quid est consonantiæ ratio numerorũ in acuto,et graui,et propter quid consonat acutum graui? propter id quod rationem habet numerorum & graue & acutum. Vtrum est consonare acutum & graue? Vtrum sit in numeris ratio eorum? Accipientes autem quia est,quid igitur est ratio quærimus . Quod autem sit medij quæstio ostenditur quandocunq; medium est sensibile, quærimus enim non sentientes,ut de defectu si est. Si uero essemus super lunam,non utiq; quæreremus neq; si fit, neq; propter quid fit,sed simul manifestum utiq; esset utrunq;,ex eo enim quod sentimus. & uniuersale factum est nobis notum. Sensus enim quod nunc obijcitur, & manifestum est quod nunc deficit,ex his autem uniuersale utiq; factum est. Sicut igitur diximus,quod quid est scire idem est & propter quid est,hoc autem aut est simpliciter,& non eorum quæ insunt aliquid est, aut quę insunt,ut quoniam duo recti sunt, aut quoniam maius,aut minus est. Quod igitur omnia quæ quęruntur medij quęstio sint,manifestum est.

Discrepatio quod demonstratio, & definitio non eiusdem sint. Cap. III.

QVomodo autem quod quid est demonstratur, & quis modus introductionis, et quid est definitio, et quorum, dicemus, primum opponentes de ipsis. Principium autem sit futurorum, quod quidem sit maximè proprium habitis rationibus. Dubitabit autem aliquis, utrum sit idem, & secundum idem definitione scire, & demonstratione scire, aut sit impossibile. Definitio enim ipsius quod quid est esse uidetur, quod autem quid est, omne uniuersale, & prædicatiuum est, syllogismi autem sunt, alij quidem priuatiui, alij uero nõ uniuersales, sicut in secunda figura priuatiui omnes sunt, in tertia uero nõ uniuersales. Post ea neq; eorũ quę in prima figura prędicatiuorũ omniũ est definitio, ut quoniã omnis triãgulus duobus rectis habet æquales. Huius aũt ratio est, quoniã scire demõstrabile, est demonstrationẽ habere, quare si in talibus est demonstratio, est manifestũ ꝺ nõ utiq; erit eorum definitio. Sciet enim utiq; aliquis & secundum definitionem, nõ habens demonstrationem, nihil enim prohibet non simul habere. Sufficit autem fides & ex inductione, nihil enim definientes aliquando cognoscemus, neq; eorũ, quæ per se sunt, neq; quæ secundum accidens. Amplius. Si definitio, substantiæ quędam cognitio est, huiusmodi manifestum est quod non sint substantiæ, quoniam quidem igitur non est definitio omnis cuius est demonstratio, manifestum est. Quid autem cuius est definitio, nunquid omnis demonstratio est, aut non? una quidem iam ratio, & de hoc eadem est, unius enim in quantum unum, est una scientia, quare si utiq; scire demonstrabile, est demonstrationem habere, accidit quoddam impossibile, definitionem enim habens, sine demonstratione sciet. Amplius: Principia demonstrationum sunt definitiones, quorum non esse demonstrationes monstratum est prius, aut enim erunt principia demonstrabilia, & principiorum principia, et hoc in infinitum abibit, aut primæ definitiones erunt indemonstrabiles. Sed utrum si non omnis eiusdem, sed alicuius eiusdem sit definitio & demonstratio, an impossibile sit, non enim eiusdem demonstratio, cuius est definitio, definitio quidem ipsius quid est, et substantiæ est, sed demõstrationes omnes uidentur supponere, et accipientes quod quid est, ut Mathematicæ quid unitas, & quid impar, & similiter aliæ. Amplius: Omnis demonstratio aliquid de aliquo monstrat, ut quia est, aut non est, in definitione autẽ nihil alterũ de altero prædicatur, ut neq; quod animal de bipede, neq; hoc de animali, neq; de plano figura, neq; enim est planum figura, neq; figura planũ. Amplius: Alterum quod quid est, & quia monstrare, definitio enim quid est ostendit, sed demõstratio quia est hoc de hoc, aut non est. Alterius autem altera demonstratio est, nisi sit tanquam pars quædam totius (hoc autem dico quod ostensum est duobus rectis æquales habere de isoscele, si omnis ostensus est triangulus, pars enim hoc est, illud totum) hæc autem adinuicem non sese habent sic, & quia est, & quid est, non enim alterũ est alterius pars. Manifestũ itaq; quoniam neq; cuius definitio, omnis huius demõstratio, neq; cuius omnis sit demõstratio, et huius omnis sit definitio. Quare omnino eiusdem nullius contingit utraq; habere. Manifestum est itaq; quod neq; definitio, & demonstratio, neq; idem erunt, neq; alterum in altero, & namq; subiecta similiter se haberent. Hæc ergo usq; huc addubitata sunt.

Syllogismo duplante non demonstrari quid est de eo cuius est. Cap. IIII.

IPsius autem quid est utrum syllogismus sit, & demonstratio aut non, sicut nunc ratio supposuit. Syllogismus enim aliquid de aliquo mõstrat per mediũ, sed quid est, propriũ quidem est, & in eo quod quid est prędicaẽ, hoc aũt necesse est cõuerti. Si enim ipsi c, proprium est a, manifestũ ꝺ & ipsi b, & hoc ipsi c, quare omnia sunt

sint adinuicem, at uero & si a in eo quod quid est omni b inest, & uniuersaliter b de omni c, in eo quod quid est dicitur, necesse est a in eo quod quid est de c dici, si uero non sic accipit aliquis duplicans, non necesse erit a in eo quod quid est prædicari de c, sed si a de b in eo quod quid est, non autem b de quocunq; in eo quod quid est, ipsum autem quid est utraq; habebunt, de hoc erit utiq; & b de c in eo quod quid est. Si igitur quod quid est & quid erat esse utraq; habẽt, in medio termino erit prius quod quid erat esse, & omnino si est monstrare quid est homo, sit c homo, à uero ꝺ quid est, siue animal bipes, siue aliquid aliud. Si ergo syllogizatur a de c, necesse est a de omni b prædicari, huius autem erit alia media ratio, quare & hoc erit quod quid est homo, accipit igitur quod oportet ostendere, etenim b est quod quid est hominis. Oportet autem in duabus propositionibus, & primis, & immediatis cõsiderare, maximè enim manifestum quod dicitur, fit. Per conuersionem quidem igitur monstrãtes quid est anima, aut quid est homo, aut aliud quodlibet eorũ quæ sunt, quod est ex principio petunt, ut si quis putet animam esse eandem sibipsi causam uiuẽdi, hoc autem numerum eundem seipsum mouentem, necesse est enim petere, animam hoc esse quod numerum esse seipsum mouentem sic sicut idem. Non enim si cõsequitur a, b, & hoc, c, erit in ipso c, a quod erat esse, sed uerum erit dicere c solum. Neq; si est a ꝺ quid est, & de b prædicatur omni, & namq; animalis esse, prædicatur de hominis esse, uerum enim est de omni hominis esse, animalis esse, sicut & de omni homine, animal, sed non sic sicut unum esse. Si quidem igitur non sic accipiat, non syllogizatur quod à sit in c, quod quid erat esse, & substantia, si uero sic accipiat, prius erit accipiens in c, quoniam est quod quid erat esse b, quare non demonstratum est, quod enim erat in principio accepit.

Neque idem effici posse per diuisionem, syllogismo. Cap. V.

AT uero neq; per diuisionem uia est syllogizare sicut in resolutione circa figuras dictum est. Nequaquam enim necesse sit rem illam esse, cum hæc sint, sed sicut neq; inducens demonstrat, non enim oportet conclusionem interrogare, neq; in concedendo esse, sed necesse est esse cum sint illa, & si non dicat respondens, utrum homo animal est, aut inanimatum? postea accipit animal, non syllogizat, iterum omne animal, aut gressibile, aut aquaticũ, accepit gressibile, & hominem esse totum animal gressibile, non necesse erit ex dictis, sed accipit & hoc. Differt autem nihil in multis, aut in paucis sic dicere, idem enim est, Nõ syllogisticus qui dem igitur & usus fit sic procedentibus, & de contingẽtibus syllogizari. Quid enim prohibet & hoc uerum quidem omne esse de homine, non tamen quid est, neq; quod quid erat esse ostendens. Amplius, quid prohibet aut apponere aliquid, aut auferre, aut excellere substantias, hæc quidem igitur dimittuntur. Contingit autem soluere in accipiendo in eo quod quid est omnia, & quod est consequenter diuisionem facere quæsitum prius, & nihil relinquere, hoc autem necessarium est, si omne in diuisione cadit, & nihil relinquit, indiuiduum enim specie oportet esse. Sed syllogismus tamen non ineſt, sed si quidem alio modo cognoscere facit, hoc quidem, non fuit inconueniens, neq; enim inducens fortè demonstrat, sed tamen ostendit aliquid. Syllogismum autem non dicit, ex diuisione eligens definitionem, sicut enim in conclusionibus quæ sine mediis sunt, si aliquis dicat quoniam his existentibus necesse est hoc esse, cõtingit interrogare propter quid sit, sic & in diuisis terminis? ut quid est homo? animal mortale, pedes habens, bipes, siue pennis. Propter quid scit unamquamq; appositionem, & dicet enim, & mõstrabit diuisione, sicut opinatur quod omne animal aut mortale, aut immortale sit, huiusmodi autem oratio omnis, non est definitio, quare quauis diuisione monstrauit, sed tamen definitio, non syllogismus fit.

Non monſtrari definitionem ſumendo definitionem definitionis, neque definitione contrarij. Cap. VI.

SEd utrum ſit demonſtrare quod quid eſt ſecundum ſubſtantiam ex cõditione accipientẽ quod quid erat eſſe, quod eſt ex ijs, quæ ſunt in eo quod quid eſt prius. Hæc autem in eo quod quid eſt ſola, & proprium eſt omne, hoc enim eſt eſſe illi. An iterum accepit quod quid erat eſſe & in hoc ꝙ neceſſe eſt enim per medium mõſtrare. Amplius, ſicut neq; in ſyllogiſmo accipitur quod quid eſt ſyllogizare, ſemper enim tota, aut pars eſt propoſitio, ex quibus eſt ſyllogiſmus, ſic neque q̃d quid eſt eſſe, oportet eſſe in ſyllogiſmo, ſed ſeorſum hoc à poſitis eſſe. Et ad dubitantem an ſyllogizatum eſt, an non eſt hoc ꝙ obuiãdum, quoniam, hoc enim erat ſyllogiſmus, & adhuc quod nec quod quid erat ſyllogizatum eſt, quoniam utiq; hoc enim poſitũ eſt nobis quod quid erat eſſe, quare neceſſe & ſine eo quod quid eſt, ſit ſyllogiſmus, aut quod quid erat eſſe ſyllogizare aliquid. Et ſi ex conditione mõſtret, ut ſi malo ineſt diuiſibile eſſe, in contrario eſt contrarium eſſe, in quibuſcunque eſt aliquid contrarium, bonum autem malo cõtrarium eſt, & indiuiſibile diuiſibili, eſt itaq; boni & indiuiſibile eſſe. Etenim hic accipiens quod erat eſſe, monſtrat. Accipit autem ad monſtrandum quod quid erat eſſe, alterum tamen ſit. Etenim in demõſtrationibus eſt hoc quidem de hoc, ſed non ipſum, neq; cuius eſt eadem ratio, & conuertitur. Ad utroſq; autem, & ſecundum diuiſionem demonſtrantem, & ad ſic ſyllogiſmum, eſt eadem dubitatio propter quid eſt homo animal greſſibile bipes, ſed non animal & bipes, ex acceptis enim neq; una neceſſitas eſt unum. Fieri quod prædicatur, ſed utiq; ſicut idem homo erit & Muſicus & Grammaticus.

Contendit quid eſt non poſſe monſtrari. Cap. VII.

QValiter igitur definiens demonſtrabit ſubſtantiam, aut quod quid eſt? neq; enim ſicut demonſtrans ex certis, manifeſtũ eſſe faciet, quod neceſſe eſt cũ ſint illa, alterum aliquid eſſe. Demonſtratio enim hoc eſt, neque ſicut inducens per ſingularia, cum manifeſta ſint, quoniam omne ſic eſt, eo quòd nihil aliter eſt. Non enim quid eſt demonſtrat, ſed quoniam eſt, aut nõ eſt. Quis igitur eſt alius modus reliquus? non enim demonſtrabit ſenſu, aut digito. Amplius, quomodo monſtrabit quod quid eſt homo? neceſſe eſt enim ſcientem quid eſt homo, aut aliud quod cunq; ſcire quia eſt. Quod enim non eſt, nullus ſcit quod quid eſt, ſed quid ſignificat, oratio quidem, aut nomen cum dico tragelaphus, quid autem eſt tragelaphus, impoſſibile eſt ſcire. At uero ſi demonſtrabit quid eſt, & quia eſt, & qualiter eadem ratione demonſtrabit, definito enim unum aliquid, & demonſtratio, id autem quod eſt quid eſt homo, & eſſe hominem, aliud eſt. Poſtea per demõſtrationem dicimus neceſſarium eſſe demonſtrare omne quia eſt, niſi ſubſtantia ſit, eſſe autem non ſubſtantia ulla eſt, non enim eſt genus, quod eſt, demonſtratio itaque erit quia eſt, quod quidem & nunc faciunt ſcientiæ, quid enim ſignificat triangulus, accipit Geometra, quia autem eſt, demonſtrat. Quid igitur monſtrabit definiens, quid eſt triangulus? ſciens itaq; aliquis definitione quid eſt, ſi eſt nõ ſciet, ſed impoſſibile. Manifeſtum eſt & ſecundum nunc modos terminorum, quod non monſtrant definientes quia eſt. Si enim & eſt ex medio aliquod æquale, ſed propter quid eſt quod definitur, & propter quid eſt circulus quæritur, eſſet enim utique & montis æquei dicere ipſum, neq; enim quia poſſibile ſit eſſe quod dicitur aſſignant termini, neq; quod illud eſt cuius dicunt eſſe definitionem, ſed ſemper licet dicere & propter quid. Si ergo definiens monſtrabit aut quid eſt, aut quid ſignificat nomen, ſed nõ eſt ullo modo eius quod quid eſt, erit utique definitio ratio nominis, idem ſignificans, ſed non conueniens eſt. Primum quidem quia & non ſubſtantiarum eſſet definitio, & eorum quę non ſunt, ſignificare enim eſt & quæ non ſunt. Amplius. Omnes orationes definitiones erunt, eſſet enim utique nomen ponere cuilibet orationi, quare terminis utique diſputabimus

omnes, & Ilias definitio erit. Amplius, neq; una ſcientia demonſtrat utique quia hoc nomen eius quod quid eſt eſſe oſtendit, neq; igitur definitiones hoc aſſignant. Ex his igitur neque definitio & ſyllogiſmus idem uidetur eſſe, neq; eiuſdem ſyllogiſmus & definitio. Adhuc aũt quod neq; definitio nihil demõſtrat, neq; mõſtrato neque quod quid eſt, neque definitione, neque demonſtratione cognoſcere eſt.

Quid eſt, monſtrari per aliud quid eſt. Cap. VIII.

ITerum autem ſpeculandum eſt quid eorũ dicitur benè, & quid nõ benè, & quid eſt definitio, & eius quod quid eſt, nunquid quodam modo eſt demonſtratio, aut definitio, aut nullo modo. Quoniam (ſicut diximus) idem eſt ſcire quod quid eſt, & ſcire cauſam ipſius ſi eſt, ratio autẽ huius eſt, quoniam eſt aliqua cauſa, & hæc, aut eadem, aut alia eſt, & ſi utique alia eſt, aut demonſtrabilis eſt, aut indemonſtrabilis. Si igitur eſt alia, & contingit demonſtrari, neceſſe eſt mediam cauſam eſſe, & in figura prima monſtrari, uniuerſale enim, & prædicatiuum eſt quod demonſtrat. Vnus quidem modus nunc exquiſitus eſt per aliud quod quid eſt monſtrare, horum enim quod quid eſt neceſſe eſt medium eſſe quid eſt, & propriorum proprium. Quare hoc quidem monſtrabit, illud uero non eorum quod quid erat eſſe eiuſdem rei. Hic quidem igitur modus quod non ſit demonſtratio dictum eſt prius, ſed eſt ſyllogiſmus logicus ipſius quid eſt.

De quid eſt, & quod eſt. Cap. IX.

QVo autem modo contingat dicemus, iterum dicentes ex principio. Sicut enim propter quid quærimus, habentes quia eſt, aliquando autem & ſimul manifeſta fiunt, ſed neq; prius propter quid poſſibile eſt cognoſcere, quàm quia, manifeſtum eſt quod ſimiliter & quod quid erat eſſe non ſine quia eſt, impoſſibile eſt enim ſcire quid eſt, ignorantes ſi eſt. Hoc autem ſi eſt aliquando quidem, ſed ſecundum accidens habemus, aliquando uero habentes quid ipſius rei, ut contruum, quoniam ſonus quidam eſt nebularum, & defectum, quoniã priuatio quædam luminis, & hominem, quoniam animal quoddam eſt, & animam, idem ſeipſum mouens. Sed quæcunq; quidem ſecundum accidens ſcimus quia ſunt, neceſſe eſt illa nullo modo ſe habere ad quid eſt, neq; enim quia ſunt ſcimus, quærere aut quid eſt, non habentes quia eſt, nihil quærere eſt, ſecundum quæcunq; autem habemus quid facilè eſt, quare quemadmodũ habemus quia eſt, ſic habemus & ad quid eſt. Quorũ igitur habemus aliquid, quod quid eſt, primũ quidẽ ſit defectus, in quo a, luna in quo c. Oppoſitio terræ in quo b, utrum quidem deficit, an non, b quærere eſt, nunquid eſt, aut non. Hoc autem nihil differt quærere, quàm ſi eſt ratio ipſius, & ſi ſit hoc, & illud dicimus eſſe, aut utrius contradictionis eſt ratio, utrum habendi duos rectos, aut non habendi? Cum autem inueniamus ſimul ipſum quia, & propter quid ſcimus, ſi per media ſit, ſi uero non, quia ſcimus, propter quid autem non. Sit ergo luna e, defectus a, lunam plenam, umbram non poſſe facere, nullo noſtrum in medio exiſtente manifeſto, in quo b, ſi ergo in c eſt b, quod eſt non poſſe facere umbram, cum nullus noſtrum in medio ſit, in hoc quidem a, quod eſt deficere, quia deficit manifeſtum eſt, ſed propter quid, nondum, ſed quia defectus quidem eſt ſcimus, quid autem eſt, neſcimus. Cum autem manifeſtum eſt quia a in c fit, ſed propter quid eſt? quærere b quidem eſt, utrum obiectio, aut conuerſio lunę, aut extinctio luminis, hoc autem ratio alterius termini, ut in his, ipſius a, eſt enim defectus, obiectio terræ. Quid autem eſt contruus? ignis extinctio in nube. Propter quid tonat? propter extingui ignem in nube. Sit nubes c, tonitruum a, extinctio ignis b, in c igitur nube eſt b, extinguitur enim in ipſa ignis, huic autem ineſt a, & eſt ratio b, ipſius a primi termini,

si autem iterũ huius aliud medium sit, ex reliquis erit rationibus. Vt igitur accipitur quid est, & sit notum, dictum est. Quare syllogismus quidem ipsius quod quid est non fit, neq; demonstratio, manifestum tamen est per syllogismum & demonstrationem, quare neq; sine demonstratione est cognoscere quid est, cuius est causa alia, neque est demonstratio ipsius, sicut & in dubitationibus diximus.

De definitione quid est, & propter quid. Cap. X.

ESt autem quorundam quædam causa altera, quorundam autem non est quare manifestum quoniam eorũ quæ sunt quid est, alia quidem sine medio, ut principia sunt, quæ quia sunt, & quæ quid sunt, supponere oportet, aut alio modo facere manifesta, quod quidem Arithmeticus facit. Et namq; quid est, unitatẽ supponit, & quia est, sed habentium medium, & quorum est quędam altera causa substantiæ, & ipsius esse, est per demonstrationem (sicut diximus) ostendere, non demõstrare. Definitio autem quoniam quidem, ratio ipsius quod quid est, manifestũ est quoniam aliqua erit ratio ipsius quod quidem significat nomen, aut ratio altera, nomina ponens, ut quid significat quod quid est secundum quod triangulus est, ꝺd quidem habentes quia est, quærimus propter quid est, difficile autem sic est accipere quæ nescimus quia sunt, causa autem dicta est prius difficultatis, quia neq; si est, neq; si non est scimus, sed aut hoc secundum accidens. Oratio autem una est dupliciter, hæc quidem coniunctione, ut Ilias, alia uero unum de uno ostendens non secundũ accidẽs, una quidem igitur terminus est termini, quæ dicta est. Alius uero terminus est oratio demonstrans propter quid est, quare prior significat quidem, demonstrat autem nõ. Quæ uero posterior est, manifestum est quoniam erit ut demõstratio eius quod quid est, positione differens à demonstratione. Differt enim dicere propter quid tonat, & quid est tonitruus, dicet enim sic quidem, propter id quod extinguitur ignis in nubibus. Quid est tonitruus? sonus extinctionis ignis in nube. Quare eadem oratio alio modo, & alio dicitur, & sic quidem demonstratio continua, sic autem definitio. Amplius est terminus tonitrui, sonus in nubibus, hæc autẽ est quæ est ipsius quid est, demonstrationis conclusio, quæ autẽ est immediatorum definitio, positio est ipsius quid est, & indemõstrabilis, est ergo definitio una quidem oratio eius quod quid est, indemonstrabilis, una uero syllogismus ipsius quid est, casu differens à demonstratione, tertia uero est quæ est ipsius quid est, demonstrationis conclusio. Manifestum igitur ex dictis est, & qualiter est ipsius quod quid est demonstratio, & quomodo nõ est & quorum est, & quorum non est. Amplius autem definitio quot modis dicitur, & qualiter quod quid est monstrat, & quomodo non, & quorum est, & quorum non, ad hoc autem & ad demonstrationem quomodo se habet, & quomodo contingit eiusdem esse, & qualiter non contingit.

Per quodlibet genus causæ demonstrari posse. Cap. XI.

QVoniam autem scire opinamur cum sciamus causam, causæ autem quatuor sunt, una quidem quod quid erat esse, una uero cum hoc sit, necesse est hoc esse. Altera autem quæ aliquid primo mouit, quarta uero cuius gratia omnes hæ per medium monstrant. Et hoc enim quod cum sit hoc, necesse est esse, una quidem accepta propositione non est, duabus autem admittus, hoc autem est, cum unum medium habeant, hoc ergo uno accepto, conclusionẽ necesse est esse. Manifestum est autẽ & sic, propter quid est rectus in semicirculo? aut quo existente rectus est? sit ergo rectus in quo a, media duorum rectorum in quo b, qui est in semicirculo, in quo c, ipsius a igitur rectũ esse in c, qui est in semicirculo, causa est b, hoc enim ipsi a æquale est, qui uero est c, ipsi b. Duorum enim rectorum dimidium est, existente igitur dimidio duorum rectorum, a in c est, hoc autem

tem erat in semicirculo rectum esse. Hoc autem idem est ei, quod quid erat esse, cum hoc significaret oratione, at uero & ipsius quod quid erat esse, causa monstrata est media. Hoc autem propter quid Medorum bellum factũ est Atheniẽsibus? quę causa est præliari Athenienses? quoniã in Sardes cũ Erethriis cõmiserunt, propter hoc enim motum est. Primũ sit bellum in quo a, priores cõmittentes in alios b, Athenienses c, est igitur b in c, prius enim est committere, Athenienſibus, a autem in b, debellauerunt enim prius iniustos, est itaq; in b a, debellari prius incipientes, b autẽ in c, siue in Atheniẽsibus, priores enim inceperunt, mediũ itaq; hic causa primũ mouens. Quorum cunq; uero causa est cuius gratia, ut propter quid ambulat? ut sanus fiat. Propter quid domus est? ut saluent uasa. Hoc quidẽ gratia huius quod est sanari, illud uero gratia huius ꝺd est saluari, & propter quid oportet post cœnã ambulare, & cuius gratia oportet, nihil differt. Sit ambulare post cœnam, in quo c, nõ emere cibos, in quo b, sanari in quo a. Sit igitur in eo quod est post cœnã ambulat, esse facere nõ supereminere cibos iuxta os uentris, & hoc esse sanũ, uidetur enim inesse ipsi ambulare ꝺd est c, b non eminere cibos. In b autem a, hoc quod est sanatiuum, quæ igitur causa est, in c quod a sit, quod est gratia cuius? b non eminere, hoc autẽ est sicut illius ratio, a enim sic reddetur, propter quid b ineſt c? quoniam hoc est sanari, hoc sic habere. Oportet aũt cõmutare rationes, & sic singula magis apparebũt. Generationes autem ecõtrario hic & in causis secundũ motũ, ibi enim mediũ oportet primũ fieri, hic aute ipsum c extremũ, ultimum autem gratia cuius. Cõtingit autem idem & gratia cuius esse & ex necessitate, ut per lucernæ pellem lumen egredi, etenim ex necessitate disgreditur, quòd in parua est partibilius, & per maiores poros, si quidem lumen fit disgrediendo, & gratia cuius, ut non offendamus. Nõne igitur si esse cõtingit, & fieri cõtingit? sicut si tonat extincto igne, necesse est sizire, & sonare, & (quemadmodum Pythagorici dicũt) minarum causa ijs qui sunt in tartaro, quatenus timeant. Plurima autẽ huiusmodi sunt, & maximè in ijs quę natura subsistunt, & in cõstantibus hæc quidẽ propter hoc natura facit, illa uero ex necessitate. Necessitas aũt est duplex, hęc quidem secundum naturã, & aptitudinẽ, hęc uero uio lenta, & cõtra aptitudinẽ, sicut lapis ex necessitate & sursum, & deorsum fertur, sed non propter eandem necessitatẽ. Sed in ijs quæ sunt ab intelligentia, alia quidem ne quaquã sunt ab eo quod per se frustra est, ut domus aut effigies, neque ex necessitate sunt, sed propter hoc. Alia uero à fortuna sunt, ut sanitas, & salus, maximè in qbuscunq; contingit, & sic & aliter, cum non à fortuna generatio sit. Quare finis bonus alicuius gratia fit, aut natura, aut arte, à fortuna autem nihil propter aliquid fit. Eadem autẽ causa est & in ijs quæ fiunt, & in factis, & futuris, quæ uerè est ijs quæ sunt, medium enim causa est, uerũtamen in ijs quæ sunt, quæ est, in ijs autẽ quæ fiunt quæ fit, factis autem facta, & futuris futura. Vt propter quid factus est defectus, ꝓpter id quod in medio facta est terra, fit enim propter id quod fit, erit aũt & propter id ꝺd erit in medio, & est aũt propter id quod est. Vt quid est crystallus, accipiatur quoniã aqua cõgelata est. A qua in quo c, cõgelata in quo a, causa media in quo b, defectus caloris penitus, est igitur in c quidem b, in hoc autem congelatum esse, quod est in quo est a, fit autem crystallus, cum fiat b, factus est autem facto, erit autẽ futuro b. Sic quidem igitur causa, & cuius causa est, simul fit cum fit & est, cum est, & in eo q̃ factum est, & in futuro eodem modo.

De fieri, & facto esse. Cap. XII.

IN ijs autem quæ non simul sunt, nunquid sit in continuo tempore? sicut uidetur nobis alia eorum causa esse, ut facti esse altera facta, & futuri futura, & eius ꝺd fit, si aliquid antea factũ est. Est igitur à posterius facto, syllogismus, principium autem, & horum quæ facta sunt, unde & in ijs quæ fiunt similiter, à priori autem

non est,ut quoniam hoc factum est,quod hoc posterius factum est,& in futuro simi liter est,neq; enim infinito aut finito erit tempore,quare quoniam hoc uerum est di cere factum esse,hoc uerum est dicere factum esse posterius. In medio autem falsum esset dicere hoc iam altero facto,eadem autem ratio est & in futuro. Neque quoniam hoc factum est,hoc erit,medium enim simul genitum oportet esse,factorum factum, futurorum futurum,cum ijs quæ fiunt,fieri,cum ijs quæ sunt,esse,sed futurum esse,& esse,non contingit simul esse genitum. Amplius: Neq; infinitum contingit esse ẽ pus medium,neq; finitum,falsum enim erit dicere in medio. Speculandũ ergo quid est continens ꝙ ut post id quod factum est, sit fieri in rebus ꝙ an manifestum est quod non continuum cum facto esse,quod fit; neq; factum cum post facto esse ꝙ termini nim,sunt atomi,sicut igitur neq; sunt puncta adinuicẽ copulata, neq; quæ facta sunt, utraq; enim indiuisibilia sunt. Neq; igitur quod fit cum eo quod factum est, propter idem,quod enim fit,diuisibile est,quod autem factum est,indiuisibile est. Sicut igitur linea ad punctum se habet,sic quod fit,ad quod factum est sunt enim infinita facta in eo quod fit,manifestum autẽ magis est in uniuersalibus. De motu oportet dicere de his. De eo igitur quomodo cum eo quod consequenter fit generatione se habeat media causa,in tantum acceptum sit,necesse enim & in his mediam,et primam immediata esse,ut à factum,quoniam c factum est,posterius autem c factum,a autem prius. Principium igitur est c,propter id quod proximum est ipsi nunc,quod est principium temporis,sed c factum est,si d factum est,cum igitur d factum est,necesse est & a factum esse,causa autem est c,d enim facto, necesse est c factum esse,c autem facto,necesse est à prius fuisse. Si autem accipiens aliquod medium,stabit aliquium mediatum,an semper extra cadet propter infinitum ꝙ non enim continuum factum cum facto,quemadmodum dictum est,sed incipere tamen est necesse à medio,& ab ipso nunc primo. Similiter autem est & in eo quod erit,si enim uerum est dicere quoniam erit d,necesse est prius uerum dicere quoniam a erit,huius autem causa est c,si quidem enim d erit,prius c erit,si uero c erit,prius a erit. Similiter autem & infinita est decisio & in his,non enim erunt quæ erunt continua adinuicem, principium autem & in his sine medio accipiendum est. Habẽt autem sic se in operibus. Si facta est domus,necesse est decisos esse lapides,& factum esse hoc propter quid est, quoniam necesse est fundamentum factum esse,si quidem & domus facta est, si uero fundamẽtum est,prius lapides esse factos necesse est,iterum si erit domus, similiter prius erit parietes(demonstratur autem per medium similiter) erit enim fundamentum prius.

In ijs quæ circulo gignuntur,demonstrationem esse circularem. Cap. XIII.

QVoniam autem uidemus in ijs quæ fiunt,circulo quandam generationẽ esse,& contingit hoc esse,si quidem consequantur adinuicem medium & termini,in his enim conuerti est,ostensum autem est hoc in primis quod conuertuntur conclusiones, circulo autem hoc est. In operibus autem uidetur sic,depluta terra,necesse est uaporem fieri,hoc autem facto,nubem,hac autem facta,aquam,hac uero facta,necesse est terram deplutam esse. Hoc autem erat ex principio,quare circulo circuiuit,cum enim unum horum quodlibet est, alterũ est & cum illud,alterum,& cum hoc,primum. Sunt autẽ quædam quæ fiunt uniuersaliter,semper enim & in omni aut sic se habent,aut fiunt,alia uero quidem semper non, sed sicut frequenter sunt,ut nõ omnis homo masculus habet barbam, sed est sicut frequenter. Talium igitur necesse est & mediũ sicut frequenter esse. Si enim a de b prædicatur uniuersaliter,& hoc de c uniuersaliter necesse est,& a de c semper,& de omni prædicari, hoc enim est uniuersaliter,& de omni,& semper, sed suppositum est sicut frequenter esse,necesse est ergo medium sicut frequenter esse quod est in quo b. Erunt ergo & eorum principia frequenter sine medio, quæcunque ut plurimum sic sunt,aut fiunt.

Quo

Quo pacto definitio uestiganda sit. Cap. XIIII.

QVomodo quidem sit quod quid est in terminos assignandum, & qualiter demonstratio,aut definitio sit ipsius,aut non,dictum est prius. Quomodo autem oportet uenari in eo quod quid est prædicãtia,nũc dicemus. Eorum igitur,quę insunt semper unicuiq; quædam se extendunt in plus, non tamen extra genus,dico autem in plus esse,quęcunque insunt quidem unicuique uniuersaliter, at uero & alij,ut est aliquid quod omni trinitati inest, sed & non trinitati, sicut quod est, inest trinitati, sed & non numero, sed impar inest omni trinitati,& in plus est,& namque ipsi quinario inest,sed non extra genus,quinarius quidem numerus est,nullũ autẽ extra numerũ,impar est. Huiusmodi igit accipienda sunt usq; ad hoc,quousq; tot accipiant primũ quorũ unumquodq; in plus sit, omnia aũt non in plus,hanc enim necesse est substantiã rei esse. Vt trinitati inest omni, numerus impar primus utrobiq;,& sicut quod est nõ mensurari numero,& sicut nõ cõponi ex numeris. Hoc itaq; iam trinitas est,numerus impar primus,& sic primus. Horum enim unũquodq; illa quidẽ imparibus omnibus insunt,ultimum aũt & dua lirati,omnia aũt nulli. Quoniam aũt ostensum à nobis in superioribus,quòd necessaria quidem sunt in eo quod quid est prædicantia,uniuersalia aũt necessaria sunt, trinitati aũt,& cuilibet alij sic accipiuntur in eo ǫd quid est accepta, sic ex necessitate quidem erit trinitas hæc. Quod autem substantia sit,ex his manifestum est, necesse est enim nisi hoc sit trinitatis esse,ut genus aliquod esse,hoc autem nominatum est, aut non nominatum, erit igitur in plus quàm trinitati inexistens. Concessum enim huiusmodi sit esse genus,ut quod insit quidem secundum potentiam in plus, si igitur nulli inest alij quàm atomis trinitatibus,hoc utiq; erit trinitatis esse,supponatur enim hoc substantia uniuscuiusq; esse,quę in atomis ultimum prædicatum,quare similiter & alij cuilibet,sic demonstratorum quidem,illi esse erit. Congruũ autem est cum totum aliquod negocietur aliquis departiri genus in atoma specie prima,ut numerum in trinitatẽ,& dualitatem,postea sic illorum definitiones accipere tentare,ut rectæ lineæ,& circuli,& recti anguli. Post hæc autem accipiẽtem quod genus sit,ut utrum quantitatum,aut qualitatum,proprias passiones speculari per cõmunia prima,compositis enim ex atomis cõuenientia,ex definitionibus erunt manifesta, propterea ǫd principium est omniũ definitio,& quod simplex est,& simplicibus p seineſſe conuenientia solis,alijs autem secundum illa. Sed diuisiones quæ sunt secundum differentias,utiles sunt ad hoc sic adeundũ,ut tamen mõstrant, dictum est prius. Vtiles autem erunt sic utiq; solum ad colligendum quod quid est, & uidebitur utiq; nihil monstrare,sed mox decipere omnia,tanq; si ex principio acceperit aliquis sine diuisione. Differt aũt aliquid primum & posterius prædicamentorum prædicari,ut est dicere animal mansuetum bipes,uel bipes animal mansuetum, si enim omne ex duobus est,& unum quid sit animal mansuetum,iterum ex hoc & differentia homo aut quodlibet unum sit, necesse est diuidentem petere. Amplius nihil relinquendum in eo quod quid est, sic solum modo cõtingit,cum enim primum accipiatur genus,si quidem alicuius inferiorum aliquam diuisionum accipiat,non incidet omne in hoc, ut nõ omne animal,aut totũ pennatũ est,aut diuisum pennis,sed pennatum,animal omne. Huius enim differentia hæc est. Prima autem differentia est animalis,in quam omne animal incidit. Similiter autem & in unoquoque aliorum, & in ijs quę extra genera, & quæ sub ipsis sunt,ut in aue,in qua est omnis auis, & in pisce,in quo omnis est piscis. Sic igitur uadenti promptum est scire quoniam nihil relictum est,aliter autem,relinquere necesse est,& non scire. Nihil autem oportet definientem & diuidentem omnia scire quę sunt,& tamen impossibile dicũt esse quidam, differentias cognoscere,quę sunt ad unumquodque nõ cognoscentem unumquodq;,sine autem differentijs non esse unumquodq; scire,à quo enim nõ differt,idẽ esse huic,à quo autem differt,alterum ab hoc. Primum quidem hoc falsum

eſt,non enim ſecundum omnem differentiã,alterum eſt,multæ enim ſunt differentiæ in eiſdem ſpecie,ſed non ſecundũ ſubſtantiã,neq; per ſe.Poſtea cum accipiãtur oppoſita,& differentia,& quod omne incidit hinc aut inde,& accipiat in altero ꝗd quæritur eſſe,& hoc cognoſcat,nihil differt ſcire,aut nõ ſcire de quibuſcunq; prædicantur alijs differentiæ.Manifeſtũ enim eſt,quòd ſi ſic uadens ueniat in hęc quorum non eſt amplius differentia,habebit rationem ſubſtantię,omne autẽ incidere in diuiſionem,ſi ſint oppoſita quibus nihil intereſt,nõ eſt petitio,neceſſe eſt enim omne in altero ipſorum eſſe,ſi quidem illius differentia eſt. Ad probandum autem terminum per diuiſiones,tria oportet coniecturare,ut accipiantur prædicata in eo quòd quid eſt,& hæc ordinatè quid primum eſt,aut ſecundũ,& quoniã hæc omnia ſint.Eſt autem unum horum & primũ per id quod poſſumus ſicut ad accidens ſyllogizare, quoniã eſt & per genus probare. Ordinare aũt ſicut oportet,erit,ſi primum accipiat,hoc autem erit ſi accipiatur ꝗd omnibus ſequit̃,illi aũt non omnia, neceſſe eſt enim aliquod eſſe huiuſmodi,accepto autem hoc,iam idẽ inferioribus modus,ſecũdum enim,aliorum primũ erit,& tertium continuorum,remoto enim quod eſt ſurſum,continuum aliorũ primũ erit,ſimiliter autẽ & in alijs. Quod autem omnia hæc ſint,manifeſtum ex hoc quod recipimus,primũ quidẽ ſecundum diuiſionẽ, quoniã omne aut hoc,aut illud eſt,eſt aũt hoc,& iterum huius totius differentiam, extremi autem nõ amplius eſſe differentiã,uel etiam ſtatim cum ultima differentia à toto nõ differre ſpecie.Hoc manifeſtũ enim eſt,quoniã neq; plus hoc opponit̃.Omnia enim in eo quod quid eſt accipiunt̃ horũ,neq; deficit nihil,aut enim genus,aut differentia utiq; erit,genus quidẽ igit̃ eſt primum, & cum differentijs hoc acceptum eſt,differẽtię autem omnes habentur,non enim amplius eſt poſterior. Specie enim utiq; differet,& ultimum,hoc autem dictum eſt non differre. Quærere autem oportet intendentem in ſimilia,& indifferẽtia,primum quid omnia idem habeant,poſtea iterum in altera,quæ in eodem quidem genere ſunt cum illis,ſunt autem ipſis quidem idem ſpecie,ab illis autem altera,cum autem in his accipiatur quid omnino idẽ,& in alijs ſimiliter,in acceptis iterum intendendũ eſt ſi idẽ ſit, quouſq; in unã cõueniant rationem.Hæc enim erit definitio.Si uero non uadit in unam,ſed in duas,aut plures,manifeſtum eſt quòd utiq; non eſt unum aliquod quod prædicatur,ſed plura.Vt dico,ſi quid eſt magnanimitas quærimus,intendendũ eſt in quoſdam magnanimos, quos ſcimus quid habeant unũ omnes in quantum ſunt huiuſmodi. Vt ſi Alcibiades magnanimus,aut Achilles,& Aiax,quid unum omnes habent? non tolerare iniuriati. Hic enim dimicauit,ille inſaniuit,hic autem interfecit ſeipſum.Iterum idem eſt in alteris,ut Lyſandro,& Socrate,ſi iam indifferentes eſſe,& fortunati,& infortunati, hæc duo accipiens intendas quid idẽ habent,aut impaſſibilitas quæ eſt circa fortunas,aut non tollerantia cum iniuriantur,ſi uero nullũ ſit cõmune,duæ ſpecies erũt utiq; magnanimitatis.Sẽper enim eſt omnis definitio uniuerſalis, non enim in quodam oculo dicit ſanabile medicus,ſed aut in omni,aut in ſpecie determinans.

Species facilius,quàm genera finiri. Cap. XV.

FAcile aũt eſt magis ſingulare definire,quã uniuerſale, unde oportet à ſingularibus in uniuerſalia aſcẽdere.Et namq; æquiuocationes magis latent in uniuerſalibus,quã in indifferentibus.Sicut autem in demõſtrationibus oportet ſyllogizari ineſſe, ſic & in terminis clarum,hoc autem erit, ſi per ea quæ ſecundum unumquodque dicuntur,ſit in unoquoque genere definiri ſeparatim,ut ſimile non omne,ſed in coloribus & figuris,& acutum,quod eſt in uoce,& ſic in cõmune erit ire,timentem ne æquiuocatio contingat.Si autem non oportet diſputare in Metaphoris,manifeſtum eſt neq; definire Metaphoris,neq; quęcunq; dicunt̃ in Metaphoris,diſputare enim erit neceſſe in Metaphoris.

Anatomen

Anatomen,& analogiam terminandis problematis momentum habere. Cap. XVI.

VT habeamus propoſita, eligere oportet deciſiones,& diuiſiones,ſic autẽ eligere ſecundum ſubiectum genus cõmune omnium. Vt ſi animalia ſint quæ conſiderantur,qualia omni animali inſunt,acceptis autẽ his, reliquorum primo qualia omni ſequantur,ut ſi hoc eſt auis,qualia omni ſequantur aui,& ſic ſemper illi proxima.Manifeſtum enim eſt quoniam habebimus iam dicere propter quid inſunt ſequentia ijs quæ ſunt ſub communi,ut propter quid homini, aut equo inſunt.Sit autem animal in quo a, b autem ſequentia omni animali,in quibus autem ſunt c d e, ſicut quædam animalia,manifeſtum igitur eſt propter ꝗd eſt b in d, propter a enim, ſimiliter autem & in alijs,& ſemper in alijs eadem eſt ratio. Nunc quidem ſecundum ea quæ aſſignantur communia nomina,dicimus. Oportet autem non ſolum in his conſiderare,ſed & ſi aliud aliquid uidetur cõmune exiſtens accipiẽtem, poſtea quibus hoc inhæreat,& qualia huic ſequantur,ut cornua habentibus habere uentres,& non utrobiq; dentes eſſe,item habere cornua quibus ſequitur,manifeſtũ enim propter quid in illis eſt quod dicitur,propter id enim quod cornua habent,ineſt.Amplius: Alius modus eſt ſecundum analogum eligere,unũ enim accipere non eſt idem,quod oportet uocare ſeipſum,& ſpinam,& os,ſunt aũt quæ ſequunt̃ & his,tanquam natura una huiuſmodi exiſtente. Eadem autem propoſita ſunt,quæ quidem idem medium habent,ut quoniam omnia contrarij ſtatus, horum autem quædam genere eadem ſunt, quęcunq; habent differentias,ex quo aliorum aut aliter ſunt,ut propter quid reſonat,aut propter quid apparet,& propter ꝗd itis,omnia enim hæc quidem unum propoſitum ſunt genere,omnia enim repercuſſio ſunt,ſed ſpecie altera. Alia autem ex eo quòd medium quidem ſubalternum medium eſt,differunt propoſitorum,ut propter quid Nilus finiente mẽſe magis fluit? propter id quod hybernior eſt finiens menſis.Propter quid autem hybernior eſt finiens menſis? propter id quod luna deficit.Hæc enim ſic ſe habent adinuicem.

De cauſis,& effectis, & an unius plures ſint cauſæ. Cap. XVII.

DE cauſa autem, & cuius cauſa eſt dubitabit aliquis, nunquid cum cauſatum eſt,& cauſa eſt,ut ſi folia fluunt,aut deficit luna,& cauſa defici ẽdi, uel folia cadendi erit,ut ſi huius eſt,lata habere folia,deficiendi autem,terram in medio eſſe.Si enim non, aliqua alia erit cauſa ipſorum,ſi uero cauſa ſit, & cauſatum ſimul,ut ſi in medio eſt terra,deficit,aut ſi latum eſt folium, folia fluũt, ſi autem ſic eſt,ſimul utiq; erunt,& demonſtrabuntur per inuicem. Sit enim folium fluere in quo a, latum aũt folium in quo b, uitis uero in quo c, ſi igitur in b eſt a, omne enim latum folium habens folio fluit, c autem ineſt b, omnis enim uitis habet lata folia,& a in c eſt,omnis uitis folio fluit,cauſa eſt b medium.Sed & quoniam latis foliis uitis ſit,eſt propter id quod folio fluit,demonſtrare. Sit enim d latum quidẽ foliũ,e autẽ folio fluere,uitis uero in quo f. In f igitur eſt e, etenim folio fluit omnis uitis,in e autem d eſt,omne enim fluens folio,latũ eſt foliũ habens,omnis itaq; uitis latũ eſt foliũ habens,cauſa aũt eſt folio fluere.Si aũt nõ cõtingit caſus eſſe adinuicem,cauſa enim prius eſt eo cuius eſt cauſa,& deficiẽdi quidẽ eſt cauſa,terram eſſe in medio,eius autem quod eſt in medio terrã eſſe,nõ eſt cauſa deficere. Si igitur per cauſam demonſtratio eſt, propter quid eſt,ſi uero non per cauſam ipſius,quia,quoniam quidem terra in medio eſt cognouit,propter quid aũt non.Quod autẽ non,deficere cauſa ſit in medio eſſe, ſed hoc,deficiendi manifeſtũ eſt,in ratione enim deficiendi,ineſt quod eſt in medio,quare manifeſtũ eſt quod per hoc, illud cognoſcet, ſed nõ hoc,per illud. An contingit unius plures eſſe cauſas? & namq; ſi eſt idem de pluribus primis prędicari primo, ſit a in b primo exiſtens, & in c alio primo,

& hoc

& hoc sit in d, hoc uero sit in e, erit itaq; a in d & in e, causa autem quod a sit in d quidem, b in e autem c, quare cum causa sit, necesse est rem omnem esse, sed res cū sit, non necesse est esse omne quodcūq; sit causa, sed causam quidem necesse est esse, non tamen omnem. An si semper uniuersale propositum, & causa totum quidam est, & cuius est causa uniuersale: ut folio fluere in toto quodā determinatū est, & si species ipsius sint. Vniuersaliter igitur aut plantis, aut huiusmodi plantis, quare & medium æquale oportet esse in his & cuius est causa, & conuerti, ut propter quid arbores folio fluunt, si ergo propter densitatem humidi, siue folio fluit arbor, oportet esse densitatem, siue densitas est nō in qualibet, sed in arbore, est folio fluere. Vtrum autem contingat non eādem esse causam eiusdem in omnibus sed alteram, an non: an siquidem per se demonstretur, aut non secundum signum aut accidens: nō potest esse. Ratio enim extremi, medium, si uero non sic contingit, est autem & cuius causa & cui, considerare secundum accidens, non tamen uidentur proposita esse. Si autem non, similiter se habebit medium, siquidem sunt æquiuoca, æquiuocum medium est, si uero sicut in genere, similiter se habebit, ut propter quid cōmutabiliter, analogum, alia enim est causa in numeris, & in lineis, & eadem quidem in quantum linea, alia, in quantum aūt habēs augmentū huiusmodi, eadem, sic in omnibus. Similem autem esse colorem colori, & figurā figuræ, aliam esse causam alij, æquiuocum enim est simile, in his, hic quidē est fortassis secūdū analogiam habere latera & æquales angulos, in coloribus aūt unū sensum esse, aut aliquid aliud huiusmodi, quæ aūt secundum analogiam sunt eadem, & mediū habent secundum analogiam. Habet autem sic consequi causa adinuicem, & cuius est causa, & cui est causa, unūquodque quidem accipienti, & cuius est causa in plus est, ut quatuor æquales quæ sunt extra, in plus sunt quā triangulus, aut quadrāgulus, in omnibus aūt ut in æqualibus est, quæcunq; enim, quatuor æquales qui sunt extra, & medium similiter est. Est autem medium ratio primi extremi, ex quo omnes scientię per definitionem fiunt, ut folio fluere similiter sequitur uiti, & excellit, & ficui, & excellit, sed non omnia, sed equalia sunt, si uero accipias primum medium, ratio fluendi folijs est, erit enim primū quidem in altera medium, quoniam huiusmodi sunt omnia, deinde huius medium, quoniam succus densatur, aut quiddam aliud huiusmodi. Quid autē est folio fluere: densari in contactu seminis succum. In figuris autem sic assignabit quærentibus cōsecutionem causæ, & cuius est causa, sit a quidem in b omni, b autem in uno quoq; eorum, quæ sunt d, in plus autem, b igitur uniuersale utiq; ipsis inerit d, hoc autem dico uniuersale, quod non conuertitur, primū autem uniuersale, cui unumquodq; quidem non conuertitur, omnia autem conuertuntur, & non excedunt, ipsis d igit̄ causa ipsius a est b. Oportet itaq; a in plus quàm b extendi, si uero nō, quid magis causa erit hoc illius? Si igitur in omnibus e est a, erunt aliquid illa unum omnia aliud quā b. Si enim non, quomodo erit dicere quoniā in quo est e, sit a, omnis in quo autem a non omni sit e? propter quid enim non erit causa aliqua ut a sit in omnibus d: sed nunquid & quæ sunt e, erunt aliquod unum? cōsiderare oportet hoc, & sit e, cōtingit igitur eiusdem plures causas esse, sed non eisdem specie. Vt lōgæ uitę quadrupedia, non habere choleram causa est, uolatilia autem, sicca esse aut altera aliqua, si autem in atomum non statim ueniunt, & non solum unū medium, sed plura, & causę plures sunt. Vtrum autem causa mediorum, quod ad uniuersale primum est. Aut quod ad singulare singularibus? Manifestum igitur est ea esse, quæ proxima unicuique cui causa est, primum enim sub uniuersali esse, hæc est causa, ut in d, sit quod est a, causa est c, in d quidem igitur esse a, causa est c, in c autem b, in hoc autem, eadem est. De syllogismo igitur, & de demonstratione, quidq; unūquodque est, & quomodo fit, manifestum est, simul autem & de scientia demonstratiua, idem enim est.

Quomodo

Quomodo principia cognoscantur, & quis principiorum sit habitus. Cap. XVIII.

DE principijs aūt qualiter fiunt cognita, & qs est cognoscens habitus, hinc est manifestum, dubitantibus primum. Quòd quidē igit̄ non contingit scire per demonstrationem, non cognoscentem prima principia immediata, dictum est prius, immediatorum aūt cognitionē utrum eadem est, an non eadem, dubitabit utiq; aliquis. Et utrum scientia in utroq; est, an non, an huius quidem scientia, illius autem alterum aliquod genus sit. Et utrum cum non insint habitus, fiant, an cum insint, lateant. Siquidem igitur habemus ipsos, inconueniēs est, cōtingit enim certiores habere cognitiones demōstratione, & latere, si aūt accipiamus non habentes prius, qualiter utiq; cognoscamus, & addiscamus ex nō ꝑexistenti cognitione? impossibile enim est, sicut in demonstratione diximus. Manifestū igitur est, quoniā neq; habere possibile est (neq; ignorātibus) & neq; non habentibus habitum fieri. Necesse est itaq; habere quandā quidē potentiā, non huiusmodi aūt habere, quæ est his honorabilior secundum certitudinē. Videt autem hæc omnibus inesse animalibus, habent enim connaturalem potentiam iudicatiuā, quam uocant sensum. Cum insit aūt sensus, in ijs quidem animalium fit māsio sensibilis, in alijs aūt non fit, in quibuscūq; igit̄ non fit, aut omnino, aut circa quę nō fit, nec eit in his cognitio extra quod sentiunt, in quibus aūt inest sentientibus, habere unum quiddam in anima, multis quidem factis huiusmodi iam differentia quędam fit, ut in his quandam sit fieri rationem ex talium memoria, in alijs uero non. Ex sensu igit̄ fit memoria, sicut dicimus. Ex memoria autem multoties eiusdem facta, experimentum. Multæ enim memoriæ numero, experimentum est unum, ex experimento aut ex omni quiescente uniuersali in anima, uno præter multa (quod cum in omnibus unum sit illud idem) artis principium, & scientiæ, si quidem igitur circa generationē, artis est, si uero circa ens, scientiæ. Neq; igit̄ insunt determinati habitus, neque ab alijs habitibus fiunt notioribus, sed à sensu. Vt in pugna euersione facta, uno ītāte, alter stetit, postea alter, quousq; in principiū ueniāt, anima aūt huiusmodi, cum sit qualis possit pati hoc. Quod aūt dictum est, ante, sed nō clarè dictū est, iterū dicamus, stante enim uno indifferētiū, primum quidē in anima uniuersale est, & namq; sentire quidem singulare, sensus autem uniuersalis est, ut hominis, non Calliæ hominis. Iterū in his stat̄, quousq; uti impartibilia stent & uniuersalia, ut huiusmodi animal, quousque animal, & in hoc similiter. Manifestum igitur est, quoniam nobis prima inductione cognoscere necessarium est, & namq; & sensus sic uniuersale facit. Quoniam autem circa intelligentiam habituum quibus uerum dicimus, alij quidem semper ueri sunt, alij recipiunt falsitatem, ut opinio, & ratio, uera autem semper sunt scientia, & intellectus, & nihil est scientia certius aliud genus, quàm intellectus. principia autem demonstrationibus notiora sunt, scientia autem omnis cum ratione est, principiorum scientia quidem non utique erit. Quoniam autem nihil uerius contingit esse scientia quā intellectum, intellectus utiq; erit principiorum. Ex his cōsiderātibus & quoniam demonstrationis principium non demonstratio, quare neq; scientiæ scientia, si igitur nullum aliud præter scientiam habemus genus uerum, intellectus utique erit scientię principium, & principium quidem principij erit utique, omne autem similiter se habet ad rem omnem.

ANALYTICORVM ARISTOTELIS BOETHIO INTERPRETE, FINIS.

ANITII

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI INTRODVCTIO AD CATEGORICOS SYLLOGISMOS.

MVlta uetereș Philoſophiæ duces poſteriorum ſtudijs contulerunt, in quibus priuſquàm ad res profunda merſas caligine peruenirent, quadam quaſi intelligentiæ luctatione preluderẽt, hinc inſtitutionũ breuior cõpendij facilitate doctrina, hinc per ea quę illi προλεγόμενα uocant, ad intelligentiam promptior uia muniſtur. Huius igitur æmulus prouidentię ſtatui obſcurarum aditus doctrinarum præmiſſę inſtitutionis luce reſerare, & præſentem operam ſyllogiſmis quorum connexionibus omnis ratio continetur, addicere. Modumq; eũ cuſtodire dicendi, ut facilitati atq; intelligentiæ ſeruientes, aſtringamus à ueteribus dicta latius, enunciata breuius porrigamus, obſcurata impropriꝫ nouitate ſermonis conſueti uocabuli proprietate pandamus. Sed quí ad hoc opus lector accedit, ab eo primitus petitũ uelimus, ne in his quæ nunc̃q; alias attigerit, ſtatim audeat iudicare, neue ſiquid in ludo puerilium diſciplinarum rudis adhuc & nondũ firmus acceperit, id amplexandum atq; etiã colendũ putet, alia enim teneris atq; imbuendis adhuc auribus accõmodata, alia firmis ac robuſtioribus doctrina mẽtibus, reſeruatur. Quare ſi quid eſt quod diſcreper̃t, ne ſtatim obſtrepat, ſed ratione cõſulta, quid ipſe ſentiat quid nos afferamus, ueriore mentis acumine & ſubtiliore cõſideratione dijudicet. Idem namq; eueniet, ut quę in primo ſtatim ſtudendi aditu didicerunt, perſpecta penitus ac potius deprehenſa contemnãt. At ſi iam quiſq; ſuæ ſcientiæ defenſor eſſe cupidus malit. (Habent hoc quoq; uitij homines quos cõprehendit diſcendi uetus ac longa ſegnities, ut ab arreptis ſemel opinionibus non recedãt, ne in ſenectute diſcendo, nihil uſq; in ſenectutem didiciſſe uideantur.) Si inquam malunt uindicare quàm uertere quæ uulgatis ſemel ſtudijs imbiberũt, nemo expetit ut priora condemnent, ſed ut maiora quædã conſtruant atq; altiora coniungant. Non enim una atq; eadem diuerſarũ ratio diſciplinarũ, cum ſit diuerſiſſimis diſciplinis una atq; eadem ſubſtantia materies. Aliter enim de qualibet orationis parte Grãmatico, aliter Dialectico differendum eſt, nec eodem modo lineam uel ſuperficiem Mathematicus ac Phyſicus tractant. Quo fit ut altera alteram non impediat diſciplina, ſed multorum conſideratione coniuncta fiat uera naturæ atq; ex omnibus explicata cognitio, ſed de his hactenus, nunc de propoſitis ordinamur. Quoniam igitur nobis hoc opus eſt in Categoricos ſyllogiſmos, ſyllogiſmorum uero compago propoſitionibus texitur, propoſitionum uero partes ſunt nomen & uerbum, pars autem ab eo cuius pars eſt, prior eſt, de nomine & uerbo, quę prima ſunt, diſputatio prima ponatur, de hinc de propoſitione, ad ultimum de ſyllogiſmorum connexione tractabitur. Nomen eſt uox ſignificatiua ſecundum placitum ſine tempore, cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata, quæ diffinitio paulò enodatius explicanda eſt, nomen enim uocem eſſe dicimus, quoniam uox nominũ genus eſt, omne autẽ genus de ſua ſpecie prædicatur, omniſq; diffinitio à genere ſumit̃, ut ſi diffinias hominem prius animal dicas, quod eſt genus. Poſt uero differentias iungas quę ſunt rationale & mortale. Ita igitur nos quoq; in nominis diffinitione uocẽ quidem ut genus ſumimus, cætera aut ẽ uoci quaſi differentias aggregamus, uelut q̃d nomẽ, deſignatiua uox dicitur. Sunt enim uoces quæ nihil deſignant, ut ſyllabæ, nomẽ uero deſignatiua uox eſt, quoniam nomen deſignat id ſemper cuius nomẽ eſt. Secundũ placitum uero adiunctũ eſt, quoniã nullũ nomẽ natura ſignificat, ſed ſecundũ placitum ponẽtis cõſtituentiſq; uoluntatẽ. Illud enim unaquęq; res dicitur, q̃ ei placuit qui primus rei nomẽ impreſſit. Aliæ enim ſunt uoces naturaliter ſignificantes, ut canum latratus, iras canum ſignificat, & alia eius quædam uox blandimenta, gemitus etiam deſignant dolorẽ, ſed nõ ſunt nomina, quia non deſignãt ſecundũ placitũ, ſed ſecundũ naturã. Sine tẽpore uero, quod & uerba uoces ſunt ſignificatiuæ & ſecũdũ placitũ, ſed diſtant à nominibus, quia nomina quidẽ ſine tempore ſunt, uerba uero cum tempore. Cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata, nomina ab oratione diſiungit. Oratio namq; uox eſt ſignificatiua ſecundũ placitũ & aliquoties ſine tẽpore, ut hic uerſus: Neríne Galathea athymo mihi dulcior hyblę. Sed orationis partes ſæpe ratæ à tota oratione, deſignant: nominum uero nihil extra deſignat, atq; in illis quidem nominibus quæ figuræ ſunt ſimplicis nihil pars omnino ſignificare manifeſtũ eſt, ut in eo q̃ eſt Cicero, nulla pars ſeparata deſignat, neq; ci. neq; ce. neq; ro. At ſi nomẽ cõpoſitum fiat, ſignificare aliquid ſeparatæ partes uidentur, ſed in codẽ nomine quod ex utriſq; cõpoſitũ eſt, ſeparatæ nihil deſignãt, ut ſi dicam magiſter, partes eius nominis ſunt magis atq; ter, quæ ſumpta extrinſecus & à nominis parte ſeparatę ſignificatione nõn carent, utraq; enim aduerbialiter ſignificat quãtitatẽ, ſed cum magiſter quod eſt cõpoſitũ nomẽ alicuius artis peritũ doctoremq; ſignificet, magis neq; partẽ doctoris, neq; totũ doctorem poterit deſignare. Eodẽ quoq; modo ter, neq; in toto ſignificat, neq; in parte doctorẽ, id eſt, rem illã, quæ magiſtri uocabulo ſubiecta eſt nulla ratione deſignat. Cõpoſitorũ ergo nominum partes nihil eius rei quã in unum conuenientes uocabulum deſignabãt, diſiunctæ diſtractæq; ſignificãt, alia uero ſignificare poſſunt, ſed tũc nõ partes nominis, ſed ipſa ſunt nomina. Quod enim cõiuncta ſignificant, id diuiſa atq; ſepoſita nõ deſignant. Iuncta autem magis & ter doctoris ſignificationẽ tenebant, ſeparata igitur omnem ſignificationem doctoris amittunt, ſed ne quis ſuperius poſito calũnietur exemplo, nec magiſter cõpoſitum nomen eſſe cõcedat, uir fortis eſſe cõpoſitũ nomẽ, ſi uno proferatur accẽtu nullus negabit, cuius partes uir atq; fortis q̃ in eo quod eſt uir fortis ſignificare dicãtur, non iam nominis partes, ſed ipſa ſunt nomina, nec uir fortis unius erit nomẽ, ſed potius oratio, quæ duorum nominum collata ſignificatione conuincit̃, quod uir fortis cum unius accentus iuxtentione prolatum non eſt oratio, ſed nomen, cuius partes nomina eſſe nõ poterũt, ac ſi nomina nõ ſunt, cũ neq; naturales affectus neq; actus, ut uerba ſignificẽt, omnino nihil deſignãt, quare cõcludendũ eſt, cũ quælibet uoces propriã ſignificationẽ tenẽt, nõ partes nominũ, ſed ipſa eſſe nomina, cũ uero unius formã nominis copulauerint, eo cõſiderant̃ ut partes uim proprię ſignificationis amittere, ſed de his in cõmentario libri περὶ ἑρμηνείας Ariſtotelis ſatis dictum eſt, & maior eius rei tractatus eſt quã ut nũc totus ualeat expediri, ſed quoniã ſunt quædã uoces, q̃ & deſignatiuę ſunt & ſecũdũ placitũ, & ſine tẽpore, quarũ q̃ partes nihil extra ſignificãt, neq; tamẽ proprietates nominis naturãq; obſeruẽt, diſcernendæ prius ſunt, additiſq; differẽtijs à nomine ſegregãdæ, ut q̃ ſit uis nominis euidẽter appareat. Adiecta eñ ſemp negatio nomini, uocẽ dubiã facit, q̃ neq; uerbo neq; orationi, & ſi interius cõſideratũ ſit, neq; nomini poſſit annecti, ut ſiqs dicat, non homo, uox eſt ſignificatiua. Deſignat eñ quicqd homo nõ fuerit, ſecũdũ placitũ. Eas eñ omnino partes habet, quas ad ſignificationẽ uel negationis uel hominis placitũ uocabula ponẽtis aſſumpſit. Sine tẽpore, q̃ res eã uocẽ quæ dicit nõ homo ſeparat, ac ſeiungit à uerbo, cuius partes nihil extra ſignificãt, ne oratio eſſe uideat. Nõ homo enim uox ſeiũcta eſt ex negatiua particula & homine q̃ in eodẽ nomine ſeparata nihil deſignãt, ſignificat eñ nõ homo, uel equũ, uel canẽ, uel quicqd (ut dictũ eſt) nõ homo nõ fuerit. Sed q̃ eſt negatiua neq; hominis, neq; equi, neq; ullius ſubſtantiæ ſignificationem tenet. Item homo neq; canem, neque quicquid homo non fuerit, ſignificare poteſt, quocirca in ea uoce quæ eſt nõ homo partes nihil ſeparatæ ſignificant eius rei, quam tota uocis compoſitio deſignabat. Atq; ideo nec in oratione quidem poni poteſt. Si quis enim eam uocẽ quæ eſt nõ homo orationẽ cõcedat, nihil aliud eam eſſe fatebitur quã negationẽ. Negatio aũt omnis uera uel falſa eſt. Qui aũt dicit non homo, neq; ueritatem nunciat, neq; mendacium. Præterea ab omni negatione ſiqs negatiuum ſeiungat aduerbium, affirmatio relinquetur, ab ea autem uoce quæ eſt non ho-

non homo,ſi quis aufert id quod eſt negatiuum aduerbiũ,homo relinquetur, quod nondum eſt affirmatio. Quocirca ſi non homo hæc uox,negatio eſſe non poteſt,nihil autem aliud eſſe uideretur,ſi eſſet oratio,concludendum eſt negationem iuncta cum nomine orationem eſſe non poſſe. Nomen enim omne certum aliquid definitumq; ſignificat,ut homo,equus,canis,& cætera,non homo autem uox aufert quidem quod ſignificatur à nomine, nec præſcribit quid ipſe ſignificet. Quocirca quoniam ſignificat quidem aliquid,ſed non finitum negatio iuncta cum homine,infinitum nomen uocetur. Addenda eſt ergo diffinitioni nominis differentia,ſcilicet, ut nomen ſit quod cum cæteris quæ dicta ſunt,ſit definitæ ſignificationis. Iam uero caſus nominum non aliter intuentibus nomina uideantur. Quid enim Catonis,& Catoni,atq; huiuſmodi uoces quæ rectis nominibus inflectuntur,nomina eſſe non exiſtimet? Sed hæ quoq; uoces à nomine quadam differentia diſcrepabũt. Omne enim nomen iunctum cum eſt uerbo,enunciationem reddit ac ſuſcipit mendacij ueritatiſq; naturam,ut Cato eſt,uel dies eſt,at ſi eſt uerbum caſibus adiungatur,neq; enunciatio ſit,neq; plena ſententia orationis abſoluitur,ut Catonis eſt,nec ſententiã habet abſolutam,nec ueri aliquid poteſt notare nec falſi,atq; idcirco non nomina,ſed caſus nominum nuncupantur. Nam cum id à quo quicq; flectitur, primum ſit,illud uero quod ab inflexione primi naſcitur ,ſit ſecundum,neq; idem primum ac ſecundum eſſe poſſit,manifeſtum eſt caſus nominum non idem eſſe quod nomina,idcirco cæteros quidem genitiuum,datiuum,accuſatiuum,caſus appellant Grammatici, primum uero rectum ac nominatiuum quod hic locum principem in ſignificatione poſſederit. Facienda eſt igitur nominis plena neq; ullo diminuta diffinitio ſic. Nomen eſt uox ſignificatiua ſecundum placitum ſine tempore,cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata,aliquid finitum deſignans,cum eſt uerbo coniuncta faciẽs enunciationem. Separat igitur nomen uox quidem ab articulis atque inanimatis ſonis. Deſignatiua uero à uocibus quæ nihil ſignificant. Secundum placitum à uocibus aliquid natura ſignificantibus. Sine tempore à uerbo,quod à temporis ſignificatione non recedit. Cuius nulla pars ſeparata ſignificat,ab oratione cuius quemadmodum partes extra ſignificent,paulò poſterius diſſerã. Aliquid definitum deſignãs, ab his uocibus quæ nomen negationemq; coniungunt & nomina faciunt infinita. Cum eſt uerbo faciens enunciationem,à caſibus qui cum eſt copulati non poſſunt plenam perficere atq; explicare ſententiam. In uerbo quoq; eadem ferè cuncta cõueniunt,niſi quod in ſignificatione temporis à nomine ſeparatur. Omne enim uerbum actionem paſſionemue deſignat,quæ fieri ſine tẽporis notatione non poteſt. Eſt itaq; uerbi diffinitio hæc. Verbũ eſt uox ſignificatiua ſecundũ placitum cũ tempore,cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata,ut currit,uincit,ſed ſi uerbis negatiua copulentur aduerbia,fiunt infinita uerba,ſicut fieri nomina diximus infinita, ut cum currit,aut uincit,certum aliquid finitumue deſignet,addita negatione,id quidem quod à uerbo deſignatur,intercipit. Quid uero aliud fieri dicat tali ſignificatione non terminat,præterea negatio iuncta cum uerbo ſiue in eo quòd eſt, ſiue in eo quod non eſt,rectè dici poteſt,ut homo non currit. Non eſſe autem orationem aut enunciationem negatiuam illa prorſus argumenta monſtrabunt,quæ infinitum nomen ab oratione aut negatione diuidebant. Sed quoniã principaliter preſentia quæque ſentimus. His autem rebus quas præſenti ſenſu concipimus,indita eſſe à mortalibus uocabula manifeſtum eſt,rectè dicis uerbum ſemper ſignificationem temporis habere preſentis,ut currit aut uincit. Curret autẽ aut uincet, & cucurrerit aut uicerit,nõ ſunt uerba,ſed uerborum caſus,ſcilicet,quia à præſentis temporis ſignificatione flectuntur,eſt ergo uerbi plena diffinitio ſic. Verbum eſt uox ſignificatiua ſecundum placitum cum ſignificatione temporis,cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata,aliquid finitum deſignans,& præſens. Reſtat igitur ut de oratione dicamus, ſed prius uidetur eſſe monſtrãdum, utrum'ne nomen & uerbum ſola in partibus orationis ponantur, an ut Grammatici uoluint & reliquæ orationis partibus debeant aggregari. Grãmatici enim cõſiderantes uocũ figuras, octo orationis partes annumerãt. Philoſophi uero, quorum omnis de nomine uerboq; tractatus in ſignificatione eſt cõſtituta, duas tantum orationis partes eſſe docuerũt, quicquid plenam ſignificationem tenet, ſiquidem ſine tempore ſignificat, nomẽ uocantes. Verbũ uero ſi cum tempore, atq; ideo aduerbia quidem atq; pronomina nominibus iungunt, ſine tempore enim quiddam conſtitutum definitumq; ſignificant, nec intereſt quod flecti caſibus nequeunt, non eſt hoc nominum proprium ut caſibus inflectantur. Sunt enim nomina quæ à Grammaticis monoptota nominantur, participium uero quia temporis ſignificationem trahit, etſi caſibus effertur, uerbo tamẽ rectè coniungitur. Interiectiones autem ſiquidem naturaliter ſignificent nec uerbo, nec nomini copulandæ ſunt, uerbi enim ac nominis diffinitiones nõ habẽt eſſe naturalia, ſed ad ponẽtis placitum conſtituta, atq; ideo nec in orationis partibus numerabuntur. Oratio enim poſitione ſignificat, nam ſi naturaliter ſignificaret oratio, non diuerſa gentes oratione loquerentur. Si quæ uero interiectionẽ poſitione ſignificant, quoniã finitã ſine tempore affectionem deſignãt, rectè nominibus annumerantur. Quæ uero ipſæ quidem nulla propria ſignificatione nituntur, cũ aliis uero iunctæ deſignãt, ut cõiunctiones atq; prepoſitiones, illæ ne partes quidem orationis eſſe dicendæ ſunt, oratio enim ex ſignificatiuis partibus iuncta eſt. Quocirca rectè nomẽ ac uerbũ ſolæ orationis partes eſſe dicuntur. Oratio eſt uox ſignificatiua ſecundum placitum, cuius partes aliquid extra ſignificant, ut dictio, non ut affirmatio. Oratio igitur habet ſimul cũ uerbo & nomine commune, quod uox eſt, quod ſignificatiua eſt, quod ſecundum placitum eſt. Separatim uero cum nomine illi commune, eſt quod aliquãdo ſine tempore eſt, ut Virgilianus quẽ ſuprà diximus uerſus: Nerine Galathea thymo mihi dulcior hyblæ, & qui ſequitur: Candidior cygnis hedera formoſior alba. Cum uerbo autem quod interdum cum temporis ſignificatione profertur, ut: Si qua tui Coridonis habet te cura, uenito. Differt autem ab utroque quod partes orationis à tota ſeparatæ oratione ſignificant. Sunt enim partes orationis nomen & uerbum quæ ſignificatiua eſſe dum ea diffiniremus oſtendimus. Significant igitur partes orationis ut dictio, non ut affirmatio, quanquam aliquoties quidem ut affirmatio, ſed non ſemper tamen, ſemper autem ut dictio. Eſt enim dictio ſimplex uerbi ac nominis nuncupatio. Nam cum dicimus ſi dies eſt, lux eſt, hanc totam orationem ſi diuidere in partes uelimus, ſcilicet, dies eſt, lux eſt, utraque pars ut affirmatio ſignificabit, dies eſt, lux eſt, affirmationes eſſe manifeſtum eſt. At ſi minutatim tota orationis mẽbra carpamus, uſq; in nomina ac uerba poſtrema fiet reſolutio. Dicemus enim partes eſſe ſuperius poſitæ orationis, dies & lux & eſt, quę per ſe prolata nõ ſunt affirmationes, ſed tantũ dictiones. Omnis uero oratio, quoniã ex uerbis nominibusq; conſiſtit, in nomina & uerba ſolui poteſt. Non enim omnem orationem in affirmationem cedi poſſibile eſt, ueluti ſi quis dicat lux eſt, huius partes ſunt, lux atque eſt, quas non eſſe affirmationes, ſed ſimplices dictiones nullus ignorat. Cum igitur oratio quidem nõ ſemper in affirmationẽ ſolui queat, ſemper autem in ſimplices dictiones, iure dictum eſt orationis partes extra aliquid deſignare nõ ut affirmationes, ſed potius ut dictiones. Orationis autem ſpecies (ut arctiſſimè diuidamus) ſunt quinque, interrogatiua, ut: Quo te Meri pedes? an quo uia ducit, in urbem? Imperatiua, ut ſuggere tela mihi. Inuocatiua, ut: Dij maris & terræ, tempeſtatumq; potentes. Deprecatiua: Ferte uiam uenti facilem, & ſpirate ſecundi. Enuciatiua: Eſt mihi diſpatribus ſeptem compacta cicutis. Fiſtula, Quarum quidem præter enũciationem nulla uel eſſe aliquid, uel nõ eſſe deſignat. Cæteræ namq; uel interrogant, uel inuocãt, uel imperant, uel precantur. Enunciatio uero ſemper eſſe aliquid aut nõ eſſe ſignificãt. Atq; ideo ſola enũciatio eſt, in qua ueritas uel falſitas inueniri queãt. Vnde etiã enunciationis naſcitur diffinitio, eſt enim enunciatio quæ uerum falſumue denũciat.

Hanc etiam proloquium uel propoſitionem Tullius uocat, quæ quidem partim ſimplex, partim compoſita. Simplex eſt quæ conditione ſepoſita eſſe aliquid uel nõ eſſe proponit, ut Plato Philoſophus eſt. Compoſita uero quæ ex duabus ſimplicibus copulante conditione conſiſtit, ut Plato ſi doctus eſt, Philoſophus eſt. Simpliciũ uero enunciationũ, alias in qualitate ſitas, alias in quãtitate differẽtias inuenimus. In qualitate quidẽ quod alia affirmatiua, alia negatiua eſt. Enunciatio affirmatiua eſt enunciatio aliquid de aliquo ſignificans, ut Plato Philoſophus eſt, Philoſophum de Platone prædicamus. Negatiua uero eſt enũciatio aliquid ab aliquo prædicatione ſeiungens, ut Plato Philoſophus nõ eſt, Philoſophum enim à Platone tali prædicatione ſeiunximus. Secundum quantitatem uero differentiæ enunciationum ſunt, quod aliæ quidem uniuerſales, aliæ particulares, aliæ indefinitæ, aliæ ſingulares. Vniuerſales ſunt quę ſiue affirment, ſiue negent, uniuerſaliter tamen enunciant uniuerſale ſubiectum, ut: omnis homo ſapiens eſt, nullus homo ſapiens eſt, homo uniuerſale quiddam eſt. Multos enim ſub ſe indiuiduos coërcet & cõtinet, qui uniuerſaliter enũciantur, dum ei omnis uel nullus adiungitur. Particulares uero quę uel affirmãdo, uel negando ambitũ ſubiecti uniuerſalis in partem rediguntˌ ut: quidam homo ſapiẽs eſt, quidã homo ſapiens nõ eſt, hic enim uniuerſalitas hominis, adiecta particulari determinatione minuta eſt, atq; in partem redacta. Indefinitæ uero ſunt quæ abſq; uniuerſalitatis & particularitatis determinatione dicuntur, ut eſt homo ſapiens, non eſt homo ſapiens. Singulares uero ſunt quæ de ſingulari aliquid & de indiuiduo affirmando negandoue proponũt, ut: Socrates ſapiens eſt, Socrates ſapiẽs non eſt. Differt autem particularis propoſitio à ſingulari, quod particularis quidẽ unũ aliquem ſubiicit, nec quis ſit iſte deſignat, ut: quidã homo ſapiens eſt, quis iſte homo ſit, propoſitio nõ declarat. Singularis uero unum aliquem ſumit, & quis iſte ſit ſignificat. ut: Socrates ſapiẽs eſt, unum enim & hunc Socratem ſapientem eſſe propoſuit. Amplius particularis omnis uniuerſalem quidem terminũ ponit, ſed ei detrahit uniuerſalitatem, dum qualitatẽ particularitatis adiungit, ut in propoſitione, quidã homo ſapiens eſt. Homo uniuerſalis eſt terminus, multos enim propria prędicatione concludit. Sed quia dicitur quidã, ad unũ homo redigitur, qui uniuerſale perſiſteret, niſi particularitas fuiſſet adiũcta, in ſingularibus uero propoſitionibus prędicato termino ſemper indiuiduũ ſupponitur, ut: Socrates ſapiẽs eſt. Socrates enim ſingularis eſt atque indiuiduus, idcirco igitur illa particularis propoſitio quæ partem ex uniuerſalitate detrahit, hęc ſingularis quæ in ſingularis atque indiuiduí prædicatione cõſiſtit. Simpliciũ uero enunciationũ partes ſunt ſubiectũ atq; prædicatũ. Subiectũ eſt quod prędicati ſuſcipit dictionem, ut in ea propoſitione quæ eſt, Plato Philoſophus eſt, Plato ſubiectũ eſt, de ipſo enim Philoſophus prædicatur, & in eo Philoſophi ſuſcipit dictionẽ. Prædicatũ uero eſt quod dicitur de ſubiecto, ut in eadem propoſitione, Philoſophus dicitur de Platone ſubiecto, ſemper enim quod ſubiectũ eſt uel minus eſt, uel æquale prędicato, minus quidẽ ut in ea propoſitione de qua paulò antetracta ſimus. Plato enim Philoſophi nomen nõ poteſt æquare, neq; ſolus Plato Philoſophus eſt. Æqualis uero eſt ſubiectus terminus prędicato, ut ſi quis dicat, homo riſibilis eſt, homo enim qui ſubiectus eſt terminus, prędicato riſibili coæquaẽ, unde ſit ut poſſit reddi reciproca prędicatio, ſcilicet, ut uices ſubiectũ prędicatumq; permutent, ſubiectumq; fiat quod erat antea prædicatum, uerſoq; ordine prędicetur quod fuerat ante ſubiectũ, ut ſi dicaẽ quod riſibile eſt, homo eſt, omnia enim quę ſunt æqualia de ſe inuicem prędicantur. Vt uero id quod ſubiectũ eſt, maius poſſit eſſe prędicato, nulla prorſus enũciatione cõtingit, ipſa enim prędicata natura minora eſſe non patitur. Sed quod æquale uel maius eſt, id ſemper de æquali uel minore prędicatur. Has uero enunciationũ partes, id eſt, prędicatũ atq; ſubiectũ terminos appellamus. Termini uero dicũtur quod in eos poſtrema ſit reſolutio, itaque in ſingularibus uel indefinitis propoſitionibus duos terminos ſemper inuenimus, & uerbũ quod propoſitionis

poſitionis determinet qualitatem, ut in propoſitione qua dicimus, Socrates ſapiens eſt, Socrates quidem ac ſapiens terminos eſſe manifeſtũ eſt. Eſt uero uerbum nõ eſt terminus, ſed deſignatio qualitatis, & qualis propoſitio ſit negatiua an affirmatiua ſignificat, & nunc quidem ſolo eſt uerbo propoſitioni accommodato facta eſt affirmatio. At ſi non, quod eſt aduerbium negatiuum, eſſet, adiunctum, ita diceretur: Socrates ſapiens non eſt, atq; hoc modo mutata qualitate fieret de affirmatione negatio. Eſt igitur & non eſt, nõ ſunt termini, ſed ut dictum eſt ſignificatio qualitatis, eadem omnia etiam in indefinita propoſitione cõueniunt, quod ſi ſint tales orationes, Socrates eſt, dies eſt, eſt ui gemina fungitur, ſcilicet, prædicati, eſt enim uerbũ de Socrate & die prædicatũ, & ſigni qualitatis, idem namq; eſt, ſolum poſitum affirmationem efficit, cum negatiuo aduerbio, negationem. At ſi ſint propoſitiones quæ differentias ſecum habeãt quantitatũ, ut ſunt uniuerſales ac particulares, eadem uis permanet terminorum, omnis enim ac nullus, & quidã, terminis non annumerantur, ſed enunciationum ſignificãt qualitatem. Atq; ideo rectè quod ſubiicitur ac prędicatur termini nuncupati ſunt, quoniam in eos tantum reſoluitur propoſitio. Cætera enim quæ ſimplicibus enunciationibus adiunguntur, aut qualitatem propoſitionum retinent, aut quantitatem ſignificant. Propoſitionum uero ſimplicium aliæ ſunt, quæ in nulla parte conueniunt, ut Plato Philoſophus eſt, & uirtus bona eſt, utraque enim aliud quiddam de alio prędicatur, nec habent aliquid in proponẽdi ratione commune. illa enim Platonem Philoſophũ dicit, illa uirtutem bonam eſſe pronunciat. Aliæ uero ſunt quæ aliqua terminorũ participatione iunguntur. Id autẽ duobus fieri modis poteſt, aut enim ordine eodem, aut per ordinis cõmutationem. Eodem uero ordine duplici modo, ſi uel ſimplices terminos in utriſq; cõſtituas, uel ſi per oppoſitionẽ fiat participatio terminorum, quod tribus neq; amplius continget modis, nam uel prædicato, uel ſubiecto, uel utriſque terminis negatio copulatur. Ordinis etiam cõmutatione conueniunt duobus modis, aut enim per ſimplicem terminorum prædicationem, aut per eorundem terminorum oppoſitionem. Hæc quoque oppoſitio terminorũ triplicem recipit modũ, cum negatio uel prędicato, uel ſubiecto, uel utriſq; cõiungitur, illæ uero quæ altero termino participant & tribus modis, uel cum in una propoſitione quod prędicatur in altera ſubiectum eſt, uel cum idem in utriſq; prædicatur, uel cum idem in utriſque ſubiectus eſt. Et quoniam omniũ ſibimet conuenientium propoſitionũ ordinatiſſimam fecimus diuiſionem, nunc de ſingulis quibuſq; tractemus, ac primum de ea propoſitionum conuenientia, quæ cum utriſque particípet terminis, participandi tamen ordinem ſeruent, ea eſt huiuſmodi, omnis homo ſapiẽs eſt, nullus homo ſapiẽs eſt. Vtraque enim propoſitio hominem ſubiicit, & prędicat ſapientem, & cum utroque termino congruant, ſunt tamen diuerſæ, quoniam hæc affirmatio eſt, illa negatio. Et hoc quidem exempli gratia dictum ſit, plenius uero ſuper de tali participatione tractatus hoc modo. Cũctarum ſimplicium propoſitionum differentias, uel in qualitate, uel in quantitate ſitas eſſe oſtendimus, in quantitate cũ uniuerſaliter pronunciat uel particulariter, uel indefinitè, uel ſingulariter proferuntur, in qualitate uero cum hæ quidem affirmatiuæ ſunt, illæ uero negatiuæ. Si igitur duas affirmatiuas aggregamus fiunt miſtæ cum utriſque octo differentiæ, quę ſimul qualitatem quantitatemq; contineant. Sunt autem miſtæ hæ, affirmatio uniuerſalis, negatio uniuerſalis, affirmatio particularis, negatio particularis, affirmatio indefinita, negatio indefinita, affirmatio ſingularis, negatio ſingularis. Quarum quidem indefinitas ſingularesq; ſegregemus, & de uniuerſalibus ac particularibus diſſeramus. Deſcribatur ergo uniuerſalis primũ affirmatio, omnis homo iuſtus eſt, cuius aduerſum tenet locum negatiua propoſitio uniuerſalis, nullus homo iuſtus eſt, item ſub uniuerſali affirmatione ponatur particularis affirmatio, quidam homo iuſtus eſt, hanc aduerſa fronte reſpiciat, ſitq; uniuerſali negatiuæ ſuppoſita particularis negatio, quidam homo iuſtus non eſt.

Vniuerſalis affirmatio	Vniuerſalis negatio
Omnis homo iuſtus eſt	Nullus homo iuſtus eſt
Quidam homo iuſtus eſt	Quidam homo iuſtus non eſt
Particularis affirmatio	Particularis negatio.

Harum igitur affirmatio atque negatio uniuerſalis qualitate quidem diſcrepant, ſed quantitate concordant, nam quod hæc quidem affirmatio eſt, illa uero negatiua eſt, ſunt in qualitate diuerſæ, quia uero utraq; uniuerſalis eſt, quantitate conueniunt. Harum igitur uel utraſq; falſas, uel unam ueram, alteram falſam recipere poſſibile eſt, utræq; autē ſimul ueræ nequeunt inueniri, nam in poſita deſcriptione affirmatio quæ eſt, omnis homo iuſtus eſt, & negatio quæ eſt, nullus homo iuſtus eſt, cū utræq; ſint uniuerſales, neutra tamē eſt uera. At ſi ſit affirmatio, oīs homo animal eſt, atq; uniuerſaliter denegeē ita, nullus homo animal eſt. uel ita, omnis homo lapis eſt, nullus homo lapis eſt, unam ueram, alteram falſam eſſe neceſſe eſt. Atq; ideo quoties ea prædicantur quæ & conuenire ſubiecto & ab eo ualeant ſegregari, & uniuerſaliter illa confirmat, hæc denegat, utraſq; falſas contingit, & ſuperius poſitis declaraē exemplis. Iuſtitia enim cum eſſe in hominibus poſſit, nō tamen ita hominibus inheſit, ut ab eis ſeparari nullo modo queat, atq; ideo neque omnis homo iuſtus eſt, neque omnis homo iuſtus nō eſt, cōtingit utraſq; mentiri, at ſi tale ſit quod à ſubiecto abſtrahi ſepararíq; non poſſit, uel quod nunquā poſſit euenire ſubiecto. Et quæ uniuerſaliter affirmatiua eſt, uniuerſaliter abnuatur, euenit uni ueritatē, alteri ſemper adeſſe mendaciū, ſed ita ut ſi à ſubiecto quod prædicaē non poteſt ſegregari, uera ſit ſemper affirmatio falſa negatio, at ſi quod euenire nō poteſt prædicaē, affirmatio quidē falſa ſit, ſed uera ſit negatio. Nam quoniam animal nō ab homine poteſt ſegregari, quæ hominē animal eſſe confirmat, uera eſt, falſa uero illa quæ denegat, item ſi quod non poteſt fieri prædicetur, fiatq; affirmatio, omnem hominē eſſe lapidem, idq; aduerſa propoſitio neget, nullumq; hominem lapidem eſſe concedat, negatio quidem ueritati, affirmatio autem iuncta eſt mēdacio, ſimul autem ueras eſſe affirmationem uniuerſalem, uniuerſalemq; negationem nulla poterunt exempla monſtrare. Atq; ideo uniuerſalis quidem affirmatio, uniuerſalisq; negatio cōtraria dicuntur, namq; in contrarijs aliquid medium continentibus poteſt neutrū ineſſe ſubiecto, ut corpus neque nigrum ſit neque album, quoniam eſt quod præter ea eſſe poſſit, ut rubrum, itemq; in contrarijs medietate carentibus neceſſe eſt alterum ſemper ineſſe ſubiecto, ut: omne animal aut dormit, aut uigilat, quoniam inter dormire ac uigilare nihil medium eſt, ut autem ſimul atq; in eodem utraque cōtraria reperiantur fieri nequit. Ita etiam in uniuerſalibus affirmatione ac negatione, ut utræque falſæ, ſint exemplo contrariorum aliquid medium claudunt, uel altera uera, falſa uero altera, ſicut in cōtrarijs quæ medio carent fieri poſſe manifeſtum eſt, ſed impoſſibile eſt, ut utriuſque ſententia in ueritate conueniat, ſicut nulla contraria ſimul eſſe patiuntur. Atq; ideo uniuerſalis affirmationi, uerſaliſq; negatio cōtrariē nominantur. Hę igitur nō eam uim ipſa ſemper aduerſitate conſeruant, ut eis ſit perpetua atque inconciliata diſcordia. nec ſe ſemper inuicem perimunt, quæ cum ſententia diſſideant, communi tamen falſitate concordant. Si igitur earum una ſummota ſit, non neceſſe eſt, ut eſſe altera conſequantur, fieri enim poteſt ut neutra ſit, uelut ſi omnem iuſtum eſſe hominē deſtruat, nō eſt conſequens, ut: nullus homo ſit iuſtus. Quæ autem ſub his propoſitionibus collocātur, id eſt, particularis affirmatiua atq; negatio, ſubcōtrariæ nomen habent, idcirco quod uniuerſalitati particulare cōmune ſubiectum eſt, cum igitur uniuerſales intelliguntur eſſe contrariæ, ſubcōtrarias eſſe neceſſe eſt quæ ſub uniuerſalibus cōtrarijs collocantur. Horū quoq; quantitas eſt eadē, quoniam utræq; ſunt particulares, diuerſa qualitas intelligitur, quoniam affirmatio hæc eſt, illa uero negatio, ſed quanquā contrarijs uideantur eſſe ſubiectæ. conuerſo tamen modo particulares in ueritate ſibimet, non in falſitate conſentiunt, nam ut hæc uerum, falſum illa pronunciet, atq; utræq; ſint ueræ, facilè propoſitis declaratur exemplis, ut uero utræque falſæ ſint, nō poteſt inueniri. Nam ſi quod neq; ſeparari, neq; poſſit adeſſe ſubiecto, alterutra enūciet propoſitio, una eſt ueritati, altera cognata mendacio. Et ſiquidem quod à ſubiecto ſeparari nō poteſt prædicetur, affirmatio ſola ueritatis calculum tenet, at ſi quod ſubiecto impoſſibile adeſſe dicatur, ſola obtinet negatio ueritatē, ut ſi quis enunciet, quidam homo animal eſt, & alius neget, quidam homo animal non eſt, uel ita, quidam homo lapis eſt, quidam homo lapis nō eſt, utraq; affirmationum negationumq; oppoſitio uerum inter falſumq; partitur. Sed in prioribus quidē affirmatio, in poſterioribus autem uera negatio eſt. At ſi quod euenire quidē poſſit, ſed à ſubiecto tamē aliquādo ualeat ſegregari, affirmatio particularis, negatioq; pronuncietur, utraſq; ueras eſſe neceſſe eſt, ut: quidā homo iuſtus eſt, quidā homo iuſtus nō eſt, ut uero utræque falſæ ſint, nulla poterunt exempla congruere. Quocirca ne iſta quidem quas ſubcōtrarias appellamus, ſemper ſeſe inuicem perimunt, quandoquidem aliquoties in ueritate cōcordant. At ſi omnibus differētijs diſſidentes, ac ſeinuicem deſtruentes inuenire conemur, reſpiciendæ ſunt angulares, hæ uero ſunt uniuerſalis affirmatio & negatio particularis, uel uniuerſalis negatio & affirmatio particularis, his enim tanta inter ſe diſcordia manifeſta eſt, ut neq; in falſitate unquā, neq; in ueritate cōueniant, ſemperq; neceſſe eſt cum affirmatio ſit uera, negationē eſſe mendacem, cum negationi adſit ueritas, affirmationi eſſe propriā falſitatem. At primum cum geminas eſſe propoſitionū differentias dixerimus in qualitate, ſcilicet, & quātitate, harum & qualitas diuiſa eſſe probatur & quantitas, nam quod hæc affirmatio eſt, illa negatio, in qualitate diſſentiunt, quod uero hæc uniuerſalis, illa particularis quantitate diſcordant. Item neq; in falſitate, neq; in ueritate unquam poterunt cōuenire. Siue enim de his quæ à ſubiecto abeſſe non poſſunt, unā ſemper ueram eſſe neceſſe eſt, alteram falſam, nam ſi talis terminus prædicatur, ut cum uel adeſſe ſubiecto uel nō adeſſe cōtingat, uniuerſales ſemper falſæ ſunt, particulares ueræ ſunt, ſi quis enim ita proponat, omnis homo iuſtus eſt, atq; alius neget, quidam homo iuſtus nō eſt, uniuerſalis affirmatio falſa eſt, particularis eſt uera negatio. Similiter autē ſi quis ita pronunciet, nullus homo iuſtus eſt, uniuerſalis negationis falſa, particularis affirmationis uera, ſentētia eſt, ita in his quæ uel adeſſe ſubiecto, uel abeſſe contingāt, uniuerſales falſitati coniunctæ ſunt, particulares obtinent ueritatem. At ſi tales terminí ſint, quí ſeparari atq; à ſubiecto diuidi nequeāt, ſiue illa ſit uniuerſalis, ſiue particularis, hærebit ſemper affirmationi ueritas, negationi mendaciū, ut ſi quis uniuerſaliter enunciet, omnem hominem eſſe animal, aliuſq; particulariter neget, quēdam hominem nō eſſe animal, affirmatio uniuerſalis uerum loquitur, particularis negatiue falſa ſententia eſt. Item ſi quis uniuerſaliter negādo proponat nullum hominem eſſe animal, particularem affirmationem ueritas ſequitur, hæret uniuerſalis negatio falſitati, quod ſi ſint quæ prædicantur, ut nunquā poſſint adeſſe ſubiecto, ſeu illę uniuerſaliter ſeu particulariter proponātur, negationes ornat ueritas, affirmationes falſitas decolorat. Si quis enim cōfirmat dicēs: omnem hominem lapidem eſſe, aliuſq; quendam hominem non eſſe lapidem reſpondeat, uniuerſalem affirmationē falſitas, particularē negationem ueritas tenet, quod ſi ita quis uniuerſaliter neget, nullus homo lapis eſt, & particulariter affirmet quidam homo lapis eſt, uniuerſali conſtat negatione ueritas, particularis affirmatio non caret falſitate. ¶ Quoquo igitur modo predicata uel ſubiecta mutaueris, ſi tamen uniuerſalem affirmatiuam particulari negatiuæ, uel uniuerſalem negatiuam particulari affirmatiuæ conſertam à ſingulari conſideratione committas, ſi hæc falſa, illam ueram eſſe contingit, & ſi hęc uera eſt, illam falſam neceſſe eſt inueniri, atq; idcirco has inter ſe oppoſitas & cōtradictorias nuncupamus. Et hactenus quidem affirmationes & negationes auerſis intentionibus conferentes, quid in eis diſcordiæ ac diuerſitatis eſſet, oſtendimus, nunc uniuer-

ſalem affirmationem particulari affirmatiuæ, & uniuerſalem negationem particulari negatiuæ ad ueritatis falſitatiſq; cõuenientiam comparemus. Harum namque inter ſe nulla diſcordia eſt, atque ideo non de earum diſſenſu, ſed de conſenſu potius uidetur eſſe quærendum. Primum igitur uniuerſalis affirmatio & particularis affirmatio ſubalternæ dicuntur, quoniam altera ſubiacet alteri, id eſt, particularis affirmatio uniuerſali affirmationi ſuppoſita eſt atque ſubiecta, ueluti pars intra totius ſemper ambitum latet, idemq; de uniuerſali & particulari negatiua dicẽdum eſt, ſubalternæ enim uocantur, quod ſuperior atq; amplior uniuerſalis negatio intra ſe particularem negationẽ claudit & continet. Hæc igitur tali ratione conſentiunt, ſi enim uniuerſales in ueritate præcedãt, particulares ueras eſſe neceſſe eſt, ut ſi quis uniuerſaliter affirmando proponat, omnem hominẽ animal, ea cum ſit uera, particularis ſibi affirmationis ueritatem comitem trahit, ea uero eſt, quidã homo animal eſt. Nam ſi uerum eſt omnem hominem eſſe animal, uerum eſt eſſe aliquem, item ſi quis uniuerſaliter enunciet, nullum hominem eſſe lapidem, & uerum dixerit, ſubiecta ei particularis negatio idem retinet, nec mentitur qui dixerit, quendam hominem lapidem non eſſe, ita igitur uniuerſa libus affirmatione ac negatione uera dicentibus, particularis affirmatio & negatio uerã uniuerſalium ſententiã conſequunt. At ſi uniuerſales falſæ ſint, non neceſſe eſt particulares uniuerſalium conſenſu præbere mendacium, ueluti in his uniuerſalibus quæ proponunt, omnem hominem eſſe iuſtũ, uel nullum hominem eſſe iuſtum, quæ cum una ſit affirmatio, altera negatio, utræq; ſunt falſæ, ſed eas particulariũ falſitas non ex neceſſitate conſequitur, nam & quendam hominem eſſe iuſtũ, quę particularis eſt affirmatio, uerè quis dixerit, atq; ideo falſis uniuerſalibus, particulares ueras eſſe non neceſſe eſt. Quod enim uniuerſalis affirmatio falſa dicatur, omnẽ hominẽ eſſe lapidem, errat particularis affirmatio, quæ proponit quendam hominem eſſe lapidem. At ſi uniuerſalis negatio falſa proponatur, nullum hominem eſſe animal, nõ idcirco particularis erit uera negatio, ſi pronunciet quẽdam hominem nõ eſſe animal, atque ideo uniuerſalibus quidem in ueritate manentibus, particularis neceſſe eſt uniuerſalium conſentire ueritati, at ſi uniuerſalibus falſitas inhærebit, particulares tum ueras, tum etiam falſitas eſſe poſſibile eſt, ueras quidem ſi quid tale prædicetur quod adeſſe ſubiecto poſſit, & à ſubiecto ualeat ſeparari, falſas eſſe utraſq; affirmationem quidem particularem. Si in eo ſit uniuerſalis falſa affirmatio, quod ſubiecto non poteſt conuenire, negationem particularem, ſi in eo uniuerſalis negatio mentiatur quod à ſubiecto non poteſt ſegregari, ut poſita ſuperius exempla declarant. Quod ſi ad ueritatis & falſitatis conſequentiã particulares propoſitiones locum principem ſortiantur, contraria eis uniuerſalis propoſitionis ratione conueniunt. Nam ſi ſint falſæ, particulares falſas eſſe neceſſe eſt, ſin uero particulares ueræ ſint, tum uniuerſales ueræ ſunt, tum etiã falſæ, nam ſi particularis affirmatio eſt falſa, quæ dicit: aliquem hominem eſſe lapidem, uniuerſalis quoq; affirmatio falſa eſt, quæ proponit omnem hominem eſſe lapidem. Item, ſi particularis eſt falſa negatio quæ decernit quendam hominem nõ eſſe animal, falſa erit uniuerſalis negatio quę nullum hominẽ animal eſſe contendit. At ſi particularis affirmatio uel negatio uerę ſunt, idq; prędicantur quod à ſubiecto diuidi ac ſegregari queat, affirmationem negationemq; uniuerſales non eſt dubium poſſe mentiri, ut quoniã uerę ſint particulares quæ proponũt, quendam hominem eſſe iuſtum, & quendã hominẽ non eſſe iuſtũ, his ſuppoſitas uniuerſales falſas eſſe manifeſtũ eſt, ut ea quæ dicit: omnis homo iuſtus eſt, & nullus homo iuſtus eſt. At ſi quid tale affirmatio particularis pronunciet, quo ſubiectũ carere non poſſit, uera erit ſuperpoſita affirmatio uniuerſalis, ut cũ aliquis enunciat, quendã hominẽ eſſe animal, huic uniuerſalis affirmatio in ueritate cõſentit, quę eſt, omnis homo animal eſt. At ſi quid particularis negatio tale proponat, quod ſubiecto nequeat inhærere ueritatem particularis negationis uniuerſalis negatiuæ ueritas neceſſe eſt conſequatur, ut cum aliquis dicit, quendam hominem

minem lapidem non eſſe, conſonat uniuerſalis ueritas propoſitionis, quem nullum hominem lapidem eſſe pronunciat, quo fit ut præcedentibus quidem uniuerſalibus ueris, particulares ueras eſſe neceſſe ſit. Præcedentibus uero in falſitate particularibus, uniuerſalium ueritas non ſubſequat. Manentibus uero uniuerſalibus falſis, particulares mendaciũ dicere non ſit neceſſe, ſicut ne uera quidem particularibus proponentibus, ueram uniuerſalium neceſſe eſt eſſe ſententiam, & hoc quidem exempla docuerunt, ut autem firma demonſtratione clareſcat, utilis ad euidentiam rerum deſcriptio proponatur.



Ex his ergo quæ ſuperius dicta ſunt intelligi poteſt cõtrarias quidem uel uerũ inter ſe falſumq; diuidere, uel ſimul poſſe mentiri, ueras ſimul eſſe non poſſe, ſubcontrarias uero uel utraſq; ueras eſſe, uel alterã ueram, alteram falſam, nunquam tamen ſimul proferre mendaciũ. Angulares autem neq; in ueritate unquam, neq; in mendacio conſonare, ſed uni ſemper ueram, alteri ſemper falſam eſſe ſententiam, nunc demonſtrandum eſt uniuerſalibus ueris particulares non poſſe mentiri, falſis autẽ uniuerſalibus poſſe particulares nõ falſa proferre. Dico enim ſi uniuerſalis affirmatio ſit uera, particularẽ quoq; affirmationem ueram futurã, nam ſi falſa eſt, erit uera quæ particulari affirmationi opponitur uniuerſalis negatio, ſed poſita eſt uera affirmatio uniuerſalis. Hoc igitur modo utraſq; ſimul ueras eſſe contingit, affirmationẽ, ſcilicet uniuerſalem, uniuerſalemq; negationem, quod euenire non poſſe monſtratum eſt, non igitur fieri poteſt, ut affirmatiua uniuerſali uera propoſita, particularis affirmatio mentiatur. Rurſus ſi uera eſt uniuerſalis negatio, particularem quoque negationem ueram eſſe concedo, nam ſi falſam quis dixerit, uniuerſalem affirmationem, quę eſt ei oppoſita, uerã neceſſario eſſe fatebitur. At ſi uniuerſalis negatio uera eſſe propoſita eſt, ſimul igitur uniuerſales negationem & affirmationem ueras eſſe contingit, quod fieri non poſſe ſuperius poſita exempla docuerunt. At ſi falſa eſt uniuerſalis affirmatio, particularis uel falſum poterit enũciare uel uerum, quo poſito nihil impoſſibile comitaꝫ, ſiue enim falſa ſit, erit uera negatio uniuerſalis, ſeu uera illa ſit, uniuerſalem negationem falſitas obtinebit. Quod ſit ut falſa uniuerſali affirmatione, uniuerſalis negatio, tum ei falſitate conſonet, tum ab ea ueritate diſcordet, quod non eſſe impoſſibile ſuperioribus docetur exẽplis. Eodẽ quoq; modo & ſi uniuerſalis negatio falſa ſit, particularem negationẽ, uel uerã, uel falſam eſſe poſſibile eſt, neq; idcirco aliquid ſequitur incõgruum. Particulari namq; negatione uera, uniuerſalis

ſalis affirmatio mẽtietur, eadem falſa, uerum uniuerſalis affirmatio pronunciat, quo fit ut falſa uniuerſali negatione propoſita, affirmationẽ uniuerſalem tum uerã, tum falſam rationis demonſtret euentus, quod impoſſibile nõ eſt, rurſus ſi particulares falſæ ſunt, uniuerſalis quoq; falſitas ſequit. Nam ſi particularis affirmatiua pronunciet mendaciũ, uniuerſali quoq; affirmationi falſitas inhęrebit, nam ſi hęc uera eſt, falſa erit ei oppoſita negatio particularis, ſed affirmationem particularem cõſtituimus eſſe mendacẽ, ſimul igitur particularis affirmatio & negatio falſa ſunt, quod eſſe inconueniens præcedens tractatus declarauit. Item, ſi particularis negatio falſa dicat, uniuerſalis quoq; negationis falſitas cõſonabit, nam ſi negatio uniuerſalis uera eſt, falſa eſt oppoſita, quæ eſt affirmatio particularis, quomodo utraſq; particulares affirmationem, ſcilicet, ac negationem ſimul falſas eſſe contingit, quod fieri nõ poſſe prædiximus. At ſi uera ſit affirmatio particularis, falſa uel uera uniuerſalis affirmatio eſſe poteſt, ſed ſi falſa ſit particularis, negationẽ ueram eſſe neceſſe eſt, ſi uera ſit, habebit particularis negatiua mendaciũ. Sed cum uera ſit affirmatio particularis, negationem particularẽ uel falſam eſſe, uel ueram nihil eſt impoſſibile. Rurſus ſi negatio particularis teneat ueritatem, uniuerſalis negatio uel ueritatem tenere poteſt, uel proferre mendacium. Nam ſi uera eſt, oppoſitã affirmationem particularem falſam eſſe manifeſtum eſt, ſi falſa eſt, ueritatem particularis affirmatiua cuſtodiet, quo fit ut ſi particularis negatio teneat ueritatẽ affirmatio, particularis uera uel falſa ſit, quorum neutrum impoſſibile non eſſe præmiſſa docuerunt, atq; hæc quidẽ de uniuerſalibus dicta ſufficiant. Nunc de indefinitis ac ſingularibus diſſeramus, quarũ quidem indefinitæ ſunt, quibus nulla ſignificatio determinationis adiungitur, ſed præter uniuerſalis & particularis intelligentiam quãtitatis proferuntur, ut: homo iuſtus eſt, homo iuſtus non eſt, quibus tametſi (ut dictũ eſt) nulla ſignificatio determinationis adiungitur, uim tamen obtinent particularium propoſitionũ. Namq; ut illæ quas ſubcontrarias in priore deſcriptione ſignauimus, aliàs quidem inter ſe uerũ falſumq; diſtribuũt, aliàs quidẽ inuicẽ ueritate conſpirant, nunquã tamen ſimul uidẽtur poſſe mentiri, ita etiam indefinitæ ſiquidem tale eſt quod enunciat, quod ſubiecto ſemper ineſſe neceſſe ſit, affirmatio eſt uera, falſa negatio, ut in his propoſitionibus, homo animal eſt, homo animal non eſt. At ſi id in indefinitis propoſitionibus efferatur, q; ſubiecti natura non ſuſcipit, negatio quidem uera eſt, ſed affirmatio iuncta eſt falſitati, ut ſi quis dicat: homo lapis eſt, homo lapis non eſt, ut uero utræq; in pronũcianda falſitate conſentiant, non poteſt inueniri. Eadem tamen ab uniuerſalibus affirmatiuis atq; negatiuis, ita diſſentiũt, ut quoquo modo ſubiecta permutes, una ſemper ueritatis, altera ſit ſemper plena mendacij. Exemplum uero huiuſmodi prædicati, quod ſubiecto ſemper inhæreat, hoc eſt, omnis homo animal eſt, homo animal nõ eſt, nullus homo animal eſt, homo animal eſt. Hic indefinitæ ui eadẽ funguntur qua & particularis, huius uero quod nunquã inhæret, hoc eſt, omnis homo lapis eſt, homo lapis non eſt. Nullus homo lapis eſt, homo lapis eſt, in his quoq; indefinitæ uniuerſalibus oppoſitæ per unamquãque oppoſitionem unam ueram, falſam alteram reddiderunt, item quod ſuſcipere ſubiecti naturã ualeat & poſſit ammittere. Omnis homo iuſtus eſt, homo iuſtus non eſt. Nullus homo iuſtus eſt, homo iuſtus eſt, in his etiam indefinitæ particularibus immutatæ ſunt, quæ uniuerſalibus obiecta per unamquãq; propoſitionum aduerſitatem, uni ſemper uerum, alteri diuiſere mendacium. Præterea quoquo modo terminorum exempla ponãtur, ſi affirmationes affirmationibus, negationes negationibus cõparemus, uniuerſalibus ueris indefinitarũ ueritas prouenit, ut cum ueræ ſunt, omnem hominem eſſe animal, & nullum hominem eſſe lapidem, conſtat ueritas indefinitis quæ proponunt, & hominem animal eſſe, & hominem lapidem nõ eſſe. At ſi uniuerſalium falſitas antecedat indefinitarum uel ueritas, uel mendaciũ uariabit, hoc modo. Falſa enim eſt uniuerſalis enunciatio quæ proponit omnem hominẽ eſſe iuſtum, ſed ea quæ dicit, hominem eſſe iuſtũ, renet in humanæ naturæ parte ueritatẽ. Nam ſi nõ habet omnis homo iuſtitiam cum tamen aliquis habeat, uerè dici poteſt, hominem eſſe iuſtũ. Item, cũ proponitur uniuerſaliter. Nullus homo iuſtus eſt, falſum eſt. At ſi id indefinitę denegetur, à ueritate nõ diſcrepat. Nam cum ſit aliquis homo non iuſtus, non mentietur qui pronunciauerit hominem eſſe non iuſtum. Item cum ſit falſa quæ uniuerſaliter affirmat dicens: omnem hominem eſſe lapidem, falſa eſt quæ idem indefinita enunciatio ne confirmat dicẽs: homines eſſe lapidem. Rurſus cum ſit falſa negatio per quã proponit, nullum hominem eſſe animal, falſa eſt indefinita negatio quæ pronunciat, hominem non eſſe animal. Hic quoq; particularium ſimilitudo ſeruata eſt. Nam in ſubalternis uera uniuerſalitas, ueritatẽ particularitatis trahebat. Falſa uero uniuerſalitas nec ueritatis, nec mendacij neceſſitatem particularibus afferebat. Eadem omnia uniuerſalium atque indefinitarum collatione proueniunt. Rurſus indefinitas primum falſas conſtet, uniuerſales quoque neceſſe eſt eſſe mendaces, ut ſi falſum ſit eſſe hominem iuſtum, falſum erit omnem hominem eſſe iuſtum, quandoquidem non capit ueritatem, ſi iuſtus uel unus homo nõ fuerit. Item, ſi indefinita negatio mentiatur, uerum uniuerſalis negatio non habebit, ueluti ſi falſa ſit ea quæ dicit, hominem non eſſe iuſtum, quandoquidem non poteſt uniuerſaliter ab homine denegari, ſi uel uni hominum probabitur adeſſe iuſtitia. At ſi indefinitę ſententiam ueritatis obtineant, uniuerſales tum ueras, tum euenient eſſe mendaces, uelut cum dicimus hominem eſſe iuſtum, uerum eſt. Eſt enim homo qui iuſtitia non careat, huius uniuerſalis negatio mentietur, cũ quis dixerit nullum hominẽ eſſe iuſtum. At ſi id affirmabitur indefinitæ quod à ſubiecto diuelli ſeceríq; nõ poſſit, uera nihilominus erit affirmatiua quę proponit omnem hominem eſſe animal. At ſi id quod ſubiecti naturam non recipit proponit indefinita negatio, ueluti ſi dicat hominem lapidem non eſſe, nihil ab eius ueritate uniuerſalis negatiua diſſentiet, ut ea quæ nullũ animal eſſe proponit. Nihil igitur dubium eſt indefinitas particularibus eſſe cõſimiles, eandemq; uim ueritatis ac falſitatis ſignificationibus obtinere, de quibus ſufficienter dictum eſt. Nunc de ſingularibus explicemus, quæ nihil ſuperioribus ſimiles extant. Illæ namque quoniã cõſtituebant uniuerſale ſubiectum, de quo prædicatum terminum dicerent, idcirco ſuſcipiebãt etiam differentias quantitatis. Nam q uniuerſale eſt & uniuerſaliter & particulariter & indefinitè poterit pronunciari. At hæ quæ unum aliquid ponũt, ſingulariter atque indiuiduè differentias quantitatis habere non poſſunt, atq; ideo ſola in eis relinquitur diſcrepãtia qualitatis, quod hæc quidem affirmatio, illa uero negatio. Semper igitur inter ſe affirmatio & negatio ſingularis uerum falſumq; diſtribuent. Si non cætera impediant quæ ſenſum in alias atq; in alias ſignificationes ſolent deflectere ac detorquere. Cum uero unũ atq; idem prædicatũ atque ſubiectũ in affirmatione & negatione conſtiterit, uno eodemq; ſumptũ tẽpore, uno eodemq; prolatũ modo, ad unũ atq; idem relatũ, de una atq; eadem parte propoſitũ, neceſſe eſt ex his unam ſemper eſſe ueram, alterã ſemper eſſe falſam. Nam ſiue æquiuocos terminos ſumant, ſiue nõ ad idẽ rẽpus procedãt, ſiue alius utriſq; inſit modus, ſiue ad alias partes, uel ad aliquid aliud referant ueras utraſq; eſſe cõtingit. Age enim æquiuocũ terminũ ſumat affirmatio, dicatq; Cato Vticæ ſe remit, negetq; negatio, Cato ſe Vticę non peremit. Hic igitur, utræq; ſunt ueræ, quoniã Cato æquiuocum eſt: Namq; Cato prætorius Vticæ ſibi manus intulit. Cato uero cenſorius minimè. Item proponatur affirmatiua hoc modo. Nocte lucet, negatio reſpõdeat, nocte non lucet. Hic igitur lucere æquiuocũ eſt. Atq; ideo nihil impedit quo minus utræq; in ueritate permaneant. Affirmatio namq; cum dicit lucere nocte, lunę loquitur lucem. Illa uero cum negat, de ſolis luce ſignificat. Hic igitur æquiuocum prædicatum utraſque uerum conſeruare permiſit. Item ſi quis de Socrate proponat dicẽs: Socrates ſedet. Atque alius neget, Socrates non ſedet, utręque ueræ eſſe queunt, ſi ad diuerſa tempora referantur. Poteſt enim nũc quidem Socrates ſedere, alio uero tempore non ſedere. Rurſus ſi quis humani oculi co-

lorem nigrum esse confirmet, aliusq; nigrum non esse cõtendat, utricq; uerũ loquen-
tur, si ad singulas oculi partes affirmatio negatioq; referantur. Nam quod circa or-
bem est qui medius pupulam tenet, album est. Ipse uero orbis niger uisitur. Rursus
si de Socrate inter duos locato quis dixerit: Socrates dexter est, aliusq; respondeat,
Socrates dexter non est, utriscq; constare ueritas potest. Ad eum qui cum sinistra So-
cratis est, dexter est. Ad eum uero cuius leuo lateris pars Socratis dextra coniungi-
tur, dexter nõ est. Item, si quis ouum animal esse cõstituat, aliusq; ouum animal esse
neget, utræq; à ueritate non dissonant. Namque ouum potestate animal est, actu ani-
mal non est, ita igitur inter se singularium subiectorum propositiones uerũ falsumq;
distribuent, ut unam ueritatem necesse sit habere, alteram mendacium. Si neq; quod
subiectum est, neque quod prædicatum, aliqua sit æquiuocatione confusum ad idem
tempus, ad easdem partes, ad eundem modum, eandemq; rem ad quam affirmatio re
tulit, ea quæ proponuntur in negatione afferatur, ut si quis de Socrate pronuncíet,
Socrates caluus est, Socrates caluus non est. Si igitur de Socrate eodẽ affirmatio ne-
gatioq; proponant, si eandem caluitij significationem affirmatio sumpserit & ne-
gatio, si eandem utræq; capitis partem loquantur, si uel actum utræq; potestatemue
significent, si nulla diuersitate temporis erretur. Si non ad alium affirmatio, ad alium
negatio referatur, una semper ueritati cõiuncta est, retinet semper altera falsitatem.
Quoniam de ea cõuenientia propositionum, quæ utrisque simplicibus terminis eo-
demq; ordine captarẽ explicui, nunc de ea participatione dicendũ est, quæ & utros-
que terminos & eundem ordinem seruat, hoc autem (ut dictum est) tribus contingere
modis potest, aut enim prædicatus tãtum, aut subiectus terminus, aut ũterq; cũ ne-
gatione proponit. Ac tum enunciatio uel ab infinito subiecto, uel ab infinito prædi-
cato, uel ab infinitis utrisque cõsistit. Quoties enim nomini negatio subiungitur, no-
men redditur infinitũ. Atq; ideo per oppositionẽ participatio fieri dicitur. Nomini
enim simplici semper infinitum nomen opponitur, ut: homo, non homo, animal, nõ
animal, & cætera quæ cum ita sint, disponantur, simplices atque ex earum natura cæ
teras colligamus. Primo igitur propositionẽ series describat, ea, scilicet, quæ utrisq;
iungitur finitis, propositisq; simplicibus ita ex infinitis omnibus copulatarum pro-
positionum ordo iungatur, ut affirmationes affirmationibus, negationes negationi
bus, aduersis frontibus collocentur.

Omnis homo rationalis est	Omnis non homo non rationalis est
Nullus homo rationalis est	Nullus non homo non rationalis est
Quidam homo rationalis est	Quidam non homo non rationalis est
Quidam homo rationalis non est	Quidã non homo nõ rationalis non est.
Omnis homo Grammaticus est	Omnis non homo non Grammaticus est
Nullus homo Grammaticus est	Nullus non homo nõ Grammaticus est
Quidam homo Grammaticus est	Quidam non homo non Grãmaticus est
Quidã homo Grammaticus nõ est	Quidã nõ homo nõ Grãmaticus non est.
Omnis homo lapis est	Omnis non homo non lapis est
Nullus homo lapis est	Nullus non homo non lapis est
Quidam homo lapis est	Quidam non homo non lapis est
Quidam homo lapis non est	Quidam non homo non lapis non est.
Omnis homo iustus est	Omnis non homo non iustus est
Nullus homo iustus est	Nullus non homo non iustus est
Quidam homo iustus est	Quidam non homo non iustus est
Quidam homo iustus non est	Quidam non homo non iustus non est.

Omnis

Omnis homo risibilis est	Omnis non homo non risibilis est
Nullus homo risibilis est	Nullus non homo non risibilis est
Quidam homo risibilis est	Quidam non homo non risibilis est
Quidam homo risibilis non est	Quidã non homo non risibilis non est.

Harum igitur talis est consociandа falsitate uel ueritate proprietas, ut affirmationes
quidẽ inter se uniuersales particularesq; negationes uel in ueritate, uel in mẽdacio
consentire queant, uel uerum inter se falsumq; diuidere. Si quid enim de subiecto ta-
le prædicetur, quod uel de subiecto nequeat segregari, ut ab homine rationabilitas,
uel à subiecto quidẽ recedere queat, sed subiecti naturam nõ possit æquare, ut homi-
nis Grammaticus, unam ueram, alteram falsam esse proueniet. Nam qui dicit: omnis
homo rationalis est, uerum loquitur, & qui dixerit: omnis non homo non rationa-
lis est, mentietur. Diuinæ namq; substantiç, rationis quidem cõpotes sunt, sed homi-
nes nõ sunt. Item si quis pronũciet, omnis homo Grãmaticus est, falsum dixerit. At
qui proponit, omnis nõ homo non Grammaticus est, uerum dixerit. Nam qui homo
non est, Grammaticus esse non potest. At si id de subiecto prædicetur, quod uel num-
quam subiecto ualeat conuenire, ut lapis homini, uel conueniens ab eo possit absce
dere, cũ sit maius atq; uniuersalius subiecto, ut iustitia homini, simul utriscq; falsitas
prouenit. Nam si quis dicit: omnis homo lapis est, falsam fecerit propositionẽ. Eo-
dem quoq; modo qui dixerit: omnis nõ homo non lapis est, cũ silex homo nõ sit, sed
lapis. Item propositio, omnis homo iustus est, falsa est, cuius sequitur falsitatem,
omnis non homo non iustus est. Nam diuinis substantijs adest semper iustitia, cum
non sit humanitas. At si quid tale de subiecto prædicetur, quod & semper ei copule
tur, neque tamen subiectum possit excedere, ut risibile homini, utrinque sentẽtia in
significandi ueritate cõcurrit, omnis homo risibilis est, uera est, omnis nõ homo nõ
risibilis est, hæc retinet ueritatem. Nam quia risibile hominis proprium est, rectè di-
citur nõ esse risibile quicquid homo non fuerit. Eadem omnia in particulari negatio
ne redditur. Nam siue quę sunt maiora subiecto atque ab eo discedere nequeunt, ut
rationabilitas ab homine, uel quæ discedũt quidẽ, sed sunt maiora subiecto, ut Grã-
maticus homine, de subiecto prædicentur, unam ueram, alteram falsam faciunt. Nam
qui dicit: quidam homo rationalis non est, falsum proposuit, qui uero respõdet, qui-
dam non homo non rationalis non est, uerum loquitur. Diuina quippe substantia
non est quidam homo, sed carere non potest humanæ ratione naturæ. Item, quidam
homo Gramaticus non est, uera est, sed falsa est si dicam: quidã nõ homo nõ Gram
maticus non est. Cum illud sit uerius, quoniam qui homo non fuerit, non potest esse
Grammaticus. At si quę uel nunquam de subiecto possunt uerę prædicari, ut lapis
de homine, uel prędicãtur quidem & sunt maiora subiecto, sed ab eo discedere sepa
ratiq; patiuntur, ut iustitia ab homine, ueras protinus utrasque conseruant. Nam
qui dicit: quidam homo lapis non est, uerum dixerit. At si quis respondeat, qui-
dam non homo non lapis non est, is quoque uerum dixerit, si quidem de silice uel
de huiusmodi cæteris uelit intelligi, quæ cum non sint homines, non lapides non
sunt. Item, quidam homo iustus non est, propositio ueritatem tenet. Sed ne illa qui-
dam falsa est quæ proponit, quendam non hominem non iustum non esse, hoc enim
ut dictum est, diuinis substantijs inuenitur, ut iustitiam teneant, quamuis ab homi-
nis diffinitione seiunctæ sunt. Ităq; si id quod abesse non potest, & sit æquale subiecto,
de eodem subiecto prædicetur, ut risibile homini, incurrit utrisque mẽdacium. Nam
quidam homo risibilis non est, falsa est, cuius falsitati sese æmulam præstat quæ pro-
ponit, quidam non homo non risibile non est, quasi qui homo non sit, possit esse ri-
sibilis. Ita igitur quidem in affirmationibus uniuersalibus & particularibus nega-
tiuis, ueritas falsitasq; & simul aliquoties inuenitur, & inter utrasque diuiditur. Ne-
gationes uero uniuersales & particulares affirmationes nõ simili respondẽt modo.

Sed

Sed negationes quidem uniuerſales, unam uerũ dicere, alteram falſam, ſimul utraſque falſas eſſe poſſibile eſt. Simul autem ueras nunc̃ eſſe contingit. Nam ſi id quod adeſſe ſubiecto non poteſt, prædicetur, ut lapis homini, unam uerã faciunt, alteram falſam, ut eſt: Nullus homo lapis eſt, uera eſt, falſa eſt quæ proponit, nullus non homo non lapis eſt. Omnia quippe animalia præter hominem ita nõ ſunt lapides, ſicut ab hominum natura ſeiuncta ſunt, quicquid uero aliud de ſubiecto prædicetur, neutri cõſtare ueritas poteſt, ut ſi quis proponat: Nullus homo rationalis eſt, falſum dixerit. Aliuſc̃ reſpõdeat, nullus nõ homo non rationalis eſt, hanc quoc̃ conuincit ratio mentiri, equus quippe nõ homo eſt, nec eũ quis dixerit rationis eſſe participẽ, ut autem ſimul ueræ ſint, nullus poterit terminus approbare. Particulares autẽ affirmatiuę in differentiam ueritatis falſitatiſc̃ diſcedũt, quoties aliquid tale de ſubiecto dicitur, quod nunquam poſſit adeſſe ſubiecto, ut lapis, nam ſi quis enunciet, quidam homo lapis eſt, falſa propoſitio eſt. At ſi quis reſpondeat, quidã non homo nõ lapis eſt, tenet cõtrariã ueritatẽ, equus quippe nõ homo eſt, nec lapis eſſe dicẽ, quicquid uero aliud de ſubiecto prædicabitur, eſt eas in ueritatis ſignificationem conuenire, ut: quidã homo rationalis eſt, uera eſt, quidam nõ homo nõ rationalis eſt, huic quoque ueritas conſtat, equus quippe non homo eſt, nec ratione ſubſiſtit, ut uero ſimul falſæ ſint, nullis reperietur exemplis. Ad hunc igitur modum & de cæteris quæ uel ſubiectum, uel prædicatum retinẽt infinitum, ad ueritatis falſitatiſc̃ cõſenſum enunciationum proprietas conſideranda eſt, de quibus modo breuiter quid eueniat tetigiſſe ſufficiat, ſingula uero lectoris exploranda diligentiæ, & per conuenientes terminos rimanda permittimus, diſponantur igitur propoſitiones quæ ex utriſc̃ ſimplicibus terminis conſtant, easc̃ quarũ ſubiectum tantum abnuatur, ex aduerſa parte reſpiciant.

Simplices.	Ex ſubiectis finitis.
Omnis homo rationalis eſt	Omnis non homo rationalis eſt
Nullus homo rationalis eſt	Nullus non homo rationalis eſt
Quidam homo rationalis eſt	Quidam non homo rationalis eſt
Quidam homo rationalis non eſt	Quidam non homo rationalis non eſt.
Omnis homo riſibilis eſt	Omnis non homo riſibilis eſt
Nullus homo riſibilis eſt	Nullus non homo riſibilis eſt
Quidam homo riſibilis eſt	Quidam non homo riſibilis eſt
Quidam homo riſibilis non eſt	Quidam non homo riſibilis non eſt.
Omnis homo iuſtus eſt	Omnis non homo iuſtus eſt
Nullus homo iuſtus eſt	Nullus non homo iuſtus eſt
Quidam homo iuſtus eſt	Quidam non homo iuſtus eſt
Quidam homo iuſtus non eſt	Quidam non homo iuſtus non eſt.
Omnis homo Grammaticus eſt	Omnis non homo Grammaticus eſt
Nullus homo Grammaticus eſt	Nullus non homo Grammaticus eſt
Quidam homo Grammaticus eſt	Quidam non homo Grammaticus eſt
Quidã homo Grammaticus nõ eſt	Quidam non homo Grãmaticus non eſt.
Omnis homo lapis eſt	Omnis non homo lapis eſt
Nullus homo lapis eſt	Nullus non homo lapis eſt
Quidam homo lapis eſt	Quidam non homo lapis eſt
Quidam homo lapis non eſt	Quidam non homo lapis non eſt.

In harum

In harum igitur affirmationibus quidem uniuerſalibus ueritas & falſitas diſtribuit̃, ſiquid tale de ſubiecto prædicetur quod abeſſe nõ poſſit. ſiue illud maius ſit, ut: animal homine, ſiue æquale, ut: riſibile homini. In his enim unam ueram, alteram falſam eſſe neceſſe eſt, quicquid uero præter ea fuerit prædicatum unam ſemper ueritas, alteram ſemper falſitas non ſequetur, ut autem ſimul ueræ ſint nequit oſtendi. Particularium uero in affirmationibus quidem ſiquidem ea prædicentur, quę ualeãt tranſire ſubiectum, ſiue ab eo ſeparari nequeũt, ut: animal ab homine. ſeu poſſint, ut: iuſtitia ab homine, loquitur utrac̃ uera ſententia, quicquid uero præter ea fuerit prædicatũ, unam ueritas, alteram falſitas tenet, falſæ uero ſimul nequeunt inueniri. Negationes uero particulares ſiquidem id prædicent quod à ſubiecto non poſſit abſcedere, ſiue illud maius ſit, ut: rationale homine, ſeu æquale, ut: riſibile homini. uni cõſtabit ueritas, altera mentiet̃. Si quid uero præter ea fuerit prædicatũ, ueras ſemper utraſc̃ conſtat, ut in eas cõmunis falſitas nunc̃ poſſit incidere. Itẽ diſponãtur in ordine primũ quidẽ ſimplices, has è regione reſpiciãt quę ſubiecto ſimplici denegãtur prędicato.

Simplices.	Ex infinito prædicato.
Omnis homo lapis eſt,	Omnis homo non lapis eſt
Nullus homo lapis eſt	Nullus homo non lapis eſt
Quidam homo lapis eſt	Quidam homo non lapis eſt
Quidam homo lapis non eſt	Quidam homo non lapis non eſt.
Omnis homo animal eſt	Omnis homo non animal eſt
Nullus homo animal eſt	Nullus homo non animal eſt
Quidam homo animal eſt	Quidam homo non animal eſt
Quidam homo animal non eſt	Quidam homo non animal non eſt.
Omnis homo riſibilis eſt	Omnis homo non riſibilis eſt
Nullus homo riſibilis eſt	Nullus homo non riſibilis eſt
Quidam homo riſibilis eſt	Quidam homo non riſibilis eſt
Quidam homo riſibilis non eſt	Quidam homo non riſibilis non eſt.
Omnis homo iuſtus eſt	Omnis homo non iuſtus eſt
Nullus homo iuſtus eſt	Nullus homo non iuſtus eſt
Quidam homo iuſtus eſt	Quidam homo non iuſtus eſt
Quidam homo iuſtus non eſt	Quidam homo non iuſtus non eſt.
Omnis homo Grammaticus eſt	Omnis homo non Grammaticus eſt
Nullus homo Grammaticus eſt	Nullus homo non Grammaticus eſt
Quidam homo Grammaticus eſt	Quidam homo non Grammaticus eſt
Quidã homo Grammaticus nõ eſt	Quidam homo non Grãmaticus nõ eſt.

Harum igitur affirmationes uniuerſales, ſiquidem prædicent quod ſubiecto nequeat conuenire, ut: lapis homini, uel à ſubiecto, cum ſit æquale uel ſit maius, nõ poſſit abſcedere, ut: animal uel riſibile ab homine, unã ſemper neceſſe eſt ueritatem, alteram proferre mẽdacium, quicquid uero præter ea fuerit prædicatum, utriſc̃ falſitas inuenitur, ut ad ueritatem cõuenire non poſſint. Negationes uero uniuerſales ſiquidem id de ſubiecto prædicent, quod ſubiecto adeſſe poſſit & abeſſe, ita ut excedat. ut uirtus hominẽ, uel id c̃ adeſſe quidẽ queat, ſed non poſſit adæquare ſubiectũ, ut Grammaticus hominem, utrc̃ in falſitate communicant. Quicquid uero aliud fuerit prędicatum, unam ueritas, alteram falſitas conſequetur, ut autem ſimul ueræ ſint, nequit oſtẽdi. Particularium uero affirmationes quidem ſimul ueræ ſunt, ſi id quod uel

adeſſe

adesse possit uel abesse prædicetur, siue illud maius sit, ut iustitia homine, seu minus, ut Grāmaticus ab homine. Si quid uero aliud fuerit prædicatum, ueritas in eas ac falsitas distribuitur, ita ut nunquā cōmunem consonent falsitatem. Particulares quoq; negatiuæ in similibus terminis ueritate cōcordant. Nam si quod adesse uel abesse potest, siue illud maius sit, ut iustus ab homine, siue minus, ut Grāmaticus ab homine, de subiecto prædicetur, ueritas utrisq; cōstabit. In alijs uero cunctis prędicationibus uni ueritas, alteri falsitas cedit. Nunquam tamen utræq; in prodenda falsitate cōsentient. Præter hanc autem inter se conuenientiam propositionum, habent aliquid hæ proprium quæ prædicatum adiecta negatione pronuntiant, quod cæteris inesse non possit. Affirmationes namq; negationibus, negationesq; affirmationibus, quarum uniuersalis est propositio. Itemq; particulares affirmationes negationibus, negationes affirmationibus ita conueniunt, ut nunquam neq; in falsitate, neq; in ueritate discordent. Conuenientiū autē ordinem seriemq; describimus, quas si quis in superius posita respexerit, uidebit angulariter conuersas.

Omnis homo rationalis est	Conueniunt	Nullus homo non rationalis est
Omnis homo nō rationalis est	Conueniunt	Nullus homo rationalis est
Quidā homo nō rationalis est	Conueniunt	Quidam homo rationalis non est.
Quidam homo rationalis est	Conueniunt	Quidam homo nō rationalis nō est.

Quod idcirco in his tantum uidetur euenire, quòd de eodem subiecto uterq; intelligitur ordo oppositionis. Nam quæ dicit, omnis homo rationalis est, de homine rationale prædicauit. Item quæ proponit, omnis homo non rationalis est, de eodē homine rationale seiunxit, ut meritò simplices affirmationes negationi cōsentiant. At non in alijs intelligitur idem esse subiectum. Nam & illa quæ proponit, omnem non hominē esse rationalem, & illa quæ enūciat, omnem non hominem esse non risibilem, de homine non loquuntur, sed quolibet alio quod hominis negatione relinquitur. Atque ideo uelut extraneæ atq; à semet alieneę, nec in ueritate possident aliquam nec in falsitate concordiam. Indefinitas autem propositiones, quoniam particularibus similes esse monstrauimus, adiungendas superioribus non putaui. Id enim indefinitis necesse est esse euenire, quod particularibus solet incurrere. Expeditis igitur his propositionibus quæ ex utrisq; communicant terminis atque eodem ordine collocatis, nunc eam propositionum cōuenientiam uel participationem loquamur, quæ in utrisq; quidem terminis conuenientia, sed ordinis commutatione consistunt, cuius disceptationis hic finis est, de propositionū conuersione docuisse, quidē enim est aliud propositiones mutato ordine cōuenire utrisq; terminis nisi propositiones conuertiq; Conuerti autē uel sibi, uel alijs propositiones dicūtur, quoties mutato ordine teminorum, id est, quod subiectū fuerat prædicato, & quod prædicabatur ante subiecto, ueritatem simul obtinent uel falsitatē. De quibus plenissimè hic disputandi sumemus exordium. Quatuor propositiones esse prædiximus, quæ habeant differentias quantitatū & utrisq; terminis absq; ordinis permutatione participant. Hęuero sunt affirmatio uniuersalis, negatio uniuersalis, affirmatio particularis, negatio particularis. Harū igitur particularis affirmatio, particulariter quidē sibijpsa cōuertitur, uniuersali autē affirmationi per accidens, & rursus uniuersalis negatio, loco principe sui recipit cōuersionem, ad particularē uero negationē per accidens cōuerti potest. Affirmationis uero uniuersalis ad se ipsam perpetua non potest esse conuersio, ad particularē uero affirmationē per accidens potest. Nec uero negationis particularis ad seipsam principaliter stabilis ac firma cōuersio est. Sed negationi uniuersali secūdo loco atq; accidentaliter. Quæ omnia facilius declarātur exemplis. Affirmatio enim particularis, ut ea quæ proponit. Quidā homo albus est, facilè sibijpsa conuertitur, si dicamus: Quoddam album homo est, atq; in utrisque simul ueritas constat.

At si quis proponat quendā hominem esse lapidem, eamq; cōuertat dicens: Quendam lapidem esse hominem, manśit in utrisq; mendacium. Hoc igitur modo affirmatio particularis sui recipit conuersionem. Item negatio uniuersalis conuerti potest, ut si quis enunciet, nullum hominem esse lapidem, eandemq; conuersis terminis dicat, nullum lapidem esse hominem, simul ueritatem tuentur. At si quis dicat, nullum hominem esse animal, atq; eandem sub terminorum conuersione proponat dicens: nullum animal esse hominem, neutra suam perdidit falsitatem. Hoc igitur modo uniuersalis quoq; negatio sibijpsa cōuertitur, uniuersalis uero affirmatio non tenet perpetuam cōuersionem, quamuis enim quoties de speciebus propria prædicantur, conuerti uniuersales affirmationes queāt, ut si quis dicat: Omnis homo risibilis est, potest terminorum ordinem permutare. Omne risibile esse hominem, tamen non est hæc æqualis atq; in omnibus terminis fida conuersio, quid enim cum quis ita proponit? Omnis homo animal est, nūquid cōuertere uerè potest, ut omne animal hominē esse pronunciet? Quare cum aliquoties uniuersalis affirmatio conuersa propriam non teneat ueritatem, dicitur conuersionis naturam non posse suscipere. Negatio quoq; particularis interdum uidetur posse conuerti, ueluti si quis enunciet. Quendam hominem lapidem non esse, uerum loquatur, cum dixerit: Quendā lapidem hominem non esse, sed est instabilis & incerta conuersio, nam cum quidam homo Grammaticus non sit, falsum est dicere quendam Grammaticum hominem non esse. Ita igitur hæc quoque conuersio protinus à sua ueritate deficit. Superius igitur propositarum quatuor enunciationum, duæ quidem oppositæ, id est, particularis affirmatio & uniuersalis negatio conuersionem sui firmam perpetuamq; suscipiunt. Duæ uero oppositę, id est, affirmatio uniuersalis & negatio particularis conuersionis non tenent firmitatē, sed quia uniuersalis affirmatio quæ in sui conuersione uidetur instabilis, si uera est, particularem quoq; affirmationem uerā esse necesse est. Si autem particularis affirmatio conuersa non ammittit propriam ueritatem, uniuersalis quoque affirmatio conuersa particulari affirmationi eandem ueritatem sonabit, uelut his exemplis probabitur. Si quis enim proponat, omnem hominem esse animal, uerū dixerit, huius subalterna particularis affirmatio, quendam hominem esse animal. ea quoq; uera est, quoniā uniuersalis affirmationis ueritas antecessit. Sed eandem conuerti sibi uerissimè potest, dicitur enim quoddam animal esse hominē. Quocirca affirmatio uniuersalis quæ proponit, omnem hominem esse animal, & conuersa particularis affirmatio quæ pronunciat, quoddam animal esse hominem, utræque simul à ueritatis significatione non deficiūt. Ita igitur uniuersalis affirmatio quæ sui conuersionē perpetuam ferre non poterat, per accidens particulari affirmationi conuersa est. Per accidens autē ideo quoniā particularis affirmatio principe sibijpsa loco couertitur, cōuersæ autem particulari affirmationi uniuersalis affirmatio eandē retinet in ueritate sententiam. Eadem ideo est etiā uniuersalis negationis, quæ quoniā ipsa principaliter conuerti potest, conuersæq; negationi uniuersali illa quæ subalterna est, eandē ueritatis refert sententiam. Particularis negatio conuersa ad ueritatis significationē poterit conuenire, ut si quis nullum hominē esse lapidem confirmet, & huius cōuersio est, nullum lapidem esse hominem, quę cum uera præcedat, subalternæ particularis negatiuæ perficit ueritatem, ea uero est, quidam lapis homo non est, quę cōparata uniuersali negationi quæ dicit, nullum hominem esse lapidem, quamuis terminis discrepans, tamen similis ueritate proponitur. Igitur particularis negatio quę sibijpsi conuerti non poterit, uniuersali negationi per accidens conuerti potest. Per accidens autem idcirco quoniā uniuersalis negatio in seipsam priore loco conuerti potest. Per cōuersionem autem sui cum particulari negationi, similem ueritatis uidetur obtinere sententiam. Itaq; concludendū est particularē quoq; affirmationem uniuersalemq; negationem cōuersionem sui firmam ac stabilem custodire. Affirmationem autem uniuersalem particularemq; negationē in conuertendo firmas esse non posse,

posse, sed hanc affirmationi particulari, illam uniuersali negationi per accidẽs, posse conuerti. Restat nunc de ea propositionum conuenientia uel participatione disserei, in qua utrinq; terminorum ordine permutato, uni uel utriq; eorum negatiuũ copulatur aduerbium. Atq; in his enũciationibus conuerti termini per oppositionẽ dicuntur, unusquisq; enim terminorũ negatione præposita terminis simpliciter pro nũciatis uidetur oppositus. Huius uero participationis est triplex modus, aut enim prædicato tãtum termino, negatio iungitur, aut subiecto, aut utriq; termini denegantur, primum igitur suppositа descriptione pandantur exempla. Post autem quemadmodum se habent ad ueritatis falsitatisue consensum consequentis ordine disputẽ. Ac primum quidem de hac differemus, cuius subiectum prædicatumq; negatur. Post uero cuius subiectum solum, postremo cuius qui prædicatur terminus cum negatione profertur. Atq; earum quidem naturam atq; ordinem ex simplicibus informabimus. Simplices autem in quantitatum differentijs constitutas, quatuor esse monstrauimus. Sit igitur prima quidẽ affirmatio uniuersalis quæ proponat, omnẽ hominem esse animal, aduersum hanc collocetur affirmatio uniuersalis, quæ non solum cõuersis terminis enuncietur, uerum in unoquoq; termino negatiuum aduerbium habeat adiunctum hoc modo: Omne non animal nõ homo est. Rursus proponatur uniuersalis negatio, ea quæ est, nullus homo animal est, huic aduersum teneat locũ uniuersalis negatio terminis cũ negatione conuersis, id est, nullum non animal non homo est. Itẽ sit particularis affirmatio simplex. Quidã homo animal est, huic terminus atque ex aduerso referatur particularis affirmatio, quæ commutatis in ordinem terminis negationes utriusq; gestet oppositas, ut est: Quoddam non animal nõ homo est. Item sit particularis simplex negatio quæ proponat. Quendã hominem animal non esse, hanc ex aduerso respiciat particularis negatio, quæ permutatis ad ordinẽ terminis aduerbium negationis adiecerit, ut est: Quoddam nõ animal, non homo nõ est.

Simplices.	Conuersę utriusq; infinitis.
Omnis homo animal est	Omne non animal non homo est
Nullus homo animal est	Nullum non animal non homo est
Quidam homo animal est	Quoddam non animal non homo est
Quidam homo animal non est	Quoddam animal non homo non est.

Sed quanquam huiusmodi participationis plures esse differentias nouerimus, ad instructionem tamen Categoricorum syllogismorũ de hac tantum proposuisse sufficiat, quarum quidem propositionũ pars ex simplicibus nominibus constat, pars uero ex infinitis. Nã propositio uniuersalis, quæ est, omnis homo animal est, ex utrisque nominibus finitis constat. Namq; & homo & animal finita nomina esse manifestum est. Ea uero affirmatio quæ proponit, omne non animal non hominem esse infinitorum terminorum positione coniuncta est. Non animal enim & nõ homo nomina esse infinita, in nominis diffinitione prædiximus, quæ quidem sese ad ueritatis falsitatisue rationẽ sic habent, ut enim negationibus adiunctis infinita nomina simplicibus opponũtur, ita etiam cõuersio propositionum è cõtrario contingit ẽq; pauloante in simplicibus habebatur. In illis enim affirmatio uniuersalis particularisq; negatio cõuersionem stabilem non tenebant. Affirmatio autem particularis atq; uniuersalis negatio conuersæ certissimè tuebantur uel in ueritate, uel in falsitate cõsensum. Hic omne diuersum est. Vniuersalis namque affirmatio, & particularis negatio per oppositionem sibiipsa cõuertitur, uniuersalis autem negationis & particularis affirmationis non est ad ueritatis falsitatisue consensum fida conuersio. Ac primũ de uniuersali affirmatione tractemus, quæ cum in simplicibus uera sit, ueritatem quoq; per oppositionem conuersa custodit, ut ea quæ dicit, omnem hominem esse animal, uera est,

est, atque illi per oppositionem conuertitur, idest, omne non animal non homo est, eam quoq; ueram esse necesse est. Propositionis autem huius ista sententia est, quoniam non est homo, quicquid animal non est, quod uerum esse nullus ignorat. Item si sit falsa uniuersalis affirmatio in simplicibus terminis constituta, falsa quoq; eius per oppositionem probabitur esse cõuersio, nam cum dicimus: Omnis lapis animal est, falsa est, atq; illi per oppositionẽ conuertitur, idest, omne non animal non lapis est, eãquoq; falsam esse necesse est. Id enim ex tali enũtiatione sentitur, quoniam quicquid animal non fuerit, id lapis non est, quod apertissimè falsum est, cum lapis ipse animal non sit, quod si uniuersalis affirmatio terminorum oppositionem conuersa sibimet in ueritate conuenit & in falsitate, non est dubium quin uniuersalis simplex affirmatio stabili per oppositionem cõuersione monstretur. Idem de simplici etiam particulari negatione dicemus. Nam cum hæc falsa est, ut ea quæ dicit. Quidã homo animal non est, illa quoq; falsitatem tenebit, quæ huic terminorum oppositione cõuertitur, ut ea quæ proponit. Quoddam non animal non homo non est. Id enim ex hac enuntiatione colligitur, quod res quæ non sit animal, sit homo. Etenim hoc est esse hominem, quod non esse non hominem. At si uera sit negatio particularis ex simplicibus terminis iuncta, ut est quidam lapis animal non est, non decrit ueritas cum terminorũ oppositione conuersæ quæ proponit. Quoddam non animal non lapidem non esse. Id enim conuersio ita significat, quod res quædã quæ animal non sit, lapis sit, hoc est enim esse lapidem, quod non esse non lapidem, quod si particularis simplex negatio per oppositiones propriæ conuersioni & in ueritatis & in falsitatis significatione cõcordat, non est dubium particularem simplicem negationem certo sibi ac stabili modo per oppositionem terminorum posse conuerti. In negatione uero uniuersali non est perpetua neq; fida conuersio. Quod quidem fallere poterit, si quis ad solam respiciat conuenientiam falsitatis. Nam cum sit falsa simplex uniuersalis negatio quæ proponit, nullum hominem esse animal, falsa est quæ ei per oppositionem conuertitur, ut est, nullum non animal non homo est. Id enim ex hac propositione mõstratur, quoniam omne quod animal non est, id homo est, hominem esse significat, quicquid animal non sit, quæ proponit, nullum esse non hominem, qui animal nõ sit. Sed hic in falsitate consensus ad ueritatem usq; non peruenit. Age enim sit uera simplex uniuersalis negatio, nullus homo lapis est, non uera potest esse, nullus non lapis nõ homo est. Id namq; designat ista conuersio, quoniam quicquid lapis non fuerit, id homo est, hominẽ namq; esse designat quod lapis non sit, qui pronuntiat nullũ esse non hominẽ, quod lapis non est, quod apertissimè falsum est, quamuis enim multa proferam quæ cum lapides non sint, tamen ab hominum natura seiuncta sunt, ut equus, arbor, atq; alia plurima. Si igitur negatio uniuersalis per oppositionem propriæ conuersioni in falsitate quidem conuenit, nec tamen in ueritate consentit, rectè pronuntiatur conuersionem perpetuam, atq; æquabilem non habere. Eadem quoq; ratio est in affirmatione simplici particulari. Nam in hoc quoq; sæpe error deprehenditur, ut certæ propositionum conuersiones putentur, si quis non ad falsitatis quoque, sed ad solam cõueniẽtiam ueritatis aspiciat. Nam cum affirmatio simplex particularis uera sit, ut est quidam homo animal est, si huius termini cum oppositione conuertantur, fiatq; propositio. Quoddam non animal non homo est, à ueritate non discrepat. Quid enim aliud enuntiatio ista designat quàm esse rem aliquam, quæ cum animal non sit, ne homo quidem sit, ut lapis simul & animalis & hominis natura deficiat. Sed hic in ueritate consensus ad falsitatem usq; non tendit. Quid enim si sit falsa simplex affirmatio particularis, ut est, quidam homo lapis est, non erit eius per oppositionem falsa conuersio, quidam non lapis non homo est. Atqui hæc firma ueritate cõsistit, id enim ex hac propositione datur intelligi, quod sit quidam quod cum lapis non sit, ne homo quidem sit, ut equus atque arbor, quæ neq; hominis, neq; lapidis diffinitione claudun-

tur, quòd si particularis affirmatio dum per oppositionem cõuertitur, in ueritate qui-

dem tenet ſecum ipſam concordiam. In falſitate autem ſibimet ipſa diſſenſit, rectum eſt pronuntiare quod termini negatione cõiuncta conuerſionem firmam, ſtabilemq; ue non teneant. Quare cum in ſimplicibus, ac præter oppoſitionem cõuerſionibus, uniuerſalis quidem negatio particulariſq; affirmatio perpetua, fidaq; terminorum permutatione uertantur. Affirmatio uero uniuerſalis, particulariſq; negatio minimè dum per terminorum oppoſitionem, ſimplex propoſitio ſibi ipſa conuertitur, omnia ut (dictum eſt) aduerſa ratione cõtingunt, uniuerſalis namque affirmatio & particularis negatio, firmam negatarum partium retinent cõuerſionem. Vniuerſalis autem negatio in falſitate quidẽ rectè ſibi ipſa conuertitur, In ueritate autẽ ſibi ipſa diſcordat. Particularis autem affirmatio in ueritate quidem ſibi conuenit, ſed in falſitate diſſentit. Similis autem contemplatio eſt in his quæ conuerſo ordine terminorum prædicato tantum uel ſubiecto, ſibi copulant negationem, in quibus, ut in ſuperioribus quoque fecimus, propoſitionum tantum ordinem deſcribemus, & quid eueniat ſub breuitate monſtrabimus. Perquirenda, atq; examinanda ſingula, lectoris diligentiæ derelinquentes. Deſcriptis ergo ſimplicibus, ex aduerſa parte, quæ conuerſo ordine, prædicatum cum negatione pronunciant, conferantur.

Simplices.	Conuerſæ de prædicato infinito.
Omnis homo animal eſt	Omne animal non homo eſt
Nullus homo animal eſt	Nullum animal non homo eſt
Quidam homo animal eſt	Quoddam animal non homo eſt
Quidam homo animal non eſt	Quoddam animal non homo non eſt
Omnis homo iuſtus eſt	Omnis iuſtus non homo eſt
Nullus homo iuſtus eſt	Nullus iuſtus non homo eſt
Quidam homo iuſtus eſt	Quidam iuſtus non homo eſt
Quidam homo iuſtus non eſt	Quidam iuſtus non homo non eſt
Omnis homo grammaticus eſt	Omnis grammaticus non homo eſt
Nullus homo grammaticus eſt	Nullus grammaticus non homo eſt
Quidam homo grammaticus eſt	Quidam grammaticus non homo eſt
Quidam homo grãmaticus nõ eſt	Quidam grãmaticus non homo non eſt
Omnis homo lapis eſt	Omnis lapis non homo eſt
Nullus homo lapis eſt	Nullus lapis non homo eſt
Quidam homo lapis eſt	Quidam lapis non homo eſt
Quidam homo lapis non eſt	Quidam lapis non homo non eſt
Omnis homo riſibilis eſt	Omne riſibile non homo eſt
Nullus homo riſibilis eſt	Nullum riſibile non homo eſt
Quidam homo riſibilis eſt	Quoddam riſibile non homo eſt
Quidam homo riſibilis non eſt	Quoddam riſibile non homo non eſt

Harum igitur in affirmationibus quidem uniuerſalibus ſi ea de ſubiecto prædicentur, quæ & adeſſe & abeſſe contingant, ſiue illud ſubiecto maius ſit, ut iuſtitia homine, ſiue minus ut grammaticus homine, uel ſi ea quæ omnino adeſſe nõ poſſunt, ut lapis homini ſimul ſemper falſas eſſe neceſſe eſt. Si quid uero præter hæc fuerit prædicatum, unam ueram, falſam alteram eſſe proueniet, nunquam uero utriq; ueritas conſonabit. In negationibus uero uniuerſalibus ſiquidẽ ea de ſubiecto prædi-

dicentur quę à ſubiecto ualeant ſegregari, ſiue illa maiora ſint, ut iuſtitia homine, ſiue minora ut eodem homine grammaticus, utriſq; aderit falſa ſententia. Quicquid uero reliquorum fuerit prædicatum uni uerum, alteri faciet adeſſe mendacium. Nunquam uero in his concors ueritas inuenitur. In particularibus uero affirmationibus ſiquidem ea prædicentur, quæ cum ſeparari poſſint, tum uel maiora ſunt, ut iuſtus homine uel minora, ut grammaticus homine, communis affirmationes ueritas obtinebit. Alia uero quælibet prædicatio unam ueram, alteram ſemper faciet eſſe mendacẽ, ſed nunquam communiter mentientur. In negationibus uero particularibus hic modus eſt, ut ſiue ea quæ adeſſe non poſſunt, ut lapis homini, ſiue quę poſſunt ac poterũt ſegregari, cum tamen eorum aliud maius ſit, ut iuſtitia homine, aliud minus, ut grammaticus homine, prædicentur, ueritas utriſq; conſtabit. Quicquid uero abſq; his prædicabitur, ueritatem uni, alteri diuidet falſitatem, ſimul tamen falſas eſſe non euenit. Item deſcriptio ſupponatur quæ priore parte ſimplicibus collocatis, eas quæ conuerſo ordine ſubiectum cum negatione proponunt, contraria fronte conſtituat.

Simplices.	Conuerſæ de ſubiecto infinito.
Omnis homo animal eſt	Omne non animal homo eſt
Nullus homo animal eſt	Nullum non animal homo eſt
Quidam homo animal eſt	Quoddam non animal homo eſt
Quidam homo animal non eſt	Quoddam non animal homo non eſt
Omnis homo riſibilis eſt	Omne non riſibile homo eſt
Nullus homo riſibilis eſt	Nullum non riſibile homo eſt
Quidam homo riſibilis eſt	Quoddam non riſibile homo eſt
Quidam homo riſibilis non eſt	Quoddam non riſibile homo non eſt
Omnis homo lapis eſt	Omnis non lapis homo eſt
Nullus homo lapis eſt	Nullus non lapis homo eſt
Quidam homo lapis eſt	Quidam non lapis homo eſt
Quidam homo lapis non eſt	Quidam non lapis homo non eſt
Omnis homo iuſtus eſt	Omnis non iuſtus homo eſt
Nullus homo iuſtus eſt	Nullus non iuſtus homo eſt
Quidam homo iuſtus eſt	Quidam non iuſtus homo eſt
Quidam homo iuſtus non eſt	Quidam non iuſtus homo non eſt
Omnis homo grammaticus eſt	Omnis non grammaticus homo eſt
Nullus homo grammaticus eſt	Nullus non grammaticus homo eſt
Quidam homo grammaticus eſt	Quidam non grammaticus homo eſt
Quidã homo grammaticus non eſt	Quidam non grammaticus homo nõ eſt

Superius igitur deſcriptarum enunciationum affirmatione quidem uniuerſales, ſi ea de ſubiecto prædicentur quæ ab eo nunquam ualeant amoueri, ſiue illud maius ſit, ut animal homine, ſeu æquale ut riſibile homini, ſeu tale quod ſubiecto nullo modo poſſit obtingere, ut lapis homini, uni ueritatem diſpartient, alteri falſitatem. At ſi quod abſq; his prædicabitur utraſq; falſitas obtinebit. Communi autem propoſitionũ ueritati locus eſſe non poterit. At in negationibus quidem uniuerſalia & maiora prædicentur. Seu ea quæ relinquere ſubiectum nequeant, ut animal hominem, ſeu quæ poſſint ut iuſtitia hominem, utriſque falſitas inhærebit. Alia quælibet prædicamenta unã ueram faciunt, alteram falſam, ita ut communis utraque ueritatis nõ poſſint eſſe par-

ticipes, at in particularibus affirmationibus quidem. Siquidē maiora de ſubiecto prædicentur, quæ uel nunquam ſubiecti coniunctione diſcedant, ut animal homine, uel etiam ſegregentur ut iuſtitia ab homine, reſpondebit utraq; ueritatem, cæteræ uero prædicationes ueritatem, propoſitionibus falſitatemúe diſtribuunt in commune participantibus falſitatem. Particulares uero negationes, ſiquidem ea prædicent quæ poſſint à ſubiecto ſeparari, ſiue illud maius ſit, ut iuſtitia homine, ſeu minus, ut grammaticus homine, ueras utraſq; eſſe neceſſe eſt. Si quid uero extra prædicabitur uniuerſales, oportet uerum, alteri adeſſe mendacium, ut ſimul falſæ nequeant inueniri. Atque hæc quidem de his propoſitionibus, quæ cum determinatione proferunt dicta ſunt. Quę uero indefinitæ ſunt, quoniam particularium proprietatibus adæquantur, eadem omnia comparatæ uniuerſalibus obtinebūt, quę in ſuperiore deſcriptione particularium propoſitionum ordo ſeruauit. Reſtarent ſubiectorum ſingularium propoſitiones, dequibus quoniam et longum eſt dicere & nihil ad operis propoſiti affert utilitatem, & ſibiipſe exemplo earum quas ſuperius propoſuimus, eaſdem lector inueniet, prætereundum uidetur.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRICII ORDINARII, ET CONSVLARIS VIRI DE SYLLOGISMO CATEGORICO, Liber I.

VIta græci ueteres poſteris ſuis in conſultiſſimis reliquere tractatibus, in quibus prius quàm ad res denſa caligantes obſcuritate uenirent, quaſi quadam intelligentiæ luciſatione præludunt, hinc per introductionem eſt facilior diſcibilioŕq; doctrina, hinc per ea quę illi προλεγόμενα uocant, nos prædicta uel prædicenda poſſumus dicere, ad intelligentiam promptior uia munitur. Hanc igitur prouidentiam non exoſus ſtatui, ego quoque in res obſcuriſſimas aliquem quodammodo pontem ponere mediocriter quicque delibans, ita ut ſi quid breuius dictum ſit, id nos dilatione ad intelligentiam porrigamus, ſi quid ſuo more Ariſtoteles nominum, uerborum'que mutatione turbauit, nos intelligentiæ ſeruientes ad conſuetum uocabulum reducamus, ſi quid uero ut ad doctos ſcribens ſumma tantum tangens deſignatione monſtrauit, nos id introductionis modo aliqua in eas res tractatione diſpoſita perquiramus, ſed ſi qui ad hoc opus legendum acceſſerint ab his petitum ſit, ne in his quæ nunquam attigerint, ſtatim audeant iudicare, neue ſi quid in puerilibus diſciplinis acceperint, id ſacroſanctum iudicent. Quandoquidem res teneris auribus accommodatas ſæpe Philoſophiæ ſeuerior tractatus eliminat, ſi quid uero in his non uidebitur ne ſtatim obſtrepant, ſed ratione conſulta, quid ipſi opinentur, quidúe nos ponimus, ueriore mentis acumine, & ſubtiliore pertractata ratione diiudicent. Et hi quidem ſic. Nos (enim ut arbitror) ſuffecimus eos commentarios, de quibus hæc nos protulimus, deguſtent blando fortaſſe ſapore ſubtilitatis eliciti, quamuis infrenis & indomiti creatores ſint, tamen ueterum uirorum inexpugnabilibus auctoritatibus acquieſcent, ſi quis uero græcæ orationis expers eſt in his, uel ſi qua aliorum ſunt ſimilia deſudabit. Itaq; hęc huius prohœmij lex erit, ut

forum noſtrum nemo non intellecturus, & ob id culpaturus inſpiciat, ſed ne prohœmijs nihil afferentibus tempus teratur, inchoandum nobis eſt illo prius depulſo periculo, ne à quoquam ſterilis culpetur oratio. Non enim eloquentiæ compoſitiones, ſed planitiem cōſectamur, qua in re ſi hoc efficimus quamlibet incompte loquēres, intentio quoque noſtra nobis perfecta eſt. Sed quoniam ſyllogiſmorum ſtructura nobis eſt hoc opere explicanda, ſyllogiſmis autem prior eſt propoſitio, de propoſitionibus hoc libello tractatus habebitur. Et quoniam propoſitionis partes ſunt nomen & uerbum, pars autem ab eo cuius pars eſt, prior eſt, de nomine & uerbo, quæ prima ſunt, diſputatio prima ponatur. Nomen eſt uox deſignatiua ad placitū ſine tempore, cuius nulla pars extra deſignatiua eſt, uox autem dictum eſt, quia uox nominum genus eſt. Omnis autem diffinitio à genere trahitur, ut ſi diffinias hominem, animal dicis, id eſt, genus. Poſt uero rationale, id eſt, differentia. Deſignatiua uero dicta eſt, quia ſunt uoces quædam, quæ nihil ſignificant, ut ſunt ſyllabę. Nomen uero deſignat, id cuius eſt nomen. Ad placitum uero quia nullum nomen aliquid per ſe ſignificat, ſed ad ponentis placitum. Illud enim unaquęque res dicitur, quod ei placuit, qui primus rei nomen illud impreſſit. Sunt enim uoces naturaliter ſignificantes, ut canum latratus, iras canum ſignificat, & alia eius quædam uox, blāndimenta, ſed non ſunt nomina, quia non ſunt ad placitum ſignificantes, ſed natura. Sine tempore uero, quod uerba quidem uoces ſunt deſignatiuæ & ſecundum placitum, ſed diſtant, quod nomina ſine tempore ſunt, uerba cum tempore. Cuius nulla pars extra deſignatiua eſt, nomen ab oratione diſiungit, quòd oratio & ipſa uox eſt, & deſignatiua, & ſecundum placitum, & aliquoties ſine tempore eſt, ſed orationis partes ſignificant, nominum uero minimè. In Ciceronis enim nomine nulla extra pars deſignatiua eſt, neque ci, neque ce, neque ro. Neque ſi ex duobus integris nomina ſint, Quod enim in uno conſignificat, id extra non ſignificat. In nomine enim magiſter, magis & ter conſignificant, quia eſt magiſter. Sublatum uero ter & magis non erit alicuius ſignificatio, niſi tibi hoc alij nomen dare placuerit. Omnia enim nomina non naturaliter ſunt, ſed ad placitum ponuntur. Sed de hoc in commentario libri περιερμενίας Ariſtotelis dictum eſt, & maior eius rei tractatus eſt, quàm ut nunc queat expediri. Reuertamur igitur ad nomen, ſed quoniam ſunt quędam uoces, quę & deſignatiuæ ſunt, & ſecundum placitum & ſine tempore, quarum dubia ſit natura, id eſt, non homo. Hoc enim ſignificat quiddam & ſecundum placitum. Impoſitū eſt enim, ſed dubium eſt, cui ſubdi poſſit. Nomini enim non poteſt. Omne enim nomen ſignificat aliquid definitum. Non homo autem quod definitum eſt perimit. Oratio uero dici non poteſt. Omnis enim oratio ex nominibus & uerbis conſtat. Non homo autem, neq; ex nominibus conſtat, neq; ex uerbis, ſed multo magis eſſe non poteſt uerbum. Omne enim uerbum cum tempore eſt, non homo uero ſine tempore eſt. Quid ſit ergo ita uidendum eſt. Et quoniam non homo uox ſignificat quiddā quid autem ſignificet in homine ipſo non continetur. Poteſt enim nō homo & equus eſſe & lapis & domus, & quicquid homo non fuerit, quoniam ea quæ ſignificare poteſt infinita ſunt, infinitum nomen uocatur. Et quoniam ſunt quædam uoces et deſignatiuæ & ad placitum, & definitæ, & quarum partes extra nihil ſignificāt, ut ſunt caſus nominum, ut Ciceronis & Ciceroni & cætera. hæc nomina non erunt. Omne enim nomen iunctum cum eſt uerbo, aut uerum, aut falſum demonſtrat. Vt ſi dicas, dies eſt, hoc uero aut uerum, aut falſum eſt. Si uero caſum iungas, neq; uerum, neque falſum efficis. Si enim dicas, dici eſt, nihil quod ſit, aut nō ſit, demonſtraſti. Itaq; nihil ex hoc neque uerum neq; falſum efficies. Et merito dictum uidetur. Quod enim primo uocabulum, nomina rebus imponentes dixerunt, id ſolum nomē uocabitur merito. Qui enim primus circo circum nomē impoſuit, ita dixiſſe uidetur, dicatur, hoc circus. Atq; ideo primus hic caſus nominatiuus uocatur, quod nomen ſit. Alijs uero nominibus non nominis, cæteros caſus appellauere. Ergo à capite reuoluendum

eſt,uocem dictam quod uox nominũ genus ſit. Deſignatiuam uero quod ſunt quædam uoces,quæ nihil deſignant,ut ab his uocibus ſeparetur,quæ nihil ſignificãt. Ad placitum,ut ab his uocibus ſeparetur,quæ naturaliter ſignificant,ut ſunt pecudum. Sine tempore uero dictum eſt ad diuiſionem uerbi,quod cum tẽpore eſt. Cuius nulla pars extra ſignificat,ut diuideretur ab oratione,cuius partes nomina ſunt & uerba,quæ ſignificant. Finita uero,ut ab infinitis ſeparetur. Recta,ut à caſibus diſtingueretur. Et in uerbo eadem omnia ferè conueniunt. Eſt enim uerbum uox ſignificatiua ad placitum cum tempore,cuius nulla pars extra ſignificatiua eſt, & qua eſt quædam uox ſignificatiua & ad placitum cum tempore,cuius pars nihil ſignificat ut nõ albet. Albet enim,quod cum non iunctum conſignificat, ſolum non ſignificat, & quia nihil definitum monſtrat. Quod enim non albet, poteſt & rubere, poteſt & nigreſcere, poteſt & pallere, & quicquid non albet,ideo infinitum uerbum uocatũ eſt. Faciebat autem & facturus,ut ſuperius in nomine nõ uerba,ſed caſus uerborũ ſunt. Repetendum eſt igitur abinitio,uerbum eſſe uocem dictum à genere, ſignificatiuã, ut à non ſignificatiuis uocibus diuidatur. Ad placitum,ut ab illis quæ natura ſunt ſignificatiuę uocibus ſeparẽt. Cum tempore,ut à nomine diuideretur. Præſens aliqd ſignificare,ut à uerbi caſibus diſiungeretur,finita,ut ab infinitis diſterminaretur. Reſtat ergo nunc quid ſit oratio dicere. Hæc enim ex nomine & uerbo componi uidetur,ſed prius utrum nomen & uerbũ ſolæ partes orationis ſint conſideremus,an etiam aliæ ſex,ut grammaticorum opinio fert,an aliquæ ex his in uerbi & nominis iura uertant. q̃d niſi prius cõſtitutũ ſit,tota ꝓpoſitionũ,ac deinceps ea ipſa quę ex propoſitionibus componit̃ ſyllogiſmorũ ratio tũtabit. Nam ſi ex quo ſint genere termini neſciat,totũ ignorabit. Nomẽ & uerbũ duę ſolæ partes ſunt putãdæ, cæteræ enim non partes ſed orationis ſupplemẽta ſunt,ut enim quadrigarũ frena uel lora nõ partes,ſed quædam quodammodo ligaturę ſunt,& ut dictum eſt ſupplementa non etiam partes,ſic coniunctiones & prapoſitiones & alia huiuſmodi non partes orationes ſunt,ſed quædam colligamenta. Participium uero quod uocatur, uerbi loco ponet̃,quoniã tẽporis demonſtratiuũ eſt. A uerbiũ uero nomẽ eſt, cuiuſdam enim definitæ ſignificationis eſt ſine tempore,q̃d ſi per caſus non flectitur nihil impedit. Non enim eſt proprium nominis flecti per caſus. Sunt enim quędam nomina quę flecti non poſſunt,quæ à grammaticis monoptota nominãtur,ſed hoc grammaticę magis quam huius conſiderationis eſt. Oratio eſt uox deſignatiua ad placitũ, cuius partes aliquid extra ſignificant,ut dictio,nõ ut affirmatio. Et eſt orationi cõmune cum nomine & uerbo quod uox eſt,et deſignatiua,& ad placitum. Cuius enim partes ad placitũ ſunt,ea quoq; ipſa ad placitũ eſt. Orationis aũt partes ſunt nomen & uerbũ. Sed hæc ad placitũ,oratio igit̃ ad placitũ eſt. Termini uero orationis à Dialecticis nominant̃ nomina & uerba. Termini uero dicti ſunt,q̃d uſq; ad uerbum & nomen reſolutio partium orationis fiat,ne quis orationem uſq; ad ſyllabas nominum uel uerborum tentet reſoluere,quæ iam deſignatiuæ non ſunt. Diſtat autem à nomine uel uerbo oratio quod illius partes extra ſignificant uerbi & nominis partes nihil extra deſignant. Eſt autem dictio unius ſimplex uocabuli nuncupatio, uel ſimplex affirmatio. Atque ideo dictum eſt orationis partes ſignificare, ut dictionem, ideſt ut ſimplicis uocabuli nuncupationem. In oratione enim Socrates ambulat, utraque extra ſignificat tantum quantum ſimplex uocabuli nuncupatio deſignare queat. Quomodo autem ut affirmatio ſimplex non ſignificet,in commentario Perihermenias explicui. Quid autem ſit affirmatio & negatio paulopoſt explicabimus. Sunt uero ſpecies orationis in anguſtiſſima diuiſione quinque Interrogatiua, ut:putas ne anima immortalis eſt? Imperatiua, ut:accipe codicem. Optatiua uel deprecatiua, ut:faciat Deus. Vocatiua, ut: adeſto Deus. Enunciatiua, ut: Socrates ambulat,ſed in illis quatuor nulla neq; ueritas eſt,neq; falſitas. Enunciatiua uero ſola,aut uerum aut falſum continet. Atque hinc propoſitiones oriuntur.

Enunciatio

Enunciatio autem in duas partes ſecabitur,in affirmationem & negationem. Affirmatio eſt enunciatio alicuius ad aliquid. Negatio eſt enunciatio alicuius ab aliquo. Et eſt affirmatio,ut puta Plato Philoſophus eſt. Negatio,Plato Philoſophus nõ eſt. Affirmatio enim ad Platonem Philoſophiam enunciat aliquam, ideſt Platonem eſſe Philoſophum. Negatio uero ab aliquo Platone aliquam Philoſophiam enuntiando tollit,ideſt enuntiat Platonem non eſſe Philoſophum. Enuntiatiuarum igit̃ orationum,aliæ ſunt ſimplices,aliæ nõ ſimplices. Simplices ſunt,ut ſi dicas, dies eſt,lux eſt. Non ſimplices,ut ſi dies eſt lux eſt. Affirmationes uero ſimplices & negationes, aliæ ſunt uniuerſales,aliæ ſunt particulares,aliæ indefinitæ. Vniuerſales ſunt quæ aut omne affirmant,ut omnis homo animal eſt,aut omne negãt,ut nullus homo animal eſt,particulares uero quæ aliquem affirmant uel aliquem negant,ut aliquis homo animal eſt,aliquis homo animal non eſt,indefinitæ uero quæ neq; uniuerſaliter affirmant,aut negant,neq; particulariter,ut homo animal eſt,homo animal non eſt. Diuiditur autem ſimplex propoſitio in duas partes,in ſubiectum & prædicatũ,ut homo animal eſt,homo ſubiectum eſt,animal uero de homine prædicatur, hæ autẽ partes termini nominantur. Quos diffinimus ſic: Termini ſunt partes ſimplicis propoſitionis in quibus diuiditur principaliter propoſitio. Eſt enim ſimplicis propoſitionis uniuerſalis ſecũda diuiſio,ut ſit in propoſitione,omnis homo animal eſt, omnis homo unus terminus,alius uero,animal eſt. Sed hoc ſecundo loco,illud uero principaliter. Nam primi termini ſunt ſubiectum & prædicatũ. Eſt enim et non eſt,non magis termini ſunt quàm affirmationis uel negationis deſignatiua ſunt, & omnis uel nullus uel aliquis non magis ſunt termini quàm diffinitionum,utrum particulariter an uniuerſaliter dictum ſit,deſignatiua ſunt. Diuiditur ergo ut dictum eſt propoſitio in id quod ſubiectum eſt,& in id quod prædicatur. Dico autem ſubiectum, ut in omnis homo animal eſt propoſitione hominem,id uero quod prædicatur dico animal,& ſemper quod prædicatur, aut abundat & ſupereſt ſubiecto, aut æquatur. Minus autem prædicatum à ſubiecto nunquam reperietur. Sed id quod diximus diuerſis demonſtremus exemplis,ſubiecto prædicatum abundat quoties genus aliquod de aliquo prædicatur,ut ſi dicas,omnis homo animal eſt. Non enim potes conuertere,ut dicas,omne animal homo eſt, qa animal ab homine plus eſt & abũdat. Aequatur autem prædicatum ſubiecto quoties proprium quodam cuipiam prædicatur, ut omnis homo riſibile eſt, potes cõuertere, omne riſibile homo eſt, ut autem minus ſit id quod prædicatur, fieri nequit. Dicitur etiam præcedere prædicatum, ſequi quod ſubiectum eſt. Idonior eſt enim prædicatio conſtituere propoſitionem, quam id q̃d ſubiectum eſt. Simplicium autem propoſitionum aliæ ſunt in nullo ſibi participantes ut ſunt,omnis homo animal eſt. Et uirtus bona eſt,& aliæ huiuſmodi propoſitiones,aliæ uero quæ participant. Participantium aliæ ſunt,quæ in utroq; termino participant,aliæ quæ in altero,& quæ altero termino participant tribus modis,utroque uero duobus,oſtendamus ergo exemplis,quomodo altero tribus modis participãt. Communis enim terminus eſt,cum in una ſubiectus ſit,in altera prędicatus,ut eſt omnis homo animal eſt,& omne animal animatum. In priore enim propoſitione animal prædicatur ad hominem, in poſteriore prædicatur ad animal animatum & fit animal ſubiectum. Et eſt hic primus modus de eis quæ altero termino participant. Secundus uero modus eſt in quo in utriſq; communis terminus prædicatur,ut ſi quis dicat: Omnis nix candida,& omnis margarita candida. Etenim in prima & ſecunda propoſitione candida prædicatur,in prima ad niuem,in ſecunda ad margaritam. Et eſt hic ſecundus modus altero termino participantiũ. Tertius uero modus eſt,quoties in utriſq; propoſitionibus communis terminus ſubiectus eſt,ut ſi dicas. Virtus bonum eſt. Virtus iuſtum eſt. In utriſq; enim ad iuſtum & ad bonum uirtus ſubiectũ eſt. Sunt igitur participantes alterum terminum his tribus modis,aut cum in una cõmunis terminus prædicatur,in illa ſubiectus eſt,aut cum in utriſq; prędicatur, aut cũ

in utrisque subiectus est. Earum uero quæ ad utrosque participant terminos duo sunt modi. Aliæ enim ad eundem ordinem, aliæ ad ordinis commutationem. Ad eundem sunt, quæ de eodem idem demonstrãt, uel affirmatiuè uel negatiuè, uel aliter, uel particulariter. Omnis uoluptas bonum est. Nulla uoluptas bonum est, & rursus particulariter, quædam uoluptas bonum est, quæ dã uoluptas bonũ nõ est. Ad ordinis uero cõmutationem sunt quoties qui in altera subiectus est terminus, in alia prædicatur, ut omne bonum iustum est, & omne iustum bonum. Nam in priore bonum subiectum est, iustũ prædicatũ, in secunda iustũ subiectũ est, bonum prædicatum. Nunc ergo quoniam aliæ ad eundem ordinem, aliæ ad ordinis cõmutationem sunt, prius dicemus de his, quę ad eundem ordinem utroq; termino participãt, & quoniam sunt propositiones, aliæ affirmatiuæ, alię negatiuæ, aliæ uniuersales, alię particulares, aliæ indefinitæ, duæ sunt, ex his, quæ qualitate differunt, tres quæ quantitate. Et sunt quæ qualitate differunt affirmatiua & negatiua, ad quantitatẽ quæ uero differunt, sunt uniuersalis, particularis, & indefinita. In affirmatiuis enim & negatiuis quale quid sit aut non sit ostenditur. In uniuersali particulari & indefinita de omnium uel nullorum uel nonnullorũ quantitate mõstratur. Ex his ergo quinq; differentijs, id est, uniuersali, particulari, indefinita, affirmatiua, negatiua, sex coniũctiones fiunt, ita ut tribus quæ ad quantitatẽ dicuntur, duæ quæ ad qualitatem dicuntur aptentur, & fit uniuersalis affirmatiua, & uniuersalis negatiua. Vt omnis homo iustus est, nullus homo iustus est, & particularis affirmatiua, & particularis negatiua, ut quidam homo iustus est, quidam homo iustus nõ est, & indefinita affirmatiua, & negatiua, ut homo iustus est, homo iustus non est, fiunt ergo ex duabus quæ sunt ad qualitatem, tribus quę sunt ad quantitatem iunctis sex coniũctiones, de quibus indefinitas affirmatiuas & negatiuas seperemus, & de solis uniuersalibus, & particularibus tractatus habeatur. Subscribantur etiam earum participantium quæ ad eundem ordinem utroq; termino participant, duæ uniuersales propositiones, una affirmatiua, & altera negatiua, & sit affirmatiua uniuersalis, omnis homo iustus est, & cõtra ipsam uniuersalis negatiua, nullus homo iustus est. Item sub his ponantur particularis affirmatio, & particularis negatio, ita ut sub uniuersali affirmatiua ponatur particularis affirmatiua, & sub uniuersali negatiua ponatur particularis negatiua, & sit particularis affirmatiua, quidam homo iustus est, & contra ipsam particularis negatiua quidam homo iustus non est, quod demonstrat subiecta descriptio.



In superiori igitur descriptione uniuersalis affirmatiua & uniuersalis negatiua contrariæ sunt, subcontrariæ uero particularis affirmatiua & particularis negatiua, subalternæ uero dicuntur uniuersalis affirmatiua & particularis affirmatiua, & item uniuersalis negatiua, & particularis negatiua, contraiacentes sunt angulares, id. est, uniuersalis affirmatiua & particularis negatiua. Et itẽ uniuersalis negatiua & particularis affirmatiua, ut; Omnis homo iustus est, qdã homo iustus nõ est. Nullus homo iustus est. Quidã homo iustus est, & sũt ut hoc modo diffiniri possint. Cõtrariæ sunt, q̃ uniuersaliť, eidẽ, idẽ hæc affirmat, hæc negat. Subcõtrariæ sunt q̃ particulariť eidẽ idẽ hæc affirmat, hęc negat. Subalternę sunt quæ eidem idẽ affirmãt uel negãt, hæc particulariter, illa uniuersaliter. Contraiacẽtes sunt quãdo eidẽ eandẽ rem hæc affirmat, hæc negat, uel hæc negat, hæc affirmat, illa generaliť hæc particulariter, & uocantur contrarię, quia q̃d affirmatio uniuersaliter ponit, negatio uniuersaliter tollit. Subalternæ uero, quoniam quod illa uniuersaliter ponit, etiam hæc particulariter ponit

ponit. Subcontrariæ uero dictæ sunt, uel quod naturaliter sub ipsis contrarijs positæ sunt, ut descriptio docet, uel quod à cõtrarijs diuersę sunt, & ipsis contrarijs quodammodo contrariæ. Nam contrariæ ut utræque simul sint fieri non potest, ut utręque omnino non sint fieri potest, contrariam uim obtinebunt subcontrariæ. Nam ut utræq; omnino non sint fieri non potest, ut utręque simul sint fieri potest, quod in sequentibus melius explicabitur. Contraiacentes dicuntur, quoniam uniuersalis affirmatio uel negatio, particularem affirmationem uel negationem angulariter respiciunt. Cum autem sint, ulę propositiones habeant duas differentias, unam ad qualitatem, alteram ad quantitatem, ut quę uniuersalis affirmatiua est, habeat differentiã ad quantitatem quod uniuersalis est, & aliam ad qualitatẽ quod affirmatiua est. Eodem modo cæteræ propositiones binas habeant differentias, unam secundum qualitatem, alteram secundum quantitatem. Subalternæ quæ sunt. Vna tantum differentia distant quantitatis, quod hæc particularis, illa uniuersalis est. Nam qualitatis differentiam nullam retinent. Vtræque enim affirmatiuæ sunt. Illæ uero aliæ, id est, cõtrariæ & subcontrarię ad qualitatem, quod illa affirmatiua, illa negatiua est, nam ad quantitatem nihil differunt. Vtræq; enim contrariæ uniuersales, utræq; subcontrariæ particulares sunt, illę autem quæ contraiacentes dicũtur utriusq; differentijs differunt. Nam & illa uniuersalis affirmatio est, hæc particularis negatio, & illa uniuersalis negatio est, hæc particularis affirmatio. Nunc quoniam quæ secundum qualitatem uel secundum quantitatem & quomodo differant dictum est, earum proprietates, quæ secundum uerum, falsumq; sunt explicemus, igitur earum quæ subalternæ sunt, si fuerit uera uniuersalis affirmatio, uera erit particularis affirmatio. Si enim omnis homo iustus est, uera est, uera erit etiam cuę dicit, aliquis homo iustus est. Nã si omnis homo iustus est, & quidam. Eodem modo negatiuæ subalternæ, nam si uniuersalis negatiua uera fuerit, erit etiam uera negatiua particularis, ut si nullus homo iustus est uera fuerit, etiam erit uera, quidam homo iustus non est. Nam si nullus homo iustus est, nec quidã. Conuerti autem non potest, nam si particularis uera fuerit, non necesse erit ueram esse etiam uniuersalem. Vt si quidam homo iustus est, uera fuerit, non necesse erit ueram esse, omnis homo iustus est. Possunt enim esse nõ omnes. Et eodem modo de negatiua, Nam si particularis negatiua uera fuerit, ut est, quidam homo non est iustus, non necesse erit uniuersalem, nullus homo iustus est, uerã esse. Potest enim fieri ut quidam iusti sint. Ergo dicamus in subalternis propositionibus si uniuersales ueræ sint, ueras esse necesse est particulares, sed non conuertitur. Nam si particulares ueræ fuerint, non necesse est ueras etiam uniuersales esse. Particulares uero ad uniuersales contrariam conuersionem habent. Nam (ut superius) si uniuersales ueræ essent, etiam particulares ueræ essent, & si particulares ueræ essent, non omnino ueræ essent etiã uniuersales in particularibus, si particulares falsæ fuerint, falsæ erunt etiam uniuersales. Nam si particularis quidã homo iustus est, falsa fuerit, uniuersalis etiam omnis homo iustus est, falsa erit. Nam si quidam homo iustus est, falsa est, uera est, nullus homo iustus est. Si uera est nullus homo iustus est, falsa est, omnis homo iustus est. Falsa igiť particularis, falsa erit uniuersalis. Itẽ si negatiua particularis falsa fuerit, quę est, quidã homo iustus nõ est, falsa erit etiã, nullus homo iustus est. Nã si falsum est, quia qdam homo iustus nõ est, uera est, qa omnis homo iustus est. Si uera est, hæc falsa est, nullus homo iustus est, falsa igiť particulari, falsa erit etiã uniuersalis. Sed non conuertiť, ut si uniuersales falsæ sint, falsas necesse sit esse particulares, nam si uniuersalis, omnis homo iustus est, falsa fuerit, non necesse est particularẽ quidã homo iustus est, falsam esse. Potest eñ fieri, ut si omnis homo iustus nõ fuerit, sit quidã iustus, & item si uniuersalis negatiua, nullus homo iustus est, falsa fuerit, nõ necesse erit quidã homo nõ est iustus, falsam esse. Nã si falsa est, nullus homo iustus est, uerũ est, esse aliquos iustos, uera est etiã quæ dicit, quidã homo iustus nõ est, q̃d sint quidam etiam non iusti. Repetens igitur à capite dicat,

quod in ſubalternis. Si uniuerſales ueræ fuerint, uerę erunt etiã particulares. Sed nõ cõuertitur. Item ſi particulares falſæ fuerint, falſæ erunt etiam uniuerſales, ſed nõ cõuertitur, cõtrariæ uero ſimul eſſe ueræ nunq̃ poſſunt. Poteſt aũt fieri, ut aliàs utrę falſæ ſint, aliàs una uera, altera falſa, utræq falſæ ſunt, ut ſi quis dicat: Omnis homo grãmaticus eſt, falſa eſt, nã nõ omnis & nullus homo grãmaticus eſt, falſa eſt. Nã nõ nullus, eſt aũt una uera altera falſa, ut ſi qs dicat, omnis homo bipes eſt, hæc affirmatiua uera eſt, nullus homo bipes eſt, hęc negatiua falſa eſt. Et itẽ omnis homo quadrupes eſt, hæc affirmatiua falſa eſt. Nullus homo quadrupes eſt, hæc negatiua uera eſt. Sũt ergo cõtrariæ aliq̃ties utræq falſæ, aliq̃ties inſe uerũ falſũq diuidẽtes, ut utræq aũt ueræ ſint fieri nunq̃ poteſt, ſubcõtrariæ uero cõtrariæ patiunt. Nam falſæ nunq̃ reperiri queũt. Sed aliàs ueræ utræq ſunt, ut eſt quidã homo grãmaticus eſt, uera eſt, & quidã homo grãmaticus nõ eſt, etiam hæc uera eſt. Poteſt enim alius eſſe grãmaticus & alius nõ eſſe. Aliàs una uera eſt, altera falſa. Vera eſt enim affirmatio. Quidã homo bipes eſt, falſa eſt aũt negatio, quidã homo bipes non eſt. Item falſa eſt affirmatio, quidã homo quadrupes eſt, uera eſt negatio, quidã homo quadrupes nõ eſt, ut uero utræq falſæ ſint fieri nunq̃ poteſt. Reſtat igit̃ ut de cõtraiacẽtibus dicamus, quæ neq falſæ ſimul aliquãdo eſſe poſſunt, neq uerę, ſed ſemper una uera eſt, altera falſa, q facilius liquet, ſiqs ſibi quæcunq fingat exempla. Res admonet ut quædam de indefinitis propoſitionibus cõſidereimus. Indefinitæ etenim propoſitiones æquã uim retinent, particularibus propoſitionibus. Dictum eſt enim quod ſi uniuerſales uel affirmatiuæ uel negatiuæ in ſubalternis propoſitionibus eſſent ueræ, eſſent quo que ueræ particulares. Nunc uero dicimus, quod ſi uniuerſales propoſitiones ueræ fuerint, ueræ erunt etiã indefinitæ. Nam ſi uera eſt. Omnis homo bipes eſt, uera eſt etiam quidam homo bipes eſt, uera erit etiam indefinita quę dicit, homo bipes eſt. Item dictum eſt, quod ſi particulares falſæ eſſent, falſæ eſſent etiã uniuerſales, nunc uero dicendum eſt, q̃d ſi indefinita falſa fuerit, falſa erit etiã uniuerſalis. Nam ſi falſa eſt quæ dicit. Homo quadrupes eſt, falſa erit etiã q̃ dicit, quidã homo quadrupes eſt & omnis homo quadrupes eſt Atq idẽ hoc etiã in negatiuis cõuenire uideꝫ. Vnde cõſtat q̃d omnes indefinitæ particularibus ꝓpoſitionibus equã uim cõtinẽt. Rurſus dictũ eſt q̃d ſubcontrariæ quæ particulares affirmatiuæ & negatiuę ſunt ſimul ueræ eſſe poſſunt, diuidere etiã uerum falſumq̃ ualent, ſimul uero falſæ eſſe non poſſe. Hoc idem in indefinitis propoſitionibus expectandũ eſt. Nam diuidunt interſe uerum falſumq̃, ut ſiquis dicat homo bipes eſt, uera eſt, homo bipes nõ eſt, falſa eſt, & item homo quadrupes eſt, falſa eſt, homo quadrupes non eſt, uera eſt, ueræ autem ſimul inueniri poſſunt, ut ſi quis dicat homo grãmaticus eſt, ſi quis hoc dicat de Donato, uerum eſt. Item homo grammaticus non eſt, ſiquis hoc dicat de Catone, uerũ eſt, ut ſimul falſæ ſint nunquam reperiemus. Hinc quoq oſtenditur indefinitas cum particularibus æquali eſſe potentia. Amplius quod dictum eſt, cõtraiacentes, id eſt, uniuerſalem affirmatiuam & particularẽ negatiuam, & item uniuerſalem negatiuã & particularem affirmatiuam neq ueras ſimul eſſe neq falſas. Sed inter ſe diuidere uerum falſumq̃ hoc idem euenit in indefinitis. Nam uniuerſalis affirmatiua & indefinita negatiua, uel uniuerſalis negatiua & indefinita affirmatiua, neq uerę ſimul eſſe poſſunt, neq ſimul falſę. Diuidũtur aũt inter ſe uerum falſumq̃, nã ſi dixeris, omnis homo bipes eſt, uera eſt, & ſi dicas homo bipes nõ eſt, falſa eſt. Item ſi dixeris homo quadrupes eſt, falſa eſt, ſi dixeris, nullus homo quadrupes eſt, uera eſt, unde hinc quoq colligere licet omnes indefinitas poteſtate & ui æquales eſſe particularibus. Sunt etiam quædã propoſitiones, quæ diuidunt quidem & ipſæ uerum & falſum, ut deus fulminat, deus non fulminat. Sed iſte tunc diuidũt inter ſe uerũ & falſum, cum idem tempus, idem ſubiectum, idem prædicatum ſit. Quod aũt dico tale eſt, ſi equiuocum ſubiectũ fuerit, non diuidunt uerũ & falſum. Si quis enim dicat Cato ſe Vticæ occidit, & reſpondeatur Cato ſe Vticæ non occidit, utręq uerę ſunt. Nam & Cato minor

to minor ſe peremit, & Cato cẽſorius ſe Vticæ nõ occidit. Sed hoc idcirco euenit, q Catonis nomen equiuocè dicitur. Dicitur enim & maior Cato cẽſorius, & minor Vticẽſis. Item ſi æquiuoca fuerit in propoſitione prædicatio, Verum inter ſe affirmatio negatioq non diuidunt. Si quis enim ſic dicat, in nocte lucet, & reſpondeatur in nocte non lucet, fieri poteſt ut utręq uerę ſint. Nã in nocte lucerna lucere poteſt, & ſol lucere nõ poteſt, hoc ideo euenit quia lucere æquiuocè & ad lucernæ lumẽ, & ad ſolis dicitur. Amplius ſi aliud & aliud in ſubiectis & prædicatis tempus fuerit, uerũ falſumq̃ inter ſe affirmatio negatioq non diuidunt, nam ſi quis dicat Socrates ambulat, & reſpõdeatur Socrates nõ ambulat, poſſunt utræq uerę eſſe, poteſt enim fieri ut Socrates alio tempore ambulet, alio tempore non ambulet, ſed aut ſtet aut ſedeat, aut quodlibet aliud, in talibus ergo propoſitionibus quales ſunt, Socrates ambulat, Socrates non ambulat, illæ inter ſe uerum falſumq̃ diuidũt quæ ad idem ſubiectum, ad idem prædicatum, ad idem tempus, dicuntur. Sunt etiam aliæ, quæ contradictoriæ uocantur quæ ſunt huiuſmodi, quoties affirmationẽ uniuerſalem tollit negatio particularis, omnis homo iuſtus eſt, non omnis homo iuſtus eſt, & rurſus nullus homo iuſtus eſt, & quidam homo iuſtus eſt, in his enim uniuerſalis determinatio tollitur, ſed de his aliàs. Et quoniam dictum eſt de his quę eodem ordine participant, dicamus nunc de his quæ ordinis commutatione participant. Harum quoq propoſitionum, quæ ad commutationem ordinis participant duplex modus eſt. Eſt enim per contrapoſitionem conuerſio, ut ſi dicas omnis homo animal eſt, omne nõ animal non homo eſt, ſimplex conuerſio eſt, ut ſi dicas, omnis homo riſibile, & conuerſas, omne riſibile homo, ſed in illis terminorum tantum commutatio conuerſionem facit, in quibus neq prædicatum ſubiecto, neq ſubiectũ prędicato abundat. In hac enim propoſitione quæ dicit, omnis homo riſibile. Homo ſubiectũ riſibile prædicatum æquam uim habent, & ideo conuerti poteſt, ut ſit riſibile ſubiectum & homo prædicatum, & dicat omne riſibile homo. In quibus uero unus terminus alio abundauerit, conuerti propoſitio non poteſt. Nam ſi dicas omnis homo animal eſt, uera eſt, non tamen poteſt fieri, ut conuerſa hęc propoſitio terminis commutatis uera ſit, falſum eſt enim dicere, omne animal homo eſt. Sed hoc cur euenit? ga homine animal abundat. Illa uero cõuerſio, quæ per cõtrapoſitionẽ fit: hoc modo fit, q̃ties in affirmatiua ſubiectum fuerit, idem mutatum & factum prædicatũ ad negatiuam particulam ponitur, ut eſt omnis homo animal eſt. Hic homo ſubiectũ eſt & ad hoc animal prædicatur. Si uero quis per contrapoſitionem cõuertat, & faciat animal ſubiectum, hominem prædicatum, & ad hominem particulam negatiuam ponat, hoc modo faciet. Omne non animal non homo eſt, & erit iſta conuerſio, omnis homo animal eſt, omne non animal non homo eſt, ſed de his poſterius tractabimus, nunc ad ſimplices reuertamur. Cum ſint igitur quatuor propoſitiones quarum duæ uniuerſales ſunt, id eſt, affirmatiua & negatiua, duæ uero particulares, id eſt affirmatiua & negatiua, particularis affirmatiua, & uniuerſalis negatiua commutatis terminis ſibijpſa conuertitur. Conuertuntur autem illę (ut dictum eſt) quoties commutatis terminis, uel ſimul ueræ ſunt, uel ſimul falſę. Nam ſi quis dicat quidẽ homo animal eſt, uera eſt. Conuerſio uero eius quoddã animal homo eſt, uera eſt. Item quidam homo lapis eſt, falſa eſt, quemadmodum & eius cõuerſio, quidam lapis homo eſt, nam & iſta falſa eſt. Eſt igitur particularis affirmatiua quę commutatis terminis ſibijpſa conuertitur. Idem uero patitur uniuerſalis negatio. Si quis enim dicat, nullus homo lapis eſt, uera eſt, & poteſt cõuerti nullus lapis homo eſt, nã & iſta uera eſt. Itẽ nullus homo rhetor eſt, falſa eſt, & eius cõuerſio, nullus rhetor homo eſt, falſa eſt. In quatuor igitur his propoſitionibus duæ tantũ contraiacentes ſibijpſæ conuertunt̃, id eſt, particularis affirmatio, & uniuerſalis negatio. Aliq uero duę ſibijpſis non cõuertuntur. Nam neq uniuerſalis affirmatio, neq particularis negatio ſibijpſa conuertit̃. Si qs enim dicat. Omnis homo animal eſt, uera eſt. Si qs uero cõuertat, omne animal homo

homo eſt,falſum eſt. Non igitur ſibijpſi conuerti poteſt,quoniam conuerſa prioris ueritatẽ nõ recipit. Neq; uero particularis negatio ſibijpſi conuertitur. Nam ſiquis dicat quidã homo grammaticus non eſt,uera eſt,ſi uero cõuertat,quidam grammaticus homo non eſt,falſa eſt. Omnis enim grammaticus homo eſt, repetendum eſt igitur à capite,quòd cum quatuor propoſitiones ſint,affirmatio uniuerſalis, negatio uniuerſalis,affirmatio particularis,negatio particularis,particularis affirmatio, & uniuerſalis negatio quę contraiacentes ſunt,ſibijpſis conuerti poſſunt. Vniuerſalis uero affirmatio & particularis negatio,quæ ipſæ cõtraiacentes ſunt, nunquã poſſunt ſibijpſis cõuerti. Nec hoc nos turbet quòd quædam affirmationes uniuerſales, & quędam particulares negationes cõuerti poſſunt. Poteſt enim dici omnis homo riſibilis eſt,omne riſibile homo eſt,& utræq; ueræ ſunt. Et item omnis homo hinnibilis eſt,falſa eſt, & omne hinnibile homo eſt,& hæc quoq; falſa eſt. Item in particulari negatione, quidam homo non eſt lapis,uera eſt,& quidam lapis non eſt homo, uera eſt. Item quidam homo nõ eſt riſibile,falſa eſt,quoddam riſibile homo non eſt, & hæc quoq; falſa eſt. Ergo uidẽtur poſſe uniuerſales affirmationes,& particulares negationes cõuerti,& cõuertuntur quidẽ,ſed non uniuerſaliter. Generaliter aũt dico propoſitiones poſſe cõuerti,quoties uniuerſaliter,id eſt, in omnibus cõuertuntur. Iſtę autem in duabus ſolis materiebus cõuerti poſſunt. Si quis enim proprium, cuiuslibet ſpeciei ad ipſam ſpeciem cuius eſt proprium uelut ad ſubiectũ prædicet, poteſt conuertere. Nã quia riſibile propriũ eſt homini,ſi prædices riſibile,& ſubijcias hominem,ut eſt omnis homo riſibile eſt,potes iterum ſubijcere riſibile & hominem prædicare,ut ſi dicas omne riſibile eſt homo. In illis uero ſimul falſę ſunt generalium affirmationum cõuerſiones,in quibus id quod prædicatur ad ſubiectum nullo tempore uerè dici poteſt,ut ſi quis dicat omnis homo lapis eſt,falſa eſt. Et iterum omnis lapis homo eſt,falſa eſt,hęc,ꝙniam nullo tempore neq; homo lapis eſt,neque lapis homo uerè prædicabitur. In particularibus negatiuis contrarium eſt, nam aut falſæ ſunt,cum proprium ſubiectum eſt aut prędicatum,ut ſi quis dicat. Quidam homo riſibile non eſt,falſum eſt. Item quoddam riſibile homo non eſt,& hæc quoq; falſa eſt. In illis ueræ ſunt,quando id quod affirmando nullo tempore uerè prædicari poteſt ad ſubiectum prædicant,ut ſi dicas,quidam homo lapis non eſt,uera eſt. Item quidam lapis homo non eſt,uera eſt. Ergo uniuerſales affirmationes tum ſibi cõuertuntur,ut ueræ ſint,cũ propriũ prædicant,tum ſibi conuertunt̃,ut falſæ ſint, cum id ꝙ nullo tẽpore ad ſubiectũ uerè dici poterit prędicaꝫ. Itẽ in particularibus negatiuis,tum falſæ ſunt,cum propriũ prædicant,tum ueræ,cũ id ꝙd nullo tẽpore uerè dici poterit prędicant. In his ergo ſolæ cõuerti poſſunt. In alijs uero cõuerti nõ poſſunt. Atq; ideo uniuerſaliter nõ conuertunt̃,remãet ergo ut in alijs rebus omnibus, ut ſuperius dictũ eſt,non conuertant̃. Hoc uero perſpiciendũ eſt,ꝙd particularis affirmatio quæ ſibijpſi conuertitur,uniuerſali affirmationi quæ ſibi non conuertitur, per accidens cõuerti poteſt. Et item contraiacens uniuerſali affirmationi particularis negatio,quę ſibijpſi non cõuertitur,conuerti poteſt per accidens negationi uniuerſali,quæ ſibijpſi conuertitur. Sed quomodo particularis affirmatio & uniuerſalis negatio ſibijpſis conuertantur oſtendimus. Nunc uero quomodo particularis affirmatio uniuerſali affirmationi per accidens, uel quomodo particularis negatio uniuerſali negationi per accidens conuertantur,demonſtrandum eſt Dictum eſt ſuperius,ꝙd ſi uera eſt uniuerſalis affirmatio,uera eſt etiam particularis,& ſequeretur particularis uniuerſalem. Nam ſi uera eſt,omnis homo animal eſt,uera eſt etiam quidam homo animal eſt. Si enim omnis,& quidam,ſed particularis affirmatio ſibijpſi conuertitur, conuertitur etiam uniuerſali affirmationi. Nam ſi omnis homo animal eſt,& quidam homo animal eſt. Sed iſta ſibi conuertitur,hoc modo,ſi dicas,quidam homo animal eſt. Poteſt igitur conuerti ad omnis homo animal eſt,uniuerſalẽ affirmationem particularis affirmatio,quæ eſt quidam homo animal eſt, & conuertitur,ut

titur,ut ſi dicas quoddam animal homo eſt,utræq; enim ueræ ſunt,& quæ dicit, omnis homo animal eſt,& quæ dicit quoddã animal homo eſt,per accidens aũt cõuertitur particularis affirmatio uniuerſali affirmationi,ꝙa particularis affirmatio ſibi ipſi principaliter conuertitur. Secũdo uero loco uniuerſali affirmationi conuertiẽ. Reſtat igit̃,ut hoc mõſtremus. Quomodo particularis negatio quæ ſibi nõ cõuertitur,uniuerſali negationi quę ſibi conuertit̃,per accidens conuertaꝫ,& hic eadẽ ratio eſt. Nam quoniã uniuerſalis negatio ſi uera eſt,uera eſt etiã particularis, uniuerſalis uero negatio ſibijpſa cõuertitur,poteſt uniuerſali negationi conuerſę particularis conuerti negatio. Age enim uniuerſalem negationem,id eſt,nullus homo hinnibilis eſt,cõuertamus,ut ſit nullum hinnibile homo eſt. Sed iſtam propoſitionẽ,id eſt,uniuerſalem negatiuã,quę eſt nullus homo hinnibilis eſt,ſe.quit̃ particularis negatio,quæ eſt,quidã homo non eſt hinnibilis. Conuerte igitur uniuerſalẽ quæ eſt,nullus homo hinnibilis eſt,& fac nullũ hinnibile homo eſt,cõuerte huic particulare negationẽ quæ eſt,quidã homo nõ eſt hinnibilis,& fac ꝙddam hinnibile nõ eſt homo, utrq; ueræ ſunt. Nam & nullum hinnibile homo eſt,quæ eſt uniuerſalis conuerſio negationis,uera eſt,& quoddã hinnibile nõ eſt homo,quæ cõuerſio particularis negationis eſt. Cur autem per accidẽs cõuerti dicatur,ſuperius dictũ eſt. Liquet ergo talis per accidẽs cõuerſio quod igitur habet uniuerſalis affirmatio,hoc habet etiam cõtraiacens particularis negatio,utrq; enim ſibi conuerti nõ poſſunt,quod autem habet uniuerſalis negatio,hoc habet, & ei cõtraiacens affirmatio particularis,utrę quę enim ſibi conuerti poſſunt. Iunctæ ergo quę ſibi conuerti poſſunt,& quę ſibi cõuerti non poſſunt,ut quæ ſibi conuerti poteſt,iungaꝫ ei quæ ſibi cõuerti non poteſt, & quæ ſibi conuerti nõ poteſt,iungaꝫ ei quæ ſibi conuerti poteſt,faciũt per accidẽs conuerſiones quæ ſuperius demõſtratæ ſunt. Reſtat ut de his conuerſionibus dicamus quæ per cõtrapoſitionem fiunt,& primũ earũ ſit diſpoſitio in deſcriptione ſubiecta,generalis enim affirmationis,quæ dicit,omnis homo animal eſt,conuerſio per contrapoſitionem eſt quæ dicit,omne non animal non homo eſt. Item generalis negationis quæ dicit,nullus homo animal eſt. Cõuerſio per contrapoſitionem eſt, nullum non animal non homo eſt. Item particularis affirmationis quę dicit,quidam homo animal eſt. Conuerſio per contrapoſitionem eſt,quæ dicit,quoddã non animal non homo eſt. Item particularis negationis quę dicit,quidam homo animal non eſt. Conuerſio per contrapoſitionem eſt,quæ dicit,quoddam non animal nõ homo eſt, quod demonſtrat ſubiecta deſcriptio.

Omnis homo animal eſt	Omne non animal non homo eſt
Nullus homo animal eſt	Nullum non animal non homo eſt
Quidam homo animal eſt	Quoddam non animal non homo eſt
Quidam homo animal non eſt	Quoddam non animal non homo non eſt

His ergo ita poſitis quomodo dictum eſt ſuperius in ſimplici terminorum conuerſione,quòd particularis affirmatio,& generalis negatio ſibijpſis conuertentur. Generalis uero affirmatio,& particularis negatio ſibijpſis non conuerterentur, hic in per contrapoſitionẽ conuerſionibus contra eſt. Nam generalis affirmatio per cõtrapoſitionem,ſibijpſa conuertit̃,& particularis negatio ſibijpſi conuertit̃. Generalis uero negatio & particularis affirmatio per cõtrapoſitionem ſibi non conuertunt̃. Quod ita eſſe his exẽplis probabimus. Si enim uera ſit affirmatio generalis quæ dicit;Omnis homo animal eſt, uera erit eius per contrapoſitionẽ cõuerſio quę dicit: Omne nõ animal non homo eſt. Quod cũ animal non fuerit,id homo nõ erit. Et ſi falſa fuerit generalis affirmatio q̃ dicit,omne animal homo eſt, falſa erit etiã eius p contrapoſitionem conuerſio quæ dicit,omnis non homo non animal eſt,poteſt cõtingere ut ꝙd homo nõ eſt,animal ſit. Illa eñ negat eſſe animal quod homo non fuerit.

Quod

Quod si cum uera est generalis affirmatiua,uera est eius per contrapositionem cõuersio,& si cum falsa est generalis affirmatio,falsa est eius per cõtrapositionẽ cõuersio,non est dubium quin generalis affirmatio possit sibijpsa conuerti.Itẽ nunc ostendendum est,quomodo particularis negatio sibijpsi per contrapositionem conuertitur.Nam si falsa est quę dicit,quidã homo animal nõ est,falsa eius erit etiã per contrapositionem conuersio quæ dicit,quoddã non animal non homo est. Hoc enim uidetur hæc propositio dicere,ac si diceret quædam res quæ animal nõ est homo est, qui enim dicit,nõ homo non est,hominẽ esse significat quod animal non sit.Hoc uero apertè falsum est. Omnis enim homo animal est,& si uera fuerit particularis negatio quę dicit,quoddam animal homo non est,uera erit & eius per contrapositionem conuersio quæ dicit,quidam non homo non animal nõ est. Aequale est enim ac si diceret,res quæ homo non est,non est nõ animal,sed est animal,ut equus & bos homo non est,& non est non animal. Ergo si cum particularis negatio falsa est,falsa est etiã eius per cõpositionem conuersio,& si cum particularis negatio uera est, uera est eius per cõtrapositionem conuersio. Non est dubium,quin particularis negatio possit per contrapositionem sibijpsa conuerti.Nunc quoniam ostensum generalem affirmatiuam,& particularem negatiuam per contrapositionẽ sibi posse conuerti. Ostendamus generalem negatiuam,& particularem affirmatiuam per cõtrapositionem sibi non posse conuerti. Et prius de generali negatione dicendum est. Nam si generalis negatio uera est,non necesse erit per contrapositionem sibi cõuersam ueram esse. Sed si falsa fuerit & per contrapositionem sibi conuersam falsam esse necesse est.Nam si falsa est quę dicit:Nullus homo animal est,falsa erit fortasse eius per cõtrapositionẽ conuersio,quę dicit,nullũ non animal non homo est. Aequale est enim ac si dicat,nulla res est quæ non sit animal & sit non homo, quod est omnis res quæ animam non habet,homo est,quod apertè falsum est. Item si uera fuerit generalis negatio,falsa erit eius per contrapositionẽ conuersio. Nam si uera est quæ dicit,nullus homo est lapis,falsa erit eius per contrapositionem cõuersio quæ dicit, nullus non lapis nõ homo est. Aequale est enim ac si dicat,nulla res est quæ cum nõ sit lapis non homo sit,quod est omnis res quæcunq; lapis nõ fuerit homo est,qđ falsum est.Innumerabilia enim inuenies,quę non sunt lapides,& nõ homines nõ sunt, ergo quoniam si generalis negatio falsa fuerit falsa est eius per contrapositionẽ cõuersio,uel si eadem uera fuerit,falsa erit eius per contrapositionẽ conuersio, non est dubium generalem negationem sibi non posse cõuerti,quod enim in aliquo fallit, generaliter colligi non potest.Restat igitur ut id quod reliquũ est monstremus,particularem affirmationem per contrapositionem sibi non posse cõuerti. Cum enim fuerit particularis affirmatio uera,uera erit eius etiam per contrapositionem cõuersio.Nam si uera est quæ dicit,quidam homo animal est,uera est eius per contrapositionem conuersio,quoddam non animal nõ homo est. Aequale est enim ac si dicat quædam res quæ animam non habet,homo non est,quod uerum est.Lapis enim animam non habet,& tamen homo non est.Itẽ si particularis affirmatio quæ dicit, quidam lapis homo est,falsa est, uera erit eius per contrapositionem conuersio quæ dicit,quidam non homo nõ lapis est. Aequale est enim ac si diceret, quædã res quæ homo non fuerit lapis non est,quod uerũ est.Equus enim homo nõ est, & tamen lapis non est.Ergo si cum in quibusdam particularis affirmatio uera fuerit, uera erit eius per contrapositionem conuersio,& si cum in quibusdã falsa fuerit particularis affirmatio,uera erit eius per contrapositionem conuersio, non est dubium particulares affirmationes per contrapositionem sibi non posse conuerti. Generalis enim negatio & particularis affirmatio,quę contraiacentes sunt,in per contrapositionem conuersionibus cõtraria patiunt. Nam in generalib. negatiuis siue generales negatiuę ueræ fuerint,siuæ falsæ,per contrapositionẽ conuersiones semper falsæ sunt,in particularibus autem affirmatiuis,siue particularis affirmatio uera fuerit siue falsa,eius per cõ-

trapositionem conuersio uera est. Repetendum est igitur à superioribus & confirmandum quòd in simplicibus terminorũ conuersionibus particularis affirmatio,& generalis negatio sibi conuerti possunt. Generales uero affirmatio & particularis negatio sibi conuerti non possunt. In his uero conuersionibus quæ per contrapositionem fiunt,cõtra est. Nam generalis affirmatio & particularis negatio per contrapositionem sibijpsis conuerti possunt. Generalis uero negatio, & particularis affirmatio per contrapositionem sibijpsis conuerti non possunt. Et generalis negatio & particularis affirmatio quæ sunt contraiacentes in ueri falsiq; distantia (ut demonstratum est) sibijpsis inuicem contraria patiuntur. Hęc de Categoricorum syllogismorum Categoricis propositionibus dicta sufficiant. Si qua uero in his prætermissa sunt in Perihermenias Aristotelis cõmentario diligentius subtiliusq; tractata sunt.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRITII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI DE SYLLOGISMO CATEGORICO, Líber II.

SVperioris seriei uoluminis quod ad Categoricorum syllogismorum propositiones attinebat explicuit. Nunc autem quantũ introductionis patitur temperamẽtum de ipsa Categoricorũ syllogismorum ratione tractabitur. Et quoniam omniũ cõpositorum firmitudo uel uitiũ,aut in his maximè reperit ex quibus est cõpositum,aut penes bonam malamue cõpositionem eius laus uituperatioq; tenetur. Nãq; domus si sit fortibus lapidibus debilibus ue cõstructa,ipsa quoq; est fortis aut debilis. Porrò aũt si artificis cõpositionẽ ; quabilem solertemq; fuerit nacta,ipsa quoq; cõstructio merito stabilitatis erit, laudabile fundamentũ. Si uero insolertior cõpositio fiat,tota quoq; quãuis ex bonis ordinata lapidibus,nulla sese gerens fabrica stabilitate nutabit. Nos quoq; hanc eandem imaginem secuti,prius de his quibus ipse syllogismus cõstat,id est,propositionibus explicuimus. Nunc uero de ipsa inter se syllogismorũ coniunctione, cõpositioneq; tractabimus. Illud uero meminisse debebis,introducendis hic me prætitisse docendis nõ introductis. Et prius quid sit esse in omni uel non esse,paucis ostendã. Si quaenim res alterius generis fuerit,omnẽ intra se speciẽ cõtinebit,& in toto species generè illa esse dicẽ. Sit enim genus animal,homo uero species. Homo ergo quoniãminus est quã animal,in toto animali esse dicẽ. Omnis enim homo animal est. Si qs ergo sic dicat aliquã rem de omni alia re prædicari,conuersa uice nihil interest. Nãsicut in toto animali homo est,sic etiã animal de omni homine prædicatur. In toto uero nõ esse est,quoties alia res ab alia re omni disiuncta est, ut si dicas animal in nullo lapide est,nullũ enim animal lapis est,& si dicas animal de nullo lapide prædicaẽ, de nullo enim lapide animal dicit. Diffinimus ergo in toto esse,uel in toto non esse sic,in toto esse,uel de omni prædicari dicit, q̃ties nõ potest inueniri aliqd subiecti, ad qđ illud quod prædicaẽ dici nõ possit. Nãq; nihil hominis inuenitur,ad quod animal dici non possit. In toto uero non esse,uel de nullo prædicari dicit, quoties nihil subiecti poterit inueniri ad quod illud quod prædicatur dici possit. Nihil enim lapidis inueniri potest,de quo possit animal prædicari. Illud sanè notandum est quòd

esse in

esse in toto uersa uice dicitur. Nam si aliquid de omni aliquo prædicaꝫ, illud de quo illud prædicatur in toto illo esse dicitur quod prædicatur, ut animal de omni homine dicitur. Homo uero in toto est, id est, uelut quædam pars intra totum animal latet. Et si quid in alio omni fuerit, in eo toto res illa de qua superius dicebatur esse dicitur, ut idem animal cum in omni sit homine, & de eo omni prędicetur, homo in toto est animal. His igitur ita positis quotiescunq; ita dicimus, ut literas pro terminis disponamus, pro breuitate hoc & cōpendio facimus id quod per literas demonstrare uolumus uniuersaliter demonstramus. Nam fortasse in terminis aliquibus falsum ingerendum necesse sit. In literis uero nunquam fallimur, quoniam ad hoc utimur literis quasi terminos poneremus. In literis uero ipsis nisi terminorum coniunctio per se firma ualēsq; fuerit, ulla necq; ueritas, necq; per falsitas reperietur. Quoties igitur aliud de alio omni prædicari uolumus ostendere, sic ponimus. Sit primus terminus a, secundus b, & prædicetur a de omni b. Hoc autem ita accipito tanquàm si posuerimus a animal, b hominem. Eodē modo & de negatiuis. Nam si dicamus a, de nullo b prędicaꝫ, tale est, ac si dicamus a, quod est animal de nullo lapide prædicatur quod est b, & alia quæcunq; eis fuerint consimilia. Omnis autē syllogismus simplex tribus terminis demonstratur atq; concluditur. Sed prius ipsorū syllogismorum figuras aspiciamus. Post uero de modis ordinibusq; eorū tractabimus. Tribus igitur terminis ita positis, ut prope se & sibi connexi sint, tres non ultra fieri cōplexiones necesse est hoc modo. Sit enim a, sit b, sit c, aut enim a de b prædicabit, & b de c, aut certe a, & de b prædicabitur, & de c, uel ipsidemipsis a & b c terminus uidebitur esse subiectus. Sit enim a bonum, sit b iustum, sit c uirtus, aut enim a, id est, bonum erit in omni b, id est iusto & dicetur, omne iustum bonum est, & itē b iustum, in omni c, id est, uirtute, & dicetur, omnis uirtus iusta est. Et erūt huiusmodi propositiones. Omne iustum bonum est, & omnis uirtus iusta est, aut a, id est bonum, de b quod iustum est, & de c quod uirtus est prædicabitur, ut sit omne iustum bonum est. Omnis uirtus bona est, aut certe a bonum, b iusto, & c uirtuti subiacebit. Vt dicatur, omne bonum iustum est, & omne bonum uirtus est. In hac enim cōplexione b & c de solo a termino prædicātur. Vbi uero a de omni b termino, & b item prædicatur de omni c. Hanc figuram uoco primam quæ diffinitur sic. Prima figura est, in qua is qui subiectus est, de alio prædicatur. Nāq; b quod a termino subiectum est, ad c item terminum prædicatur. Extremitates uero dico huius figuræ quod prædicatur & quod subiectum est, id est, a c. Namq; a prædicatur de b termino, c uero terminus b termino subiacet. Medium autem illud uoco q̄d alij subiacet, & de alio prædicatur, id est, b. Nam b terminus, a termino subiacet, de c uero termino prędicatur. Maior uero extremitas est, quæ prima prędicatur, id est, a. Namq; idem a de b termino prædicatur. Minor uero quæ medio termino subijcitur, id est c, namq; c terminus medio termino, id est, b subiectus est, de eo enim b, medius terminus dicitur. Maior uero terminus a uocatus est, id est qui prædicatur, quoniam omne prædicatum ab eo de quo prædicatur maius est. Et in conclusione sicut in prima propositione semper a terminus prædicatur, a enim bonum prędicatur de b iusto. Et dicitur omne iustum bonum est, b uero medius terminus prædicatur de c & dicitur, omnis uirtus iusta est. Ex his igitur concludit in syllogismo, omnis uirtus bonum est, & a bonum, nominabitur de c uirtute, atq; ideo maior à nobis extremitas appellaꝫ. Id uero meminisse debemus, quòd ea quæ paria sunt, retorqueri possunt & ad seinuicem prædicari, & sicut id quod prędicaꝫ in eo quod subiectum est, omni est, ita rursus cōuersum quod fuerit subiectum, in eo quod antea prædicabatur omni erit. Nam si f & g duo termini ita sibi sint æquales, ut neuter neutro maior sit, cū prædicaueris f de omni g, erit f terminus in omni g termino. Si uero conuertas & prædices g terminum de f termino, erit iterum g terminus in omni f termino, sit enim f risibile, g homo. Ergo si prædices f risibile, & g hominem sub

ijcias f risibile in omni g inuenitur. Omnis enim homo risibilis est. Si uero prędices g hominem ad f risibile, g homo in omni f risibile reperiē. Omne enim risibile homo est. Quid autem termini sint, uel quid prædicatio, aut subiectio, priori de propositionibus libro satis dictum est. Sed ne ne fortè erremus quod uidetur uniuersalis affirmatio conuersa. Nam de hoc quoq; superius dictum est. Modo uero hoc solū mōstrare uolumus, quòd quæ sunt in toto paria sola conuertantur. Hoc tamen prodest ad ostensionem syllogismorū quę fit in circulo, quam in Analyticis diximus. Ac de prima syllogismorum Categoricorū figura expeditum est. Secūda uero figura est quoties a terminus de utriq; b, & c terminis prædicatur hoc modo. Si enim dicas a bonum de omni b iusto, ut sit hoc modo propositio. Omne iustum bonum est. Et in de a bonum de omni c uirtute, ut dicas. Omnis uirtus bonum est, solum a de utrisque b & c terminis prædicati, & erit hæc secunda figura. Medius autem terminus in hac figura erit, qui de utriscq; prædicatur, ideſt a. Extremitates uero ea quæ subiecta sunt, ideſt b & c. Maior uero extremitas est de qua primo a terminus appellatur, id est b iustum, uel si ad c primo prædicabitur c terminus maior extremitas inueniē. Idcirco quod ea extremitas, de qua medius terminus primo prædicatur, in conclusione ipsa quoq; prædicabitur, ut posterius demonstrādum est. Minor uero extremitas erit, ad quod medius terminus posterius prædicabitur. Tertia uero figura est, quoties a & b termini de uno c prædicantur. Si quis enim prædicet a, ideſt bonum de c id est uirtute, ut sit huiusmodi propositio. Omnis uirtus bonum est. Item b prædicetur de c ut sit omnis uirtus iustum est, tertiam figuram facit. In hac uero figura medius terminus erit qui utriscq; subiectus est, ideſt c. Namq; de c termino a & b termini prædicantur. Maior uero extremitas est quæ primo prædicatur, ideſt a. Minor uero quæ postea, ideſt, b uel si quem libuerit b prius, a posterius prædicare secundum priorem posteriorem cq; prædicationē, maior minorue extremitas inuenietur, & hic quoq; maior extremitas in conclusionibus sicut in superioribus alijs figuris de minore prædicatur. Expeditis igitur tribus syllogismorum figuris, dicendū est quia perfectus syllogismus est, cui ad integram probatam cq; conclusionem ex superius sumptis & propositis nihil deest. Sed modo atq; ordine facta conclusio nihil de habens per ea, quæ antea proposuit terminatur. Imperfectus uero syllogismus est, cui nihil æque ad perfectionem deest, ueruntamen in his quæ in propositionibus sumpta sunt aliqua desunt, cur ita esse uidetur. Sed & hæ diffinitiones omnes posterius liquebunt. Nunc autem unde hæ figuræ nascantur, breuiter explicandum est. Quoniam unde nascuntur, in eadem iterum resoluuntur. Sed secunda & tertia figura, de prima figura nasci & procreari uidentur. Sit enim a terminus in omni b termino, & de omni eo prædicetur, b uero terminus de omni c termino prędicatur. Hęc ut dictum est prima syllogismorum figura est. Si quis igitur maiorem extremitatem propositionē cq; conuertat, & quod fuerat antea prędicatum faciat esse subiectum, secundam faciet figuram. Nam quemadmodum a terminus prædicatur de b termino, ita b de c. Si ergo conuertatur, & fiat ut b terminus de a termino prędicetur, inuenitur b terminus qui antea medius fuerat, & a termino subiectus, de c uero termino prędicatur ad utroscq; terminos prędicatiuus. Age enim quoniam a bonum de b iusto prędicabatur, b uero iustum de c uirtute prędicabatur, erat propositio, omne iustum bonū est, omnis uirtus iusta est manente propositione quę est, omnis uirtus iusta est, prima propositio, ideſt omne iustum bonum est, contrauertatur, & fiat omne bonum iustū est. Inueniuntur igitur propositiones sic, omne bonum iustum est, omnis uirtus iusta est, & iustum, ideſt b de a & c terminis prędicabitur. Conuersa igitur maiore propositis figurę extremitate secunda syllogismorum figura procreatur. Tertia uero figura nascitur, minori propositione conuersa. Nam si a bonum prędicatur de b iusto, ut dicatur, omne iustum bonum est, b uero iustum prędicatur de c uirtute, ut dicatur, omnis uirtus iusta est, si priore propositione manente, id est, omne iustum bonū est,

ſecūda quę eſt,omnis uirtus iuſta eſt.Cōuertaſ & fiat,omne iuſtū uirtus eſt.Inuenie tur omnes,ppoſitiones ſic.Omne iuſtū bonū eſt. Omne iuſtum uirtus eſt,& de bi uſto a & c termini prędicanſ & fit tertiæ figurę cōnexio.Cōuerſis igiſ primis poſte riſq; extremitatibus primę figurę,tertia uel ſecūda figura naſcūſ . A uero unaquæq; harū triū figurarū habet ſub ſe plures ſyllogiſmorum modos,ut modi ſub figuris ita ſint,ut ſunt ſpecies ſub ſuis generibus.Habet enim prima figura ſub ſe Ariſt.autore modos quatuor,ſed Theophraſtus,uel Eudemus ſuper hos quatuor, quinque alios modos addūt Ariſt.dante principiū in ſecūdo priorū Analyticorū uolumine,q; me lius poſtmodū explicabiſ.Secunda uero figura habet ſub ſe quatuor modos.Tertia uero autore Ariſt.iex,addūt etiā aliį unū ſicut ipſe Porphyrius ſuperiores,ſcilicet,ſe quens . Et quoniā(ut ſuperiore libro dictū eſt) alię propoſitiones affirmatiuæ ſunt, aliæ negatiuę,& earū alię uniuerſales,alię uero particulares,ſecundum eas ipſas,ppo ſitiones ſyllogiſmorum concluſionesq; iunguntſ. Nāq; primę figurę primus modus eſt,qui fit ex duabus uniuerſalibus affirmatiuis,uniuerſalē colligēs affirmatiuam. Si enim a terminus fuerit in omni b termino,& ſi b terminus de omni c termino fue rit prędicatus,a terminus de omni c termino prædicabiſ. Nāq; a bonū ſi prædicef de omni b iuſto,ut ſit omne iuſtū bonū eſt, b uero iuſtū , ſi de c prędicetur uirtute, ut ſit omnis uirtus iuſtū eſt,neceſſario cōcludiſ extremitatibus ad ſeinuicē prędica tis,ideſt a & c ut ſit omnis uirtus bonū eſt. Sunt igiſ huiuſmodi,ppoſitiones,atque cōcluſio,Si a in omni b fuerit,& b in omni c fuerit,a terminus de omni c prędica biſ,ideſt. Omne iuſtū bonū eſt. Omnis uirtus iuſta eſt,& cōcluſio.Omnis igiſ uirtus bonū eſt,& hic primę figurę primus modus eſt. Secūdus uero modus primæ figurę eſt,quoties ex prima uniuerſali negatiua & ſecunda uniuerſali affirmatiua,concluſio uniuerſali negatione colligiſ.Si enim ſit a malū,b bonū,c iuſtū, a terminus de nul lo b termino prędicabiſ.Nullū enim bonū malū eſt,b uero terminus de omni c ter mino prędicabiſ.Omne enim iuſtum bonū eſt. Quare colligiſ nullum iuſtum malū eſt,ut eſt hoc modo. Si a terminus de nullo b termino prędicaſ,b uero terminus de omni c fuerit prædicatus,a terminus de nullo c prædicabitur,ut eſt. Nullum bonū malum eſt.Omne iuſtum bonum eſt.Nullum igitur iuſtum malum eſt.Tertius uero modus primæ figurę eſt,quoties ex uniuerſali affirmatiua, & particulari affirmatiua, particularis affirmatiua colligitur.Nam ſi a uirtus de omni b,ideſt bono prædicef, & b bonum de quodam c, ideſt iuſto fuerit prædicatum particulariter , erit quoq; concluſio particularis,hoc modo,ut a uirtus de quodam c iuſto particulariter prę dicetur.Si igitur fuerit a terminus in omni b,& b terminus in aliquo c particulari ter,erit a terminus in aliquo c particulariter,ut ſit:

Omne bonum uirtus eſt.
Quoddam iuſtum bonum eſt.
Quoddam igitur iuſtum uirtus eſt.

Quartus modus primæ figuræ eſt talis,quoties ex uniuerſali negatione , & particu lari affirmatione particularis negatiua colligitur. Nam ſi a terminus, de nullo b ter mino prædicetur,b uero terminus de quodam c termino prædicetur,a terminus de quodam c termino non prædicabitur, quod monſtrat ſubiecta deſcriptio. Nam ſunt huiuſmodi propoſitiones:

Nullum bonum malum eſt.
Quoddam iuſtum bonum eſt.
Quoddam igitur iuſtum malum non eſt.

Hos ergo quatuor in prima figura modos in Analyticis ſuis Ariſtoteles poſuit.Cæ teros uero quinq; modos Theophraſtus & Eudemus addiderunt,qbus Porphyrius grauiſſime uir autoritatis uiſus eſt conſenſiſſe qui ſunt huiuſmodi. Nam quoniā par ticularis affirmatiua ſibiipſi conuertitur,quiſquis oſtenderit in concluſione a termi num de quodam c termino particulariter prędicari. In eadem ipſa cōcluſione mon ſtrauit

ſtrauit,quod c terminus de a termino rurſus particulariter prædicetur. Nā ſi ſibi par ticularis propoſitio in concluſione conuertitur. Si a terminus in quodam c termino fuerit,c terminus de quodam a termino prędicabitur. Item quiſquis uniuerſalem ne gatiuam in concluſione probauerit,neceſſe eſt eum ipſius quoq; cōuerſionem in ea dem concluſione probaſſe. Vniuerſalis enim negatio ſemper ſibi conuertitur . Nam ſi quis probauit quod a terminus de nullo c termino prædicetur,non eſt dubiū quin in hac concluſione illud quoq; probatū ſit,quod c terminus de nullo a termino prę dicetur. Semper enim(ut dictum eſt)uniuerſalis negatiua ſibiipſi conuertitur , uni uerſalis quoq; affirmatiua duplici concluſione continetur. Nam quiſquis oſtendit a terminum de omni c termino prædicari , Illud quoq; oſtendit quod c terminus de quodam a termino particulariter prædicetur. Si quis enim probauerit animal de omni homine prædicari , ita dicens : Omnis homo animal eſt , illud quoque neceſ ſario monſtrauit particulariter , quoniam quoddam animal homo eſt. Ita ſemper uniuerſalis negatio , & uniuerſalis affirmatio , uel particularis affirmatiua duplici ter concluduntur . Aliæ enim ſibiipſis conuertuntur , quæ particularis eſt , partic cularitet,quæ uniuerſalis,uniuerſaliter . Alia uero cum ipſa uniuerſalis affirmatiua ſit, particulariter ſibiipſi conuertitur . Particularis autem negatio nunquam ſibiip ſi conuertitur. Atque ideo ſimplicem in ſe retinet concluſionem . Hoc autem quod nuper diximus in ſecundo priorum Analyticorum libro ab Ariſtotele mon ſtratur, quod ſcilicet , Theophraſtus & Eudemus principium capientes ad alios in prima figura ſyllogiſmos adijciēdos animū adiecere,qui ſunt huiuſmodi qui κατὰ ἀνάκλασιν uocantur,ideſt per refractionem quandam conuerſionemq; propoſitio nis.Et eſt quintus modus ex duabus uniuerſalibus affirmationibus,particularē colli gens affirmatiuam hoc modo. Si a fuerit in omni b,& b fuerit in omni c, poſſet e quidem concludi quod a terminus eſſet in omni c termino. Sed quoniā iſta uniuer ſalis propoſitio (ut dictum eſt) particulariter conuertitur, prętermiſſo eo quod a ter minus de omni c termino prædicatur,cōcluſio eſſe dicitur quod c terminus,de quo dam a termino prædicatur,quod hoc exemplo monſtrandum eſt. Si enim ſint pro poſitiones ſic omne iuſtum bonum eſt,omnis uirtus iuſta eſt, poſſet concludi equi dem quoniam omnis uirtus bonum eſt. Sed quoniam ita propoſitio ſibi conuerti tur,ut ſit quoddam bonum uirtus eſt particulariter,particularis ſyllogiſmus conclu ſioq; colligitur ex duabus uniuerſalibus affirmatiuis. Eius uero forma talis eſt,a ter minus in omni b,b terminus in omni c,igitur c terminus in quodam a, ut eſt:

Omne iuſtum bonum eſt.
Omnis uirtus iuſta eſt.
Quoddam bonum iuſtus eſt.

Per conuerſionem refractionemq; dicitur, quoniam quod uniuerſaliter colligeba tur conuerſum,particulariter collectum eſt. Sextus modus eſt primę figurę qui fit ex uniuerſali negatiua,& uniuerſali affirmatiua uniuerſalem concluſionem per conuer ſionem colligens. Nam ſi a terminus in nullo b fuerit, b uero terminus in omni c termino fuerit,poſſet equidem colligi,quoniam a terminus in nullo c termino eſt. Sed quoniam uniuerſalis negatiua conuertitur,dicimus quoniam c terminus in nul lo a termino eſt, ut ſit hoc modo:

Nullum bonum malum eſt.
Omne iuſtum bonum eſt,poſſet colligi.
Nullum iuſtum malum eſt,ſed ex his per conuerſionem colligimus.
Nullum malum iuſtum eſt.

Septimus modus primæ figuræ eſt,qui ex uniuerſali affirmatiua & particulari affir matiua per conuerſionem particularem colligit affirmatiuam. Si enim fuerit a ter minus in omni b,& b terminus de quodam c termino prædicetur,poteſt a termi nus de quodam c termino prædicari.Sed quoniā particularis affirmatio ſibiipſi cō

uertitur, per conuersionem fit conclusio, & dicitur c terminus de quodam a termino prædicari, ut sit sic. Omne bonum uirtus est, quoddam iustum bonum est. Posset equidem concludi quoniam quoddam iustum uirtus est. Sed quia particularis affirmatio conuertitur, dicimus quoniam quædam uirtus iusta est. Octauus modus primæ figuræ est, quoties ex uniuersali affirmatione & uniuersali negatione particulariter colligitur. Si enim a terminus de omni b termino prædicatus fuerit, b uero terminus de nullo c termino prædicetur, non posset colligi, quoniã a terminus de nullo c termino prædicatur. Cur autem non possit in resolutorijs dictum est. Sed quoniam uniuersalis negatiua sibijpsa conuertitur. Potest dici & conuerti, quoniã c terminus de nullo b termino prædicatur, b uero terminus de quodam a termino dicẽ, quoniam uniuersalis affirmatiua particulariter sibijpsa conuertit, quare c terminus de quodam a termino non prædicabitur, ut sit sic: Omne bonum iustum est, nullum malũ bonũ est, nõ posset colligi, quoniã nullum malum iustum est. Sed cõuertit sic:

Nullum bonum malum est.
Quoddam iustum bonum est.
Quoddam igitur iustum malum non est.

Nonus modus primę figurę est, qui ex particulari affirmatiua & uniuersali negatiua particularẽ colligit negatiuã per conuersionẽ. Si enim a terminus de quodã b termino, b uero terminus de nullo c termino prędicet, non potest quidẽ dici, quoniã a terminus de quodam c termino non prædicabitur. Cur autem non possit hoc quoq; in resolutorijs diximus, sed quoniam uniuersalis negatio conuerti potest, dicet quoniam c terminus de nullo b termino prædicatur, & b terminus de quodam a prædicatur, c igitur terminus de quodam a non prædicabitur, ut sit sic:

Quoddam bonum iustum est.
Nullum malum bonum est.
Quoddam igitur iustum malum non est.

Expeditis igitur nouẽ primę figurę modis ad secũdæ figuræ quatuor modos ueniamus. Illud tantũ cõstet, q̃d quemadmodũ in prima figura per nouẽ supradictos modos & affirmatio uniuersalis, & negatio uniuersalis, & affirmatio particularis, & negatio particularis, in conclusione colligitur. In secunda figura affirmatiuam neq; generalem, neq; particularem posse colligi, sed tantum uel particulariter, uel uniuersaliter solas colligi negatiuas. Est autem secundæ figuræ primus modus hic, quoties ex uniuersali negatione, & uniuersali affirmatione, uniuersalis negatiua colligitur. Si enim a terminus de nullo b termino & de omni c termino prædicetur, b terminus de nullo c termino prædicabitur. Sit enim a bonum, sit b malum, c iustum. Si quis igitur sic dicat:

Nullum malum bonum est.
Omne iustum bonum est, concludit.
Nullum iustum malum est.

Liquet igitur maiorem extremitatem de minore in conclusione prædicari. Sed omnes secundæ figuræ syllogismi quamuis ueri sint, uerũ tamen ex seipsis non probãt, sed ex primæ figuræ modis implentur. Namq; si a terminus de nullo b termino prędicetur, & in omni c termino sit, nondum probatum est, quoniam omnino b terminus de nullo c termino prædicetur. Sed si quis ex isto secũdæ figuræ primo modo primæ figuræ secundum modum faciat per conuersionẽ totus syllogismus conclusioq; probata est. Si quis enim in hoc syllogismo qui est a terminus, in nullo b & idem a terminus de omni c prædicet, & a b propositionẽ conuertat, ut faciat esse b a. Nã omnis uniuersalis negatiua conuertitur. Si quis igitur dicat quoniam a terminus de nullo b termino prædicatur, & b igitur de nullo a termino prædicabitur. Sed a terminus de omni c termino prædicabitur. Fit igitur primæ figuræ secũdus modus ex uniuersali negatiua, & uniuersali affirmatiua, uniuersalẽ colligens negatiuã, ut sit cõclusio:

clusio. De nullo igitur c termino b prędicabit. His igit cõuersionibus, omnis secũde & tertię figurę syllogismus conclusioq; colligitur & probatur. Atq; ideo quoniã ex seipsis non sunt probati nisi ex superioribus comprobentur, idest, primæ figuræ modis, quicunq; in secunda uel tertia figura inuentus fuerit imperfectus uocatur syllogismus. Secundus uero modus secundæ figuræ est quoties ex uniuersali affirmatiua & uniuersali negatiua commutatis ordinibus uniuersalibus rursus negatiua concluditur. Si enim a terminus in omni b termino fuerit, & de nullo c termino prędicetur, b terminus de nullo c termino prædicabitur. Sit enim a bonum, b iustum, c malum. Si quis igitur sic dicat:

Omne iustum bonum est.
Nullum malum bonum est, concludit.
Nullum igitur malum iustum est.

Sed hæc complexio coniunctioq; propositionũ duplicẽ cõuersionẽ habet. Ostẽdit enim de secũdo primę figurę modo sic. Nã si a terminus in omni b termino est, et de nullo c termino prędicat, hic uniuersalis negatiua cõuertit. Erit igit ut c terminus de nullo a termino prędicet. Quod si ita est, erit huiusmodi syllogismus, c terminus de nullo a termino prędicat, a terminus in omni b termino est, c igitur terminus de nullo b termino prędicabit. Ecce una cõuersio facta est propositionis negatiuę. Sed quoniã diximus cõcludi nõ c in nullo b sed b in nullo, c termino, hic uniuersalis cõclusio negatiua cõuertit: Et sicut cõclusum est, c terminũ de nullo b termino prædicari, ita cõcludit de nullo c termino b terminũ prędicari. Tertius modus secundę figurę est, quoties ex uniuersali negatiua & particulari affirmatiua particularis negatiua colligit. Si enim a terminus de nullo b termino prędicet, et in quodã c termino fuerit, b terminus de quodam c termino non prædicabitur. Sit enim a bonum, b malum, c iustum. Si quis igitur sic dicat:

Nullum malum bonum est.
Quoddam iustum bonum est, concludat necesse est.
Quoddam iustum malum non est.

Hic quoq; syllogismus per conuersionem hoc modo probatur. Nam si a terminus de nullo b termino prædicatur, & b terminus de nullo a termino prædicabit. Sed a terminus de quodã c termino prædicatur. Redit igitur primæ figurę modus quartus qui est ex uniuersali negatione & particulari affirmatione, particularem, scilicet, colligens negatiuam, ut in hoc quoq; syllogismo. Nam hic quoq; particularem negatiuam colligit, idest, b terminum de quodam c termino non prædicari. Quartus modus secundæ figurę est, qui ex uniuersali affirmatione & particulari negatione particularem colligit negatiuam. Nam si a terminus in omni b termino sit, & de quodã c termino nõ prædicetur, b terminus de quodam c termino non prædicabitur. Sit enim a bonum, b iustum c malum. Si quis igitur dicat:

Omne iustum bonum est.
Quoddam malum bonum non est, concludit.
Quoddam igitur malum iustum non est.

Hæc uero complexio atq; ordo propositionum per conuersionẽ non potest approbari. Generalis enim affirmatiua sibijpsi conuerti non potest. Monstratur igitur iste syllogismus ex prima figura non per conuersionem, sed per impossibilitatem, quoniam si particularis conclusio negatiua in hoc syllogismo non cõcluditur, aliquod inconueniens impossibileq; contingit. Sed hæc impossibilitas per primam figuram demonstrabitur. Dico enim quoniam si a terminus de omni b termino prædicetur, & in aliquo c termino non sit, talem colligi conclusionem, ut b terminus de aliquo c termino non prædicetur. Nam si hoc falsum est, huic contraiacens propositio uera erit. Particularibus autem negatiuis uniuersales affirmatiuæ contraiacentes sunt, ut in superiore libro docuimus, si igitur hic particularis negatio non est conclusio, erit

generalis affirmatio. Sit enim affirmatio generalis,& b terminus de omni c termino prędicet,sed a terminus de omni b termino prędicat,b uero terminus de omni c termino prędicari dicit. A igit terminus de omni c termino prędicat, qd fieri nō potest. Ita enim a c ꝓpositionē posuimus prius,ut diceremus a terminū de quodā c termino nō prędicari. Hoc igit ostēsum est per primū modū primæ figuræ. Quare in secūda figura omnis syllogismus imperfectus est,& eius ꝓbatio aut per cōuersionē in primā figurā reducit,aut ex Hypothetica dispositiōe per impossibilitatē,et primā figurā aliter fieri nō posse mōstrat,et alij quidē omnes per impossibile probātur ꝙ paulò post demōstrabit. Restat ut tertię figurę modos atq; ordines explicemus. Sed antea q̄ id faciamus,illud prius uidēdū est, ꝙ in tertię figurę modis nūq; cōclusio colligit uniuersalis. Sed si uel negatiuę uel affirmatiuę fuerint collectiones, particulares semp erūt nūq; etiā generales. Est aūt tertię figurę primus modus hic, qui ex duabus uniuersalibus affirmationibus particularē colligit affirmationē. Nā si a et b termini de omni c termino prędicēt,a terminus de quodā b termino prędicabitur per cōuersionē. Nā si b terminus de omni c termino prędicat,et uniuersalis affirmatio particulariter sibi conuertit,c terminus de quodā b termino prędicat. Qđ si ita est,fit tertius primę figurę modus,q est ex uniuersali et particulari affirmatiua,et colligit a terminum de quodam b termino prædicari. Sit enim a iustum, b uirtus,c bonum. Si quis enim sic dicat:

Omne bonum iustum est.
Omne bonum uirtus est,fit conclusio.
Quædam uirtus iusta est.

Mutant alij terminos,& uolunt facere secundum modum, ut sit a uirtus, b iustum, c bonum,ut sit talis syllogismus:

Omne bonum uirtus est.
Omne bonum iustum est,& concludatur.
Quoddam iustum uirtus est.

Sed hūc Arist. à superiore nō diuidit,& hos duos unū modū putat,et idcirco nos sep tē tertiæ figuræ esse diximus modos dubitantes, sed magis Arist. sequendus est, atq; ideo alīū modū dicamus esse qui possit integre uideri secundus. Secundus uero modus tertiæ figuræ est, quoties ex uniuersali negatione,& uniuersali affirmatione negatio colligitur particularis. Si enim a terminus de nullo c termino b terminus uero de omni c termino prædicetur,a terminus de quodam b termino nō prædicabitur. Nam si a terminus de nullo c termino prædicatur,b uero de omni c,& c terminus de quodam b termino prædicabitur. Particulariter enim sibi uniuersalis affirmatiua conuertitur. Concluditur igitur in quarto primæ figuræ modo, a terminum de quodam b termino non prędicari. Sit enim a malū,b iustū,c bonū. Si qs sic dicat:

Nullum bonum malum est.
Omne bonum iustum est,concludat necesse est,
Quoddam igitur iustum malum non est.

Ex quo cōsiderandū est maiorē extremitatē in cōclusione prędicari. Tertius modus tertię figurę est, quoties ex particulari et uniuersali affirmatiua particularis affirmatio cōcludit. Si enim a terminus de quodā c,et b terminus de omni c termino prædicet,cōcludit a terminū de quodā b termino prędicari per duplicē cōuersionem. Quoniā enim b terminus de omni c termino prędicat,et a terminus de q̄dā c termino prædicat,et particularis affirmatiua semp sibijpsi cōuertit,c terminus de q̄dā a termino prædicabit. Sūt igit propositiōes sic,b terminus de omni c termino,c uero terminus de quodā a termino prædicat,ꝙ si ita est, colligit in primæ figuræ modo tertio b terminū de quodā a termino prædicari. Atq; ita particularis affirmatiua cōuertit,et a terminus de q̄dā b termino prædicabit,erūtq; duplices cōuersiones,una ꝓpositiōis,alia cōclusiōis. Sit enim a iustū,b uirtus, c bonū. Si quis igit sic dicat:

Quoddam

Quoddam bonum iustum est.
Omne bonum uirtus est,concludat,necesse est.
Quædam uirtus iusta est.

Quartus modus tertiæ figuræ est,quoties ex uniuersali affirmatione & particulari affirmatione,affirmatio particularis colligitur. Nam si a terminus de omni c termino prædicetur,b uero terminus in quodam c termino sit,concluditur,a terminum de quodam b termino prædicari per conuersionem. Si enim b terminus de quodam c termino prædicetur,& c terminus de quodam b termino prędicatur, quoniā particularis affirmatiua sibijpsi cōuertitur,& fit syllogismus in primæ figuræ tertio modo,qui fit ex uniuersali affirmatiua & particulari affirmatiua, particularem colligens affirmatiuam,ut sit syllogismus hoc modo: a terminus in omni c,& c terminus in quodam b. Igitur b terminus in quodam b sit a uirtus,b iustum,c bonum. Si quis igitur sic dicat:

Omne bonum uirtus est.
Quoddam bonum iustum est,concludet quoniam.
Quoddam iustum uirtus est.

Quintus modus tertiæ figurę est,quoties ex particulari negatione, & uniuersali affirmatione,particularis colligitur negatiua. Sed hic modus per conuersionem probari non potest,sed per impossibilitatem sicut quartus secundæ figuræ probatus est modus. Si enim a terminus de quodam c termino non prędicetur,b uero terminus de omni c termino prædicetur,a terminus de quodam b termino non prædicabit, nam si non ita est,erit illud uerum,a terminum de omni b termino prædicari,sed b terminus de omni c termino prædicatur,a igitur terminus de omni c termino prædicabitur,quod fieri non potest. Prius enim ita positus est a terminus,ut de quodam c termino non prædicaretur. Quod si generalis affirmatio in conclusione syllogismi non est,ut sit a terminus in omni b termino,erit huic contraiacens particularis negatio,ut a terminus de quodam b termino non prædicetur. Sit enim a malum,b iustum,c bonum. Si quis igitur sic dicat:

Quoddam bonum malum non est.
Omne bonum iustum est,concludat necesse est.
Quoddam igitur iustum malum non est.

Sextus modus tertiæ figuræ est quoties ex uniuersali negatiua & particulari affirmatiua,particularis negatio colligitur per conuersionem. Nam si a terminus in nullo c termino sit,b uero terminus de quodam c termino prædicetur, fit conclusio a terminum de quodam b termino non prædicari. Nam si a terminus de nullo c termino prædicatur,b uero terminus de quodam c termino prædicat,& c terminus de quodam b termino prędicabitur,quoniam particularis affirmatiua potest conuerti. Fit igitur talis syllogismus,ut a terminus de nullo c termino prædicetur,c terminus de quodam b termino prædicetur,& a terminus de quodam b termino non prædicetur. Sit a malum,b iustum,c bonum. Si quis igitur dicat:

Nullum bonum malum est.
Quoddam bonum iustum est,concludit.
Quoddam iustum malum non est.

His igitur expeditis quid ipse syllogismus sit,diffiniendum est. Diffinitur autem sic, syllogismus est oratio in qua positis quibusdam atq; concessis, aliud quiddam quā sint ea quę posita & concessa sunt,necessario contingit per ipsa quę cōcessa sunt. Oratione diximus esse syllogismum idcirco,quoniam omnis diffinitio à generali trahitur. Genus autem syllogismi est oratio,quod autem dictum in qua positis quibusdam & concessis,ita intelligendum est,quasi sic dictum esset,secundam quam positis & concessis,ut enim syllogismus fiat,ante aliquid à proponente dicitur, quòd audiens concedat,quod si ille concesserit,concludit et perficit syllogismū,idcirco quia

dubiæ res per quædam conceſſa & probata monſtrantur, conceditur autem æqualiter & affirmatio & negatio uera. Cætera uero in ſyllogiſmi diffinitione talia ſunt q̃ non integre diſpoſitos ſyllogiſmos à ſyllogiſmorũ diffinitione uerorũ diſcernant. Nam q̃ dictũ eſt in qua poſitis q̃buſdã ſumptorũ, ſcilicet, & propoſitionũ multitudo monſtratur. Sunt enim qui putantur eſſe huiuſmodi ſyllogiſmi, in quibus tãtum una ꝓpoſitio eſt & una cõcluſio. Qualis eſt hic, uides, uiuis igit̃, homo es, animal igitur es. Et alia huiuſmodi q̃s, ſcilicet, uereres in ſyllogiſmis nõ acceperũt, ſyllogiſmus eñ eſt aliquorũ collectio. At uero collectio nõ niſi plurimorũ eſt, & quicunq; unã poſuit propoſitionẽ, ille nõ colligit. Nullũ igit̃ facit ſyllogiſmũ. Debet eñ ſyllogiſmus ut anguſtiſſimus ſit, duabus propoſitionibus cõprobari. Quod aũt dictũ eſt, aliud quiddã neceſſario euenire, quã ſint ipſa q̃ cõceſſa ſunt, quoniã frequẽter ales ab aliq̃bus fiunt ſyllogiſmi, ut ea q̃ propoſuerũt, ipſa etiam in concluſione cõcludãt, ut eſt hic: Si homo es, homo es, homo aũt es, homo igit̃ es. Idẽ enim concluſit q̃ antè propoſuit. Atq; ideo ad iſtorũ diſcretionẽ, aliud quiddam cõtingere debere dictum eſt, quã ſint ea q̃ cõceſſa ſunt, ut in ſuperioribus omnibus ſyllogiſmis q̃s in trium figurarũ modis & demõſtratione poſuimus. Tales uero ſyllogiſmi quales nũc dicti ſunt perridiculi ſunt, q̃d id q̃ antè cõceſſum eſt quaſi dubiũ quiddã in cõcluſione colligit̃. Nam q̃d poſitũ eſt neceſſario cõtingere, ad hoc pertinet quoniã frequẽter ad inductionẽ ueræ quædã propoſitiones ſunt, quarũ cõcluſio nullo modo uera eſt, ut ſi q̃s ſic dicat: Qui Muſicã nouit Muſicus eſt, & cõcedat̃. Et qui Arithmeticã, Arithmeticus eſt, & qui Medicinã, Medicus eſt, & qui bonũ, bonus eſt. Cũ igit̃ hæc omnia cõceſſa ſunt dicat, & qui malũ, malus eſt. Quod quaſi ſuperioribus ſimile uidetur, ſed omni modo falſum eſt. Boni enim homines nõ aliter cauent, niſi mala nouerint. Atq; ideo propt̃ eas cõcluſiones quę ſunt per eas propoſitiones q̃ per inductionem dicunt̃, additũ eſt concluſiones in ſyllogiſmis neceſſarias cõtingere, id eſt, ex neceſſitate cõtingere. Eſt etiã alia expoſitio, ſed in Analyticis noſtris iã dicta eſt. Illud uero q̃d dictũ eſt ꝑ ipſa quę poſita ſunt, hoc propter eos dictũ eſt qui tales faciunt ſyllogiſmos, in quibus aut minus aliq̃d aut plus, aut aliud propoſitũ eſt quàm proponi debuerat. Fiunt enim huiuſmodi ſyllogiſmi. Si quis eñ ita dicat. Socrates homo eſt, omnis homo animal eſt & cõcludat. Socrates igit̃ animatus eſt, minus propoſuit, q̃d non dixit. Omne animal eſſe animatũ. Nunc ſi ſic propoſuiſſet, rectè Socrates animatũ eſſe cõcluderet ita dicẽdo: Socrates homo eſt. Omnis homo animal eſt, & omne animal animatũ eſt, Socrates igit̃ animatus eſt. Plus aũt proponere hoc eſt, ut ſi quis ſic dicat: Omnis homo animal eſt, Omne animal animatũ eſt. Sed & ſol in ariete eſt, omnis igit̃ homo animatus eſt, hic uero ſuperfluũ eſt quod ſolem in ariete eſſe interpoſuit, aliud autẽ quã neceſſe eſt quidam proponũt hoc modo, ut ſi quis ſic dicat, omne homo animal eſt, uirtus autem bonũ eſt, omnis igitur homo animatum eſt, nulla igit̃ ur harũ propoſitionũ ad rem pertinet, quod concludere cupiebat. Expedita igitur ſyllogiſmi diffinitione ad priorũ modorum naturam reſolutionẽq; ueniamus, & prius omnes in ordinem diſponantur.

Primæ figuræ modi.

Primus	Omne iuſtum bonum eſt. Omnis uirtus iuſta eſt.
	Omis igitur uirtus bona eſt.
Secundus	Nullum bonum malum eſt. Omne iuſtum bonum eſt.
	Nullum igitur iuſtum malum eſt.
Tertius	Omne bonum uirtus eſt. Quoddam iuſtum bonum eſt
	Quoddam igitur iuſtum uirtus eſt.
Quartus	Nullum bonum malum eſt. Quoddam iuſtum bonum eſt
	Quoddam igitur iuſtum malum non eſt.
Quintus	Omne iuſtum bonum eſt. Omnis uirtus iuſta eſt.
	Quoddam igitur bonum uirtus eſt.
Sextus	Nullum bonum malum eſt. Omne iuſtum bonum eſt.

Nullum

	Nullum igitur malum iuſtum eſt.
Septimus	Omne bonum uirtus eſt. Quoddam iuſtum bonum eſt.
	Quædam igitur uirtus iuſta eſt.
Octauus	Omne bonum iuſtum eſt. Nullum malum bonum eſt.
	Quoddam igitur iuſtum malum non eſt.
Nonus	Quoddam bonum iuſtum eſt. Nullum malum bonum eſt.
	Quoddam igitur iuſtum malum non eſt.

Secundæ figuræ modi.

Primus	Nullum malum bonum eſt. Omne iuſtum bonum eſt.
	Nullum igitur iuſtum malum eſt.
Secundus	Omne iuſtum bonum eſt. Nullum malum bonum eſt.
	Nullum igitur malum iuſtum eſt.
Tertius	Nullum malum bonum eſt. Quoddam iuſtum bonum eſt.
	Quoddam igitur iuſtum malum non eſt.
Quartus	Omne iuſtum bonum eſt. Quoddam malum bonum non eſt.
	Quoddam igitur malum iuſtum non eſt.

Tertiæ figuræ modi.

Primus	Omne bonum iuſtum eſt. Omne bonum uirtus eſt.
	Quædam igitur uirtus iuſta eſt.
Secundus	Omne bonum uirtus eſt. Omne bonum iuſtum eſt.
	Quoddam igitur iuſtum uirtus eſt.
Tertius	Nullum bonum malum eſt. Omne bonum iuſtum eſt.
	Quoddam igitur iuſtum malum non eſt.
Quartus	Quoddam bonum iuſtum eſt. Omne bonum uirtus eſt.
	Quædam igitur uirtus iuſta eſt.
Quintus	Omne bonum uirtus eſt. Quoddam bonum iuſtum eſt.
	Quoddam igitur iuſtum uirtus eſt.
Sextus	Quoddam bonum malum non eſt. Omne bonum iuſtum eſt.
	Quoddam igitur iuſtum malum non eſt.
Septimus	Nullum bonum malum eſt. Quoddam bonum iuſtum eſt.
	Quoddam igitur iuſtum malum non eſt.

Hi ſunt igit̃ omnes triũ figurarũ modi q̃rũ primę figurę quatuor primę indemõſtrabiles nominant̃ et directi, ideſt ſine aliqua cõuerſione mõſtrati, indemõſtrabiles aũt q̃niã nõ per alios demõſtrant̃, & perfecti dicũt̃, quoniã per ſeipſos cõprobãt̃. Et primi quoniã poſitiõe, et natura primi ſunt, et in eos omnes cęteri reſoluunt̃. Illi quoque quinq; primæ figuræ modi imperfecti & per conuerſionẽ ſunt. Secũdę uero figurę, uel tertię, omnes imperfecti ſunt, quoniã per primos primæ figuræ modos quatuor comprobantur. Namq; in ipſos reſoluunt̃, ut eos per conuerſionem reſoluamus, & per impoſſibilitatẽ, ut duo illi ſuperius demõſtrati ſunt, cõſideremus igit̃ eorũ principia, q̃niã unde naſcũt̃ in idipſum reſoluũt̃. Quintus igit̃ primę figurę modus de primę primo figurę modo procreat̃. Binis enim ꝓpoſitionibus prioribus, manentibus concluſio primi modi particulariter cõuerſa, quintum efficit ſyllogiſmum, quod in ſubiecta declaratur deſcriptione:

Omne iuſtum bonum eſt,	eadem	Omne iuſtum bonum eſt.
Omnis uirtus iuſta eſt.	eadem	Omnis uirtus iuſta eſt.
Omnis uirtus bona eſt	uerſa	Quoddam bonum uirtus eſt.

Sextus uero primę figurę modus de ſecũdo primę figurę modo capit principiũ. Manẽtibus enim duabus prioribus ꝓpoſitionib. ſecũdi modi uniuerſali concluſione uniuerſaliter cõuerſa. Sextus naſcitur ſyllogiſmus, ut ſubiecta docet deſcriptio:

Nullum bonum malum eſt	eadem	Nullum bonum malum eſt
Omne iuſtum bonum eſt	eadem	Omne iuſtum bonum eſt
Nullum iuſtum malum eſt	uerſa	Nullum malum iuſtum eſt

Septimus modus primę figuræ de tertio primæ figuræ naſcitur modo. Manentibus enim binis propoſitionibus prioribus particulari affirmatiua in cõcluſione conuerſa, ſeptimi modi collocatio procreatur.

Omne bonum uirtus eſt	eadem	Omne bonum uirtus eſt
Quoddam iuſtum bonum eſt	eadem	Quoddam iuſtum bonum eſt
Quoddam iuſtum uirtus eſt	uertitur	Quædam uirtus iuſta eſt

Octauus uero & nonus primæ figuræ modus in quartũ primæ figuræ modum reſoluuntur, non etiã initiũ ſumunt, octauus reſoluitur in quartum hoc modo: prima enim quarti in ſecundam octaui uniuerſaliter conuerſa, & prima propoſitione octaui modi particulariter in ſecundam quarti modi conuerſa, eadem concluſio colligitur, id eſt, negatio particularis.

Nullum bonum malum eſt, negatio uniuerſalis.
Quoddam iuſtum bonum eſt, particularis affirmatio.
Vniuerſaliter conuerſa, Omne bonum iuſtum eſt.
Vniuerſaliter conuerſa, Nullum malum bonum eſt.
Quoddam iuſtum malum non eſt. Eadem concluſio.
Quoddam iuſtum malum non eſt.

Nonus uero modus in quartum modum reſoluitur ſic, prima quarti in ſecundam noui propoſitionem uniuerſaliter conuertatur, & ſecunda quarti particulariter in primam noni, & eadem concluſio maneat negatio particularis.

Nullum bonum malum eſt, uniuerſalis negatiua.
Quoddam iuſtum bonum eſt, particularis affirmatiua.
Particulariter conuerſa, Quoddam bonum iuſtum eſt.
Vniuerſaliter conuerſa, Nullum malum bonum eſt.
Quoddam iuſtum malum non eſt, eadem concluſio.
Quoddam iuſtum malum non eſt.

Reſolutis igitur quinque primę figuræ modis in quatuor ſuperioribus, ſecundæ figuræ quatuor modos in prioris figuræ modos quatuor reſoluamus, quorum tres per conuerſionem probantur. Quartus uero per ſolam impoſſibilitatem. At uero primus, & ſecundæ figuræ ſecundus modus in ſecundum prioris figuræ modum reſoluuntur & reſoluitur primus ſic. Cõuerſa enim prima uniuerſali negatione uniuerſaliter, & manẽte ſecunda uniuerſali affirmatione eadem concluſio utrorũq; naſcitur.

Primus ſecundæ.

Nullum bonum malum eſt	conuerſa	Nullum malum bonum eſt
Omne iuſtum bonum eſt	eadem	Omne iuſtum bonum eſt
Nullum iuſtum malum eſt	eadem	Nullum iuſtum malum eſt

Secundæ figuræ ſecundus modus in primæ figurę ſecũdum modum reſoluitur ſic: Conuerſa ſecunda propoſitione, & ſecunda prima manente, uniuerſaliter fit cõuerſa concluſio.

Nullum bonum malum eſt	X	net. Omne iuſtum bonum eſt
Omne iuſtum bonũ eſt. ma/		conuerſa. Nullum malum bonum eſt.
Nullum iuſtum malum eſt		conuerſa. Nullum malum iuſtum eſt.

Tertius uero ſecundæ figurę modus, de quarto primæ figuræ procreatur. Vt enim uniuerſalis negatio in primam propoſitionẽ uniuerſaliter conuertatur, & ſecũdæ propoſitiones maneãt, idẽ ſyllogiſmi terminus propoſitioq; colligitur hoc modo:

Nullum bonum malum eſt	conuerſa	Nullum malum bonum eſt
Quoddam iuſtum bonum eſt	ſimilis	Quoddam iuſtum bonum eſt
Quoddam iuſtum malũ nõ eſt	eadem	Quoddam iuſtum malũ non eſt.

Quartus modus ſecundæ figuræ quoniam iam primo cum factus eſt per conuerſionem in ſuperioris primæ figuræ modũ retorqueri non poterat, ſed per impoſſibile demonſtrauũ eſt, hic quoq; per impoſſibile ad ſuperiores reducitur modos, & quoniam

niam omnes ſecundę figuræ modi per impoſſibile monſtrantur, idcirco nos quoq; inchoantes à quarto omnes per impoſſibile reſoluamus. Nam quartus ſecundę figuræ modus, in primum primæ figuræ reſoluitur per impoſſibilitatem. Tertius in ſecundum, ſecundus in tertiũ, primus in quartũ, quod hoc modo liquebit, ſi quis ergo duas iſtas conceſſerit propoſitiones, id eſt, omne bonum uirtus eſt, & quoddam iuſtum uirtus non eſt, neceſſe eſt quoq; concluſionem concedat, quæ eſt: Quoddã igitur iuſtum bonum non eſt. Nam ſi hæc falſa eſt, erit ei cõtraiacens uera quæ eſt: Omne iuſtum bonum eſt, ſed illam conceſſit quæ eſt prima quarti modi, id eſt, omne bonum uirtus eſt. Ex his igitur concludat, omne igitur iuſtum uirtus eſt. Sed prius cõceſſit quarti modi ſecundam propoſitionem quæ eſt: Quoddã iuſtum uirtus non eſt. Nunc uero concedit, Omne iuſtum uirtus eſt, duas ſibi contraiacentes ſimul cõcluſuras eſt, quod fieri non poteſt. Hoc autem idcirco euenit, quia concluſio quarti modi in primi modi ſecundam propoſitionem conuerſa eſt, quòd ſi ſecunda propoſitio primi modi in quarti concluſione non colligitur, quarti cõcluſio, id eſt, particularis negatio permanebit. Sed ne fortè nos cõturbet quod alios terminos in reſoluendo modo poſuimus, quã ſuperius in diſponẽdo. Non enim modo in terminis laboramus, ſed in figuris & modis & cõplexionibus cõſtruẽdis atq; reſoluendis operã conſumimus. Eodẽ modo & cæteri ſecũdæ figuræ in primos quatuor reſoluuntur.

Omne bonum uirtus eſt.	eadem	Omne bonum uirtus eſt
Quoddam iuſtum uirtus non eſt.		Omne iuſtum bonum eſt.
Quoddam igitur iuſtum bonum non eſt		Omne igitur iuſtum uirtus eſt.

Tertius ſecundæ figuræ modus ſecundo primæ figuræ modo ſic reſoluitur. Si quis duas primas tertij modi cõceſſerit, particularem quoque negationem cõcludet quæ eſt, quoddam igitur iuſtum bonum nõ eſt. Nam ſi hæc falſa eſt, uera erit cõtraiacẽs, quæ eſt, omne iuſtum bonum eſt. Sed etiam illa conceſſa eſt, quæ eſt, nullum bonũ malum eſt. Ex his ergo colligitur. Nullum igitur iuſtum malũ eſt. Sed prius conceſſa erat, Quoddam iuſtum malum eſt. Nunc uero nullum iuſtum malum eſt, duas ſibi contraiacentes, uno tempore concedit, quod fieri non poteſt. Sublata igitur uniuerſali concluſione quæ eſt. Omne iuſtum bonum eſt, remanebit particularis negatio, quæ eſt. Quoddam iuſtum bonum non eſt.

Nullum bonum malum eſt.	Conceſſæ.	Nullum bonum malum eſt.
Quiddam iuſtum malum eſt.	contraiacen.	Omne iuſtum bonum eſt.
Quoddã igitũ iuſtũ bonũ non eſt. permut. cõtra.		Nullũ ergo iuſtum malũ eſt.

Secundus ſecundæ figuræ in tertio primæ figuræ modo ſic reſoluitur, ſi quis duas ſecundæ figuræ propoſitiones conceſſerit. Concluſionem quoque concedit, quę eſt igitur, iuſtum bonũ eſt. Nam ſi hæc falſa eſt, erit uera contraiacens ei particularis affirmatio. Quoddã iuſtum bonum eſt. Sed idem conceſſit illam quæ eſt: Omne bonũ uirtus eſt, concludat neceſſe eſt. Quoddam iuſtum uirtus eſt. Qui iam ante cõceſſerat ſecundam ſecundi modi quę eſt. Nullum iuſtum uirtus eſt, duas contraiacentes uno tempore concedit, quod fieri non poteſt.

Omne bonum uirtus eſt,	Conceſſæ	Omne bonum uirtus eſt.
Nullum iuſtum uirtus eſt, contra/	X	cõtraiacẽ. quoddã iuſtũ bonũ eſt.
Nullum iuſtum bonũ eſt, permu.		iacen. quoddam iuſtum uirtus eſt.

Primus item ſecundæ figurę in quartum primæ figuræ ſic reſoluitur, qui concedit duas primi modi propoſitiones, concedat neceſſe eſt & concluſionem. Nam ſi illa falſa eſt, erit uera contraiacens ei particularis affirmatiua quæ eſt. Quiddam iuſtum bonum eſt. Sed idem conceſſit illam quę eſt. Nullum bonum malum eſt, concludat neceſſe eſt. Quoddã igitur iuſtum malum non eſt, qui ante cõceſſerat illam quæ eſt. Omne iuſtum malum eſt, uno tempore duas contraiacentes concedit, quod fieri nõ poteſt. Sublata igitur particulari affirmatione quæ eſt: Quoddam iuſtum bonũ eſt, remanet illa quę eſt: Nullum iuſtum bonum eſt.

Nullum

Nullum bonum malum eſt.	Símiles.	Nullum bonum malum eſt.
Omne iuſtum malum eſt,contra/	X	contraiacẽ. Quoddã iuſtũ bonũ eſt.
Nullum iuſtum bonum eſt,permut.		iacen.Quoddã ígíẽ iuſt.malũ nõ eſt.

Sequitur ut tertiæ figuræ modos ad primos quatuor reducamus,quorũ quinq; p cõuerſionẽ & p impoſſibilitatẽ ad primos quatuor reſoluunt, unus uero ſolus,id eſt, quintus per ſolam impoſſibilitatem in priora reſoluitur,primus tertiæ modus figuræ in tertiũ primæ figuræ hoc modo reſoluitur, ſi enim prima propoſitio tertij modi primæ figuræ maneat,& ſecunda propoſitio particularis tertij modi primæ figuræ uniuerſaliter conuertatur,& ſit ſecunda propoſitio primi modi tertiæ figurę,eadem concluſio colligitur,id eſt affirmatio particularis.

Omne bonum iuſtum eſt.	Manet.	Omne bonum iuſtum eſt
Quædam uirtus bona eſt.	Conuerſa.	Omne bonum uirtus eſt
Qædam uirtus iuſta eſt.	Manet.	Quædam uirtus iuſta eſt.

Vel certè ſic, quía ſuperius talem ſyllogiſmum diximus terminis commutatis, quẽ Ariſtoteles diſſimilem non putat.

Omne bonum uirtus eſt	Símiles	Omne bonum uirtus eſt
Quoddam iuſtum bonum eſt	Conuerſa	Omne bonum iuſtum eſt
Quoddam iuſtum uirtus eſt	Manet.	Quoddam iuſtum uirtus eſt.

Secundus modus tertiæ figuræ in quartũ modũ primæ figuræ hoc modo reſoluitur. Si enim primæ propoſitiones ſecũdi tertiæ figuræ modi,& quarti modi primæ figurę maneãt,quarti uero modi primę figurę ſecũda propoſitio uniuerſaliter cõuertatur, & ſecunda ſit propoſitio ſecũdi modi tertiæ figuræ,eadem concluſio procreatur.

Nullum bonum malum eſt,	Manet.	Nullum bonum malum eſt
Quoddam iuſtum bonum eſt,	Verſa uniuerſaliter.	Omne bonum iuſtũ eſt
Quoddam iuſtum malũ nõ eſt,	Manet.	Quoddam iuſtum malũ non eſt.

Tertius modus tertiæ figuræ in tertium modum primæ figuræ reſoluitur. Si enim propoſitio prima tertij primæ figuræ modi,& ſecunda propoſitio tertij modi tertiæ figuræ maneat,& ſecũda,ppoſitio tertij modi primæ figuræ particularis particulariẽ cõuertaẽ,& ſit prima tertij modi tertię figuræ,cõuerſa particulariẽ cõcluſio naſcit.

Omne bonum uirtus eſt,	X	Quoddam bonum iuſtum eſt,
Quoddam iuſtum bonum eſt		Omne bonum uirtus eſt,
Quoddam iuſtum uirtus eſt.	Verſa parti.	Quædam uirtus iuſta eſt.

Quartus modus tertiæ figuræ in tertium modum primæ figuræ reſoluitur,ſi enim utrorumq; primæ maneant propoſitiones,& ſecundę particulares particulariter cõuertantur,eędem concluſiones naſcuntur.

Omne bonum uirtus eſt.	Manet.	Omne bonum uirtus eſt
Quoddam iuſtum bonum eſt	Vertitur.	Quoddam bonum iuſtum eſt.
Quoddam iuſtum uirtus eſt	Manet.	Quoddam iuſtum uirtus eſt.

Reliquus ſextus ſyllogiſmus tertiæ figuræ de primæ figurę quarto modo procreatur,manentibus enim primis eorum propoſitionis atq; ſecundis particulariter immutatis particulis,in utroq; manebit concluſio.

Nullum bonum malum eſt	eadem	Nullum bonum malum eſt
Quoddam iuſtum bonum eſt,	Mutata	Quoddam bonum iuſtum eſt
Quoddã iuſtum malum non eſt	Manet	Quoddam iuſtum malũ nõ eſt.

Quintus aũt qui reſtat,ſicut ante per impoſſibile,probatur,ita etiã nunc per impoſſibilitatem reſoluitur.Sed quemadmodum unus fuerit reſolutus,eodem ordine omnes reſoluendi ſunt.Reſoluiẽ aũt ſextus tertię figuræ modus in tertiũ primæ figuræ modum.Quintus autẽ tertiæ figurę modus reſoluitur in primũ primæ figuræ. Quartus tertiæ figuræ modus reſoluitur in quartum primæ figurę modum. Tertius tertię figuræ modus reſoluitur in ſecundum primæ figuræ modum, ſecundus tertiæ figure modus reſoluitur in primum primæ figuræ modum. Primi tertiæ figurę modi reſoluuntur in ſecundos primæ figurę modos. Reſoluitur autem per impoſſibilitatem

ſextus tertiæ figuræ modus in primę figuræ modum tertium hoc modo:Si qs igitur duas propoſitiones ſexti modi tertiæ figuræ conceſſerit. Concedat etiã neceſſe eſt concluſionem quæ eſt: Quoddam iuſtum malum non eſt.Nam ſi hæc falſa eſt, erit uera contraiacens ei primę figurę tertij modi primæ propoſitio quę eſt:Omne iuſtum malum eſt.Sed etiam conceſſit propoſitionem ſecundam,quæ eſt. Quoddam bonum iuſtum eſt.Ex his igitur concedat neceſſe eſt.Quoddam bonum malũ eſt,quía ante conceſſerat primam propoſitionem ſexti modi tertiæ figuræ quæ eſt: Nullum bonum malum eſt.Vno tempore duas ſibi contraiacentes concedit, quod fieri non poſſe deſcriptio declarat:

Nullum bonum malum eſt contra/		contraía. Omne iuſtum malum eſt
Quoddã bonum iuſtum eſt,conceſſæ	X	Quoddam bonum iuſtum eſt
Quoddã iuſtum malũ non eſt,permu.		iacen.Quoddam bonum malũ eſt

Hoc modo omnes cæteri modi tertiæ figuræ in primos modos primæ figuræ referuntur,quod ſubiecta deſcriptio declarat,in qua prior quintus, qui per conuerſionem reſolui non potuit,per impoſſibilitatem reſolutus eſt.

Quoddam bonũ malũ non eſt, cõtra/		contraía. Omne iuſtum malum eſt.
Omne bonum iuſtum eſt,conceſſæ	X	in utriſq;.Omne bonum iuſtum eſt.
Quoddã iuſtum malũ non eſt permu.		iacen. Omne bonum malum eſt.
Omne bonum uirtus eſt,contra/		contraía.Nullum iuſtum uirtus eſt
Quoddam bonum iuſtũ eſt,cõceſſæ	X	in utriſq;.Quoddã bonum iuſtũ eſt
Quoddam iuſtum uirtus eſt,permuta.		iacen.Nullum bonum uirtus eſt
Quoddã bonũ iuſtum eſt,contra/		contraía. Nulla uirtus iuſta eſt
Omne bonum uirtus eſt,conceſſæ	X	in utriſq;. Omne bonum uirtus eſt
Quædam uirtus iuſt. eſt, permuta.		iacen.Nullum bonum iuſtum eſt.

In reſolutione modi ſecundi tertiæ figuræ in primum modũ primæ figuræ, hæc impoſſibilitas euenit,quòd duas contrarias uno tempore concedit, quod fieri nequit. Nunquam enim duę contrarię uno tempore ſimul uerę inuenientur.

Nullum bonum malum eſt,contra/		contraiacẽ. Omne iuſtum malũ eſt
Omne bonum iuſtum eſt, conceſſæ	X	in utriſq;. Omne bonum iuſtum eſt
Quoddã iuſtũ malũ non eſt,permu.		riæ.Nullum bonum iuſtum eſt.

Et in ſequenti quoq; ſyllogiſmo duas concedit,quòd impoſſibile eſt.

Omne bonum iuſtum eſt,contra/		cõtraiacen.Nulla uirtus iuſtus eſt
Omne bonum uirtus eſt,conceſſæ	X	in utriſq;. Omne bonum uirtus eſt
Quædam uirtus iuſta eſt,permu.		riæ. Nullum bonum iuſtum eſt.

Nec nos illud turbet,quod in quibuſdam contraria propoſitio & concluſio inueniatur,in quibuſdam uero contraiacens.Namq; æqualiter peccauit tam qui utraſq; cõtrarias conceſſerit,quàm ſi utraſq; contraiacentes.Nam quo modo contraiacentes uno tempore uerę eſſe non poſſunt unq;,ſic etiam contrariæ.

Omne bonum uirtus eſt, contra/		contraiacen. Nullum iuſtũ uirtus eſt
Omne bonum iuſtum eſt, conceſſæ	X	in utriſq;. Omne bonum iuſtum eſt
Quoddã iuſtum uirtus eſt,permu.		riæ.Nullum bonum uirtus eſt.

Hæc de Categoricorum ſyllogiſmorum introductione Ariſtotelem plurimum ſequens,& aliqua de Theophraſto & Porphyrio mutuatus,quantum parcitas introducendi permiſit,expreſſi. Siqua uero deſint in Analyticis noſtris calcatius exprimemus.Nunc uero quantum ad ſolam Categoricorum ſyllogiſmorum formam expectabat perfectum hic nobis eſt,& ad cumulum introductionis elaboratum. Nec hoc nos perturbet,ſi quæ hic propoſitiones & concluſiones falſæ ſunt, quandoquidem non ueritates rerũ,ſed connexiones ſyllogiſmorum figuras & modos ſuſcepimus diſſerendos.Nam his cognitis ſi quos ad perfectum ſtudium logicæ diſciplinæ diſputationis ſubtilitas traxerit,prius de ambiguis diſputationibus diſcant, poſt ab his ueritas in rebus,mendaciumq; meditabitur.

ANITII

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRITII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI DE SYLLOGISMO HYpothetico, ad Symachum.

CVm in omibus Philoſophiæ diſcíplinis ediſcendis, atque tractandis ſummum uitæ poſitum, ſolamen exiſtimem, tum iocundius, & ueluti cum quodam fructu etiam laboris arripio, quæ tecum communicanda compono. Nam & ſi ipſa ſpeculatio ueritatis ſua quadam ſpecie ſectanda eſt, fit tamen amabilior cum in cõmune deducitur. Nullum enim bonum eſt, quod non pulchrius eluceſcat, ſi plurimorum notitia comprobetur. Nam quod alias taciturnitate compreſſum, iam iamque ſilentio perituru, latius effloreſcit, & obliuionis interitu ſcientium participatione defenditur, ſit quoq; iocũdior diſciplina. Cum inter eiuſdem ſapientiæ conſcios iubet eſſe ſapientem, quod ſi accedat (ut tecum mihi nunc res eſt) ea quæ ſponte iocunda ſunt, in amicitię participationem deduci, neceſſe eſt ſtudij ſuauitatem, quodam ueluti dulciſſimo charitatis ſapore condiri. Nam cum id in ſe obtineat amicitia proprium munus, ut nolit habere ſolitarias cogitationes, tunc quod honeſte quiſque cogitat, nulli promptius, niſi quem diligit, confitetur. Quo factum eſt, ut etiam ſi immenſus labor cœpto operi uiam negabat, animus tamen ad efficiendum quod aggreſſus fuerat tui cõtemplatione ſuffi ceret. Quid enim magnum ſtudioſus tui amor efficeret, ſi intra facilitatis terminos conſtitiſſet. Quod igitur apud ſcriptores quidem Græcos perquàm rariſſimos ſtrictim atque cõfuſe, apud Latinos uero nullos reperi, id tuæ ſciętię dedicatum, noſter & ſi diuturnus, cœpti tamen efficax labor excoluit. Nam cum Categoricorum ſyllogiſmorum ampliſſimę notitiam percœpiſſes, de Hypotheticis ſyllogiſmis ſæpe quærebas in quibus ab Ariſtotele nihil eſt conſcriptum. Theophraſtus uero uir omniis doctrinæ capax rerum, tantum ſummas exequitur. Eudemus latiorem docendi graditur uiam, ſed ita ut ueluti quædam ſeminaria ſparſiſſe, nullum tamen frugis uideatur extuliſſe prouentum. Vos igitur quantum ingenij uiribus & amicitiæ tuę ſtudio ſuffecimus, quæ ab illis uel dicta breuiter, uel funditus omiſſa ſunt, elucidanda diligenter & ſubtiliter perſequenda ſuſcepimus, in qua re ſuperatæ difficultatis præmium fero, ſi tibi munus impleſſe uidear amicitiæ, & ſi non uidear ſatisfeciſſe doctrinæ. Omnis ſyllogiſmus certis & cõuenienter poſitis propoſitionibus conuenitur. Propoſitio uero omnis aut Categorica eſt quę prædicatiua dicitur, aut Hypothetica quę cõditionalis uocatur, prędicatiua eſt in qua aliud prędicatur de alio, hoc modo: homo animal eſt. Hic enim animal de homine prædicatum eſt. Hypothetica eſt quæ cum quadam cõditione denuntiat eſſe aliquid ſi fuerit aliud, ueluti cum ita dicimus: Si dies eſt, lux eſt. Hypotheticæ autem propoſitiones ex Categoricis conſtant, ut paulopoſterius apparebit, quo fit, ut ſyllogiſmus, qui ex Categoricis propoſitionibus iunctus eſt, Categoricus appelletur, id eſt, prædicatiuus quidẽ, qui uero ex Hypotheticis propoſitionibus cõſtat, dicatur Hypotheticus, id eſt, cõditionalis, ut ergo horum ſyllogiſmorum differentia peruideatur, ſpectãda prius eſt eorum in propoſitionum natura diſcretio, uidetur enim in aliquibus propoſitionibus nihil differre prædicatiua propoſitio à cõditionali, niſi tantum quodam orationis modo. Velut ſi quis ita proponat: Homo animal eſt. Id ita ſi rurſus enũciet, ſi homo eſt, animal eſt Id ita ſi rurſus enuntiet, ſi homo eſt, animal eſt. Hæ propoſitiones orationis quodammodo diuerſę ſunt. Rem uero non uidentur ſignificaſſe diuerſam. Primum igitur dicendum, eſt quòd prædicatiua propoſitio uim ſuam non in cõditione, ſed

ne, ſed in ſola prædicatione conſtituit. In conditionali uero conſequentiæ ratio ex conditione ſuſcipitur. Rurſus prædicatiua ſimplex eſt propoſitio. Conditionalis uero eſſe non poterit, niſi ex prædicatiuis propoſitionibus coniungatur, ut cum dicimus, ſi dies eſt, lux eſt, dies eſt, atq; lux eſt, duę ſunt ꝓpoſitiones prædicatiuæ, id eſt, ſimplices ad hoc illud eſt, quo maxímè declaratur utrorumq; proprietas quòd prędicatiua quidem propoſitio habet unum ſubiectum terminũ, alterum prędicatum. Et id quod in prædicatiua propoſitione ſubijcitur, illius ſuſcípere uidetur nomẽ quod in eadem propoſitione prædicatur hoc modo, ut cũ dicimus, homo animal eſt, homo ſubiectum eſt, animal prædicatum, & homo animalis ſuſcipit nomen, cum ipſe homo animal eſſet proponitur, At in his propoſitionibus quæ conditionales dicuntur, non idem prædicationis eſt modus. Neq; enim omnino alterum de altero prædicatur, ſed id tantum dicitur eſſe alterum, ſi alterum fuerit, ueluti, cum dicimus, ſi peperit, cum uiro concubuit, non enim tũc dicitur ipſum peperiſſe id eſſe, quod eſt cũ uiro concũbere, ſed id tantũ proponit q̃d partus nunq; eſſe potuiſſet, niſi fuiſſet cũ uiro concubitus, quod ſi quando in una eademq; propoſitionum proprietas incurrerit, tunc ſecundum modum enunciatę propoſitionis intelligendi ratio uariabit hoc modo. Nam cum dicimus homo animal eſt, propoſitionem facimus prędicatiuam, ac ſi ita proponamus, ſi homo eſt, animal eſt. In conditionalem uertitur enunciationem. In prædicatiua igitur id ſpectabimus quòd ipſe homo animal ſit, id eſt, nomen animalis in ſe ſuſcipiat. In conditionali uero illud intelligimus, quòd ſi fuerit aliqua res quæ homo eſſe dicatur, neceſſe ſit aliquam rem eſſe quæ animal nuncupet. Iraq; propoſitio prædicatiua rem quã ſubijcit prędicatæ rei ſuſcipere nomẽ declarat. Cõditionalis uero propoſitionis hæc ſententia eſt, ut ita demum ſit aliquid, ſi fuerit alterum, etiam ſi neutrum alterius nomen ſuſcipiat. Ita igitur propoſitionibus diſgregatis ex enunciationum proprietate ſyllogiſmi quoq; uocabulum perceperunt, ut alij dicantur prædicatiui, alij cõditionales. Nam in quibus propoſitiones prædicatiuæ ſunt, eos prędicatiuos ſyllogiſmos uocamus. In quibus uero Hypothetica propoſitio prima eſt, (Poteſt nãq; & aſſumptio & concluſio eſſe prædicatiua) hi tantum per unius Hypotheticæ propoſitionis naturam hypothetici & cõditionales dicũtur. Ac de ſimplicibus quidem, id eſt, de prædicatiuis ſyllogiſmis duobus libellis explicuimus quos de eorũ conſtitutione cõfecimus. Poſt uero ſimplicium ſyllogiſmorũ diſputationẽ ordo eſt, ut de nõ ſimplicibus diſſeramus. Non ſimplices uero ſyllogiſmi ſunt, qui Hypothetici dicunt quos Latino nomine conditionales uocamus. Non ſimplices aũt dicunt, quoniã ex ſimplicibus cõſtant, atq; in eoſdem ultimos reſoluunt. Cum preſertim primę eorũ ꝓpoſitiones uim propriæ conſequentiæ ex Categoricis, id eſt ex ſimplicibus capiant ſyllogiſmis, nãq; prima propoſitio Hypotheticí ſyllogiſmi ſi dubiteť an uera ſit, prædicatiua cõcluſione demonſtrabit. Aſſumptio uero in pluribus modis talium ſyllogiſmorũ p̃dicatiua eſſe perſpicit. Itęq; cõcluſio ueluti cũ dicimus, ſi dies eſt, lucet. At quí dies eſt, hęc aſſumptio prædicatiua eſt, ſi quæratur, prædicatiuo probabitur ſyllogiſmo, lucet, igit, cõſecuta eſt rurſus p̃dicatiua cõcluſio, ſuper hæc omnis cõditionalis propoſitio ex prædicatiuis (ut dictum eſt) iungit, q̃d ſi ex his & fidẽ capiũt, & ordinẽ partiũ ſortiunt, neceſſe eſt Categoricos ſyllogiſmos Hypotheticís uim cõcluſionis miniſtrare, ſed quoniã de Hypothicís loquimur qd ſignificet Hypotheſis p̃dicendũ eſt, Hypotheſis nãq;, unde Hypothetici ſyllogiſmi accepere uocabulũ duobus (ut Eudemo placet) modis dicit. Aut enim tale acquirit aliqd per quandã inter ſe conſentiendũ conditionẽ q̃d fieri nullo modo poſſit, ut ad ſuũ terminũ ratio perducat, aut in conditione poſita cõſequentia uí cõiunctionis uel diſiũctionis oſtenditur. Ac prioris quidẽ propoſitionis exemplũ eſt, ueluti cũ res omnes corporales materiæ formęq; cõcurſu ſubſiſtere demõſtramus. Tunc enim quod per rerum naturam fieri non poteſt, ponimus id omnem formæ naturam à ſubiecta materia, ſi non re ſaltem cogitatione ſeparamus, & quoniã nihil

nihil ex rebus corporeis reliquum fit,demonſtratum atq; oſtẽſum putamus eiſdem conuenientibus corporalium rerum ſubſtantiã confici,quibus à ſe diſiunctis ac diſcedentibus interimatur. In hoc igitur exemplo poſita conſentiendi conditione,ut id pauliſper fieri intelligatur quod fieri non poteſt, ut formæ à materia ſeparentur, quid conſequatur intendimus,perire,ſcilicet,corpora,ut eadem ex iſdem conſiſtere comprobemus.Nam quoniam interitus corporalium rerum ſequitur,iure dicimus res omnes corporeas forma materiaq; cõſiſtere.Sed huiuſmodi propoſitiones quæ ex conſentientium cõditione proueniunt,nihil his differunt quas ſimplices Cathegoricæ inſtitutionis primi libri tractatus oſtẽdit,quę uero à ſimplicibus differunt illę ſunt,quando aliquid dicit eſſe,uel non eſſe. Si quid fuerit uel non fuerit.Hę ſemper cum coniunctionibus proponuntur,ut cum dicimus,ſi homo eſt,animal eſt.Si ternarius eſt,impar eſt,uel cætera huiuſmodi,hæc enim ita proponuntur,ut ſi quod liber illud fuerit,aliud conſequatur,uel cum dicimus ſi homo eſt,equus non eſt.Rurſus hic eodem modo proponit in negatione,quo ſuperius in affirmatione propone bat,hic em̃ dicit.Si hoc eſt,illud nõ eſt. Et ad hunc modũ cęteræ,poſſunt aũt aliquãdo etiã hoc enunciari modo,cum hoc ſit illud eſt,ueluti cum dicimus, cũ homo eſt, animal eſt uel cũ homo eſt equus non eſt,quę enũciatio propoſitionis eiuſdẽ poteſtatis eſt,cuius ea quæ hoc modo proponit.Si homo eſt,animal eſt.Si homo eſt,equus non eſt.Fiunt uero propoſitiones hypotheticæ etiam per diſiũctionem ita,aut hoc eſt,aut illud eſt.Nec eadem uideri debet hæc propoſitio quæ ſuperius ſic enunciatur.Si hoc eſt,illud non eſt.Hæc enim nõ eſt per diſiunctionem, ſed per negationẽ. Negatio uero omnis indefinita eſt,atq; ideo & in contrarijs,& in contrariotum mediatibus,& in diſperatis fieri poteſt.Diſperata aũt ea uoco,quę tantũ à ſe diuerſa ſunt,nulla cõtrarietate pugnãtia,ueluti terra,ueſtis,ignis,& cætera.Nã ſi albũ eſt,nigrum non eſt,ſi albũ eſt,rubrũ nõ eſt.Si diſciplina eſt,homo nõ eſt. At in ea q̃ per diſiunctionẽ fit,alterã ſemper poni neceſſe eſt hoc modo,aut dies,aut nox,quod ſi ea cuncta quæ per negationem dici conuenit ad diſiunctionem transferamus,ratio nõ procedit.Quid enim ſi quis dicat,aut album eſt,aut nigrũ,aut album eſt, aut rubrũ, aut diſciplina eſt,aut homo,fieri enim poteſt ut nihil ſit horum.Igitur quoniam per diſiunctionem propoſitio in certis tantum rebus in quibus alterum eorum euenire neceſſe eſt ponitur,hoc autem per negationẽ ſeparatio in omnibus etiã his quæ ſuam etiam inuicem naturam non perimunt poni poteſt,aperta ratione diſcreta eſt. Omnis igitur hypothetica propoſitio uel per connexionem fit (per connexionem uero illum quoq; modum,qui per negationem fit eſſe pronuntio)uel per diſiunctionem,uterq; enim modus ex ſimplicibus propoſitionibus comparatur.Simplices autem propoſitiones ſunt,quas prædicatiuas primo inſtitutionis Categoricæ libro diximus.Hę uero ſunt,cum aliquid de aliquo prædicatur,uel affirmando,uel negãdo, ut dies eſt,lux eſt.At ſi his media cõditio interueniat fiet. Si dies eſt,lux eſt,ſitq; una Hypothetica propoſitio ex duabus Cathegoricis iuncta.Sed quoniam omnis ſimplex propoſitio uel affirmatiua,uel negatiua eſt,quatuor modis per cõnexionem fieri Hypotheticę propoſitiones poſſunt,aut enim ex duabus affirmatiuis,aut ex duabus negatiuis,aut ex affirmatiua & negatiua,aut ex negatiua & affirmatiua. Harũ omnium exempal ſubdenda ſunt, quod id quod dicimus clarius innoteſcat. Ex duabus affirmatiuis,ſi dies eſt,lux eſt.Ex duabus negatiuis,ſi non eſt animal, nõ eſt homo.Ex affirmatiua & negatiua,ſi dies eſt,nox nõ eſt.Ex negatiua & affirmatiua, ſi dies non eſt, nox eſt. Sed quoniam dictum eſt idem ſignificari ſi coniunctione & cum,quando in Hypotheticis propoſitionibus ponitur,duobus modis cõditionales fieri poſſunt.Vno ſecundum accidens, altero ut habeant aliquam naturæ conſequentiam.Secundum accidens hoc modo,ut cum dicimus,cum ignis calidus ſit,cœlum rotundum eſt. Nõ enim quia ignis calidus eſt,cœlum rotundũ eſt,ſed id hæc propoſitio deſignat,quia quo tempore ignis calidus eſt, eodem tempore cœlũ quoq;

rotundum eſt. Sunt autem aliæ quæ habent ad ſe conſequentiam naturæ,harum quoque duplex modus eſt,unus cum neceſſe eſt conſequi,ea tamen ipſa conſequentia non per terminorum poſitionem fit , alius uero cum fit cõſequentia per terminorum poſitionem. Ac prioris quidẽ modi exemplum eſt,ut ita dicamus,cum homo ſit,animal eſt,hæc enim cõſequentia incõcuſſa ueritate eſt ſubnixa . Sed nõ idcirco animal eſt,quia homo eſt,non enim idcirco genus eſt quia ſpecies eſt,ſed fortaſſe à genere principium ducitur,magisq; eſſentiæ cauſa ex uniuerſalibus trahi poteſt,ut idcirco ſit homo,quia animal eſt. Cauſa enim ſpeciei genus eſt, at qui dicit,cum homo ſit,animal eſt,rectam ac neceſſariam conſequentiam facit, per terminorum uero poſitionem talis conſequentia non procedit.Sunt autem aliæ Hypotheticæ propoſitiones, in quibus & conſequentia neceſſaria reperietur, & ipſius conſequentię cauſam terminorum poſitio facit hoc modo : Si terræ fuerit obiectus,defectio lunæ conſequitur,hæc enim conſequentia rara eſt, & idcirco defectio lunæ conſequitur, quia terræ interuenit obiectus. Iſtæ igitur ſunt propoſitiones certæ atque utiles ad demonſtrationem. Partimur autem propoſitiones Hypotheticas in ſuas ac ſimplices propoſitiones , & primam quidem cui coniunctio proponitur præcedẽtem dicimus,ſecundã uero cõſequentem ut in hac,ſi dies eſt, lux eſt, præcedentem dicimus eam quæ dicit, ſi dies eſt, conſequentem uero partem, lux eſt,in diſiunctiuis uero propoſitionibus ordo enũciandi præcedẽtem uel conſequentẽ facit, ut aut dies eſt,aut nox eſt. Nam quæ prima proponit præcedẽs,quę poſterior cõſequens appellat. Acde partibus quidẽ Hypotheticarũ propoſitionũ iſta ſufficiunt. Illud nũc expediendũ uideꝫ, quod etiã ab Ariſtotele dicitur. Idem cũ ſit & non ſit,nõ neceſſe eſt idem eſſe,ueluti cũ ſit a, ſi idcirco neceſſe eſt eſſe b, idẽ a ſi nõ ſit,nõ neceſſe eſt eſſe b. Idcirco quoniã nõ eſt a. Ad huiuſmodi uero rei demõſtrationẽ impoſſibilitatis diffinitio præmittenda eſt,quæ eſt huiuſmodi.Impoſſibile eſt quo poſito aliquid falſum atq; impoſſibile, cõmittatur eo nomine q̃ impoſſibile primitus propoſitũ fuit. Sit igit poſitũ cũ ſit a eſſe b, id eſt,hanc inter a & b eſſe conſequentiam,ut ſi conceſſum fuerit eſſe a, neceſſe ſit concedere eſſe b. Itaque proponatur ſi a eſt, b eſt, dico quia ſi a non fuerit, non neceſſe eſt eſſe b . Ac primum quæ ſit propoſitionum conſequentia conſideremus.Si enim fuerit tale coniunctum,utſi ſit a, etiam b eſſe neceſſe ſit.Si b non fuerit, etiam a non eſſe neceſſe eſt, quod ex tali demonſtratione cognoſcitur, ſi ſit a,neceſſe ſit eſſe b, dico quia ſi b non ſit, a non erit.Ponitur enim non eſſe b, & ſit ſi fieri poteſt a .Sed dictũ eſt ſi ſit a, neceſſario concedi eſſe b. Cum ſit igitur b,non erit b.Nam quia ponimus non eſſe b, non erit b, quia uero ponimus eſſe a, erit b, erit igitur b, ac non erit, q̃ fieri nõ poteſt . Impoſſibile eſt igitur non eſſe b & eſſe a. Et demõſtratione quidem firma ſic utimus. Exemplo uero id clarius innoteſcet.Nam ſi eſt homo,eſt animal.Si non eſt animal,non eſt homo. Non uero ſi homo nõ fuerit,animal nõ eſt. Multa enim ſunt animalia quę homines nõ ſunt.Itaq; in conſequentia propoſitionis cõiunctæ,ſi eſt primum ſecundum eſſe neceſſe eſt.Si ſecundum non fuerit,non erit primum . At uero ſi primum non fuerit,non neceſſe eſt ut non ſit ſecundum , nec uero neceſſe eſt ut ſit. Id enim demonſtrãdum eſſe dudum nobis propoſitum fuit. Sit enim a,idq; cum fit,neceſſe ſit eſſe b, dico quia ſi non fuerit a, non neceſſe eſt eſſe b, nec id dico quoniam ſi non fuerit a, neceſſe eſt non eſſe b, ſed tantum non neceſſe eſt eſſe b. Nam quia paulò ante demõſtratum eſt, ſi b non fuerit, neceſſario non eſſe a, ſi eundem b terminum non eſſe contigerit, non erit a. Sed ſi cum non ſit a, neceſſe eſt eſſe b, idem b ex neceſſitate erit, ac nõ erit.Nam quia b terminũ nõ eſſe cõtingit,nõ erit.Quia uero ſi a non fuerit, b eſſe neceſſe erit,idem igitur b terminus erit ac non erit,quod eſt impoſſibile.Ex his igitur demonſtratum eſſe arbitror in conſequentia Hypotheticæ propoſitionis ſi ſit primum conſequi,ut ſit ſecundum,ſi non ſit ſecundum conſequi,ut non ſit primũ. Si uero non ſit primum,non cõſequi ut ſit,uel non ſit ſecundum . Nam & illud apparet ſi

ſit ſecundum, non cõſequi ut ſit uel non ſit primum, ut in ea propoſitione quæ eſt, ſi homo eſt, animal eſt, ſi animal ſit, non cõſequitur ut ſit homo uel non ſit, quod ſi primum non ſit, non cõſequitur ut neceſſario ſit uel nõ ſit ſecundũ, uelut in eadem propoſitione, ſi homo non fuerit, non neceſſe eſt ut aut ſit animal, aut non ſit. Ex omnibus igitur ſolę duę conſequentiæ ſtabiles ſunt, & immutabiliter cõſtant ſi ſit primũ, ut cõſequatur ut ſit ſecundũ. Si ſecundũ non fuerit, neceſſario conſequi ut non ſit primum. His itaq; determinatis illud adiungam, quoniã cum omnis Hypothetica propoſitio ſimplex nõ ſit, atq; ex alijs propoſitionibus coniungatur, ſunt tamen Hypotheticę quædam quæ ſi reliquis conditionalibus cõparentur ſimplices exiſtimentur. Omnis enim conditionalis propoſitio aut connexa eſt, aut diſiuncta, hæ uero quoniam ex prædicatiuis copulantur, in connexis propoſitionibus quatuor fieri neceſſe eſt huius copulationis modos. Namq; Hypothetica propoſitio aut ex duabus ſimplicibus coniuncta eſt, & uocatur ſimplex Hypothetica, ut hæc: Si a eſt, b eſt, uelut cum dicimus, ſi homo eſt, animal eſt, homo enim eſt, & animal eſt, duæ ſunt ſimplices propoſitiones, aut ex duabus Hypotheticis copulatur, & dicitur compoſita, ueluti cum dicimus: Si cum a eſt, b eſt, cum ſit c, eſt d, ueluti cum tali propoſitione enunciamus, ſi cum homo eſt, animal eſt, cum ſit corpus, erit ſubſtantia. Etenim ſi cũ homo eſt, animal eſt, una eſt Hypothetica. Alia uero cum ſit corpus ſubſtãtia eſt ex quibus coniungitur una propoſitio quæ cõpoſita nuncupatur. Aut ex una ſimplici, & ex una Hypothetica copulatur, uelut hæc: Si a eſt cum ſit b, eſt c, ueluti cum dicimus, ſi homo eſt cum ſit animal, eſt ſubſtantia. Namq; homo eſt ſimplex propoſitio, cũ ſit animal eſſe ſubſtantiã Hypothetica ex ipſa cõſequentia cõditionis oſtendi tur. Aut expriore Hypothetica & ſimplici poſteriore cõmittitur, ut cum dicimus: ſi cum ſit a, eſt b, erit & c, ueluti hoc modo, ſi cũ ſit homo, animal eſt & corpus. Hypothetica namq; eſt ea quæ proponit, ſi cum ſit homo, animal eſt. Simplex poſterior quæ hanc Hypotheticã propoſitionem ſequitur, id eſt, corpus eſſe, hæ quoq; quoniã non ex ſimplicibus copulatæ ſunt, cõpoſitæ dicũtur. Sed priores quidem quę ex ſimplicibus propoſitionibus conſtant & ſimplices Hypotheticę nuncupantur, in duobus terminis cõſtitutæ ſunt. Terminos autẽ nũc partes propoſitionis ſimplices quibus iungũtur appello. Quæ uero compoſitæ Hypotheticæ ſunt, illæ quidem quæ ex duabus Hypotheticis cõſtant quatuor terminis copulatæ ſunt. Illæ uero quæ ex Hypothetica & ſimplici, uel ex ſimplici atq; Hypothetica coniunctæ ſunt, hæ tribus terminis cõiunctæ ſunt. Harum igitur quę ſunt Hypotheticæ ſimplices uel compoſitæ, differẽtiæ ſimilitudinesq; dicẽdæ ſunt. Nam quæ ex ſimplicibus copulantur, ſi ad eas quæ ex Hypotheticis duabus iunctę ſunt cõparentur, cõſequentia quidẽ eadem eſt & proportio manet, tantũ termini duplicantur. Nam quem locũ in his propoſitionibus Hypotheticis quæ ex ſimplicibus conſtant, ipſæ ſimplices propoſitiones tenẽt eundem in his propoſitionibus quę ſunt Hypotheticę ex Hypotheticis conſtantes, illæ conditiones tenent, quibus illæ propoſitiones inter ſe iunctæ & copulatæ eſſe dicuntur. Nam in hac propoſitione quæ dicit, ſi eſt a, eſt b, & in ea quæ dicit, ſi cũ ſit a, eſt b, cum ſit c, eſt d, quem locum in ea propoſitione quę ex duabus ſimplicibus continetur, tenet ea quæ prior eſt, ſi eſt a, eundem locum tenet. In ea propoſitione quæ ex duabus Hypotheticis propoſitionibus copulat, ea quæ prior eſt, ſi cum eſt a, eſt b. Hic namq; duarum inter ſe propoſitionum coniunctionis conditione facta eſt conſequẽtia. Itemq; quã uim obtinet ex utriſq; propoſitionibus copulatę Hypotheticæ ſequens portio quæ infertur, id eſt, eſſe b, eandẽ uim obtinet in propoſitione ex Hypotheticis iuncta ea quæ ſequitur, id eſt, cum ſit c, eſſe d, atq; id tantum differt, quia cum in prima propoſitione ex ſimplicibus iũcta propoſitio propoſitionem ſequatur. In ſecunda propoſitione ex Hypotheticis iuncta conditio conſequentiæ conditionis cõſequentiam comitatur. Nihil enim eſt aliud dicere, ſi a eſt, b eſt. cũ ei propoſitioni per quã dicimus eſſe a, illam eſſe comitem per quam b eſſe prædicamus, at in

at in ea propoſitione quę ex Hypotheticis inducta eſt cũ dicimus: Si cum ſit a, eſt b, cum ſit c eſſe d, illud dicitur ei cõſequentiæ quæ inter a & b eſt, eam eſſe cõſequentiam comitem quæ eſt inter c & d, ita ut ſi ſequetur poſito a eſſe b, conſequatur ſine dubio c poſito eſſe d. At in his propoſitionibus quę ex ſimplici & Hypothetica cõſiſtunt, illa ratio eſt ut uel propoſitionẽ conditio cõſequentiæ ſequa tur uel cõditionem cõſequentiæ propoſito comitetur. Nam cum dicimus, ſi eſt a, cum ſit b, eſſe c id intelligi uolumus, ei propoſitioni per quam dicimus: ſi eſt a, conſequi eam conditionem per quam dicimus, cũ ſit b eſſe c, id eſt, ut ſi eſt a, neceſſe ſit b termino comitem eſſe c terminum, cum uero dicimus: ſi cum eſt a, b eſt, c eſſe nihil aliud intelligi uolumus, niſi duarum inter ſe conſequentiam propoſitionũ alterius propoſitionis cõſequi ueritatem, ut ſi habeãt inter ſe cõſequentiam a atq; b, neceſſe ſit hãc conditionem conſequentiæ propoſitionis eius, per quam dicimus eſſe c, conſequi ueritatem, id eſt, ſi neceſſe eſt, a poſito eſſe b, neceſſe ſit etiam c eſſe. Similes igitur ſyllogiſmi fient earum propoſitionum, quæ ex ſimplicibus & earum quæ nõ ex ſimplicibus utriſq; iunguntur. Earum uero quæ ex una ſimplici & ex altera Hypothetica copulantur, diuerſi quidem à ſuperioribus, ipſi tamẽ inter ſe ſimiles fiunt, nec intereſt utrum prima Hypothetica, ſecunda ſit ſimplex, an è conuerſo prima ſimplex, ſecũda Hypothetica ad ſyllogiſmorum modos, niſi forſitan ad ipſius tãtum ordinis cõmutationem, cum igitur demonſtrata fuerit earum propoſitionum quæ ex ſimplicibus conſtat ratio ſyllogiſmorum demonſtrata uidetur eſſe, earum quoq; propoſitionum quæ Hypotheticis cõmittuntur, & cum quarumlibet earũ propoſitionum, quæ ex ſimplici & Hypothetica conſtant ſyllogiſmorũ natura perſpecta, ſit etiã cõuerſi ordinis propoſitionũ natura quales faciat ſyllogiſmos oſtenditur. Eſt etiã alia ſpecies propoſitionum in cõnexione poſitarum, quæ media quodãmodo ſit earum propoſitionũ quæ ex Hypotheticis ſimplicibusq; iunguntur, & earũ quę ex duabus Hypotheticis copulantur. Nam ſi ad numerũ reſpiciat terminorũ quaſi ex tribus terminis cõſtant, & ſi ad conditionales animũ referas quaſi ex duabus cõditionalibus uidentur eſſe cõpoſitæ quæ medietas euenit, idcirco quoniam unus in his terminis cõmunis utriſq; cõditionalibus inuenitur. Proponũtur uero hæ uel per primam figuram, uel per ſecundam uel per tertiam. Per primam hoc modo: Si eſt a, eſt b, & ſi eſt b, eſt c, igitur b in utriſq; numeratur, & ſunt quidẽ tres termini hi, a eſt, b eſt, c eſt, duæ uero cõditionales hoc modo: ſi eſt a, eſt b, ſi eſt b, eſt c. Namq; b utriſq; communis eſt, atque ideo inter eas propoſitiones quæ ex tribus terminis, & eas quæ ex quatuor cõponuntur mediæ ſunt huiuſmodi propoſitiones. Per ſecũdam uero figuram ſic. Si eſt b, eſt a, ſi eſt c, non eſt a. Ac de connexis quidem iſta ſufficiãt. Diſiunctiuæ uero propoſitiones ſemper ex contrarijs conſtant, ut hoc: aut eſt a, aut b eſt, altero enim poſito alterũ tollitur, & interempto altero ponitur alterũ. Nam ſi eſt a, nõ eſt b. Si non eſt a, eſt b. Eodẽ modo etiã ſi ſit b, nõ erit a, ſi non eſt b, erit a. His igitur expeditis ad cõnexas reuertamur, in illis enim uel propoſitio propoſitionem, uel cõditio conditionem, uel propoſitio conditionem, uel conditio propoſitionem ſequitur, dicendũ eſt igitur quæ propoſitiones quarũ propoſitionũ conſequentes eſſe uideantur, quæ cõtrarietatis modo quàm longiſſimè à ſe differant. Quæ uero oppoſitionis contradictione diſſentiant. Simpliciũ namq;, id eſt, prædicatiuarum propoſitionum aliæ præter modum proponuntur, alię cum modo, præter modũ ſunt quæcunque purum eſſe ſignificant hoc modo: dies eſt. Socrates Philoſophus eſt, & quæ ſimiliter proponuntur, quæ uero cum modo ſunt, ita proponuntur: Socrates uerè Philoſophus eſt. Hic enim uerè modus eſt propoſitionis, ſed maximas ſyllogiſmorum faciunt differentias, hę propoſitiones cum modo enũciatę, quibus neceſſitatis aut poſſibilitatis nomẽ adiungitur, neceſſitatis hoc modo, cum dicimus ignem neceſſe eſt calere, poſſibilitatis ut cum ita proponimus, poſſibile eſt à Græcis ſuperari

Troianos. Quo fit ut omnis ꝓpositio aut ineſſe ſignificet, aut ineſſe neceſſario, aut cū non ſit aliquid, tamen enunciet poſſe contingere, quarū quidem ea, quæ ineſſe ſignificat ſimplex eſt, neq; in ullas partes alias deduci poteſt. Ea uero quę ex neceſſitate aliquid ineſſe deſignat, tribus dicitur modis, uno quidē quo ei ſimilis eſt propoſitioni quæ ineſſe ſignificat, ut cum dicimus, neceſſe eſt Socratem ſedere, dum ſedet. Hęc enim eandē uim obtinet ei qui dicit, Socrates ſedet. Alia uero neceſſitatis ſignificatio eſt, cum hoc modo proponimus, hominem neceſſe eſt cor habere dum eſt atque uiuit, hoc enim ſignificare uidetur hæc dictio, nō quoniam tamdiu neceſſe ſit habere quamdiu habet, ſed quoniam eum neceſſe eſt tamdiu habere quamdiu fuerit ille qui habet. Alia uero neceſſitatis ſignificatio eſt uniuerſalis, & propria quo abſolute prædicat neceſſitatem, ut cum dicimus, neceſſe eſt Deum eſſe immortalem, nulla cōditione determinationis oppoſita, poſſibile autem idem tribus dicitur modis. Aut enim quod eſt poſſibile eſſe dicitur, ut: poſſibile eſt Socratem ſedere dum ſedet, aut quod omni tempore contingere poteſt, dum ea res permanet cui aliquid contingere poſſe proponitur, ut poſſibile eſt Socratem legere. Quādiu enim Socrates eſt, poteſt legere. Item poſſibile eſt quod abſolute omni tempore contingere poteſt, ut auem uolare. Ex his igitur apparet alias propoſitiones eſſe ineſſe ſignificātes, alias neceſſarias, alias contingentes atque poſſibiles, quarum neceſſariarum contingentiumq; cum ſit trina partitio ſingulæ ex iſdem partitionibus ad eas quæ ineſſe ſignificant referuntur. Reſtant igitur duę neceſſariæ & duæ contingentes, quę cum ea quę ineſſe ſignificat enumeratę, quinq; omnes propoſitionū faciunt differentias. Omniū uero harum propoſitionum aliæ ſunt affirmatiuæ, aliæ negatiuę. Affirmatiua ineſſe ſignificans eſt quæ dicit, Socrates eſt. Negatiua quæ proponit, Socrates non eſt. Neceſſariarum uero propoſitionum affirmatiuarum duæ uidentur eſſe negationes, una contraria, altera uero oppoſita. Eius namq; quæ dicit neceſſe eſſe a, quolibet modo ex utriſq; qui dicit ſunt, aut ea eſt negatio quę dicit, neceſſe eſt non eſſe a, aut ea quę dicit, non neceſſe eſt eſſe a. Quarum quidem ea quæ dicit, neceſſe eſt nō eſſe a, cōtraria eſt ei quæ dicit, neceſſe eſt eſſe a. Vtræq; enim falſæ poterunt inueniri, ueluti cum dicimus, neceſſe eſt Socratem legere, neceſſe eſt Socratem non legere, utraque mentitur. Nam & cum legit non ex neceſſitate legit, & cum nō legit, nulla ne legat neceſſitate conſtringitur. Sed eſt utrumq; poſſibile. At uero ea quæ dicit, non neceſſe eſſe a, oppoſita eſt ei quæ proponit, neceſſe eſt eſſe a, una enim ſemper uera eſt, ſemper falſa altera reperitur. In contingentibus uero atq; poſſibilibus eadem ratio eſt, huic enim quæ dicit, contingit eſſe a, tum ea uidetur obiecta quæ dicit, contingit non eſſe a, tum ea quæ proponit, nō cōtingit eſſe a. Atq; ea quidē quæ dicit, contingit non eſſe a, contingens negatio nuncupatur, ueraque eſſe poteſt cum ea affirmatione quæ dicit, contingit eſſe a, ueluti cum dicimus, contingit ſedere Socratem, cōtingit non ſedere Socratem. Et hæ quidem non dicūtur eſſe contrariæ, quoniam ſimul ueræ eſſe poſſunt. At uero oppoſitæ ſunt quoties ipſum contingens negatur, ut ſi aduerſus eam quę dicit, contingit eſſe a, ea opponatur quæ dicit, nō contingit eſſe a. Id enim iſta ſignificat omnino non poſſe contingere, quæ cum ita ſint, cumq; ineſſe ſignificantes propoſitiones præter ullum dicuntur modum, his ad eſſe iuncto aduerbio negatiuo, negatio plena perficitur. Quæ uero cū modo proponuntur ſi neceſſariæ ſint & adeſſe negatio iungatur, ut ea quæ dicit, neceſſe eſt non eſſe, fit neceſſaria negatio. Si uero ipſi neceſſario negatio præponatur, fit neceſſarij negatio affirmationi uehemēter oppoſita, ut ea quæ dicit non neceſſe eſſe. Item in contingentibus ſi ad eſſe negatio præponat̄, fit contingens negatio, ut ea quæ dicit, contingit non eſſe a. Si uero ipſi contingenti negatio iungatur, fit contingentis negatio contingenti affirmationi uehementer oppoſita, ut ea quę dicit, non cōtingit eſſe. Sed quoniam omnis propoſitio, aut uniuerſalis, aut particularis, aut indefinita, aut ſingularis, proponitur uniuerſalis hoc modo: Omnis homo legit, particularis ſic: Quidam

Quidam homo legit, ſingularis ſic, Socrates legit, indefinita ſic, homo legit, nēceſſe eſt, ut ſicut in Categoricorum ſyllogiſmorum inſtitutione monſtratum eſt, illæ ſibi maximē uideantur oppoſitæ quæcunq; uel uniuerſale affirmant, ſi particulariter denegāt, uel uniuerſale denegant ſi particulariter affirmetur, & quæ ſingulares ſunt, ſi illa quidem in affirmatione poſita, illa uero in negatione, quæ cū ita ſint, ſi hæc eadem ratio ad contingentes & neceſſarias referatur, idem in neceſſarijs & contingentibus inuenitur, ut ſi quis dicat, omnem a terminum eſſe neceſſe eſt, aliuſq; negat dicens, non neceſſe eſt omnem a terminum eſſe, fecit oppoſitam negationem. Et ſi dicat aliquis, contingit omnē a terminum eſſe, idq; aliquis neget, nō cōtingit omnem a terminum eſſe, fecit oppoſitam negationem. In utriſq; enim negatio & modum remouet, & ſignificationem uniuerſalitatis extinguit. Atque hoc quidem in ſimplicibus & Categoricis propoſitionibus euenire neceſſe eſt, de quarum natura diligentius perſecuti ſumus in his uoluminibus, quæ in ſecūdæ editionis expoſitione ωεριμ-ηνειας inſcripſimus. Si quis igitur propoſitionum omnium cōditionalium numerū, quæ erat ex Categoricis poterit inuenire. Ac primū in connexis ex duabus ſimplicibus inquirendus eſt hoc modo. Nam quoniam propoſitio ſimplex Hypothetica ex Categoricis duabus iungitur, una earum uel ineſſe ſignificabit, uel contingere eſſe ſimpliciter, uel neceſſe eſſe dupliciter, quod ſi ſunt affirmatiuę, quinquies affirmatiua enunciatione proponentur. Sed quoniā omnis affirmatio habet oppoſitam negationē, rurſus quinquies negatiua enunciatio poterit pronunciari. Erunt igitur in prima propoſitione quæ una pars eſt Hypotheticæ propoſitionis in negatione & affirmatione conſtitutę modorum propoſitiones decem. Secunda etiam propoſitio quæ pars eſt Hypotheticæ totidē affirmationibus & negationibus proponi poteſt. Erūt igitur eius quoq; enunciationes decem. Sed cum prima propoſitio ſecundæ propoſitioni quadam conſequentia copuletur, ut una Hypothetica fia, tomnes decē affirmatiuæ, ac negatiuæ propoſitiones omnibus decē affirmatiuis negatiuiſq; propoſitionibus applicabuntur. Itaq; complexę centum omnes efficiūt propoſitiones, hæ quæ connexę ex ſimplicibus coniunguntur. Secūdum hunc uero modum poteſt propoſitionum numerus inueniri etiam in his propoſitionibus, quæ ex Categorica & Hypothetica copulantur, uel quæ ex duabus conditionalibus fiunt. Nam quæ ex conditionali & Categorica cōſtant, uel quæ ē diuerſo ex tribus Categoricis iūctæ ſunt. q; ſi duārum inter ſe prædicatiuarum affirmatione uel negatione cōplexio uel eſſe, uel neceſſario, uel contingenter eſſe, quinq; modos centum efficit complexiones, quoniam tertia propoſitio affirmatiua erit uel negatiua, & ſi affirmatiua quinq; modis, uel ineſſe ſignificās, uel neceſſario ineſſe dupliciter, uel contingenter ineſſe dupliciter. Itemque totidem negabitur modis ſimul non amplius quàm decies proponetur. Quod fit ut tertia propoſitio cum duabus ſuperioribus, centum inter ſe modis copulatis atq; complexis, iuncta atq; commiſſa mille omnes faciat complexiones. Centū namq; duarum propoſitionum modi cum decem modis tertiæ propoſitionis cōplicati mille perficiunt. Decies enim cētum mille ſunt. Rurſus quoniam ex duabus Hypotheticis iuncta conditionalis quatuor Categoricis copulatur, & duæ inter ſe primę Categoricę centum cōplexionibus iungebantur, neceſſe eſt ut poſteriores quoque duę centū complexionibus connectantur, quod ſi cētum ſuperiorū propoſitionum Categoricarum modi, cētum poſteriorum Cathegoricarum modis complicentur, fient decem millia complexiones. In illis autem propoſitionibus quæ tribus uariantur figuris, ſiquidē medius terminus ſimiliter & in prima & in ſecūda Hypothetica proponatur, mille erunt complexiones ad earū ſimilitudinē, quę ex tribus Categoricis connectuntur. Tunc enim unus atq; idem terminus in utriſq; tres neq; amplius faciet enunciationes. Similiter uero in utriſq; proponitur hoc modo, ſi eſt a, eſt b, ſi eſt b, eſt c, hic enim b terminus, & ad a terminum, & ad c poſitus eſt, ineſſe ſignifican I. dem in neceſſarijs & csonting entibus intelligendum. At ſi ita proponatur,

ponatur,ſi eſt a, eſt b, & ſi neceſſe eſt eſſe b, eſt uel non eſt c, duæ propoſitiones cõditionales,id eſt,quatuor prædicatiuæ fiunt. Quo fit,ut ſecundũ eas quæ ex prædicatiuis quatuor cõnectunt̃,decẽ millia faciãt cõplexiones,atq; hi numeri tam in prima q̃ in ſecũda uel tertia figura ſunt inſpiciendi. Et nos quidẽ quantus eſſe propoſitionũ numerus poſſet aſcripſimus,nunc̃q; tamen diſſimiliter terminus medius enũciatur. Namq; ut fiat extremorũ cõcluſio medius terminus intercedit,cuius cõmunitas extrema cõiungit. Quod ſi medius diuerſis modis in utraq; propoſitione dicat̃, nec cõnectuntur extrema, atque ideo ne ſyllogiſmus quidẽ fieri ullus poteſt,cũ præſertim ne una quidẽ ꝓpoſitio dici poſſit in qua medius terminus diſſimiliter enũciatur. Longè autem multiplex numerus propoſitionum exiſteret,ſi ineſſe ſignificantes & neceſſarias & contingentes affirmatiuas negatiuasq; propoſitiones per uniuerſales & particulares,uel oppoſitas, uel ſubalternas uariaremus,ſed id non conuenit,quia cõditionalium termini propoſitionum infinito maximè enunciantur modo. Atque ideo ſuperuacuum iudicaui determinatarum ſecũdum quantitatem propoſitionum quærere multitudinem, cum determinatè conditionales proponi nõ ſoleant, ferè autem Hypotheticæ propoſitiones nec per neceſsitatem quidem uel per contingens enunciantur,ſed illæ maximè in uſum collocutionis ducuntur, quæ ineſſe ſignificãt. Omnes uero neceſsariam conſequentiam tenere uolunt, & quæ ineſſe ſignificãt, & quibus neceſsitas additur,& quibus prædicatio poſsibilitatis aptatur. Etenim terminus applicatur. Neceſsitas uero Hypotheticæ propoſitionis & ratio earum propoſitionũ,ex quibus iungunt̃ inter ſe cõnexiones,conſequentiã quærit,ut cum dico: Si Socrates ſedet & uiuit, neq; ſedere eum,neq; uiuere neceſſe eſt. Sed ſi ſedet,neceſſe eſt uiuere. Item cum dicimus ſol mouetur,neceſsario uenit ad occaſum, tantundẽ ſignificat quãtum ſi ſol mouetur uenit ad occaſum. Neceſsitas enim propoſitionis in cõſequentiæ immutabilitate conſiſtit. Item cum dicimus,ſi poſsibile eſt legi librum, poſsibile eſt ad tertium uerſum peruenire. Rurſus neceſsitas conſequentiæ ſeruata eſt. Nam ſi poſsibile eſt legi librum, neceſſe eſt id poſsibile eſſe,ut ad tertium uerſum perueniatur. Opponũtur autem Hypotheticis propoſitionibus illę ſolę,quæ earum ſubſtantiam perimunt. Subſtantia uero propoſitionum Hypotheticarum in eo eſt,ut earum conſequentię neceſsitas ualeat permanere. Si quis ergo rectè conditionali propoſitioni repugnabit,id efficiet ut earum deſtruat cõſequentiam,ueluti cum ita dicimus, ſi eſt a, eſt b, non in ea repugnabit ſi monſtret,aut non eſſe a, aut non eſſe b, ſed poſito quidem a, oſtendit non ſtatim conſequi eſſe b,ſed poſſe eſſe a, etiam ſi b terminus nõ ſit, ſed ſi negatio ſit,conditionalis eodem deſtruetur modo, ut cum dicimus,ſi eſt a, b non eſt. Non oſtendendum eſt, aut non eſſe a, aut b eſſe, ſed cum ſit a, poſſe eſſe b terminum. Sunt autem Hypotheticæ propoſitiones,aliæ quidem affirmatiuę,aliæ negatiuę,ſed de his nunc loquor quę in conſequentia poſitæ in cõnexione eſſe dicuntur. Affirmatiua quidem,ut cum dicimus,ſi eſt a, eſt b, ſi a non eſt, non eſt b. Negatiua,ſi eſt a, non eſt b. Si non eſt a, non eſt b. Ad conſequentem enim propoſitionem reſpiciendum eſt, ut an affirmatiua an negatiua ſit propoſitio iudicetur. Idem de compoſitis propoſitionibus conditionalibus intelligi oportebit. De his autem propoſitionibus quæ in diſiunctione ſunt poſitæ, cum de earum ſyllogiſmis tractauero commodius atque uberius dicam: Hypotheticos ſyllogiſmos quos latinè conditionales uocamus, alij quinque, alij quatuor, alij tribus cõſtare partibus arbitrãtur,quorum mox controuerſiam dijudicabo, ſi prius quibus nominibus talium partes ſyllogiſmorum appellentur oſtendero. Quoniam enim omnis ſyllogiſmus ex propoſitionibus texitur,prima uel propoſitio, uel ſumptum uocatur. Secunda uero dicitur aſsumptio, ex his quæ infertur, concluſio nũcupatur. Cum enim ita dicimus,ſi homo eſt,animal eſt. Homo autem eſt, animal igitur eſt,ea quidem enũciatio per quã dicimus,ſi homo eſt,animal eſt, propoſitio uel ſumptum uocatur,ea uero quã huic adiunximus,eſt autem homo,aſsumptio dicitur, tertia

ita concluſio nominatur,per quã oſtendimus eſſe animal qui fuerit homo. Sed quoniam ſæpe euenit,ut propoſitionis enunciatæ conſequentia non ſit ueriſimilis, propoſitioni ſæpe adiungitur approbatio per quam id quod eſt propoſitum uerum eſſe monſtretur. Aſsumptio quoq; ſæpe ad fidem per ſe non uidetur idonea,huic quoque iuuamen probationis adiungitur,ut uera eſſe uideatur. Quo fit ut ſæpe quinque partes,ſæpe quatuor, interdum tres Hypotheticos ſyllogiſmos habere contingat. Nam quinque conſtabit partibus ſi & propoſitio & aſsumptio probationibus indigebunt,quod ſiue,propoſitio ſiue aſsumptio probatione indigebit quadripartitus eſt ſyllogiſmus. Quod ſi neutra eſt approbanda,tripartitus eſſe relinquitur. In hac uero ſententia etiã M. Tullius eſſe deprehenditur, In Rhetoricis enim ſyllogiſmos quoſdam quinque partitos eſſe,quadripartitos alios confirmat. Quibus uero taliũ ſyllogiſmorum non placet partes ultra ternarium numerum propagari,hi propoſitionum probationes,atque aſsumptionũ non putant in ſyllogiſmi partibus eſſe ponendas. Neque enim propoſitionem eſſe,de qua ſyllogiſmus poteſt exiſtere,cui nõ ſentit auditor. Quod ſi per ſe dubia eſt, ea probatio quę propoſitioni dubiæ adiungitur, faciẽs fidem eidem cui adiungitur propoſitioni, facit ut ſit idonea ſyllogiſmo, ac per hoc tunc incipit eſſe ſyllogiſmi propoſitio cum talis per probationem reddiatur,ut ex ea aliquid colligi poſſit,tunc uero aliquid ex ea colligi poteſt, cum probationis auxilio poterit ab auditore concedi. Quo circa membrum quoddam,& quaſi fulcimentum dubiæ propoſitionis, uel aſsumptionis probatio eſſe uidetur,non pars etiam ſyllogiſmi. Sed noſtra ſententia his potius accedit qui tribus partibus eũ conſtare pronũciat. Etenim quælibet probatio quæ uel probationi uel aſsumptioni copulatur, propoſitionis eſſe, uel aſsumptionis probatio dicitur. Cum igitur non ad ſyllogiſmum ſed ad propoſitionem uel aſsumptionem referatur,cuius eſt probatio, nõ oportet eam ſyllogiſmi proprię partem uideri. Nam illud quod obijci poteſt, nullus ignorat quin partium partes etiam totius eſſe partes dicantur. Sed plurimum refert utrum ipſæ ſint primitus partes totius. An in ſecundarum partium poſtremitate ponãtur. Amplius ſi ſit per ſe nota probabilis propoſitio,totus ſyllogiſmus probatione nõ indiget. Quod ſi per ſe propoſitionis nulla fides eſt, neceſſe eſt ut ea propoſitio quodã uelut teſtimonio probationis indigeat. Non igitur ſyllogiſmus probatione in eo quòd ſyllogiſmus eſt indigebit,ſed propoſitio ſi fide propria fuerit deſtituta. Idem etiã de aſsumptione dici poteſt. Quare manifeſtũ eſt eorũ eſſe ſententiã præponendam, quæ aſſerit ſyllogiſmũ tribus partibus tantum iungi. Præterea ſi quę propoſitio probationis indigeat, ut eam uera fides ſequatur, aliquo demõſtrabitur ſyllogiſmo. Quocirca qui fieri poteſt,ut rectè ſyllogiſmus pars ſyllogiſmi ſimplicis eſſe dicatur. Ipſam enim probationem propoſitionis ſyllogiſmũ uel ex ſyllogiſmo eſſe neceſſe eſt. His ita determinatis de his protinus ſyllogiſmis,quorũ propoſitiones in cõnexione poſitæ duobus terminis cõſtant,explicandum uidetur. Horum autem duplex forma eſt, quatuor enim ſunt per præcedentis propoſitionis affirmationem,qui ſunt primi Hypothetici atque perfecti,quatuor uero per ſequentis negationem,qui cum demonſtrationem indigeant,non uidentur eſſe perfecti. Prioris uero negatione & ſequentis poſitione nullus omnino ſyllogiſmus efficit̃. Omniũ igitur talium propoſitionum primũ numerus explicetur, ut qui fiant ex his ſyllogiſmi, facilis acquiratur agnitio. Sunt autem quatuor,ſi eſt a, eſt b.

Si eſt a, non eſt b. Si non eſt a, eſt b.

Si non eſt a, non eſt b.

Ac de prioribus quidem ſyllogiſmis atq; perfectis primo loco dicẽdum eſt. Horum enim primus modus eſt hic à prima ueniens propoſitione, ſi eſt a, eſt b. Atqui eſt a, eſt igitur b, cum enim prima propoſitio tantũ conditionem proponat,ut ſi ſit a, neceſſe ſit conſequi eſſentiam b terminum, id aſsumptio quod præcedit aſsumit ac ponit,dicitq; Atqui eſt a, conſequitur igitur ut ſit b, id enim ex conſequentia pri

me propoſitionis effectũ eſt. At ſi id quod ſequitur aſsumendo ponamus, nullus efficitur ſyllogiſmus. Age enim ſit huiuſmodi conſequentia, ut ſi ſit a, ſit b, aſſumaturq; q ſequit hoc modo. At eſt b, non conſequitur ut ſit uel non ſit a. Id uero clarius fiet exẽplo, ſit enim propoſitio, ſi homo eſt, animal eſt, aſſumat q eſſe animal, ſcilicet, quod ſequitur, nõ neceſſe erit hominẽ uel eſſe, uel non eſſe, poteſt enim cum ſit aliàs hoc uel eſſe, uel nõ eſſe. Secũdus uero modus eſt eorũ in quibus prior propoſitionis pars in aſſumptione reperit, qui uenit ex ſecũda propoſitione ſuperius digeſta, hoc modo, ſi eſt a, nõ eſt b. Atqui eſt a, non eſt igitur b, id enim propoſitũ fuerat, ſi eſſet a, nõ eſſe b. Sumpto igitur precedente, cõſequentis eſt facta concluſio, q ſi conſequens ſumas nullus uidetur fieri ſyllogiſmus, quia nec cõſequitur ulla neceſſitas hoc modo, ſi eſt a, nõ eſt b. Atqui nõ eſt b, non neceſſe eſt eſſe a, uel nõ eſſe. Age enim ita ſit propoſitio, ſi eſt nigrũ nõ eſt albũ, & id quod ſequit aſſumatur, atqui non eſt album, non neceſſe erit eſſe nigrũ uel nõ eſſe, quia cum non ſit albũ poterit aliquod eſſe mediũ. Tertius uero modus eſt taliũ ſyllogiſmorũ qui uenit ex tertia propoſitione, quorũ in aſſumptione ponitur id q præcedit hoc modo, ſi nõ eſt a, eſt b. Atqui nõ eſt a, eſt igitur b, igitur hæc cõcluſio rurſus ex cõditione propoſitionis euenit, id enim fuerat propoſitũ, ut ſi non eſſet a, eſſet b, quod ſi cõuertas & ſumas eſſe b, id eſt, quod cõſequitur, nõ neceſſe erit eſſe, uel non eſſe id quod præcedit. Sed huius exẽplum non poteſt inueniri eo q ſi ita proponat, ut cum nõ ſit a, ſit b, nihil eſſe mediũ uideatur a atq; b. Sed in his ſi alterũ nõ fuerit, ſtatim neceſſe eſt eſſe alterũ, et ſi alterũ fuerit, ſtatim neceſſe eſt alterũ nõ eſſe, uidet ergo quodãmodo ex cõſequenti poſito in his fieri ſyllogiſmos. Sed quantũ ad rei naturã ita eſt. Quantum uero ad propoſitionis ipſius pertinet cõditionem, minimè conſequitur. Quod quidem ex his patet quæ ſuperius dicta ſunt. In utriſq; enim ſuperioribus modis, conſequenti poſito nihil ex neceſſitate collectũ eſt, hic uero tertius modus quantum ad cõplexionem propoſitionũ pertinet, in quo ſi id ponendo q ſequebatur aſſumitur, nullum efficit ſyllogiſmũ. Quantũ uero ad rerũ naturam, in quibus ſolis hæ propoſitiones enũciari poſſunt, uidet eſſe neceſſaria cõſequentia hoc modo, ut ſi dies nõ eſt, nox ſit, ſi nox ſit, dies nõ ſit ex neceſſitate conſequitur, ſimilesq; ſunt hi ſyllogiſmi his qui in diſiunctione ſunt cõſtituti, de quibus paulò poſterius cõmemorabo, quorumq; ad illos & differentias & ſimilitudines dabo. Quartus modus eſt ex quarta propoſitione, cũ ita proponit, ſi a nõ eſt, b non eſt, atqui nõ eſt a, nõ eſt igitur b. Rurſus enim id quoq; cõſequi ex propoſitione monſtrat, quæ poſuit nõ fore b, ſi a prior terminus nõ fuiſſet. At ſi id q ſequitur aſſumamus, nulla uidet fieri poſſe neceſſitas, ueluti ſi ita dicamus, nõ eſt aũt b, nõ neceſſe erit eſſe, uel non eſſe a. Age enim proponat, ſi animal non eſt, nõ eſſe hominẽ, aſſumaturq;, at nõ eſt homo, non neceſſe eſt ut uel ſit, uel nõ ſit animal. Demonſtratũ igitur eſt in huiuſmodi ſyllogiſmis ſi id q præcedit ponẽdo aſſumitur, perfectos atq; ex ipſis propoſitionibus probabiles, & neceſſarios fieri ſyllogiſmos. Si uero id quod ſequit ponẽdo aſſumatur, nullam fieri neceſſitatẽ præter in tertio modo, qui cum ſit ſimilis his ſyllogiſmis, qui per diſiunctionẽ propoſitis enũciationibus fiunt, uidetur in rebus de quibus proponi poteſt, ſeruare neceſſitatẽ, cũ in cõplexione non ſeruet, q ex cæteris tribus modis arguit primo, ſecũdo atq; quarto, in quibus ſumpta ſequẽte ponẽdæ propoſitionis parte, nihil ex neceſſitate cõficitur. Ac de his quidem ſyllogiſmis, qui duobus terminis ſungũtur, quorũ prima pars propoſitionis ponẽdo aſſumitur, quantũ ad inſtitutionis pertinet modũ ſufficienter expreſsimus. Nũc uero dicendũ eſt de his quorum cõſequens propoſitionis ita ſumit, ut perimatur. Ex his quoq; quatuor fiunt modi, cum prior propoſitionis pars in aſſumptione non poſſit interimi, ut ulla ſyllogiſmi neceſſitas cõſequatur. Eſt igitur primus modus taliũ ſyllogiſmorũ à prima propoſitione ueniens hic. Si eſt a, eſt b, at nõ eſt b, non eſt igitur a, hic igitur b terminus qui in prima propoſitione conſequens fuerat, in aſſumptione eſt interẽptus, ut a terminus

minus qui propoſitionis prima pars fuerat interimetur, eaq; neceſſitas tali ratione probabit, propoſitũ namq; eſt, ſi a ſit, b eſſe. Et aſſumptio facta eſt ut cõſequens pars propoſitionis interimeret, id eſt, nõ eſſe b. Dico quia conſequitur non eſſe a. Nam ſi poteſt eſſe a, cũ non ſit b, fruſtra erit prima propoſitio quæ ait, ſi a ſit b eſſe. Atqui ea propoſitio ualet, cũ igitur ſit a, eſt b. Quod ſi cũ nõ ſit b, ſit a, q, ſcilicet, ex aſſumptione proponit, idẽ b erit, & nõ erit. Non erit quia b non eſſe proponit aſſumptio, erit aut, quia ſi eſt a, erit b, q fieri nõ poteſt. Non igit ſi b nõ fuerit, erit a, hic eſt ergo primus modus taliũ ſyllogiſmorũ, qui ex interẽpta parte cõſequenti propoſitionis fiunt, qui nõ ſunt perfecti neq; ex ſe cogniti, ſed indigent uel eius quã ſuperius propoſui, uel alterius cuiuslibet probationis, ut ueri eſſe monſtrent. Quod ſi prima propoſitionis interimat, nõ erit ſyllogiſmus, age enim ita dicamus, ſi eſt a, eſt b. Atqui nõ eſt a nõ ſequit, ut ſit uel nõ ſit b, ut etiã demonſtret exẽplo. Sit enim propoſitio, ſi homo eſt, animal eſt. Sed homo nõ eſt, nõ neceſſe erit uel eſſe animal, uel nõ eſſe. Secũdus modus per contradictionẽ aſſumptionis, qui à ſecũda propoſitione deſcẽdit, ille eſt cũ ita proponimus, ſi eſt a, non eſt b. Atqui b eſt, igit a non eſt. Hic enim rurſus ſecũda pars propoſitionis interẽpta, nam cum ſecũda pars propoſitionis b nõ eſſe diceret, ſi a fuiſſet aſſumptio, b eſſe pronũciat. Affirmatio aũt perimit negationẽ, quam aſſumptionem conſequitur, ut a non ſit hoc modo. Si enim propoſitio, ſi a eſt, b non eſt, & ſit b. Dico, quia nõ erit a, nam ſi erit a, cum ſit b, idem b erit, & nõ erit. Non erit quidẽ ex prima propoſitione quæ dicit, ſi eſt a non eſt b, erit aũt per aſſumptionẽ, qua dicimus eſſe b. At ſi præcedẽs pars propoſitionis auferat, nõ fiet ulla neceſſitas. Age enim in huiuſmodi propoſitione. Si a eſt, b non eſt, ita dicamus. Atqui non eſt a, non cõſequitur ut ſit uel non ſit b. Id uero tali arguitur exẽplo. Dicemus enim ſi nigrũ eſt, album nõ eſt. Aſſumamus q; nonneſſe nigrũ, nõ ſtatim cõſequitur, ut uel albũ ſit, uel non ſit. Poteſt enim eſſe aliquod mediorum. Tertius modus ille eſt ex tertia propoſitione deductus, cũ ita proponimus. Si a nõ eſt, b eſt, b autẽ non eſt, a igitur eſt. Hic quoq; conſequẽs pars propoſitionis aſſumpta eſt, & cũ in propoſitione affirmaret, in aſſumptione negata eſt, & eſt rata cõſequentia, & perficiens ſyllogiſmum hoc modo. Nam ſi uerum eſt, cum non ſit a, eſſe b, dico, quia ſi b non ſit, eſt a, nam ſi poterit cum b non ſit, non eſſe a fruſtra eſt prima propoſitio, quæ dicit, cum nõ ſit a, eſſe b, erit q b ac non erit. Nõ erit quidem ex ea aſſumptione, quæ proponit non eſſe b, erit autem quia ſi a terminus eſſe negabitur poſito non eſſe b termino cum non ſit a, erit b, quod eſt impoſſibile. Non igitur poteſt fieri, ut cum nõ ſit b, non ſit a. Cõſequitur igitur, ut cũ nõ ſit b, ſit a, quod ſi prior pars propoſitionis quæ præcedẽs eſt auferatur, nullus eſt ſyllogiſmus hoc modo, cum enim dicemus, ſi a non eſt, eſſe b, ſi aſſumamus. Atqui eſt a, nihil euenit neceſſarium, ut uel ſit b, uel non ſit ſecundum ipſius complexionis naturam, nam hic quoque ut in his in quibus in aſſumptione ſecundus terminus ponebatur, dicendum eſt ſecundum ipſius quidem complexionis naturam nullum fieri ſyllogiſmum. Secundum terminos uero in quibus ſolis dici poteſt, neceſſe eſt ſi a fuerit, b nõ eſſe, in cõtrarijs enim tantũ & in his immediatis, id eſt, mediũ non habẽtibus hæc ſola propoſitio uerè poterit prædicari, uelut cum dicimus, ſi dies non eſt, nox eſt, ſiue non fuerit dies, nox erit, ſiue nõ fuerit nox, dies erit, ſiue dies fuerit, nox non erit, ſiue nox fuerit, dies no erit. Quartus modus eſt horum ſyllogiſmorum ex quarta propoſitione deſcendens, cuius hæc prima propoſitio eſt, ſi nõ eſt a, non eſt b, eſt autem b, erit igitur a, hic quoque ſecunda pars propoſitionis aſſumpta eſt, & quoniam eadem negatione fuerat poſita, affirmatione eſt interempta. Affirmatio enim uim negationis interimit, hic quoq; eodem modo ſyllogiſmi neceſſitas continetur, nam ſi poſito cum non ſit a, non eſſe b, ſumatur eſſe b, dico, quia cõſequens eſt etiam a eſſe. Nam ſi poteſt cum ſit b, non eſſe a, fruſtra eſt prima propoſitio, quæ cum a non ſit, b non eſſe pronunciat, fiet igitur rurſus ut

idem b ſit ac non ſit. Ex aſsumptione namque erit b, ita enim dicitur, atqui b eſt. Si uero hoc poſito poſſit nõ eſse a, rurſus b nõ erit, quia prima propoſitio ait, ſi nõ ſit a, non eſt b, quod eſt impoſsibile, ꝙ ſi ea portio propoſitionis, quæ præcedens eſt auferatur, nihil euenit neceſsarium. Age enim ita dicamus, ſi nõ eſt a, non eſt b. Aſsumamusq́, atqui eſt a, non cõſequitur, ut b uel eſſe uel non eſse neceſſario cõcludatur, ut in hoc ſyllogiſmo, ſi non eſt animal, nõ eſt homo, atq; eſt animal nõ neceſse eſt uel eſse hominẽ uel non eſse. Hi igit̃ quatuor ſyllogiſmi imperfecti dicuntur, idcirco quoniã per ſe non habẽt apertã atq; perſpicuã conſequentiæ neceſsitatẽ, eaq; illis ex probatione cõficitur. Vt igitur breuiter cõcludendũ ſit in Hypotheticis ſimplicibus ſyllogiſmis cõnexas habentibus propoſitiones, quoquo modo factis, ſiquid. m prima pars propoſitionis aſsumit̃, ſi ea ponatur, fient quatuor ſyllogiſmi per ſe noti atq; perfecti. Si uero id ꝙ cõſequitur aſsumat̃, nulli eſt ſyllogiſmi neceſſitas, niſi in tertio tantum modo, qui non propter cõplexionis naturã, ſed propter terminorũ contrarietatẽ, in quibus ſolis dici poteſt, uidetur cõcluſionis neceſsitatẽ tenere, itaq; ſi quid in aſsumptione ex his quę in propoſitione ſunt pronũciãta ponatur, quatuor uel quinque fieri neceſse eſt ſyllogiſmos perfectos quatuor, ubi prima pars propoſitionis, quinq; uero ubi ſecũda pars propoſitionis ponendo aſsumit̃, ſi non ad cõplexionis naturã, ſed ad terminos aſpiciamus, ſi quid uero ex his in aſsumptione quæ prima propoſitio enũciat, auferat̃, ſi quæ eſt cõſequens pars propoſitionis auferat̃, fient impfecti & probatione indigẽtes quatuor ſyllogiſmi. Si uero prior propoſitionis pars auferatur, nulla erit neceſsitas ſyllogiſmi, in tertio tantum modo ubi non facit neceſsitatem cõplexio, ſed terminorum natura. Quocirca hic quoq; quatuor uel quinq; ſunt ſyllogiſmi, quatuor quidem, ſi ſecunda pars propoſitionis fuerit interẽpta. Quintus uero ſi eum non complexionis natura, ſed terminorum proprietas metiatur. Quocirca ſi ex duobus terminis propoſitio prima cõſtat, octo ſunt uel decem, nec amplius ſyllogiſmi. Ac de his quidem cõditionalibus ſyllogiſmis, quorum propoſitiones cõnexæ ſunt, & ex duabus prædicatiuis ſimplicibus conſtant, ſufficienter expeditum eſt. Nunc de his ſyllogiſmis dicendum eſt, qui ex prædicatiua & Hypothetica, uel ex Hypothetica prædicatiuaq; connectuntur. Horum autem facilẽ complexiones omnium ſyllogiſmorum apparebunt, ſi prius earum numerus exponatur. Sunt igitur priores quidem, quæ ex prædicatiua atque Hypothetica connectuntur hæc:

Si ſit a, cum ſit b, eſt c.
Si ſit a, cum ſit b, non eſt c.
Si ſit a, cum non ſit b, eſt c.
Si ſit a, cum non ſit b, non eſt c.
Si non ſit a, cum ſit b, eſt c.
Si non ſit a, cum ſit b, non eſt c.
Si non ſit a, cum non ſit b, eſt c.
Si non ſit a, cum non ſit b, non eſt c.

Ac primum quæ ſit earum natura, uidetur eſſe tractandum. Neque enim quoquo modo conditio ponatur, conditionalis propoſitio fiet, ſed ſi illa conſequentia propter poſitam euenit conditionem, nam ſi quis ita dicat, ſi homo eſt, cum ſit animal, animatum eſt, nõ uidetur facere appoſita conditio conſequentiæ neceſſitatem. Nam etiam ſi non ſit homo, nihilominus tamen cum ſit animal, animatum eſt, at ſi ita ponatur, ſi ſit homo, cum ſit animatum, eſt animal, uidetur conſequentiæ ratio in conditione conſiſtere. Neq; enim neceſſe eſt cum animatũ ſit, animal eſſe, niſi homo uel aliquid tale fuerit, quod animatum eſse proponitur. Tunc enim quod animatum eſt, animal eſse neceſse eſt, homo nãq; uel quodlibet aliud tale animatũ eſt. Per ſingulas igitur propoſitiones eundum eſt, & ſpectãda eſt earũ ſingularũ natura hoc modo: Prima propoſitio per quã enũciat. Si eſt a cũ ſit b, eſt c, talis eſſe debet, ut b quidẽ poſsit eſſe

eſſe etiam præter a, ſi tamen a fuerit, b non eſſe non poſſit. Rurſus idẽ b terminus poſſit eſſe etiã cum non eſt c, nec ſit neceſſe, ut b poſito ſit etiam c, ſed tunc tãtum neceſſe ſit eſſe c, quando b terminus a terminum ſequitur, ut ſi ſit a homo, b animatum, c animal, animatũ enim & præter hominem, & præter animal eſſe poteſt. Si uero ſit homo, animatum eſſe neceſſe eſt, & cum animatum hominis eſſentiã conſequatur, conſequitur ut ipſum animatum ſit animal. Item ſecũdam propoſitionem, quæ ait, ſi eſt a cum ſit b, nõ eſt c, huiuſmodi eſſe oportebit, ut b quidem præter a eſſe poſſit, ſed cum fuerit a, neceſſe ſit eſſe etiam b, at uero c tale ſit ut ſimul quidem cum a eſſe non poſſit, cum b uero eſſe poſſit. & non eſſe, ſed tunc tantum cum b eſſe non poſſit, quando b terminus a terminum ſequitur, ut ſit a homo, b animatum, c inſenſibile. Namq; animatum præter hominem eſſe poteſt. at ſi homo ſit, ut ſit animatũ neceſſe eſt, inſenſibile uero poteſt eſſe animatum & non eſſe. Sed tunc inſenſibile & animatum non cõueniunt, cum idcirco eſt animatum, quia homo eſſe prædictus eſt. Tertia uero propoſitio a quidẽ terminũ debet habere, qui nunq; ſimul eſſe poſſit cũ b termino, c uero terminũ talẽ eſſe oportebit, ut poſſit eſſe. quidẽ & nõ eſſe, ſi nõ fuerit b, ſed tunc tãtum neceſſe ſit eſſe c terminũ, ſi b terminus nõ ſit, ſi idcirco nõ eſt b, quoniã a terminus eſſe prædictus eſt, ut ſi ſit a homo. b inanimatũ, c ſenſibile. Nam ſi eſt homo, nõ eſt inanimatũ. ſenſibile uero eſſe poteſt ſimul & non eſſe, cũ inanimatũ non ſit. Poſſunt enim eſſe quædã quæ nec inanimata ſunt, nec ſenſibilia, ut arbores. Idem tamen ſenſibile neceſſe eſt eſſe, cũ non ſit inanimatũ, ſi idcirco inanimatum nõ eſt, quia homo eſſe prædictus eſt. Rurſus quarta propoſitio huius eſſe debet proprietatis, ut b quidẽ terminus nullo modo eſſe poſſit, ſi fuerit a, at uero c poſſit eſſe & non eſſe ſi non fuerit b. Sed tunc tantum c cum non fuerit b, non eſſe neceſſe ſit, ſi b terminus non ſit, quia a terminus prius eſſe propoſitus eſt, ut ſi ſit a homo, b inanimatum, c inſenſibile, inanimatum enim nõ erit ſi fuerit homo, inſenſibile uero poteſt eſſe & non eſſe, ſi non ſit inanimatum. Tunc tantum inſenſibile nõ eſſe neceſſe eſt, cum inanimatũ non ſit, cum idcirco inanimatũ non eſt, quia homo eſſe prædictus eſt. Quinta quoque propoſitio tales habere terminos debet, ut a quidẽ ſi non ſit, neceſſe ſit eſſe b, ſi b terminus ſit, poſſit & eſſe & non eſſe c. Tunc tantũ c eſſe neceſſe ſit, cũ fuerit b, cũ idcirco eſt b, quia a terminus eſſe negatus eſt, ut ſi ſit a quidem animatũ, b uero inſenſibile, c inuitale, igitur ſi nõ ſit animatũ, ſtatim conſequitur. ut ſit inſenſibile, inuitale autẽ poteſt eſſe, ſi ſit inſenſibile, ut lapis, poteſt uero nõ eſſe inuitale. ſi ſit inſenſibile, ut ſunt arbores. Sed tunc tantum poſito inſenſibili conſequitur, ut inuitale eſſe neceſſe ſit, cum idcirco eſt inſenſibile, quia nõ eſt animatum. Sexta uero propoſitio tales habere terminos deſiderat, ut b quidem eſſe neceſſe ſit, ſi non fuerit a, at uero c terminus ſi ſit b, uel eſſe uel non eſſe poſſit. Tunc tamen c non eſſe neceſſe ſit, cum ſit b, quando idcirco eſt b, quia a terminus nõ eſſe propoſitus eſt, ueluti ſi ſit a animatũ, b inſenſibile, c uitale. Nam neceſſe eſt eſſe inſenſibile, ſi non fuerit animatum, cum uero ſit inſenſibile, fieri quidẽ poteſt ut nõ uiuat, ueluti lapis, fieri aũt poteſt ut uiuat, ueluti arbor. Tunc tamen neceſſe eſt non uiuere, cum ſit inſenſibile, quando idcirco eſt inſenſibile, quia animatum non eſſe propoſitum eſt. Septimus modus talibus terminis debet eſſe contextus, ut b quidem ſine a eſſe non poſſit, c autem ſi non ſit, b eſſe & non eſſe poſſit. Tunc tamen neceſſe ſit c terminum eſſe, ſi non ſit b, cum idcirco b non eſſe poſitum ſit, quoniam a fuerat denegatum. Sit enim a quidem animatum, b uero ſenſibile, c inuitale. Senſibile igitur eſſe non poteſt niſi fuerit animatum. Si igitur non ſit animatum, non erit ſenſibile, ſi uero non ſit ſenſibile, poteſt eſſe inuitale, uelut in lapidibus, idem poteſt non eſſe uelut in arboribus. Tunc tamen ſenſibili denegato inuitale neceſſe eſt eſſe, cum idcirco non ſit ſenſibile, quia animatum nõ eſse poſitum eſt. Octaua propoſitio his terminis cõnectendi eſt, ut b terminus eſse nõ poſsit, ſi nõ fuerit a, cum uero non ſit b, terminus c

& non esse & esse possit. Sed tunc necesse sit c, terminum nō esse cum nō fuerit b, Cum idcirco non sit b, quia a terminus prius esse negatus est, ut si sit a quidē animatum, b uero sensibile, c uitale, sensibile igitur esse non potest nisi fuerit animatum. Idem tamen sensibile si non sit, & esse & non esse uitale potest, non esse, ut lapides, esse uitale, ut arbores. Tunc tantum necesse est uitale non esse, si non sit sensibile, cum idcirco sensibile non est, quia prius animatum esse negatum est. Ex his igitur constat c terminum, quoquo modo fuerit b, in conditionalibus propositionibus, quæ in tota enunciatione post prædicatiuas locantur posse tam loco affirmationis quàm negationis assumi. Ex quibus assumptionibus fiunt complexiones uariæ syllogismorum. His igitur ita expeditis de omnibus in commune præcipiendum uidetur, nam cum sint octo propositiones, quæ ex prædicatiua Hypotheticaq; nectuntur, quæ superius ascriptæ sunt, earum quatuor ita faciunt consequentiam, si a terminus sit. Quatuor uero ita conditionem proponunt, ut a terminus non sit. Fiunt uero ex his syllogismi hoc modo. Ex prima propositione, si est a, cum sit b, est c. Atqui est a, cum igitur sit b, est c, uel sic: Atqui cum sit b, non est c, non est igitur a. Posse autem huiusmodi esse assumptionem ex superius descripta propositionū natura cognoscitur. Ex secunda propositione, si est a cum sit b, non est c. Atqui est a cūigitur sit b ,nō est c uel ita, Atqui cum sit b, est c, nō est igitur a. Ex tertia, si est a, cū non sit b, est c. Atqui est a, cūigitur nō sit b, nō est c, uel ita. Atqui cum non sit b, non est c, non est igitur a. Ex quarta, si est a, cum non sit b, non est c. Atqui est a, cumigitur non sit b, est c, uel ita. Atqui cum non sit b, est c, non est igitur a. In his igitur quatuor propositionibus in quibus a terminus esse proponitur, si assumptum fuerit eundem a terminum esse, c terminus, uel esse, uel non esse monstratur, idem uero si c terminus assumatur, siquidem cum est nō esse, uel cum non est esse assumatur a terminus non esse monstrabitur. Ex quinta etiam propositione ita syllogismi fiunt, si non est a cum sit b, est c. Atqui non est a, cum igitur sit b, est c, uel ita. Atqui est a, cumigitur sit b, non est c, uel ita. Atqui cum sit b, non est c, est igitur a, uel sic. Atqui cum sit b, est c, non est igitur a. Quod idcirco euenit ut huiusmodi propositio quatuor colligat syllogismos, quia in his tantum si non sit aliquid, esse aliud proponi potest, in quibus contraria medietatibus carent, in his enim uel interempto altero alterum ponitur, uel posito altero alterum necesse est perimatur. Ex sexta si non sit a, cū sit b, non est c. atqui non est a, cum igitur sit b, non est c, uel ita. Atqui cum sit b, est c, igitur est a. Ex septima, si non est a, cum non sit b, est c. Atqui non est a, cum igitur non sit b, est c, uel ita. Atqui est a, cum igitur non sit b, non est c, uel ita. Atqui cum non sit b, non est c, est igitur a, uel ita. Atqui cum non sit b, est c, non est igitur a, in hac quoque complexione propter eandem causam quatuor collectiones fiunt. Ex octaua, si non est a, cum non sit b, non est c. Atqui nō est a, cum igitur non sit b, non est c, uel ita. Atqui cum non sit b, est c, est igitur a. In his quatuor quoque propositionibus, siquidem a non est esse, assumatur c terminus uel esse uel nō esse cōcluditur, si uero c cum est non esse, uel cum nō est esse assumatur, a terminus semper esse concluditur, nisi in quinto & septimo tantūmodis, ubi cum c esse assumatur, a nō esse monstratur. Omnium uero communis est ratio præter quintū ac septimum modum, ut si a terminus ita assumatur, quomodo in prima enunciatione propositus est, conditio quæ sequit̄, in cōclusione firmetur. Si uero conditio quæ sequitur contrario modo atque in enunciatione proposita est assumatur, Categorica propositio quæ prima est interimatur. In septimo uero uel quinto modo quaque ratione assumptum alterum, in utrisque partibus faciet conclusionem. Itaque fiunt sedecim uel uiginti potius syllogismi. Octo quidem si a terminus ut est propositus assumatur, octo uero, si c terminus conuerso modo, atque in propositione est positus, assumatur. Quatuor uero ex septimo & quinto modis

utrobique facientibus conclusionem. Reliquis uero complexionibus nulla est consequentia necessitatis, ut autem planior intellectus fieret, ipsas propositiones cum suis terminis positas annotaui, ut secundum prædictos assumptionum modos non ratione solum demonstratio fieret, uerum etiam per exemplum currētibus doctrina clarior eluceseeret.

Si est a homo, cum sit b animatum, est c animal.
Si est a homo, cum sit b animatum, non est c insensibile.
Si est a homo, cum non sit b animatum, est c sensibile.
Si est a homo, cum non sit b animatum, non est c insensibile.
Si non est a animatum, cum sit b insensibile, est c inuitale.
Si non est a animatum, cum sit b insensibile, non est c uiuens.
Si non est a animatum, cum non sit b sensibile, est c inuitale.
Si non est a animatum, cum non sit b sensibile, non est c uitale.

Expeditis igit̄ his syllogismis, qui ex talibus propositionibus fiunt, quæ prima prædicatiua, secunda Hypothetica copulantur, nunc ad eos transitum faciamus, qui ex prima cōditionali, secunda uero prædicatiua nectuntur, quarū omnium numerus ponendus est, ut de quibus loquamur, lector agnoscat.

Si cum sit a, est b, est c.
Si cum sit a, est b, non est c.
Si cum sit a, non est b, est c.
Si cum sit a, non est b, non est c.
Si cum non sit a, est b, est c.
Si cum non sit a, est b, non est c.
Si cum non sit a, non est b, est c.
Si cum non sit a, non est b, non est c.

Prima igitur propositio tales habere terminos debet, ut a quidem possit esse præter b & c. Sed tunc si a fuerit, c esse necesse sit, cum a terminum, b terminus subsequatur, ut si sit a quidem animatum, b homo, c animal, animatum namq; & præter hominē & præter animal esse potest. Tunc uero id quod animatum est, esse animal necesse est, si id quod est animatum, homo est. Secunda propositio talibus terminis contexēda est, ut a quidem præter b atq; c, & cum eisdem esse possit. Tūc tamen necesse sit non esse c cum est a, si a posito b subsequatur, ut si a sit animatum, b homo, c equus. Animatum quippe, ut & homo, uel equus sit fieri potest. Tunc uero necesse est id quod animatum est, non esse equum, si idipsum quod animatum est, homo fuerit. Tertia propositio his terminis copulatur, ut a quidem cum b & c, uel esse, uel non esse possit, tūc tamē necesse sit simul esse, cum c si posito a termino, b terminus abnuatur, ut si sit a animatum, b animal, c insensibile. Nam quod animatum est, uel animal, uel non animal, uel insensibile, uel non insensibile esse potest, sed tunc necesse est id quod animatum est esse insensibile, si animato posito animal abnuatur. Quartæ propositionis hi termini sunt, ut a quidem cum b & cum c esse, & non esse possit. Tunc uero ab eo c modis omnibus separetur, si posito a termino, b terminus abnuatur, ut si a quidē animatum, b animal, c homo. Nam quod animatum est, & animal esse, & non esse, itemq; homo esse & non esse potest, tunc tamen necesse est, ut cum sit animatum, non sit homo. Cum posito animato esse animal denegetur. Quinta uero propositio his terminis connectitur, ut si non sit a, possit & esse & non esse b atq; c. Tunc tamen cū non sit a, terminum c esse necesse sit, si posito non esse a, esse b terminum consequatur, ut si sit a quidē inuitale, b homo, c animal. Nam si non sit inuitale, tunc possunt homo atque animal esse uel non esse, at tunc necesse esse est animal negato inuitali, si cum inuitale denegabitur esse hominem subsequatur. Sextam uero propositionem talia debent

debent mẽbra cõiungere,ut ſi nõ ſit a terminus, b atque c uel eſſe,uel nõ eſſe poſſint. Tũc uero denegato a termino, c nõ eſſe,neceſſe ſit,cum negationẽ a termini, b termini affirmatio comitabit, ut ſi ſit a inuitale, b homo, c equus. Nam quod nõ eſt inuitale,poteſt uel homo,uel equus eſſe uel non eſſe,ſed neceſſe eſt nõ eſſe equũ inuitali denegato, ſi negationem inuitalis hominis poſitio ſubſequatur. Septimæ propoſitionis hos eſſe terminos oportebit,ut ſi non ſit a, termini b atque c,& eſſe & non eſſe poſſint. Sed tunc neceſſe ſit eſſe c terminum,ſi negationem a termini, b termini negatio ſubſequatur, ut ſi ſit a animal, b animatum, c inuitale,animal quidem ſi non ſit, animatum & inuitale eſſe & non eſſe poſſit. Tunc uero neceſſe eſt,ſi animal non ſit,inuitale eſſe,quando ſi animal non ſit,non erit animatũ. Octaua propoſitio eſt cum negato a termino, poſſunt & eſſe & non eſſe b atque c termini. Sed tunc neceſſe eſt ſi a terminus abnuatur, non eſſe c terminum,cum negationem a termini, negatio b termini ſubſequetur,ut ſit a inuitale, b animal, c homo. Si igitur nõ ſit inuitale,poteſt & eſſe & non eſſe animal & homo. His igitur ita expeditis illud in commune dicendum eſt, quod ſuperiores quatuor propoſitiones ita faciunt conditionẽ,ſi fuerit a. Poſteriores uero ſi nõ fuerit,ex quibus omnibus ſyllogiſmi tali ratione naſcuntur. Ex prima propoſitione:Si cum ſit a eſt b, eſt c. Atqui cum ſit a, eſt b, eſt igitur c,uel ita, atqui non eſt c, cum igitur ſit a, non eſt b. Poſſe uero fieri tales cõcluſiones, ex ſuperius deſcriptarum propoſitionum natura cognoſcimus,poterat enim a terminus eſſe,& nõ eſſe cũ b. Itẽ ex ſecũd a, ſi cum ſit a eſt b, nõ eſt c. Atqui cum ſit a, eſt b, non eſt igitur c, uel ita, atqui eſt c, cum igitur ſit a, non eſt b. Ex tertia uero utrobiq; aſsumptis terminis collectiones fiunt,ut ſi cũ eſt a, non eſt b, eſt c. Atqui cum ſit a, non eſt b, eſt igitur c, uel ita. Atqui cum ſit a, eſt b, non eſt igitur c, uel ita. Atqui non eſt c, cum igitur ſit a, eſt b, uel ſic,atqui eſt c, cum igitur ſit a, non eſt b, quæ idcirco facta eſt utrobiq; collectio, quoniam in his terminis hæ propoſitiones poterant poni, in quibus immediata contraria reperiebantur. In illis enim alterius poſitio alterutrum perimebat,& alterius interemptio ponebat alterum. Ex quarta ſi cum ſit a, non eſt b, non eſt c. Atqui cum ſit a, non eſt b, non eſt igitur c, uel ita,atqui eſt c, cum igitur ſit a, eſt b. Ex quinta, ſi cum non ſit a, eſt b, eſt c. Atqui cum non ſit a, eſt b, eſt igitur c, uel ſic,atqui non eſt c, cum igitur non ſit a, non eſt b. Ex ſexta,ſi cum non ſit a, eſt b, non eſt c. Atqui cum non ſit a, eſt b, non eſt igitur c, uel ſic, Atqui eſt c, cum igitur non ſit a, non eſt b. Ex ſeptima utrobique colligitur hoc modo,ſi cũ non ſit a, nõ eſt b, eſt c. Atqui cum non ſit a, non eſt b, eſt igitur c, uel ita:Atqui cum non ſit a, eſt b, non eſt igitur c,uel ita. Atqui non eſt c, cũ igitur non ſit a,eſt b, uel ſic:Atqui c eſt,cum igitur non ſit a, nõ eſt b. Hic quoq; propter eãdem cauſam in alterutra aſſumptione ſyllogiſmus fiet. Nam eſſe aliquid cum aliud non ſit in immediatis tantum contrarijs dicebatur. Ex octaua ſi cum non ſit a, non eſt b, non eſt c, atqui cum non ſit a, non eſt b, non eſt igitur c uel ita, atqui eſt c, cũ igitur non ſit a, eſt b. In omnibus igitur ſuperius deſcriptis ſyllogiſmis, hæc ratio eſt,ut ſi b terminus aſſumatur, ita ut in propoſitione eſt poſitus,ita c terminum cõcludat,ut in eadem propoſitione fuerat collocatus. At ſi c terminus contrario modo aſſumatur quàm in propoſitione fuerit poſitus. Contrario modo b terminus in concluſione monſtrabitur, præter tertium, & ſeptimum modum,in quibus etiam ſi b terminus contrario modo, atq; in propoſitione eſt poſitus,aſſumat c terminum contrario modo atque poſitus eſt colligit,uel ſi c terminus,ita ut in propoſitione eſt poſitus aſſumatur, ſimili modo b terminum concludit, ut in eadem propoſitione fuerat collocatus. Quare ſedecim quidem uel uiginti fiunt ſyllogiſmi. Aſſumptis namq; primis Hypotheticis propoſitionibus fiunt octo, octo uero ſi ſecũdę prędicatiuæ aſſumantẽ,quatuor aũt his adiungunẽ ex tertio atq; ſeptimo modo utrobiq; colligẽtibus, ut omnes etiam in his propoſitionũ cõplexionibus fiant,ſedecim

decim uel uiginti ſyllogiſmi. Quoquo autem alio modo aſſumptiones uerteris, nihil euenit neceſſarium, ut autem omnis propoſitionũ & ſyllogiſmorũ ratio colluceſcat, exempla ſubiecimus, quibus facilius id quod ſuperius docuimus colliqueſcat, ſi cum ſit a, animatum eſt, b homo eſt, c animal, ſi cum eſt a, animatũ eſt, b homo, nõ eſt c, equus, ſi cum ſit a, animatum non eſt, b animal, eſt c inſenſibile, ſi cum ſit a, animatum nõ eſt, b animal non eſt, c homo, ſi cum non ſit a inuitale, eſt b homo, eſt c animal, ſi cum nõ ſit a, inuitale eſt, b homo, non eſt c equus, ſi cum non ſit a, animal non eſt, b animatum, eſt c inuitale, ſi cum nõ ſit a inuitale, non eſt b, animal non eſt, c homo, ac de his quidẽ ſyllogiſmis, qui talibus propoſitionibus connectuntur, quæ ex Hypothetica prædicatiuaq; conſiſtunt, ſufficienter dictum eſt. Nunc de his dicendum eſt ſyllogiſmis quorũ propoſitiones ita tribus terminis cõtinentur, ut mediæ ſint earum, quæ ex Hypothetica prędicatiuaq; texuntur, & earum quę ex duabus Hypotheticis cõnectuntur, quas idcirco hoc loco proponimus, quia ut ſuperiores, ita hæ quoq; tribus terminis continentur, & à ſimilibus ad ſimilia facilior tractatus fiet, harum uero ſunt multiplices ſyllogiſmi, quorum nullus poterit eſſe perfectus, cum nec per ſe perſpicui ſint, & ut his fides debeat accommodari, adiumento extrinſecus poſitæ probationis indigeant, eſt autem probatio talium ſyllogiſmorum alio conſtitutus ordine ſyllogiſmus, fiunt autem, ut dictum eſt, tum per primam,tum per ſecundam,tum uero per tertiam figuram. Sunt autem primæ figurę proportiones hæ:

Si eſt a, eſt b, & ſi eſt b, eſt c.
Si eſt a, eſt b, & ſi eſt b, non eſt c.
Si eſt a, non eſt b, & ſi non eſt b, eſt c.
Si non eſt a, eſt b, & ſi eſt b, eſt c.
Si non eſt a, eſt b. & ſi eſt b non eſt c.
Si non eſt a, non eſt b, & ſi non eſt b, eſt c.
Si non eſt a, non eſt b, & ſi non eſt b, non eſt c.

Ergo ſi ratio colligentiæ talis ſit, ut conſtituat & confirmet aſſumptio, quod enunciatio prima pronũciat ſexdecim, neceſſe eſt fieri complexiones, ex quibus octo tantum ſeruant conſequentiæ neceſſitatem. Reliquæ uero octo nihil idoneum uidẽtur habere ad fidem. Rurſus ſi id quod prima propoſitio conſtituit, euertat aſſumptio, ſic quoq; ſexdecim neceſſe eſt fieri complexiones, quarum octo firma neceſſitas tenet. Octo uero reliquas infida ſæpius uarietas tenet. Fiũt uero ſyllogiſmi, tum in prima figura, tum in ſecunda, tum uero in tertia. Omnes igitur trium figurarum modos à prima ordientes, ut nihil ſubterfugiat explicemus. Eſt enim primæ figuræ primus modus à prima ueniens propoſitione, cum ita proponimus. Si eſt a, eſt b, & ſi eſt b, neceſſe eſt eſſe c. Tunc enim ſi eſt a, etiam c eſſe neceſſe eſt, cuius hæc demonſtratio eſt. Nam ſi eſt a, cõſequitur ut ſit b, idem enim quod proponit prima propoſitio, ſi ſit a, eſſe b, at ſi b fuerit, eſt c, id eſt, enim quod ſecũda pars propoſitionis pronunciat, ſi ſit b, conſequi neceſſario ut c. Quibus ita conceſſis euenit, ut cũ ſit a, etiam c eſſe neceſſe ſit, imperfectum uero hunc dicimus ſyllogiſmum, quia teſtimonio probationis indiguit. Probatio uero ea fuit per ſyllogiſmũ demonſtratio, ita namque firmamus talis conſequentiæ neceſsitatem. Cum enim ita proponeretur: Si eſt a, eſt b, & ſi eſt b, neceſſe eſt ut ſit c, poneretq; aſſumptio id quod affirmatio conſtituerat eſſe a, eamq; ſequi aſſumptionem talis concluſio diceretur, quod neceſſario eſſet c, neque id eſſet ex ipſius ſyllogiſmi natura & proprietate perſpicuum, addita eſt probatio per ſyllogiſmum hoc modo: Si eſt a, eſt b. At ſi eſt b, eſt c. Si igitur eſt a, neceſſe eſt ut ſit c. Et in reliquis quidẽ eandẽ rationẽ expectari oportet manifeſtũ eſt. Et hæc quidẽ cõplexio ea eſt, quæ id q̃ primo in propoſitione poſitum fuerat, aſſumit atq; cõſtituit, quod ſi id ponendo quis quod ſequebatur aſſumat,

aſſumat,nulla eſt neceſſitas ſyllogiſmi,ueluti cum dicimus.Si eſt a, eſt b, & ſi eſt b, neceſſe eſt eſſe c, atqui eſt c, non neceſſe eſt eſſe b uel non eſſe.Sed cum nõ ſit,neceſſe b eſſe uel non eſſe,non erit neceſſe a eſſe uel non eſſe, idem quoq; tale firmabit exemplum.Si eſt homo,animal eſt, & ſi eſt animal, erit corpus animatum, atqui eſt corpus animatum.Non neceſſe erit animal eſſe,quocirca ne hominem quidẽ.Secũdus quoq; modus eſt hic primæ figuræ,cũ ita proponimus,ſi eſt a, eſt b, & ſi eſt b, neceſſe eſt nõ eſſe c, at uero eſt a. Nõ eſt igitur c, huius demonſtratio talis eſt, nam ſi eſt a, eſt b. Id enim prima conditio mõſtrabat,quæ eſt,ſi ſit a eſſe b. Cum uero ſit b, neceſſe eſt nõ eſſe c.Id enim conſequentia præferebat in qua pronũciabatur,ſi eſſet b, conſequi ex neceſſitate ut non eſſet etiam c, ſi igitur ſit a, non erit c, quod ſi id quod propoſitio ultimum conſtituit ponat aſſumptio, id eſt, non eſſe c, nullus eſt ſyllogiſmus.Nam ſi de aliqua re ita proponatur,ſi homo ſit,eſt animal,& ſi eſt animal, non eſt lapis,at non eſt lapis,non neceſſe erit aut eſſe, aut non eſſe animal.Eodem modo nec hominem,poteſt enim ſi lapis non ſit eſse lignum,uel cætera, quæ nec animalia ſunt,nec inter homines numerãtur.Tertius uero modus eſt primæ figurę,cum id aſſumptio conſtituit, quod propoſitio prima ponebat,cuius ex tertia propoſitione principiũ eſt cum ita proponimus,ſi eſt a, nõ eſt b, & ſi non eſt b, neceſſe eſt eſse c. Hic enim rurſus,ſi a terminus aſſumatur,ita ut in prima eſt enũciatione poſitus,ita dicetur, atqui eſt igitur a, eſt igitur c. Probatio uero ſimilis eſt ſuperioribus.Nam quia eſt a, non eſt b, & quia non eſt b, eſt c,quia igitur eſt a,eſt c, quod ſi c terminus aſſumatur, nihil neceſsarium fiet.Vt ſi ita proponamus,ſi homo eſt,non eſt inſenſibile,ſi non eſt inſenſibile,animal eſt,eſt autem animal,non eſt neceſse eſse hominem. Quartus modus eſt qui ex quarta propoſitione principiũ capit,qui ex tali propoſitione formaꝫ,ſi eſt a, non eſt b, & ſi non eſt b, non eſt etiã c. Hic enim ſi a eſt, neceſse eſt non eſse c. Demõſtratio uero eadẽ eſt,quæ in prioribus modis. Quod ſi non eſse c aſsumatur, nulla erit neceſsitas complexionis hoc modo. Age enim proponatur, ſi eſt homo, non eſt irrationale,& ſi irrationale non eſt,non eſt inanimatum. At qui non eſt inanimatum, non neceſse eſt eſse hominem. Quintus modus eſt ex quinta enunciatione deſcendẽs. Cuius prima talis eſt propoſitio,ſi non eſt a, eſt b, ſi eſt b, etiam c neceſse eſt eſse, atqui non eſt a, c igitur neceſse eſt eſse. Hic quoq; prius dicta conditio facit conſequentiam neceſsitatis, at ſi id quod eſt c,aſsumatur, nulla neceſsitas eueniet.Sit enim propoſitio,ſi non eſt irrationale,rationale eſt,et ſi rationale eſt, animal eſt,& ſi aſsumamus,ſed eſt animal, nõ neceſse erit uel eſse, uel nõ eſse irrationale. Sextus modus eſt ita propoſitio quę ſexta propoſitio facit,ſi nõ eſt a, eſt b, & ſi eſt b, nõ eſt c,atqui nõ eſt a, nõ eſt igitur c. Similis uero ſuperioribus eſt demonſtratio,at ſi c aſſumatur, eodẽ modo nullus eſt ſyllogiſmus.Nam ſi ſit propoſitio,ſi animatum non eſt, inanimatum eſt,& ſi inanimatum eſt,ſenſibile non eſt,ſi aſſumamus,atqui non eſt ſenſibile, non neceſse erit uel eſse,uel nõ eſse animatum. Septimus modus eſt,qui ex ſeptima propoſitione eſt,ſi a non eſt, b non eſt,& ſi b non eſt,neceeſse eſt eſse c, atqui non eſt a,neceſse eſt igitur eſse c,quod ſi c aſſumaꝫ,nihil fit neceſsarium, nam ſi proponamus, ſi non eſt animatum,nõ eſt animal, & ſi animal nõ eſt, inſenſibile eſt,aſsumamusq;, atqui eſt inſenſibile, nõ neceſse eſt uel eſse,uel non eſse animatũ. Octauus modus eſt,qui ita proponitur,ſi non eſt a, non eſt b, & ſi non eſt b, neceſse eſt nõ eſse c, atqui nõ eſt a, nõ eſt igitur c, quod ſi c aſsumatur,nulla erit neceſsitas. Age enim ita proponamus,ſi non eſt animatum,non eſt animal,& ſi nõ eſt animal, neceſse eſt non eſse ſenſibile,at non eſt ſenſibile, non neceſse erit nõ eſse animatũ, ut arbores, herbas,& quicquid uitali tantũ anima,nõ etiam ſenſibili uegetatur. In prima igitur figura ex tribus terminis fiãt Hypotheticæ ſexdecim complexiones, ita ut id quod poſitum eſt in propoſitione, id in aſsumptione quoque ponatur. Octo ſi a terminus in aſsumptione ponatur.Octo uero ſi c. Quod ſi a terminus ponendo aſſumatur,

tur,erunt octo neceſſarij ſyllogiſmi,ſi uero c terminus ponendo aſſumatur, nullus efficitur ſyllogiſmus.Eodem quoque modo ſyllogiſmorum complexionumq; ordo conſtabit,ſi id in aſſumptione quod in propoſitione poſitum fuerat,auferatur.Fient quippe ſexdecim complexiones,quarum octo quidẽ ubi id quod ſequitur auferetur,integra neceſſitate perdurant,octo uero in quibus id quod præcedit aufertur,neceſſitatem in eadem ratione conſeruant,horum uero omnium ſubdantur exempla. Primus igitur modus hic eſt:Si eſt a,eſt b,& ſi eſt b,etiam c eſſe neceſſe eſt, at non eſt c,igitur a non eſt,quod ſi aſſumamus,at non eſt a,nihil euenier neceſſarium. Sit enim propoſitio hæc,ſi homo eſt,animal eſt,& ſi animal eſt, animatum eſſe neceſſe eſt,atqui non eſt homo,non igitur neceſſe erit,ut ſit uel non ſit animatum. Secũdus modus eſt;ſi eſt a,eſt b, & ſi eſt b,non eſſe c neceſſe eſt,atqui eſt c,igitur a non erit, quod ſi aſſumamus ita,atqui non eſt a,non neceſſe erit c eſſe uel non eſſe,nam ſi ſit propoſitio talis,ſi homo eſt,animal eſt,& ſi animal eſt,lapis non eſt, ſi aſſumamus, atqui non eſt homo,non neceſſe erit lapidem eſſe uel non eſſe. Tertius modus eſt: ſi eſt a,non eſt b,& ſi non eſt b,neceſſe eſt eſſe c,atqui non eſt c,neceſſe eſt igitur non eſſe a,quod ſi a terminum tollat aſſumptio,nihil euenit neceſſarium. Age enim ſit propoſitio,ſi homo eſt,non eſt inanimatus,& ſi inanimatus non eſt,animatum eſſe neceſſe eſt,atqui non eſt homo,non neceſſe eſt eſſe uel non eſſe animatum. Quartus modus:ſi eſt a,non eſt b,& ſi non eſt b,neceſſe eſt non eſſe c. At eſt c,igitur a non erit,quod ſi aſſumamus non eſſe a,nulla complexionis neceſſitas inuenitur, nam ſi ſit propoſitio,ſi homo eſt,noneſt irrationale,ſi irrationale non eſt,inanimatum eum non eſſe neceſſe eſt.Atqui non eſt homo,non neceſſe eſt eum eſſe uel non eſſe inanimatum.Quintus,ſi a non eſt,b eſt,& ſi b eſt,etiam c eſſe neceſſe eſt, atqui non eſt c,igitur a eſſe neceſſe eſt,quod ſi a terminus aſſumatur,nullus fiet ſyllogiſmus, ſit enim propoſitio,ſi irrationale non eſt,rationale eſt,& ſi rationale eſt,animal eſt, atqui irrationale eſt,non neceſſe erit eſſe,uel non eſſe animal. Sextus,ſi non eſt a,eſt b, & ſi eſt b,neceſſe eſt c non eſſe. Atqui eſt c,igitur a eſſe neceſſe eſt,quod ſi a terminum ſumam nulla neceſſitas inuenitur,ſit enim propoſitio talis,ſi animatum non ſit,inanimatum eſt,& ſi inanimatum eſt,ſenſibile non eſt, atqui animatum eſt, non erit neceſſe uel eſſe uel non eſſe ſenſibile.Septimus, ſi non eſt a,non eſt b, & ſi non eſt b,neceſſe eſt eſſe c,atqui c non eſt,igitur a eſſe neceſſe eſt, quod ſi a terminum ſumpſerimus,complexio nullam faciet neceſſitatem,ſit enim propoſitio talis, ſi animal non ſit,non eſt rationale,ſi rationale non eſt,irrationale eſt,et aſſumamus,atqui animal eſt,non neceſſe eſt uel eſſe irrationale,uel non eſſe. Octauus modus eſt, qui hac propoſitione formatur,ſi non eſt a,non eſt b,& ſi b non eſt, c non eſſe neceſſe eſt,atqui eſt c,igitur a eſſe neceſſe eſt.Quod ſi a terminum ſumpſeris,non fiet ulla neceſſitas,ſit enim propoſitio, ſi non eſt animal, non eſt homo, et ſi non eſt homo,neceſſe eſt non eſſe riſibile.Atqui eſt animal, non neceſſe erit eſſe uel non eſſe riſibile, ac de prima quidem figura ſatis dictum eſt, ſequenti uero uolumine de ſecunda tractabitur.

ANITII MANLII SE
VERINI BOETHI PATRICII ORDINARII,
ET CONSVLARIS VIRI DE SYLLOGISMO HY-
pothetico, Liber II.

Conditionalium propositionum, quæ tribus terminis cõstant, secunda figura est quoties cum aliquid dicitur, uel esse uel non esse consequitur, ut duo quædam uel esse uel non esse dicantur, uariãtur autem in ipsis propositionibus, uel etiam in conclusionibus secundum assumptionis ordinem multis modis, quod ut facilius innotescat, primum cunctæ propositiones in ordine digerãtur, in quibus illud est prædicendum, quod sæpè æquimodę propositiones ponuntur, sæpè uero non, ac de æquimodis quidem nullus est syllogismus. Æquimoda enim propositio est, si ita dicamus, si a est, b est, & si est a, non est c, ac si sint inæquimodæ faciunt syllogismum, in æquimoda uero secundæ figuræ propositio est in his syllogismis Hypotheticis quorum enunciationes tribus terminis cõponuntur, ueluti cum ita proponimus. Si est a, est b, si aũt non est a, est c, huius propositionis tale intelligatur exemplum, si animal est, animatum est, si animal non est, insensibile est, hic igitur animal quod est, a non est, uno modo propositũ in utrisq;, sed ad b quidem affirmatiuè, ad c uero negatiuè cõiungitur, & id uocatur nõ æquimodè prædicari. Quòd si in utrisq; a esse uel non esse poneretur, æquimoda prædicatio diceretur. Disponanť igitur (ut dictum est) omnes nõ æquimodę propositiones hoc modo. Si est a, est b, si non est a, est c, si est a, est b, si non est a, non est c, si est a, non est b, si non est a, est c, si est a, non est b, si non est a, nõ est c. Nunc igitur a quidem esse positum est cum b, non esse uero cum c. Rursus a non esse ponamus cum b, esse uero cum c, si non est a, est b, si est a, est c, si nõ est a, est b, si est a, non est c, si non est a, non est b, si est a, est c, si nõ est a, nõ est b, si est a, nõ est c. Si igitur non sit æquimoda propositio, assumpto quidẽ b fiunt sexdecim cõplexiones, quarum tantum octo sunt syllogismi. Rursus si assumatur c, sic quoq; sexdecim complexiones fiunt, sed in octo tantum syllogismorum depraehẽditur firma necessitas, sit igitũ primus modus secũdæ figuręhic ex prima ueniẽs propositione, si est a, est b, si autem non est a, est c. Dico quoniam si non est b, est c, quoniã enim si est a, est b, secundum ordinem cõsequentiæ si nõ est b, nõ erit a, at qui si nõ esset a, esset c, si igitur nõ sit b, erit c, quod si idem b esse ponatur, nihil euenit necessariũ. Age enim sit b, non necesse est esse uel non esse a. Nihil igitur sequitur necessariũ, ut sit uel nõ sit c, ut si sit a animal, b animatũ, c insensibile, nam si est animal, est animatum. Si uero non est animal, insensibile est. Atqui si sit animatum, nõ necesse est esse animal, uel nõ esse, non est igitur necesse esse insensibile uel nõ esse, quod si c terminus assumaťur, si quidẽ non esse ponaťur, erit necessario b. Si uero esse, nullus erit syllogismus, nam si non est c, est a, at si est a, est b, si igitur non est c, est b, quòd si est c, non necesse est esse a, aut fortasse necesse sit non esse c. Hæc enim propositio idem si non est a, est c, in talibus tantum euenit, in quibus alterum eorum esse necesse sit, quod si est c, non erit a, si non est a, nihil ad b, ueluti si est insensibile, non erit animal, at si nõ sit animal. nihil animatum, uel esse uel non esse necesse erit. Ex secunda rursus propositione fit syllogismus cũ ita proponimus, si est a, est b, si nõ est a, non est c. Dico qa si nõ est b, nõ est c, propositũ quippe est, si est a, est b. Ordo uero cõsequentię est si nõ est b, non est a, quod si nõ est a, nõ est c, si igitur non est b, non est c, q̃d si fuerit b, nõ necesse est esse c, sit enim a animal, b animatũ, c rationale & proponaťur, si animal est, animatũ est, si animal non est, rationale nõ est. Atqui est animatum, non necesse est

esse est esse animal, quo fit ut ne rationale quidem, quod si c terminũ dicat assumptio, si quidem c terminus affirmatus fuerit, erit b, quod si idem c terminus abnuaťur, nullus est syllogismus, nam quoniam si est a, erit b, si non est a, erit c, si est c, erit a. At cum est a, est b, si est igitur c, erit b, quod si non sit c, nihil sit necessariũ, nam in hac propositione, quæ dicit, si animal est animatum est, si animal nõ est, rationale nõ est, assumamus. Atqui non est rationale, non necesse erit uel esse, uel non esse animal, quocirca ne animatum quidem. Item ex tertia propositione talis est syllogismus, si est a, non est b, & si non est a, est c. Dico quia si b est, est c, nam quoniam ita propositum est si est a, non est b. Necesse est consequi, ut si sit b, non sit a. At si non sit a, erit c, si igiť b sit, erit c. Qd̃ si nõ sit b, nihil est necessariũ, sit enim a animal, b inanimatum, c insensibile, in hac ꝓpositione quæ dicit, si est animal, non est inanimatum, si non est animal, est insensibile, si assumamus, non est inanimatum, non necesse erit animal esse, uel non esse, quare ne insensibile quidẽ. Si uera a c termino fiat assumptio, si quidem non sit c, non erit b. Si uero c sit, nulla necessitas erit cõclusionis. Nã quoniam ita propositum est, ut si sit a, non sit b, si uero non sit a, sit c, ea rerũ est cõsequentia, ut si non sit c, sit a. In his enim tantum terminis dici potest, qui medietate priuati sunt. At si sit a, non est b. Si igitur non sit c, non erit b, q̃d si sit c, nullus est syllogismus. Nam in hac propositione quæ dicit, si est animal, non est inanimatum, si uero non est animal, insensibile est. Assumat aliquis esse insensibile, sequitur quidẽ ut non sit animal, sed non sequitur ut uel sit uel non sit animatum. Ex quarta propositione est syllogismus ita. Si est a, non est b, si non est a, nõ est c. Dico quoniam si est b, non est c, nam quoniam ita propositum est, si est a, non est b, ea rerum consequentia est, ut si sit b, non sit a. At qui cum non sit a, positum fuerat non esse c. Si igitur sit b, nõ est c, quod si b non esse assumatur, nullus erit syllogismus. Age enim sit a quidem animal, b inanimatum, c rationale, & sit hæc propositio. Si est animal nõ est inanimatum, si non est animal non est rationale, assumamus igitur non esse inanimatum, non necesse erit esse animal, quocirca nec rationale. Rursus si c, terminus assumatur si quidem esse ponatur, necesse erit non esse b. At si non est c, nullus est syllogismus, nam quoniam propositum est, si a sit, non esse b, si a non sit, non esse c, necesse est, ut cum sit c, sit etiam a, at si sit a, non sit b, si igitur sit c, non erit b, quod si c non esse ponatur, nullus est syllogismus, ueluti in hac propositione, si est animal, nõ est inanimatum, si non est animal, non est rationale. Si quis igitur assumat nõ esse rationale, non necesse erit esse, uel non esse animal quocirca ne inanimatum quidem esse uel non esse. Atq; in his quidem quatuor propositionibus, ita a terminus positus est, ut ad b quidem esse diceretur, ad c uero non esse, quòd si ordo mutetur, rursus quatuor erunt alij syllogismi, si b terminus assumatur. Quatuor etiam alij, si c ex utraq; autem parte quaternæ complexiones erunt, quæ nullos faciũt syllogismos. Sit enim quinta propositio, si non est a, est b, si est a, est c. Dico quia si non est b, erit c. Assumantur enim, atqui non est b, erit igitur a, hic enim consequentiæ ratus esse cõstabat. Sed cum est a, est c, si igitur non est b, erit c, quòd si b esse ponatur, nihil sit necessarium, si enim est b, non erit a, quòd si a, non est nihil ad c, quocirca nullus est syllogismus. Non esse autem a, si b sit, ea propositio demonstrat, per quã dicimus si non est a, est b. Hoc enim in immediatis tantum contrarijs euenit. Age enim sit a quidem animal, b uero insensibile, c uero animatum & proponatur. Si animal non est, insensibile est. Si animal est, animatum est & ponatur esse insensibile, necesse est non esse animal. Sed non animatum quidem uel esse uel non esse necesse est, quod si c terminus assumatur si quidem negatiuè, faciet syllogismum, affirmatiuè uero nullo modo, nam si non est c, non est a. Quod si non est a, est b, si igitur c, non est b, q̃d si sit c, non si necesse est esse uel non esse a, quo fit, ut ne b quidẽ esse uel non esse necesse sit, nã si est animatũ, nõ necesse est esse uel non esse animal, cũ uero animal non sit, non necesse est insensibile uel esse, uel non esse. Propositio uero eadem est quę superioribus.

ſuperioribus. Rurſus ex ſexta propoſitione fit ſyllogiſmus hoc modo: ſi non eſt a, eſt b, & ſi eſt a non eſt c. Dico quia ſi non eſt b, non erit c, ſi enim non eſt b, eſt a, at ſi eſt a, non eſt c, ſi igitur non eſt b, non erit c, quod ſi b terminum ponat aſſumptio nulla eſt neceſſitas concluſionis, ſi enim eſt b non eſt a, id enim ex ſuperioribus manifeſtum eſt, at ſi non eſt a nihil ad c. Tunc enim c nō erat, ſi eſſet a, exemplum uero hoc eſt, ut ſi ſita animal, b inſenſibile, c inanimatum. Si igitur ſit propoſitio talis, ſi non eſt animal, eſt inſenſibile, ſi eſt animal, non eſt inanimatum. Atqui eſt inſenſibile, non eſt igitur animal, ſed non conſequitur ut ſit, uel non ſit inanimatum, quod ſi c terminum ſumpſerimus, ſiquidem affirmes facies ſyllogiſmum, nam ſi eſt c nō erit a, quod ſi a non ſit, erit b. Si igitur c fuerit, erit b. At ſi negaueris c nihil eſt neceſſariū. Si enim aſſumamus, atqui non eſt c non neceſſe erit eſſe, uel non eſſe a, quo circa ne b quidem. Nam ſi inanimatum negaueris, non neceſſe eſt eſſe uel non eſſe animal, quocirca ne inſenſibile quidem eſſe uel nō eſse. Ex ſeptima propoſitione cōcluſio eſt cum ita proponimus, ſi non eſt a non eſt b, ſi eſt a eſt c. Dico quia ſi eſt b, erit c, nam quoniam ita propoſitum eſt, ſi non eſset a non eſse b, erit a. ſi ſit b. Atqui ſi ſit a erit c. Si igitur ſit b erit c, quod ſi b terminum neget aſsumptio, nulla erit in concluſione neceſsitas, nam ſi non ſit b nihil erit neceſsarium eſse uel non eſſe a, quocirca ne c quidem uelut in his terminis, ſi enim ſit a animatum, b animal, c uiuere, ſi ſic enunciemus, ſi non eſt animatum, non eſt animal, ſi eſt animatum uiuit, ſi igitur aſsumamus, atqui non eſt animal, non neceſse eſt eſse, uel nō eſse animatū, quocirca nec uiuere, quod ſi aſsumamus c terminum, ſiquidem negemus, erit ſyllogiſmi perfecta neceſsitas, ſi uero affirmemus, nulla eſt concluſio, nam ſi non eſt c erit a, ſi non eſt a non erit b, ſi igitur non ſit c non erit b, quod ſi affirmetur c nihil eſt neceſsarium, ſiue enim neceſse eſt eſse, ſiue non neceſse eſt eſse a nihil ad b, ut in ſuperioribus terminis poterit oſtendi, ſi enim uiuit, & ſi neceſse eſt eſse animatum, non neceſse eſt tantum eſse animal, uel non eſse, quod ſi non eſt neceſse eſse animatum, non neceſse eſt eſse uel non eſse animal, ut uero neceſse ſit non eſse animatum fieri non poteſt. Ex octaua propoſitione cōcluſio talis eſt, cum ita proponitur, ſi nō eſt a, non eſt b, & ſi eſt a non eſt c. Dico quoniam ſi eſt b non eſt c, nam ſi eſt b eſt a, quod ſi eſt a non eſt c, ſi igitur eſt b non erit c, quod ſi b terminū neget aſsumptio nihil eſt neceſsarium, ſi enim non ſit b non neceſse erit a eſse uel nō eſse, quo fit ut ne c quidem uelut in his terminis, ſi ſit a animatum, b animal, c inanimatum, ſi igitur proponamus ſi non eſt animatum non eſt animal, ſi eſt animatum non eſt inanimatum, & aſſumamus, ſed non eſt animal non neceſſe eſt eſse, uel non eſse animatum, quocirca ne inanimatum quidem, at ſi c terminus aſsumatur, ſiquidem cum affirmatione ponatur, erit neceſsitas ſyllogiſmi, nam ſi eſt c non eſt a, quod ſi non eſt a non eſt b, ſi igitur eſt c non eſt b, at ſi c terminum neget aſsumptio, nihil eſt neceſsarium, nam ſi non eſt c non neceſse erit eſse uel non eſse a. Quo fit ut ne b quidē, nā ſi non eſt inanimatū, fortaſse quidē ſit neceſſe eſse animatum, ſed non neceſſe eſt animal eſse. Inuenientur autem termini in quibus non neceſse ſit eſse a, uelut ſi ponamus c nigrum, a album, negatio nigro non conſequitur ut affirmetur album. Ex ſecūdę quidē figurę in æquimodas cōplexiones omnes (ut arbitror) explicuimus, ſi uero æquimodę ſint, nullus omnino fit ſyllogiſmus, æquimodę uero fiūt hoc modo, quotieſcūq; enim a terminus ad b & ad c ſimul eſſe uel nō eſſe ponit, quoquo modo b atq; c termini uariēt. Harū igitur quæ æquimodę eſſe dicuntur complexiones, nulla eſt complectibilis. Sunt autem omnes æquimodę complexiones hæ.

Si eſt a, eſt b, ſi eſt a, eſt c, ſi eſt a, eſt b, ſi eſt a, non eſt c.
Si eſt a, non eſt b, ſi eſt a, eſt c, ſi eſt a, non eſt b, ſi eſt a, non eſt c.
Si non eſt a, eſt b, ſi non eſt a, eſt c, ſi non eſt a, eſt b.
Si non eſt a, non eſt c, ſi non eſt a, non eſt b, ſi non eſt a, eſt c.
Si non eſt a, non eſt b, ſi non eſt a, non eſt c.

Quarum

Quarum imbecillam concluſionem, atq; omni carentem neceſſitate, ex aſſumptionibus quoquo modo factis inueniamus, nec non ſecundum ſuperius deſcriptos modos etiam terminos facilimè reperire poterimus, per quos demonſtretur nullam in talibus complexionibus inueniri poſſe conſtantiam. Ac de ſecunda quidem figura, quanti ſint & quot modis fiant ſyllogiſmi diligenter oſtendimus. Fiunt autem ſi inę quimodę quidem complexiones fuerint, b termino aſſumpto ſyllogiſmi octo, totidemq; c ſi terminus aſſumatur, ſunt igitur ſecundæ figuræ ſedecim ſyllogiſmi, totidem uero b atq; c termino, non ita ut oportet aſſumptis complexiones fiunt, quibus nihil admodum colligatur. Nunc igitur de tertia figura dicendum eſt. In qua quidem totidem complexiones fiunt & totidem ſyllogiſmi, ſed ita ut non æquimodę propoſitiones ponantur, quod ſi equimodę fuerint, nullus omnino (ut in ſecunda figura dictum eſt) fiet ſyllogiſmus. Exponamus igitur omnes figurę tertię in equimodas propoſitiones, ſi eſt b, eſt a, ſi eſt c, non eſt a, ſi eſt b, eſt a, ſi non eſt c, non eſt a, ſi non eſt b, eſt a, ſi eſt c, non eſt a, ſi non eſt b, eſt a, ſi non eſt c, non eſt a. Et nūc quidem a cum b eſſe, cum c uero non eſſe propoſitum eſt. Rurſus uero a quidem cum b non eſſe, cum c uero eſſe proponatur. Si eſt b non eſt a, ſi eſt c, eſt a, ſi eſt b, non eſt a, ſi non eſt c, eſt a, ſi non eſt b, non eſt a, ſi eſt c, eſt a, ſi non eſt b, non eſt a, ſi non eſt c, non eſt a. Tertiæ igitur figuræ primus modus eſt huiuſmodi, ſi eſt b, eſt a, ſi eſt c, nō eſt a, qui quidem diuerſus eſt à ſecundæ figuræ primo modo. Illic enim ſi a eſſet uel non eſſet, b & c eſſe dicebantur. Nunc uero ſi b, uel c fuerint, a uel eſſe uel nō eſſe proponitur. Aequimodę autem propoſitiones nō ſunt, quæ in alia parte a eſſe in alia non eſſe conſtituunt, uelut in ſuperius comprehenſa propoſitione. Nam ſi eſt b, eſt a, ſi eſt c, non eſt a. Quibus ita poſitis dico, quoniam ſi eſt b, non eſſe c, neceſſe eſt. Si enim eſt b, eſt a, quod ſi eſt a, non eſt c, ſi igitur eſt b, non eſt c, quod ſi b terminus abnuatur, nullus eſt ſyllogiſmus, eſt enim ſi b non ſit, nō neceſſe erit eſſe uel non eſſe a. Nec c igitur neceſſe erit eſſe uel non eſſe, uelut in hoc exemplo, ſi ſit b animal, a animatum, c mortuum, & proponatur, ſi animal eſt, animatum eſt, ſi mortuum eſt, animatum non eſt. Atqui non eſt animal, non neceſſe eſt eſſe, uel nō eſſe animatum. Quæ enim non ſunt animalia, poſſunt eſſe animata, ut arbores, poſſunt eſſe non animata, ut lapides. Quocirca ſi animal non fuerit, ne mortuum quidem eſſe, uel non eſſe neceſſe eſt. Plura enim non ſunt animalia, quæ mortua non ſunt, ut lapides, illa enim mortua dicuntur, quæ aliquando uixerunt. Ab aſſumptione uero c, terminī affirmatio faciet ſyllogiſmum. Nam ſi c eſt, b non erit, ſi enim c eſt, non eſt a. At ſi non ſit a, non erit b, ſi igitur c eſt, b non erit. Negatio uero c, nihil explicat neceſſitatis. Nam ſi non eſt c, non neceſſe eſt eſſe uel non eſſe a. Quo fit ut ne b quidē, nam ſi non ſit mortuum, non eſt neceſſe eſſe animatum uel non eſſe. Quędam enim quæ non ſunt mortua, animata ſunt, ut arbores. Quædam uero cum mortua nō ſint, non ſunt animata, ut lapides, quo fit ut ne animal quidem eſſe uel nō eſſe neceſſe ſit, ſi mortuum deſtruatur. Ex ſecunda propoſitione hic modus eſt colligēdi, ſi eſt b, eſt a, ſi non eſt c, nō eſt a. Dico quidem ſi eſt b, erit c. Nam ſi eſt b, eſt a, quod ſi eſt a, eſt c. Ita enim conuertitur talis propoſitio, quæ ait ſi non eſt c, non eſt a, ſi igitur eſt b, eſt c. Quod ſi b terminus negetur, nulla fit neceſſitas ſyllogiſmi. Nam ſi nō eſt b, nō neceſſe eſt eſſe uel non eſſe a. Quocirca ne ad c quidem ulla neceſſitas perueniet, ut in his terminis patet, nam ſi ſit b animal, a animatum, c corporeum, & proponatur ſi eſt animal, eſt animatum, ſi non eſt corporeum, non eſt animatū, & aſſumatur. Atqui non eſt animal, non neceſſe eſt eſſe, uel non eſſe corporeum, c uero terminus ſi negetur, erit neceſſitas ſyllogiſmi. Nam ſi non eſt c, non eſt a. Quòd ſi non eſt a, nō eſt b. Ita enim conuerti poteſt. Si igitur non eſt c, nō erit b. Si affirmetur, c nulla eſt neceſſitas, nam ſi eſt corporeum, non neceſſe eſt animatum eſſe uel non eſſe. Quocirca nec animal quidem eſſe uel non eſſe neceſſe eſt. Tertia propoſitio talem recipit concluſionem. Si non eſt b, eſt a, ſi eſt c, non eſt a, dico quia ſi non eſt b, non erit c,

ſi enim nõ ſit,eſt b,eſt a.Quod ſi ſit a,nõ erit c,ita enim poterat cõuerti ea pars pro poſitionis,quæ ſi eſſet c terminus,a terminum non eſſe dicebat. Fit igitur ut ſi non ſit b,non ſit c,quod ſi affirmentur eſſe b terminũ,nulla eſt neceſſitas concluſionis.Nã ſi ſit b,neceſſe eſt quidem non eſſe a,ſed nõ neceſſe eſt eſſe c, ut in his terminis ſi ſit b animatum,a inanimatum,c animal.Si quis igitur ſic proponat, ſi non eſt animatum,inanimatum eſt,ſi eſt animal,non eſt inanimatũ. Si igitur ponamus eſſe animatum,ſequitur quidem ut non ſit inanimatum,ſed nõ neceſſe eſt ut ſit animal. Si c uero terminus affirmetur,fiet neceſſaria concluſio hoc modo,Nam ſi eſt c,non eſt a,ſi non eſt a,eſt b.Id enim ſequebatur eam propoſitionẽ, quæ ſi non eſſet b terminus, a terminum eſſe dicebat.Si igitur ſit c,erit b,quod ſi idem c terminus abnuatur,nullus eſt ſyllogiſmus.Nam ſi non ſit c,non neceſſe eſt eſſe uel non eſſe a.Quo fit ut ne b quidem.Nam ſi non eſt animal,non neceſſe eſt eſſe,uel non eſſe inanimatũ. Quocirca ne animatum quidem.Ex quarta propoſitione talis eſt ſyllogiſmus,ſi nõ eſt b, eſt a,ſi non eſt c,non eſt a. Dico quia ſi non eſt b,eſt c.Nam ſi non eſt b,eſt a, ſi uero a fuerit,neceſſe eſt eſſe c.Id enim conſequitur eam propoſitionis partem quę ait, ſi non eſt c,non eſt a.Si igitur non ſit b,eſt c.At ſi b terminus affirmetur,nullus eſt ſyllogiſmus.Sequitur enim ut non ſit a,ſed non ſequitur, ut ſit uel non ſit c, uelut in his terminis.Nam ſi ſit b quidem inſenſibile,a animal, c animatum, & proponatur ſi non eſt inſenſibile,eſt animal,ſi non eſt animatum non eſt animal,ſi ſit inſenſibile,non eſt animal ſed non neceſſe eſt eſſe,uel non eſſe animatum, c uero terminus ſi negetur,fiet protinus ſyllogiſmus.Nam ſi nõ eſt c,non eſt a,ſi non eſt a,erit b.Id enim conſequitur eam propoſitionis partem,quæ dicit,ſi non eſt b,eſt a.Si igitur nõ ſit c,erit b,quod ſi ſit c,non neceſſe eſt eſſe uel nõ eſſe a. Quo fit ut ne b quidẽ.Nã ſi eſt animatum,non neceſſe eſt eſſe animal uel non eſſe.Quo fit ut ne inſenſibile quidem eſſe uel nõ eſſe neceſſe ſit.Et hactenus quidem quatuor modos ita diſpoſuimus, ut ad b terminum quoquo ſe modo habet,a terminus eſſe poneretur,ad c uero non eſſe.Nunc ita ſtatuamus,ut a terminus ad b terminum non eſſe dicatur,ad cuero eſſe,ordine,ſcilicet,commutato. Omnes uero eſſe non æquimodas propoſitiones illud oſtendit,quod a quidem affirmatiuè ad b eſt,ad c negatiuè proponitur,aut ſine gatiuè ad b,affirmatiuam ad c retinet enunciationem. Quinta igitur propoſitio talem facit ſyllogiſmum,cum talis eſt propoſitio.Si eſt b,non eſt a,ſi eſt c,eſt a,Dico quia ſi eſt b,non eſt c,nam ſi eſt b,non eſt a.Si uero non ſit a,non eſt c.Id enim talẽ propoſitionem conſequebatur,quæ ſi eſſet c,terminus a quoq; eſſe dicebat,ſi eſt igitur b,non eſt c.At ſi negetur b,nullus eſt ſyllogiſmus,ſi enim non ſit b,nõ neceſſe eſt eſſe a. Quo fit ut nec ad c quidem neceſſitas ulla perueniat,et in terminis idem patet,nam ſi ſit b quidem mortuum,a animatum,c animal,& ſit ita propoſitio,ſi eſt mortuum non eſt animatum,ſi animal eſt,animatum eſt,& aſſumamus nõ eſſe mortuum,non neceſſe eſt eſſe uel non eſſe animatum,nam & quę adhuc animata ſunt,& quæ nunquam fuerunt,non ſunt mortua,quocirca non ſequitur, ut ſit uel non ſit animal.Quod enim mortuum non eſt,poteſt eſſe animal,ut canis uiuens,et non eſſe ut lapis.At ſi c,terminus aſſumetur,erit perfecta concluſio nõ eſſe b,nam ſi ſit c,eſt a, ſi uero ſit a,nõ erit b.Id enim conſequitur ſuperius poſitum propoſitionis modum, ſi igitur ſit c,non erit b,at ſi negetur c,neq; ad a,neq; ad b neceſſitas ulla perducit, uelut in his terminis,nam ſi non eſt animal,neq; animatum,neq; mortuũ uel eſſe,uel non eſſe neceſſe eſt.Sexta propoſitionis hæc concluſio eſt,ſi eſt b,non eſt a,ſi non eſt c,eſt a Dico quia ſi eſt b,erit c,nam ſi eſt b,non eſt a,ſi non ſit a, erit c.Talis enim in hac parte propoſitionis eſt conſequentia Si igitur ſit b,erit c, quod ſi b terminus abnuatur,nihil neceſſarium fiet,nam ſi non ſit b,nec a,nec c terminos uel adeſſe uel non adeſſe ſequitur ulla neceſſitas,ut in terminis patet,nam ſi ſit b mortuum, a animatum, c inanimatum,& proponatur,ſi mortuum eſt,non eſt animatum,ſi inanimatum non eſt,eſt animatum,ſi non ſit mortuũ non neceſſe eſt eſſe,uel non eſſe animatum;

animatum.Quocirca ne inanimatum quidem,at ſi c terminus aſſumatur,ſiquidem in negatione ſit poſitus,fiet rata concluſio non eſſe b terminum, nam quoniam nõ eſt c,eſt a,at ſi ſit a,non eſt b,ſi igitur non ſit c non erit b. Quòd ſi affirmetur c terminus,nihil eſt neceſſarium,neq; enim ſi ſit c,quãuis a non eſſe neceſſe ſit,ad b terminum neceſſitas nulla perueniet,ut etiam in terminis pateat,nam ſi ſit inanimatum, neceſſe eſt non eſſe animatum,ſed non neceſſe eſt eſſe mortuum. Septimæ propoſitionis talis eſt ſyllogiſmus.Enuntietur enim ſi non eſt b,non eſt a,ſi eſt c,eſt a. Dico quia ſi non eſt b,non eſt c,ſi enim non ſit b,non erit a,quod ſi a non fuerit,non erit c.Idem enim ſequebatur eam propoſitionem qua dicebaẽ ſi eſſet c terminus, a quoque conſequi ut eſſet,ſi igitur non ſit b,non erit c,quod ſi affirmetur b, nihil eſt neceſſarium,neq; enim ſi ſit b,uel a,uel c,eſſe aut non eſſe neceſſe eſt,ut in terminis patet,nam ſi ſit b animatum,a animal,c ſenſibile & ſit propoſitio.Si animatum nõ eſt non eſt animal,ſi ſenſibile eſt,animal eſt,ſi aſſumatur eſſe animatum,neq; animal neceſſe eſt eſſe,neq; ſenſibile.At ſi per c terminum fiat aſſumptio,ſi quidem affirmabitur erit firma concluſio,ſi negetur,nullus eſt ſyllogiſmus,nam ſi eſt c,eſt a,ſi ſit a,erit b.Id enim conſequebatur eam propoſitionem quæ ait,ſi non ſit b,non eſſe a,ſi igitur ſit c,erit b. At ſi idem c terminus abnuatur,nihil eſt neceſſarium, nam ſi non ſit c neq; ad a,neq; ad b terminum,neceſſitas ulla conſtringit,uelut ſi non ſit ſenſibile,non ſit forſitan animal,ſed non neceſſe eſt eſſe animatum. Reperiẽtur uero terminiin quibus ne a quidem nõ eſſe neceſſe eſt. Octauus modus eſt in quo ita propo-nitur,ſi non eſt b,non eſt a,& ſi non eſt c,eſt a. Dico quia ſi non eſt b,non eſt c,ſi enim non ſit b,non erit a. Quòd ſi non ſit a,erit c,id enim conſequebatur eam partẽ propoſitionis,quæ dicebat,ſi non eſt c,eſt a. Si igitur non ſit b,erit c, quod ſi b terminus affirmetur,nihil eſt neceſſarium,nam ſi ſit b neq; eſſe neq; nõ eſſe neceſſe eſt a terminum,quo fit ut ne c quidem.Id uero tali liquet exemplo,ſi ſit b animatum, a animal,c inſenſibile & proponatur,ſi non ſit animatum,non eſt animal,ſi non ſit inſenſibile,eſt animal.Si igitur affirmemus in aſſumptione b terminum, & dicamus, atqui eſt animatum,non neceſſe eſt eſſe,uel non eſſe animal uel inſenſibile. Quocirca nullus eſt ſyllogiſmus,at ſi c terminus abnuatur,fiet protinus ſyllogiſmus, nam ſi non eſt c,eſt a,ſi uero eſt a,erit b,ſi igitur non ſit c,erit b,quod ſi c terminus affirmetur nihil eſt neceſſarium,nam & ſi a terminum non eſſe neceſſe eſt, quantum ad b terminum nihil neceſſarium cadit,id uero tali demonſtratur exemplo,ſi ſit inſenſibile,non eſt animal,quod ſi non eſt animal,non neceſſe eſt eſſe uel non eſſe animatum, in non æquimodis igitur propoſitionibus ſiue b ſiue c terminus aſſumatur, octo neceſſe eſt ex utraq; parte fieri ſyllogiſmos. Reliquæ uero ex utraq; parte octonæ complexiones neceſſitate priuatæ ſunt. At ſi ſint æquimodæ, nullus omnino eſt ſyllogiſmus. Aequimodæ uero dicuntur quoties a terminus,ad utroſque uel eſſe uel non eſſe proponitur. Omnes autem æquimodæ propoſitiones ſunt huiuſmodi:

Si eſt b,eſt a,ſi eſt c,eſt a.
Si eſt b,eſt a,ſi non eſt c,eſt a.
Si non eſt b,eſt a,ſi eſt c,eſt a.
Si non eſt b,eſt a,ſi non eſt c,eſt a.
Si eſt b,non eſt a,ſi eſt c,non eſt a.
Si eſt b,non eſt a,ſi non eſt c,non eſt a.
Si non eſt b,non eſt a,ſi eſt c,non eſt a.
Si non eſt b,non eſt a,ſi non eſt c,non eſt a.

In quibus & per conſequentiam propoſitionum ſuperius deſignatam, & per exempla currentes poſſumus lucidè & conſtanter agnoſcere,nullam omnino in ſyllogiſmis fieri neceſſitatem. Quocirca cũ tribus terminis texitur propoſitio, & ex prima quidem figura fiunt ſyllogiſmi ſedecim,ex ſecunda ſyllogiſmi ſedecim,ex tertia etiã totidem colliguntur,omnes ex tribus terminis ſyllogiſmi quadraginta octo ſunt. Re-

ſtat uero ut de his ſyllogiſmis nunc dicamus qui duabus Hypotheticis connectũtur, quorum quidem conſequentiæ ſimilis modus eſt, ut in his propoſitionibus quæ ex duabus Categoricis, ac ſimplicibus efficiebantur. In omnibus enim ſiquidẽ uelimus aſtruere primam totius propoſitionis aſſumemus partem, ſi uero in concluſione aliquid eſt deſtruendum, ſecunda negabitur. Siue autem prima denegetur, ſiue poſteriorem affirmet, nulla fit omnino neceſſitas, niſi in quinta, ſeptima, tertiadecima, & quintadecima propoſitione. In quibus non complexionis natura, ſed terminorum proprietas cõſequentiam facit, ſicut in his ſyllogiſmis fieri docuimus, qui in his propoſitionibus conſtant, quæ duabus ſimplicibus continentur, horum autem omnium qui ex duabus Hypotheticis conſtant, propoſitiones appoſui, quarum differentias cum lector agnouerit, ad earum exempla neceſſe eſt reuertatur, quæ ex ſimplicibus & Categoricis iunctæ ſunt. Sunt autem omnes propoſitionum differentiæ, quæ ex duabus Hypotheticis copulantur huiuſmodi:

Si cum eſt a, eſt b, cum ſit c, eſt d.
Si cum eſt a, eſt b, cum ſit c, non eſt d.
Si cum eſt a, eſt b, cum non ſit c, eſt d.
Si cum eſt a, eſt b, cum non ſit c, non eſt d.
Si cum ſit a, non eſt b, cum ſit c, eſt d.
Si cum ſit a, non eſt b, cum ſit c, non eſt d.
Si cum ſit a, non eſt b, cum non ſit c, eſt d.
Si cum ſit a, non eſt b, cum non ſit c, non eſt d.
Si cum non ſit a, eſt b, cum ſit c, eſt d.
Si cum non ſit a, eſt b, cum ſit c, non eſt d.
Si cum non ſit a, eſt b, cum non ſit c, eſt d.
Si cum non ſit a, eſt b, cum non ſit c, non eſt d.
Si cum non ſit a, non eſt b, cum ſit c, eſt d.
Si cum non ſit a, non eſt b, cum ſit c, non eſt d.
Si cum non ſit a, non eſt b, cum non ſit c, eſt d.
Si cum non ſit a, non eſt b, cum non ſit c, non eſt d.

In his quoq; propoſitionibus illud inſpiciendum eſt quod cũ ſedecim ſint, octo quidem ita uariantur, ut tamen in omnibus a terminus eſſe ponatur, octo uero ita, ut idem a terminus non eſſe dicatur. Non uero quoquo modo poſitæ fuerint habebũtur illæ conditionalium propoſitionum ex duabus Hypotheticis conſtantium. Nam ſi quis ſic dicat, ſi cum homo eſt, animal eſt, cum ſit animatum, corpus eſt, non fecit eã propoſitionem quæ ex duabus conditionalibus conſtat. Neq; enim idcirco quod animatum eſt, animal eſt, quia qui homo eſt, animal eſt, nec conditio ſequitur cõditionem, ſed ſi eas ſeparemus, perſeq; pronũcies, utraq; habet in terminorum conſequentia neceſſitatem. Nam & qui homo eſt animal eſt, & quod animatũ eſt corpus eſt, & per ſe iſtæ propoſitiones ueræ ſunt, nec conditione iunguntur, ut igit̃ ſingulariũ natura clareſcat de unaquaq; eſt diſſerendũ. Prima igit̃ propoſitio talis eſſe debet, ut ſi ſit a poſitũ, b terminus non continuo ſubſequat̃. Itemq; ſi c ponatur, non neceſſe ſit d terminum conſequi, ſed poſito quidẽ a termino, terminum c poſito uero, b terminum d eſſe neceſſe ſit. Tunc enim eueniet, ut ſi poſito a, fuerit b, neceſſe ſit c poſito ſubſequi d, ut ſi ſint termini a homo, b medicus, c animatum, d artifex. Poſito enim homine non neceſſe eſt ut Medicus ſit, & cum ſit animatum non neceſſe eſt ut artifex ſit. At ſi homo ſit, neceſſe eſt ut ſit animatum, & ſi Medicus eſt, neceſſe eſt ut artifex ſit. Hoc itaq; poſito eueniet, ut ſi cũ homo ſit, Medicus eſt, cũ ſit animatũ, ſit, artifex. Secũda, ꝓpoſitio ita eſſe debet, ut a atq; b, itẽ c atq; d præter ſe eſſe poſſint, ſed a præter c eſſe nõ poſſit, b aũt atq; d ſimul eſſe nõ poſſint. Tũc enim eueniet ut ſi poſito a termino, b fuerit cõſecutũ, poſito c nõ eſſe d neceſſe ſit, ut ſi ſit a homo, b niger, c animatũ, d album, homo nãq; præter nigrum, et animatum præter album & eſſe

& eſſe & non eſſe poteſt, homo uero præter animatũ nigrum aut cum albo eſſe nõ poſſit, euenitq; ut ſi cum ſit homo, niger eſt, cum ſit animatũ non ſit albus. Item tertiæ propoſitionis tales terminos eſſe oportebit, ut a præter b eſſe poſſit, c uero uel cum a uel cũ d eſſe non poſſit, quocirca euenit, ut ſi poſito a termino fuerit b, negato c termino d eſſe neceſſe ſit, ut ſi ſit a quidẽ animatum, b medicus, c inanimatũ, d artifex, animatũ enim præter medicũ eſſe poteſt, inanimatũ uero neque cũ animato, neq; cũ artifici iungi poteſt, itaq; ſi cum animatũ eſt, medicus eſt, cũ inanimatũ nõ ſit, artifex eſt. Quarta propoſitio his terminis cõtexenda eſt, ut a quidem cũ b termino, c aũt cum d, uel eſſe uel non eſſe poſſit. Neq; uero a cum c, neq; b cum d, ullo modo eſſe poſſibile ſit. Tunc enim euenit, ut ſi a poſito, b ſubſequatur, c negato, negeẽ etiam d, ut ſi ſit a homo, b niger, c inanimatum, d albũ, homo quidẽ præter nigrũ, inanimatũ uero præter albũ & eſſe & non eſſe poteſt, neq; tamẽ homo cum inanimato, neq; nigrũ cum albo eſſe poſſibile eſt, ſi tamen cum homo ſit, niger eſt, ſequit̃ ut cum non ſit inanimatũ, non ſit albũ. Quintę propoſitionis hæc membra ſunt, ut a præter b, & c præter d eſſe & nõ eſſe poſſint, ſed a præter c eſſe nõ poſſit, b atq; d nunq; ſimul eſſe poſſint, ita ut ſi alterũ non ſit, alterũ eſſe neceſſe ſit, tunc enim eueniet, ut ſi a poſito b negeẽ, c poſito d ſubſequat̃, ut ſi ſit a quidẽ homo, b æger, c animatũ, d ſanus, homo quidẽ præter ægritudinẽ, animatũ uero præter ſanitatẽ & eſſe & nõ eſſe poteſt, ſed ſi homo ſit, animatũ eſſe neceſſe eſt, & ſi nõ ſit æger ſanũ eſſe neceſſe eſt, itaq; fiet, ut ſi cum homo eſt ſit, nõ ſit æger, cum ſit animatũ, ſit ſanus. Sexta propoſitio hos terminos habere deſiderat, ut a præter b, & c præter d, & eſſe & non eſſe poſſit. Idem uero a præter c, & d præter b, eſſe non poſſit. Tũc enim eueniet ut ſi a poſito non eſt b, poſito c non ſit d, ut ſi ſit a homo, b artifex, c animatũ, d medicus, homo quidẽ præter artificiũ, & animatũ uero præter medicinã eſſe & nõ eſſe poteſt, neq; uero homo præter animatũ, neq; medicus præter artificiũ eſſe poteſt. Quo fit ut ſi cũ homo eſt, artifex nõ eſt, cũ ſit animatũ, non ſit medicus. Septimę propoſitionis hi termini ſunt, ut a quidẽ præter b eſſe poſſit, c uero neq; cũ d, neq; cum a eſſe poſſit, b etiam cum c ſimul eſſe non poſſit, ita nãq; euenit, ut ſi poſito, a eſſe, b denegeẽ, negato c termino, d ſequat̃, ut ſi a quidẽ ſit animatum, b ſanum, c inanimatũ, d egrũ. Animatũ quidẽ præter ſanitatẽ & eſſe & non eſſe poteſt. Inanimatũ uero neq; cũ animato, neq; cum ægro conuenire poteſt. Quo fit ut ſi cũ animatũ eſt, ſanum nõ eſt, cum nõ ſit inanimatum, ægrũ ſit. Itẽ octaua propoſitio his terminis copulanda eſt, ut a quidẽ præter b, terminũ & eſſe & nõ eſſe poſſit, c uero neq; cum a, neq; cũ d eſſe poſſit, ſed d præter b eſſe non poſſit. Hoc enim pacto eueniet, ut ſi a poſito, b denegeẽ, denegato c termino, d terminus non ſit, ut ſi ſit a animatum, b artifex, c inanimatum, d medicus. Animatũ enim præter artificiũ & eſſe & non eſſe poteſt. Inanimatum uero neq; cum animato, neq; cum medico conuenit. Medicus uero præter artificium eſſe non poteſt, unde euenit, ut ſi cum animatum eſt, non ſit artifex, cum non ſit inanimatũ, nõ ſit medicus. Nona, ꝓpoſitio fiet, ſi a quidẽ atq; b ſimul eſſe nõ poſſint, c uero poſſit eſſe p̃ter d, cũ a uero eſſe nõ poſſit. Tũc em̃ eueniet, ut a ſi denegato, b eſſe cõſequit̃, c poſito, d ſequat̃, ut ſi ſit a quidẽ inanimatũ, b medicus, c animatũ, d artifex. Inanimatũ quippe medicus eſs e nõ poteſt, animatũ uero poteſt nõ eſse artifex, inanimatũ uero atq; animatũ ſimul eſse nõ poteſt. Quo fit ut ſi cũ nõ eſt inanimatũ, medicus ſit, cũ ſit animatũ ſit artifex. Decimã, ꝓpoſitionẽ tales termini copulabũt, ut a quidẽ præter b, at uero c p̃ter d eſse poſſit, ſed a cũ c, & b cũ d eſse nõ poſſit, ita cm̃ proueniet, ut ſi negato a eſse, b conſequat̃, poſito, c termino, d non eſse neceſſe ſit, ut ſi ſit a inanimatũ, b nigrũ, c animatũ, d albũ. Inanimatũ quippe p̃ter nigrũ, & animatum, p̃ter albũ & eſse & nõ eſse poſſunt. Sed inanimatũ cum animato, & nigrum cum albo ſimul eſse non poſſunt. Sed ſi negatum fuerit inanimatum & conſecutum

secutum sit nigrum, posito animato album esse negabitur. Item undecima propositio ea sit, ut neq; a cum b, neq; c cũ d, simul esse possit, a uero sine c, & b, sine d esse non possit, ita enim si cum a, sit negatũ b. Sequaẽ cum a negabiẽ, d esse necesse est, ut si sit a inanimatum, b medicus, c inuitale, d artifex, inanimatũ quidẽ medicus esse nõ potest. Quocirca ne inuitale quidẽ artifex, sed q̃ inanimatũ est, nõ potest nõ esse inuitale, itẽq; qui medicus est nõ potest nõ esse artifex. Si igiẽ inanimatũ negeẽ & medicum esse consequaẽ, cum negabiẽ esse inuitale, artifex esse consequiẽ. Duodecima propositio est quam talibus terminis cõstare oportebit, ut a quidem præter b, at uero c præter d, uel esse uel non esse possit. A uero sine c & b, cũ d esse nõ possint, ita enim cadet, ut si a negato, b sequatur, c negato, d etiã negeẽ, ut si fuerit a inanimatũ, b albũ, c inuitale, d nigrũ, inanimatum quidẽ præter albũ, inuitale autẽ præter nigrũ uel esse uel non esse potest. Si tamẽ inanimatum homo sit, & sit albũ, cum inuitale non sit nõ erit nigrũ. Tertiadecima propositio his terminis cõnectenda est, ut a quidẽ præter b, at uero c præter d esse possit, a uero atq; c & b, atq; d, ita simul esse non possint, ut si alterũ eorum non fuerit alterum esse necesse sit, ita namq; fiet, ut si cũ a negatũ sit, b negeẽ, cũ c affirmatum fuerit, d affirmetur, ut si sit a irrationabile, b ægrũ, c rationabile, d sanum. Irrationabile nãq; præter ægrum, & rationabile præter saniratẽ esse potest, irrationabile uero atq; rationabile, & ægrum atq; sanũ simul esse nõ possunt, si tamen alterum eorum non fuerit, alterum esse necesse est, itaq; sit ut si irrationabili denegato ægrum deneget, rationali posito sanũ ponatur. Quartadecima propositio his texenda membris est, ut a quidem præter b, & c præter d esse possint. Sed a atq; c simul esse nõ possint, ita ut cũ alterũ nõ fuerit, alterũ esse necesse sit, d uero p̃ter b esse nõ possit. Fit igiẽ ut si cum sit a denegatũ, b deneget, cũ sit c, non sit d, ut si sit a inanimatũ, b artifex, c animatũ, d medicus. Inanimatũ quidẽ p̃ter artificẽ, animatũ uero præter medicũ esse potest, inanimatũ uero cũ animato nõ cõuenit, & medicus ab artifice nullo modo separaẽ. Fit igiẽ ut si cũ non est inanimatum, non sit artifex, cum sit animatũ nõ sit medicus. Quintadecima propositio hos terminos habere debet, ut a quidẽ si non sit c, non esse necesse sit, b uero atq; d, talia sint ut altero eorũ negato, alterũ eorũ esse necesse sit, Ita nãq; fiet, ut si cum sit a denegatũ b negeẽ, cum negabiẽ c, affirmeẽ d, ut si sit a quidem irrationale, b sanum, c inanimatũ, d ægrũ, irrationale quidem si non sit, nõ est inanimatũ, sanũ etiã atq; ægrũ simul esse nõ possunt, & qui sanũ negauerit ægrũ necesse est affirmet. Itẽq; ẽdiuerso, est igitur ut si negato irrationabili negetur sanũ, negato inanimato ægrũ ponaẽ. Sextadecima propositio est, quę his terminis constat, ut a quidẽ p̃ter c. A uero d præter b esse nõ possit, a uero cũ b, & c cũ d, esse nullo modo queãt. Euenit igiẽ ut si a quidem negato, negabiẽ b, denegato c terminus d abnuaẽ, ut si sit a inanimatũ, b artifex, c inuitale, d medicus, inanimatum igiẽ præter inuitale & medicus præter artificẽ esse non potest, inanimatũ uero cum artifice & inuitale cum medico esse non poterit. Si igiẽ negato inanimato, negeẽ artifex, negato inuitali negeẽ medicus. Atq; hæc quidẽ ratio ,ppositionũ quarũ superius exempla descripsimus, idcirco intelligaẽ assumpta, ut earum natura claresceret, non quo aliter ineſſe termini esse non possint. Nam ut superius dictũ est, non sufficit quolibet modo iungere terminos, ut fiãt Hypotheticæ propositiones ex duabus conditionalibus coniugatæ. Non enim si quis dicat, si cũ homo est, animal est, cum dies est lucet, talem fecerit propositionem quæ duabus conditionibus consteꝛ, idcirco quia prior cõditio non est secundæ causa conditionis, hoc igitur superius positarum propositionum ratio demonstrat, quemadmodum fit, ut conditionẽ conditio consequatur. Quæ cum ita sint de earum dicendum est syllogismis. Fit igiẽ ex prima propositione syllogismus hoc modo: Si cum est a, est b, cum si c, est d, Atqui

Atqui cum sit a, est b, cum igitur sit c, erit d. Vel ita atqui cum sit c, nõ est d, cũ igitur sit a, nõ est b. Posse uero hanc esse assumptionẽ superius descripta propositionum natura demonstrat. Item ex secunda propositione si cum est a, est b, cũ sit c, nõ est d. Atqui cũ sit a, est b. Cum igiẽ sit c, nõ est d, uel ita, atqui cũ sit c, est d. Cũ igiẽ sit a, nõ est b. Ex tertia. Si cũ sit a, est b, cũ nõ sit c, est d. Atqui cũ sit a, est b, cũ igiẽ nõ sit c, est d, uel ita. Atqui cum nõ sit c, nõ est d, cum igiẽ sit a, non est b. Itẽ ex quarta, si cũ sit a, est b, cũ nõ sit c, nõ est d, Sed cũ sit a, est b. Cũ igiẽ nõ sit c, non est d, uel ita, Atqui cũ non sit c, est d. Cũ igitur sit a, nõ est b. Ex quinta propositione fiũt quatuor collectiones, ita nãq; termini proponũtur, ut utrobiq; fiat rata cõclusio hoc modo. Si cũ est a, nõ est b, cũ sit c, est d. Atqui cũ sit a, nõ est b, cũ igiẽ sit c, est d, uel ita, Atqui cũ sit a, est b, cum igitur sit c, nõ est d, uel ita, atqui cum sit c, non est d, cũ igitur sit a, est b, uel ita, atqui cũ sit c, est d, cũ igiẽ sit a, nõ est b. Ex sexta si cũ est a, nõ est b, cũ sit c, nõ est d. Atqui cum sit a, nõ est b. Cũ igitur sit c, non est d, uel ita, Atqui cũ sit c, non est d. Cũ igiẽ sit a, est b. Ex septima item fiunt quatuor syllogismi hoc modo, si cum est a, non est b, cũ nõ sit c, est d. Atqui cũ est a, nõ est b. Cum igiẽ nõ sit c, est d, uel ita. Atqui cum sit a, est b, cũ igitur nõ sit c, nõ est d, uel ita, atq cũ non sit c, nõ est d, cum igitur sit a, est b, uel ita. Hactenus quidẽ ex huiusmodi propositionibus, quæ a esse proponebãt atque ita cæteros terminos affirmando negandoq; uariabãt ostendimus qui fierẽt syllogismi. Nunc ex his propositionibus qui nam syllogismi fiant dicẽdũ est, quæ ita cæteros terminos uariant, ut a quidem nõ esse proponant. Ex nona enim propositione fit syllogismus ita, si cũ non est a, est b, cum sit c, est d, atq cum non sit a, est b, cum igiẽ sit c, est d, uel ita, atqui cum sit c, non est d, cũ igitur non sit a, non est b. Item ex decima, si cum non est a, est b, cum sit c, non est d, atqui cum non est a, est b, cum igitur sit c, non est d, uel ita, atqui cum sit c, est d, cum igiẽ non sit a, nõ est b. Ex undecima si cũ nõ est a, est b, cum non sit c, est d. Atqui cũ non sit a, est b, cum igitur non sit c, est d, uel ita. At cum non sit c, non est d, cum igitur non sit a, nõ est b. Ex duodecima, si cũ nõ sit a, est b, cũ non sit c, nõ est d, atqui cum non sit a, est b, cũ igiẽ nõ sit c, non est d, uel ita atqui cũ non sit c, est d, cum igiẽ non sit a, non est b. Ex tertia decima quæ quatuor colligit syllogismos hoc modo. Si cũ nõ est a, nõ est b, cũ sit c, est d, atqui cũ nõ sit a, est b, cũ igiẽ sit c. nõ est d, uel ita, atqui cũ sit c, est d, cũ igiẽ nõ sit a, nõ est b, uel ita, atqui cum sit c, non est d, cum igitur non sit a, est b. Itẽ ex quartadecima, si cũ nõ est a, nõ est b, cum sit c, non est d. Atqui cum nõ est a, nõ est b. Cum igitur sit c, non est d, uel ita. Atqui cum sit c, est d, cum igitur non sit a, est b. Quintadecima rursus quatuor colligit syllogismos, hoc modo Si cũ nõ est a, nõ est b, cũ nõ sit c, est d, atqui cum non sit a, non est b, cum igitur nõ sit c, est d, uel ita. Atqui cum non sit a, est b, cũ igitur nõ sit c, est d, uel ita. Atq cũ nõ sit c, nõ est d. cũ igitur nõ sit a, est b, uel ita, atqui cũ non sit c, est d, cum igitur non sit a, non est b. Ex sextadecima propositione, Si cũ non sit a, nõ est b, cũ non sit c, non est d, atqui cum nõ sit a, non est b, cũ igitur non sit c, non est d, uel ita. Atqui cum non sit c, est d. Cum igitur non sit a, est b. Ex quibus omnibus quadraginta cõclusiones fiunt. Sedecim quidẽ assumpta prima conditione, ita ut in prima propositione est posita. Sedecim uero assumpta secunda cõditione cõtrario modo atq; in ,ppositione est collocata. Octo uero ex quinta, septima, tertiadecima & quintadecima ,ppositionibus fiũt assumptis primis quidem cõditionibus cõtrario modo, atq; in propositione proferebanẽ, secũdis uero cõditionibus eodẽ modo assumptis, ut in propositione fuerãt collocatæ, ut igiẽ omniũ

propoſi-

propoſitionum cõcluſionumq; ratio clareſcat, omnes huiuſmodi enunciationes eſ proprijs propoſuimus exemplis.

Si cum ſit a homo, eſt b medicus, cum ſit c animatum, eſt d artifex.
Si cum ſit a homo, eſt b niger, cum ſit c animatus, non eſt d albus.
Si cum ſit a animatum, eſt b medicus, cum non ſit c inanimatũ, eſt d artifex.
Si cum ſit a homo, eſt b niger, cum non ſit c inanimatus, non eſt d albus.
Si cum ſit a homo, non eſt b æger, cum ſit c animatus, eſt d ſanus.
Si cum ſit a homo, non eſt b artifex, cum ſit c animatus, non eſt d medicus.
Si cum ſit a animal, non eſt b ſanus, cum non ſit c inanimatum, eſt d ægrum.
Si cum ſit a animatũ, nõ eſt b artifex, cũ nõ ſit c inanimatũ, nõ eſt d medicus.
Si cum non ſit a inanimatum, eſt b medicus, cum ſit c animatũ, eſt d artifex.
Si cum non ſit a inanimatũ, eſt b niger, cum ſit c inanimatũ, non eſt d album.
Si cum non ſit a inanimatus, eſt b medicus, cũ nõ ſit c inuitale, eſt d artifex.
Si cum non ſit a inanimatũ, eſt b albũ, cum nõ ſit c inuitale, nõ eſt d nigrũ.
Si cum non ſit a irrationale, non eſt b ægrum, cum ſit c rationale, eſt d ſanum.
Si cum non ſit a inanimatũ, nõ eſt b artifex, cũ ſit c animatũ, nõ eſt d medicus.
Si cum non ſit a irrationale, nõ eſt b ſanũ, cum nõ ſit c inanimatum, eſt d ægrũ.
Si cum non ſit a inanimatũ, nõ eſt b artifex, cũ nõ ſit c inuitale, nõ eſt d medicus.

Ac de his quidẽ qui per connexionẽ fiunt hæc dicta ſint. Hi uero qui in diſiũctione ſunt poſiti, illis uidentur adiuncti, eorumq; modos formasq; ſuſcipiunt, quos ſuperius in connexione poſitos ex his propoſitionibus fieri diximus, quæ duabus ſimplicibus iungerentur. Si igitur in diſiunctione propoſitarum propoſitionũ ad cauſarum ſimilitudinem monſtrauero, quæ in connexione poſitæ ex ſimplicibus copulatæ ſunt, quot modi, qualeſcunq; concluſiones ſunt in unaquaq; illarum, quæ per cõnexionem fiunt propoſitionum, tot etiam in his eſſe neceſſe eſt, quæ per diſiunctionem pronunciatæ eandem uim connexionis habere mõſtrantur. Quatuor igitur ſuperius differentias per connexionem enunciatarum propoſitionem eſſe diximus, ſi ex ſimplicibus propoſitionibus copularentur hoc modo; Si eſt a, eſt b, ſi nõ eſt a, non eſt b, ſi eſt a, non eſt b, ſi non eſt a, eſt b. Per diſiunctionem quoq; propoſitiones quatuor tenent differẽtias hoc modo; Aut eſt a, aut eſt b, aut nõ eſt a, aut non eſt b, aut eſt a, aut non eſt b, aut non eſt a, aut eſt b. Quarum quidẽ ea quæ prima eſt & proponit, aut eſt a, aut eſt b. In his tantũ dicipotreſt, in quibus alterum eorum eſſe neceſſe eſt, uelut in contrarijs medietate carentibus, ſimiliſq; eſt ei propoſitioni, quæ dicit. Si non eſt a, eſt b. Quæ enim proponit, aut eſt a, aut eſt b, id intelligit, neq; ſimul utraq; eſſe poſſe, & ſi unum non fuerit, conſequi ut ſit alterum. Itaq; ſi non ſit a, erit b, ſed hæc una eſt earum propoſitionum quas in his quæ per connexionẽ fiunt, ſuperius numerauimus. Quicũq; igitur ſyllogiſmi in ea propoſitione fiunt, quæ eſt, ſi nõ eſt a eſt b. Hi etiam in ea faciendi ſunt, quæ per diſiunctionem proponetur, ut cum dicimus, aut eſt a, aut eſt b. Fiunt igitur in ſuperiore quatuor modis. Quamlibet enim partem propoſitionis aſſumpſeris, ſiue præcedentem, ſiue etiam conſequentem, ſiue negatiuo modo, ſiue affirmatiuo faciet ſyllogiſmum. Nam ſi hæc propoſitio ſit, ſi non eſt a, eſt b, ſiue non ſit a, erit b, ſiue ſit a, non erit b, ſiue non ſit b, erit a, ſiue ſit b, nõ erit a. In propoſitione quoq; diſiunctiua idem eſt. Nam cum dicitur, aut eſt a, aut eſt b, ſiquidem a fuerit, b non erit, quod ſi a non fuerit, erit b, & ſi b nõ ſit, erit a, ſi b non fuerit, non erit a. Id quoque tali declaratur exemplo. Nam ſi ſit propoſitio, aut æger eſt aut ſanus, quicquid horum in aſſumptione aſſumptum fuerit, uel negatũ, altera pars uel affirmabitur uel negabit hoc modo: Nam ſi ſanus eſt, nõ eſt æger, ſi nõ eſt ſanus, eſt æger, ſi æger eſt, nõ eſt ſanus, ſi non æger eſt, eſt ſanus; Item ea propoſitio diſiunctiua, quæ proponit, aut a non eſt, aut b non eſt, ſit quidem de his, quæ quolibet modo ſimul eſſe non poſſunt, etiam ſi nõ alterum eorum eſſe ne-

ceſſe ſit, ſimiliſq; eſt ei propoſitioni cõnexæ per quam ita proponitur, ſi eſt a, non eſt b. Quæ enim ſic enũciat, aut non eſt a, aut non eſt b, id nimirum ſentit, quòd ſi a ſit b, eſſe non poſſit, id ita probabitur. Cum enim proponitur hoc modo, aut non eſt a, aut non eſt b, cum ſi aſſumatur eſſe a, non erit b. Quocirca ei propoſitioni cõnexæ ſimilis eſt, quæ ita enũciat, ſi ſit a, non eſſe b. In hac uero propoſitione, duæ tantum complexiones ſyllogiſmos procreabant. Nam ſi eſſet a, non erat b, & ſi eſſet b, nõ erat a. Si cum nõ eſſet a, nõ neceſſe erat eſſe, uel nõ eſſe b. Siue aũt nõ eſſet b, nõ neceſſe erat eſſe uel nõ eſſe a. Quocirca & in diſiunctiua propoſitione totidem ſyllogiſmos eſſe neceſſe eſt, totidem uerò in collectibiles complexiones, nam cum ita proponitur, aut non eſt a, aut non eſt b, ita dicitur, ſi ſit a, non erit b, & ſi ſit b, non erit a. Siue autem nõ ſit a, non neceſſe erit eſſe, uel non eſſe b. Siue non ſit b, nõ neceſſe erit eſſe, uel non eſſe a, uelut in his apparet exemplis, ſi enim quis dicat, aut nõ eſt album, aut non eſt nigrum, ſed aſsumat. Atqui eſt album, non erit nigrum, uel rurſus, atqui eſt nigrum, non erit album. Siue album non eſſe aſſumpſerit, non neceſſe erit eſſe, uel non eſſe nigrum, ſiue nigrum non eſſe aſsumpſerit, ut ſit uel non ſit album, nullam faciet neceſsitatem. Item ea propoſitio per quam ita proponitur, aut eſt a, aut non eſt b, dicitur quidem de ſibimet adhærentibus, proponiturq; in his propoſitionibus, quæ de maioribus ad minora tendunt, ſimiliſq; eſt ei propoſitioni cõnexæ, quæ enunciat, Si non eſt a, non eſt b. Nam ſi quis dicit, aut eſt a, aut nõ b, ſi aſsumat, atqui non eſt a, modis omnibus, nõ erit b. Si igitur nõ ſit a, nõ erit b. Id enim hęc diſiũctio præmittebat, in hac uero ſiquidem a negaretur, uel affirmaretur b, fiebat aliquis ſyllogiſmus. Siue autem a affirmaretur, ſiue b negaretur, nulla erat in concluſione neceſsitas, idem prouenit in diſiunctiua. Nam cũ ponitur, aut eſt a, aut non eſt b, ſiquidem nõ ſit a nõ erit b. Si uero ſit b, erit a, q̃d ſi ſit a, uel non ſit b, nihil eſt neceſsarium. Id uero in his terminis approbabimur, ſi quis ità proponat, aut animal eſt, aut non homo, ſi igitur animal nõ ſit, non erit homo, ſi homo ſit animal eſt, ſiue autem animal ſit, non neceſse eſt eſse hominem, ſiue homo non ſit, non neceſse eſt animal interire. Ea uero propoſitio quæ dicit, aut non eſt, a aut eſt b, in his quæ ſibi adhærent proponi poteſt, & à minoribus ad maiora contendi, & eſt ſimilis ei propoſitioni connexæ quæ dicit: Si eſt a, eſt b, Nam cum ita quis enunciet, ſiquidem aſsumatur eſse a, ſtatim conſequitur ut ſit b. Sed in hac propoſitione ſiquidem affirmaretur eſse a, ſequebatur ut eſset b. Quod ſi negaretur b, ſequebatur ut non eſset a. Siue autem negaretur a, ſiue affirmaretur b, nihil neceſsarium uidebitur accidere. Et in ea igitur propoſitione diſiuncta, quæ dicit, aut non eſt a, aut eſt b, ſiquidem fuerit a, erit b, ſi non fuerit b, non erit a. Siue autem non ſit a, ſiue ſit b. Nulla eſt neceſsitas ſyllogiſmi, ut in hoc declaratur exemplo, aut nõ eſt homo, aut animal eſt. Si igitur aſsumamus, atqui eſt homo, erit animal. Si negemus eſse animal, non erit homo, ſi autem hominem negemus uel animal affirmemus, nihil neceſsarium cadet. Quocirca ex his quæ ſuperius dicta ſunt declaratur, quot diſiunctarum propoſitionum ſyllogiſmi ſint, uel quibus ab his quæ connexæ ſunt differentijs ſegregentur. Quæ enim connexæ ſunt, quandam in eo quod eſt eſse uel non eſse conſequentiam monſtrant, quæ uero per diſiunctionem proponuntur, ita ſunt ut ſibimet conſentire non poſsint. Inuenias quoque per connexionem propoſitiones, quæ id intelligi uolũt, utà ſe nequeant ſeparari, ut cum ita proponimus. Si eſt a, eſt b. Id nimirum hæc propoſitio intelligit, quod ſi eſse potuerit a, ſtatim conſequitur ut ſit etiam b. Nulla uero earũ quę in diſiunctione ſunt ita proponitur, ut ſimul eſse uideanẽ. Cum enim dicimus, aut eſt a, aut b eſt, aut eaſdem propoſitiones quolibet alio modo uariamus, id aut cõiunctio quæ diſiunctiua ponit, ſentit ſimul eas eſse nõ poſse.

Et cum

Et cum late earum pateat differentia, idcirco nunc de eisdem pauca subiunximus, quoniam totidem syllogismos fieri dicebamus, in his propositionibus, quæ per disiunctionem fierent, quot etiam fuerunt in connexis. Et quoniam de omnibus qui quoquo modo possint fieri Hypotheticis syllogismis sufficienter dictum est. Hic operis longitudinem terminemus.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRITII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI DE DIVISIONE.

QVam magnos studiosis afferat fructus scientia diuidendi, quamque apud Peripateticam disciplinam, semper hæc fuerit in honore notitia, docet & Andronici, diligentissimi senis, de diuisione liber editus, & hic idem à Plotino grauissimo Philosopho comprobatus, & in libri Platonis, qui Sophistes inscribitur, commentarijs à Porphyrio repetitus, & ab eodem per hãc introductionis laudata in Categorias utilitas. Dicit enim fore necessariam generis, speciei, differentiæ proprij, accidentisq; peritiam, cum propter alia multa, tum propter utilitatem, quę est maxima partiendi. Quare quoniam maximus usus est, facilimaque doctrina, ego quoque id, sicut pleraque omnia, Romanis auribus tradens, introductionis modo, habitaque in eandem rem, & cõpetenti, subtiliq; tractatione, & moderata breuitate, perscripsi, ut nec anxietas decisę orationis, & non perfectæ sententiæ, legentium mentibus ingeratur, nec putet superuacuam loquacitatem harum rerum inexperiens, rudis, insolensq; nouj, audientium mentes habere. Nec ullus liuor, id quod & arduum est natura, & ignotum nostris. Nobis autem magno & labore, & legentium utilitate digestum, oblj quis morsibus obtrectationis obfuscet. Dentque potius uiam studijs, nunc ignoscendo, nunc etiam comprobando, quàm frena bonis artibus stringant, dum quicquid nouum est impudenti obstinatione repudiant. Quis enim non uideat plurimum ad bonarum artium ualere defectum, si apud mentes hominum nunquam sit desperatio displicendi? Sed hæc hactenus. Nunc diuisionis ipsius nomen diuidendum est, & secundum unumquodque uocabulum uniuscuiusque propositi proprietates partesq; tradendæ sunt. Diuisio namq; multis modis dicitur. Est enim diuisio generis in species. Est rursus diuisio cum totum in proprias diuiditur partes. Est alia, cum uox multa significans, in significationes proprias recipit sectionem. Præter has tres, est alia diuisio quæ secundum accidens fieri dicitur. Huius autem est triplex modus, unus cum subiectum in accidentia separamus. Alius cum accidẽs in subiecta diuidimus. Tertius cum accidens in accidentia secamus, hoc ita fit, si utraque eidem subiecto inesse uideantur. Sed harum omnium exempla subdenda sunt, quatenus totius huius diuisionis ratio eluceſcat. Genus diuidimus in species cum dicimus, animalium alia rationalia, alia irrationalia. Rationalium alia mortalia, alia immortalia. Vel cum dicimus colorum, alia alba, alia nigra, alia media. Oportet autem omnem diuisionem generis in species, aut in duas fieri partes, aut in plures. Sed neque infinitæ species esse generis possunt, nec minus duabus. Hoc autem cur eueniat, posterius demonstrandum est. Totum in partes diuiditur, quoties in

ties in eã, ex quibus est compositum, unumquodque resoluimus, ut cum dico domus aliud esse tectum, aliud paries, aliud fundamentum, & hominem coniungi animæ & corpore. Cumque hominis dicimus partes esse, Catonem, Virgilium, Ciceronẽ & singulos qui cum particulares sint, uim tamen totius hominis iungunt, atque componunt. Neque enim homo genus, nec singuli homines species, sed partes quibus totus homo coniungitur. Vocis autem in significationes proprias diuisio fit, quoties una uox multa significans aperitur, & eius pluralitas significationis ostenditur, ut cum dico canis quod est nomen, & hunc quadrupedem latrabilemque designat, & cœlestem qui ad Orionis pedem morbidũ micat. Est quoque alius marinus canis, qui in immoderatam corporis magnitudinem crescens, Cetuleus appellatur. Sed huius diuisionis duplex modus est. Aut enim unum nomen multa significat, aut oratio sam nominibus, uerbisque composita, & nomen quidem multa significat, ut id ꝙd suprà proposui. Oratio uero multa designat, ut aio te Aeacida Romanos uincere posse. Et nominis quidem per significationes proprias diuisio, equiuocationis partitio nuncupatur, orationis uero in significationes proprias distributio, ambiguitatis discretio est quam Græci ἀμφιβολίαν uocant, ita ut nomen multa significans æquiuocum. Oratio uero multa designans, amphibola atque ambigua prædicetur. Eorum autem quæ secundum accidens diuiduntur, subiecti in accidentia diuisio est, ut cum dicimus omnium hominum alij sunt nigri, alij cãdidi, alij medij coloris. Hæc enim accidentia sunt hominibus non hominum species, & homo his subiectum, non horum genus est. Accidentis uero in subiecta sectio euenit, ut est omnium quæ expetuntur, alia in anima, alia in corporibus sita sunt. Animæ namque atque corpori id quod expetitur, accidens non genus est, & boni quod in anima, & in corpore est situm, non sunt hæc species sed subiecta. Accidentis uero in accidentia diuisio est, ut omnium candidorum, alia sunt dura, ut margarita, alia liquentia, ut lac. Liquor namque & albedo atque duricies hic sunt accidentia. Sed album in dura atque liquida separatum est. Cum ergo sic dicimus, accidens, in alia accidentia separamus, sed huiusmodi diuisio uicissim semper in alterutra permutatur. Possumus enim dicere eorum quæ dura sunt, alia sunt nigra, alia alba, & rursus eorum quæ liquida, alia sunt alba, alia nigra. Sed hæc rursus conuersa diuidimus eorum quæ sunt nigra, alia sunt liquentia, alia dura, & eorũ quæ sunt alba, alia liquentia, alia uero dura. Differt autem huiusmodi diuisio ab omnibus quę supra dictæ sunt. Nam neque significationem partiri possumus in uoces, cum uox in proprias significationes discernatur. Nec partes in totum diuiduntur, quamuis totum separetur in partes, nec species secantur in genera, licet genus in species diuidatur. Quod uero superius dictum est hanc diuisionem ita fieri, si utraque cõtingerent eidem inesse subiecto, si attentius perspicitur liquet. Nam cum dicimus eorum quę cura sunt, alia esse alba, alia nigra, ut lapis atq; ebenus, manifestum est ebeno utraq; inesse & duritiem & nigredinem. In cæteris quoque id diligens lector inueniet. Quibus autem summa operatio ueritatis inquiritur, his prius intelligendum est, quæ sit horum omnium simul proprietas, quibusque inter se sigillatim differentijs segregentur. Omnis enim uocis & generis & totius diuisio, secundum se diuisio nuncupatur. Reliquæ uero tres in accidentis distributione ponuntur. Secundum se autem diuisionis huiusmodi differentia est. Differt enim diuisio generis à uocis diuisione, quòd uox quidem in proprias significationes separatur. Genus uero non in significationes, sed in quasdam à se quodammodo procreationes disiungitur, & genus semper speciei propriæ totũ est, ut uniuersalius in natura. Aequiuocatio uero uniuersalior significata re dicitur totum in uoce, non etiam totum in natura. Illo quoque modo à uocis distributione diuiditur, quòd nihil habent commune præter solum nomen quę sub ea uoce sunt. Quæ uero sub genere collocantur, & nomen generis, & diffinitionem suscipiunt. Amplius quoque non eadem apud omnes uo-

nes uocis est distributio. Quod enim apud nos dicitur canis, cum eius multæ significationes in lingua Romana sint, simpliciter fortasse prædicatur in barbara, cum ea quæ apud nos uno nomine nuncupantur, illi pluribus fortasse significent nominibus. Generis apud omnes eadem diuisio distributioq; permanet. Vnde fit ut uocis quidem diuisio ad positionem consuetudinemq; pertineat, generis uero ad naturam. Nam quod apud omnes idem est, naturæ est. Consuetudinis uero est, quod apud aliquos permutatur. Et hæ quidem sunt differentiæ generis distributionis & uocis. Generis quoque sectio à totius distributione seiungitur, quòd totius diuisio secundum quantitatem fit. Partes enim totam substantiam coniungentes actu, aut ratione animi & cogitatione separantur. Generis uero distributio qualitate perficitur. Nam cum hominem sub animali locauero, tunc qualitate diuisio facta est. Quale namque animal est homo, idcirco quoniam qualitate formatur. Vnde quale sit animal homo respondens, aut rationale respondebit, aut certè mortale. Amplius genus omne naturaliter prius est propriis speciebus, totum autem propriis partibus posterius est. Partes quæ totum iungunt, compositi sui perfectionem aliàs natura tãtum, aliàs ratione, quoque temporis antecedunt. Vnde fit ut genus in posteriora, totũ uero in priora soluamus. Hinc quoq; illud uerè dicitur, si genus interimatur, statim species deperire. Si species interempta sit, non peremptum genus in natura consistere. Contra euenit in toto. Nam si pars totius perit, totum non erit, cuius pars una sit interempta. Sed si totum pereat, partes remanent distributæ, ut si de integra domo cuis abstulerit rectum, totum quod ante fuit interrupit. Sed perempto toto, parietes & fundamenta constabunt. Amplius quoq; genus speciebus materia est. Nam sicut æs accepta forma transit in statuã, ita genus accepta differentia transit in speciẽ. Totius uero partium multitudo materia est, forma uero earundem partium cõpositio. Nam sicut species ex genere constat & differentia, ita totũ constat ex partibus, unde fit ut totum ab unaquaque parte sua, partium ipsa compositione differat, species uero à genere, differentiæ coniunctione. Amplius quoq; species idem semper quod genus est, ut homo idem est quod animal, & uirtus idem est quod habitus. Pars uero non semper idem est quod totum. Neque enim idem est manus quod homo, nec idem pares quod domus. Et in his quidem quę dissimiles partes habẽt, hoc clarum est. Sed non eodẽ modo in his quæ similes, ut in æris uirgula, cuius partes quia sunt continuæ, & eiusdem sunt æris, uidentur idem esse partes quod totum est, sed falsò, fortasse enim idem sunt partes huiusmodi substantia, non etiam quantitate. Restat autem uocis & totius distributionis differentias dare. Differunt autem quod totum quidem constat partibus. Vox uero non constat ex his quæ significat, & sit totius diuisio quidem in partes, uocis autem nõ fit in partes, sed in eas res, quas ipsa uox significat, unde fit ut sublata parte una totũ pereat, sublata una re quam uox significat multa designans, uox illa permaneat. Nunc ergo quoniam secundum se diuisionis differentiæ dictæ sunt, generis distributio pertractetur. Primum quid genus sit diffiniendum est. Genus est quod prædicatur de pluribus specie differentibus in eo quod est, species uero est quam sub genere collocamus. Differentia, quia aliud ab alio distare proponimus. Et est quidem genus quod interroganti quid quęq; res sit, conuenit responderi. Differentia, quæ ad qualis percunctationem rectissimè respõdetur. Nam cum quis interrogat, quid est homo? rectè animal. Qualis est homo, cõuenienter rationalis respondet. Diuiditur autem genus aliàs in species, aliàs in differentias, si species quibus oportet genus diuidi nominibus carẽt, ut cum dico animalium, alia rationalia sunt, alia irrationalia. Rationale & irrationale differentiæ sunt. Sed quoniam speciei huius quæ est animal rationale, nomen unum non est, idcirco pro specie differentiam ponimus, eamq; superiori generi copulamus, omnis enim differentia in proprium genus ueniens speciem facit. Vnde fit ut quædam materia genus sit, forma differentia. Cum autem propriis nominibus species adpellatur non in

non in differẽtias, sed in species fit recta generis diuisio, unde est ut ex pluribus terminis diffinitio colligatur. Si enim omnes species suis nominibus appellarẽtur, ex duobus solis terminis omnis fieret diffinitio, ut cum dico, quid est homo? quid mihi necesse esset dicere animal rationale mortale, si animal rationale esset proprio nomine nuncupatũ, cum reliqua quoq; differẽtia, id est, mortali iunctũ diffinitionẽ hominis uerissima ratione & integra conclusione perficeret. Nunc autem ad diffinitiones integras specierum diuisio necessaria est, & fortè in eodem diuisionis diffinitionisq; ratio uersatur. Nam diuisionibus iunctis una componitur diffinitio. Sed quoniã alia sunt æquiuoca, alia uniuoca, & quæ sunt uniuoca, ipsa in generum suscipimus sectiones. Quæ uero sunt æquiuoca, in his diuisio sola significationis est, uidendum prius est quid sit æquiuocũ, quid uniuocũ, ne cum ista fefellerint, æquiuocum nomen quasi in species, ita in significatiuas resoluamus, unde fit ut rursus ad diuisionem necessaria sit diffinitio. Quid enim sit æquiuocum, quid uniuocum diffinitione colligimus. Sunt autem differentię aliæ per se, aliæ uero per accidens & harum aliæ sunt consequẽtes statim, aliæ relinquẽtes statim. Relinquẽtes huiusmodi sunt, ut dormire, sedere, stare, uigilare, cõsequentes uero, ut capilli crispi, si non admissi sunt calamistro, & glauci oculi, si non sint quadam extrinsecus debilitate turbati. Sed hæc ad generis diuisionẽ sumenda non sunt. Neque ad diffinitiones sunt commoda, omne enim quod ad diuisionem generis aptũ est, idem ad diffinitiones rectissimè congregamus. Illa uero quæ per se sunt sola ad diuisionem generis apta sunt. Hæc enim informant & perficiunt uniuscuiusq; substantiam, ut hominis rationabilitas & mortalitas. Sed has quẽadmodum probare possimus, utrum ex eo sint genere statim relinquẽtium, an consequentium, an in substantia permanentium, hoc modo est uidendum. Neque enim sufficit scire quas in diuisione sumamus, nisi illud quoque cognitum sit, quemadmodum eas dem ipsas quæ sumendæ sunt, & quæ reijciendæ rectissimè cognoscamus. Videndum ergo primum est, utrum proposita differentia omni possit, & semper inesse subiecto, quod si ipsa uel actu, uel ratione seiungitur, hæc à diuisione generis separãda est. Si enim sæpe & actu & ratione seiunguntur, ex eo sunt genere, quæ statim relinquunt, ut sedere quod frequentius quidem separatur, & actu ipso à subiecto diuiditur. Quæ uero ratione sola à subiecto diuiduntur, ea sunt consequentium differentiarum, ut glaucis oculis esse, à subiecto ratione seiungimus, ut cum dico est animal luminibus glaucis, ut quilibet homo, quod si hic nõ esset huiusmodi, nõ eum res aliqua esse hominẽ prohiberet. Aliud rursus est quod ratione separari nõ possit, quod si separatum sit, species interimatur, ut cum dicimus inesse homini, ut solus numerare possit, uel Geometriam discere, quod si hæc possibilitas ab homine seiungitur, homo ipse non permanet. Sed hæ non statim earum differentiarum sunt, quæ in substantia insunt. Nam nõ idcirco homo est, quoniam hæc facere potest, sed quoniam rationalis est, atque mortalis. Hæ igitur differentiæ per quas species consistit, ipsæ & in diffinitione speciei, ut hominis, & in generis eius diuisione, quod continet speciem, ut ipsum hominem collocantur, & uniuersaliter dicendum est, quæcunque differentiæ huiusmodi sunt, ut non modo præter has species esse non possit, sed per eas solas sit, hæ uel in diuisione generis, uel in speciei diffinitione sumẽdę sunt. Quoniam uero quædam sunt, quæ differunt, quę contra se in diuisionibus poni non debent, ut in animali rationale & bipes. Nullus enim dicit animalium alia sunt rationalia, alia duos pedes habentia, idcirco quod rationale & bipes licet differant, nulla tamen à se oppositione seiunguntur. Constat quæcunq; à se aliqua oppositione differunt, eas solas differentias sub genere positas, genus ipsum posse disiungere. Sũt autem oppositiones quatuor, aut ut contraria, ut bonum malo, aut ut habitus & priuatio, ut uisus & cœcitas. Quanquam sint & quædam res, in quibus discernere difficultas sit, utrum in contrarijs, an in priuatione & habitu eas oporteat collocari, ut sunt motus, quies, sanitas, ægritudo, uigilatio, somnus, lux, tenebræ. Sed hęc aliàs, nũc de

reliquis oppositionibus dicendum est. Tertia oppositio est, quę est secũdum affirmationem & negationem, ut: Socrates uiuit, Socrates non uiuit. Quarta secũdum relationem, ut: pater, filius, dominus, seruus. Secundum quas igitur harum oppositionũ quatuor diuisio generis sit, rectissima ratione monstrandũ est. Manifestũ est enim et oppositiões esse quatuor, & genera & species per opposita separari. Nunc ergo dicendum est, secundum quam oppositionem harum quatuor, uel quemadmodum species à genere disiungi conueniat, & prima quidem sit contradictionis oppositio. Voco autẽ contradictionis oppositionem, quę affirmatione et negatione ponitur. In hac igitur negatio per se nullam speciem facit. Nam cum dico homo, uel equus, uel aliquid huiusmodi species sunt. Quicquid autem quis negatione protulerit speciem non declarat. Non enim esse hominem, species est, omnis enim species constituit esse. Negatio uero quicquid proponit ab eo quod est, esse disiungit, ut cũ dico homo quasi sit quiddam locutus sum. Cum uero non homo, substantiam hominis, negatione destruxi. Sic igitur per se caret diuisio generis in species negatione. Necesse est autem sæpe speciem negatione componere, cum ea quam simplici nomine speciem uolumus assignare, nullo uocabulo nuncupatur, ut cum dico imparitũ numerorũ alij primi, ut tres, quinque, septem. Alij non primi, ut nouem, & rursus figurarum aliæ sunt rectissimę, & colorum alij sunt albi, alij nigri, alij nec albi, nec nigri. Ergo quando nomen unum speciebus positum non est, eas negatione proferre necesse est. Hoc igitur cogit interdum necessitas, nõ natura. Ideoq; quoties negatione facimus sectionem, prius aut affirmatio, aut simplex dicendum est nomen, ut est numerorũ, alij sunt primi, alij non primi. Nam si prius negatio dicta sit, tardior fit eius rei quam proponimus, intellectus. Nam cum primum dicis esse aliquos primos numeros, cum quales sint primi exemplo uel diffinitione docueris, quales non sint primi, mox auditor intelligit. Sin uero è contrario feceris, aut neutrum subito, aut tardius utrumque cognosces. Diuisio uero quæ propter apertissimam generis naturam reperta est, debet potius ad intelligibiliora deducere. Amplius quoque prior est affirmatio, posterior uero negatio. Quod autem primum est, in diuisione quoque primitus oportet ordinari. Nececesse est quoq; semper finita infinitis esse priora, ut æquale inæquali, uirtutem uitijs, certum incerto, stabile & fixum, instabili & mutabili. Sed omnia quæ aut definita parte orationis aut affirmatione proferuntur, plus finita sunt, quàm aut nomen cũ particula negatiua, aut tota negatio. Quare finito potius quàm infinito est faciẽda diuisio. Sed si cui per hęc quædam paretur anxietas aut obscuriora sint fortasse quàm ipse desiderat, nihil ad me cognitionem facilem pollicentem. Neq; enim rudibus hæc totius artis, sed imbutis & ulteriore penè loco progressis legenda & discẽda proponimus. Qui uero huius operis, id est, Dialecticior do sit, cum de ordine Peripateticę disciplinæ mihi dicendũ esset, diligenter expositum. Hæc quidem dicta sunt de oppositione, quã affirmatio & negatio constituit. Illa uero quę secundum habitum priuationemq; fit, ipsa quoq; superiori uidetur esse consimilis. Negat enim quodammodo priuatio habitum, sed differt, quod semper quidẽ potest esse negatio, priuatio uero non semper, sed tunc quando habere habitũ possibile est, hoc uero nos iam prędicamẽta docuere. Quare forma quædam intelligitur esse priuatio. Non enim tantum priuat, sed etiam circa seipsam priuatum quęq; disponit. Neq; enim cœcitas oculum solum priuat lumine, sed ipsa quoque secũdum se priuatum luce disponit, cœcus enim dicitur ad priuationem quodammodo quasi dispositus & affectus, hoc quoq; Aristoteles testatur in Physicis. Vnde fit ut priuatio nis differentia ad generis diuisionem frequenter utamur. Sed hic quoq; eodem modo sicut in contradictione faciendum est. Prius enim ponendus est habitus qui est affirmationi consimilis, post uero priuatio quę negationi. Aliquoties tamen priuationes quædam habitus uocabulo proferuntur, ut orbus, cœcus, uiduus. Aliquoties cum particula priuationis, ut cum dicimus finitum infinitum, æquale inæquale. Sed in his

in his æquale, & finitum in diuisione ponenda sunt prima, priuationes uero secundæ. Ac de oppositione quidem priuationis & habitus, hæc dicta sufficiant. Contrariorum uero oppositio dubitatur fortasse, an secundum priuationem & habitũ esse uideatur, ut album & nigrum, an album quidem priuatio nigri sit, nigrum uero albi. Sed hęc aliàs. Nãc autem ita tractandum est tanquàm si sit aliud oppositionis genus, sicut est in prædicamentis ab ipso quoq; Aristotele dispositum. In contrarijs autem generũ multa diuisio est. Ferè enim cunctas differentias in contraria deducimus. Sed quoniam contrariorum alia sunt medio carentia, alia mediata, ita quoque diuisio facienda est, ut colorum, alia sunt nigra, alia sunt alba, alia neutra. Fieret autem omnis diffinitio, omnisq; diuisio duabus terminis, nisi (ut suprà dictum est) indigẽtia quę sæpe existit in nomine prohiberet. Quo autem modo utreque duobus terminis fierẽt, erit manifestum hoc modo: Cum enim dicimus animalium, alia rationalia sunt, alia irrationalia, animal rationale ad hominis diffinitionem tendit. Sed quoniam animalis rationalis unum nomen non est, ponamus ei nomen a literam. Rursus a literæ quod est animal rationale, alia mortalia sunt, alia immortalia. Volẽtes igitur diffinitionẽ hominis reddere dicemus, homo est a litera mortalis. Nam si hominis diffinitio est animal rationale, mortale, animal uero rationale per a literam significatur. Idem sentit a mortale tanquàm si diceretur animal rationale, mortale, a enim (ut dictum est) animal rationale significat. Sic ergo a litera & mortali duobus terminis facta est hominis diffinitio. Quod si reperirẽtur in omnibus quoque nomina duobus terminis semper tota fieret diffinitio. Diuisio quoque nominibus positis, quoniam semper in duos terminos secat, manifestum est, si quis generi & differẽtiæ cum deest nomen imponat, ut cum dicimus: Figurarum quædam sunt trilateræ, aliæ sunt æquilateræ, aliæ duo latera habentes æqualia, aliæ totæ inæquales sunt. Trina igitur diuisio ista si proferretur, fieret duplex. Figurarũ quæ sunt trilatere, aliæ sunt æquales, aliæ inæquales. Inæqualium aliæ sunt duo latera tantum æqua habentes, aliæ tria inæqualia, id est, omnia, & cum dicimus rerum omnium, alia sunt bona, alia sunt mala, alia indifferentia, quæ, scilicet, neque bona, neque mala sunt, & si ita diceretur gemina diuisio proueniret. Rerum omniũ alia sunt differentia, alia indifferentia. Differentiũ alia sunt bona, alia mala. Ita ergo diuisio omnis in gemina secaretur, si speciebus & differentijs uocabula nõ deessent. Quartam uero oppositionem diximus, quæ est secundum ad aliquid, ut pater, filius, dominus, seruus, duplex, medium, sensibile, sensus. Hæc igitur nullam habent substantialem differentiã, qua à se discrepẽt, imò potius habent huiusmodi cognationem, qua a d se inuicem referuntur, ac sine esse non possint. Non est ergo generis in relatiuas partes facienda diuisio, sed tota huiusmodi sectio à genere separanda est. Neque enim hominis est species seruus aut dominus, nec numeri medium aut duplum. Cum igitur quatuor sunt differentiæ oppositionum affirmationis & negationis, si non necesse est, semper tamen relationis reijcienda est diuisio, priuationis & habitus, & contrariorum sumẽdæ. Maximè autem contrarietas in differentijs ponenda est, nec non etiam priuatio, idcirco quoniam quiddam cõtra habitum contrarium uidetur opponi, ut est finitum & infinitũ. Quanquam enim priuatio sit infinitũ, tamen contrarij imaginatione formatur. Est quædam namque (ut dictum est) forma. Dignum uero inquisitu est utrum in speciebus, an in differentias rectè genera diuidantur. Diffinitio namque diuisionis est generis in species proximas distributio. Oportet igitur secundum naturam diuisionis & secundum diffinitionem in proprias species semper fieri generis disgregationem. Sed hoc interdũ fieri nequit propter eam, quã suprà reddimus causam. Multis enim speciebus non sunt nomina. Atq; ideo quoniã quædam sunt prima genera, quædam ultima, quædam media, primum quidem ut substãtia, ultimum ut animal, medium ut corpus, corpus nanque animalis genus est, substantia corporis. Sed quemadmodum neq; super substãtiam quicq; inueniri potest, quod generis loco ualeat collocari, sic

neq; ſub animali,homo namq; ſpecies non genus eſt. Quare antiquior uidebit ſpecíei diuiſio, ſi indigentia nominum non ſit,quod ſi his omnibus non abūdamus,,prima genera uſque ad ultima conuenit in differentias ſeparare. Hoc autem fit hoc modo,ut primū genus in ſuas differentias diſgregemus non in poſterioris, & rurſus poſterius in ſuas,ſed non in poſterioris . Neque enim eædem ſunt differentiæ corporis quę animalis. Si quis enim dicat:ſubſtātiæ aliud eſt corporale,aliud incorporale,rectè diuiſionem fecerit, hæ namque differentiæ propriæ ſubſtantiæ ſunt . Si quis uero ſic dicat,ſubſtantiarū alia ſunt animata, alia inanimata,hic non rectè ſubſtātias differentias ſegregauit. Corporis namque differentiæ hæ ſunt, non ſubſtātię,id eſt,ſecundi generis non primi. Quare manifeſtū eſt ſecundum proprias differentias, non ſecundum poſterioris generis priorum generum diuiſionem eſſe faciendam. Quoties autem genus aut in differentias , aut in ſpecies ſoluitur , poſt diuiſionem factam mox diffinitiones,aut exempla ſubdenda ſunt. Sed ſi quis diffinitionibus non abundat,ſatis eſt exempla ſubijcere,ut cum dicimus,corporum alia ſunt animata,ſubijcíamus,ut homines uel ferę,alia inanimata, ut lapides, oportet autem diuiſionem quoque ſicut terminum,neque diminutam eſſe,neque ſuperfluam. Nam neq; plures ſpecies,quàm quæ ſub genere ſunt oportet apponi, neque pauciores, ut in ſeipſam diuiſio,ſicut terminus conuertatur,conuertitur enim terminus ſic,uirtus eſt mentis habitus optimus. Rurſus mentis habitus optimus uirtus eſt,ſic etiam diuiſio, omne genus aliquid eorum erit,quæ ſunt ſpecies proprium genus eſt. Rurſus quælibet ſpecies proprium genus eſt. Fit autem generis eiuſdem diuiſio multipliciter ut omnium corporum,& quæcunq; ſunt alicuius magnitudinis . Sicut enim circulum in ſemicirculos,& in eos quos Græci uocant τομέας , nos diuiſiones poſſumus dicere, diſtribuimus,& tetragonum aliàs ducta per angulum,diametro in triangula, aliàs in parallelogrammata,aliàs in tetragona ſeparamus. Ita quoq; genus,ut cum dicimus numerorum alij ſunt pares, alij impares, & rurſus alij primi, alij non primi, & triangulorum alia ſunt æquilatera,alia duo ſola latera æqualia habentia, alia totis inæqualia lateribus,& rurſus triangulorum alia ſunt recti angula,alia acutos habētia tres angulos, alia obtuſi unius. Sic igitur generis unius ſit diuiſio multiplex. Illud autem ſcire perutile eſt,quoniam genus una quodammodo multarum ſpecierum ſimilitudo eſt,quę earum omnium conuenientiam ſubſtantialem monſtret, atq; ideo collectiuum pluriumarū ſpecierū genus eſt. Diſſunctiuæ uero unius generis ſpecies ſunt,quæ quoniam differentijs informant (ut dictū eſt) idcirco ſub uno genere minus duabus ſpecíebus eſſe nō poſſunt,omnis enim differentia in differentiū pluralitate cōſiſtit . Sed de diuiſione generis & ſpeciei perplura dicta ſunt . Hāc igitur inſiſtentibus uiā promptior per diuiſionem generis ad ſpeciei diffinitionem facultas aperitur. Oportet autē non ſolum quas ad diffinitionem ſumamus differentias addiſcere, ſed ipſius diffinitionis artem diligentiſſima cognitione complecti . Et illud quidem,an ulla poſſit diffinitio demōſtrari,& quemadmodum per demonſtrationem ualeat inueniri, & quæcunque de ea ſubtiliùs in poſtremis Analyticis ab Ariſtotele tractata ſunt prætermittā. Solam tantum exequar diſtiniendi regulam. Rerum enim aliæ ſunt ſuperiores, aliæ inferiores,alię mediç. Superiores quidē diffinitio nulla cōplectitur,idcirco quod earum ſuperiora genera inueníri non poſſunt. Porrò autem inferiores ut ſunt indiuiduа,ipſa quoque ſpecificis differentijs carent . Quocirca ipſa quoq; à diffinitione ſecluſa ſunt. Mediæ igitur quæ & habent genera,& de alijs,uel generibus, uel de ſpeciebus,uel de indiuiduis prædicantur ſub diffinitionem cadere poſſunt. Data igitur huiuſmodi ſpecie quæ & genus habeat,& de poſterioribus prædicet, primo eius ſumo genus,& illius generis differentias diuido,& adiungo differentiam generi, & uideo num illa differentia iuncta cum genere,æqualis poſſit eſſe cum ea ſpecie, quā circunſcribendam diffinitione ſuſcepi , quod ſi minor fuerit ſpecies, illam rurſus differentiam quam dudum cum genere poſueramus quaſi genus ponimus, eamq; in alias ſuas

ſuas differentias ſeparamus, & rurſus has duas differentias ſuperiori generi coniungimus, & ſi æquauit ſpeciem,diffinitio ſpeciei eſſe dicetur,ſin minus fuerit, ſecūdam differentiam rurſus in alia ſeparamus. Quas omnes cōiungimus cū genere,& rurſus ſpeculamur,ſi omnes differētiæ cū genere illi æquales ſint ſpeciei, quæ diffinit, & poſtremo toties differentias differētijs diſtribuimus uſq; dum omnes iunctæ generi ſpeciem æquali diffinitione deſcribant. Huius autem rei clariorem facient exempla notiam hoc modo: Si eſt nobis propoſitū diffinire nomen,uocabulum nominis de pluribus nominibus prædicatur, & quodam modo ſpecies continens ſub ſe indiuidua. Diffinio ergo nomen ſic, ſumo eius genus quod eſt uox, & diuido,uocum aliæ ſunt ſignificatiuæ,aliæ uero minimè,uox non ſignificatiua nihil ad nomē, etenim nomen ſignificat. Sumo ergo differentiam quæ eſt ſignificatiua,& iungo cum genere,id eſt, cum uoce,& dico uox ſignificatiua, & tunc reſpicio utrum genus hoc & differentia nomini ſint æqualia. Sed nondum ſunt æqualia, poteſt enim uox ſignificatiua eſſe & non eſſe nomen. Sunt enim quædam uoces, quæ dolorem deſignant, aliç quæ animi paſſiones naturaliter, quę nomina non ſunt ut interiectiones . Rurſus ipſam uocem ſignificatiuam in alias differentias diuido , uocum ſignificatiuarum aliæ ſunt ſecundum poſitionem hominū, aliæ naturaliter, & uox quidem ſignificans naturaliter nihil ad nomen , uox uero ſignificans ſecundum poſitionem hominum nomini congruit. Quòcirca has duas differentias ſignificatiuam & ſecūdum poſitionem iungo cum uoce,id eſt,cum genere,& dico nomen eſt uox ſignificatiua ſecūdum placitum. Sed rurſus mihi non æquatur ad nomen. Sunt namq; & uerba uoces ſignificatiuæ & ſecundum poſitionem. Non igitur ſolius nominis diffinitio eſt. Diſtribuo iterū differentiam quę eſt ſecundum poſitionem & dico. Secundum poſitionem uocū ſignificatiuarum alię cum tempore, aliæ ſine tempore & differentia quidem cum tempore nomini non coniungitur, idcirco quod uerborum eſt conſignificare tempora, nominum uero minimè. Reſtat ergo ut congruat illa differentia quæ eſt ſine tempore. Iungo igitur has tres differentias generi, & dico nomen eſt uox ſignificatiua ad placitum ſine tempore. Sed rurſus mihi non plena concluſio diffinitionis occurrit, poteſt enim uox & ſignificatiua, & ſecundum poſitionem & ſine tempore eſſe, & nomen nō eſſe unum, ſed nomina iuncta quæ eſt oratio, ut Socrates cum Platone & diſcipulis,ſed quanquam imperfecta quidē ſit hæc oratio,tamen eſt oratio . Quocirca ultima differentia quæ eſt ſine tēpore, alijs item differentijs diuidenda eſt, et dicemus, uocum ſignificatiuarum ſecundum poſitionem ſine tempore, aliæ ſunt quarum pars extra aliquid ſignificat, hoc pertinet ad orationem, aliæ quarū pars extra nihil ſignificat,hoc pertinet ad nomen. Nominis enim pars nihil extra deſignat. Fit ergo diffinito ſic: Nomen eſt uox ſignificatiua ſecundum placitum ſine tempore,cuius nulla pars extra ſignificat ſeparata . Vides'ne igitur quàm recta diffinitio cōſtituta ſit? Namquod dixi uocem,à cæteris ſonis nomen diſiunxi, quod ſignificatiuā apposui, nomen ab nō ſignificatiuis uocibus ſeparaui,quod ſecundū placitū,& ſine tempore, ab naturaliter ſignificatiuis uocibus,& à uerbis proprietas nominis diſiuncta eſt, q eius partes extra nihil ſignificare propoſui,ab oratione diſiūxi,cuius partes aliquid ſeparatæ extra ſignificant,unde fit,ut quodcunq; nomen fuerit, illa diffinitione claudatur,& ubicunq; hæc oratio diffinitionis aptabitur, illud eſſe nomen non dubites. Illud quoque dicendum eſt, quod genus in diuiſione totum eſt in diffinitione pars,& ſic eſt diffinitio quaſi partes totum quoddam coniungant, & ſic eſt diuiſio quaſi totum ſoluatur in partes, & eſt ſimilis diuiſio generis totius diuiſioni, diffinitio totius cōpoſitioni. Namq; in diuiſione generis animal totum eſt hominis. Intra ſe enim complectitur hominem. In diffinitione uero pars eſt,ſpecie namque genus cum alijs differentijs iunctum componit,ut cum dico animalium alia ſunt rationalia, alia irrationalia,& rurſus rationalium alia ſunt mortalia, alia immortalia, animal rationalis totū eſt,& rurſus rationale mortale, & hæc tria ſunt hominis. Si uero in diffinitione

dicam, homo est animal rationale, mortale, tria hæc unũ hominem cõiungunt. Quo circa pars ipsius hominis & genus, & differentia reperitur. Sic ergo in diuisione genus est totum, species pars. Eodem quoque modo differentiæ totum sunt, species in quas illę diuiduntur partes sunt. In diffinitione uero & genus, & differentiæ partes sunt. Diffinita uero species totum, sed hæc hactenus. Nunc de ea diuisione dicamus, quę est totius in partes. Hæc enim erat secũda diuisio post generis diuisionẽ. Quod enim dicimus totum, multipliciter significamus. Totum namq; est quod continuum est, ut corpus uel linea, uel aliquid huiusmodi. Dicimus quoque totum quod continuum non est, ut totum gregem, uel totum populum, uel totum exercitum. Dicimus quoq; totum quod uniuersale est, ut hominem uel equum. Hi enim sunt totius rum partiũ, id est, hominum uel equorum, unde & particularem unumquemq; hominem dicimus. Dicitur quoq; totum quod ex quibusdam uirtutibus constat, ut animæ alia est potentia sapiendi, alia sentiendi, alia uegetandi partes sunt, sed non species. Tot igitur modis cum totum dicatur, facienda est totius diuisio, primo quidem si continuum fuerit in eas partes, ex quibus ipsum totum constare perspicitur. Aliter enim diuisio nõ fit. Hominis enim corpus ita in partes suas diuides, in caput, manus, thoracem & pedes, & si quo alio modo secundum proprias partes fit recta diuisio. Quorum autem multiplex est compositio, multiplex etiam est diuisio, ut animal separatur quidem in partes eas, quæ sibi similes habẽt partes, in carnes, & ossa, rursus in eas quæ similes sibi non habent partes, in manus & pedes. Eodem quoq; modo & nauis & domus. Librũ quoque in uersus, atque hos in sermones, hos autem in syllabas, syllabas in literas soluimus. Ita fit ut syllabæ & literæ, & nomina, & uersus partes quædam totius libri esse uideantur, alio tamen modo acceptæ non partes totius, sed partes partiũ sunt. Oportet autem nõ omnia speculari quasi actu diuidant, sed quasi animo & ratione, ut uinum aqua mistum diuidimus in uina aquæ mista, hæc actu, diuidimus etiam in uinũ & aquam, ex quibus mistum est, hæc ratione, hæc enim iam mista actu, separari non possunt. Fit autem totius diuisio in materiam atque formam. Aliter enim constat statua ex partibus suis, aliter ex materia & forma, id est, ex ære & specie. Similiter autem etiam illa tota diuidenda sunt, quę cõtinua non sunt, eodem quoq; modo & ea quæ sunt uniuersalia, ut hominum alij sunt in Europa, alij in Africa, alij in Asia. Eius quoque totius quod ex uirtutibus constat, hoc modo facienda est diuisio. Animæ alia pars est in uirgultis, alia in animalibus, & rursus eius quæ est in animalibus, alia est rationalis, alia sensibilis est. Et rursus hæc alijs subdiuisionibus dissipantur. Sed non est anima horum genus, sed totum, partes enim hę animæ sunt, sed non ut in quãtitate, sed ut in aliqua potestate & uirtute. Ex his enim potentijs substantia animæ iungitur, unde fit, ut quiddam simile habeat huiusmodi diuisio, & generis, & totius diuisionis. Nam quod quælibet pars cuius fuerit eius animæ prædicatio eam sequitur, ad generis diuisionem refertur, cuius ubicunq; species fuerit, ipsum mox consequitur genus, quod autem non omnis anima omnibus partibus iungitur, sed alijs alia, hoc ad totius naturã referri necesse est. Restat igitur ut de uocis in significationes diuisione tractemus. Fit autem uocis diuisio tribus modis. Diuiditur enim in significationes plures, ut æquiuoca uel ambigua. Plures enim res unũ nomẽ significat, ut canis. Plures rursus una oratio, ut cũ dico, Græcos uicisse Troianos. Alio autem modo secundum modum, hæc enim plura non significant, sed multis modis, ut cum dicimus infinitum unam rem quidem significat, cuius terminus inueniri non possit. Sed hoc dicimus aut secundum mensuram, aut secundum multitudinem, aut secundum speciem, secundum mensuram, ut est infinitum esse, mundum, magnitudine enim dicimus infinitum, secũdum multitudinem ut est infinitã esse corporum diuisionem, infinitam namque diuisionum multitudinem significamus. Rursus secundum speciem, ut infinitas dicimus figuras. Infinitæ enim sunt species figurarum. Dicimus etiã infinitũ aliquid secundum tempus, ut infinitum dicimus, mundũ, cuius

cuius terminus secundũ tempus inueniri non possit. Eodẽ quoq; modo infinitũ dicimus Deum, cuius supernæ uitæ terminus inueniri secundũ tempus nõ possit. Sic igitur hæc uox nõ plura significat secundum se, sed multimodè de singulis prædicatur, unum tamen ipsa significans, alius uero modus secundũ determinationem. Quoties enim sine determinatione dicitur uox ulla, facit in intellectu dubitationem, ut est homo, hæc enim uox multa significat. Nulla enim diffinitione concluſa audientis intelligentia multis raptatur fluctibus, erroribusq; traducitur. Quod enim quisque audiendo intelligat, ubi id quod dicens loquitur, nulla determinatione cõcludit. Nisi enim quis ita diffiniat dicens: Omnis homo ambulat, aut certè quidam homo ambulat, & hoc nomine si ita cõtingit designet, intellectus audientis q; rationabiliter intelligat non habet. Sunt etiam aliæ determinationes, ut si quis dicat, det mihi, quod dare debet, nullus intelligit nisi intellectus & certa ratio determinationis addat, uel si quis dicat ad me ueni, quo ueniat, uel quando ueniat nisi determinatione non cognoscitur. Est autem omne quidem ambiguum dubitabile, non omne tamen dubitabile est ambiguum. Hæc enim quæ dicta sunt dubitabilia quidem sunt, non tamen ambigua. In ambiguis enim utraque auditor rationabiliter seipsum intellexisse arbitratur, ut cum quis dicit, audio Græcos uicisse Troianos, unus putat quod Græci Troianos uicerint, alius quod Troiani Græcos, & hæc uterque dicentis ipsius sermonibus rationabiliter intelligit: Cum autem dico, da mihi, quod dare debeas, nullus ex ipsis sermonibus rationabiliter auditor intelligit. Quod enim ego non dixi, ille potius suspicabitur quàm aliqua ratione id quod ante prolatum non est, perspicaciter uideat. Tot igitur modis cum uocis diuisio fiat, aut per significantias, aut per modum significationum, aut per determinationes. In his quæ secundum significantiam diuiduntur, non solum diuidendæ sunt significationes, sed etiam diuersas res esse quæ significantur, diffinitione demonstrandum est. Aristoteles enim hæc in Topicis diligenter præcepit, ut in his quæ dicuntur bona, alia sunt bona, ut ea quæ boni retinent qualitatem, alia quæ ipsa quidem nulla qualitate dicuntur, sed quod bonam rem faciunt, idcirco bona dicuntur. Oportet autem maximè exercere hanc artem, ut ipse Aristoteles ait, contra Sophisticas importunitates. Si enim nulla subiecta sit res quam significat uox, desiignatiua esse non dicitur, sin uero una res sit quam significat uox dicitur simplex, quòd si plures multiplex, id est, multa significans. Diuidẽda igitur hæc rectè sunt, ne in aliquo syllogismo capiamur. Sin uero amphibola oratio est, id est, ambigua euenit, ut aliquoties utroq; modo possibilia sint quæ significantur, ut id q; superius dixi, potuit enim fieri ut Græci uincerẽt Troianos, & Troiani Græcos superarent. Sunt uero alia quæ impossibilia sunt, ut cum dico, hominem comedere panẽ, significat quidẽ quod homo comedat panẽ, rursus quod panis hominem, sed hoc impossibile est, ergo quoties ad contentionẽ uenitur diuidẽda possibilia & impossibilia sunt. Quoties ad ueritatem, sola possibilia dicenda, impossibilia relinquenda sunt. Quoniam plures sunt species plura significantium uocum, ergo dicẽdum est, quod aliæ in particula multiplicitatis significationem habẽt, aliæ in tota oratione. Et earum quæ in particula habent, pars ipsa æquiuoca dicitur. Tota uero ipsa oratio secundum æquiuocationem multiplex est. Illa uero quæ in oratione tota significationis multiplicitatẽ retinet (ut supra dictum est) ambigua nuncupatur. Diuiduntur autem significationes æquiuocorum uel secundum æquiuocationẽ orationum aut diffinitione, ut cum dico homo uiuit, intelligitur, & uerus & pictus. Diuiditur autem hoc modo, animal rationale, mortale uiuit, quod uerum est animalis, rationalis, mortalis, simulatio uiuit, quod falsum est. Diuiditur etiam qualiber adiectione quæ determinet, uel generis, uel casus, uel alicuius articuli, ut cum dico: Canna Romanorum sanguine sorduit, & calamum demõstrat & fluuium, sed diuidimus sic, articulo quidem ut dicamus, hic Canna Romanorum sanguine sorduit, uel genere, ut Cãna Romanorum plenus sanguine fuit, uel casu, uel numero. In illo enim sin-

gularis tantum, est in illo pluralis, & de alijs quidem eodem modo: Sunt autem alia secundum accentum, alia secundum Orthographiam. Secundum accentum quidem ut pone, ponè. Secũdum Orthographiam, ut queror, & quæror ab inquisitione, & querela. Et rursus hæc secundum Orthographiam ipsam diuiduntur, uel secundum actionem & passionem quod quæror ab inquisitione passiuũ est, queror autẽ à querela agentis est. Ambiguarũ uero orationum facienda est diuisio, aut per adiectionem, ut audio Troianos uinci, Græcos uicisse, aut per diminutionem, ut audio Græcos uicisse, aut per diuisionem, ut Græci uicerunt, Troiani uicti sunt, aut per aliquam transmutationem, ut cum dicitur, audio Troianos uicisse Græcos, ita dicamus, Audio quod Græci uicerint Troianos. Hæc enim ambiguitas quolibet eorũ modo soluitur. Nõ tamen ita diuidenda est omnis uocum significatio tanquàm generis. In genere enim omnes species enumerantur. In ambiguitate uero tãtæ sufficiãt, quantæ ad eum sermonem possunt esse utiles quẽ alterutra nectit oratio. Ac de uocis quidẽ diuisione sufficienter dictum est. Est autem & de generis, totiusq; diuisione propositum atque expeditum. Quare de omnibus secundum se partitionibus diligentissimè pertractatum est. Nunc de his diuisionibus dicemus, quæ per accidẽs fiunt. Harum autem commune præceptum est, quicquid ipsorum diuiditur in oppositа disgregari, ut cum subiectum in accidẽtia diuidimus, non dicimus corporum alia sunt alba, alia dulcia quæ oppositа nõ sunt, sed corporum alia sunt alba, alia nigra, alia neutra. Eodem quoq; modo in alijs secundum accidens diuisionibus diuidendum est, atq; illud maximè perspiciendũ est, ne quid ultra dicatur, aut minus, sicut fit in generis diuisione. Non enim oportet relinqui aliquod accidens ex eadem oppositione, quod subiecto illi ineſt quod non in diuisione dicatur. Necq; uero addi aliquid quod subiecto ineſſe non possit. Posterior quidem Peripateticæ secta prudentiæ differẽtias diuisionum diligentissima ratione perspexit, & per se diuisionem, ab ea quę est secundũ accidens, ipsasq; inter se disiunxit ac distribuit. Antiquiores autẽ indifferenter, & accidente pro genere, & accidẽtibus pro speciebus aut differẽtijs utebãtur. Vnde nobis per opportuna utilitas uisa est, & cõmuniones harum diuisionũ prodere, & eas proprijs differentijs disgregare. Ac de diuisione quidem omni quantum introductionis breuitas patiebatur, diligenter expressimus.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, PATRITII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI, DE DIFFINITIONE, LIB.

DICENDI ac disputandi prima semper oratio est, & iam Dialecticis autoribus & ipso M. Tullio sępius admonẽte quæ dicitur diffinitio. Quippe cũ in certamen cõtentionemq; nihil possit (quod tamen in dictione consistat) aliquando deduci, nisi de quo futura pugna est, prius fuerit in diffinitione ita defixum, ut possit interutrumq; qui inituri sunt eam litem, esse manifestũ quid sit illud de quo in futura quæstione tractabitur, unde non solum cõmoditatis genere perspicienda est uirtus definiendi, quia per hanc orationẽ res semper euoluitur. Et quod illa sit quæ illud de quo quæritur explicat, uerũ etiam quod principalis semper adhibita, maximum lumen & manifestum parit rei, quæ in cõtrarium deducta habet quæstionem. Etenim si uerba aut nota omnibus extitissent, aut unam significantiam sui semper tenerent, & non ambiguo uel obscuro dicto audientes fallerent, & loquentes sub diuersa interpretatione deciperẽt, omnino definitio necessaria minimè crederetur. At cum nomina rebus impositа uocesq; singulæ per existimationem eius qui ita res appellandas esse censuit, ita sint institutæ, & ita arte compositæ,

possitæ, ut nota quadam in rerum significatione, non aperta declaratione ducerẽt audientes, necessarium admodum arbitror noſce quid sit definitio, quibusq; speciebus ac partibus compleatur, ut facilimè & eam rem quam declarat possit ostendere, & tollat cognitis modis in dicẽdo sua uarietate fastidium. Ac prius eiusdem ipsius, ut ordinem per præcepta seruare uideamur, definitionis adhibenda est definitio. Definitio est (ut M. Tullius in Topicis ait) oratio quę id quod definit, explicat quid sit, hocita patet, & ita intelligi necesse est, ut & in quo genere sit definitio declarãdum esse uideatur, & quid comprehendat, & quemadmodum perfectæ eadẽ definitio definita est. Nomina uel uoces interdum res significãt, interdum facta, interdum singula dicta, interdum orationes, & quanquam his omnibus factis ac dictis & orationibus genus uideatur esse quod dicimus, res tamen proprio nomine & certa significatione aliud esse uidetur quàm factum est, aliud quàm dictum, singulare atq; unicum aliud quàm oratio. Ergo definitio non facti uox est, non rei alicuius aut corporalis, aut incorporalis, sed est oratio. Etenim talis dictio quæ exprimit quid sit id de quo quęritur, sine dubio appellatur oratio, ut oratio est exordiũ, & narratio, & cætera quę partes orationis esse dicimus. Ita ergo & definitio oratio est. Sed quoniam hoc genere nomẽ est, quod uti diximus conuenit etiam expositioni, narrationi, inuocationi, precationi, cęterisq; singulis quæ utiq; orationes esse dicũtur, ut id quod generaliter appositum est, possit ad id deduci de quo quęritur, adiecta est species. Quærebamus enim quid esset definitio ad quã rem declarandã M. Tullius adiecit, quę id quod definit, explicat q; sit, talis oratio nõ nisi definitio est. Nam narratio oratio quidem est, quę nõ explicat q; definit, sed quod gestũ est, & item aliæ singulæ orationes in suis officijs actionibusq; constitutæ aliud sunt, quàm ista oratio quæ id quod definit, explicat quid sit, ita adiecta est species, ut cum genus suprà sit oratio, species sit quę id quod definit. Postremo tamen adiunctum sit quo certius id & quo magis proprium declaret quod dictũ est, explicat quid sit. Sunt enim aliæ orationes quæ explicant magis quale quid sit, aut quantum sit. At uero hęc nihil horum, sed tantum quid sit explicat, diuersa est enim in ista partitione cognitio. quippe cũ aliud est scire, quale sit, & quid sit explicare, hoc enim in percipienda rei substantia continetur, illud in qualitate noscenda, & hæc quidem Ciceronis sit adhibita definitio. Nos tamen apertius idipsum quid sit definitio, nostra explanatione faciamus. Omne quod demõstratur oratione, aut an sit, aut quid sit. aut quale sit ostenditur, quod cum adhibetur, oratio ad declarationẽ rei alicuius an sit non est definitio. Itẽ cũ quale sit aliquid, oratione monstratur, pari modo definitio non erit, cum uero quid sit ostenditur, quod mediũ est inter an sit, & quale sit. Ita, scilicet mediũ ut an sit nulla iam sit dubitatio. Itẽ quale sit, non eius qui requirit, sed qui definit sit in scientia collocatũ. Mediũ inquam, hoc genus quod ostendit idipsum de quo quæritur quid sit, definitio nuncupatur. Omnis definitio in quæstione rem habet incertã. Omnis res, si certa est, definitione nõ eget, si incerta est, neq; res est, & quærit definitione mõstrari. Omnis enim res, si modo iam res est, quemadmodum diximus, certa est. Cum uero iam certa est, & qualitates suas habeat quibus cum facilè comprehenditur, facile quid sit agnoscitur. Nunquam enim quid sit intelligi potest, nisi quale sit fuerit cõprehensum. Omnis diffinitio aut probandæ rei causa, aut si res in quæstione uersatur, augendæ, aut si uel apud aduersarium uel apud auditorem quælibet iam nota res est, cõfirmandæ assumitur. Nihilominus tamen diffinitio, ut res eadem quę nota est, & certa & fixa teneatur, adhibetur. Omnis diffinitio, aut Rhetorica est oratio, aut Dialectica, si est Rhetorica, originem ex cõtentione suscipiens per rei de qua quæritur partes in suas se diuidet, nec in unius tractatu à suis rebus tota consistet, ut cum uniuscuiusq; rei plena & certa perfectio nota sit, cunctas per partes sibi eandem distribuant dicta certantium. Sepulturæ uiolationem rem etiam certam plenamq; & perfectã retinemus cum in eruto sepulchro est etiam animus & factum uiolantis, ut studio eruendi & profanãdi manes

hoc quiſpiam uideatur aggreſſus. Ergo uti diximus uiolatio ſepulturæ cõſtat & animo & facto. Plenaq; ipſa res eſt uiolati ſepulchri, ex his duobus aperuit ſepulchrũ quidam ut auferret ornamẽta. Idem ſepulchri uiolati reus in iudicium deuocatur, ſine dubio diffinitiuam orationem & cõtentionem exprimentem quid ſit uiolatio ſepulturæ neceſſario cauſa deſiderat, ſed ſingulis partibus totius facti ac pleni, utuntur Oratores, ut ſepulturæ uiolationem ponat unus, quod apertum ſit ſepulchrum, contra alius ſepulturæ uiolationẽ dicat in animo contineri, ita exiſtit diffinitiuæ orationis iſtæ tractatus, ut cũ totũ quod agnoſcitur in ſepultura uiolatione, per partes ſuas fuerit diſtributum, easq; partes Oratores ſinguli tenuerint, cõtendendi genere diffinitione uti uidentur. Sed non rectè dicitur huiuſmodi diffinitio, cum non ſit certa, non plena, non integra, niſi cum totũ quicquid ipſius rei eſt de qua quæritur exprimens quid ſit, oratio declararit, uerũ hęc captioſa & falſa eſt, nõ certa Rhetorũ diffinitio. Eſt alia etiã quæ Rhetoribus accõmodata cognoſcitur, quæ lõgè à uirtute diffiniendi pleniſſimè ſeparatur, quæ per collationẽ non quid ſit oſtendit, ſed hæc eſſe à ſimili cum aliud ſit, oratione cõcludit, ut cum quæritur quid ſit accipere, utiq; re propria, uera, certa, nihil aliud eſt niſi p̃pria manu aliquid ab aliquo oblatum ſumere. Per collationẽ M. Tullius definit pecunias acceꝑiſſe Verrem, cũ comites, ſocij, miniſtriq; pecunias acceperint. Comites illi, inquit tui, manus erant tuę. Itẽ in alio exemplo cum quæritur quid ſit inimicus? dicimus inimicũ eſſe eum qui aliquid mali moliatus ſit, ac Cicero collatione utens dicit: Inimicus eſſe qui facit contra omniũ rem, uoluntatem, honorẽ, dignitatem. Ex quibus colligimus huiuſmodi diffinitiones cõtentioni Oratorum maximè conuenire, longè tamen à uirtute diſſinitionis eſſe diſcretas, ſed hæ diffinitiones quę Oratorib. aptę ſunt et Poẽtis, ſui explicatione in oratione certũ ordinẽ continent. De qua re præcepta in Rhetoricis ſunt à M. Tullio conſtituta, ita ut omnis diffinitio, hoc eſt, oratio, quę explicat, de quo quęritur quid ſit, his mẽbris partibusq; teneẽ, primũ uti breuiter id de quo quæriẽ quid ſit, oratio noſtra cõtineat, et hęc appellaẽ diffinitio, deinde eius diffinitionis ſupponatur approbatio, qua illud oſtendimus ut idipſum q̃ breuiter in diffinitione poſuimus id ita eſſe argumẽtorum rationibus approbemus. Deinde tertio loco inducimus deductionẽ eiuſdem diffinitionis in eam ſpeciem de qua queſtio eſt, & de qua iudicium eſt conſtitutum, ut cum generaliter rem diffinierimus, & ita eſſe de quo quæritur dixerimus, & poſtea per approbationem conſtituerimus uerum eſſe quod diffinimus, tertio loco oſtẽderimus hoc eſſe q̃ geſtũ eſt, uel id eſſe de quo queriẽ, quę orationis pars appellatur deductio generis ad ſpeciem. Quarto loco in oratione noſtra ponemus deſtructionem diffinitionis aduerſæ partis, hoc eſt, uti quemadmodum aduerſarij diffinierint idipſum, de quo ſuprà diffinitionẽ conſtituimus proponamus eamq; aduerſariorum diffinitionem, uitioſam eſſe doceamus, quę quemadmodũ uitioſa ſit, poſtea declarabimus. Habet enim partes ſuas certas, integras de quibus nunc dicere ſuperſedemus. Eſt diffinitio inimicitiarum apud M. Tullium breuis, ita collocata. Antu maiores inimicitias putas eſſe quàm contrarias hominum uoluntates, & diſſimilia ſtudia? hęc ut diximus diffinitio Rhetorica eſt, & breuiter oratio concluſa quid ſint inimicitiæ. Poſtquã diffinitionem adhibetur approbatio. Fidem ac religionem ſanctiſſimam in uita qui putat, poteſt ne ei nõ inimicus eſſe qui fana ſpoliauerit omnia? Deinceps reliqua quæ ſequũtur, in quo quidem animaduertere illud licet poſſe coniungi & approbationem diffinitionis, & deductionem diffinitionis in ſpeciẽ. Namque hic Marcus Tullius inimicitias eſſe contraria ſtudia & diſſimiles uoluntates approbat ita, ut ſpeciem ipſam de qua quærebatur factam uerbis includat, potuit enim approbatio fieri, illas eſſe inimicitias quæ contrarias continent uoluntates, & in rationibus ſupponẽdis talis dictio componi, cum fidem alius ſeruet, infidelis ſit alius. Nulla dubitatio eſt quin tali animo prout inter ſe affecti, inimici eſſe credanẽ. Itẽ religioſo uiro irreligioſus inimicus eſt. Alia ergo ſi ex diuerſis ſtudijs & uoluntatibus ſuppoſita

ſuppoſita dicerẽtur, ſola eſſet approbatio, nõ etiam deductio generis in ſpeciem, at cum nunc ita nectitur dictio, fidem ſanctiſſimam in uita qui putat, religionem colendam eſſe exiſtimatis, ſine dubio inimicus eſt ei qui fana ſpoliauit, omnia templa uiolauit, delubra polluit. Hic etiam Verris idem factum de quo quæritur, ita ſpecialiter continetur, & includitur, ut ſimul cum approbatione & deductione generis in ſpeciem, clauſum teneatur, poſt adiungitur, ut diximus, deſtructio diffinitionis aduerſæ partis, ſed per conceſſionem, id eſt, ſimilium, an ſi contra rem meam feciſſet iniuriam aliquis, iure ei me inimicum eſſe profiterer? Ponamus igitur aduerſæ partis diffinitionem talem. Inimicitiæ ſunt, cum contra rem meã aut fecit aliquis, aut dixit iniuriã. Hanc diffinitionem ſic deſtruit M. Tullius, ut conceſſo eo quod ita eſt diffinitum, nihilominus & alio modo ſint inimicitiæ, cum aliquis faciat cõtra omnium rem, honorem, & dignitatem. Talis igitur ſemper circa Rhetoricã diffinitionem, per membra quatuor teſtetur oratio, ut ſit diffinitio, approbatio diffinitionis, deductio definitionis ad ſpeciem, deinde poſtrema deſtructio diffinitionis partis aduerſæ, ſed hæc apta Rhetoricis, non etiam Philoſophis eſſe uidetur. Illa autem quæ Philoſophorũ propria eſt, etiam Oratoribus cõuenit eamq; ſibi, & ad materiã ſuam, & ad propriæ ornamentũ dictionis, adiungit Orator. Omnia enim rectæ Orator exprimit, quæ ſunt in dicendo Philoſophorũ. Nam & uero utitur argumento, q̃ eſt Philoſophorũ proprium, utitur etiam neceſſario. At contra Philoſophus in diſputationibus proprijs Rhetorum cuncta condemnat, neque enim adiungit aliquando ſignum, neq; quod credibile dicit, & omne probabile penitus à uirtute ſui ſermonis excludit. Ergo diffinitio quæ eſt Philoſophorũ propria, in rebus exprimẽdis quę explicat quid ſit, quale ſit, quemadmodum membris ſuis conſtare debeat, exponemus. Diffinitiones eſſe principia diſputandi & ſuprà diximus, & M. Tullius probat, tum in dialogis omnibus, tum etiam in eo libro qui Topica inſcribitur, in quo docet primum argumentorum locum eſſe diffinitionẽ, hoc eſt, à toto, cui loco qui appellatur à toto neceſſario adhibẽda eſt diffinitio, ut ita argumẽti locus à toto, ſit diffinitio. Porrò ut ſuprà dixi mus, explicãdi argumẽti q̃ à toto eſt, dicit diffinitio. Ergo preceptis & Dialecticorũ Philoſophorũq; omniũ illud tenere debemus nõ eſſe diffinitionẽ, niſi ſolã quæ in ea re quã definire uolumus, prius q̃ eius rei eſſe intelligimus declaret atq; oſtẽdat ſubſtãtiam, hoc ut aperius fiat, docebimus nullam eſſe diffinitionem certam, integram, approbãdam, niſi eam quam dicunt Philoſophi ſubſtantialẽ Græcè οὐσιῶδες, appellatur. Quid autem ſubſtantiale ſit, alibi explicandum. Ad cognitionẽ interim illud accedat, quoties de aliquo quæritur quid ſit, tunc poſſe eſſe certam ac ſubſtantialem diffinitionem, quoties eius rei de qua quæritur (ut diximus) genus ponimus, & inde cætera per differẽtias in oratione ſubiungimus. Non alienum uidetur exemplum ponere, & ſic ad reliqua quæ ſunt obſcura tranſire. Quæritur homo quid ſit, huic utiq; genus eſt animal. Cum igitur in diffinitione quæ explicabo quid ſit homo, animal dixero, ac deinde reliqua connectam, erit ſubſtantialis diffinitio. Subſtantiam enim hominis declarauí cum dixi animal. Item cum quæro quid ſit album aut nigrum, ſi dixero album eſt color, quia color genus eſt ad hoc de quo quæro, album uel nigrũ, iam ſubſtantialis erit diffinitio quæ incipit à genere, & ſic cætera cõnectit. Hæc ſubſtantialis eſſe dicetur, & hæc propria, & hæc integra. Hæc à Philoſophis probata, ita ut alio modo facta, diffinitio nunquam eſſe dicatur, uerum à quibuſdam hoc nomen etiã ad alia quæ alio modo diffiniuntur, ſæpe transfertur. Ergo hæc ſubſtantialis diffinitio à M. Tullio ſic explicaẽ. Oportere nos poſito genere eius rei de qua quæritur, ſubiungere ſpecies, ut alia quæ uicina eſſe poſſint, diſcretis communionibus ſeparemus, & tamdiu interponamus differentias, quamdiu ad proprium eius de quo queriẽ ſignata eius expreſſione ueniamus. Ipſe in Topicis exẽpla ſubiecit. Nos uero ne fiat in exemplis lectori ex iure confuſio, hoc proponamus exemplum, homo eſt animal rationale, mortale, terrenũ, bipes, riſus capax. Animal cum dictũ eſt, ſubſtantia

ſubſtantia hominis declarata eſt. Eſt enim ut ſuprà diximus, ad hominem genus animal. Omne autem genus ſpeciei ſuæ ſubſtantialis eſt declaratio, ſed hic animal quia latè patebat, adiecta ſpecies eſt terrenum, iam excluſum eſt, quod aut aëreum eſt, aut humidum. Bipes uero propter alia animalia poſitum eſt, quę plurimis pedibus inniuntur. Item rationale propter illa quę ratione egent. Mortale autẽ propter id quod Deus eſt. Quibus omnibus animalibus, quæ cõuenire poterant, ad ſuperiora in oratione poſita diſcretis atq; ſeclusis, adiectum eſt propriũ in parte poſtrema. Eſt enim ſolum hominis quod ridet, ſic perfecta omni ex parte diffinitio eſt ad hominẽ declarandũ, cum poſito genere, excluſis omnibus per differentias quę poterãt cõuenire, ad proprietatẽ eius de quo quærebat, peruenit oratio. Atq; hoc præceptũ Tullianũ eſt, eouſq; eum qui diffiniat oratione interponere, & adijcere differentias oportere, quouſq; ad proprietatẽ, quę iam cõmunis eſſe nõ poſſit, ſermo perueniat. Verũ Ariſtoteles diffinitionẽ perfectã & plenã ait cõſiſtere ex genere & differẽtijs. Ex genere etiã & differẽtijs hoc idem nos ſuprà docuimus, cum interpoſita ſpecies differẽtia ſua, alia quæ poſſunt eſſe cõſimilia ſepararet. Quidam tamen cautiores plenioresq; in docendo, diffinitionis ipſius quaſi quędã membra cõſtituunt, dicuntq; eam perfectam diffinitionem iſtam quã appello ſubſtantialem ex quinq; partibus, id eſt, genere, ſpecie, differentia, accidenti, proprio debere conſiſtere. Sed accidens in diffinitione, minimum, proprium, plurimum ualet. Et rectè quidem ac uerè iſta commemorãt, nec aliena, aut à principe harum artium Ariſtotele, aut à M. Tullio qui de iſtis præcepta tradiderunt iudicanda ſunt. Conſtat enim his quinq; partibus ueluti membris ſuis integra diffinitio, uerũ & Ariſtoteles in libris quos Topica appellauit, docuit quid genus ſit, quid ſpecies, quid differentia, quid proprium, & quid accidens. Et plurimi præterea Philoſophi libris ſuis complexi harũ uim rerum & potentiam declararũt. Nos quia iam uno libro & de his quinque rebus pleniſſimè diſputauimus, ne res rei interpoſita obſcuritatem pariat, aut dicta repetamus, lectorem ad librum qui iam ſcriptus eſt, ſi adeſt ei indigentia, ire uolumus, nunc ſibi non eſſe impedimẽto quod hic prętermiſſum eſt, animaduertat. Id enim etiã illis omnibus cognitis ex præcepto rum neceſſitate retinebit. In oratione iſta ſubſtantiali tamdiu interponere debemus ſpecies & differentias, quãdiu ſeclusis omnibus quæ hoc idẽ eſſe poſſunt, eò perueniatur, ut proprietas iam certa teneatur. M. Tullius in Topicis ius ciuile uoluit diffinire, & ut oportuit cœpit à genere, dixit enim in principio, ius ciuile eſt æquitas, hoc iuris genus eſt. Sed quoniam eadem æquitas nunc cõſtituta eſt, nũc naturalis, ius aũt ciuile æquitas eſt ab hominibus inſtituta, ideo adiecit, ius ciuile eſt æquitas cõſtituta. Poſito genere, adiecta ſpecie, ſpeciem aliam ſeparauit, ſcilicet, naturalẽ. Sed quoniã etiã ius gentiũ æquitas cõſtituta eſt, & nõ eſt tamen ciuile, adiectum id quod ſeparare potuiſſet ius gentium, his inquit M. Tullius qui eiuſdem ciuitatis ſunt. Qua ſpecie interpoſita, ius ciuile deſcripſit. Eſt etiamnum quod cum altero poſſit eſſe cõmune, hoc ipſum quod ſuprà dictũ eſt uniuerſum. Etenim religionũ iuri & ſacrorum omnium cõuenit. Namq; ius religionũ æquitas eſt, & cõſtituta æquitas, & his omnibus qui eiuſdem ſunt ciuitatis. Sed illud ius nõ appellamus eſſe ciuile, quod eſt pontificum, hoc igitur ut poſſet excludere, et ius ciuile uſque ad propriũ diffinire, adiecit ad res ſuas obtinẽdas. Demus aliud exemplum in orationibus poſitum, quo facilius res & manifeſtius explicẽt. Diffinit M. Tullius quid ſit gloria, his ut opinor uerbis, gloria, inquit, eſt illuſtris & peruagata rectè factorũ & præmagnorum, uel in ſuos ciues, uel in rempub. uel in omne genus hominum, fama meritorũ. Gloria igitur ſubſtantialiter diffinita eſt, cum dictum eſt fama. Eſt enim gloriæ genus fama, quæ quia nunc rerũ malarũ eſt, nunc bonarũ. Idcirco genus eſt, cui ſpecies addita eſt, illuſtris, quod laus eſt, fama enim quæ bonarum rerum eſt, laus eſt, & illuſtris. Hac igitur re excluſa eſt fama deterior, & quoniam hæc fama laudatrix poteſt nunc pro merito, nunc ultra meritum eſſe, frequenter enim aliter quàm res geſta eſt, opinio de aliquo emanauit.

Idcirco, inquit, fama meritorum, ea ſunt enim merita, quæ cum præſtamus mereri nos gloriam faciũt. Ergo Cicero qui uolebat tunc gloriam Cæſari dare cum reipublicæ pſuiſſet, idcirco iſta facta uel merita generaliter poſita diuiſit in ſpecies, & adiunxit, cũ in ſuos ciues, tum in rempublicam uel in omne genus hominũ, quę, ſcilicet, factorum rectè ſpecies ſubiectæ uſq; ad proprietatem gloriæ conuenire. Habet enim nunc certã & ueram proprietatẽ in partibus gloria. Nam omne quod præſtamus, aut quaſi debitum damus, aut quaſi non debitum, cum rectè faciamus, ſi ſola facta ſunt quæ quaſi debita ſunt, dicitur illuſtris fama factorum. Cum autem ultra quod debitũ eſt, facimus, præſtandi beneuolentia & benignitate tribuẽdi, hæc merita nuncupãtur. Concluſit igitur utrumq; genus præſtandi cum dixit, illuſtris & peruagata fama factorum & præmagnorum, cum in rempublicam, tum in omnes ciues fama meritorum. Ex his omnibus arbitror apertam eſſe eam diffinitionẽ, quæ ſubſtantialis eſſe debet, ſic eſſe dicendam, ut propoſito eius rei de qua quæritur genere, & adiunctis ſpeciebus cum differentia uſque ad eius proprium, diſcluſa omnino cõmunione ueniamus. Ac ſi uelimus iudiciũ ueri Philoſophis autoribus ſequi, nulla dicetur alia diffinitio. Etenim reliquæ intellectum potius rei tribuunt, non pleniſſimè quid ſit ea res adhibita oratione declarant, ueruntamen quoniam translata nomine etiam cæteræ orationes hoc idem imaginaria dictione retinentes, pari nomine nũcupantur, ut diffinitiones dicantur, ponendas arbitror reliquas ſpecies, quo facilius & quod cæteri dicant, noſſe poſſimus, & diffinitionis cognito multiplici modo facilè uti ſuprà dictũ eſt, diffiniendi ueritas reſeretur. M. Tullius in Topicis de tribus locis primis tractans à toto, à partib. à nota, cũ à toto argumentũ eſt, ut ſuprà docuimus, diffinitionem eſſe adhibẽdam dicit, illic enim ponitur genus, quo quid res ipſa ſit de qua quæritur explicẽt. At à partibus cũ argumẽtum eſt, etiã ipſa quidẽ dicit diffinitio, uerũ trãſlato nomine cũ è numeratis omnibus totus partibus, ſicq; totũ eſt, recognoſcitur, hac penè re nihil intereſt, utrum diffinitione quæ eſſe à toto cunctas partes totius ex diffinitione noſcamus, an collectis omnibus partibus quod totum eſt, ex partium enumeratione capiamus. Cicero talem diffinitionem partium enumeratione appellat, ſed eam diffinitioni tribuẽs, quoniam & enumeratio partium idipſum de quo quæritur quid ſit, oſtẽdit, & hoc idem agit ſuprà poſita diffinitio, cũ oratio quæ quid ſit oſtendit, dicitur diffinitio, unde nulli dubium eſt, quin etiam iſta diffinitio eſſe dicatur: poſuit igitur M. Tullius explicans quid ſit liber, uel in contrario quid ſit nõ liber, quoniam libertas cẽſu datur, datur uindicta, datur teſtamento, & hæ partes dandæ libertatis ſunt, ſi neque, inquit, cenſu, neq; uindicta, neq; teſtamento liber eſt, nõ eſt igitur liber, ſic poſitis partibus quibus liber efficitur, ſequitur negatio libertatis, ſi nulla harũ partium in danda libertate præceſſit. Nec uos moueat quod quid, nõ ſit liber in diffinitione eſt cõſtitutum, non quid ſit. Par enim ratio eſt & eadem diffinienti uis, & cum quid non ſit oſtenditur, & cum quid ſit adhibita diffinitione nudatur. Quanquiam M. Tullius aliter in eodem libro Topicorum ait eſſe duo genera diffinitionum. Primũ enim cum id quod eſt diffinitur. Secundum cum id quod ſui ſubſtantiam nõ habet, diffinitur, hoc eſt quod non eſt, & hoc partitionis genus in his quę ſuprà dixi, clauſit & extenuauit. Sed alia eſſe uoluit, quæ eſſe dicebat, alia quæ nõ eſſe. Eſſe enim dicit ea quorũ ſubiacet corpus, ut cũ diffinimus quid ſit aqua, quid ignis. Nõ aũtẽ eſſe illa intelligi uoluit, quibus nulla corporalis uidetur eſſe ſubſtantia, ut ſunt pietas, uirtus, libertas. Sed nos omnia iſta uel quæ ſunt cum corpore, uel quæ ſunt, ſcilicet, in corpore, ſi in eo accipiuntur, ut aut per ſe eſſe, aut in aliquo eſſe uideantur, in uno genere numeranda ducimus, ut iſta omnia eſſe intelligantur quibus omnibus ſua poteſt eſſe ſubſtantia. ſiue illę corporales, ſiue ut certiſſimum eſt, & recto nomine appellari poſſunt, qualitates. Verum præter hæc diffinitio eſt, cum aliquid quod non ſit, oſtenditur. Diffinitione enim opus eſt, ut poſſimus docere quid non ſit. Ergo ſi partitione enumeratis partibus, quid libertas ſit dicimus, quid

non

non sit libertas, eadem partitione mõstrabimus. Fiet igitur etiã à partibus diffinitio ut si dicam, si nec masculus est, nec fœmina, homo non est. Item si nec seruus est, nec liber, homo non est. Sanè hic admonendũ puto partes sæpe ab ipso de quo quæritur toto, accipi ad eius diffinitionem, sæpe non ab eodem ipso, sed ab eo quod ei accidit, ut accidẽtis enumeratio partium, possit diffinire quod totum est. Namcꝫ cum totum sit homo de quo quæritur quid sit, non eius partes sunt seruus ac liber, sed accidentia homini. Quorum enumeratio cum fuerit constituta, homo quid sit, ostenditur. Sanè etiam illud admonendum hic arbitror, cum à partibus fit diffinitio, posse cõtingere, ut modo totum ab omnibus partibus colligatur, ut suprà ostendimus, modo ita partes enumerentur in definitione, ut in singulis totũ sit, sicut illud in controuersijs est, auxilium ferre, est decernere, mittendo proficisci, uenire etiam si non pugnaueris, hostes ne dimicẽt, terrere. Sic M. Tullius multis in locis, & ipse pro Cornelio ubi quæritur, quid sit maiestatẽ minuere, tractat, quod malam legem tulit, quod legendo codicem intercessionem sustulit, quod seditionẽ fecit. In quibus omnibus diffinitur læsa maiestas. Sed ita singula sunt, ut in ipsis singulis totum, id est, læsa maiestas possit oſtẽdi, hoc etiã pro M. Cœlio tenet, ubi per enumerationem malorũ per quos fit dolus malus definitio ita fit, ut singulis speciebus dolus malus possit agnosci, hoc cum apertè positum intelligamus, tum illud quoꝫ manifestum est, notionem quandam in ista diffinitione, non rem plenissimam contineri, & longè illam præstare diffinitionem quã suprà posuimus, cum genere collocato ad declarationem rei quæ diffinitur substantiam eius indicans affertur oratio. Sanè adijciendum arbitror non esse quandam necessitatem in ista partium enumeratione, ubi est quodammodo diffinitio, si infinitæ partes fuerint, uel plurimæ species, quarum partitione facienda enumeratio est, non inquam arbitror in ista enumeratione uniuersa quæ infinita sunt, non debere concludere. Sufficit enim uel plurimorum effici enumerationem, cum in infinitis non sit aliquid prætermittere uitiosum, hoc Cicero in Topicis collocauit, posse nos ius ciuile enumeratione diffinire. Quod in legibus more æquitate cõsistit, non autem totum ius enumeratum est. Quippe cum sit, & in senatuscõsultis, & plebiscitis, sit in edictis, & principum iussis sit, fortasse adhuc & in alijs. Sed cum enumeratis ex infinitis aliquibus partibus notio data fuerit iuris, quid ius ciuile sit in similibus existimabimus. Ergo diuisione uel partitione, efficitur ista de qua loquimur diffinitio, sic enim etiam ipsa diffinitione eademcꝫ partitione, enumeratis uel omnibus, si paucæ sunt, uel multis, si infinitæ, aut speciebus, aut partibus, ad cognitionem rei de qua quæritur, notionemcꝫ deducimur. Sciamus autem definitionẽ à genere esse, cum species enumerãtur, partitionem cum partes. Quapropter animal diffiniamus, huic cum sint species numero infinitæ, ut homo, bos, equus, leo, pisces, item cætera, paucis enumeratis speciebus, possumus quid sit animal, declarare. At si illas species tetigero, quæ differentiæ magis sunt, quę ipsæ tres esse possunt, humidum, terrenum, cœleste, enumeratione harum rerum omnium animal diffinitũ sit, hoc idem & in partium enumeratione seruabis, ut si dicamus, mundus est, mare, terra, cœlum, enumeratione partium, sed nõ tamen omnium, quid mundus sit, explicatum est. Acsi hoc idem per partes alias infinitæ uoluerimus adhibita enumeratione quid mũdus sit definire quoniam ut M. Tullius ait, enumeratio partium sæpe est infinitior. Præceptum nobis illud est, ne aliquod uitium in enumeratione credamus, cũ aliquid prẽterimus, ea duntaxat in re, ubi partes sunt infinitæ. Ergo poterimus dicere: Mundus est sol, luna, astra, aër, & cuncta quæ in eo sunt, id est, terra, & cætera, quæ etsi non enumeratis partibus enunciata proferimus, ex dictis partium similitudine comprehensa omnibus quid sit mundus ostendimus. Hoc igitur modo, diffinitio etiam partium enumeratione tractabitur, partes pro speciebus poni rationalis licentia est, ut totũ pro genere, nunquam tamen genus pro toto, aut pro parte species nominatur. Omne cuiusque genus suas ad species, est quasi totum, unde totum pro genere iure dicimus.

cimus. Eodemcꝫ modo, partes pro specie nominabimus. Nam si ad id genus & uocabulum quod dicitur totum iure sociatur, par ratio est pro speciebus partes quasi sub toti appellatione enumerare. Illud tamen probè admonitum uolo, cum duo genera rerum sint, corporalia & incorporalia, in utroꝫ & genus & totum accipi. Ac parimodo partes & species nominari, sed separata rationis proprię sectione, ut cum genus qualitatis modo fuerit nominatum, ei species suppositas intelligere debeamus. Cum uero totum non quo qualitas eius animaduertatur, quæ significatur semper in genere, sed quasi quoddam substantiale corpus, ut id sectum in partes suas atque distributum, quasi cuiusdam quantitatis receperit sectionem. Siue illud corpus sit, siue (ut diximus) incorporale, animaduersione utriusꝫ cognationis, quæ aut in qualitate, aut in quantitate est. Si qualitate rem appellatam uelimus, genus esse dicamus, & huic species esse suppositas. Si quãtitatem quandamm in eo quod totum est comprehendimus, merito ac iure partes in sectione esse dicimus. Cõceſſo illo ad usum & licenter accepto, ut species partium nomine nuncupemus. Genusꝫ ipsum quod circa qualitatem diximus totius appellatione sine uitio proferamus, nunquã tamen quod qualitatis est, ubi totum dicendum est, genus proferamus, nec sub toto aliquãdo species, sed semper partes nominabimus. Tertia diffinitio est quæ à nota dicitur, cum uis uerbi uel nominis, quæ in compositione sita est, rem suam facta quadam separatione designat. Fides est, inquit, M. Tullius, cum fit quod dicitur, hicitaꝫ prospici licet, ueluti simplex nomen sit fictum atque compositum, ut in res suas obscura licet compositione resonet, penè enim ex ijsdem syllabis rem suam dicentibus uerbum cõpositum ad id quod significat ex discretione cognoscimus, sed sæpe uerbum simplex & purum, nulla compositione connexum in diffinitione à nota ducetur, ubi est uis eius quam Græci appellant ἐτυμολογίαν. At Cicero ueriloquium, sed nõ potest ex discretione, quæ nulla est compositionis ostendi. sed adhibita declaratione, ac denominatione quodãmodo quid sit id de quo quæritur, explicari, ut à bonitate bonus, & à malitia malus, & à sapientia sapiens. Etenim cum in alio nomine res cognita est, facilè hoc quod ab eo est deriuatum, & quodammodo denominatum, ad cognitionem deducit, ut quid sit ostendat, ut in Pisonem Cicero, consulem à consulendo ait dictum, maximeꝫ inquit, quod uis eius nominis ipsa præscribit reipublicæ cõsulendo, & hoc diffinitionis genus esse dicendũ est. Quanquam M. Tullius in Topicis argumenti locũ fecerit quem nominauit coniugatum, qui est finitimus loco qui à nota est, nos tamen non aliter neꝫ contra, sed cum pari præceptione diffinitionẽ iure dicemus, seruãtes præceptũ uti cum compositum nomen diuisione in res suas quas sonat accepta, id quod significat intelligamus, fit diffinitio à nota. Cum autẽ simplex uerbum unde sit denominatum accipere cœpimus, argumentũ à coniugato accepimus, ut M. Tullius posuit, diffinitionem tamen esse dicamus, quia quid sit ostendit, quod propriũ est diffinitionis. Hæ sunt tres nunc à me positæ principales diffinitiones substãtiales, quæ à toto est, à partium enumeratione, & nota, ita ut illa quæ prior est, sola uerè diffinitio nũcupetur. Istæ autẽ duæ nominis honore, & honestate, quia id de quo quæritur, quid sit, ostendit, non uerè sed tamen diffinitiones esse dicentur. Nunc ad illã quæ à toto est diffinitionem reuertamur, quia ipsa in se recipere formas potest plurimas. Sed ex his eas quas colligere potuimus, partiemur. (Sunt enim & aliæ fortasse) deinde rationes ac differentias & exempla dicemus. Est igitur prima quæ græcè οὐσιώδης, latinè substantialis appellari potest. Secunda est ἐννοηματικὴ, quæ solã notionẽ subijcit. Tertia ποιότης, quæ à qualitate nomen accipit. Quarta χαρακτηριστικὴ, quę à M. Tullio descriptio nominatur. Quinta κατὰ ἀντίλεξιν latinè ad uerbum possumus dicere. Sexta κατὰ διαφοράν, Latini de eodem & de altero nominant, quæ differentia dici potest. Septima est κατὰ μεταφοράν, id est, per translationem. Octaua est κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου, id est, per priuantiam contrarij eius. Nona κατὰ ὑποτύπωσιν, id est, per quandam imaginationem.

Decima

Decima eſt ὡς τύπος, latinè ueluti. Vndecima eſt κατὰ ἐνδείαν ἢ πλήρωσιν ἐκφώνησις id eſt, per indigentiam pleni ex eodem genere. Duodecima eſt κατὰ ἔπαινον, id eſt, per laudem. Tertiadecima eſt κατὰ ἀναλογίαν, id, iuxta rationẽ quæ proportio dicitur. Quarta decima eſt κατὰ τὸ πρός τι, hoc eſt, per id quod ad aliquid eſt. Quintadecima eſt αἰτιωδῶς cauſam tribuens. De prima diffinitione plenus in ſuperioribus ſermo confectus eſt, cum ſubſtantialis quæ ſit diffinitio, quibuſq; partibus complea/tur oſtendimus. Secunda dicitur ἐννοηματικὴ quam notionem non proprio nomine, ſed cõmuni poſſumus dicere. In omnibus enim reliquis diffinitionibus notio rei profertur, non ſubſtantialis explicatio declaratur, uerum hæc quæ ſecunda eſt, hoc modo ſemper efficitur, cum propoſito eo quòd diffiniendum eſt, neq; dicto eius genere, uerbis in rei ſenſum ducentibus, audientem quid illud ſit de quo quæritur explicatur. Eſtq; huic penè familiare res propoſitas per ſuperiecta nomina diffinire, ut ſi dicam, homo eſt, quod rationali conceptione & exercitio præeſt animalibus cunctis, hic non quidem ipſum quod ſit dixi, ſed dicendo quid agat, quaſi quodã ſigno in notitiam deuocaui. Alia ſunt apud M. Tullium in Rhetoricis multa, ut honeſtum cauſę genus eſt, cui ſtatim ſine oratione noſtra fauet auditoris animus, & item admirabile, à quo alienatus eſt animus eorum qui audituri ſunt. Sic reliquas cum in ſecundo libro adhibet diffinitiones in uirtutibus declarandis. Primũ cum dicit quid ſit ipſa uirtus, ponitq; eius diffinitionem habitus naturæ modo, atq; rationi conſentaneus, hic quoniam genus poſuit ut habitum diceret, ſubſtantialia diffinitio eſt. At cum dicit, memoria eſt per quam animus repetit illa quæ fuerant: Et item intelligentia eſt per quam illa reſpicit quæ ſunt, ac pari modo, prouidentia eſt, per quam futurum aliquid uidetur, ſatis clarum eſt non ſubſtantialem iſtam diffinitionem, ſed quemadmodũ diximus, ea quæ ἐννοηματικὴ græcè dicitur, cum rei notio non ſubſtantiali ratione percepta, ſed actures cognita proferatur. Tertia diffinitionis ſpecies eſt, quę παύσης dicitur, hæc dicẽdo quod quale ſit, oſtendit, & ut ſuprà noſtrũ proponemus exemplum, ut facilè appareat de eodem uno plures diffinitiones cõficiposſe, hominem primum ſubſtantialiter diffinimus. Deinde ſecundæ diffinitionis modo, notionem eius expreſſimus. Nunc per tertiam diffinitionem, quid homo ſit explicabimus. Homo eſt ubi pietas, ubi iuſtitia, ubi æquitas, ubi continentia, ubi rurſus malitia, uerſutia, cæteraq; uitia uerſantur, qui ingenio ualet, artibus pollet, & cognitionem rerũ aut quod agere debeat, diligit, aut animaduerſione quod inutile ſit, contemnit, repudiat, reiicit. His qualitatibus expreſſus eſt homo, non enim ullum aliud animal his motibus mentis, qualitatẽ deſignantibus exigit uitam, ſed ſolum hoc animal, quod eſt homo, qualitatibus in mente poſitis & cõſtitutis, quaſi quidam uel naturalis artifex, uel uitę gubernator impletur. Hæc quidem tertia & ſecunda illa poſſunt uideri quibuſdam eſſe communes, nam ſæpe ſufficit in qualibet harum ad diffinitionem eius rei de qua quæritur, ſolum eius proprium nominari, ut ſi dicã homo eſt quod ridet, hoc enim proprium hominis neque ullius animalis eſt, quo dicto tacitisq́ue aliis omnibus, quibus homo poſſit oſtendi, ſolo tamen ſui proprio declaratus eſt. Et hoc Cicero de proprietate dixit genus eſſe diffinitionis quod notioni applicari poteſt, ut quibuſdam uidetur, poteſt etiam huic diffinitioni quę qualitatis ſortita eſt nomen. Vnde quidam has duas inter ſe nullo fine diſcretas, unam eſſe potius cenſent, cum ſatis appareat illam nullis poſitis qualitatibus notionem, ut ſuprà docuimus, poſſe compleri, hanc poſitis qualitatibus quę res ſit, tacito etiam eius proprio poſſe, oſtendere. Quartam nos diffinitionem ὑπογραφικὴν diximus nõ numerum quaſi proprium collocantes, ſed inſtituto ordine ad faciliorẽ cognitionẽ uocabulum exhibitę nunc rationi ſociantes, non enim quarta quæ eſt ὑπογραφὴ quæ à nobis deſcriptio dicta eſt, quarta dicenda eſt. Sed quia ordo propoſitionis exegerat, ideo nomen numeri collocauimus hoc loco. Namque qui quartus eſt, Cicero de eodem & altero diffinitionem poſuit, & ſic ὑπογραφικὴν quintam conſtituit, ſed nos omiſſa numeroſitate quid

quid ὑπογραφικὴ ſit, quæ à M. Tullio deſcriptio nominatur, propoſita ratione docebimus, & per exemplum, quæ oratio non quid ſit, potius dicit, ſed adhibita circuitione dictorum, factorumq; id quæq; res ſit, deſcriptione declarat. Deſcriptiua iſta dicitur eſſe diffinitio, ut cũ quæritur, quid auarus ſit? quid crudelis? quid luxurioſus? & uniuerſa auari, luxurioſi, crudelis natura deſcribitur. Quæ diffinitionis ſpecies dicitur exhortationis genere deſcriptio, ut luxurioſus eſt uictus non neceſſarij, ſed ſumptuoſi & oneroſi appetens, in delitias affluens, in libidinem pronus. Hæc & alia diffiniunt luxurioſum, & deſcriptione diffiniunt, hæc diffinitio apta ſemper eſt Oratori. Huic enim laus dicendi per circuitum tribuitur propter honeſtatem, non ille aptior, & determinatus ſermo qui ueluti familiaris eſt diffinitioni, quàm ſupra ſubſtãtialem eſſe præcepimus. Idcirco multis in locis M. Tullius cum diffiniendum aliquid dicit, non ſubſtantialiter præcepit eſſe diffiniendum, ſed potius deſcribendũ, & hoc nomine utitur, ut cum quæritur, inquit, quid ſit fur, & quid ſit ſacrilegus, ſua deſcriptione monſtrãdum eſt. Quinta ſpecies diffinitionis eſt quam κατ' ἀντιλέξιν diximus, latinè ad uerbum poſſumus dicere. Hæc uocem illam de cuius re quæritur, alio ſermone deſignat uno ac ſingulari, & quodammodo quid illud ſit uno uerbo poſitum uno uerbo alio declarat, ut conticeſcere, tacere eſt, item latus haurit apertũ, id eſt per cutit, item cum terminum dicimus finem, aut populatas interpretamur eſſe uaſtatas, & omnino cum unius uerbi rem uerbo manifeſtiore alio declaramus, hęc erit quinta de qua loquimur, diffinitio. M. Tullius hac uſus eſt in Topicis, cum locum argumenti diffiniens dixit eſſe ſedem, ita locum nomine uno, cuius rem quærebat alia appellatione ad uerbum poſita per diffinitionem quid eſſet, oſtendit, ſedem dicendo, hanc græci κατ' ἀντιλέξιν appellant, ut ἀνὴρ ἐστὶ ῥητορικὸς. Sexta κατὰ διαφοράν, ſpecies diffinitionis eſt, hanc nos per differentiam dicimus. Scriptores uero artium de eodem & altero nominant, ut cum quæritur, quid inter regem ſit, & tyrannum, adiecta differentia, quid uterq; ſit, diffinitur, & omnis quidẽ diffinitio ſicuti docuimus ſupra, non niſi appoſitis differentijs cõprehenſoq; ſuo proprio, quid ſit de quo quæritur exprimit, non tamen hoc idem uidebitur eſſe modus iſte de quo nũc loquimur, ſiquidem ſola differentia cũ poſita fuerit inter duos, de quibus quæriẽ quid ſit, utrũq; cognoſcitur, etenim in ſuperioribus ſola quæq; diffiniuntur hic duo quaſi cognita, ſed quadam inter ſe communione confuſa, adiecta differentia ſecernuntur, per quã quid ſit utrũq; cognoſcitur, ut rex eſt modeſtus & temperatus. Tyrannus uero crudelis. Ex hoc illud eſt Terentij, pudore ac liberalitate liberos retinere ſatius eſſe puto quã metu, hoc pater ac dominus intereſt. Itẽ M. Tullius pro Sexto Roſcio. Atq; inter hanc uitam perpolitam humanitate & illam immanem, nihil intereſt quam ius atq; uis, Septima eſt κατὰ μεταφοράν, ideſt per translationẽ, ut Cicero in Topicis, littus eſt quod fluctus eluit. Item adoleſcẽtia eſt flos ætatis, ſenectus occaſus ætatis, hęc uariè tractari poteſt, Modo enim ut moneat, modo ut deſignet, modo ut uituperet, aut laudet, ut moneat, nobilitas eſt uirtus maiorũ apud poſteros ſarcina, ut deſignet, caput eſt arx corporis, ut uituperet, diuitiæ ſunt breuis uitæ longum uiaticũ, ut laudet, adoleſcentia eſt flos ætatis. His itaq; & alijs modis proferri poteſt iſta diffinitio, in quo genere tamen illud cauẽdum eſt, ne aut longe ſit petita translatio, aut turpis, longe perita translatio eſt, ut turba reipublicæ, chaos eſt legum. Quod Tullius pro Sexto Roſcio temperauit, quaſi ſempiterna nox eſſet, inquit, in quo etiam ſi ſit quaſi ut per ſimilitudinem ſit, diffinitio accipi poteſt, temperamentum accipiens ex parti cula ſimilitudinis. Turpis translatio fit duobus modis, cum honeſta turpibus diffinimus, aut turpia honeſtis, ut ſiquis patrationem diffiniens, lachrimas dicat, ueneris fatigatæ quem ſudorem melius nominaret. Aut contra aliquis dicat lachrimæ ſunt doloris patratio, huic uitio nec ſuperior particula temperamentum tribuit. Ergo magnopere iſtud uitare debemus. Octaua ſpecies diffinitionis κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου, ideſt per priuantiam contrarij eius quod diffinitur, ut bonum eſt, quod malum

non est,hoc genere diffinitionis uti debemus cum contrarium notum est. Nam hæc duo cum ita intelligentur ut alterum sine altero esse nō possit,alterius cognitio quo modo fiet, nisi fuerit utrunq; comprehēsum? Cum igitur alterum quæritur quid sit, utiq; hac diffinitione comprehendi non potest, cum utrunq; nescitur, quod se ita naturaliter ligat, ut necessariam cognitionem sibi unius comprehensione connectat. Periclitatur ergo talis diffinitio, unde an contrarium eius notum sit, scire debemus, ut hoc sublato fiat eius cognitio quod diffinitur. Quare melius sæpe fit si quærentes aliquid quod diffiniendum sit, contrarium eius diffiniamus, quo sublato illud quod quæritur declarabimus, ut si bonum est quod prodest cum honestate, id quod tale nō est, malum est. Cicero in Rhetoricis necessariè demonstrantur, ea quæ aliter ac debentur nec fieri, nec probari possunt. Ponamus enim necessarium & non necessarium contraria, ut omnia contraria hic nos ponere intelligas, quorum sublatione, id quod quæritur, diffiniatur. Ergo quod non est necessarium ita diffiniri potest, quòd aliter ac dicitur & fieri & probari potest, hoc cum tollo necessarij diffinitionem cōstituo. Ergo recte fieri potest huiusmodi diffinitio, sed hoc modo quemadmodū docui. Et hoc est quod M. Tullius in partitionibus præcepit, sepe ex contrarijs esse diffiniendum. Sub hanc diffinitionem cadunt etiam notiones, cum accidentia tolluntur, & alia omnia quæ diuersa sunt, & cum contrarium accidentis uel consequentis accidentis tollitur, ut si quis esse substantiam dicat, quod neq; qualitas, neque quantitas, neq; reliqua accidentia sit, cum alia quæ diuersa sunt, tolluntur, talis est diffinitio, ut si quis hominem diffiniēs tollat omnia animalia, uel generaliter, uel specialiter. Quo genere diffinitionis Deus diffiniri potest. Etenim cū quid sit Deus nullo modo scire possimus, sublatione omnium existentium quę græci οὐσία appellāt cognitionē Dei, nobis circumscripta, & ablata notarum rerum cognitione supponit. Deus est, neq; corpus, neq; ullum elementum, neq; anima, neq; mens, neq; sensus, neq; intellectus, neq; aliquid quod ex his capi potest. His talibus sublatis quid sit Deus poterit diffiniri, magis si addas quod etiam diffiniri non potest, id Deum esse. Contrarium accidentis uel consequentis cum tollitur talis est diffinitio. Vigilare est uti sensibus, dormire est non uti sensibus, naturaliter possunt uideri huiusmodi diffinitiones conuenire illi diffinitioni quam suprà ἐννοιματικὴν diximus. Verum illa ex accidentibus eius rei quam diffiniuimus constat, uel consequentibus, hæc ex contrarijs, itaq; ex illa quæ ἐννοιματικὴ est ex accidentibus fit, ut docet M. Tullius Pisonem non fuisse consulem ita. An uero reliquo tempore consulem te quisquam duxit? quisquam tibi uenit in curiam assurrexit, quisquam consulenti respondendum putauit? Atque huius loci superior oratio, et consequens in hac diffinitione consistit. Qua uarijs modis explicat eum non fuisse consulem, docēs etiam per ea quæ repugnant consulì à dictis, factis, cogitatis, à consequentibus sic diffinit Consulem, animo esse oportet consilio, fide, grauitate, uigilantia, cura, toto denique munere consulatus, hucusque à consequentibus. Omnia enim consequentia sunt ex hoc quod dixi munere consulatus, unde ἐννοιματικὴ, hæc erit diffinitio, hoc apertius ut fiat, dabo aliud exemplum. M. Tullius in eadem. Quid est aliud furere quàm non cognoscere homines? non cognoscere leges? nō senatū? nō ciuitatē? cruētare corpus suū? Ergo cōsequentia accidētia colligere diffinitionis est ἐννοιματικὴς, eius uero q̄d diffinies contrarium tollere, hęc est illa q̄ octauā suprà diximus diffinitio. Nona species diffinitionis est κατὰ σύνθεσιν, ideſt per quandā imaginationē, ut Aeneas est filius Veneris et Anchisę, hęc semp in indiuiduis uersat, quę græci ἄτομα uocāt. Desiderat autē ista diffinitio circa nomina quę omonyma sūt, indiuidua duntaxat, ut Aiax et Oileus, et Thelamonius. Itē subuenit in eo genere dictionis, ubi aliquē pudor, aut metus est nominare, me uidelicet, inquit, M. Tullius sicarij illi describebant, de domo sua sic. At pro fundamento, descripsisti ne eius necessarium nostrum competitorem istum ipsum, eius nunc studio, & gratia, tota accusatio ista munita est, in metu fuerat nominare. Ideo ergo

ergo descriptus est. Item pro Cornelio, maiestatis ipsa sunt, legite ut legebatis, hinc intelligetis nulla tenuissima suspitione describi aut significari Cornelium, hæc tantum de proprijs nominibus, alia illa sit quā ὑπογραφικὴν diximus superior diffinitio. Ergo à genere, patria, corpore, factis, dictis, siue casibus, atque ab animo unum illum quem nolumus, diffinitionis genere declaramus. Decima species est ὡς τύπῳ hanc ueluti diximus, ut si quæratur, quid sit animal? respondeatur, ut homo, sic Aristoteles dicit οὐσία ἐστὶ νοὸς ἄνθρωπῳ rem enim quæsitam subiunctum declarat exemplum, & hoc est proprium diffinitionis, quid sit illud quod quæritur, declarare. Vndecima species diffinitionis est κατ' ἔνδειαν τοῦ πλήους ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, id est, per indigentiam pleni ex eodem genere, ut si quæratur quid sit quadrans, respondeat cuí dodrans deest, ut sit assis. Duodecima species diffinitionis est κατ' ἐναντίωσιν, ideſt, per laudem, ut M. Tullius pro Cluentio, lex est mens, & animus, & consilium, & scientia ciuitatis, & nos quidem ut diffinitionem ostēderemus, ita posuimus exemplum. Nam hoc idem M. Tullius dicens non adhibita oratione diffinitionis, simpliciter collocauit, mens inquit & animus ciuitatis & consiliū & scientia posita est in legibus, & ut nos suprà docuimus, diffinitionem nihil aliud uoluit quàm orationem esse. Ergo diuerso modo M. Tullius protulit quod à nobis conuersim oratione sua, forma diffinitionis accepit, & hoc longe ab illo modo distat, qui fit per metaphoram, non enim trāslatio est, cum lex, mens dicitur ciuitatis, nec tamen genus est, ut substantialis habeat ὑπυσθὰς, consequens enim est, ut & per uituperationem, sed sine translatione ponatur, sic uideri potest à M. Tullio diffinitum. Seruitus est postremū malorum nō modo bello, sed morte etiam repellendum. Quamquam enim ita sit exorsus, pax est trāquilla libertas. Sed inter pacem & seruitutem plurimum interest, ut per differentiam diffinitio esse uideatur, tamen quia non articulum illum breuiter quo distaret, ostendit, sed unamquamq; rem suo genere diffiniuit, collatione magis quo distarent ostēdit, non genere diffinitionis per differentiam. Erit igitur prior pacis diffinitio ἐννοιματικὴ à consequentibus eius rei quam diffiniebat. Pax est tranquilla libertas, hæc secunda magis per uituperationem, non enim aut consequens eius est, aut aliquid horum quæ ἐννοιματικὴ diffinitioni dedimus, sed sola uituperatio est quæ seruitutē malorum omniū dicit esse postremum. Nec accipitur rursus malum quasi genus ad seruitutem, nam malum qualitas est, seruitus ad aliquid, unde cum diuersæ sint res, malum genus esse non potest ad seruitutem. Iure igitur per uituperationem facta, dicitur seruitutis suprapositа diffinitio. Tertiadecima species diffinitionis est κατὰ ἀναλογίαν, ideſt iusta rationem, quæ proportio dicitur. Cū aliquid quod disputari licet, cum altero id esse dicitur, quod illud est alterum propter rationem similitudinis, sed hoc contingit cum maioris rei nomine diffinitur inferior, & quod hoc additur quid sit inferior, græci sic diffiniunt ἄνθρωπῳ ἐστὶ μικροκόσμῳ, id est homo est minor mundus. Cicero hoc usus est sic, quí plurímum tribuunt edicto, præter edictum, legē animam dicunt esse. Quartadecima species est diffinitionis κατὰ πρόσωπα, ideſt ad aliquid, ut pater est, cui est filius. Cicero in Rhetoricis. Sic genus est quod plures partes amplectitur. Item pars est quæ subest generi. Quintadecima species est αἰτιολογὶας, latini secundum rei rationem uocant, ut dies est, sol super terras. Nox sol sub terris, ut enim aut dies, aut nox sit, causa est, aut suprà terras sol, aut sub terris. Sunt & aliæ forte species diffinitionis, uerum si quis inuenerit, adiiciat ad numerum, modo illud diligenter attendat, ne forte harum alicui specierum illud quod inuenerit possit adiūgi. Nec nos rursus frustra aliquis existimet tot species separasse, quod possunt sibi aliquæ conuenire. Consideratione enim plenius commodata, omnes inter se magno cernet discrimine separatas, teneat modo quod suprà sæpe præcepi, solam uero illam appellari diffinitionem, quæ à genere exordium sumens ad proprium rei, quæ diffinitur separando per differentias, quæ communia poterant esse descendit. Nunc iam de uitijs diffinitionis, ut promissum est, explicemus. Diffinitio substantialis quàm

primam docuímus,quam ſolam diximus diffinitionem, duo uitia recipit principa/lia. Si ea oratio quæ diffinit,aut amplius cõplexa fuerit,aut minus quàm res plena ſit declarauit. Oportet enim ut oratio diffinitiua ita componatur ad nomen,cuius rem definit,ut parem potentiam exprimendæ,atque ipſum uocabulum præſtet, conuerſimque nomen & diffinitio ſeinuicem collata declarent. Vt ſi queras quid homo eſt, rectè reſpondeatur animal terrenum,rationale,mortale,bipes, riſus capax, hoc turſus ſi conuertas,homo ſit optima declaratio. Quærenti enim quid eſt animal terrenum,rationale,mortale,bipes,riſus capax,fiat recta reſponſio,homo eſt. At ſi ita diffinias,homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis,eſt quidem declaratio hominis. Nam hæc omnia homo eſt,uerum ſi conuertas,non ualebit. Non enim ſubſtantia animata ſenſibilis,homo tantum eſt,peccat igitur diffinitio per abundantiam, quia amplius continet quàm quærebatur. Et omnino peccat diffinitio quæ genus ponit, quod ultra ſe eſt,dicimus enim quod ſuprà eſt genus,magis declarat. Item peccat minus continens quam neceſſe eſt,ut cupiditas eſt aliena appetendi deſiderium, quod ſimiliter conuertim non manet, quia minus comprehenſiuum diffinitione quàm res nominis poſtulabat. Late enim cupiditas patet,nec ſola auaritia eſt,ergo uitioſa eſt diffinitio minus complexa quàm quærebatur. Ac ſi diceret, cupiditas eſt auaritia, quæ ſi exemplum daret & auditorem tranſmitteret in totum,quod cupiditas eſt ſimilitudinis propoſitione, ut auaritiæ,eſſetq; illa diffiniendi ſpecies, quam decimam collocauimus ἀστύπτωτον. Nunc non ad totum tranſmiſit exemplum,ſed quaſi totum continens multa à toto prætereundo peccauit,unde non poterat fieri ad nomen ex diffinitione conuerſio. Hæc duo uitia ſi uitẽtur,integra diffinitio eſt, neq; hæc ſola quæ ſubſtantialis eſt,ſed etiam reliquæ ſpecies. Nunc hæc de uitijs. Cicero cum in Rhetoricis tria eſſe uitia docuit,mala,inquit,diffinitio fit, cũ aut cõmunia deſcribit hoc modo:ſeditioſus eſt is qui malus eſt,atque inutilis ciuis. Nam hoc non magis ſeditioſi, quàm ambitioſi,quàm calũniatoris,quàm alicuius hominis improbi uim deſcribit, hãc diffinitionem diximus abundantia eſſe uitioſam. Aliud uitium adiũgit,ita ut falſum quiddam dicat hoc pacto,ſapientia eſt pecuniæ quærendæ intelligentia,hoc uitium Cicero adiecit,præter illa duo quæ dixi. Tertium enim ipſe poſuit quod à nobis ſecundum eſt conſtitutum. Ita enim ait ut aliquid non graue nec magnum continẽs ſit. Stultitia eſt immenſæ cupiditas gloriæ,hoc ideo peccat,quia minus comprehendit,quod ſic exprimit M. Tullius. Eſt hæc quidem ſtultitia,ſed ex parte quadam,non ex omni genere diffinita. Præter hæc idem M. Tullius in ſecundo Rhetoricorum adiecit duo uitia,ſi aut turpis ſit,aut inutilis diffinitio,id autem (ut ipſe ait) exhoneſtatis & utilitatis partibus approbatur. Ac de turpi diffinitione nos in ſuperioribus diximus,cum diffinitionem per translationem tractaremus,ſed illud uitium in uerbo eſt. fieri autem poteſt,ut omnis oratio inhoneſta iſta contineat uel inutilia cõprehendat. In Philippicis M. Tullius in oratione prima docebat ab Antonio Cęſaris acta ſubuerti,& id denegabat Antonius. Attulit uterque diffinitionẽ,ut oſtenderet quid ſit actum eius qui togatus cum poteſtate in ciuitate uerſetur. Docui in ſuperioribus aſſerendæ diffinitionis partes eſſe quatuor. Primam eſſe diffinitionem. Secundam approbationem diffinitionis. Tertiam deductionem diffinitionis ad ſpeciem. Quartam deſtructionem diffinitionis aduerſæ partis. Cicero actum eius qui ſit in republica cum poteſtate degentis diffinit. Leges eſſe, Antonius chirographa. Ergo ſua oratione Cicero & diffinit,& approbat,& deducit ad ſpeciem,& deſtruit diffinitionem aduerſę partis. Diffinitio Ciceronis eſt hęc,& quid eſt quod tam propriè dici poſſit actum eius qui togatus in rempublicam, cum poteſtate & imperio uerſatus ſit, quã lex? deinde ſubiungitur eius diffinitionis approbatio hoc modo. Quęre acta Gracchi, leges Sempronię proferẽtur. Quære Syllæ, Corneliæ, quid Cn. Pompeij tertius conſulatus in quibus actis conſiſtit? nempe in legibus,hæc approbatio eſt. Deinde adiũgitur deductio diffinitionis ad ſpeciem, à Cæſare ipſo ſi quæres quod nam egiſſet in

ſet in urbe & in toga, leges multas reſpondet ſe,& præclaras tuliſſe. Sequitur reprehenſio diffinitionis aduerſę partis, eaq; fit bipartito, aut enim ex illis omnibus uitijs aliquid in ea reprehenſione cõcluditur, aut conceſſo eo quòd aduerſarij dicunt per comparationem magis hoc eſſe quod nós dicimus approbamus. Hic utrumque M. Tullius facit. Nam & de uitijs illa ponit ut falſam diffinitionem doceat, & turpem,& inutilem. Ac deinde concedens magis ſuam cõfirmet diffinitionem, dicatq; potiorem. Falſam diffinitionem ſic Cicero probat excutiẽdo quod conſequẽs ſit, his enim probatur falſa diffinitio ſi ſuũ proprium non habeat, ſi magis contrariũ habeat, ſi conſequens ſuum non teneat, ſi aliter dicta ſit, atq; in uulgi eſt opinione. Hic ergo quoniam quęritur quid ſit actum togati ciuis in rempublicã cum poteſtate degentis. Dictumq; eſt nihil aliud eſſe quàm leges. Aduertendũ quod Antonius dixerat Chirographa eſſe, conſequentia diligenter aduertẽs falſam docet diffinitionem ſic, is qui eſt in poteſtate, eſt in republica cum egerit aliquid, actum mutare nõ poteſt, hoc cõpetit legi, ut cum lata ſit nunq; à latore mutẽ. At uero Chirographa, quia domeſticus actus eſt, hanc conſequentiã habent, & ut mutentur, & ſæpenũ proferantur. Ergo M. Tullius ita reprehendit Chirographa actũ non eſſe, quia conſequenter non habent actus, dicens: Chirographa uero aut mutaret, aut nõ daret, aut ſi dediſſet, non iſtas res in actis ſuis diceret, ſed quia per conceſſionem reprehenſi, ſed ea ipſa concedo, ac quibuſdam etiam in rebus conniueo, in maximis uero rebus, id eſt in legibus, acta Cæſaris diſſoluí ferendum non puto. Adiungit poſt hęc reprehenſionem ſimiliter duplicem, unam ex uitijs ut & turpẽ diffinitionem dicat, & inutilem. Deinde concedat concluſurus ex comparatione, ſuam potiorem dicens eſſe turpem & inutilẽ in huiuſmodi dicto quod eſt, niſi ſorte, ſiquid memoriæ cauſa retulit in libellum, id numerabitur in actis. Et quamuis iniquum & inutile ſit, defenditur, æquitas uirtus eſt. Virtus autem ipſa honeſtum, ergo iniquitas turpis eſt. Quia turpitudo cõtraria eſt honeſtati. Sic igitur turpem & inutilem ipſis uerbis reprehendit diffinitionẽ. Deinde adiecit poſtremum illud per conceſſionem hoc modo, quod ad populum centuriatis comitijs tulit, id in actis Cæſaris non habebitur, hæc acuto quoque ſatis eſſe duxi.

TOPICORVM ARISTOTELIS LIBRI OCTO CVM DVOBVS ELENCHORVM ANITIO MANLIO SEVERINO Boëthio interprete.

Primi Topicorum libri Aristotelis, quid intendit, & quæ ratiocinandi species. Cap. I.

Propositum quidem negocij est Methodũ inuenire, per quam poterimus syllogizare de omni proposito problemate ex probabilibus, & ipsi disputationem sustinentes, nihil dicemus repugnãs. Primum igitur dicendum quid est syllogismus, & quæ eius differentiæ, quomodo sumatur dialecticus syllogismus, hũc enim quærimus secundum propositum negocium. Est itaq; syllogismus, oratio in qua positis quibusdam aliquid aliud à positis ex necessitate accidit per ea, quæ posita sunt. Demonstratio uero est quando ex ueris, & primis syllogismus erit, aut ex talibus quæ per aliqua prima, & uera eius, quæ circa ipsa est cognitionis principium sumpserunt. Dialecticus autem syllogismus est, qui ex probabilibus est collectus. Sunt autem uera & prima, quæ non per alia, sed per se ipsa fidem habent. Nõ enim oportet in disciplinaribus principijs inquirere, propter quod, sed secundum unumquodq; principiorum ipsam per se esse fidem. Probabilia autem sunt quæ uidentur omnibus, aut plurimis, aut sapientibus, & his uel omnibus, uel plurimis, uel maximè familiaribus, & probatis. Litigiosus autem est syllogismus, ex ijs quæ uidentur probabilia, non sunt autem. Et qui ex probabilibus qui dem, aut ex ijs quę uidentur probabilia, est apparens. Non enim omne quod uidetur probabile, etiam est probabile, nihil enim eorum quæ dicuntur probabilia, in superficie, habet omnino phantasiam, uelut circa litigiosarum disputationũ principia, accidit se habere, statim enim, sæpius etiam eis qui parua uidere possunt, manifesta est in his, falsitatis natura. Ergo prior quidem eorum (qui dicti sunt litigiosi syllogismi) etiam syllogismus dicatur, reliquus uero litigiosus quidem syllogismus, syllogismus autem non, eo quòd uidetur quidem ratiocinari, ratiocinatur autẽ minimè. Amplius autem præter omnes (qui dicti sunt) syllogismos, ex ijs quæ sunt circa aliquas disciplinas peculiaria, fiunt paralogismi, quemadmodum in Geometria, & huic cognatis, accidit se habere. Videtur autem hic modus differre à dictis syllogismis, nam neq; ex ueris, & primis colligit pseudographus, neq; ex probabilibus, nam sub definitione non cadit, neq; enim quæ omnibus uidentur sumit, neq; quæ pluribus, neque sapientibus, & his, neq; omnibus, neq; plurimis, neq; probatissimis, sed ex peculiaribus quidem disciplinæ sumptis, non ueris autẽ, syllogismum facit, nam eo quòd aut semicirculos describit, non ut oportet, aut lineas aliquas ducit, non ut ducẽdæ sunt, paralogismum facit. Species igitur syllogismorum, ut figuraliter sit complecti, dictæ sint. Summatim autem dicendo de omnibus prædictis, & de his quæ postea sunt dicenda, in tantum nobis determinatum sit, eo quòd de nullo eorum exactam rationem assignare deligimus, sed aliquantulum figuraliter de his uolumus pertransire, omnino sufficiens arbitrantes esse secundum propositam Methodum posse cognoscere, quo, quomodo unumquodque illorum.

Ad quot utilis Dialectica, differendiq; disciplina. Cap. II.

Consequens autem erit ex ijs quæ dicta sunt dicere ad quot, & quæ, utile sit hoc negocium. Est autem ad tria, ad exercitationes, ad colloquia, ad eas) quæ secundum Philosophiam sunt) disciplinas. Quod igitur ad exercitationem sit utile, ex his perspicuum est, methodum enim habentes, facilè de proposito argumentari poterimus. Ad colloquia uero eo quòd multorum annumerantes opiniones, non ex extraneis, sed ex proprijs doctrinis sermocinabimur ad eos transmutantes quicquid non bene, uidentur modis dicere. Ad secundum Philosophiam autem disciplinas, quod potentes ad utraq; dubitare, facilè in singulis intuebimur uerum, & falsum, præterea autem ad prima eorum quæ in unaquaq; disciplina sunt principia. Nam ex propriis secundum propositam disciplinã principijs, impossibile est dicere aliquid de ipsis, eo quòd prima principia sunt omnium, per ea uero (quæ sunt circa singula) probabilia, necesse est de illis transigere. Id autem proprium, maximéue peculiare Dialecticæ est, nam cum sit inquisitiua, ad omnium methodorum principia uiam habet. Habebimus autem perfectè methodum, quãdo perinde habebimus ac in Rhetorica, & Medicina, & huiusmodi facultatibus, hoc autem ex ijs quæ contingunt facere quæ eligimus. Nam neq; Rhetor omni ex modo persuadebit, neq; Medicus sanabit, sed si ex ijs quæ contingunt nihil omiserit, sufficienter eum disciplinã habere dixerimus.

Ex quibus & quot, disceptatio Dialectica constet. Cap. III.

Primum igitur considerandum, ex quibus est methodus, siquidem sumpserimus ad quot, & quæ, ex quibus orationes, & de quibus syllogismi, & quomodo his abundemus, habebimus sufficienter propositum. Sunt autem numero æqualia, & eadem ea ex quibus orationes, & de quibus syllogismi, fiunt enim orationes ex propositionibus, de quibus aũt syllogismi fiunt, problemata sunt. Omnis autem propositio, & omne problema, aut proprium, aut genus, aut accidẽs indicat, etenim differentia cum est generalis, cum genere ordinanda est. Quoniam autem proprium hoc quidem quid est esse significat, illud autem non significat, diuidatur proprium in utraſq; prædictas partes, & uocetur illud quod quid erat esse significat, terminus, reliquum uero secundum communem de ipsis assignatam nominationem, nuncupetur proprium. Manifestum igitur ex ijs quæ dicta sunt, quod secundum præsentem diuisionem quatuor omnia accidit fieri, aut proprium, aut terminũ, aut genus, aut accidens. Nemo autem nos opinetur dicere quod unumquodq; horum secũdum se dictum, propositio, uel problema est, sed quod ab his & problemata, & propositiones fiunt. Differunt autem problema, & propositio, modo, nã cũ sic dicitur, putas ne animal gressibile bipes definitio est hominis? et putas ne animal genus est hominis? propositio fit. Si autem utrum animal gressibile bipes definitio est hominis, an non? problema fit. Similiter autem & in alijs. Quare merito æqualia numero problemata, et propositiones sunt, nam ab omni propositione problema efficies, mutans modum.

De termino, proprio, genere, & accidente. Cap. IIII.

Dicendum autem, quid terminus, quid proprium, quid genus, quid accidẽs. Est autem terminus quidem oratio, quid erat esse significans. Assignatur autem aut oratio pro nomine, aut oratio pro oratione, possibile est enim & eorum, quæ sub ratione significantur, quædam definiri. Quicunq; autẽ quolibet modo nomine assignationem faciunt, manifestum quoniam non assignãt rei definitionem, eo quòd omnis definitio, oratio quædam est, accommodatum tamen termino, & huiusmodi ponendum est, ut quod honestum est, decens. Similiter autem & utrum idem sensus, & disciplina, uel diuersum, etenim circa diffinitiones, utrum idem, uel diuersum plurima fit immoratio. Simpliciter autem accommodato termino omnia dicantur, quæ sub eadem disciplina cum definitionibus continẽtur. Quod autem omnia quæ nunc dicta sunt huiusmodi sunt, manifestum ex his. Potentes enim

tes enim quod idem,& quod diuersum disputare,eodem modo & ad definitionem argumentari facilè poterimus,nam ostendentes quod non idē est, interimētes erimus definitionem,non tamen conuertitur,quod nunc dictum est,non enim sufficiēs est ad astruendum definitionem ostendere idem esse,attamen ad destruendum sufficiēs est ostendere quod non idem est. Proprium autem est,quod nō indicat quid est esse,soli autem inest,& conuersim prędicatur de re,ut proprium est hominis Grammatices esse susceptiuū.Nam si homo est,& Grammatices susceptibilis est, & si Grammatices susceptiuum est,& homo est. Nemo enim proprium dicit,quod contingit alij inesse,ut homini dormire,ne quidem si forsitan per aliquod tempus inest soli. Si autem forte dicatur aliquid talium proprium,non simpliciter,aliquando,uel ad aliquid dicetur, nam ex dextris quidem esse,aliquando proprium est. Bipes autē ad aliquid proprium est dictum,ut homini ad equum,& canem . Quod autem eorum quæ contingunt alij inesse,nullum conuersim prædicatur,manifestum est,non enim necessarium est si quid dormit,hominem esse. Genus autem est,quod de pluribus, & differentibus specie in eo quod quid est prædicatur.In eo quod quid est prædicari ea dicuntur,quæcunque conuenit eum,qui interrogatus est, reddere quid est, quod propositum est,quemadmodum de homine, conuenit eū, qui interrogatus est, quid id est,quod propositum est,dicere quod animal. Generi autem accommodatum est utrum in eodem genere aliud alij,an in altero sit.Nam & huiusmodi sub eadem Methodo cadit cum genere,disputantes enim quod animal genus hominis, similiter & bonus,disputantes erimus quoniam hæc in eodem sunt genere,si autem alterius quidem ostendamus quod genus est,alterius autē quod non est,disputantes erimus quoniam non in eodem genere hæc sunt. Accidens autem est, quod nihil horum est, neque definitio,neque proprium,neque genus,inest autem rei. Et quod contingit esse cuiuis uni,& eidem,& non inesse,ut sedere contingit inesse alicui eidem, & non inesse. Similiter autem & album,nam & idem nihil prohibet quandoque albū, quandoque non album esse. Est autem accidentis definitionum secunda melior , nam cum dicitur prima, necessarium est si debet quis intelligere, præscire quid est terminus,& genus,& proprium,secunda autem perfecta est ad cognoscendum (quid est quod dicitur) per se. Annectantur autem accidenti,& quæ ad seinuicem sunt comparationes quolibet modo ab accidente dictæ,ut utrum honestum,an quod cōferat, expetibilius ,& utrum quæ est secundum uirtutem,an quæ secundum uoluptatē sua uior uita,& si quid aliud similiter his est dictum,in omnibus enim talibus utri magis prædicatum accidit,quæstio fit. Manifestum est autem ex his , quoniam accidens nihil prohibet,& quando,& ad aliquid proprium fieri,ut sedere cū sit accidens, quando quis solus sedet,tunc aliquando proprium erit, solo uero sedente,ad non sedentes proprium , quare & ad aliquid, et aliquando nihil prohibet accidens,proprium fieri simpliciter autem proprium non erit.

Quod cæter a prædicata aliquid claudant eorum,quæ definitio continet.
Cap. V.

NOn lateat autem nos quoniam quę ad proprium,& genus,& accidens omnia dicuntur,et ad definitiones conueniet dici. Ostendentes enim quoniā non ei soli inest,quod est sub definitione (quemadmodum & in proprio) aut quoniam non genus quod assignatum est in definitione,aut quoniam non inest,aliquid eorum quæ in definitione dicta sunt (quod quidem & in accidente dici potest) interimentes erimus definitionem. Quare secundum prius assignatam rationem,omnia erunt quodāmodo definitioni accōmodanda,quæ numerata sunt. Sed non propter hoc unam in omnibus uniuersalem Methodum quærendum, neq; enim facilè inuenire hanc est,& si inueniatur,omnino obscura,& insuauis planè fuerit ad propositum negocium. Propria uero in unoquoq; determinatorum generum assignata

assignata methodo,facilè ex ijs quæ circa unumquodq; propria sunt,decursus propositi fieri possit. Quare uniuersaliter figura quidem (quemadmodum dictum est prius)diuidendum est,reliquorum autem ea quę maximè sunt singulis peculiaria,annectendum,definitioni & generi accommodata ea nuncupantes, penè autem adiuncta sunt,quæ dicta sunt ad singula.

De eodem. *Cap.* VI.

PRimum autem omnium de eodem determinandum, quoties dicitur. Videbitur autem idem ut figuraliter sit sumere , tripliciter diuidi. Numero enim, aut specie,aut genere,idem solemus appellare. Numero quidem, quorum nomina plura, res autem una, ut indumentum, & uestis.Specie autem quæ cum sint plura,indifferentia sunt secundum speciem, ut homo homini, equus equo,nam huiusmodi specie dicuntur,quæcunq; sub eadem specie sunt.Similiter autem & genere eadem , quæcunque sub eodem genere sunt,ut equus homini. Videbitur autem ab eodem fonte aqua,quę eadem dicitur,habere aliquam differētiam præter dictos modos.Non tamen,sed & huiusmodi in eodem ordinetur ijs quæ secundum unam speciem quoquomodo dicta sunt,omnia enim talia cognata, & affinia sibi;nuicem uidentur esse,nam omnis aqua omni aquæ eadem specie dicitur,eo quòd habeat quandam similitudinem,ab eodem autem fonte aqua quæ eadem dicitur,nullo alio differt,quàm eo quòd uehementior sit similitudo,quare nō separamus idem ab ijs quæ secundum unam speciem quoquomodo dicuntur. Maximè autem indubitāter quod unum est numero,idem ab omnibus uidetur dici.Solet autem & hoc assignari multipliciter,proprijssimè autem,& primo,quando nomine uel termino idem assignatum fuerit,ut uestis indumento,& animal gressibile bipes homini. Secundum autem,quando proprio,ut disciplinæ susceptibilis homini,& quod naturaliter sursum fertur,igni. Tertium uero,quando ab accidente,ut sedens,uel Musicū Socrati,omnia enim hæc unum numero uolunt significare.Quod autem uerum sit ēd nunc dictum est,ex transsumentibus nuncupationes maximè quis discat,sæpe enim præcipientes nomine uocare aliquem sedentium,transsumimus, quādo forte is nō intelligit cui præceptum facimus,tanquam ab accidente ipso magis intelligente, & iubemus sedentem,uel disputantem uocare ad nos,manifestum quod ut eundem opinantes,& secundum nomen,& secundum accidens significare.Ergo idem quemadmodum dictum est,tripliciter diuidatur.

Omnem disputationem Dialecticam esse ex termino, proprio, genere, aut accidente, & ubi illa reperiantur. *Cap.* VII.

QVoniam autē ex prius dictis sunt orationes,& per hæc,& ad hęc una quidem fides est per inductionem. Si enim quis consideret unamquamq; propositionum,& problematū,apparebit aut à termino, aut à proprio,aut à genere, aut ab accidente facta. Alia autem fides per syllogismum,necesse est enim omne quod de aliquo prædicatur,aut conuersim de re prædicari, aut non, & si conuersim prædicatur, terminus erit,uel propriū.Nam si significat quid est esse,est terminus, si autem non significet , proprium , hoc enim erat proprium, quod conuersim prædicatur, non significans quid est esse. Si autem nō conuersim prædicatur de re, aut ex ijs, quæ in definitionis subiecti dicuntur , est , aut non, & si est ex ijs, quę in definitione dicuntur, genus,aut differentia erit,eo ēd definitio ex genere,& differētijs est,si uero ex ijs non est,quæ in definitione dicuntur, palàm est quoniā accidens erit,nam accidēs dicebaī,quod neq; terminus,neq; genus,neq; proprium,inest aūt rei. Post hæc aūt oportet determinare genera prædicamentorū in ꝙbus sunt dictę quatuor differētię,sunt hęc autē numero decē,ꝙd est,quantū,quale,

ad aliquid, ubi, quando, ſitum eſſe, habere, facere, pati. Semper enim accidens, & genus, & proprium, & definitio in uno prædicamentorum horum erit, nam omnes ab his propoſitiones, aut quid eſt, aut quale eſt, aut quantũ, aut aliorum aliquod prædicamentorum ſignificant. Manifeſtum eſt autem ex eiſdem, quoniam quod quid eſt ſignificans quandoque quidem ſubſtantiam ſignificat, quandoque autem quale, quandoque uero aliquod aliorum prædicamentorum, nam quando poſito homine dixerit quòd poſitum eſt hominem eſſe, uel animal, & quid eſt dicit, & ſignificat ſubſtantiam, quãdo colore albo poſito dixerit quod poſitum eſt albũ eſſe, uel colorem, quid eſt dicit, & quale ſignificat. Similiter autem & ſi cubitali magnitudine poſita, dixerit quod poſitum eſt cubitalem eſſe magnitudinem, & quid eſt dicit, & quantum ſignificat. Similiter autem & in alijs. Vnumquodq; enim talium ſiue idem de eodem dicatur, ſiue genus de hoc, quid eſt ſignificat, quando autem de alio, non quid eſt ſignificat, ſed quãtum, aut quale, aut aliquod aliorũ prædicamentorũ. Quare de quibus ſunt diſputationes, & ex quibus, hæc & tanta ſunt. Quomodo autem ſumemus, & per quæ copioſi erimus, poſt hæc dicendum.

De propoſitione Dialectica. *Cap.* VIII.

PRimũ igitẽ determinẽt quid eſt propoſitio Dialectica, & quid problema Dialecticum. Non enim omnem propoſitionem, nec omne problema dialecticum ponendum, nullus enim offeret, qui mentem habeat, quod nulli uideꝛ, nec proponet quod omnibus eſt manifeſtum, uel plurimis, nam hæc quidem non habent dubitationem, illa autem nemo ponet. Eſt autem propoſitio dialectica, interrogatio probabilis aut omnibus, aut plurimis, aut ſapientibus, & his uel omnibus, uel plurimis, uel maximè familiaribus nõ inopinabilis. Ponet enim aliquis ꝙd uidetur ſapientibus, niſi id contrarium ſit multorum opinionibus. Sũt autem propoſitiones dialecticæ, & ea quæ probabilibus ſunt ſimilia, & contraria ijs quæ uidentur eſſe probabilia ſecundum contradictionẽ protenſa, & quæcunq; opiniones ſunt ſecundum artes inuentas. Si enim probabile eſt eandem eſſe contrariorum diſciplinam, & ſenſum eundem eſſe contrariorum probabile apparebit, & ſi unam numero Grammaticen eſſe, & tibicinariam unam, ſi autem plures Grãmaticas, & plures tibicinarias, omnia enim ſimilia & cognata hæc uidentur eſſe. Similiter autem & ea quæ probabilibus ſunt contraria ſecundum contradictionem protenſa, probabilia uidentur, ſi enim probabile eſt quod oportet amicis benefacere, & quod non oportet amicis malefacere, probabile eſt, eſt autem contrariũ quidem quod oportet malefacere amicis, ſecundum contradictionem autem quod non oportet amicis malefacere. Similiter autem & ſi oportet amicis benefacere, inimicis non oportet, eſt autem & hoc ſecundum contradictionem cõtrariorum, nam contrarium eſt quod oportet inimicis benefacere. Similiter autem & in alijs. Probabile autem & in ſimili tudine apparet, etiam contrarium de contrario, ut ſi oportet amicis benefacere, & inimicis oportet male, apparebit & contrarium hoc quod eſt amicis benefacere, ei quod inimicis male. Vtrum autem ſecundum ueritatem ſe habeat, uel nõ, in ijs quæ de contrario dicentur, oſtendetur. Palam autem quoniam & quæcunq; opiniones ſecũdum artes ſunt, dialecticæ propoſitiones ſunt. Ponet enim aliquis ea, quæ uidentur ijs, qui in eis probati ſunt, ut de his quidẽ quę in Geometria, ut Geometer, de illis autem quæ in Medicina, ut Medicus.

De Problemate dialectico, & poſitione dialectica. *Cap.* IX.

PRoblema aũt dialecticum, eſt ſpeculatio intendens uel ad electionem, & fugã, uel ad ueritatem, & ſciẽtiam, aut per ſe, aut ut adminiculans ad aliꝙd aliud talũ, de quo

de quo aut neutro modo opinantur, aut contrarie pleriq;, ſapientibus, aut ſapientes pleriſq;, aut utriſq; ijdem eiſdem. Quędã enim problematũ utile eſt ſcire tantũ ad eligendũ, uel fugiendũ, ut utrũ uoluptas ſit eligenda, an nõ; Quædã aũt ad ſciendũ tantũ, ut utrũ mundus æternus ſit, an nõ; Quædã uero ipſa per ſe quidẽ ad neutrũ horũ, amminiculantia autem ſunt ad aliqua talium. Pleraq; enim ipſa quidẽ per ſe non uolumus cognoſcere, ſed aliorum gratia, ut per illa aliud quippiam cognoſcamus. Sũt autem problemata, & de quibus contrarij ſunt ſyllogiſmi, dubitationem enim habent utrum ſic ſe habent an non ſic, eo quod de utriſq; ſunt rationes ſuaſibiles. Et de quibus rationem non habemus, cum ſint magna, difficile arbitrantes eſſe propter qd aſſignare, ut utrum mundus ſit æternus, an non, nam huiuſmodi quæret aliquis. Problemata ergo & propoſitiones (ut dictum eſt determinata ſint. Poſitio eſt opinio admirabilis alicuius familiarium ſecundum Philoſophiam, ut quod non eſt contradicere, quemadmodum dixit Antiſthenes, & quod omnia mouentur, ſecundũ Heraclitum, aut quod unum eſt ens, quemadmodum Meliſſus dixit (nam de quouis cõtraria opinionibus proferente, curam habere ſtultum eſt) aut de quibus orationem habemus contrariam opinionibus, ut quoniam non omne quod eſt, uel factum eſt, uel æternum, quemadmodum Sophiſta dicũt. Nam Muſicum, Grammaticum eſſe, neq; factum, neq; eſſe æternum. Hoc eñ & ſi alicui non uideatur, uidebitur utiq; eo quod rationem habeat ſuaſibilem. Eſt igitur & poſitio quidem problema, non autem omne problema poſitio, eo quòd quædam problematum talia ſunt, de quibus neutro modo opinamur. Quod autem eſt & poſitio problema manifeſtum eſt, neceſſe eſt enim ex ijs quæ dicta ſunt, aut plures ſapientibus circa poſitionem dubitare, aut utroslibet ſibimet, eo quòd opinio quædam admiranda poſitio eſt. Penè aũt nunc omnia Dialectica problemata, poſitiones uocantur. Differat autem nihil quo modolibet dictum, non enim nomen effingere uolentes diuiſimus ſic ea, ſed ut nõ lateant nos, cum quędam eorum ſunt differentiæ. Non oportet autem omne problema, nec omnem poſitionẽ conſiderare, ſed quam dubitabit aliquis eorum, qui ratione egent, & non pœna, uel ſenſu. Nam qui dubitant utrum oporteat deos honorare, & parentes diligere, an non; pœna indigent, qui uero utrum nix alba an non; ſenſu. Neque uero quorum propinqua eſt demonſtratio, neq; quorum ualde longe, nam illa quidem non habent dubitationem, hęc autem magis quàm ſecundũ facultatem exercitatiuam.

De ſpeciebus differendi, Dialecticæq; diſputationis. *Cap.* X.

DEterminatis autem his oportet diuidere, quot Dialecticarum diſputationum ſunt ſpecies. Eſt autem inductio quidem hæc, illa autẽ ſyllogiſmus. Et ſyllogiſmus quidem quid eſt, dictum eſt prius. Inductio uero eſt à ſingularibus ad uniuerſalia acceſſio, ut ſi eſt gubernator eruditus, optimus, & auriga, & omnis qui eſt eruditus in unoquoq;, optimus. Eſt autem inductio uerioſimilior, & clarior, & ſecundum ſenſum notior, & pluribus communis; ſyllogiſmus autem ualentior, & ad contradicentes efficacior. Ergo genera de quibus diſputationes, & ex quibus, quemadmodum ante dictum eſt determinata ſint.

De inſtrumentis, quibus ſyllogiſmorum copiam nobis ad diſſerendum ſuppeditamus. *Cap.* XI.

INſtrumenta autem per quæ abundemus ſyllogiſmis, ſunt quatuor. Vnum quidem, propoſitiones ſumere. Secundum autem, quotupliciter unumquodque dicitur poſſe diſtinguere. Tertium, differentias inuenire. Quartũ autem, ſi militudinis conſideratio. Sunt autẽ & modo quodam etiam tria horũ propoſitiones. Eſt enim unũquodq; eorũ propoſitionem facere, ut quod eligendũ eſt honeſtum, uel delectabile, uel utile, & ꝙd differt ſenſus à diſciplina, eo ꝙd amittenti eam, poſſibile

possibile est rursum sumere, illum autem impossibile. Et quoniam similiter se habet salubre ad sanitatem, & habile ad bonam habitudinẽ. Est autem prima propositio, ab ijs quæ multipliciter dicuntur, secunda à differentijs, tertia uero à similibus.

De sumptione propositionum. Cap. XII.

ERgo propositiones quidem eligendum quotquot modis determinatum est in propositione, aut omnium opiniones proponenti, aut plurium, aut sapientum, & horum uel omnium, uel plurimorum, uel notissimorum. Aut etiam contrarias apparentibus, & quæcunque opiniones secundum artem sunt, at oportet protendere contrarias apparentibus probabilibus, secundum contradictionem, quemadmodum dictum est prius. Vtile autem & facere eas in eligendo non solum quæ sunt probabiles, sed & similes eis, ut quòd contrariorum idẽ est sensus, nam & scientia contrariorum est eadem. Et quod uidemus suscipientes aliquid, non emittẽtes, nam & in alijs sensibus sic est, nam & audimus suscipientes aliquid, non emittẽtes, & olfacimus eodem modo, similiter autem & in alijs. Amplius. Quæcunque in omnibus uel plurimis uidentur, sumendum ut principium & apparentem positionem, nam ponunt qui non conspicuunt, in aliquo non sic. Eligere autem oportet & ex scriptis disceptationibus. Descriptiones autem facere in unoquoq; genere supponentes seorsum (ut de bono, aut de animali, & de bono omni) incipientem à quid est. Annotare autem & singulorum opiniones, ut quòd Empedocles quatuor dixit elementa corporum esse, ponet enim aliquis quòd ab aliquo probato dictum est. Sunt autem (ut figuraliter sit complecti) propositionum, & problematum partes tres, nam aliæ sunt morales propositiones, aliæ naturales, aliæ rationales. Morales quidem huiusmodi, ut utrum oporteat parẽtibus magis, an legibus obedire, si dissentiant. Rationales uero, ut utrum contrariorum eadem disciplina, an non. Naturales autem, ut utrum mũdus sit æternus, nec ne. Similiter autem & problemata. At uero quales sint singulæ earum quæ dictæ sunt, definitione quidem non facile assignare est de ipsis. Est autem ea (quæ per inductionem est) assuetudine tentandum cognoscere unam quanq; earum, secundum prædicta exempla consideranti. Ad Philosophiam igitur, secundum ueritatem de his negociandum, dialectico autem modo, ad opinionem. Sumendę autem quàm maxime uniuersales propositiones omnes, & una facienda multæ, ut q̃d oppositorum eadem disciplina, deinde quòd ad aliquid. Eodem modo & ipsæ rursum diuidendæ, quousque contingere potest diuisio, ut quòd boni, & mali, & albi, & nigri, & frigidi, & calidi, similiter autem & in alijs. De propositionibus igitur sufficiant prædicta.

De multiplicis distinctione. Cap. XIII.

IPsum autem quotupliciter negociandum est, non solum quæcunque dicuntur secundum alium modum, sed & rationes eorum tentandum assignare, ut nõ solum quòd bonum aliquidem modo dicitur iustitia & fortitudo, habile autem & salubre, sed quòd & illa quidem eo quòd ipsa qualia quædam sunt, hæc autem eo quòd effectiua alicuius, & non eo quòd qualia quædam sunt, similiter autem & in alijs. Vtrum autem multipliciter, aut uno modo specie dicitur, per hæc considerandum. Primum quidem in contrario perspiciendum, si multipliciter dicitur, siue specie, siue nomine dissonet. Quędam enim statim & nominibus alia sunt, ut acuto in uoce contrarium est, graue, in magnitudine autem, obtusum, patet igitur quòd contrarium acuto multipliciter dicitur, si autem hoc, & acutum. Nam secundum utrumque horum aliud erat contrariũ, non enim idẽ acutum erit obtuso, & graui cõtrarium, utriq; autem acutum cõtrarium. Rursum graui in uoce quidem contrarium acutum, magnitudine autem leue, quare multipliciter graue dicitur, eo quòd & contrarium. Similiter autem & pulchro, ei quidem quod in animali turpe, ei uero quod est in domo, pernicioſum, quare æquiuocum pulchrum. In quibusdam autem nominibus quidem nullo modo dissonat, specie autẽ manifesta in eis statim differentia est, ut in claro, & obscuro, uox enim clara, & obscura dicitur. Similiter autem & color. Ergo nominibus quidem nihil dissonant, specie autem manifesta in eis statim differentia est, non enim similiter & color clarus dicitur, & uox clara, manifestum autem, id est, & per sensum, nam eorum quæ eadem sunt specie, idẽ sensus, at clarum quod est in uoce, & in colore, non eodẽ sensu iudicamus, sed hoc quidem uisu, illud autem auditu. Similiter autem & acutum, & obtusum in humoribus, & in magnitudinibus, sed hoc quidem tactu, illud autem gustu. Nam neque hæc dissonant nominibus, neque in seipsis, neque in contrarijs, obtusum enim est contrarium utrique. Amplius si huic quidem est aliquid contrarium, illi autẽ simpliciter nihil, ut ei quę est à potu delectationi, ea quæ est à siti tristitia, contrarium, ei autem quæ est ab eo quod est considerare quòd diameter est costæ incommensurabilis, nihil, quare multipliciter delectatio dicitur. Et ei quidem quæ est secundum mentem amare, odire contrarium est, ei autem quæ est secundum corporalem actũ nihil, manifestum ergo quoniam amare æquiuocum. Præterea in medijs. Si huic quidem est aliquid medium, illi autem nihil. Aut si utrisque quidem est, non idem autem, ut clari, & obscuri in coloribus quidem aliquid est medium, fuscum, in uoce autem nihil. Aut si forte raucum, quemadmodum quidam dicunt raucam uocem, medium esse, quare æquiuocum clarum, similiter & obscurum. Insuper si horum quidem plura media. Illorum autem unum, ut in claro & obscuro. Nam in coloribus plura media, in uoce autem unum, raucum. Rursum in eo quod secundum contradictionem opponitur considerandum, si multipliciter dicitur. Nam si hoc multipliciter dicitur, & quod huic opponitur multipliciter dicetur. Vt non uidere multipliciter dicitur, unum quidem non habere uisum, alterum autem non operari uisu. Si autem hoc multipliciter dicitur, necessarium est & uidere multipliciter dici, utrique enim non uidere opponitur, ut ei quidem quod est non habere uisum, habere, illi autem quod non est operari uisu, operari. Amplius in his quæ secundum priuationem, & habitum dicuntur, perspiciendum. Si enim alterum multipliciter dicitur, & reliquum, ut si sensibile multipliciter dicitur, & secundum animam & corpus, & insensibile multipliciter dicetur & secundum animam & corpus. Quod autem secundum priuationem, & habitum opponuntur, quæ dicta sunt, manifestum, eo quòd nata sint utrumque sensum habere animalia, & secundum animum, & secundum corpus. Amplius autem in casibus considerandum. Nam si iustè multipliciter dicitur, & iustum multipliciter dicetur, secundum utrumque enim iustorum est iustum, ut si iustè dicitur & secundum sui cognitionem iudicare, & ut oportet, similiter & iustum. Eodem autem modo & si salubre multipliciter dicitur, & salubriter multipliciter dicetur, ut si salubre dicitur hoc quidem sanitatis effectiuum, illud autem conseruatiuum, quoddam uero significatiuũ, & salubriter uel effectiuè, uel conseruatiuè, uel significatiuè dicetur. Similiter autem & in alijs quando ipsum multipliciter dictum fuerit, & casus ab eo multipliciter dicetur, & si casus, & ipsum. Considerandum autem & genera secundum nomen prædicationum, si eædem sint nominibus. Nam si non eædem, manifestum est quoniam æquiuocum est quod dicitur, ut bonum in cibis quidem effectiuum est uoluptatis, in medicina autem effectiuum sanitatis, in anima uero qualem esse, ut castam, uel fortem, uel iustam, similiter autem & in homine, aliquoties autem & quando ut in tempore bonum (bonum enim, dicitur in tempore) plerunque autem quantum in mediocri (dicitur enim & mediocre bonum) quare

quare æquiuocum bonum. Similiter autem & candidum, in corpore quidem color, in uoce autem benè audibile. Similiter autem & acutum, non enim similiter idem in omnibus dicitur, nam uox acuta quidem uelox (ſicut dicunt, qui ſecundum numeros Harmonici ſunt) angulus autem acutus, qui minor eſt recto, gladius uero qui eſt anguli acuti. Conſideranda etiam & genera eorum, quæ ſunt ſub eodem nomine, ſi diuerſa, & non ſubalterna ſunt, ut equus, hoc autem animal, & hoc uas, diuerſa enim, quæ ſecundum nomen eſt horum ratio, nam hoc quidem animal, quid ſignificat, illud uero uas, quale quid. Si autem ſubalterna ſint genera, non neceſſarium diuerſas eſſe rationes, ut corui animal, & auis genus eſt, quando autẽ coruum dicimus autem eſſe & animal, quid dicimus eundem eſſe, quare utraq; genera de eodem prædicantur. Similiter autem & quando animal uolatile bipes corium dicimus, auem dicimus eundem eſſe, & ſic ergo utraq; genera de coruo prædicantur, & ratio eorum. In non ſubalternis generibus non accidit hoc, neq; enim quando uas dicimus, animal dicimus, neq; quando animal uas. Conſiderandum autem non ſolum ſi in propoſito diuerſa ſunt genera, & non ſubalterna, ſed & in contrario. Si eñ contrarium multipliciter dicitur, manifeſtum quoniam & propoſitum. Vtile autẽ ad definitionem inſpicere, quæ de compoſito fit, ut candidi corporis, & candidę uocis, nam ſublato proprio, eandem rationem oportet relinqui. Hoc autem non accidit in æquiuocis, ut in iſs quæ nunc dicta ſunt, nam hoc quidem erit corpus habẽs talem colorem, illud autem uox bene audibilis, ſublato igitur corpore, & uoce, nõ idẽ in utraq; relinquitur, at oportet ſi uniuocum eſſet candidum, quod in utraq; dicitur eſſe idem. Sepè autem & in ipſis definitionibus latet aſſequens æquiuocum, quapropter & in definitione conſiderandum. Vt ſi quis ſignificatiuum, uel effectiuum ſanitatis, quod moderate ſe habet ad ſanitatem, dicat eſſe, non refutandum, ſed inſpiciẽdum quid moderatè quidem ſecundum utrumq; dixit, ut ſi hoc quidem tale ſignificat ut facere ſanitatem, illud autem tale ut ſignificare qualis quidem ſit habitus. Ad huc ſi non comparabilia ſunt ſecundum magis, & minus, uel ſimiliter, ut clara uox, clara ueſtis, & acutus humor, & acuta uox, hæc enim neq; ſimiliter dicũtur clara, uel acuta, neq; magis alterum, quare æquiuocum clarum, & acutum, nam uniuocũ omne, comparabile, aut enim ſimiliter dicetur, aut magis alterum. Quoniam autem diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorũ diuerſæ ſpecies ſunt, & differentiæ, ut animalis, & ſcientiæ (diuerſæ enim horum differentiæ) cõſiderandũ, ſi quæ ſub eodem ſunt nomine diuerſorum generum, & non ſubalternorum diuerſæ differentiæ ſint, ut acutum uocis, & magnitudinis, differt enim uox à uoce eo quòd acuta ſit, ſimiliter & magnitudo à magnitudine, quare æquiuocum acutum, diuerſorũ enim generum, & non ſubalternorum diuerſa differentię ſunt. Rurſum ſi eorũdem, quæ ſunt ſub eodem nomine, diuerſæ differentiæ ſunt, ut coloris qui eſt in corporibus, & in melodijs. Num eius, qui eſt in corporibus, congregatiuum, & diſgregatiuum uiſus, eius uero qui in melodijs, non eædem differentiæ, quare æquiuocum color, nam eorundem eędem differentiæ. Amplius quoniam ſpecies nullius eſt differentia inſpicere oportet, ſi eorum quæ ſub eodem ſunt nomine, hoc quidem ſpecies eſt, illud autem differentia, ut clarum, quod in corpore quidem, ſpecies coloris, quod autem in uoce, differentia. Differt enim uox à uoce, eo quòd clara ſit. De eo igitur quod multipliciter dicitur, per hæc, & huiuſmodi perſpiciendum.

De differentiarum inuentione, ſimilium conſideratione, & utilitatibus inſtrumentorum. Cap. XIIII.

DIfferentias autem in ipſis generibus ad ſe inuicem perſpiciendum, ut quo differt iuſtitia à fortitudine, & prudentia à temperantia, hæc enim omnia ex eodem genere ſunt ex uirtute. Et ex alio ad aliud, ut in iſs quæ non nimium differunt, ut in quo differt ſenſus à ſcientia, nam in iſs quæ multũ differunt, manifeſtæ ſunt omnino differentiæ. Similitudinem autem conſiderandũ, in iſs quæ ſunt

quę ſunt in diuerſis generibus, ut ſicut alterum ad alterum quidem, ſic aliud ad aliud, ut ſicut ſcientia ad ſcibile, ſic ſenſus ad ſenſibile, & ut alterum in altero aliquo, ſic aliud in alio, ut quemadmodum uiſus in oculo, mens in anima, & ut tranquillitas in mari, ſerenitas in aëre, utrumq; enim quies. Maximè aũt in iſs, quæ multũ diſtant exercri oportet, facilè enim in reliquis poterimus ſimilia inſpicere. Conſiderandũ autem & ea, quæ ſub eodem ſunt genere, ſi quid ineſt omnibus idẽ, ut homini, & equo & cani, nam ſi ineſt aliquid eis idem, in eo ſunt ſimilia. Vtile autem ipſum quidem, quod quotupliciter dicitur, conſideraſſe, ad dilucidi tatem maximè autem quis ſciet quid ponatur, manifeſto facto quotupliciter dicitur. Et ad fieri ſecundum rem eandem, & non ad nomen ſyllogiſmos, ſi enim in manifeſtum ſit quotupliciter dicitur, contingit non ad idem etiam qui reſpondet, & qui interrogat, ferre intellectũ, manifeſtato autem quotupliciter dicitur, & ad quid ferens ponat, ridiculus uidebitur interrogans eſſe, ſi non ad hoc ſermonem faciat. Vtile etiam, & ut non falſa ratione decipiamur, ſed decipiamus potius, nam ſcientes quotupliciter dicitur, nõ hallucinabimur, ſed ſciemus ſi non ad idem ſermonem faciat is, qui interrogat, & ipſi interrogantes poterimus apparenti ratiocinatione fallere, niſi is qui reſpondet, agnoſcat quotupliciter dicitur. Hoc non in omnibus ſemper poſſibile, ſed quãdo fuerint eorum, quę multipliciter dicũtur, alia quidem uera, alia autem falſa. Eſt autem propriè non conueniens modus hic dialecticę, quare omnino uitanda dialecticis huiuſmodi ad nomen diſputatio, niſi quis aliter non poſſit de propoſito differere. Differentias autem inuenire utile, & ad ſyllogiſmos de eodem, & diuerſo, & ad cognoſcẽdum quid eſt unumquodq;. Quod autem ad ſyllogiſmos de eodem, & diuerſo utile, manifeſtum, nuenientes enim differentiam propoſitorum quamlibet, oſtendentes erimus, quoniam non idem. Ad cognoſcendum autem quid eſt unumquodq;, eo q̃d propriam ſubſtantiæ cuiuſq; rationem, iis quę (circa unumquodq; ſunt) accommodatis differentijs ſeparare ſolemus. Similitudinis autem conſideratio utilis eſt ad inductiuas rationes, & ad ſyllogiſmos ex ſuppoſitione, & ad aſſignationẽ definitionum. Ad inductiuas quidem rationes, eo quòd circa ſingula in ſimilibus inductiõe, uniuerſale exiſtimamus inducere, non enim facilè eſt inducere ignorantes ſimilia.

Ad ſyllogiſmos ex ſuppoſitione, eo quòd probabile eſt quemadmodũ in uno ſimilium ſe habet, ſic & in reliquis. Quare ad quodcunq; eorum facultatem habebimus diſputãdi, profitebimur quemadmodum in his ſe habet, ſic & in propoſito habere. Id enim oſtendentes, & propoſitum ex ſuppoſitione oſtendẽtes erimus, ſupponentes enim quomodo in his ſe habet, ſic & in propoſito ſe habere demonſtrationem faciemus. Ad definitionum autem aſſignationem, eo quòd potentes cõſpicere quid in unoquoq; idem, non dubitabimus ad quid oporteat genus (cum definiemus propoſitum) collocare, nam communium quod maximè in eo quod quid prædicatur, genus erit. Similiter autem & in multum diſtantibus utilis ad definitiones ſimilitudinis cõſideratio, ut quod idẽ trãquillitas in mari, & ſerenitas in aëre, utrũq; enim quies, & quoniam punctum in linea, & unitas in numero, utrumq; enim principium, quare commune in omnibus genus aſſignãtes, arbitrabimur non extranee definire. Penè autem & definientes ſic ſolent aſſignare, nam & unitatem eſt, principium numeri dicũt eſſe, & punctum, principium lineæ. Manifeſtum igitur quoniam ad cõmune utrorumq; genus collocant. Inſtrumenta itaq; per quæ ſunt ſyllogiſmi, hæc ſunt, loci autem, ad quos utilia ſunt prædicta, ij ſunt qui dicendi ſunt.

SECVN-

Primi libri Topicorum finis.

SECVNDI TOPICORVM LIBER ARISTOTELIS DE PROBLEMATIS VNIVERSALIBVS, ET IN quibus prædicatis ineſſe & eſſe conuertuntur, Cap. I.

SVnt autem problematum hæc quidem uniuerſalia, illa uero particularia, uniuerſalia quidem, ut omnis uoluptas bonũ eſt, & nulla uoluptas bonum, particularia uerò, ut aliqua uoluptas bonũ, & aliqua uoluptas nõ bonum. Sunt autẽ ad utraq; genera problematũ communia uniuerſalia, & conſtructiua, & deſtructiua. Oſtendentes enim quod omni ineſt, & quod alicui ineſt oſtẽdentes erimus, ſimiliter autem & ſi quod nulli ineſt oſtenderimus, & quod non omni ineſt oſtendentes erimus. Primum ergo de uniuerſalibus deſtructiuis dicendum, eo quòd communia ſint huiuſmodi ad uniuerſalia, & particularia, & quia magis poſitiones afferant in eo quod ineſt, quàm non, diſputãtes autem deſtruant. Eſt autem difficilimum conuerti ab accidẽte propriam nominationem. Nam aliquo modo & non uniuerſaliter in ſolis cõtingit accidentibus, à definitione enim, & proprio, & genere neceſſarium eſt conuerti, ut ſi ineſt alicui, animal greſſibile bipes eſſe, conuertentem uerum erit dicere, quoniam illud animal greſſibile bipes eſt. Similiter autem à genere, nam ſi animal ineſt alicui, animal eſt. Eodem autem modo & in proprio eſt, ſi enim alicui ineſt Grammatices ſuſceptiuum eſſe, Grãmatices ſuſceptiuum erit. Nam nihil horum contingit ſecundum quid ineſſe, uel nõ eſſe, ſed ſimpliciter uel ineſſe, uel non ineſſe. In accidentibus autem nihil prohibet ſecũdum quid ineſſe, ut albedinem, uel iuſtitiam. Quare non ſufficit oſtendere quoniam ineſt albedo, uel iuſtitia, ad oſtendendum quod albus, uel iuſtus eſt, nam habet dubitationem, quoniã ſecundum quid albus, uel iuſtus eſt, qua propter non neceſſarium eſt in accidentibus conuerti. Determinare autẽ oportet & peccata, quæ ſunt in problematibus, nam ſunt duo, uel in eo quod falſum dicunt, uel in eo quod tranſgrediuntur poſitam locutionem. Falſum etenim dicentes, & qui quod nõ ineſt, ineſſe alicui dicunt, peccant, & qui extraneis nominibus res appellant (ut Platanum hominem) tranſgrediuntur poſitam nominationem.

Loci problematum quod quicquam inſit uel non inſit. Cap. II.

VNus autem locus eſt inſpicere, ſi quid ſecundum aliquem alium modũ ineſt, ut accidens aſsignauit. Peccatur autem maximè id circa genera, utſi quis albo dicat accidere colorem eſſe, non enim albo colorem eſſe accidit, ſed genus eius color eſt. Contingit aũt & ſecundum nominationẽ determinare eum qui ponit, ut quod accidit iuſtitiæ uirtutem eſse. Sæpè autem & cum non determinet, manifeſtum quod genus ut accidens aſsignauit, ut ſi quis albedinem colorari dixerit, uel ambulationem moueri. A nullo enim genere denominatiuè prædicatio de ſpecie dicitur, ſed omnia uniuocè genera de ſpeciebus prædicãtur, nam & nomen, & rationem generum ſuſcipiunt ſpecies, qui igitur coloratum dixit album, neq; genus aſsignauit, quoniam denominatiuè dixit, neq; ut proprium, uel ut definitionem, nam definitio, & proprium nulli alij ineſt, ſunt autem colorata & pleraque aliorum, ut lignum, lapis, homo, equus. Manifeſtum igitur quoniam ut accidens aſsignauit. Alius locus eſt inſpicere ea, quibus ineſse aut omnibus, aut nulli dictũ eſt, & conſiderare ſecundum ſpecies, & non in infinitis. Nam tranſitu magis, & in paucioribus conſideratio, oportet autem conſiderare, & incipere à primis, deinde conſequẽter uſq; ad indiuidua, ut ſi oppoſitorum eandem diſciplinam quis dixerit eſſe, perſpiciendum ſi eorum quæ ſunt ad aliquid, & contrariorum, & quę ſecundum priuationem & habitum, & quæ ſecundum contradictionem dicuntur eadem ſit diſciplina, & ſi in his nondum manifeſtum eſt, rurſum ea diuidendum uſq; ad indiuidua, ut ſi iuſti, uel iniuſti, uel dupli, uel dimidij, uel cœcitatis, uel uſus, uel eſſe uel nõ eſſe. Nam ſi in aliquo oſtendatur quod non eadem, interimentes erimus problema, ſimiliter autem & ſi nulli ineſt. Iſte autem locus conuertitur ad conſtruendum & deſtruendum. Si enim in omnibus uideatur cum diuiſionem proferimus, nihil in pluribus, poſtulandum eſt autem uniuerſaliter ponere, aut inſtantiam ferre in aliquo nõ ſic eſſe, nam ſi neutrum horum faciat, abſurdus apparebit, qui non ponet. Alius eſt, definitiones facere accidentis, & eius cui accidit, aut utriuſq; de utroq;, aut alterius. deinde conſiderare ſi quid non uerum in definitionibus perinde ac uerum ſumptum ſit. Vt ſi eſt Deum iniuſtitiam facere, quid iniuſtitiam facere. Si enim nocere ſponte, manifeſtum, quoniam nõ eſt Deum iniuſtitiam facere, non enim contingit nocere Deũ, & ſi inuidus ſit ſtudioſus, quis inuidus, & quæ inuidia. Nam ſi inuidia eſt triſtitia in apparenti proſperitate alicuius proborum, manifeſtum eſt quod ſtudioſus nõ eſt inuidus, prauus enim eſſet, & ſi indignans inuidus, quis uterq; eorum, ſic enim manifeſtum erit utrum uerum, an falſum ſit, quod dictum eſt, ut ſi inuidus quidem ſit, qui triſtatur in bonorum proſperitatibus, indignans autem, qui in malorum proſperitatibus triſtatur, manifeſtum quod non erit inuidus indignans. Sumere autem & pro ijs (quæ in definitionibus ſunt) nominibus definitiones, & non deſiſtere donec ad notum deuentum ſit, nam ſæpe cum tota quidem definitio aſſignata ſit, non manifeſtũ eſt quod quæritur, pro aliquo autem eorum (quæ in definitione ſunt) nominum, deſitione dicta, manifeſtum fit. Amplius, problema propoſitionem ſibi facientem, inſtare. Nam inſtantia erit argumentum ad poſitionem. Eſt autem locus hic penè idem ei, quo conſiderare quibus ineſſe, uel omnibus, uel nulli dictum eſt, differt autẽ modo. Amplius, determinare quæ oportet dicere ut plures, & quæ non. Vtile enim et ad conſtruendum, & ad deſtruendum, ut quod nominationibus, quidem res nũcupandum ut plures, quę autem ſunt, talia ne, an non talia, non amplius attendendũ ad plures, ut ſalubre quidem dicendum effectiuum ſanitatis, ceu plures dicunt. Vtrũ autem propoſitum effectiuum ſit ſanitatis, an non, non amplius ut plures dicẽdum, ſed ut medicus. Amplius, ſi multipliciter dicatur, poſitum autem ſit quoniã ineſt, aut quoniam non ineſt, alterum monſtrare eorum quæ multipliciter dicuntur, ſi non utraq; contingat. Vtendum autem in ijs quæ latent, nam ſi non lateat multipliciter dictum inſtabit quoniam nõ monſtratum eſt id quod ipſe dubitabat, ſed alterum. Hic autem locus conuertitur & ad conſtruendum, & ad deſtruendum, nam conſtruere uolentes oſtendemus quoniam alterum ineſt ſi, non ambo poterimus, deſtruentes autem quoniam non ineſt alterum oſtendemus, ſi ambo non poterimus, ueruntamẽ deſtruenti quidem nihil oportet ex conceſſione diſputare, neq; ſi omni, neq; ſi nulli dictum ſit ineſſe, nam ſi oſtenderimus quoniam non ineſt quodcunq; id ſit, interimẽtes erimus omni ineſſe, ſimiliter autem & ſi uni oſtẽderimus ineſſe, interimemus nulli ineſſe. Conſtruentibus autem pręcõfitendum, quod cuiuis ineſt, omni ineſt, ſi ueri ſimile ſit poſtulatum. Nõ ſufficit enim ad oſtendendum quod omni ineſt, in uno diſputaſſe, ut ſi hominis anima immortalis eſt, propter hoc, anima omnis immortalis, quare præconfitendum, quod ſi quęcunq; anima immortalis, omnis immortalis, hoc autem non ſemper faciendum, ſed quando non facilè poſſumus communem in omnibus unam rationem dicere, quẽadmodum Geometer, quod triangulus duobus rectis æquos habet tres angulos. Si aũt non lateat quod multipliciter dicitur, diuiſum quotupliciter dicitur & interimendum, & cõſtruendum. Vt ſi decens eſt utile, aut honeſtum, tentandũ ambo conſtruere, uel interimere de propoſito, ut quod honeſtũ,

& quod utile, uel quod neq; honeſtum, neq; utile. Si autem non contingat utrag; alterum oſtendendum, annotato quod hoc quidem eſt, illud autem non, eadem autem ratio, etiam ſi plura ſint, in quæ diuiditur. Rurſum quæcunq; non ſecundum adiacentem uocationem dicũtur multipliciter, ſed alio modo. Vt diſciplina una plurium, aut ut finis, aut ut eius quod ad finem, ut medicina eius quod ſanitatem facit, ut quod cibat, aut ut amborum finium uelut contrariorum eadem diſciplina (nihil enim magis finis alterum altero) aut ut eius quod per ſe eſt, & eius quod per accidẽs. Vt per ſe quidem quod triangulus duobus rectis æquales habet tres angulos, per accidens autem quod æquilaterus, quoniam enim accidit triangulo, æquilaterum triangulũ eſſe, per hoc cognoſcimus quod duobus rectis æquales habet. Si ergo nullo modo contingit eadem eſſe plurium diſciplinam, manifeſtum quoniam omnino non contingit eſſe, aut ſi aliquo modo contingit, manifeſtum quod contingit. Diuidere autẽ quotupliciter, utile, ut ſi uoluerimus conſtruere, talia præſtatuenda ſunt quæcunq; cõtingunt, & diuidendum in ea tantum, quæcunq; utilia ſunt ad conſtruẽdum. Si autem deſtruere, quæcunq; non contingunt, reliqua uero omittenda. Id autem faciendum in ijs cũ latuerit quotupliciter dicuntur, & eſſe hoc quidem huius aut non eſſe, ex eiſdem locis aſtruendum, ut diſciplinam, huius quidem aut ut finis, aut ut eorum quæ ſunt ad finem, aut ut eorum quæ ſunt ſecundum accidens, uel rurſum non eſſe aliquid ſecundum aliquem dictorum modorum, eadem autem ratio, & in deſiderio, & quæcunq; alia dicuntur plurium. Eſt enim deſiderium huius aut ut finis, ut ſanitatis, aut ut eorum quæ ſunt ad finem, ut medicinæ conficiendę, aut ut eorum quæ ſunt ſecundum accidens, ut in uino amicum dulce, nõ quia uinum, ſed quia dulce eſt, nam per ſe dulce deſiderat, uinum autem per accidens, ſi enim auſterum fit, non amplius deſiderat, per accidens ergo deſiderabat. Vtilis autem locus hic & in ijs, quæ ſunt ad aliquid, penè enim talia ea, quæ ad aliquid ſunt. Amplius, transferre ad euidentius nomen. Vt pro exacto in opinione clarum, & pro curioſitate cupiditas ſuperfluarum rerum, euidentiori enim facto quod dictum eſt, benè argumentabilis eſt poſitio. Eſt autem hic locus ad utrunq; communis, ad conſtruendum, & ad deſtruendum. Ad oſtendendum autem contraria circa idem ineſſe, conſiderandum in genere. Vt ſi uolumus oſtendere quod eſt circa ſenſum rectitudo, & peccatum, ſenſure quidem iudicare eſt, iudicare autem eſt rectè, & non rectè. & circa ſenſum erit rectitudo, & peccatũ, nunc ergo ex genere circa ſpeciem demõſtratio fit, nam iudicare eſt genus ſentire, qui namque ſentit aliquo modo iudicat. Rurſum ex ſpecie generi, quæcunque enim ſpeciei inſunt, & generi. Vt ſi diſciplina praua eſt, & ſtudioſa, & diſpoſitio praua, & ſtudioſa, nam diſpoſitio, diſciplinæ genus. Primus autem locus falſus eſt ad conſtruendum, ſecundus autem uerus, non enim neceſſarium quæcunque generi inſunt, etiam ſpeciei ineſſe, nam animal eſt uolatile, & quadrupes, homo autem non. Quæcunque uero ſpeciei inſunt, neceſſario & generi, ſi enim homo ſtudioſus, & animal ſtudioſum eſt. Ad deſtruendum autem & primus quidem uerus, ſecundus autem falſus, quæcunque enim generi non inſunt, neque ſpeciei, quæcunque uero ſpeciei nõ inſunt, non neceſſe eſt generi non ineſſe. Quoniam autem neceſſarium de quibus genus prædicatur, & ſpecierum aliquam prædicari, & quæcunq; habent genus, uel denominatiue dicuntur à genere, & ſpecierum aliquam habere neceſſe eſt, uel denominatiuè ab aliqua ſpecierum dici. Vt ſi de aliquo diſciplina prædicatur, & Grammatica, uel Muſica, uel aliqua diſciplinarum aliarum prædicabitur, & ſi aliquis habet diſciplinam, uel denominatiuè à diſciplina dicitur, & Grammaticam habebit, aut Muſicam, aut aliquam aliarum diſciplinarum, uel denominatiuè ab aliqua earum dicetur, ut Grammaticus, uel Muſicus, ſi igitur aliquid dictum à genere quoquo modo ut animam moueri, conſiderandum eſt ſecundum aliquam ſpecierum motus, cõtingit animam moueri, ut augeri, uel minui, uel corrumpi, uel generari, aut quæcunque alius motus ſpecies ſunt, nam ſi ſecundum nullam, manifeſtum eſt quod non mouetur. Hic

Hic autem locus communis ad utrunq;, & ad conſtruendum, & ad deſtruendum, ſi enim ſecundum aliquam ſpeciem mouetur, perſpicuum eſt quoniam mouetur, & ſi ſecundum nullam ſpecierum mouetur, manifeſtum quod non mouetur. Cum autem facultas non aſſit argumentationis ad poſitionem, intendendum ex definitionibus aut quæ ſunt propoſitæ rei, uel quę uideantur, & ſi non ab una, etiam à pluribus. Faciſe enim definientibus argumentari erit, nam ad definitiones, facilis argumentatio. Conſiderandum autem in propoſito, quoniam exiſtente neceſſe eſt poſitum eſſe, aut quid eſt ex neceſſitate, ſi propoſitum eſt. Conſtruere quidem uolẽti, quo exiſtente propoſitum erit ex neceſſitate, nam ſi illud oſtendatur eſſe, & propoſitum oſtenſum erit, deſtruere autem uolenti, quid eſt ſi propoſitum eſt, nam ſi oſtẽderimus conſequens propoſitum nõ eſſe, interimentes erimus propoſitum. Amplius, ad tempus inſpiciendum ſi alicubi diſſonat. Vt ſi quod nutritur, dixerit quis ex neceſſitate augeri, nutriuntur enim ſemper animalia, augentur autem non ſemper. Similiter autem & ſi ſcire dixerit quis reminiſci, hoc enim præteriti temporis eſt, illud aũt præſentis, & futuri, ſcire enim dicimur præſentia, & futura, ut quoniam erit ſolis defectus, reminiſci autem non contingit aliud quàm præteritum. Amplius, Sophiſticus modus ducere ad id, ad quod plurimum habemus argumentorum facultatem. Hoc autem erit quandoq; quidem neceſſarium, quandoq; autem apparens neceſſarium, quandoq; autem neq; apparens, neq; neceſſarium, neceſſarium quidem, quãdo negante eo qui reſpondet aliquid utilium ad poſitionem, ad illud rationes facit, contingit autem id talium eſſe ad quæ copioſam argumentorum facultatem habemus. Similiter autem & quando inductionem ad aliquid per poſitum faciens, interimere conatur, hoc enim interempto, & propoſitum interimitur. Apparens autem neceſſarium eſt, quando uidetur quidem utile, & accommodum poſitioni, non eſt autem ad id ad quod fiunt diſputationes, ſiue negãte eo qui diſputationem ſuſtinet, ſiue ab inductione probabili, per poſitionem ad idem factam, interimere conetur idipſum, reliquum uero quando nec neceſſarium eſt, nec apparens ad id ad quod fiunt diſputationes, & ſine cauſa accidit redarguere reſpondentem. Oportet autem deuitare poſtremum dictorum modum, omnino enim ſemotus, & extraneus uidetur eſſe à Dialectica. Quare oportet & reſpondentem non grauiter ferre, ſed ponendo quæ non utilia ſunt ad poſitionem ſignificare quæcunq; non uidentur, ponit tamen, nam magis perplexos eſſe ut plurimum contingit eos, qui interrogant, quando omnia huiuſmodi abeis poſita fuerint, ſi non concludunt. Amplius, omnis qui dixit unũquod uis, quodam modo multa dixit, eo quòd plura unicuiq; ex neceſſitate conſequentia ſunt (ut qui hominem dixit eſſe, & quod animal eſt dixit, & quod animatum, et quod bipes, & quod mentis, & diſciplinæ ſuſceptiuum) quare quouis uno conſequentium interempto, interimitur, & quod in principio eſt, cauere autem oportet in huiuſmodi, difficilioris aſſumptionem facere. Nam quandoque facilè eſt conſequens interimere, quandoque id ipſum propoſitum. Quibuſcunque autem neceſſe eſt alterũ tantum ineſſe, uel non ineſſe, ut homini ægritudinem, uel ſanitatem, ſi ad alterum facilè poterimus diſputare quod ineſt, uel non ineſt, & ad reliquum facilè poterimus. Hoc autem conuertitur ad utrunq;. Oſtendentes enim quod ineſt alterum, quod nõ ineſt reliquum oſtendentes erimus, ſi autem quod non ineſt oſtendamus, reliquum ineſſe oſtendentes erimus, manifeſtum igitur quod ad utrunque utilis hic locus eſt. Amplius argumentari transferendo nomen in orationẽ, cum longè magis conſentaneum uiſum fuerit tranſſumere quàm ut ponitur nomen. Vt magnanimum non fortem (ut ponitur) ſed magnum animum habentem, quemadmodum fidentem, bona ſperantem. Similiter autem & ingenioſum, cuius fuerit genius ſtudioſus. Quemadmodum Xenocrates inquit, ingenioſum eum eſſe, qui animam ſortitus eſt ſtudioſam, ipſam enim unicuique eſſe genium. Quoniam autem rerum aliæ quidem ſunt ex neceſſitate, aliæ autem ut in pluribus, aliæ uero utrumlibet, ſi quod ex neceſ-

ſitate eſt, ut in pluribus ponatur, aut quod ut in pluribus, ex neceſſitate, aut ipſum aut contrarium ei quod eſt ut in pluribus, ſemper dat locum argumentationis. Nam ſi quod ex neceſſitate eſt, ut in pluribus ponatur, manifeſtum quoniam non omni dicit ineſſe, cum inſit omni, quare peccauit, ſiue, quod ut in pluribus dicitur, ex neceſſitate dixit, omni dixit ineſſe, cum non inſit omni, ſimiliter autem & ſi contrarium ei quod in pluribus eſt, ex neceſſitate dixit, ſemper enim in paucioribus dicitur contrarium ei, quod eſt ut in pluribus, ut ſi, ut in pluribus praui homines, boni in paucioribus, quare multo magis peccauit, ſi bonos ex neceſſitate dixit eſſe, ſimiliter autem & ſi quod utrumlibet eſt, ex neceſſitate dixit, uel ut in pluribus, neque enim ex neceſſitate utrumliber, neque ut in pluribus, contingit autem & ſi non determinans dixerit utrum ut in pluribus, an ex neceſſitate dixit, ſit autem res ut in pluribus, diſputare ut ex neceſſitate is dixerit. Vt ſi prauos exhæreditandos dixit eſſe, non determinans, tanquam ex neceſſitate is dixerit, diſputare. Amplius, & ſi idem ſibi accidens poſuerit ut alterum, eo quòd alterum ſit nomen. Quemadmodum Prodicus diuidebat uoluptates, in gaudium & iucunditatem, & lætitiam, hæc enim omnia eiuſdem (id eſt uoluptatis) nomina ſunt, ſi ergo aliquis gaudere, ei quod eſt lætari ponat accidere, idem utique ſibijpſi dicet accidere.

De eiſdem terminandis problematis locis alij. Cap. III.

QVoniam autem contraria connectuntur quidem ſibijnuicem, ſexmodis, contrarietatem autem faciunt quadrupliciter complexa, oportet accipere contraria quocunq; modo utile fuerit & deſtruenti & conſtruenti. Quod autem ſex modis complectuntur, manifeſtum, nam aut utrunque contrariorum utrique contrariorum connectitur, hoc autem dupliciter, ut amicis benefacere, & inimicis malè, uel ecõuerſo, amicis malè, & inimicis benè, aut quãdo utraque de uno, dupliciter autem & hoc ut amicis benefacere, & amicis male, uel inimicis benefacere, & inimicis male, aut unum de utriſque, & hoc quoque dupliciter, ut amicis benè, & inimicis benè, uel amicis malè, & inimicis malè. Primæ autem duæ dictæ complexiones non faciunt contrarietatem, nam id quod eſt amicis benefacere, ei quod eſt inimicis malefacere, non eſt contrarium, utraque enim eligenda ſunt & eiuſdem moris, neque id quod eſt amicis malè, ei quod eſt inimicis benè, nam & hæc utraque fugienda, & eiuſdem moris. Non uidetur autem fugiendum fugiendo contrarium eſſe, niſi hoc quidem ſecundum ſuperabundantiam. Illud autem ſecundum defectum dictum ſit. Nam ſuperabundantia fugiendorũ uidetur eſſe, ſimiliter autem & defectus. Reliqua uero quatuor omnia faciunt contrarietatem, nam id quod eſt amicis benefacere, ei quod eſt amicis malè, contrarium, nã à contrario more ſunt, & illud quidem eligendum, hoc autem ſpernẽdum, ſimiliter autem & in alijs. Nam in unaquaq; coniugatione unum eligendum, & alterum fugiendum, illud quidem boni moris, hoc autem praui. Manifeſtum igitur ex ijs quæ dicta ſunt, quod eidem plura contraria accidunt fieri, nam ei quod eſt amicis benefacere, id quod eſt inimicis benefacere, & id quod eſt amicis male, contrarium eſt.

Similiter autem & aliorum ſingulis quibuſque eodem modo conſiderantibus, duo contraria apparebunt, accipere igitur contrariorum quodcunque, erit ad poſitionem utile. Amplius ſi eſt aliquid contrarium accidenti, conſiderandum eſt ſi ineſt ei, cui dictum eſt accidens ineſſe. Nam ſi hoc ineſt, illud non erit, impoſſibile enim ſimul contraria eidem ineſſe. Aut ſi quid tale dictum eſt de aliquo, quod cum ſit, neceſſe eſt contraria ineſſe, ut ſi ideas in nobis quis dixerit eſſe. Nam & moueri, & quieſcere eaſdem accidet & etiam ſenſibiles, & inſenſibiles eſſe. Nam uidentur ideæ quieſcere, immobiles, & intelligibiles

intelligibiles eſſe ijs, qui ponunt ideas eſſe. Attamen cum ſint in nobis, impoſſibile eſt immobiles eſſe. Nam motis uobis, neceſſarium eſt, & quæ in nobis ſunt omnia, ſimul moueri. Manifeſtum autem quoniam & ſenſibiles, ſi in nobis ſunt, nam per ſenſum qui circa uiſum eſt, eam quæ in unoquoque eſt formam cognoſcimus. Rurſum ſi poſitum eſt accidens, cui eſt aliquid contrarium, conſiderandum ſi & contrarij ſuſceptiuum, quod & accidentis eſt. Nam idem contrariorum ſuſceptiuum, ut ſi odiũ hærere iræ quis dixerit, erit odium in furoris ſpecie, illic enim ira, inſpiciendum igitur ſi & contrarium in furoris ſpecie, an in concupiſcentia, nam ſi non, ſed in concupiſcibili eſt, non cohæret odium iræ. Similiter autem & ſi concupiſcibile, ignorare dixerit, nam erit & diſciplinæ ſuſceptiuum, ſiquidem & ignorantiæ, quod quidem non uidetur, concupiſcibile ſuſceptiuum eſſe diſciplinæ. Deſtruenti ergo quemadmodum dictum eſt utendum, aſtruenti uero quod ineſt quidem accidens non utilis locus, ꝙd autem contingit ineſſe utilis. Oſtendentes enim quod non ſuſceptiuum eſt contrarij, oſtendentes erimus quod neque ineſt accidens, neque contingit ineſſe, ſi autem oſtenderimus quod ineſt contrarium, aut quod ſuſceptiuum eſt contrarij, nondum oſtendentes erimus quod & accidens ineſt, ſed quod contingit ineſſe in tantum ſolũ oſtenſum erit. Quoniam autem oppoſitiones ſunt quatuor, conſiderandum ex cõtradictionibus, èconuerſo ex conſequentia, & interimenti, & conſtruenti. Sumere autem eſt ex inductione, ut ſi homo, animal, non animal, non homo, ſimiliter autem & in alijs. Hic enim èconuerſo conſequentia, nam hominem, animal ſequitur, nõ homine autem, non animal nequaquam, ſed èconuerſo, non animal, non homo. In omnibus igitur tale eſt exiſtimandum, ut ſi bonum, ſuaue, & non ſuaue, non bonum, ſi autem non hoc, nec illud, ſimiliter autem & ſi non ſuaue, nõ bonum, bonum, ſuaue. Manifeſtum igitur quod utrumq; conuertitur, quæ ſecundum contradictionem eſt conſequentia èconuerſo facta. In contrarijs autem conſiderandum, ſi contrarium, contrarium ſequatur, an contra ſeipſa conſequentia, an èconuerſo, & interimenti, & conſtruenti. Sumere autem & talia eſt ex inductione quantum utile eſt, contra ipſum conſequentia eſt, ut in fortitudine, & timiditate, nam illam quidem ſequitur uirtus, hanc autem uitium, & illam quidem ſequitur eligendum, hanc autem fugiendũ, igitur contra ſeipſa et horum conſequentia, contrarium enim eligendum fugiendo, ſimiliter autem & in alij. Econuerſo autem conſequentia, ut bonam quidem habitudinem ſanitas ſequitur, malam autem habitudinem ægritudo nequaquam, ſed ægritudinem mala habitudo, manifeſtum igitur quoniam èconuerſo in his conſequentia fit. Raro autem èconuerſo accidit in contrarijs, ſed in pluribus in ſeipſa conſequentia, ſi ergo neque contra ſeipſa contrarium ſequitur contrarium, neque èconuerſo, manifeſtum quoniam neque eorum quæ dicta ſunt alterum ſequitur alterum, ſi autẽ in contrarijs, & in ijs quæ dicta ſunt neceſſe alterum ſequi alterum. Similiter autem contrarijs, & in priuationibus, & habitibus reſpiciendum. Veruntamen non eſt in priuationibus èconuerſo, ſed contra ſeipſa conſequentiam neceſſarium eſt ſemper fieri, ueluti uiſum ſequi ſenſum, cœcitatem autem inſenſibilitatem, opponitur enim ſenſus inſenſibilitati, ut habitus & priuatio, nam illud horum quidem habitus, hoc autem priuatio eſt. Similiter autem habitui & priuationi, & in ijs quæ ſunt ad aliquid, utendum, contra ſeipſa enim, & horum cõſequentia, ut ſi triplum, multiplum, & ſubtriplum ſubmultiplum dicitur, dicitur enim triplum quidem ad ſubtriplũ, multiplum autem ad ſubmultiplum. Rurſus, ſi ſcientia opinio, & ſcibile opinabile, & ſi uiſus ſenſus, & uiſibile ſenſibile. Inſtantia, quod non neceſſe eſt in ijs, quæ ſunt ad aliquid conſequentiam fieri quemadmodum dictum eſt, nam ſenſibile ſcibile eſt, ſenſus autem non eſt ſcientia. Non tamen uera inſtantia uidetur eſſe, multi enim non dicunt ſenſibilium eſſe ſcientiam. Inſuper autem ad contrarium nõ minus utile quod dictum eſt, ut quod ſenſibile non eſt ſcibile, neque enim ſenſus ſcientia. Rurſus in cõiugatis, & in caſibus, & interimenti, & conſtruenti. Dicuntur autem coniugata huiuſmodi,

iuſmodi,ut iuſta,& iuſtus iuſtitiæ,& fortia,& fortis fortitudini. Similiter autem ef fectiua,& conſeruatiua,coniugata illi cuius ſunt effectiua,& conſeruatiua, ut ſana tiua ſanitatis,habituatiua habitudinis,eodem autem modo & in alijs, coniugata igi tur talia ſolent dici. Caſus autem,ut iuſtè,& fortiter,& ſanatiuè,habitatiuè,& quæcũ que eodem modo dicuntur. Videntur autem & quę ſunt ſecundum caſus,coniugata eſſe,ut iuſtè iuſtitiæ,& fortiter fortitudini. Coniugata autem dicuntur ſecundum eã dem coniugationem omnia,ut iuſtitia,iuſtus,iuſtum,iuſtè,manifeſtum igitur quoni am uno quouis oſtenſo eorum,quæ ſecundum eandem coniugationem dicuntur,ut bono,uel laudabili,& reliqua omnia oſtenſa ſunt,ut ſi iuſtitia eſt laudabilium,& iu ſtè,iuſtus,iuſtum laudabilium,dicetur autem iuſtè & laudabiliter ſecundum eundem caſum (nam à laudabili) quemadmodum iuſtè à iuſtitia. Conſiderandum autem non ſolum in eo quod dictum eſt,ſed & in contrario contrarium. Vt quod bonum non ex neceſſitate ſuaue,neque enim malum triſte,ut ſi hoc,& illud,& ſi iuſtitia ſcientia, & iniuſtitia ignorantia,& ſi quod iuſtè eſt,ſcienter & experienter eſt, quod iniuſtè eſt,ignoranter & experienter eſt,ſi autem hæc non,nec illa, uelut in hoc quod nunc dictum,nam magis utique apparebit quod iniuſtè experienter,quam inexperienter. Hic autem locus dictus eſt prius in contrariorum conſequentijs, nihil enim aliud nunc oſtendimus,quàm contrarium ſequi contrarium. Amplius in generationi bus,& corruptionibus,& effectiuis,& corruptiuis,& interimenti et aſtruenti. Quo rum enim generationes bonæ ſunt,& ipſa bona ſunt,& ſi ipſa bona ſunt,& genera tiones bonæ,ſi autem generationes malæ,& ipſa mala. In corruptionibus autem è contrario,nam ſi corruptiones bonæ,ipſa mala,ſi autẽ corruptiones malæ,ipſa ſunt bona. Eadem ratio & in effectiuis, & corruptiuis,quorum enim effectiua bona,& ipſa bona,quorum uero corruptiua bona,ipſa mala.

Ex ſimilibus,appoſitione, magis, minus,ſimpliciter, & ſecundum quid loci. Cap. 1111.

RVrſum in ſimilibus ſi ſimiliter ſe habent. Vt ſi diſciplina una plurium, & opinio, & ſi uiſum habere eſt uidere, & auditum habere eſt audire, ſi militer autem & in alijs,& in his quæ ſunt, & in ijs quæ uidentur. Vtilis autem hic locus ad utrunque, nam ſi in aliquo ſimilium ſic ſe habet,& in alijs ſimilibus,ſi autem in aliquo non, nec in alijs ſimilibus. Conſiderandum au tem & in uno, & in pluribus ſi ſimiliter ſe habet. Aliquoties enim diſſonat,ut ſi ſcire eſt cogitare,& multa ſcire eſt multa cogitare,hoc autem non uerum. Contin git enim plura ſcire, cogitare autem non, ſi autem non hoc, nec illud quod in uno quod ſcire eſt cogitare. Amplius, ex magis & minus. Sunt autem eius quod eſt magis loci quatuor. Vnus quidem ſi magis ſequitur magis, ut ſi uoluptas bo num, & magis uoluptas, magis bonum, & ſi iniuriam facere malum, & magis iniu riam facere, magis malum. Vtilis autem ad utrunque hic locus,nam ſi ſequatur ad ſubiecti incrementum,accidentis incrementum, quemadmodum dictum eſt,mani feſtum quod accidit,ſi autem non ſequatur,non accidit,hoc autem inductione ſumẽ dum. Alius,uno de duobus dicto,ſi cui magis uidetur ineſſe non ineſt,nec cui mi nus,& ſi cui minus uidetur ineſſe ineſt,& cui magis. Rurſum,duobus de uno dictis, ſi quod magis uidetur alij ineſſe non ineſt,neque quod minus,aut ſi quod minus ui detur ineſſe ineſt,& quod magis. Amplius,duobus de duobs dictis,ſi quod alteri ma gis uidetur ineſſe non ineſt,nec reliquum reliquo, aut ſi quod minus uidetur alteri in eſſe ineſt,et reliquũ reliquo. Amplius,ex eo quod ſimiliter ineſt, uel uidet̃ ineſſe, tri pliciter,quemadmodũ in eo q̃d magis,ut in poſterioribus tribus dictis locis dicebat. Siue enim unum quoddam duobus ſimiliter ineſt,aut uidet̃ ineſſe,ſi alteri non inſit, nec alteri,

nec alteri, ſi aũt alteri ineſt,& reliquo. Siue duo eidem ſimiliter,ſi alterũ nõ inſit,nec reliquum,ſi autem alterum,& reliquum. Eodem autem modo & ſi duobus duo ſimi liter inſunt,nam ſi alterum alteri non ineſt,nec reliquum reliquo,ſi autem ineſt alte rum alteri, & reliquum reliquo,ex eo igitur quod eſt magis,& minus,& quod eſt ſi militer,tot modis contingit argumentari. Amplius autem ex appoſitione,ſi alte rum ad alterum appoſitum faciat bonum,uel album,cum non fuerit prius album, uel bonum,quod appoſitum eſt erit album,uel bonum,quale reuera & totum facit. Amplius autem ſi id ad quod eſt appoſitum aliquid facit magis tale,quale erat,& ip ſum erit eiuſmodi, ſimiliter autem & in alijs. Vtilis autem non in omnibus hic lo cus,ſed in quibus ipſius magis crementum accidit fieri. Iſte uero locus non conuer titur ad deſtruendum, nam ſi non facit quod appoſitum eſt, bonum, nondum mani feſtum,ſi ipſum non bonum. Nam bonum malo appoſitum,non ex neceſſitate bo num totum facit,nec album nigro,nec dulce amaro. Rurſum,ſi quid magis & mi nus dicitur,& ſimpliciter ineſt. Quod enim bonum uel album non eſt, neque ma gis & minus bonum uel album dicetur,nam malum de nullo magis, uel minus bo num,ſed magis malum uel minus dicetur. Non conuertitur autem hic locus ad de ſtruendum,multa enim eorum quæ non dicuntur magis,ſimpliciter inſunt, nam no mo non dicitur magis & minus,ſed non propter hoc non eſt homo. Eodem autem modo conſiderandum & in ijs quæ ſecundum quid, & quando,& ubi. Nam ſi ſecũ dum quid contingit, & ſimpliciter contingit,ſimiliter autem & quãdo,& ubi, nam quod ſimpliciter, eſt impoſſibile, neque ſecundum quid,neque ſecundum ubi, neq; ſecundum quando contingit. Inſtantia, quoniam ſecundum quid quidem ſunt na tura ſtudioſi (ut liberales, uel caſti) ſimpliciter autem non ſunt natura ſtudioſi,nam nullius natura prudens. Similiter autem & quando contingit corruptibilium aliqd non corrumpi, ſimpliciter autem non contingit non corrumpi. Eodem autem mo do & ubi expedit quidem tali obſeruantia uictus uti,ut in morboſis locis, ſimplici ter autem non expedit adhuc autem,alicubi quidem unum tãtum poſſibile eſt eſſe, ſimpliciter autem non poſſibile unum tantum eſſe. Eodem autem modo & alicubi bonum eſt quidem patrem ſignificare,ut in Tribalis,ſimpliciter autem nõ bonum. An in hoc quidem non ubi ſignificat,ſed quibuſdam? nihil enim refert ubicũq; ſint, ubique enim erit eis bonum in Tribalis. Rurſus quidem expedit medica. i, ut quan do ægrotat,ſimpliciter autem non. An neq; hoc quando ſignificat,ſed in eo quòd afficitur aliquo modo? nihil enim refert quandocunque, dummodo ſic affectus ſit. Simpliciter autem eſt quod nullo addito dicis quòd bonum eſt, aut contrarium, ut patrem ſacrificare non dicis bonum eſſe, ſed quibuſdam bonum eſſe, non ergo ſimpliciter bonum,ſed Deos honorare bonum dicis nihil ad dens, ſimpliciter enim bonum eſt,quare quod nullo addito uidetur eſſe honeſtum, uel turpe, uel aliquid talium,ſimplici ter dicetur.

Secundi libri Topicorum Ariſtotelis finis.

TERTII TOPICORVM LIBRI ARISTOTELIS, DE MELIORVM ELIGIBILIORVMQVE PROBLEMATVM Locis, Cap. I.

VTrum autem eligibilius,aut melius duorũ,pluriumue, ex his perſpiciendum. Primum autem determinetur quod conſiderationem facimus non de plurimum diſtantibus,& magnam adinuicem differentiam habentibus (nullus enim dubitat utrum felicitas, an diuitiæ expetibiliores) ſed de iſs quæ propinqua ſunt, & de quibus dubitamus utro oporteat apponere magis eo quòd nullam uidemus alterius ad alterum præeminentiam? Manifeſtũ igitur in his quod oſtenſa una præeminentia,uel pluribus,conſtituetur intelligentia, quod id eligibilius eſt,quod eorum eſt præeminens. Primum igitur quod diuturnius ſtabiliuſue,eligibilius eo quòd minus huiuſmodi. Et quod magis eligit prudens,uel bonus uir,uel lex recta, uel ſtudioſi circa ſingula delecti quatenus tales ſunt,uel in unoquoque genere periti,uel quæcunque plures,uel omnes (ut in medicina uel ædificatoria, quę plures medicorum uel omnes)uel quęcunque omnino plures,uel omnes,uel omnia,ut bonum. Omnia enim bonum appetunt. Oportet autem ducere ad id quod fuerit utile,quod dicendum eſt. Eſt autem ſimpliciter quidem melius, ac eligibilius, quod ſecundum meliorem diſciplinam,alicui autem quod ſecundum propriam. Deinde quod ídipſum quod eſt (eo quòd non) in genere eſt,ut iuſtitia iuſto. Nam illa quidem in genere bono,hoc autem non,& illa idipſum quod eſt bonum eſt,hoc autem non. Nam nihil dicitur idipſum quod genus eſt, quod non eſt in genere. Vt albus homo nõ eſt id quod color. Similiter autem & in alijs. Et quod propter ſe eligẽdum,eo eligendo quod propter aliud eligibilius. Vt ſanum eſſe quàm exercitari,illud enim propter ſe eligendum,hoc autem propter aliud. Et quod per ſe eo quòd per accidens. Vt amicos iuſtos eſſe,eo quòd inimicos,illud enim per ſe eligendum, hoc autem per accidens eligimus. Nam inimicos iuſtos eſſe ſecundum accidens eligimus,ut nihil nobis noceant. Eſt autem hoc idem ei quod ante hoc, differt autem modo,nam amicos quidẽ iuſtos eſſe propter ſe eligimus,& ſi nihil nobis debeat ferre,quamuis apud Indos ſint,inimicos autem propter alterum,ut nihil nobis noceat. Et quod cauſa boni per ſe,eo quòd per accidens cauſa. Quemadmodum uirtus,fortuna,nam illa quidem per ſe,hæc autem per accidens eſt cauſa bonorum, & ſi quid aliud huiuſmodi. Similiter autem & in contrario. Nam quod per ſe eſt cauſa mali, fugibilius eſt eo quòd per accidẽs,ut uitium quàm fortuna,nam illud quidem per ſe malum,fortuna autem per accidens. Et quod ſimpliciter bonum,eo quòd alicui eligibilius. Vt ſanum fieri,quàm incidi. Nam hoc quidem ſimpliciter bonum,illud autem alicui indigentium inciſione. Et quod natura eſt,eo quòd non natura. Vt iuſtitia,iuſto,illud enim natura,hoc autem acquiſitiuum. Et quod meliori,& honorabiliori ineſt,eligibilius,ut Deo,quàm homini,animæ,quàm corpori. Et quod meliorís proprium,melius quàm quod peioris. Vt quod Dei,quàm quod hominis,nam ſecundum communia utriſque,nihil differunt ab inuicem, propriis autem alterum alteri differentijs ſupereminet. Et quod in melioribus,uel prioribus,uel honorabilioribus, eſt melius. Vt ſanitas robore, et pulchritudine,nam illa quidem in humidis,et ſiccis,& (ut ſimpliciter dicaẽ,ex quibus prius cõſtiturũ eſt animal. Hęc uero in poſterioribus,nã robur in neruis,& oſſibus,pulchritudo autẽ membrorũ quædã cõmenſuratio uidetur eſſe. Et finis ijs quæ ſunt ad finẽ eligibilior uideẽ eſſe. Et duorũ,quod ꝓpinquius eſt fini. Et omnino quod ad uitæ finẽ expetibilius,quàm quod ad aliud ad quid,

quid,ut quod ad felicitatem contendit,quã quod ad prudentiam,nam quod ad felicitatem contendit,eligibilius. Et poſſibile impoſſibili. Amplius,cum duo ſint effectiua cuius finis melior,& ipſum melius. Cum autem ſit effectiuum,& finis, ex proportione,quando pluri ſuperat finis finem,quã ille proprium effectiuum. Vt felicitas pluri ſuperat ſanitatem, quã ſanitas ſalubre, quare effectium felicitatis, melius ſanitate,nam quantum felicitas ſuperat ſanitatem,tantum & effectiuum felicitatis,ſalubre ſuperat,ſanitas autem ſalubre minus ſuperabat,quare plus ſuperat effectiuum felicitatis,ſalubre, quã ſanitas ſalubre,quapropter effectiuum felicitatis,melius ſanitate,manifeſtum igitur,ꝙ eligibilius effectiuum felicitatis, quã ſanitas,nam idem plus ſuperat. Amplius,melius eſt quod propter ſe,& honorabilius, & laudabilius, Vt amicitia diuitijs,& iuſtitia ſanitate,& robore,nam illa quidem propter ſe honorabilium, hæc uero non propter ſe,ſed propter aliud, nullus enim honorat diuitias propter ſe, ſed propter aliud,amicitiam uero propter ſe, & ſi nihil nobis debeat aliud ab ea eſſe.

Alij pro eiſdem problematis loci. Cap. II.

AMplius,quãdo duo aliqua fuerint ualde ſibimetipſis ſimilia, & non poterimus præeminentiã aliquam conſpicere alterius ad alterũ,uidendũ ex iſs quę ſequunt. Nam cũ cõſequẽs eſt maius bonũ,hoc eligibilius. Si aũt ſint cõſequentia mala,cui cõſequẽs minus malũ,hoc eligibilius. Nam cũ utraq; ſint eligenda,nihil prohibet moleſtũ aliquid ſequi,dupliciter autẽ ab eo quod ſequitur conſideratio,nam & prius,& poſterius ſequitur,ut addiſcentem ignorare prius ſcire autem poſterius,melius autem ut plurimum,quod poſterius, ſumẽdum igitur eorum quæ ſequuntur quodcunque fuerit utile. Amplius, plura bona paucioribus, uel ſimpliciter,uel quando altera alteris inſunt,ut pauciora in pluribus. Inſtantia, ſi alicubi alterum alterius gratia,nihil enim eligibiliora utraque quàm unum, ut ſanum fieri,& ſanitas,quam ſanitas,eo quòd ſanum fieri propter ſanitatem eligimus. Et non bona,bonis nihil prohibet eligibiliora eſſe,ut felicitatem,& aliud aliquid ꝙd non eſt bonum, iuſtitia & fortitudine. Et eadem cum uoluptate magis,quã ſine uoluptate,& eadem cum indolentia,quã cum triſtitia. Et unumquodque in quo tempore magis ualet, in hoc etiam eligibilius. Vt carentia triſtitiæ in ſenectute magis,quã in iuuentute, magis enim in ſenectute ualet. Secundum hæc autem, & prudentia in ſenectute eligibilior, nemo enim iuuenes eligit duces, eo quòd non conſtat eos prudentes eſſe. Fortitudo autem ècontrario,in iuuentute enim magis neceſſaria ſecundum fortitudinem operatio, ſimiliter autem & in temperantia, magis enim iuuenes quã ſenes concupiſcentijs moleſtantur. Et quod in omni tempore, uel in pluribus utilius. Vt iuſtitia,& temperantia, fortitudine,nam illæ ſemper,hæc autem aliquando utilis. Et quod cum omnes haberemus, nihil altero indigeremus,quã quod cum haberemus, indigeremus reliquo. Vt in iuſtitia, & fortitudine, nam ſi omnes eſſent iuſti, nihil utilis fortitudo, ſi uero omnes eſſent fortes, utilis iuſtitia. Amplius ex corruptionibus,& adiectionibus, & generationibus,& ſumptionibus,& contrarijs. Quorum enim corruptiones malæ,ipſa eligibiliora, ſimiliter aũt & in abiectionibus,& in contrarijs, nam ſi abiectio,uel contrarium fugibilius eſt,ipſum eligibilius, in generationibus autẽ,& ſumptionibus,ècõtrario. Quorũ enim ſumptiones,& generationes & eligibiliores,& ipſa quoq; eligibiliora. Alius aũt locus eſt. Quod propinquius bono, melius, atq; eligibilius. Et ꝺd ſimilius eſt bono,ut iuſtitia,iuſto. Et ꝙ meliori eorũ eſt ſimilius, quẽadmodum Aiacẽ Vlyſſe dicũt aliqui meliorẽ eſſe,eo ꝺd ſimilior eſt Achilli. Inſtãtia huius eſt, ꝺd non uerũ ſit, nihil enim prohibet non qua ratione optimus eſt Achilles, eadem ſimiliorem eſſe Aiacẽ, cum erit alter quidem bonus non ſimiliter aũt. Cõſiderandũ

autem ſi & in ridiculoſioribus ſit ſimile, ut ſimia homini quàm equo, cum non ſit ſimilis non enim eſt ſimia melior, ſimilior tamen eſt homini. Rurſum in duobus, ſi hoc quidem meliori, illud autem peiori eſt ſimilius, erit melius quod meliori eſt ſimilius. Habet autem & hoc inſtantiam, nihil enim prohibet hoc quidem meliori parum ſimile eſſe, illud autem peiori ualdè, ut ſi Aiax quidem Achilli parum, Vlyſſes autem Neſtori ualdè, ut ſi hoc quidem meliori in peioribus, illud autem peiori in melioribus, ut equus aſino, & ſimia homini. Et quod maximè inſigne, eo quòd minus tale. Et quod difficilius, magis enim amamus cum habemus, quod non eſt facile adipiſci. Et quod magis proprium, eo quòd cõmunius. Et quod magis incommunius, nam magis eligenda q̃d nulla moleſtia ſequitur, quàm quod ſequitur. Amplius, ſi hoc illo melius, & omnino optimum eorum quæ in hoc, melius eo quòd in altero optimum. Vt ſi melior eſt homo quã equus, & optimus homo, optimo equo melior. Et ſi optimum optimo melius, & ſimpliciter hoc illo melius, ut ſi optimus homo, optimo equo melior, & ſimpliciter homo, ſimpliciter equo melior. Amplius, ea quæ uolumus amicos participare, eligibiliora, quã quæ non. Et quæ ad amicum agere malumus, quã quæ ad quemlibet, illa eligibiliora. Vt iuſtè agere, & benefacere, magis quàm uideri, nam amicis benefacere uolumus magis quã uideri, quibuslibet autem è conuerſo. Et quæ ſunt ex circũſtantia neceſſarijs meliora, aliquando autem & eligibiliora. Melius enim quàm uiuere, benè uiuere, benè autem uiuere eſt ex circunſtantia, ipſum autem uiuere neceſſarium. Aliquando autem meliora non etiam eligibiliora, non enim ſi meliora, neceſſario quòd eligibiliora: Philoſopharí ſiquidem melius quàm lucrari, ſed non magis eligẽdum indigenti neceſſarijs. Ex circunſtantia autem eſt, quando exiſtentibus neceſſarijs, alia quædam adijciuntur bonorum. Ferè autem fortaſſe eligibilius quod neceſſarium eſt, melius autem quod ex circunſtantia. Et quod non eſt ab alio exquirere, quã quod eſt & ab alio. Quale ſuſtinet iuſtitia ad fortitudinem. Et ſi hoc quidem ſine illo eligendum, illud autem ſine hoc non: Vt poteſtas ſine prudentia nõ eligenda, prudentia uerò ſine poteſtate eligenda. Et duorum, ſi alterum negamus, ut reliquum uideatur nobis ineſſe, illud eligibilius q̃d uolumus nobis uideri ineſſe. Vt laborem diligere nos negamus, ut ingenioſi eſſe uideamur Amplius, pro cuius abſentia minus increpandi ſunt moleſtè ferentes, hoc magis eligendum. Et pro cuius abſentia non moleſtè ferentem magis increpandum, id eligibilius.

Alij meliorum, eligibiliorumq; loci. Cap. III.

AMplius, eorum quę ſunt ſub eadem ſpecie, quod habet propriam uirtutẽ, eo quod non habet, utriſq; autem habentibus, q̃d magis habet, eligibilius. Amplius, ſi hoc quidem facit bonum illud cui adeſt, illud autem non facit, quod facit, eligibilius. Quemadmodum & calidius quod calefacit, eo quòd non. Si autem utrunq; facit, quod magis facit, aut quod melius, & principalius facit bonum, ut ſi hoc quidem animam, illud autem corpus. Amplius autem à caſibus, & uſibus, & actionibus, & operibus, & hæc ab illis. Sequuntur enim ſeſeinuicem, ut ſi quod iuſtè eſt eligibilius, quàm quod fortiter, & iuſtitia fortitudine eligibilior, & ſi iuſtitia quã fortitudo eligibilior, & quod iuſtè, quã quod fortiter, ſimiliter autem & in alijs. Amplius, ſi aliquo eodem hoc quidem maius bonum eſt, illud autem minus, magis eligendum maius, aut ſi maiore maius fuerit alterum. Sed & ſi duo quædam uno aliquo ſint eligibiliora, quod longè eligibilius eo quòd minus eſt eligendum, eligibilius. Amplius cuius eſt ſuperabũdantia eligibilior, & ipſum eligibilius. Vt amicitia, pecunijs, nam eligibilior ſuperabundantia amicitię, quã pecuniarum. Et id cuius magis eliget quis ut ipſe ſibi cauſa ſit, quã cuius alter. Vt amicos pecunijs. Amplius, ex appoſitione ſi eidem appoſitum aliquid, quod totum eligibilius facit

facit. Cauere autem oportet extendere ad ea, in quibus altero quidem appoſitorũ utitur commune, uel alio quolibet modo cooperatiuum eſt, reliquo autem non utitur, neque cooperatiuum eſt, ut ſerra, & falce cum arte fabrili, nam eligibilior ſerra conſociata, ſimpliciter autem non eligibilior. Rurſum ſi minori appoſitum aliquid, quod totum maius facit. Similiter autem & ex ablatione, quo enim ablato ab eodem, quod reſtat eſt minus, illud maius erit, quod ablatũ, reliquum minus facit. Et ſi hoc quidem propter ſe, illud autem propter gloriam eligendũ. Vt ſanitas, pulchritudine, terminus autem eius quod eſt ad gloriam, quod nullo conſcio, non ſtuderet ineſſe. Et ſi hoc quidem propter ſe, & propter gloriam eligendum, illud autem propter alterum tantum. Et utrumuis magis propter ſe honorandum, hoc & melius, & eligibilius. Honorabilius utique fuerit ſecundum ſe, quod nihil aliud debeat eſſe, propter ſe eligimus magis. Amplius, diuidendum quoties quod eligendum eſt dicitur, & quorum gratia, ut utilis, uel honeſti, uel delectabilis. Nam quod ad omnia, uel ad plura eſt utile, eligibilius fuerit eo quòd non ſic. Si autem eadem utriſque inſunt, utri magis inſint conſiderãdum. Vt utrum delectabile an honeſtum, an utile magis. Rurſum quod propter melius, eligibilius. Vt quod propter uirtutem, quàm quod propter delectationem. Similiter autem & in fugiendis, Nam magis eſt fugiendum, quod magis impedit uirtutes, ut ægritudo turpitudine, nam & uoluptatis, & eius quod eſt ſtudioſum eſſe, prohibentior eſt ęgritudo. Amplius, ex ſimilitudine monſtrari poteſt fugiendum, & eligendum quod propoſitum eſt. Nam minus eligẽdum huiuſmodi, quod æquè & eligeret aliquis & fugeret, altero quod eligendum eſt tantũ, ad ſeinuicem igitur cõparationes (quemadmodum dictum eſt) faciendum.

De eligendis, & fugiendis, documenta, loci communes. Cap. IIII.

IDem autem loci utiles, & ad demonſtrandum quod uis eligẽdum, & fugiendũ. Nam auferre ſolum eam oportet (quæ ad alterum eſt) præeminẽtiam, ſi enim q̃d honorabilius, eligibilius, & honorabile eligendum, & ſi quod utilius, eligibilius, & utile eligendum, ſimiliter autem & in alijs quæcunq; huiuſmodi habent comparationem. In aliquibus autem ſtatim ſecundum eam, quæ ad alterum eſt cõparationẽ, & quod eligendum utrumq;, uel alterum dicimus. Vt quãdo hoc quidẽ natura bonum, illud aũt non natura bonũ dicimus, nam quod natura bonum, manifeſtum quoniam eligendũ eſt. Sumendũ autẽ quam maximè uniuerſales locos de eo, quod eſt magis & minus, nam ſic ſumpti, ad plura utiles erunt. Fieri aũt poteſt ut eorum qui dicti ſunt, quoſdam uniuerſales magis qs faciat, parũ tranſmutans ſecundum appellationẽ. Vt quod natura tale, eo quòd non natura tale, magis tale. Et ſi hoc quidẽ facit, illud aũt nõ facit q̃d habet tale cuicũq; inſit, magis tale q̃d interdum facit tale quã quod nõ facit. Si aũt utrũq; facit, quod magis facit tale. Amplius, ſi eodem aliquo, hoc quidẽ magis, illud aũt minus tale. Et ſi hoc tali magis tale, illud uero non tali tale, manifeſtũ, quoniã primũ magis tale. Amplius ex additione, ſi eidem additũ, aliquod totũ magis tale facit. Aut ſi ei quod minus eſt tale additum, totum magis tale facit. Similiter aũt & ex ablatione, nam quo ablato reliquis, reliquum, minus tale, ipſum magis tale. Et quæ cõtrarijs ſunt impermixtiora, magis talia, Vt albius quidẽ nigro impermixtius. Amplius, præter ea quæ dicta ſunt prius, quod magis ſuſcipit propriã ꝓpoſiti rationẽ. Vt ſi albi eſt ratio color diſgregatiuus uiſus, albioris eſt, color magis diſgregatiuus uiſus. Si autem particulariter, & non uniuerſaliter problema ponatur, primum quidem dicti uniuerſaliter conſtructi uel, uel deſtructiui loci omnes utiles. Vniuerſaliter enim interimentes, uel conſtruentes, & particulariter monſtramus, nam ſi omni ineſt, & alicui, & ſi nulli ineſt, nec alicui. Maximè autem opportuni, & communes loci, qui ſunt ex oppoſitis, & coniugatis

iugatis,& casibus. Nam similiter probabile est existimare,si omnis uoluptas bonū, & tristitiam omnem malum esse,& si aliqua uoluptas bonum, & tristitiam aliquam esse malum. Item si aliquis sensus non est potestas,& insensibilitas quædam nō est impotentia,& si quoddam opinatum disciplinatum,opinio quædam disciplina,rursum si aliquod iniustorum bonum,& iustorum aliquod malum, & aliquod eorum quæ iniustè malum,& aliquod eorum quæ iniustè bonum,& si quoddam delectabile fugiendum,& delectatio quędam fugienda,secundum hæc autem & si aliquod delectabile utile,delectatio quæ dā utilis. Et in corruptiuis autem,& generationibus, & corruptionibus similiter. Nam si aliquod corruptiuum delectationis uel disciplinę bonum est,erit quædam delectatio,uel disciplina malorum,similiter autem & si corruptio quædam disciplinæ bonorum,uel generatio malorum,erit quædam disciplina malorum. Vt si obliuisci quæ quis turpia egit bonorum est,uel reminisci malorum,erit scire quę quis turpia egit,malorum. Similiter autem & in alijs,in omnibus enim similiter probabile. Amplius ex eo quod est magis & minus,& similiter,si enim magis quidem eorum quæ sunt ex alio genere aliquid tale,illorum autem nihil est,neque quod dictum est erit tale. Vt si magis quidem disciplina quędam bonū, quā uoluptas,nulla autē disciplina bonum,nec uoluptas bonum erit,& ex eo quod est similiter quidem & minus eodem modo. Nam erit & interimere,& construere, ueruntamen ex eo quod est similiter,utraque,ex minus autem construere solum,destruere autem non,si enim similiter potestas quædam bonum, & disciplina, est autē quædam potestas bonum,& disciplina,si autem nulla potestas bonum,nec disciplina, si autem minus quædam potestas bonum quàm disciplina,est autem quædā potestas bonum,& disciplina,at uero si nulla potestas bonum,non necesse est & disciplinam nullam esse bonum,manifestum igitur quoniam construere solum ex eo q̄d minus est. Non solum autem ex alio genere est destruere,uerum & ex eodem,dum sumit quis quod maximè tale est. Vt si positum est disciplina quædam bonū, ostendatur autem quoniam prudētia non bonum,nec alia ulla erit,quia nec quæ maximè uidetur. Amplius,ex suppositione similiter postulantem si uni,& omni inesse,uel non inesse. Vt si hominis anima immortalis,& alias,si autem hæc non,nec alias. Si igitur inesse alicui positum est,ostendendum quoniam alicui non inest,nam consequetur per Hypothesin nulli inesse,si autem alicui non inesse positum est,ostendendum quoniam inest alicui,nam & sic consequetur omnibus inesse. Manifestum igitur est quòd qui Hypothesi utitur, facit problema uniuersale, particulariter positū, nam particulariter consitentē uniuersaliter postulabit confiteri,eo quòd uni,& omni similiter postulauerit inesse. Cum autē indefinitum est problema,uno modo destruere contingit. Vt si dixerit uoluptatem bonum esse,uel non bonum,& nihil aliud quicquam determinauerit,nam si aliquā uoluptatem dixerit bonum esse,ostendendum uniuersaliter quod nulla,si debeat interimi propositum,similiter autem & si aliquam dixerit uoluptatem non esse bonum, ostendendum uniuersaliter quod omnis,aliter uero non contingit interimere,nam si ostenderimus quoniā est quædam uoluptas bonum,uel non bonū, nondum interimitur propositum. Manifestum igitur quoniam interimere quidem uno modo dicitur. Construere autē dupliciter,siue enim uniuersaliter ostenderimus, quòd omnis uoluptas bonum,siue q̄d est quædam uoluptas bonum, ostensum erit quod propositum est. Similiter autem & si oporteat differere q̄d est quædam uoluptas non bonū, si ostenderimus quod nulla bonum,uel quod quædam non bonum, ostendentes erimus utrumque & uniuersaliter, & particulariter,q̄d est quædam uoluptas non bonum. Cum autem determinata fuerit positio, dupliciter interimere erit. Vt si ponatur alicui quidem inesse uoluptati bonum esse,alicui autem non inesse,nam siue omnis ostendatur uoluptas bonum, siue nulla, interemptum erit propositum. Si autem unam solam uoluptatem posuerit bonū esse,tripliciter contingit interimere. Nam ostēdentes quòd

omnis, uel nulla,uel quòd plures quàm una bonum, interimentes erimus quod propositum est. In pluribus uero positione determinata (ut quòd prudentia sola est uirtutum scientia) quadrupliciter est interimere. Nam ostenso quod omnis uirtus scientia,uel quod nulla,uel quod & alia aliqua ut iustitia, uel quòd eadem prudentia,non scientia,interemptum erit propositum. Vtile autē & inspicere in singularibus in quibus inesse aliquid uel non dictum est,quemadmodum in uniuersalibus problematibus. Amplius autem & in generibus inspiciendum, diuidenti secundum species usque ad indiuidua, sicut prius dictum est. Nam si omni apparet inesse,siue nulli multa proferenti, postulandum uniuersaliter confiteri, aut fere instantiam in aliquo non sic. Amplius, in quibus possibile est aut specie,aut numero determinare accidens,inspiciendum si nullum horum ineſt. Vt quòd tempus non mouetur, nec est motus,annumeranti quot sunt species motus, nam si nulla earum ineſt tempori, manifestum quoniā non mouetur,nec est motus,similiter autē & quod anima non est numerus, diuidenti quoniam omnis numerus aut impar, aut par, nam si anima neq; impar,neque par, manifestum quod non est numerus, ad accidens igitur per talia, & hoc modo argumentandum.

Tertij libri Topicorum Aristotelis finis.

QVARTI LIBRI TOPICORVM ARISTOTELIS, DE QVO DISCVTIENDVM, ET PROBLEMATVM generis, loci decem. Cap. I.

Rost hæc aūt de ijs,quę ad genus & proprium,inspiciendum,sunt aūt hęc elementa eorū,quæ sunt ad terminos,& his ipsis raro considerationes fiunt disputantibus. Si ergo ponatur genus alicuius existentiū,primū quidem inspiciendū ad omnia,quæ cognata sunt ei,q̄ dicit,si de alio nō prædicaē,quemadmodū est in accidente. Vt si uoluptatis,bonū ponaē genus, si aliqua uoluptas nō bonū,Nam si hoc manifestū est quoniā nō genus bonū uoluptatis,nam genus de omnibus quæ sunt sub ipso speciebus prædicaē. Deinde si non in eo quod qd est prædicaē,sed ut accidens. Quēadmodū albū,de niue,de anima,à seipso agitatum. Neq; enim nix idipsum q̄ est,album,qua propter non est genus album niuis,neque anima idipsum quod est, agitatū,nam accidit ei moueri,quemadmodū & animali frequenter & ambulare,& ambulās esse. Amplius, agitatum nō quid est, sed quid faciens,uel patiens significare uideē,similiter autem & albū, nō enim qd est nix,sed quale qd est indicat,quare neutrū horū in eo quod qd est prædicaē. Maximè aūt in accidētis definitione inspiciēdū,si aptaē ad dictū genus. Vt ad quæ nūc dicta sunt,contingit enim quippiā mouere seipsum,& nō,similiter autem & album esse, & non,quare neutrum horum genus,sed accidens,eo quod accidens dicimus,quod contingit idem inesse alicui,& non. Amplius, si non in eadem diuisione est genus, & species,sed hæc quidem substātia,illud aūt quale,aut hoc quidē ad aliquid,illud autem quale. Vt nix quidē,& cygnus substantia, albū aūt nō substantia,sed quale, quare nō est genus albū niuis,neq; cygni,rursum disciplina quidem ad aliquid, bonum autem,& pulchrum quale,quare non est genus pulchrū,uel bonum disciplinæ, nam genera eorū quæ sunt ad aliquid,& ipsa ad aliquid,oportet esse,ut in duplici,etenim multi-

multiplex est genus duplicis,& ipsum eorum quę sunt ad aliquid est. Vt uniuersaliter autem dicatur,in eadem diuisione oportet genus esse speciei,nam si species substantia,& genus,& si quale quippiam species est,& genus quale quippiam, ut si album quale quippiam& color.Similiter autem & in alijs. Rursum si necesse fuerit, uel si cõtigerit genus participare, q̃d positũ est in genere. Terminus aũt eius q̃d est participare,est susc̃ipere participati rationem,manifestũ igitur quoniã species quidem participant genera,genera autẽ species non, nam species susc̃ipit generis rationem,genus autem speciei non, considerandum igitur si participat, uel contingit assignatum genus participare speciem,ut si quis entis,uel unius,genus quippiam assignauerit,accidet enim genus,participare specie̅,nam de omnibus quæ sunt ens, & unum prædicantur,quare & ratio eorum. Amplius, si de aliquo assignata species uera est,genus autem nõ. Vt si ens,aut scibile,opinabilis genus ponatur,nam de non ente opinabile prædicabitur, multa enim nõ entia,opinabilia sunt,at quòd ens,uel scibile non prædicaẽ de non ente,manifestum,quare non est genus ens, neque scibile,opinabilis,nam de quibus species prędicatur,& genus oportet prædicari. Rursum si nullam specierum contingit participare quod positum est in genere. Nam impossibile est participare genus,quòd nullam specierum participat, nisi aliqua secũdum primã diuisionem specierũ sit,illæ aũt genus solum participant, si igit̃ motus genus uoluptatis ponatur,considerandum si neque corruptio,neq; alteratio uoluptas,neq; ullus reliquorum (quí assignari solent) motuum,manifestum enim quoniam nullam specierum participabit,quare neque genus,eo q̃d necessarium est quod genus participat,& specierũ aliquam participare,quare nõ erit species motus uoluptas,neq; individuorum,neq; eorum quicquã quæ sub specie motus sunt, nam & individua participant speciem,& genus,ut quidam homo, & hominem participat,& animal. Amplius,si de pluribus dicitur quàm genus,quod in genere positum est. Vt opinabile,quàm ens,nam & ens,& nõ ens, opinabile, quare non erit opinabile species entis,de pluribus enim semper genus,quàm species prędicatur.Rursus, si de æqualibus genus & species dicuntur. Vt si eorum quæ omnia consequuntur,hoc quidem species,illud autem genus ponatur, quemadmodum ens, & unum, omne enim,ens,& unum,quare neutrum neutrius genus,eo q̃d de æqualibus dicuntur.Similiter autem & si primum,& principium ad inuicẽ ponantur,nam & principium,primum,& primum principium,quare aut utraque quę dicta sunt idẽ sunt, aut neutrum neutrius genus.Elementum autem est ad omnia huiusmodi, q̃d de pluribus genus quàm species,& differentia dicitur, de paucioribus enim,etiam differẽtia dicitur quã genus. Videndum autem & si alicuius in differentium speciẽ nõ sit genus quod dictum est genus,uel non uideatur. Construenti autem si est alicuius, idem enim omnium indifferentium specie genus,si igitur unius monstretur, manifestum quoniam omnium,& si unius non,manifestum quoniam nullius,ut si quis insecabiles ponens lineas,indiuisibile genus earum dicat esse,nam linearum habentiũ diuisionem non est quod dictum est genus,cum sint indifferentes secundũ speciem, indifferentem enim sibi inuicem secundum speciem,rectæ lineæ omnes.

De *genere, loci alij.* Cap. II.

COnsiderandum autem,& si quod aliud genus est assignatæ speciei, quod neque continet assignatum genus,neque sub illo est. Vt si quis iustitiæ scientiam ponat genus,est enim uirtus genus, & neutrum generum, reliquum continet,quare non erat scientia genus iustitiæ.Videt̃ enim,quãdo species una sub duobus generibus est,alterum ab altero cõtineri. Habet aũt dubitationẽ in quibusdã quod huiusmodi est,nam uidetur quibusdam prudentia,& uirtus,& scientia esse,& neutrum genus à neutro contineri,non tamen ab omnibus conce-

conceditur prudentiam scientiam esse. Si igitur quis admittat quod dictũ est uerũ esse,attamen subalterna,uel sub eodem ambo fieri quæ eiusdem sunt genera,necessarium uidebitur esse,quemadmodum & in uirtute & in scientia accidit, utraq; enim sub eodem genere sunt,nam utrunq; eorum habitus,& dispositio est. Considerandum igitur si neutrum est in assignato genere. Si enim neque subalterna sunt genera,neq; sub eodem ambo,non erit quod assignatum est genus. Considerãdum autem & genus assignati generis,& sic semper superius genus,si omnia prædicanẽ de specie,& si in eo quod quid est prædicantur. Nam omne superius genus prædicari oportet de specie in eo quod quid est, si ergo alicubi dissonet,manifestum quoniam non est genus,quod assignatum est. Rursum,si genus participat speciẽ, uel ipsum,uel aliquod superiorum generum.Nam nullum superiorum participat quod inferius est. Destruenti igitur quẽadmodum dictum est utendum,astruenti aũt si cõcedatur quidẽ inesse speciei quod dictum est genus,at ut genus ineſt dubitetur,sufficit ostendere aliquid superiorũ generum in eo quod quid est de specie prædicari. Vno enim in eo quod quid est prędicato, omnia & superiora illius,& inferiora si prædicantur de specie,in eo quod quid est prædicabuntur,quare & assignatum genus in eo quod quid est prædicabitur, q̃d autem uno in eo quod quid est prædicato, omnia etiã reliqua (si prædicãtur) in eo quod quid est prædicabuntur,per inductionem sumendum,Si autem simpliciter inesse dubitetur assignatum genus, nõ sufficit ostendere aliq̃d superiorum generum in eo quod quid est de specie prędicari, ut si ambulationis genus quispiam assignauit lationem, non sufficit ostendere quòd motus est ambulatio,ad ostendendũ quòd latio est eo q̃d & alij motus sunt,sed ostendendũ q̃d nullum participat ambulatio eorum quæ sunt secundũ eandem diuisionẽ,nisi lationem, nam necesse est quod genus participat, & specierum aliquam participare secũdum primam diuisionem,si enim ambulatio neq; augmentationem, neque diminutionem,neque alios motus participet, manifestum quoniam lationem participabit, quare erit genus latio ambulationis. Rursum,de quibus species quę posita est ut genus prædicatur,considerandum si & assignatum genus in eo quod quid est de ipsis eisdem prædicatur de quibus & species, similiter autẽ & si omnia quæ suprà genus sunt. Nam si alicubi dissonat,manifestum quoniam non est genus quod assignatum est,si enim esset genus,omnia & superiora illius, & ipsum, in eo quod quid est prædicarentur de ijs,de quibus & species in eo quod quid est prędicatur, destruentigitur utile si non prædicetur genus in eo quod quid est de quibus & species prædicatur, astruenti autem si prædicetur in eo quod quid est,utile,accidet enim genus & speciem,de eodem in eo quod quid est prædicari, quare & idem sub duobus generibus fit,necesse est igitur subalterna genera esse. Si igitur ostendatur quod uolumus genus astruere non esse sub specie, manifestum quoniam species sub hoc erit, quare ostensum erit quoniam genus hoc. Considerandæ autem & rationes generum,si aptantur ad assignatam speciem, & ad participantia speciem. Necesse est enim generum rationes prædicari de specie,& de ijs quæ participant speciem, si igitur in aliquo dissonet,dilucidum quoniã non est genus quod assignatũ est. Rursus, si differentiam ut genus assignauit. Vt si immortale, genus Dei,nam differẽtia est animalis immortale,eo quod animalium alia mortalia,alia immortalia, manifestum igitur quoniam peccant,nullius enim differentia,est genus. Quod autem hoc uerum,manifestum,nulla enim differentia significat quid est, sed magis quale quid, ut gressibile,& bipes. Et si differentiam in genere posuit tanquam speciem. Vt imparem quidem numerum,differentia enim numeri impar,& non species est, neque uidetur participare differentia genus,nam omne quod participat genus,uel species,uel individuum est,differentia autem neq; individuum, neque species, manifestum igitur quoniam non participat genus differentia,quare neq; impar species erit, sed differentia,quoniã non participat genus. Amplius, si genus in specie posuit.

Vt con-

Vt contiguitatem idipſum quod eſt continuitatem, aut mixturam id idipſum quod eſt temperamentum aut (ut Plato definiuit) lationem, ſecundum locum, mutationem, non enim neceſſarium contiguitatem continuitatem eſſe, ſed è conuerſo, continuitatem contiguitatem, non enim omne contiguum continuatur, ſed quod continuatur, contiguum eſt, ſimiliter autem & in alijs, nam neque mixtura omnis temperamentum, nam ſiccorum mixtura, non eſt temperamentum, neq; ſecundum locum mutatio omnis, latio, nam ambulatio nō uidetur latio eſſe, pene enim in ijs quæ inuoluntarie locum ex loco permutant, dicitur latio, quemadmodū inanimatis accidit, manifeſtum autem quoniā & de pluribus ſpecies dicitur quàm genus aſſignatis, cum oporteat è contrario fieri. Rurſum, ſi differentiam in ſpecie poſuit. Vt immortale idipſum quod eſt, deum, nam accidit de æqualibus, aut pluribus quā ſpeciem dici, differentia enim ſemper de æqualibus, aut de pluribus quā ſpecies dicitur. Amplius, ſi in differentia genus poſuit. Vt colorem idipſum quod eſt congregatiuum, aut numerum quod impar. Et ſi genus ut differentiam dixit. Poſſibile eſt enim aliquem talem ſuſcipere poſitionem, ut temperantiæ, mixturam differentiam aut lationis, ſecundum locum mutationem, inſpiciēdum autem omnia quæ ſunt huiuſmodi, per eadem, cōmunicant enim loci, de pluribus enim genus quā differē etiam oportet dici, & non participare differentiam. Sic autem aſſignato, neutrum eorum quæ dicta ſunt, poſſibile eſt accidere, nam & de paucioribus dicetur, & participabit genus differentiam. Rurſum, ſi nulla differentia generis prædicat de aſſignata ſpecie, nec genus prædicabitur. Vt de anima, neque impar, neque par prædicatur, quare nec numerus. Amplius, ſi prius eſt natura ſpecies, & ſimul interimit genus. Videtur enim contrarium. Amplius, ſi contingit relinquere dictum genus, uel differentiam (ut animam moueri, opinionem, uerum, & falſum) neutrum erit dictorum genus uel differentia. Videē enim genus & differentia ſequi quandiu fuerit ſpecies.

De genere, loci alij. Cap. III.

INſpiciendum autem & ſi quod in genere poſitum eſt, participat aliquid cōtrarium generi, aut ſi contingit participare. Nam idē contraria ſimul participabit, eo quod ipſum genus quidem nunquam relinquit, participat autem & contrarium, aut contingit participare. Amplius, ſi quippiam communicat ſpecies, ꝺd impoſſibile eſt omnino ineſſe ijs, quæ ſunt ſub genere. Vt ſi anima communicat, numerorū autem nullum poſſibile eſt uiuere, non erit ſpecies numeri anima. Conſiderandum autem & ſi æquiuoca ſit ſpecies generi elementis utenti, ijs quę dicta ſunt ad æquiuocum. Vniuocum enim genus, & ſpecies Quoniam inſpiciendum autem omnis generis plures ſpecies, inſpiciendum ſi non contingit alteram ſpeciem eſſe dicti generis. Nam ſi non eſt, manifeſtum quoniam non erit genus omnino, quod dictum eſt. Conſiderandum etiam eſt ſi quod translatitiē dictū eſt, ut genus aſſignauit. Vt temperantiam conſonantiam, nam omne genus propriē de ſpeciebus prædicatur, conſonantia uero de temperantia non propriē, ſed translatitiē, omnis enim cōſonantia in ſonis. Amplius, ſi ſit contrarium ſpeciei aliquid, conſiderandum. Eſt autem multipliciter conſideratio. Primum quidem ſi in eodem genere contrarium ſpeciei, cum non ſit contrarium generi, oportet enim contraria in eodem genere eſſe, ſi nihil ſit contrarium generi. Cum autem eſt contrarium generi, conſiderandum ſi contrarium in contrario. Neceſſe eſt enim contrarium in contrario eſſe ſi ſi contrarium quidem generi. Manifeſtum autem eſt unumquodq; eorum per inductionem Rurſum ſi omnino in nullo genere quod ſpeciei eſt cōtrarium, ſed ipſum genus. Vt bonum, nam ipſi hoc non in genere, nec cōtrarium huius in genere erit, ſed ipſum genus, quemadmodum in bono & malo accidit, neutrum enim horum in genere, ſed utrumq; eorum genus. Deinde conſiderandum ſi contrarium eſt alicui & genus

& genus & ſpecies & horum quidem eſt aliquid medium, illorum autem non. Nam ſi generum eſt aliquid medium, & ſpecierum, & ſi ſpecierum, & generum, ut in uirtute, & uitio, & iuſtitia & iniuſtitia, utrorumque enim eſt aliquid medium. Inſtantia huius, quoniam ſanitatis & ægritudinis nihil eſt medium, mali autem & boni aliquod medium. Amplius, ſi eſt quidem aliquid utriſque medium & ſpeciebus, et generibus, non ſimiliter autem, ſed horum quidem ſecundum negationem, illorum uero ut ſubiectum. Probabile enim ſimiliter & in utriſque. Vt in uirtute & in uitio, iuſtitia, & iniuſtitia, utriſque enim ſecundum negationem medium. Amplius, quando non eſt contrarium generi, conſiderandum non ſolum ſi contrarium in eodem genere, ſed & medium. In quo enim extrema, & medium, ut in albo & nigro, nam color genus, & horum & mediorum colorum omnium. Inſtantia quoniam defectus quidem & ſuperabundantia in eodem genere (in malo enim ambo) mediocre autem cum ſit medium horum, non in malo, ſed in bono eſt. Conſiderandum etiam, ſi genus quidem contrarium eſt alicui, ſpecies autem nulli. Nam ſi genus eſt contrarium alicui, & ſpecies, quemadmodum uirtus & uitium, & iuſtitia & iniuſtitia, ſimiliter autem & in alijs conſideranti, manifeſtum uidetur eſſe. Inſtantia in ſanitate & ægritudine, ſimpliciter enim ſanitas ægritudini contraria, aliqua autem ægritudo, cum ſit ſpecies ægritudinis, nulli contrarium, ut febris & ophthalmia, & unumquodque aliorum. Interimenti igitur tot modis inſpiciendum, ſi enim non inſunt quæ dicta ſunt, manifeſtum autem non eſſe genus quod aſſignatum eſt. Conſtruenti uero tripliciter, primum quidem ſi contrariū ſpeciei ſit in dicto genere, cū non ſit contrarium generi. Nam ſi contrarium in hoc, manifeſtum quoniam et quod poſitum eſt. Amplius, ſi medium in dicto genere. Nam in quo medium, & extrema. Rurſum ſi ſit & contrarium quidem generi, conſiderandum eſt et ſi contrarium in contrario. Nam ſi ſit, manifeſtum quod et propoſitum in propoſito.

De genere loci alij. Cap. IIII.

RVrſum in caſibus, et coniugatis, ſi ſimiliter ſequuntur, et interimenti, et cō ſtruenti. Simul enim uni, et omnibus inſunt, uel non inſunt, ut ſi iuſtitia ſcientia quædam, et iuſtè ſcienter, et iuſtus ſciens, ſi autem horum aliquid non ineſt, nec reliquorum ullum. Rurſum in ijs quæ ſimiliter ſe habent ad inuicem. Vt delectabile ſimiliter ſe ad uoluptatem, et utile ad bonum, utrumque enim utriuſque effectiuum, ſi igitur uoluptas quiddam bonum, et delectabile quiddam utile erit, manifeſtum enim quoniam boni erit effectiuū, eo quòd uolupras bonum. Similiter autem et in generationibus, et corruptionibus. Vt ſi ædificare eſt operari, ædificaſſe, operatum eſſe, et ſi diſcere eſt reminiſci, et didiciſſe, recordatum eſſe, et ſi diſſolui eſt corrumpi, et diſſolutum eſſe, corruptum eſſe, et diſſolutio, corruptio quædam. Et in generatiuis uero, et in corruptiuis, ſimiliter et in potentijs, et uſibus et omnino ſecundum quamlibet ſimilitudinem et interimenti, et cōſtruenti inſpiciendum, quemadmodum in generatione, et corruptione diximus. Nam ſi corruptiuum diſſolutiuum, et corrumpi diſſolui, et ſi generatiuum eſt effectiuum, et generari fieri, et generatio factio, ſimiliter et in potentijs, et uſibus, et omnino ſi potentia diſpoſitio, et poſſe, diſponi, et ſi alicuius uſus eſt actus, et uti agere, et uſum eſſe, egiſſe. Si autem ſit priuatio id quod opponitur ſpeciei, duobus modis eſt interimere. Primum quidem ſi aſſignato genere eſt oppoſitum. Aut enim ſimpliciter in nullo genere eodem priuatio, aut non in ultimo, ut ſi uiſus in ultimo genere eſt, ſenſus, cœcitas non erit ſenſus. Secundo autem, ſi et generi et ſpeciei opponitur priuatio, non eſt autem oppoſitum in oppoſito, nec quod aſſignatum eſt, in aſſignato erit. Interimenti igitur, quemadmodum dictum eſt, utendum. Conſtruenti autem uno modo, nam ſi oppoſitum in oppoſito, et propoſitum in propoſito erit. Vt ſi cœcitas inſenſibilitas

ſenſibilitas quædam,& uiſus ſenſus. Rurſum in negationibus conſiderandum è, conuerſo,quemadmodum in accidente dicebatur. Vt ſi delectabile quod bonum, quod non bonum non delectabile,nam ſi non ita ſe habet, erit contrà, non bonum delectabile,at impoſſibile eſt,ſi bonum genus eſt delectabilis,eſſe quicquam non bonum delectabile,nam de quibus genus non prædicatur, nec ſpecierum ulla,& conſtruenti etiam ſimiliter inſpiciendum,nam ſi non bonum,non delectabile, delectabile bonum,quare genus bonum,delectabilis. Si autem ſit ad aliquid ſpecies,conſiderandum ſi & genus ad aliquid.Nam ſi ſpecies ad aliquid,& genus, ut in duplici, & multiplici, utrumque enim ad aliquid. Si autem genus ad aliquid, non neceſſario & ſpecies.Nam diſciplina ad aliquid, Grammatica autem non. An nec quod prius dictum eſt uerum uidebitur? nam uirtus ipſum quod bonũ, & ipſum quod honeſtum,& uirtus quidem ad aliquid,bonum uero & honeſtũ non ad aliquid, ſed qualia. Rurſum,ſi non ad idem dicitur ſpecies, & ſecundum ſe, & ſecundum genus. Vt ſi duplum dimidij dicitur duplum, & multiplum dimidij oportet dici,ſi autem non,non erit multiplum genus dupli. Amplius,ſi non ad idem & ſecundum genus dicitur,& ſecundum omnia genera.Nam ſi duplum dimidij multiplum eſt,& abundans dimidij dicetur,& ſimpliciter ſecundum omnia ſuperiora genera ad dimidium dicetur.Inſtantia,quod non neceſſe eſt ſecundum ſe,& ſecundum genus ad idem dici,nam ſcientia ſcibilis dicitur, habitus autem & diſpoſitio non ſcibilis, ſed animæ. Rurſum ſi ſimiliter dicitur genus,& ſpecies ſecundum caſus. Vt ſi alicui,aut alicuius,aut quolibet modo aliter dicitur,nam ut ſpecies,& genus, uelut in duplo,& inſuperioribus,alicuius enim & dupli,& multiplum,ſimiliter autem & in ſcientia,alicuius enim & hæc,& genera,ut diſpoſitio,& habitus. Inſtantia autem quod aliquoties non ſic,nam differens, & contrarium alicui, diuerſum autem cum ſit genus horum,non alicui,ſed ab aliquo,diuerſum enim dicitur ab aliquo. Rurſum ſi ſimiliter ad aliquid ſecundum caſus dicta,non ſimiliter conuertuntur. Quemadmodum in duplo,& multiplo,utrumque enim horum alicuius,& idem etiam ſecundum conuerſionem dicitur,alicuius enim et dimidium, et ſubmultiplum. Similiter autem et in diſciplina,et opinione,nam et hę alicuius,et conuertitur,ſimiliter et diſciplinatum et opinabile alicuius,ſi igitur in aliquo non ſimiliter conuertitur, manifeſtum eſt nõ eſſe genus alterum alterius.Rurſum,ſi non ad æqualia ſpecies,et genus dicitur. Similiter enim,et æqualiter utrũque uidetur dici,quemadmodum in dono et datione, nam et donum alicuius alicui dicitur,et datio alicuius et alicui dicitur, eſt autem datio genus doni,nam donum,datio eſt irreddibilis. In aliquibus autem non accidit ad æqualia dici,nam duplum alicuius duplum,abundans autem et maius alicuius et aliquo,omne enim abundans,et maius aliquo abundat,et alicuius abundat,quare nõ ſunt genera quæ dicta ſunt dupli,eo quòd non ad æqualia dicuntur ſpeciei, aut non uniuerſaliter uerum,ad æqualia ſpeciem et genus dici. Videndum autem et ſi oppoſiti,eſt oppoſitum genus. Vt ſi dupli multiplum,et dimidij ſubmultiplum,oportet enim oppoſitum oppoſiti genus eſſe,ſi igitur ponat aliquis ſcientiam idipſum ęd eſt,ſenſum,oportebit et ſcibile id quod eſt ſenſibile eſſe,ſed non eſt,non enim omne ſcibile,ſenſibile,nam intelligibilium,quædam ſcibilia. Quare non eſt genus ſenſibile,ſcibilis,ſi autem hoc non,neque ſenſus ſcientiæ. Quoniam autem eorum quæ ad aliquid dicuntur,alia quidem ex neceſſitate in eis,aut circa ea ſunt ad quæ dicuntur (ut diſpoſitio,et habitus,et commenſuratio.In alio enim nullo poſſibile eſt eſſe quæ dicta ſunt,quàm in eis ad quæ dicuntur)alia autem non neceſſe eſt quidem in eis eſſe ad quæ dicuntur,contingit autem (quemadmodum ſcibile eſt in anima, nihil enim prohibet ſui ſcientiam habere animam,non neceſſarium autem,poſſibile eſt enim et in alio eſſe hanc eandem) alia uero ſimpliciter non cõtingit in eis eſſe ad quæ dicuntur(ut contrarium in contrario,neq; ſcientiam ſcibili niſi ſit ſcibile anima,uel homo) conſiderare igitur oportet ſi quis in genere ponat quod tale eſt,in non tali.

Vt ſi memoriam immanſionem ſcientiæ dicat, nam omnis immanſio in mente,& circa illud,quare & ſcientiæ immanſio,in ſcientia,memoria igitur in ſcientia,eo ęd immanſio,ſcientię eſt,hoc autem non contingit,memoria enim omnis in anima.Eſt autem qui dictus eſt locus & accidens communis,nihil enim refert,memorię genus immanſionem dicere,aut accidere dicere illi hoc,nam ſi quouis modo eſt memoria, immanſio ſcientiæ,eadem aptabitur de ipſa ratio.

De eadem,loci alij. Cap. V.

RVrſum ſi habitum in actu poſuit,aut actum in habitu,non eſt genus quod tale eſt.Vt ſi ſenſum,motum per corpus,nam ſenſus habitus,motus autem actus. Similiter autem & ſi memoriam habitum continentiuum opinionis dixerit,nam nulla memoria habitus,ſed magis actus. Peccant autem & qui habitum in conſequentem potentiam ordinant. Vt manſuetudinem,continentiam iræ,& fortitudinem,& iuſtitiam,timorum,& lucrorum continentiam,nã fortis,& manſuetus,perturbatione uacans dicitur,continens autem qui perturbatur,ſed non ducitur.fortaſſe igitur talis potentia ſequitur utrumque, ut ſi perturbeť, non ducatur,uerum continere non hoc eſt,hunc quidem fortem,illum autem manſuetum eſſe,ſed omnino perturbari ab huiuſmodi nihil. Aliquoties autem & quod ſequitur,quouis modo ut genus ponunt. Vt triſtitiam,iræ,& opinionem,fidei,utraque enim prædicta ſequuntur quidem quodammodo aſſignatas ſpecies. Neutrum autem eorum genus eſt,nam qui iraſcitur,contriſtatur,priore in eo triſtitia facta, nõ enim ira triſtitiæ,ſed triſtitia iræ cauſa eſt,quare ſimpliciter ira non eſt triſtitia.Secundum autem hæc,neque fides opinio,contingit enim eandem opinionem etiam non credentem habere,non contingere autem hoc, ſi fides eſſet ſpecies opinionis, non enim contingit idem amplius permanere,ſi ex ſpecie omnino permutatum ſit, quẽadmodum nec idem animal quandoque hominem eſſe,& quandoq; non. Si quis autem dicat ex neceſſitate opinantem etiam fidem habere,de æqualibus opinio & fides dicetur,quare ne;ꝑ ſic erit genus,de pluribus enim,oportet dici genus. Videndum autem & ſi in aliquo eorum nata ſint utraq; fieri.In quo enim ſpecies,& genus, ut in quo albũ,& color,& in quo Grãmatica & diſciplina,ſi igitẽ uerecundiã timorẽ dixit,aut iram triſtitiã,non accidit in eodẽ ſpeciem & genus eſſe,nã uerecundia quidẽ in rationali, timor in iraſcibili,at triſtitia in cõcupiſcibili,nam in hoc & uoluptas, ira autẽ in iraſcibili,quare non ſunt genera,quæ aſſignata ſunt,eo ęd non in eodem cum ſpeciebus nata ſunt fieri,ſimiliter autem & ſi amicitia in concupiſcibili, nõ erit uoluntas quædã,omnis enim uoluntas in rationali,Vtilis autẽ hic locus & ad accidens,&id cui accidit,in eodẽ enim accidens,& cui accidit, quare niſi in eodẽ uideatur,manifeſtum quoniã non accidit. Rurſum ſi ſecundum quid ſpecies dictum genus participat,non enim uideť ſecundũ quid participari genus.Nam non eſt homo, ſecundum quid animal,neq; Grãmatica,ſecundum quid diſciplina, ſimiliter autem & in aliis,conſiderandum igitur ſi in aliquibus ſecundum quid participatur genus, utſi animal quod ſenſibile uel uiſibile dicitur,nam ſecundum quid ſenſibile, uel uiſibile animal,ſecundum corpus enim ſenſibile, & uiſibile,ſecundum animam autem non,quare non erit genus,corpus uiſibile,& ſenſibile,animalis. Latent autẽ quandoque & totum in partem ponentes. Vt animal, corpus animatũ,nullo enim modo pars de toto prædicatur, quare non erit genus corpus animalis,eo quòd pars eſt.

Videndum autem ſi quid uituperandorum,aut fugiendorum in poteſtate,aut potente poſuit.Vt Sophiſtã,uel calumniatorem,uel furem eum qui poſſit aliena latenter furripere, nemo enim prædictorũ in eo quod poſſit,aliquid horũ talis dicitur,poteſt enim & Deus,& ſtudioſus,prauа agere,nõ ſunt autem huiuſmodi,nam omnes prauі ſecundum electionem dicuntur. Amplius,omnes poteſtates eorum ſunt quæ

sunt eligenda, nam prauorum poteſtates eligendæ, eo quòd Deum & ſtudioſum habere dicimus eas. Potentes enim dicimus eos eſſe, præua agere, quare nullius uituperabilis erit genus poteſtas. Si autem non, accidet uituperandorum quiddam eligendum eſſe, nam erit quædam poteſtas uituperabilis. Et ſi quid propter ſe honorabilium uel eligibilium, in poteſtate uel potente, uel effectiuo poſuit. Nam omnis poteſtas, & omne potens aut effectiuum, propter aliud eligendum. Aut ſi quid eorum quæ ſunt in duobus generibus uel pluribus in altero poſuit. Quædam enim nõ eſt in uno genere ponere, ut fraudulentum, aut calumniatorem, neque enim qui elegit, impotens autem, neque qui poteſt, at non eligens, calumniator, aut fraudulẽtus, ſed qui utraque hæc habet, quare non ponenda ſunt in uno genere, ſed in utroq; eorum quæ dicta ſunt. Amplius, aliquoties è conuerſo, genus quidem ut differẽtiam, differentiam autem ut genus aſſignant. Vt ſtuporem, ſuperabundantiam admirationis, & fidem uehementiam opinionis, nam neq; ſuperabundantia, neq; uehementia, genus, ſed differentia, uidetur enim ſtupor, admiratio eſſe ſuperabundans, & fides, opinio uehemens, quare genus admiratio, & opinio eſt, ſuperabundantia autem, & uehementia differentia. Amplius, ſi quis ſuperabundantiam, & uehementiam ut genera aſſignet, inanimata fidem facient, et ſtupefacient, nam cuiuſq; uehementia, et ſuperabundantia illi adeſt, cuius eſt ſuperabundantia, & uehementia, ſi ergo ſtupor ſuperabundantia eſt admirationis, aderit admirationi, quare admiratio ſtupefaciet, ſimiliter autem & fides aderit opinioni, ſi uehementia quidem opinionis eſt, quare opinio fidem faciet. Amplius, accidet ſic aſſignanti uehementiam uehementem dicere, & ſuperabundantiam ſuperabundantem, eſt enim quædam fides uehemens, ſi ergo fides uehementia eſt, uehementia erit uehemens, ſimiliter autem & ſtupor quidem & ſuperabundans, ſi ergo ſtupor eſt ſuperabundantia, ſuperabundantia erit ſuperabundans, uidetur autem neutrum horum, quemadmodum nec diſciplina diſciplinatum, nec motus motum. Quandoque autem peccant, & paſſionem in genere eius quod paſſum eſt ponentes. Vt immortalitatem uitam ſempiternam dicentes eſſe, paſſio enim uitæ & accidens, immortalitas uidetur eſſe, quod autem uerũ ſit quod dicitur, manifeſtum fiet, ſi quis admittat aliquem ex mortali fieri immortalẽ, nullus enim dicit aliam uitam eum ſumere, ſed accidens aliquod, uel paſſionem huic eidem aduenire, quare non genus uita, immortalitatis. Rurſum ſi paſſionem cuius eſt paſſio, illius genus dicit. Vt ſpiritum, aërem motum, magis enim motus aëris, ſpiritus, nam aër idem permanet, & quando mouetur, & quando ſtat, quare non eſt omnino aër ſpiritus, eſt et enim & non moto aëre ſpiritus, ſiquidem idem aër permanet, qui quidem erat ſpiritus, ſimiliter autem & in alijs huiuſmodi. Si igitur & in hoc oportet admittere quod aër motus, eſt ſpiritus, non tamen de omnibus huiuſmodi eſt aſſignandum, de quibus non uerificatur genus, ſed de quibuſcunque uerè prædicatur aſſignatum genus, nam in quibuſdam non uidetur uerificari, ut in luto, & niue, nam niuem dicũt eſſe aquam coagulatam, lutum autem terram humido temperatam, eſt autem neque nix aqua, neque lutum terra, quare neutrum aſſignatorum generum erit genus. Oportet enim genus uerificari ſemper de omnibus ſpeciebus, ſimiliter autem neque uinum eſt aqua putrefacta (ſicut Empedocles dicit, in ligno putruit unda) nam ſimpliciter non eſt aqua.

De genere, loci alij. Cap. VI.

AMplius, ſi omnino quod aſſignatum eſt, nullius eſt genus. Manifeſtum enim, quoniam neque eius, quod dictum eſt. Conſiderandum autem ex eo quod nihil eorum differt ſpecie, quæ participant aſſignatum genus. Vt nihil alba differunt ſpecie, ipſa à ſeinuicem, omnis autem generis, ſunt ſpecies differentes, quare nullius erit album genus. Rurſum ſi quod omnia ſequitur genus, uel differentiam

differentiam dixit. Plura enim ſunt quæ omnia ſequuntur, ut ens, & unum, eorum ſunt quæ omnia ſequuntur, ſi igitur ens genus aſſignauerimus, manifeſtum quoniã omniũ erit genus, eo quòd prædicatur de eis. De nullo enim genus quàm de ſpeciebus prædicatur, quare & unum ſpecies erit entis, accidit ergo de omnibus de quibus genus prædicatur, & ſpeciem prædicari, eo quòd ens, & unum de omnibus ſimpliciter prædicantur, oportet autem de paucioribus ſpeciem prædicari. Si autem quod omnia ſequitur, differentiam dixit, perſpicuum quoniam de æqualibus, uel de pluribus differentia quàm genus dicetur. Nam ſi & genus omnia ſequitur, de æqualibus, ſin uero non omnia ſequatur genus, de pluribus differentia dicetur quàm ipſum genus. Amplius, ſi in ſubiecta ſpecie eſt, quod aſſignatum genus dicitur. Vt album, in niue, quare manifeſtum quoniam non erit genus, de ſubiecta enim ſpecie ſolũ genus dicitur. Conſiderandum autem etiam eſt, ſi non uniuocum ſit genus ſpeciei. Nã de omnibus ſpeciebus uniuocè genus prædicatur. Amplius, quando exiſtente & ſpeciei, & generi contrario, ſi quod melius contrariorum eſt, in peiori genere ponit. Nam accidet reliquum in reliquo eſſe, eo quòd contraria in contrarijs generibus, quare quod deterius eſt, in meliori erit, at uidetur melioris, & genus melius eſſe. Et ſi eodem ſimiliter ad utraque ſe habente, in peiore, & non in meliore genere ponit.

Vt animam ipſum quod eſt agitationem, aut agitatum, nam pari modo eadem ita ſe habent, & agitatiua eſſe uidetur, quare ſi melius ſtatio, in hoc oportet genere ponere. Amplius, ex magis & minus. Deſtruenti quidem ſi genus ſuſcipit magis, ſpecies autem non ſuſcipit, neq; ipſa, neq; quod ab ipſa dicitur, ut ſi uirtus ſuſcipit magis, & iuſtitia, & iuſtus, dicitur enim iuſtus magis alter altero, ſi igitur aſſignatum quidem genus magis ſuſcipit, ſpecies autem nõ ſuſcipit, neq; ipſa, neq; quod ab ipſa dicitur, non erit quidem aſſignatum genus. Rurſum quod magis uidetur, uel ſimiliter, non eſt genus, manifeſtum quoniam nec quod aſſignatum eſt. Vtilis autem hic locus in talibus maximè, in quibus plura uidentur de ſpecie in eo quod quid eſt prædicata, cũ non determinatum eſt, neq; promptum nobis eſt dicere, quodnam eorum genus, ut de ira, triſtitia, & opinio paruipendentiæ, in eo quod quid eſt prædicari uidetur, contriſtatur enim iratus, & opinatur paruipendi. Eadem autem conſideratio & in ſpecie ad aliud aliquid comparanti. Nam ſi quod magis, aut ſimiliter uidetur eſſe in aſſignato genere, non eſt in genere, manifeſtum quod neque aſſignata omnino ſpecies erit in genere, interimenti igitur quemadmodum dictum eſt, utendum. Aſtruenti uero ſi quidem ſuſcipit magis quod aſſignatum eſt genus, & ſpecies, non utilis locus, nihil enim prohibet utrorunq; ſuſcipientium, non eſſe alterum alterius genus, nam bonum & album ſuſcipit magis, & neutrum neutrius genus. Generum autem, & ſpecierum ad ſeinuicem comparatio, utilis, ut ſi ſimiliter hoc, & hoc genus, ſi alterũ genus, & alterum, ſimiliter autem & ſi quod minus, & quod magis, ut ſi continentiq;, magis poteſtas, quàm uirtus genus, uirtus autem genus, et poteſtas. Eadem autem & de ſpecie conuenit dici, nam ſi ſimiliter hoc, & hoc propoſiti ſpecies, ſi alterũ ſpecies, & reliquum, & quod minus uidetur, ſpecies eſt, & quod magis. Amplius, ad conſtruendum, perſpiciendum ſi de quibus aſſignatum eſt genus, in eo quod quid eſt prædicatur, cum non ſit una aſſignata ſpecies, ſed plures, & differentes. Nam manifeſtum quoniam erit genus. Si autem in aſſignato ſpecies eſt, conſiderandum & ſi de alijs ſpeciebus genus in eo quod quid eſt prædicatur. Nam rurſus accidet de pluribus & differentibus idem prædicari. Quoniam autem uidetur in quibuſdam & differentia in eo quod quid eſt de ſpeciebus prædicari, ſeparandum eſt genus & differentia, utenti ijs quæ dicentur elementis. Primum quidem quoniam genus de pluribus dicitur quàm differentia. Deinde quoniam ſecundum eius (quod quid eſt) aſſignationem, magis conuenit genus, quàm differentiam dicere. Nam qui animal dicit hominem, magis indicat quid eſt homo, quàm qui greſſibile. Et quoniam differentia quidem qualitatem generis ſemper ſignificat, genus autem, differentiæ nõ.

Nam qui dicit greſsibile, quiddam animal dicit, qui uero animal dicit, non dicit quale quiddam greſsibile, differentia igitur à genere ſic ſeparanda. Quoniã autem uidetur Muſicum, quà Muſicum eſt, ſciens eſſe, & Muſica ſciẽtia quædam eſt, & ſi ambulans eo quòd ambulat mouetur, ambulatio motus quidam eſt, conſiderãdum in quo genere uult quippiam conſtruere ſecundum dictum modum. Vt ſi ſcientiam ipſum quod eſt fidem, ſi ſciens quatenus ſcit, fidit, manifeſtũ enim quoniam ſcientia, fides quędam erit, eodem autem modo & in alijs huiuſmodi. Amplius, quoniam quod ſequitur aliquid ſemper & non conuertitur, difficile eſt ſeparare, quod non ſit genus, ſi hoc quidem illud ſequitur omne, illud uero hoc non omne. Vt tranquillitatem quies, & numerum diuiſibile, è conuerſo autem non, nam diuiſibile non omne, numerus, neque quies omnis, tranquillitas, ipſo quidem eſt utendum ut genere quod eſt ſemper conſequens, cum non conuertatur alterum, cum autem alterum ſe extendit non in omnibus, obſequendum. Inſtantia autem huius, quoniam non ens ſequitur omne quod fit (nam quod fit non eſt) & nõ conuertitur (non enim omne quod non eſt, fit) attamen non eſt genus non ens eius quod fit, ſimpliciter enim non ſunt non entis ſpecies. De genere igitur quemadmodum dictum eſt, tranſeundum.

Quarti libri Ariſtotelis Topicorum finis.

QVINTI LIBRI TOPICORVM ARISTOTELIS, DE MODIS PROPRII. *Cap.* I.

VTrum autem proprium, an non proprium eſt quod dictum eſt, per hæc conſiderandum. Aſſignatur autem proprium aut per ſe, & ſemper, aut ad aliud, aut aliquãdo. Per ſe quidem, ut hominis, animal manſuetum natura, ad aliud autem, ut animæ ad corpus, quoniam illa quidẽ imperare nata, hoc autem parere, ſemper autem, ut Dei, animal immortale, aliquando uero, ut alicuius hominis ambulare in gymnaſio. Sunt autem proprij, quod ad alterũ aſſignatum eſt, aut duo problemata, aut quatuor. Nam ſi de hoc quidem aſſignatũ quippiam fuerit, de illo uero negatum idipſum, duo dunta&xat problemata fiunt quẽ admodum hominis ad equum proprium eſt quod bipes eſt, nam & ꝙd homo nõ bipes eſt argumentabitur quiſpiam, & quod equus bipes, utrinque autem remouetur proprium. Si autem de utroque utrumq; aſſignatum fuerit, & de utroq; negatum, quatuor problemata erunt, ut hominis proprium ad equum, quòd ille quidem bipes, hic autem quadrupes eſt, nam & quod homo non bipes eſt, & quòd eſſe quadrupes natus eſt, argumentari eſt, & quòd equus bipes, & quod non quadrupes, poſſibile eſt argumentari, quolibet igitur modo oſtenſo, interimitur quod propoſitũ eſt. Eſt autem per ſe quidem proprium, quod ad omnia aſſignatur, & ab omni ſeparat) quẽadmodum hominis animal mortale diſciplinæ ſuſceptiuum) ad aliud autem, quod non ab omni, ſed ab aliquo ſtatuto determinat (ut uirtutis ad diſciplinam, quoniam illa quidem in pluribus, hæc in rationali ſolo, & in habẽtibus rationem nata eſt fieri) ſemper autem, quod ſecundum omne tempus uerificatur, & nunquam relinquitur (quemadmodum animalis ex anima & corpore cõpoſitum eſſe) aliquando uero, quod ſecundum aliquod tempus uerificatur, & non ex neceſſitate ſemper conſequitur, ut alicuius hominis, ambulare in foro. Eſt autem ad alterum proprium aſſignare, differentiam dicere, aut in omnibus, & ſemper, aut ut multum, & in plurimis. Et in omnibus quidem & ſemper quemadmodum hominis proprium ad equum quoniam bipes, nam homo quidem & omnis, & ſemper eſt bipes, cuius autem nullus eſt bipes, & nunquam, ut multũ autem & in plurimis, quemadmodum rationalis propriũ principare ad concupiſcibile, & iraſcibile, eo quòd illud quidem imperat, hęc aũt parent, nam neq; rationale ſemper imperat, ſed quandoque illi imperatur, neq; concupiſcibili, & iraſcibili ſemper imperatur, ſed imperant quãdoq; cum fuerit hominis anima flagitiola. Propriorum autem ea maximè logica ſunt, quæ per ſe, & ſemper, & quæ ad aliud. Nam eius quod ad aliud eſt propriũ, plura problemata ſunt, quemadmodum diximus & prius, nam aut duo, aut quatuor, ex neceſſitate fiunt problemata, plures autem orationes fiunt ad hæc, quod autem per ſe eſt, & ſemper, ad multa eſt argumentari, & ad plura tempora obſeruare, quod per ſe quidem ad multa, nam ad unumquodq; eorum quæ ſunt, utpote cui oportet ineſſe proprium, quare ſi non ab omni ſeparat, non erit bene aſſignatum proprium, quod autem ſemper, ad plura tempora eſt obſeruare, & ſiue non ineſt, ſiue nõ infuerit, ſiue non inerit, non erit proprium. Quòd uero aliquãdo, ad illud (quod nũc dicitur) tempus conſideramus, non igitur ſunt rationes ad ipſum plures. Logicum autem eſt problema, ad quod rationes fiunt, & crebræ quidẽ, & bonæ. Ad aliud igitur propriũ dictum, ex ijs quæ ſunt de accidente locis inſpiciendũ, ſi huic quidem accidit, illi uero non. De ijs autem quæ ſemper, & quæ per ſe, per hæc conſiderandum.

De locis proprij. *Cap.* II.

PRimum quidẽ an non bene aſſignatũ eſt propriũ, an bene. Eius aũt quod eſt non bene, aut bene, eſt unum quidẽ, ſi nõ per notiora, aut per notiora poſitũ eſt proprium, deſtruenti quidẽ, ſi nõ per notiora, at cõſtruenti, ſi per notiora. Eius aũt quod non per notiora eſt, hoc quidem ſi omnino ignotius poſitum eſt propriũ quod aſſignauit, illo cuius propriũ dixit. Non enim erit bene poſitum proprium, nam propter notitiã propriũ facimus, diſcendi enim cauſa, & proprium, & definitiones facimus, per notiora igitur accipiendum, ſic enim magis erit ſufficienter cognoſcere, utputa qui ponit ignis proprium eſſe ſimilimum animæ, ignotiore quàm ignis utitur, anima, magis enim ſcimus quid eſt ignis, quã quid anima, non igitur erit bene poſitum propriũ ignis, ſimilimũ animæ. Aliud aũt, ſi nõ notius eſt hoc huic ineſſe. Oportet enim non ſolũ notius eſſe re, ſed huic ineſſe, notius eſſe, nã qui non ſcit huic ineſt, neq; ſi illi ſoli notius ineſt cognoſcit, quare cum quoduis horum acciderit, obſcurũ fit proprium, ut quia qui ponit ignis propriũ, in quo primo anima nata eſt eſſe, ignotiore utitur quàm ſit ignis, eo ꝙd ignotius eſt, ſi in hoc eſt anima, & ſi in hoc primo eſt, non erit itaq; bene poſitũ proprium ignis, in quo primo anima nata eſt eſſe. Cõſtruenti autẽ, ſi per notiora poſitum eſt propriũ, & ſi per notiora ſecundũ utrũq; modũ. Erit enim bene ſecundum hoc poſitũ proprium, nam conſtructiuorũ locorũ eius quod bene, alij quidẽ ſecundũ hoc ſolũ, alij autẽ ſimpliciter mõſtrabunt quod bene, ut quia qui dixit animalis propriũ, ſenſum habere, & notiora, & notius aſſignauit propriũ ſecundũ utrũq; modũ, quare erit bene aſſignatum ſecundum hoc, animalis propriũ, ſenſum habere. Deinde deſtruenti quidem, ſi quod nominum quæ in proprio ſunt aſſignata multipliciter dicitur, uel etiã tota oratio plura ſignificat. Non enim erit bene poſitum proprium, ut quoniã ſentire multa ſignificat, unum quidem ſenſum habere, alterum autem ſenſum uti, non erit animalis proprium bene poſitum quod natum eſt ſentire, quapropter non uten-

dum eſt,neque nomine,quod multipliciter dicitur,neque oratione,quæ plura ſignificet,quia quod multipliciter dicitur,obſcurum facit quod dictum eſt, dubitante eo qui debet argumentari,quodnam dicit eorum quæ multipliciter dicuntur,nam proprium diſcendi gratia aſſignatur. Amplius autem ad hoc neceſſarium eſt redarguionem aliquam fieri cum ſic aſſignant proprium,quando in diſſidente quiſpiam conficiet ſyllogiſmum,de eo quòd multipliciter dicitur. Conſtruenti autem,ſi non plura ſignificat neque nominum quippiam, neque tota oratio. Erit enim ſecundum hoc benè poſitum proprium,ut quia neque corpus plura ſignificat,neque mobiliſſimum in ſuperiorem locum,neque totum quod ex his compoſitum eſt,erit benè poſitum ſecundum hoc ignis proprium corpus mobiliſſimum in ſuperiorem locum. Deinde deſtruenti quidem ſi multipliciter dicitur illud, cuius proprium aſſignatur, non determinatur autem cuius eorum ponatur proprium. Non enim benè erit aſſignatum proprium,ob quas autem cauſas non immanifeſtum eſt ex iis quæ prius dicta ſunt,nam eadem accidere neceſſarium eſt,ut quia ſcire hoc, plura ſignificat, unum enim ſcientiam habere hoc,alterum autem ſcientia uti hoc,aliud uero ſcientiam eſſe huius,aliud autem ſcientia uti huius,non erit eius quod eſt ſcire hoc, benè aſſignatum proprium ullum, non determinato, cuius horum ponitur proprium. Conſtruenti uero,ſi non dicitur multipliciter hoc cuius proprium ponitur, ſed eſt unum et ſimplex. Erit enim benè poſitum ſecundum hoc proprium, ut quia homo ſimpliciter dicitur,erit benè poſitum ſecundum hoc hominis proprium,animal mãſuetum natura. Deinde deſtruenti quidem,ſi frequenter dictum eſt idem in proprio (ſæpe enim latent hoc facientes & in proprijs, quemadmodum & in terminis) non erit benè poſitum quod hoc ſuſtinet,proprium. Conturbat enim audientẽ,quod frequenter dicitur,obſcurum igitur neceſſarium eſt fieri, & præter id nugari uidentur. Eueniet autem frequenter idem dicere duobus modis,uno quidem quando nominauerit frequenter idem,ut ſi quis proprium aſſignet ignis, corpus tenuiſſimum corporum,hic enim frequenter dixit corpus. Secundo autem,ſi quis aſſumat orationes pro nominibus,ut ſi quis reddat terræ proprium,ſubſtantiam quæ maximè corporũ ſecundum naturam fertur in inferiorem locum,deinde aſſumat pro corporibus,huiuſmodi ſubſtantias,unum enim & idem eſt corpus, & huiuſmodi ſubſtantia, erit ergo hoc modo ſubſtantia frequenter dicta,quare neutrum erit benè poſitum proprium. Conſtruenti uero ſi nullo utitur frequenter nomine eodem. Erit enim ſecundum hoc benè aſſignatum proprium,ut quia qui dixit hominis propriũ, animal diſciplinæ ſuſceptiuum,non uſus eſt frequenter eodem nomine, erit utique ſecundum hoc benè aſſignatum hominis proprium. Deinde deſtruenti quidem,ſi tale aliquid aſſignauit in proprio nomen,quod omnibus inſit. Inutile enim erit,quod non ſeparat ab aliquo,quod autem in proprijs dicitur, ſeparare oportet, quemadmodum & quæ in terminis,non igitur erit benè poſitum proprium, ut quia qui poſuit ſcientiæ proprium opinionẽ indiſſuaſibilem à ratione, unum exiſtens, tali aliquo uſus eſt proprio (uno inquam) quod omnibus ineſt,nõ erit utique benè poſitum ſcientiæ proprium. Aſtruenti autem,ſi nullo uſus eſt communi, ſed quod ab aliquo ſeparat, erit bene poſitum ſecundum hoc proprium. Vt quia qui dixit animalis proprium animam habere,nullo uſus eſt communi,erit ſecundum hoc bene poſitum proprium animalis,animam habere. Deinde deſtruenti quidem ſi plura propria aſſignat eiuſdem,non determinans quod plura ponit. Non enim erit bene poſitum proprium,nã quemadmodum nec in terminis oportet præter eam (quæ indicat ſubſtantiam) orationem,adiungere quippiam pluſculum,ſic nec in proprijs præter eam (quæ facit proprium quod dictum eſt) orationem,quicquam coaſſignandum. Inutile enim fit eiuſmodi,ut quia qui dixit proprium ignis,tenuiſſimum, & leuiſſimum, plura aſſignauit propria (utrumque enim de ſolo igne uerum eſt dicere) non erit bene poſitum proprium ignis, corpus ſubtiliſſimum, & leuiſſimum. Aſtruenti uero ſi non

rion plura eiuſdem propria aſſignauit, ſed unum. Erit enim ſecundum hoc bene poſitum proprium, ut quia qui dixit humidi proprium, corpus quod in omnem figuram ducitur,unum aſſignauit proprium, & non plura, erit ſecundum hoc benè poſitum humidi proprium. Deinde deſtruenti quidem, ſi eodem uſus eſt cuius proprium aſſignauit,aut eorum quæ ſunt illius aliquo. Non enim erit bene poſitum proprium, nam diſcendi gratia aſſignatũ proprium,idem autẽ eidẽ ſimiliter ignotum eſt,id autẽ ꝙd aliquid eorum eſt quæ ſunt eius,poſterius,non igitur eſt notius,quare non fiet ut per hoc quiſquam magis quippiam diſcat,ut quia qui dixit animalis proprium,ſubſtantiam cuius ſpecies eſt homo,aliquo uſus eſt eorum quæ ſunt animalis,non erit bene poſitum proprium. Conſtruenti autem ſi neq; eodem,neq; eorum quę ſunt ipſius aliquo utitur. Erit enim bene ſecundum hoc poſitum proprium,ut quia qui poſuit animalis proprium ex anima & corpore compoſitum eſſe,neq; eorum quæ ſunt ipſius aliquo uſus eſt,erit utiq; bene ſecũdum hoc aſſignatum animalis proprium. Eodem autem modo & in alijs conſiderandum eſt,quænam non faciũt,aut faciunt notius. Deſtruẽti quidem ſi aliquo uſus eſt, aut oppoſito, aut omnino ſimul natura, aut poſteriore aliquo. Non enim erit bene poſitum proprium,nam oppoſitum ſimul natura,quod autem ſimul natura, & poſterius,non efficit notius, ut quia qui dixit boni proprium,quod malo maximè opponitur,oppoſito eſt uſus boni,non erit profectò bene aſſignatum boni proprium. Conſtruẽti autem,ſi nullo uſus eſt neque oppoſito,neq; omnino ſimul natura, neque poſteriore, erit ſecundum hoc bene poſitum diſciplinæ proprium. Deinde deſtruenti quidem, ſi non quod ſemper ſequitur proprium aſſignauit,ſed id quod fit quando que non proprium. Non enim erit bene pronũciatum proprium, nam neq; in quo deprehendimus ineſſe ipſum,de hoc & nomen ex neceſſitate ueri ficatur, neq; in quo deprehenditur non ineſſe,de hoc ex neceſſitate non dicetur nomen, quare non erit bene poſitum proprium. Amplius autem ad hæc,neq; quando quiſquam aſſignauerit proprium,erit manifeſtum ſi ineſt, ſi quidem tale eſt, ut quod ipſum relinquere poſſit, non igitur erit clarum eſſe proprium, ut quia qui poſuit animalis propriũ moueri quandoque, uel ſtare tale, aſſignauerit proprium quod fit quando que non proprium, nequaquam erit bene poſitum proprium. Aſtruenti uero, ſi quod ex neceſſitate ſemper eſt, proprium aſſignauerit. Erit enim bene poſitum ſecundum hoc proprium, ut quia qui poſuit uirtutis proprium quod habentem facit ſtudioſum, quod ſemper ſequitur. Proprium aſſignauit, erit utiq; ſecundum hoc bene aſſignatum uirtutis proprium. Deinde deſtruenti quidem ſi quod nunc proprium eſt aſſignans, non determinauerit quod non proprium aſſignat. Non enim erit bene poſitum proprium, primum quidem quia quod præter conſuetudinem fit omne, ſemper determinatione indiget, ſolent autem ut plurimum omnes, quod ſemper ſequitur proprium aſſignare. Secundo autẽ, quia immanifeſtus eſt quia non determinauerit, ſi quod nunc eſt proprium uoluerit ponere, non igitur danda eſt obiurgationis occaſio, ut quia qui poſuit alicuius hominis proprium ſedere cum aliquo homine, quod nunc proprium eſt poſuit, non bene proprium aſſignabit, ſi non determinans dixerit quod nunc. Conſtruenti autem, ſi nunc proprium aſſignans determinando poſuit, quod nunc proprium poſuerit. Erit enim bene poſitum ſecundum hoc proprium, ut quia qui dixit cuiuſdam hominis proprium ambulare nunc alicubi diſtinguens, poſuit hoc bene erit poſitum proprium. Deinde deſtruenti quidem ſi tale aſſignauit proprium, quod manifeſtum non eſt aliter ineſſe quàm ſenſu. Non enim erit bene poſitum propriũ, nam omne ſenſibile extra ſenſum factum, immanifeſtum eſt, latens enim eſt ſi adhuc ineſt, eo quòd ſenſu ſolũ cognoſciẽ. Erit autẽ uerum hoc in ijs quæ non ex neceſſitate ſemper conſequuntur, ut quia qui poſuit ſo

lis proprium, astrum quod fertur super terrã lucidissimum tali usus est in proprio (super terram inquã ferri) quod sensu cognoscit, non utiq; erit bene solis assignatũ proprium, immanifestũ enim erit cum occidet sol, si adhuc feratur super terram, eo ꝙd nos tunc deseruimus sensum. Constituenti uero si tale assignauit proprium, quod non sensu est manifestum, aut cum sit sensibile, ex necessitate inesse manifestum est. Erit enm secundũ hoc bene positũ propriũ. Vt quia qui posuit superficiei propriũ, quod primum coloratũ est, sensibili quidẽ aliquo usus est (coloratum esse inquã) tali quidẽ quod manifestũ est inesse semper, erit secundũ hoc bene assignatum superficiei proprium. Deinde destruenti quidẽ, si terminum ut proprium assignauit. Nõ enim erit bene positum proprium, nam non oportet indicare quod quid est esse, proprium, ut quia qui dixit hominis propriũ animal gressibile bipes, quod quid est esse significans assignauit hominis proprium, non utiq; erit hoc hominis propriũ bene assignatum. Constituenti autem, si quod conuersim quidem prædicatur assignauit proprium, non autem quod quid est esse indicans. Erit enim secundum hoc bene assignatum propriũ, ut quia qui posuit hominis propriũ animal mansuetũ natura, quod conuersim quidem prædicatur assignauit propriũ, non quod quid est quidem indicans, erit secundum hoc bene assignatum proprium hominis. Deinde destruenti quidem, si non quippiam in quid est ponens, assignauit proprium. Oportet enim in propriis quẽadmodum in terminis, primũ assignari genus, deinde sic iã addere reliqua, & separare, quare quod non hoc modo positũ est propriũ, non erit bene assignatum, ut quia qui dixit animalis proprium animã habere, non posuit quicquã in quo ut in quid, est animal, non erit bene positum animalis proprium. Constituenti uero si quis quippiam quod in quid est ponens eius cuius proprium assignauit, reliqua adiungit. Erit enim secundum hoc bene assignatum proprium, ut quia qui posuit hominis proprium animal disciplinæ susceptibile, quippiã quod in quid est ponens, assignauit proprium, erit secundũ hoc bene positum proprium hominis. Vtrum igitur bene, an non bene assignetur proprium, per hæc inspiciendum.

De proprio, loci alij. Cap. III.

VTrum uero proprium est omnino quod dictum est, an non propriũ ex his considerandum. Nam simpliciter constituentes proprium quod bene positum est, loci ijdẽ erunt ijs qui proprium omnino faciunt, in illis igitur dicentur. Primũ ergo destruenti quidẽ inspiciendum ad unumquodq; eorum cuius proprium assignauit. Vt si nulli ineſt, aut si nõ de hoc quidẽ uerificatur, aut si non est proprium cuiusq; eorũ secundũ illud cuius propriũ assignauit. Non enim erit proprium, quod positum est esse proprium, ut quia de Geometra nõ uerificatur indeceptibilẽ esse ab oratione (nam decipitur Geometer cum pseudographiam facit) non erit hoc scientis proprium, non decipi ab oratione. Constituenti autẽ si de omni uerificatur, & qua de hoc uerificatur. Erit enim proprium, ꝙd positum est esse proprium, ut quia animal disciplinæ susceptiuũ de omni homine uerificatur & qua homo, erit hominis propriũ animal disciplinæ susceptiuũ. Est autẽ locus hic destruenti quidem, si nõ de quo nomen & oratio uerificatur, & si non de quo oratio & nomen uerificatur. Constituenti autẽ, si de quo nomen & oratio, & si de quo oratio & nomen prædicatur. Deinde destruenti quidem, si non de quo oratio, & nomen uerificatur, & si non de quo nomen, & oratio uerificatur. Non enim erit propriũ, ꝙd positum est esse proprium, ut quia animal quidem disciplinæ susceptiuum uerificat de Deo, homo aũt non prædicat, nõ erit hominis proprium, animal disciplinę susceptiuũ. Constituenti aũt si de quo oratio & nomen prædicatur, & si de quo nomen & oratio prædicat. Erit enim propriũ quod positum est esse proprium, ut quia de quo animam habere uerificatur animal, & de quo animal animam habere, erit animam habere

habere animalis proprium. Deinde destruenti quidẽ si subiectũ, propriũ assignauit eius, quod in subiecto esse dicitur. Non enim erit propriũ quod positum est esse proprium, ut quia qui posuit proprium subtilissimi corporis, ignem, subiectum assignauit prædicati proprium, non erit ignis corporis subtilissimi proprium, propter hoc autem non erit subiectum, eius quod in subiecto esse dicitur proprium, eo quòd idẽ esset plurimum, & differentium specie, proprium, nam eidẽ plura quædã discrepantia specie insunt, de solo dicta, quorũ erit omnium propriũ quod subiectũ est, si quis hunc in modum ponat proprium. Constituenti uero, si quod in subiecto est, assignauit proprium subiecti. Erit enim proprium quod positum est non esse propriũ, siquidem de solo prædicatur (ut dictum est) proprium, ut quia qui dixit terræ proprium corpus grauissimum specie, subiecti assignauit proprium, quod de sola dicitur re, & ut propriũ prædicat, erit terræ proprium rectè positum. Deinde destruenti quidem, si secundum participationem assignauit propriũ. Non enim erit proprium, quod positũ est esse propriũ, nam quod secundũ participationẽ ineſt, ad quod quid est esse conducit, erit autem huiusmodi differentia quædam de aliqua specie dicta, ut quia qui dixit hominis proprium gressibile bipes, secũdum participationem assignauit proprium, non erit utique propriũ hominis gressibile bipes. Constituenti autem, si non secundum participationẽ assignauit proprium, nec quod quid est esse indicans, conuersim prædicata re. Erit enim proprium quod positum est esse proprium, ut quia qui posuit animalis proprium quod natum est sentire, neque secundum participationem assignauit proprium, neque quod quid esse indicãs, conuersim re prædicata, erit utique quod sentire natum est, animalis proprium. Deinde destruenti quidẽ, si non contingit simul ineſſe proprium, sed uel posterius, uel prius quàm idipsum nomen. Non enim erit propriũ quod positũ est esse proprium, aut nunquã, aut non semper, ut quoniã contingit alicui prius fore, & posterius ambulare per forũ quã quòd homo, non erit ambulare per forum hominis proprium, aut nunquã aut non semper. Constituenti autẽ, si simul ex necessitate semper ineſt, cũ neque terminus, neque differentia sit. Erit enim propriũ, quod positum est forsitan non esse proprium, ut quia animal disciplinæ susceptiuum, simul ex necessitate semper est, & id quod est homo, cũ neque differentia sit, nec terminus erit animal disciplinæ susceptiuũ hominis propriũ. Deinde destruenti quidem, si eorundem quæ eadem sunt, non est idem propriũ. Non enim erit proprium, quod positum est esse proprium, ut quia non est propriũ prosequendi, apparere quibusdã bonum, neque eligendi fuerit utiq; proprium apparere quibusdam bonũ, idem enim est prosequendum & eligendum. Constituenti, si eiusdem quatenus idem proprium. Erit enim proprium quod positum est nõ esse proprium. Vt quoniã hominis, qua homo dicit propriũ tripartitã animã habere, & terrigenæ quatenus terrigena est erit propriũ tripartitã animã habere. Vtilis autẽ locus hic & in accidente, nam ijsdẽ in eo quòd eadẽ sunt eadẽ oportet ineſſe, uel non ineſſe. Deinde destruenti quidẽ, si eorũ quæ sunt eadẽ specie, non idẽ semper specie propriũ est. Neque enim eius quod dictum erit proprium, quod positũ est esse proprium, ut quia idem est specie homo & equus, non semper autẽ equi est proprium stare à se, nec hominis erit proprium moueri à se, Idem enim est specie moueri, & stare à se, quatenus utrique eorũ ut animal est, accidit. Constituenti uero, si eorũ quæ sunt eadẽ specie, idem semper specie sit proprium. Erit enim proprium quod positum est non esse proprium, ut quia hominis est proprium esse gressibile bipes, & auis erit proprium esse uolatile bipes, utrumque enim horum est idem quatenus illa quidem sub eodem sunt genere species, cum sint sub animali, hæc autem ut generis differentię animalis. Hic autem locus falsus est, quando alterum quidem eorum quæ dicuntur uni alicui soli inest speciei, alterum uero ineſt pluribus, quemadmodum gressibile quadrupes.

Quoniam autem idem & diuersum multipliciter dicitur, labor est Sophisticè

ſtiè aſſumẽti unius aſſignare,& ſolius alicuius proprium,nam quod ineſt alicui cui accidit aliquid,& accidenti inerit ſumpto cum eo cui accidit, ut quod ineſt homini, & albo homini inerit,ſi fuerit albus homo,& quod albo homini ineſt,inerit & homini. Calumniabitur autem aliquis multa propriorum, quòd ſubiectũ id aliud eſt quod ſecundum ſe facit,aliud autem cum accidente,ut aliud quidem hominem eſſe dicet,aliud uero album hominẽ. Amplius aũt diuerſum faciens habitum,& ꝙ ſecũdum habitum dicit̃,nam quod habitui ineſt,& ei quod ſecũdum habitũ dicit̃ inerit, & q̃d ei quod ſecundum habitũ dicitur) ineſt,& habitui inerit,ut quoniam ſciens ſecundum ſcientiam dicitur affici, non inerit ſcientiæ proprium, indiſſuaſibile à ratione,nam & ſciens indiſſuaſibilis erit à ratione. Conſtruenti autem dicendũ quoniam non eſt diuerſum ſimpliciter id cui accidit,& accidens cum eo cui accidit ſumptum,ſed aliud dicitur,eo quòd diuerſum ſit ipſis,eſſe,nõ enim idẽ eſt homini eſſe, quod ſit homo,& albo homini eſſe,quòd ſit albus homo. Præterea autem conſiderandum eſt ad caſus dicenti,quod neq; ſciens eſt indiſſuaſibile à ratione,ſed indiſſuaſibilis à ratione, neq; ſcięntia indiſſuaſibile,ſed indiſſuaſibilis à ratione,nã ei qui omnino inſtat,omnino eſt aduerſandum. Deinde deſtruenti quidẽ,ſi quod natura ineſt uolens aſſignare,hoc modo ponit ſecundum locutionẽ,ut ꝙ ſemper ineſt ſignificet. Videbitur enim moueri poſſe quod poſitum eſt proprium eſſe, ut quia qui dixit hominis proprium bipes,uult quidẽ q̃d natura ineſt, aſſignare, ſignificat autẽ locutionẽ quod ſemper ineſt,nõ erit hominis propriũ bipes,non enim omnis homo eſt duos pedes habens. Cõſtruenti aũt,ſi uult quod natura ineſt propriũ aſſignare, & locutione hoc modo ſignificat.Non enim mouebit̃ ſecũdũ hoc propriũ,ut quia qui hominis proprium aſſignauit,animal diſciplinæ ſuſceptiuum & uult, & dictione ſignificat quòd natura ineſt proprium,non mouebitur,ſecundum hoc quod nõ ſit proprium hominis,animal diſciplinæ ſuſceptiuum. Amplius,quęcunq; dicunt ut ſecundum aliud aliquod primum, aut ut primũ ipſum,labor eſt aſſignare talium proprium.Nam ſi eius quod eſt ſecundum aliud ali,quid proprium aſſignauit,& de primo uerificabit̃,ſi autẽ primi poſuerit,& de eo quod eſt ſecundum aliud prædicabit̃,ut ſi quis aſſignet ſuperficiei proprium coloratum eſſe, & de corpore uerificat coloratum eſſe,ſi aũt corporis,& de ſuperficie prædicabitur,quare non de quo oratio,& nomen uerificabit̃. Accidit autẽ in quibuſdam propriis plerũq; fieri aliquod peccatũ,propter hoc quod non determinet quomodo,& quorũ ponit quis propriũ, omnes enim conãtur aſſignare proprium,aut quod natura ineſt, ut hominis bipes, aut quod nunc ineſt,ut hominis alicuius quatuor digitos habere, aut ſpecie,ut ignis ſubtiliſſimũ, aut ſimpliciter,ut animalis uiuere,aut ſecundũ aliud,ut animæ prudẽs, aut ut primum,quemadmodum rationalis prudens, aut in eo quod habet,ut ſcientis indiſſuaſibile à ratione (nihil enim aliud quàm habendo aliquid erit indiſſuaſibile à ratione) aut in eo quòd habeatur, ut ſcientiæ indiſſuaſibile à ratione, aut in eo quod participatur, ut animalis ſentire (ſentit enim & aliud quid ut homo,ſed participans tam hoc, ſentit) aut in eo quod participat, ut alicuius animalis uiuere.Qui non addit igitur, natura peccat, eo quòd contingit quod naturæ ineſt, nõ ineſſe illi cui natura ineſt, ut homini duos pedes habere, qui uero non determinat, quoniam quod ineſt aſſignat quod non erit tale quale nunc ineſt id,ceu quatuor digitos habere hominem,non indicans quoq; quod ut primum,aut ut ſecundum aliud ponit, quòd non de quo oratio & nomen uerificabitur,ut coloratum eſſe ſiue ſuperficiei,ſiue corporis aſſignauerit proprium,nõ prædicẽs etiam quod aut in eo q̃d eſt habere,aut in eo ꝙ haberi propriũ aſſignauit.Ideo nõ erit propriũ quod aſſignatũ eſt, nam inerit (ſi in eo quod habetur aſſignauit proprium) etiam habenti, ſi autem habenti, & ei quod habetur, ut indiſſuaſibile à ratione,ſcientiæ uel ſcientis poſitum proprium, non præſignificans etiam in eo quod participat, uel participatur, eo quòd & in alijs quibuſdam inerit proprium.Si enim in eo quidem quod participatur aſſignauit,participantibus inerit,ſi uero in eo quod participat,iſs quæ participantur,ut ſi alicuius animalis poſuerit uiuere proprium,nõ diuidens etiam ſpecie quod uni ſoli inerit eorum,quæ ſub eo ſunt,cuius proprium ponit,nam quod eſt ſecundũ ſuperabundantiam,uni ſoli ineſt,ut ignis leuiſſimum. Aliquoties autem & ſpecie addens peccat.Nam oportebit unam ſpeciem eſſe eorum quæ dicuntur,quãdo ſpecie addiderit,hoc autem in quibuſdam non accidit,ut nec in igne,non enim eſt una ſpecies ignis,nam diuerſum eſt carbo & flamma,& lux ſpecie, cum unumquodque horum ſit ignis, propter hoc autem non oportet quando ſpecie addit̃, diuerſam eſſe ſpeciem eius quod dicitur,quoniã his quidem magis,illis autẽ minus inerit quod dictum eſt proprium,ut in igne ſubtiliſſimũ, ſubtilior enim eſt lux carbone,& flamma. Hoc autem non oportet fieri quando non,& nomen magis prædicat̃,de quo oratio magis uerificatur. Si autem non,non erit de quo oratio magis,& nomen magis.Amplius autem ad hæc idem eſſe accidit propriũ eius quod ſimpliciter,& eius quod maximè in ſimpliciter tali,ut in igne ſe habet ſubtiliſſimum,nam & ſimpliciter & ignis,& lucis erit hoc ipſum proprium, ſubtiliſſima enim eſt lux, cum igitur alius ſic aſſignat proprium, argumentandum, ſibi autem non danda hæc inſtantia, ſed ſtatim cum ponit proprium,determinandum eſt quomodo ponit proprium

De proprio, loci alij. Cap. IIII.

DEinde deſtruẽti quidem,ſi idem eiuſdem proprium poſuit. Non enim erit proprium,quod poſitũ eſt eſſe proprium,nam idem eidem omne,quid eſt eſſe indicat,quod autẽ eſſe indicat,non proprium ſed terminus eſt,ut quia qui dixit honeſti proprium decens eſſe, idem eiuſdem propriũ aſſignauit (idem enim eſt honeſtum & decens) non utiq; erit decens honeſti proprium. Conſtruenti autem, ſi non eiuſdem proprium aſſignauit,cum conuerſim prædicatũ poſuit.Nam erit proprium quod poſitum eſt nõ eſſe propriũ,ut quia qui poſuit animalis propriũ id ꝙ ſubſtantia animata,non idem quidẽ eiuſdẽ propriũ poſuit,& cõuerſim prędicatũ aſſignauit,erit animalis proprium ſubſtantia animata. Deinde etiã in iis quæ ſimilium partium ſunt conſiderandum eſt,deſtruenti quidem, ſi quod totius eſt proprium,non uerificatur de parte, aut quod partis,non dicitur de toto.Nõ enim erit proprium,quod poſitum eſt eſſe proprium,accidit autem in aliquibus hoc fieri. Aſsignabit enim aliquis in iis quæ ſimilium partium ſunt proprium,aliquoties quidem in toto reſpiciens, aliquoties autem in eo quod ſecundum partem dicitur ipſe ſeipſum intelligens, at erit neutrum rectè aſſignatum,ut in toto quidem, quia qui dixit maris proprium,plurima aqua ſalſa,alicuius ſimilium partium poſuit proprium,& tale aſſignauit quod non uerificatur de parte (non enim erit quiddam maris plurima aqua ſalſa)non utiq; erit maris proprium,plurima aqua ſalſa. In parte autem,ut quia qui poſuerit aëris proprium,reſpirabile,ſimilium quidem partium alicuius dixit proprium,tale autem aſsignauit quod de quo aëre uerum eſt, de toto autem non dicitur (non enim erit uniuerſus aër reſpirabilis) non erit utiq; aëris proprium reſpirabile. Aſtruenti autem,ſi uerificatur de unaquaq; ſimilium partium quod eſt proprium earum ſecundum totum.Erit enim proprium,quod poſitum eſt non eſſe proprium, ut quia uerificatur de omni terra deorſum ferri ſecundum naturam,eſt autem & hoc proprium alicuius terræ ſecundum totum (nam ſecundum terram, & id quod eſt terram eſſe) erit terræ proprium deorſum ferri ſecundum naturam. Deinde ex oppoſitis conſiderandum eſt, primum quidem ex contrarijs, de ſtruenti quidem, ſi contrarij non eſt contrarium. Neque enim contrarij erit contrarium proprium, ut quia contrarium eſt iuſtitiæ quidẽ iniuſtitia,optimo aũt peſſimum,non eſt autem iuſtitię proprium optimũ,non erit in iuſtitię proprium peſſimum. Conſtruenti aũt ſi contrarij contrarium proprium eſt, & contrarij contrarium pro-

rium proprium erit. Vt quia contrarium est bono quidem malum, eligendo autem fugiendum, est autem boni proprium eligendum, erit mali proprium fugiendum. Secundum autẽ, ex ijs quæ ad aliquid sunt, destruẽti quidem, si hoc quod ad aliquid est, eius quod est ad aliquid nõ est proprium. Neq; enim hoc quod ad aliquid est, eius quod ad aliquid est, erit proprium, ut quia dicitur duplum quidem ad dimidium, superans autem ad superatum, non est autẽ dupli proprium superans, non erit dimidij proprium superatum. Constituenti autem, si eius quod est ad aliquid, hoc q̃d ad aliquid est propriũ, & eius q̃d est aliquid, id quod est ad aliquid erit proprium. Vt quia dicitur duplum quidem ad dimidium id esse quod duo ad unum, est autẽ dupli proprium ut duo ad unum, erit dimidij proprium, ut unum ad duo. Tertium autẽ, de destruenti quidem, si habitus, id quod secundum habitum dicitur nõ est proprium, neque profecto priuationis, id quod secundũ priuationẽ dicitur, erit propriũ. & si priuationis, id quod secundum priuationẽ dicitur non est proprium, neq; habitus, id q̃d secundum habitum dicitur erit proprium. Vt quia non dicitur surditatis proprium insensibilitatem esse, neq; auditus erit proprium sensum esse. Cõstruenti uero, si quod secundum habitum dicitur, est habitus proprium, & priuationis, id q̃d secundum priuationẽ dicitur erit proprium, & si priuationis, id quod secundũ priuationem dicitur, est proprium, & habitus quod secundum habitum dicitur erit proprium. Vt quia uisus est proprium uidere, secundum quod habemus uisum, erit cœcitatis proprium non uidere, secundum quod non habemus uisum, nati habere. Deinde ex affirmationibus, & negationibus, primum quidem ex ipsis quæ prædicantur. Est autem locus hic utilis destruenti tantum, ut si affirmatio, uel quod secundũ affirmationem dicitur, eius est proprium, non erit profecto eius negatio, neq; quod secundum negationem dicitur, proprium, si autem sit negatio, aut quod secundum negationem dicitur proprium, eiusdem non erit affirmatio, neq; quod secundum affirmationem dicitur proprium, ut quia proprium animalis est animatũ, non erit animalis proprium, nõ animatum. Secundũ autẽ ex prædicatis, uel etiam nõ prædicatis, & de quibus prædicaẽ, uel non prædicaẽ, destruenti quidem, si affirmationis affirmatio non est proprium. Neq; enim negatio negationis erit propriũ, & si negatio negationis nõ est proprium, neq; affirmationis affirmatio erit proprium, ut quia nõ est proprium hominis animal, neq; nõ hominis nõ animal, si autẽ nõ hominis nõ uidetur proprium nõ animal, neq; hominis erit propriũ animal. Constituenti autẽ, si affirmationis affirmatio est propriũ. Nam & negatio negationis erit propriũ, si aũt negationis negatio est propriũ, & affirmatio affirmationis erit propriũ, ut quia nõ animalis est proprium non uiuere, erit animalis proprium uiuere, & si animalis proprium uidetur uiuere, & nõ animalis proprium uidebitur non uiuere. Tertium autem ex ipsis subiectis, destruenti quidem, si quod assignatum est proprium, affirmationis est proprium. Non erit enim idem & negationis proprium, si autem negationis est proprium q̃d assignatũ est, nõ erit affirmationis proprium, ut quia animalis proprium est animatum, non animalis non erit propriũ animatũ. Cõstruenti uero, si assignatum proprium non est affirmationis proprium, erit negationis. At hic locus deficit, nam affirmatio negationis, & negatio affirmationis non est proprium quandoquidem affirmatio negationi omnino non ineſt, negatio autem affirmationi ineſt quidẽ, at nõ ut proprium ineſt. Deinde ex ijs quæ ex opposito diuiduntur, destruenti quidẽ, si eorum quæ ex opposito diuiduntur, nullum ullius reliquorum ex opposito diuisorum est proprium. Neque enim q̃d positum est, erit proprium eius cuius positum est proprium, ut quia animal sensibile nullius aliorum mortalium animalium est proprium, non erit animal intelligibile dei proprium. Cõstruenti aũt, si ceterorum quæ ex opposito diuiduntur quoduis est proprium talium quorumcunq; eorum quæ ex opposito diuiduntur. Nam reliquum erit eius proprium cuius positum est non esse proprium, ut quia prudentiæ est proprium, per se natum esse ra-

tionalis uirtutem esse, & aliarum uirtutum sic uniuscuiusque sumptæ, erit temperantiæ proprium per se natum esse concupiscibilis uirtutem esse. Deinde ex casibus, destruenti quidem, si casus non est casus proprium. Neque enim casus erit proprium casus, ut quia non est eius quod est iuste proprium id quod bene, neque iusti proprium erit bonum. Constituenti autem, si casus est proprium casus. Nam & casus erit casus proprium, ut quia hominis est proprium gressibile bipes, et homini erit proprium gressibili bipedi dici. Non solum autem in eo quod dictum est secundum casus est considerandum, sed & in oppositis, quemadmodũ & in prioribus locis dictum est, destruenti quidem, si oppositi casus, non est proprium oppositi casus. Neque enim oppositi casus erit proprium oppositi casus, ut quia non est eius quod est iuste proprium quod bene, neque iniuste erit proprium quod male. Constituenti uero, si oppositi casus est proprium oppositi casus. Nam & oppositi casus, erit proprium oppositi casus, ut quia honesti est proprium optimum, & inhonesti erit propriũ pessimum. Deinde ex ijs quæ similiter se habent, destruenti quidem, si quod similiter se habet, eius quod similiter se habet, non est proprium. Neq; enim quod similiter se habet, eius quod similiter se habet erit proprium, ut quia similiter se habet ad extruendum ædificium ædificator, & medicus ad efficiendum sanitatem, non est autẽ proprium medici efficere sanitatem, neq; ædificatoris erit proprium extruere ædificium. Constituenti autem, si quod similiter se habet erit propriũ eius quod similiter se habet. Nam & quod similiter se habet, eius quod similiter se habet erit propriũ, ut quoniam similiter se habet medicus ad id quod est esse effectiuum sanitatis, et ludi magister ad id q̃d est esse effectiuũ bonæ habitudinis, est aũt, ppriũ magistri ludi esse effectiuum bonæ habitudinis, erit propriũ & medici effectiuũ esse sanitatis. Deinde ex ijs quę sic se habẽt, destruenti quidem, si quod sic se habet, eius quod sic se habet non est proprium. Neq; enim quod sic se habet, eius quod sic se habet, erit proprium. Si aũt eius quod sic se habet, id quod sic se habet est propriũ, eius non erit propriũ cuius positum est esse propriũ. Vt quia sic se habet prudentia, ad honestum & turpe, eo quod disciplina utriusque eorum est, non est aũt prudẽtiæ propriũ disciplinam esse honesti, non utiq; erit proprium prudentiæ disciplinam esse turpis, si uero est proprium prudentiæ disciplinam esse honesti, non erit proprium eiusdem disciplinam esse turpis, impossibile est enim eiusdem plura esse propria. Constituẽti uero nihil locus iste utilis, nam quod sic se habet, unum ad plura comparatur. Deinde destruenti quidem, si quod secundum esse dicit̃, non est eius quod secundũ esse dicitur propriũ. Nam neq; corrumpi eius q̃d est secundũ corrũpi, neq; generari eius quod secundum generari dicitur, erit proprium. Vt quia est hominis proprium esse animal, neq; eius quod est hominem generari, erit proprium generari animal, neq; eius quod est hominem corrumpi erit proprium corrumpi animal. Eodem autem modo accipiendum est & ex generari ad esse & corrumpi, & ex corrumpi ad esse & generari, quemadmodum dictum est nunc ex esse ad generari, & corrumpi. Constituenti autem, si eius quod est secundum esse ordinatum est. Est autẽ per se, ordinatum proprium, nam & eius q̃d secundum generari dicitur, erit hoc quod secundũ generari dicitur proprium, & eius quod secundum corrumpi, hoc quod secundum corrumpi est assignatum, ut quia hominis est propriũ esse mortalem, & eius q̃d est generari hominem, erit proprium generari mortalem, & eius quod est corrumpi hominem, corrumpi mortalem. Eodem autem modo accipiendum est ex generari, & corrumpi, & ad esse, & ad ipsa ex ipsis fieri, quemadmodum & in destruenti dictum est. Deinde inspiciendum ad idem suppositi, destruenti quidem, si ideæ non ineſt, aut si non qua id dicitur, cuius est proprium assignatum. Non enim erit proprium quod positum est esse proprium, ut quoniam ipsi homini nõ ineſt quiescere qua homo est, sed qua idea, non erit hominis proprium quiescere. Constituẽti autem, si ideæ ineſt, & secundum hoc ineſt qua dicitur de illo ipso, cuius positum est non esse proprium.

Erit enim

Erit enim proprium quod positum est nō inesse proprium,ut quoniam inest ipsi animali ex anima & corpore cōpositum esse,& qua animal est ipsi inest id,erit proprium animalis ex corpore & anima compositum esse.

De proprio loci alij. Cap. V.

DEinde ex magis & minus.Primum quidem destruenti, si quod magis est, eius quod magis non est proprium.Neq; enim quod minus est, eius quod minus erit proprium,neq; quod minimè eius quod minimè,neq; quod maximè eius quod maximè,neq; ꝙd simpliciter eius quod simpliciter, ut quia non est magis colorari magis corporis proprium,neq; minus colorari minus corporis proprium erit,neq; colorari corporis omnino. Construenti autem,si quod magis est eius quod magis est,est proprium. Nam quod minus est,eius quod minus est erit proprium,& quod minimè,eius quod minimè,& quod maximè,eius quod maximè,& quod simpliciter,eius quod simpliciter,ut quia magis uiuentis magis sentire est proprium,& minus uiuentis minus sentire,erit propriū, & eius quod maximè id quod maximè,& eius quod minimè id quod minimè,& eius ꝙd simpliciter,id quoque quod simpliciter. Et ex eo autem quod simpliciter,ad eadem considerandum, destruenti quidem,si quod simpliciter non est proprium. Neq; enim quod magis est eius quod magis,neq; quod minus eius quod minus,neq; quod maxime eius quod maxime,neq; quod minime eius quod minime erit proprium,ut quia non est hominis proprium studiosum,neq; magis hominis,magis studiosum erit propriū. Construenti autem,si quod simpliciter est,eius quod simpliciter est proprium. Nam & hoc quod magis eius quod magis,& quod minus eius quod minus,& quod minime eius quod minimè, & quod maximè eius quod maximè erit proprium,ut quia est ignis proprium sursum ferri secūdum naturam,& magis ignis erit magis proprium, sursum ferri secundum naturam, eodem autem modo considerandum est & ex alijs huiusmodi. Secundum autem, destruenti quidem,si quod magis est,nō est eius quod magis est proprium. Neq; enim quod minus est eius quod minus erit proprium,ut quoniam magis est proprium animalis sentire quàm hominis scire,nō est autem animalis proprium sentire,quare non erit hominis proprium scire. Constructi autem,si quod minus,eius quod minus est proprium. Nam & quod magis eius quod magis erit proprium, ut quia minus est proprium hominis mansuetum natura quàm animalis uiuere,est autem hominis proprium mansuetum natura,erit proprium animalis uiuere. Tertium uero,destruenti quidem, si cuius magis est,proprium non est.Neq; enim cuius est minus proprium,erit eius proprium,si autem illius est proprium,non erit huius proprium,ut quia colorari magis superficiei quā corporis est proprium, non est autem superficiei proprium, non erit corporis propriū colorari, si uero est superficiei proprium, non erit corporis proprium. Constructi autem hic locus non est utilis,nam impossibile est idem plurium proprium esse.

Quartum,destruenti quidem,si quod magis est eius proprium, non est proprium, neq; profecto quod minus est eius propriū,erit propriū. Vt quia magis est propriū animalis sensibile quàm partibile,non est autem animalis sensibile proprium,quare non erit animalis partibile proprium. Constructi autem,si quod minus est eius proprium,est proprium.Nam & quod magis est eius proprium,erit propriū,ut quoniam minus est proprium animalis sentire quā uiuere,est autem animalis proprium sentire,erit animalis proprium uiuere. Deinde ex his quæ similiter insunt, primū quidem destruenti,si quod similiter est proprium,non est propriū eius cuius similiter est proprium. Neq; enim quod similiter est propriū,erit propriū eius cuius similiter est proprium,ut quia similiter est proprium concupiscibilis concupiscere,& rationalis ratiocinari, non est autem proprium concupiscibilis concupiscere,non erit rationalis proprium ratiocinari. Constructi uero,si quod similiter est proprium, eius est

eius est proprium cuius est similiter proprium.Nam & quod similiter est proprium, erit eius proprium cuius similiter est proprium,ut quia similiter est rationalis proprium primum prudens,& concupiscibilis proprium primum temperans, est autem rationalis primum prudens,erit igitur concupiscibilis proprium primum temperans.

Secundum autem,destruenti quidem, si quod similiter est proprium non est proprium eius. Nam neq; quod similiter est proprium,erit proprium eius, ut quia similiter est proprium hominis uidere,& audire,non est hominis propriū uidere,non utique hominis proprium audire. Constructi uero si quod similiter est eius proprium,est proprium. Nam quod similiter est eius proprium,proprium erit,ut quia similiter est proprium animæ,aliquid partium eius primo esse concupiscibile,& rationale primo,est autem proprium animæ,quid partium eius esse concupiscibile primo,erit utique proprium animæ,quippiam partium eius esse rationale primo. Tertium uero destruenti quidem,si cuius similiter est proprium non est proprium. Neque enim cuius similiter proprium,erit proprium,si autem illius est proprium, non erit alterius proprium,ut quia urere similiter est proprium flammæ,& carbonis,non est autē flammæ proprium urere,non erit carbonis proprium urere,si autem est flammæ proprium,non erit carbonis proprium urere.Constructi autem hic locus non est utilis,differt autem quod est ex similiter se habentibus,ab eo quod ex ijs est quæ similiter insunt,quoniam illud quidem secundum proportionem sumitur nō in eo ꝙd inest aliquid comparatum,hoc autem ex eo quod inest, alicui comparatur. Deinde destruenti quidem,si potentia proprium assignans,& non ad ens assignauit proprium potentia,cum non contingat ei potentia inesse cum ens non est. Non enim erit proprium quod positum est esse proprium,ut quia qui dixit aēris proprium respirabile,potentia quidem assignauit proprium(nam tale proprium ut respirari possit, respirabile est) assignauit autem & ad non esse proprium, nam & cum non est animal quod spirare natum ex aēre, contingit aērem esse, non tamen cū non est animal,possibile est spirare,quare neq; aēris erit proprū huiusmodi possibile respirari tunc,quia animal non erit quod tale est ut respirare possit,non ergo erit aēris proprium respirabile. Constructi autem,si potentia assignans proprium,tam ad ens assignauit proprium,quàm ad non ens,cum contingat potentia non enti inesse. Erit enim prium quod positum est non esse proprium,ut quia qui assignauit proprium, entis possibile pati,aut facere potentia assignans proprium, ad ens assignauit proprium (nam cum ens est,& possibile pati quid, aut facere erit) quare proprium erit entis possibile pati quid,aut facere. Deinde destruenti quidem, si per superabundantiam posuit proprium.Non erit enim proprium quod positum est esse proprium, accidit enim sic assignantibus proprium,non de quo orationem,& nomen uerificari, nam corrupta re,nihil minus erit oratio,nam eorum quæ sunt, alicui maximè ineſt, ut si quis assignet ignis proprium,corpus leuissimum,corrupto enim igne, erit aliquod corporum quod leuissimum erit,quare non erit ignis proprium,corpus leuissimum. Constructi autem,si non per superabundantiam posuit proprium. Erit enim secū dum hoc bene positum proprium,ut quia qui posuit hominis proprium animal mansuetum natura,non superabundantia assignauit proprium,erit utique secundum hoc bene positum proprium.

Quinti libri Topicorum Aristotelis finis.

SEXTI TOPICORVM LIBRI ARISTOTELIS, DE LOCIS DEFINITIONIS.

Cap. I.

Ius autem quod est circa terminos negocij, partes sunt quinque. Nam aut quod omnino non uerum est dicere de quo nomen & orationem (oportet enim hominis definitionem de omni homine uerificari) aut quòd cum sit genus non posuit in genere, uel non in accommodato genere posuit (oportet enim eum qui definit in genere ponentem differentias adiungere, nam maximè eorum quę sunt in definitione, genus uidetur definiti substãtiam significare) aut quod non propria est definitio (oportet enim definitionem propriam esse, quemadmodum prius dictum est) aut si omnia quæ dicta sunt is qui fecit, non definiuit, necp; dixit quid est esse rei definitè, reliquum autem præter ea quæ dicta sunt, si definiuit quidem, at non bene definiuit. Si igitur non uerificatur de quo nomen & oratio, ex ijs quæ dicta sunt in accidente locis, considerandum. Nam & illic utrum uerum uel non uerum, omnis consideratio fit, quando enim quod ineſt accidens disputamus, quod uerum est dicimus, quando autem quod non ineſt, quod nõ uerum. Sin uero non in accommodato genere posuit, aut si non propria est assignata oratio, ex ijs qui sunt ad genus & proprium dictis locis, prospiciendum. Reliquum uero si non definiuit, aut si non bene definiuit, aliquo modo aggrediendũ dicere. Primum igitur inspiciendum si non bene definiuit. Nam facilius est, quodlibet fecisse, quàm bene fecisse, manifestum igitur quoniam peccatum circa hoc plusculum, eo quòd laboriosius. Quare argumentatio facilior quæ circa hoc, quàm quæ circa illud fit. Sunt autem eius quod non est bene, partes duæ. Vna quidem, obscura interpretatione uti. Oportet enim definiẽtem (ut contingit) quàm clarissima interpretatione uti, eo quòd cognoscendi gratia assignatur definitio. Secunda autem si amplius dixit in definitione, quàm par sit, nam omne quod superadiectum est in definitione, superfluum est.

De definitione loci alij. Cap. II.

RVrsus autem utrunque quod dictum est, in plures partes diuiditur, unus autem locus eius quod obscurè est, si sit æquiuocum alicui, quod dictũ est. Vt quòd generatio est ductio ad substantiam, et quod sanitas commensuratio calidorum & frigidorum, nam æquiuoca est ductio, & commensuratio, immanifestum igitur utrum uult dicere eorum quæ significantur ab eo, quod multipliciter dicitur, similiter autem & si cum definitum multipliciter dicitur, diuidens non dixit, nam immanifestum utrius definitionem assignauit, contingitq; calumniari uelut non conuenientem orationi ad omnia quorum definitionem assignauit. Maximè autem contingit tale quippam facere, cum latet æquiuocatio. Contingit etiam & eũ qui diuidit, quoties dicitur id quod in definitione assignatum est, syllogismũ facere, nam si secundum nullum modorum sufficienter dictum est, manifestum quod non definierit illo modo. Alius si secundum metaphoram dixit. Vt scientiam indecidua, terram autem nutricem, aut temperantiam consonantiam, nam omne obscurum, quod secundum metaphoram dicitur, contingit & etiam metaphora loquentẽ calumniari, tanquam non propriè dicentem, non enim congruet dicta definitio, ut in temperantia, nam omnis consonantia in sonis. Amplius, si est genus cõsonantia, temperantiæ, in duobus generibus erit idem, non continentibus seinuicem, nam neque consonantia uirtutem, necp; uirtus continet consonantiam. Amplius, si non positis

sitis nominibus utitur. Vt Plato cilsumbre oculum, aut araneum putrimordax, aut medullam ossigenium dixit, nam omne obscurum, quod insuetum est. Quædam autem neque secundum æquiuocationem, neque secundum metaphoram, necp; propriè dicuntur. Vt lex, mensura, uel imago eorum quæ natura iusta sunt, sunt autẽ huiusmodi deteriora metaphora, nam metaphora facit quodammodo notum quod designatum est per similitudinem (omnes enim metaphora utentes, secundum aliquam similitudinem ea utuntur) at quod tale est, non facit notum, nam neque similitudo est secundum quam mensura, uel imago lex est, necp; dici solet propriè, quapropter si propriè mensuram, uel imaginem legem dicit esse, ueritatis est expers, nam imago ideſt, cuius generatio per imitationem est, hoc autem non ineſt legi, si autem non propriè, manifestum quod obscurè dixit, atq; deterius quolibet eorum quæ secũdum metaphoram dicuntur. Amplius, si non manifesta est contrarij oratio ex hoc quod dicitur. Nam quæ bene assignantur, contraria commanifestant. Aut si per se dicta, non sit manifestum cuius est definitio, sed quemadmodũ ea quæ sunt antiquorum scriptorum, nisi quis superscripsisset non cognoscebatur quid unumquodque, si igitur non clarè, ex huiusmodi est inspiciendum. Si igitur superfluum in termino dixit, primum quidem considerandum, si aliquo usus est, quod omnibus insit, uel simpliciter ijs quæ sunt, uel ijs quæ sub eodem genere sunt definitorum. Nam superfluum dici necessarium id est, oportet enim genus ab alijs separare, differentiam autem ab aliquo eorum quæ sunt in eodem genere, atqui quod omnibus quidem inest simpliciter, à nullo separat, quod autem omnibus quæ sub eodem sunt genere in est, non separat ab ijs quæ sunt in eodem genere, quare superuacaneũ huiusmodi oppositum. Aut si est quidem proprium quod appositum est, ablato autem illo, & reliqua definitio propria est, & indicat substantiam. Vt in hominis oratione scientiæ susceptiuum appositum, superfluum, nam & eo ablato, reliqua oratio propria est, & indicat substantiam, simpliciter autem dicendo, omne superfluum, quo ablato, reliquum manifestum facit id quod definitur. Talis autem est & animæ terminus, si est numerus ipse seipsum mouens, nam quod seipsum mouet est anima, ceu Plato definiuit, an proprium quidem quod dicitur, non indicat autem substantiam interempto numero; utrouis igitur modo se habeat, difficile est ut explicet. Vtendum ergo in omnibus talibus ad id quod expedit, ut est phlegmatis terminus, humidum primũ à cibo, indigestum, unum enim primum non multa, quare superfluum indigestũ appositum, nam hoc ablato, reliqua erit propria definitio, nõ enim contingit à cibo & aliud quiddam primum esse. An non simpliciter à cibo phlegma, sed indigestorum primum; quare addendum est indigestum, nam illo quidem modo dicta non uera erit definitio, siquidem non omnium primum est. Amplius, si quippiam eorum quæ sunt in oratione non omnibus ineſt, quæ sunt sub eadem specie. Nam talis pesus definiuit, quam qui usi sunt eo quod ineſt omnibus quæ sunt, nã illic, si reliqua propria definitio, & tota propria erit, simpliciter enim ad proprium quolibet addito uero, tota oratio propria fit, at uero si aliquid eorum quæ sunt in oratione, non omnibus insit quæ sunt sub eadem specie, impossibile est totam orationem propriam esse, nõ enim conuersim prædicabitur de re, ut animal gressibile bipes quadricubitale, nam huiusmodi oratio non conuersim prædicabit de re, eo quòd non omnibus ineſt (quę sub eadem specie sunt) quadricubitale. Rursum si idem frequenter dixit. Vt quí cõcupiscentiam appetitum delectationis dixit, nam omnis concupiscentia, delectationis est, quare & idem concupiscentiæ delectationis erit, sit igitur terminus concupiscentiæ appetitus delectationis (nihil enim differt concupiscentiam dicere, aut appetitum delectationis) quare utrumque eorum delectationis erit. An hoc quidem nihil absurdum; nam & homo bipes est. Quare & idem homini, bipes erit, est autem idem homini, animal gressibile bipes, quare animal gressibile bipes, bipes est, sed nõ propter hoc, absurdum aliquid accipit, non enim de animali, solum gressibile bis bi-

pes prædicatur,ſic enim de eodem bis bipes prædicatur,ſi de animali bipede, greſſibile bipes dicitur,quare ſemel tantum bipes prædicatur. Similiter autem & in concupiſcentia,non enim de appetitu id quod eſt delectationis eſſe prædicatur, ſed de toto,quare ſemel & hic prædicatio fit. Non eſt autem bis dicere idem nomen, aliquid abſurdum,ſed frequenter de aliquo idem prædicari,ſicut Xenocrates prudentiam definituam,& contemplatiuam eorum quæ ſunt,dicit eſſe,nam definitiua,contemplatiua quædam eſt,quare bis idem dicit,addens rurſum & contemplatiuam. Similiter autem & quicũq; refrigerationem,priuationem eius quidem caloris, qui ſecundum naturam eſt,dicunt eſſe,nam omnis priuatio eius eſt,quòd ſecundum naturã eſt,quare ſuperfluum eſt addere ſecundum naturam,ſed ſufficit fortaſſe dicere priuationem caloris,eo quòd ipſa priuatio,notum facit quod eius ſit quod ſecundum naturam dicitur. Rurſum ſi uniuerſali dicto addidit & particulare. Vt ſi clementiam imminutionem, expedientiam & iuſtorum , nam iuſtum expediens quippiam eſt , quare continetur in expediente,ſuperfluum igitur iuſtum,nam qui dixit uniuerſale, addidit & particulare,& ſi medicinam diſciplinam ſanatiuorũ animali & homini, aut legem imaginem eorum quæ natura ſunt bona & iuſta , nam iuſtum bonum quippiam, quare frequenter idem dicit,utrum igitur bene an non bene definiuit,per hæc & huiuſmodi perſpiciendum.

De definitione loci alij. Cap. III.

VTrum uero definiuit,et dixit quid eſt eſſe an non ex his. Primum ergo ſi nõ per priora & notiora confecit definitionem. Nam terminus aſſignatur eius cognoſcendi gratia quod dicitur,cognoſcimus autem non ex quibuſlibet,ſed ex prioribus,notioribusq; quemadmodum in demõſtrationibus, ſic enim omnis doctrina,& omnis diſciplina ſe habet, manifeſtũ igit quod qui non per huiuſmodi definiuit,non definiuit,ſi enim definiuit,plures erũt eiuſdem definitiones,Nam manifeſtum quod & qui per priora,ac notiora , iterum melius definiuit, quare utræq; erunt definitiones eiuſdem,tale aũt nõ uidet,nam unicuiq; eorum que ſunt,unum eſt eſſe idipſum quod eſt,quare ſi plures erunt eiuſdem definitiones, idẽ erit definitio,eſſe quod quidem ſecundum utramque definitionem ſignificatur,hæc autem non eadem ſunt,eo quòd definitiones diuerſæ, manifeſtum igitur quoniam non definiuit,qui non per priora,atq; notiora definiuit. Igitur per non notiora quidem terminum dici,dupliciter eſt accipere. Aut enim ſi ſimpliciter ex ignotioribus, aut ſi nobis ignotioribus,contingit enim utroq; modo, ſimpliciter igitur notius ẽt prius eſt,poſteriore,ut punctum linea,& linea ſuperficie,& ſuperficies ſolido,quem admodum & unitas numero,prius enim & principium omnis numeri, ſimiliter autem & elementum ſyllaba. Nobis autem ẽconuerſo quandoq; accidit,nam maxime ſolidum magis ſub ſenſu cadit,quàm ſuperficies. Superficies autem magis quàm linea,linea autem ſigno magis,quare multitudo magis huiuſmodi cognoſcit,nam illa quidem quomodolibet,hæc autem ſubtili,& fœcundo intellectu comprehendere oportet,ſimpliciter igitur melius per priora,poſteriora tentare cognoſcere,nam magis ſcientificum tale eſt. Verum ad eos qui imporentes ſunt cognoſcere per talia,neceſſarium forte per ea quæ illis cognita ſunt facere orationẽ, ſunt aũt taliũ definitiones quę et pũcti,et lineę,et ſuperficiei,omnes enim per poſteriora,priora indicãt,nã illud quidem lineæ,iſtam autem ſuperficiei,hanc uero ſolidi fines dicunt eſſe. Non oportet autem latere quoniam ſic definientes non contingit quod quid eſt eſſe definitio,indicare,niſi contingat idem nobis notius eſſe,& ſimpliciter notius, ſiquidem oportet per genus & differentias definire eum , qui bene definit , hæc autem ſimpliciter notiora , & priora ſunt ſpecie, interimit enim genus & differentia ſpeciem, quare priora hæc ſpecie. Sunt autem notiora , nam ſpecie quidem nota neceſſe eſt genus & differentias cognoſci , qui hominem enim cognoſcit,& animal greſſibile cognoſcit,at genere & differentia notis,nõ neceſſe eſt & ſpeciẽ cognoſci,quare ignotior

ignotior ſpecies. Amplius,illis(qui ſecundum ueritatem huiuſmodi definitiones dicunt eſſe quæ ſunt ex ijs quæ unicuique ſunt nota) plures,eiuſdem accidit dicere definitiones eſſe,nam alia aliis,& non omnibus eadem contingit notiora eſſe , quare ad unum quenque erit definitio aſſignanda,ſi quidem ex ijs quæ ſingulis quibuſque ſunt notiora,definitionem oportet facere. Amplius eiſdem alia interdum, alia magis nota,nam à principio quidem ſenſibilia,inſtructioribus autem factis,contrà, quare neque ad ad eundem ſemper ad eadem definitio aſſignanda,ijs qui per ea quæ ſingulis quibuſque ſunt notiora definitionem fatentur aſſignandam eſſe, manifeſtum igitur quod nõ definiendum per ea quæ huiuſmodi ſunt,ſed per ſimpliciter notiora, nam ſolò modo ſic una & eadem definitio ſemper fiet. Fortaſſe autem & quod ſimpliciter notum,nõ eſt id quod omnibus notum,ſed quod bene diſpoſitis intellectu, quemadmodum & ſimpliciter ſalubre ijs qui bene affectum habent corpus , oportet ergo unumquodque talium diligenter perueſtigare,uti autem diſputantes ad id quod expedit. Maximè autem ſine diſſenſione interimere contingit definitionem, ſi neque ex ſimpliciter notioribus,neque ex ijs quæ nobis,contingit definitionem fieri. Vnus igitur locus eſt eius quod non per notiora, quod per poſteriora , priora indicat,quemadmodum prius diximus. Alius autem,ſi eius quod eſt in quiete,& definitione,per indefinitum,& quod in motu eſt aſſignata eſt oratio nobis. Prius enim eſt & notius quod manẽs eſt,& definitum,eo quòd indefinitum & in motu eſt. Eius autem autem quod eſt non ex prioribus,tres ſunt loci. Primus quidẽ,ſi per oppoſitum,oppoſitum definiuit. Vt ſi per malum,bonum. Simul enim natura oppoſita,& nonnullis etiam eadem diſciplina utrorumque uidetur eſſe , quare non notius alterum altero. Oportet autem non latere quædam fortaſſe aliter definiri non poſſe, ut duplum ſine dimidio,& quæcunque per ſe ad aliquid dicũtur , nam omnibus huiuſmodi,eſt idem eſſe ei quod eſt ad aliquid quodam modo ſe habere , quare non eſt poſſibile ſine altero alterum cognoſcere,eo quòd neceſſarium eſt in alterius oratio ne coaſſumi & alterum. Ergo cognoſcere quidem oportet huiuſmodi omnia , uti autem eis in his ut uidebitur expedire. Alius,ſi eodem uſus eſt ei quod definitur. Later autem,cum non eodem definiti nomine utitur,ut ſi ſolem ſtellam in die apparentem definiuit,nam qui die utitur,ſole utitur,& par eſt ad deprehendenda talia ſumere pro nomine orationem,ut quod dies eſt,ſolis latio ſuper terram,nam tunc manifeſtum quod qui ſolis lationem ſuper terram dixit,ſolem dixit,quare utitur ſole, qui dieutitur. Rurſum ſi eo quod ẽdiuerſo diuiditur,id quod ẽdiuerſo diuiditur definiuit. Vt impar eſt,qui unitate maior eſt pare,ſimul enim natura,quæ ex eodem genere ẽdiuerſo diuiduntur, impar autem & par ẽdiuerſo diuidũtur,nam ambo, numeri differentiæ. Similiter autem & ſi per inferiora, ſuperiora definiuit. Vt parem numerum,qui bipartitè ſecatur,aut bonum,habitum uirtutis, nam & bipartitè ſumptum eſt à duobus,quæ paria ſunt,& uirtus,bonũ quoddam eſt, quare inferiora hæc quàm illa ſunt,eſt autem neceſſe eum qui inferioribus utitur,et illis uti,nam et qui uirture utitur,bono utitur,eo quòd bonum quoddam uirtus,ſimiliter autem & qui bipartitè utitur,& pare utitur,eo quòd in duo ſecari ſignificat bipartitè ſecari, duo autem paria ſunt. Vniuerſaliter igitur dicendo,unus eſt locus non per priora & notiora feciſſe orationem,partes autem eius,eaq; dicta ſunt. Secundus autem,ſi res cum ſit non ponitur in genere. Nam in omnibus huiuſmodi peccatum eſt,in quibus non prius ponitur in oratione,quid eſt,ut corporis definitio,quod habet tres dimenſiones,aut ſi quis hominem definiuit,quod eſt ſciens numerare, nõ enim dictũ eſt quid eſt,habere tres dimenſiones,uel quid eſt,ſcit numerare,genus autem uult quid eſt ſignificare,& primum apponitur eorum quæ in definitione dicuntur. Amplius,ſi ad plura cum dicatur id quod definitur,non ad omnia aſſignauit. Vt ſi Grammaticen, ſcientiam ſcribendi quod profertur,nam indiget,& quod legẽdi,nihilo enim magis ſcribendi quàm legendi aſſignat qui definit,quare non alius,ſed qui utraque hæc di-

cit,eo quòd plures non contingit eiuſdem definitiones eſſe. In quibuſdam profecto ſecundum ueritatem ſe habet,ut dictum eſt,in quibuſdam autem non, ut in quibuſcunque non per ſe dicitur ad utrumque,ut medicinam,ſcientiam ſanitatem & egritudinem efficiendi,nam de illa quidem per ſe dicitur, de hac autem per accidens ſimpliciter enim alienum à medicina,ægritudinem efficere. Quare nihil magis definiuit,qui ad utrumque aſſignauit,quàm qui ad alterum,uerum fortaſſe & deterius, eo quòd & reliquorum quilibet poteſt ægritudinẽ efficere. Amplius,ſi non ad melius ſed ad peius aſſignauit,cum ſint plura ad quæ dicitur quod definitur. Nam omnis diſciplina & poteſtas,optimi uidetur eſſe. Rurſum ſi non poſitum eſt in proprio genere quod dictum eſt,conſiderandum ex iſs (quæ ad genera ſunt) elementis,quẽadmodum eſt dictum prius. Rurſum ſi tranſiliens dicit genera. Vt qui iuſtitiam, æqualitatis habitum effectiuum,uel diſtributiuum æqui,nam trãſilit (qui ſic definit) uirtutem,relinquens igitur iuſtitiæ genus,non dicit quid eſt eſſe (nam ſubſtantia unicuique eſt in genere) eſt autem hoc idem ei quod eſt nõ in proximo genere ponere. Nam qui in proximo poſuit,omnia ſuperiora dixit,eo quòd omnia ſuperiora genera de inferioribus prædicantur. Quare aut in proximo genere ponendum, aut omnes differentias ſuperiori generi addẽdum per quas definitur proximũ genus, ſic enim erit nihil prætermiſſum,ſed pro nomine,in oratione dictũ erit inferius genus, qui uero ipſum ſuperius genus dicit,non dicit & inferius genus,nam qui plantam dicit,non dicit arborem. Rurſum in differentijs ſimiliter conſiderandum, ſi & differentias dixit generis. Nam ſi rei non ſpecialibus definiuit differentijs, aut ſi etiam omnino aliquid huiuſmodi dixit,quod nullius contingit differentiam eſſe (ut animal,aut ſubſtantiam) manifeſtum quoniam non definiuit,nullius enim differentiæ, quæ dicta ſunt. Videndum autem & ſi eſt aliquid quod ẽdiuerſo diuiditur dictę differentiæ.Nam ſi non eſt,perſpicuum quoniam non erit quæ dicta eſt generis differẽtia,nam omne genus iſs (quæ ẽdiuerſo diuidunt) differẽtijs diuiditur,ut animal greſſibili,& uolatili,& aquatili,& bipedi. Aut ſi eſt quidem ẽdiuerſo diuiſa differentia, non uerificatur autem de genere. Nam ſi non,manifeſtum quoniam neutra erit generis differentia,omnes enim quæ ẽdiuerſo diuiduntur differentiæ, uerificantur de proprio genere. Similiter autem & ſi uerificatur quidem,at non facit appoſita generi,ſpeciem. Nam manifeſtum,quod non erit hæc ſpecifica differẽtia generis,nam omnis ſpecifica differentia cum genere,ſpeciem facit,ſi autem hæc non eſt differentia,nec quæ dicta eſt,quia hæc ẽdiuerſo diuiditur. Amplius, ſi negatione diuidat genus. Vt qui lineam definiunt longitudinem ſine latitudine eſſe, nam nihil aliud ſignificat,ſine latitudine,quàm quod non habet latitudinem, accidet igitur genus participare ſpeciem. Nam omnis longitudo ſine latitudine, aut latitudinem habens eſt,quia de omni affirmatio uel negatio uera fit, quare genus lineæ cum longitudo ſit,ſine latitudine,aut latitudinem habens erit,at lõgitudo ſine latitudine ſpeciei eſt ratio,ſimiliter autem & longitudo latitudinem habens,nam ſine latitudine,& latitudinem habens,differentiæ ſunt,ex differẽtia autem & genere,eſt ſpeciei oratio,quare genus ſuſcipiet ſpeciei orationem,ſimiliter autem & differentiæ, eo quòd altera dictarum differentiarum ex neceſſitate prædicatur de genere. Eſt autem dictus locus utilis ad eos,qui ponunt ideas eſſe,nam ſi non eſt ipſa longitudo,quodam modo prædicabitur de genere quod latitudinem habet, aut ſine latitudine eſt, oportet enim de omni longitudine alterum eorum uerificari,ſiquidem de genere uerificari debeat. Hoc autem non accidit,ſunt autem & ſine latitudine,& latitudinem habentes longitudines,quare ad illos ſolos utilis hic locus,quicumq; genus unum numero dicunt eſſe,hoc autem faciunt qui ideas ponunt. Nam ipſam longitudinem,& ipſum animal,genus dicunt eſſe. Forraſſe autem in quibuſdam etiam neceſſarium eſt negatione uti definientem,ut in priuationibus,nam cœcum eſt quod non habet uiſum,quando natum eſt habere. Differt autem nihil negatione diuidere genus, aut huiuſmodi

huiuſmodi affirmatione, qua negationem neceſſe eſt ẽdiuerſo diuidi,ut ſi longitudinem,habens latitudinem definiuit,nam habente latitudinem ẽdiuerſo diuiditur, nõ habens latitudinem,nec̃ aliud quicquam, quare negatione rurſum diuiditur genus. Rurſum ſi ſpeciem ut differentiam aſſignauit. Vt qui conuicium,iniuriam cum irriſione definiuit,nam irriſio iniuria quædam eſt, quare non differentia, ſed ſpecies eſt irriſio. Amplius,ſi genus ut differentiam dixit. Vt uirtutem, habitum bonum, uel ſtudioſum,nam bonum eſt genus uirtutis. An non genus eſt bonum,ſed differentiæ: ſiquidem uerum eſt quod non contingat idem in duobus generibus eſſe nõ continentibus ſeinuicem (nam nec̃ bonum continet habitum,nec̃ habitus bonum, nõ enim omnis habitus bonum,nec̃ omne bonum habitus) non erunt profectò genera ambo. Si igitur habitus genus eſt uirtutis,perſpicuum bonum non genus,ſed magis differentiam eſſe. Amplius,habitus quidem quid eſt uirtus ſignificat, bonũ autem non quid eſt,ſed quale quid eſt,uidetur autem differentia quale quid ſignificare. Videndum autem & ſi non quale quid,ſed ipſum quid ſignificat aſſignata differentia.Nam uidetur quale quid omnis differentia ſignificare. Conſiderandum autem & ſi ſecundum accidens ineſt definito differentia. Nam nulla differentia eſt eorum, quæ ſecundum accidens inſunt,ſicut nec̃ genus, non enim contingit differentiam ineſſe alicui,& non ineſſe. Amplius,ſi prædicatur de genere differentia,uel ſpecies,aut infimorum aliquid ſpeciei,non erit definiens. Nam nullum eorum quæ dicta ſunt,contingit de genere prædicari,eo quòd genus de quam plurimis omnium dicitur.Rurſum ſi prædicatur genus de differentia.Nam non de differẽtia, ſed de quibus differentia,genus uidetur prædicari,ut animal de homine,& boue, & de aliis greſſibilibus animalibus,non autem de ea differentia, quæ de ſpecie dicitur,nam ſi de una quaq; differentiarum animal prædicabitur,multa animalia de ſpecie prædicabuntur, nam differentiæ de ſpecie prædicantur. Amplius,differentię omnes,aut ſpecies,aut individua erunt,ſiquidem ſunt animalia, nam unumquodq; animalium aut ſpecies, aut individuum eſt. Similiter autem inſpiciendum & ſi ſpecies,aut inferiorum ſpeciei aliquod,de differentia prædicatur.Impoſſibile enim,eo quòd de pluribus differentia,quàm ſpecies dicitur. Item accidet differentiam ſpeciem eſſe,ſiquidem prædicabitur de ea aliqua ſpecierum,nam ſi de differentia prædicatur homo, manifeſtum quoniam differentia eſt homo. Rurſum ſi non prior eſt differentia ſpecie. Nam genere quidem poſterior eſt,ſpecie autem priorem differentiam eſſe oportet. Conſiderandum autem & ſi alterius generis eſt dicta differentia, nec̃ contenti, neque continentis. Nam non uidetur eadem differentia duorum generum eſſe non continentiũ ſeinuicem,ſi autem non accidet & ſpeciem eandem in duobus generibus eſſe non continentibus ſeinuicem,infert enim unaquæque differentiarum proprium genus, ut greſſibile & bipes animal coinferunt,quare ſi de quo differentia & generũ utrum que,manifeſtum utique quoniam ſpecies in duobus erat generibus non continentibus ſeinuicem. An non impoſſibile eandem differentiam duorum generum eſſe non continentium ſe inuicem,ſed addendum neque utroq; ſub eodem exiſtente: nã greſſibile animal, & uolatile animal,genera ſunt non cõtinentia ſe inuicẽ,et utriuſq; eorum eſt bipes differentia,quare addendum eſt,nec̃ ſub eodem, utroq; exiſtente, nam hæc ambo ſub animali ſunt,manifeſtum etiam quoniam non neceſſe eſt differentiam omnem,proprium genus inferre,eo quòd contingit eandem duorum generum eſſe non continentium ſeinuicem,ſed alterum tantum neceſſe eſt inferre, & ſuperiora omnia,ut bipes,greſſibile,uel uolatile infert animal. Videndum autem et ſi locum differentiam aſſignauit ſubſtantiæ. Nam uidetur differre ſubſtantia à ſubſtantia in eo quòd alicubi eſt,quare & eos qui greſſibili, & aquatili diuidunt animal increpant,tanquam greſſibile & aquatile alicubi ſignificet. An in iis quidem non recte increpant: non enim in aliquo,neque alicubi ſignificat aquatile, & terreſtre,ſed quale quid,nam & ſi in ſicco ſit,ſimiliter aquatile,ſimiliter autẽ & terreſtre,

& ſi in humido ſit, ſimiliter terreſtre, ſed non aquatile erit, attamen ſi quandoque ſignificat in aliquo differentia, manifeſtum quoniam peccabit. Rurſum ſi affectum, differentiam aſſignauit. Nam omnis affectus cum magis fit, detrahit à ſubſtantia, differentia autem, non huiuſmodi eſt, nam magis uidetur ſaluare differentia, id cuius eſt differentia, & ſimpliciter impoſſibile eſt lingulum quodque eſſe ſine propria differentia, nam cum non eſt greſſibile, non erit homo, & (ut ſimpliciter dicamus) ſecundum quæcunque alteratur habens, nihil eorum differentia illius eſt. Nam omnia huiuſmodi cum magis fiunt, detrahunt à ſubſtantia, quare ſi aliquam huiuſmodi differentiam quiſpiam aſſignauit, peccauit, ſimpliciter enim non alteramur ſecundum differentias. Et ſi alicuius eorum quæ ſunt ad aliquid, non aliud quid, differentiam aſſignauit. Nam eorum quæ ſunt ad aliquid, & differentiæ ad aliquid, ut & in diſciplina, contemplatiua enim, & actiua, & effectiua dicitur, unumquodque autem horum, ad aliquid ſignificat, contemplatiua enim alicuius, & actiua alicuius, & effectiua alicuius. Conſiderandum autem & ſi ad quod natum eſt unumquodque eorum quæ ſunt ad aliquid, aſſignauit definiens. Nam in quibuſdam quidem ad quod, natū eſt ſingulum quodque eorum quæ ſunt ad aliquid, ſolum eſt uti, ad aliud autem nihil, ut uiſu ad uidendum ſolum, quibuſdam autem & ad aliquid aliud, ut dolio ſanè hauriat aliquis, attamen ſi quis definiuit dolium, inſtrumentum ad hauriendum, peccauit, non enim ad hoc natum eſt, terminus autem eſt, ad quod natum eſt, ad quod ſanè utitur prudens quà prudens, & quæ circa ſingulum quodque propria eſt diſciplina. Amplius, ſi non primi aſſignauit, quando contingit ad plura dictum eſſe. Vt prudẽdentiam uirtutem hominis, aut animæ, & non rationalis, primū enim rationalis uirtus, prudentia, nam ſecundum hoc & anima & homo dicitur prudens. Amplius, ſi non ſuſceptiuū eſt eius cuius dicitur affectus, uel diſpoſitio, uel quoduis aliud, peccauit. Nã omnis diſpoſitio, uel affectus in illo natus eſt fieri, cuius eſt diſpoſitio, uel affectus, ut & ſcientia in anima, diſpoſitio exiſtens animæ. Aliquando autem peccãt in talibus, ut quicunque dicunt quod ſomnus eſt impotentia ſenſus, & dubitatio æqualitas contrariarum ratiocinationum, et dolor ſeparatio naturalium partium cum uiolentia, nam neq; ſomnus ineſt ſenſui, oporteret autem ineſſe ſi impotẽtia ſenſus eſt. Similiter autem neq; dubitatio contrarijs ratiocinationibus ineſt, neq; dolor, naturalibus partibus, dolebunt enim inanimata, ſi dolor eis ineſt. Talis autem & ſanitatis definitio, ſiquidem commenſuratio calidorum, et frigidorum eſt, neceſſe eſt enim ſana eſſe, calida & frigida, nam cuiuſq; commenſuratio, illis ineſt, quorum eſt commẽ ſuratio, quare ſanitas inerit utique ipſis. Item id quod fit, in effectiuum, aut ẽconuerſo, accidit ponere, ſic definientibus, non enim eſt dolor, ſeparatio naturalium partiũ, ſed effectiuum doloris, nec ſomnus, impotentia ſenſus, ſed effectiuum alterum alteri us, aut enim propter impotentiam dormimus, aut propter ſomnum impotentes ſumus. Similiter autem & dubitationis uidebitur effectiuum eſſe, contrariarum æqualitas ratiocinationum, quandocunque enim ad utraque ratiocinantibus nobis ſimiliter uidentur omnia ſecundum utrunque fieri, dubitabimus utrũ agamus. Amplius, ſecundum tempora omnia, conſiderandum ſicubi diſſonet, ut ſi immortale definiuit, animal nunc incorruptibile eſſe. Nam nunc incorruptibile animal, nunc immortale erit. An in hoc quidem non accidit? nam anceps ſecundum amphiboliam eſt nunc incorruptibile eſſe, aut enim quoniam non corrumpitur nũc, ſignificat, aut quoniam non poſſibile corrumpi nunc, aut quoniam huiuſmodi eſt nunc, ut nũquam poſſit corrumpi. Quãdo igitur dicimus quod incorruptibile nunc eſt animal, non hoc dicimus, quod nunc tale eſt animal, ſed ut nunquam poſſit corrumpi, hoc autem immortali idem erat, quare non accidit, nunc idem immortale eſſe. Sed tamen ſi cubi accidit quod ſecundum definitionem quidem aſſignatum eſt ineſſe, nunc uel prius, quod uero ſecundum nomen non ineſt, non erit idem, utendũ ergo hoc loco quẽadmodum dictum eſt. Inſpiciendum autem & ſi ſecundum aliud quippiam magis dicitur

dicitur quod definitur, quã ſecundum aſſignatã orationẽ. Vt ſi iuſtitia poteſtas, æquri diſtributiua eſt, iuſtus enim magis eſt, qui eligit æquũ diſtribuere, eo qui poteſt, quare non erit iuſtitia poteſtas æqui diſtributiua, nam & iuſtus eſſet maximè, qui poſſet æquum diſtribuere. Amplius, ſi res quidem ſuſcipit magis, quod autem ſecũdum orationem aſſignatur non ſuſcipit, aut contrà, quod ſecundũ orationem ei aſſignatur ſuſcipit, res autem non. Oportet enim aut utraque ſuſcipere, aut neutrum, ſi quidem eſt rei quod ſecundum orationem aſſignatur. Amplius, ſi ſuſcipiunt utraq; quidem magis, non ſimul autẽ utraq; augmentũ ſumũt. Vt ſi amor concupiſcentia conuentionis eſt. Nam magis amãs nõ magis cõcupiſcit conuentionẽ, quare non ſi mul utraq; ſuſcipiũt magis, at oporteret, ſi idẽ eſſent. Amplius, ſi duobus quibuſdã propoſitis, de quo res magis dicit, id quod eſt ſecundũ orationem minus dicit. Vt ſi ignis eſt corpus ſubtiliſſimũ, ignis enim magis flãma quã lux, corpus autẽ ſubtiliſſimum minus flamma quã lux, oportet aũt utraq; magis ineſſe eidem, ſiquidem eadẽ ſint. Rurſum, ſi hoc quidẽ ſimiliter utriſq; ineſt propoſitis, aliud aũt non ſimiliter utriſq;, ſed alteri magis. Amplius, ſi ad duo definitionẽ aſſignauerit ſecundũ utrũque. Vt bonum quod per uiſum, aut per auditum delectabile, & ens quod poſſibile eſt pati, aut facere, ſimul enim idem & bonũ, & non bonũ eſt, ſimiliter autem & ens, & non ens, nam per auditũ delectabile, idem bono erit, quare quod non delectabile eſt per auditũ, non bono idẽ, nam eiſdẽ & oppoſita eadẽ erunt, opponitur autẽ bono quidem non bonum, per auditũ autem delectabili, per auditũ non delectabile, manifeſtũ igitur quoniã idẽ non delectabile per auditũ, non bono, ſi igitur aliquid eſt per uiſum quidem delectabile, per auditum autẽ non, & bonum, & non bonum erit, ſimiliter autem oſtendemus quoniam idem ens, & non ens eſt. Amplius, & generibus, & differẽtijs, & alijs omnibus quæ in definitionibus ſunt aſſignatis, eis qui orationes pro nominibus faciunt conſiderandum, ſi quicquam diſſonet.

De definitione loci alij. Cap. IIII.

SI autem ſit ad aliquid quod definitur, aut per ſe, aut ſecundum genus, conſiderandum ſi non dictũ eſt in definitione ad quod dicit, aut ſecũdũ ipſum, aut ſecundum genus. Vt ſi ſcientiã definiuit opinionem indiſſuaſibilẽ, aut etiã uoluntatem, appetitũ ſine triſtitia, omnis enim eius q̃d eſt ad aliq̃d, ſubſtantia ad alterũ, eo q̃d idẽ ſit unicuiq; eorum quæ ſunt ad aliquid eſſe, idipſum q̃ eſt ad aliquid quodam modo ſe habere, oportebat igitur ſcientiam dicere opinionem ſcibilis, & uoluntatem appetitum boni. Similiter autem & ſi Grammaticen definiuit ſcientiam literarũ, oportebat enim aut ad quod ipſum dicitur, aut ad quod fortè genus dicitur, in definitione aſſignari. Aut ſi cum quippiam ad aliquid dicit, non aſſignauit ad finem. Finis autem in unoquoque eſt quod optimum eſt, aut cuius gratia alia ſunt, dicendum igitur aut optimum, aut ultimum, ut concupiſcentiam non delectabilis, ſed delectationis, nam propter hanc, & delectabile eligimus. Conſiderandũ & ſi generatio eſt ad quod aſſignauit, uel actus. Nihil enim talium finis, nam magis quod eſt egiſſe, & generatio finis, quàm fieri & agere. An non in omnibus uerum huiuſmodi? pene enim plurimi delectari magis uolunt, quàm deſtitiſſe delectari, quare agere magis finem quis ſtatuat, quã egiſſe. Rurſum in quibuſdam ſi non determinauit quanti, uel qualis, uel ubi, uel ſecundum alias differentias. Vt ambitioſus, & qualis, & quanti appetens eſt honoris, nam omnes appetũt honorẽ, quare nõ ſufficit ambitioſum dicere, qui appetit honorẽ, ſed addere oportet dictas differẽtias, ſimiliter aũt & auarus, quantas appetit pecunias, aut intemperans, circa quales uoluptates, nõ enim qui à qualibet uoluptate tenetur, intemperans dicit, ſed qui ab aliqua. Aut rurſum qui definiuit noctẽ, umbrã terræ, aut ſuccuſionẽ, motũ terræ, aut nubẽ, denſitatem aëris, aut uentum, motum aëris, addẽdum enim quanti, & qualis, ubi, &

à quo. Similiter autem & in cæteris huiuſmodi, nam omittens differentiam quamlibet, non dicit quid eſt eſſe, oportet aũt ſemper ad id quo indiget, argumentari, non enim quolibet modo terra mota, neque quantacunque ſuccuſſio erit, ſimiliter autem neq; aëre quolibet modo, neq; quantocũq; moto, uentus erit. Amplius in appetitibus, in nõ apponitur quod apparet, & in quibuslibet alijs congruit. Vt quoniam uoluntas appetitus boni, concupiſcentia autem appetitus delectationis, ſed non apparentis boni, uel delectationis, plerumque enim latet apperẽtes, quoniam bonum aut delectabile eſt, quare nõ neceſſariũ bonum, uel delectabile eſſe, ſed apparens ſolum, oportebat ergo ſic & aſſignationem facere. Si autem & aſſignauit quod dictum eſt, in ipſas ipecies ducendum eum qui ponit ideas eſſe. Non enim eſt idea ullius apparentis, ipſa autem ſpecies ad ipſam ſpeciem uidetur dici, ut ipſa concupiſcentia, ipſius delectationis, & ipſa uoluntas, ipſius boni. Apparentis igitur boni non erit ipſa uoluntas, neque apparentis delectationis ipſa concupiſcentia, abſurdũ enim eſt eſſe, ipſum apparens bonum, uel delectabile. Amplius, ſi ſit quidem habitus definitio, conſiderandum in habente, ſi quidem habentis, in habitu, ſimiliter autem & in cæteris talibus. Vt ſi delectatio eſt iuuantia, & delectabile iuuabile,

Vniuerſaliter autem dicendo in huiuſmodi definitionibus, quodãmodo, uno plura accidit eum qui definit definire. Nam qui ſcientiam definiuit, quodammodo & ignorãtiam definiuit, ſimiliter autem & ſcium, & inſcium, & ſcire, & ignorare, nam primo dilucido facto, & reliqua quoddammodo dilucida fiunt. Inſpiciendum igitur in omnibus talibus, ne quicquam diſſonet, utendo elementis ex contrarijs, & cõiugatis. Amplius in his, quæ ad aliquid ſunt, cõſiderandũ ſi ad quod genus aſſignatur, & ſpecies ad illud quoddam aſſignetur. Vt ſi opinio ad opinatum, & quædam opinio ad quoddam opinatum, & ſi multiplex ad ſubmultiplex, & quoddam multiplex ad quoddam ſubmultiplex, ſi autem non ſic aſſignatur, manifeſtum quoniam peccatur. Videndum autem & ſi oppoſiti oppoſita definitio. Vt ſi dimidij ea ſit, quæ oppoſita eſt ei, quæ eſt duplicis, nã ſi duplex eſt quod in æquali ſuperat dimidiũ, & dimidiũ ẽ̃d in æquali ſuperat. In cõtrarijs autem ſimiliter. Nam contraria contrarij oratio erit, ſecundum unã quandam complexionem contrariorum, ut ſi adiutiuum quidem effectiuum boni eſt, nociuum effectiuum mali, aut corruptiuum boni, alterum enim horum neceſſarium eſt contrarium eſſe ei, quod ex principio dictum eſt, ſi igitur neutrum contrarium eſt ei quod ex principio dictum eſt, manifeſtum quoniam neutra erit earum (quæ poſterius aſſignatæ) contrarij oratio, quare neque quæ ex principio aſſignata eſt definitio, recte aſsignata eſt. Quoniam autem quędam contrariorum priuatione alterius dicuntur, ut inæqualitas priuatio æqualitatis uidetur eſſe, inæqualia enim, quæ non æqualia ſunt, dicuntur, perſpicuum quoniam quod ſecundum priuationem quidem dicitur cõtrarium, neceſſarium eſt definire per alterum, reliquum uero non iam oportet, per id quòd ſecundum priuationem dicitur. Non enim accidit alterutrum per alterutrum cognoſci. Conſiderandum igitur in cõtrarijs huiuſmodi peccatum. Vt ſi quis definiuit æqualitatem, contrarium inæqualitati, nam per hoc quod ſecundum priuationem dicitur, definiuit. Amplius, ſic definientem neceſſe eſt eo quod definitur uti. Patet aũt hoc, ſi accipiatur pro nomine oratio, nam quia nil refert dicere inæqualitatẽ priuationẽ æqualitatis, erit æqualitas contrarium priuationi æqualitatis, quare eodẽ erit uſus. Si autem neutrum contrariorum ſecundum priuationem dicatur, aſſignetur autẽ oratio ſimiliter. Vt bonũ contrarium malo, manifeſtum quoniã malũ contrariũ bono erit, nam ſic contrariorum ſimiliter oratio aſſignanda, quare rurſum eo quòd definitur accidit uti, ineſt enim in mali oratione bonum, quocirca quoniã bonum eſt malo cõtrarium, malum autẽ nihil differt, uel quod eſt bono contrariũ, erit bonum cõtrariũ, boni contrario, perſpicuũ igitur quoniam eodem uſus eſt. Amplius, ſi quod ſecundum priuationẽ dicitur aſſignans, non aſſignauit cuius eſt priuatio. Vt habitus, aut

contrarij,

contrarij, aut cuiuſcũq; eſt priuatio. Et ſi non in quo natum eſt fieri addidit, uel ſimpliciter, uel in quo primo natum eſt fieri. Vt ſi ignorantiam dicẽs priuationem, non ſcientiæ priuationem dixit, aut ſi non addidit in quo natum eſt fieri, aut addens non in quo primo aſſignauit, ut quod non in rationali, ſed in homine, uel in anima, nam ſi quodlibet horum omittat, peccauit. Similiter autem & ſi cœcitatem non uiſus priuationem in oculo dixit, oportet autem bene aſſignantem, quid eſt, & cuius eſt priuatio aſſignare, & quidnam eſt quod priuatum eſt. Videndum autem & ſi non ſecundum priuationem dictum, priuatione definiuit. Vt & in ignorantia uidebitur eſſe huiuſmodi peccatum, ijs qui non ſecundum negationem ignorantiam dicunt, nam quod nõ habet ſcientiam nõ uidetur ignorare, ſed magis quod deceptũ eſt, propter quod neq; inanimata, neq; pueros dicimus ignorare, quare non ſecũdum priuationem ſcientiæ ignorantia dicitur. Amplius, ſi ſimilibus nominis caſibus, ſimiles orationis caſus aptantur. Vt ſi adiutiuum eſt effectiuum ſanitatis, adiutiuè eſt ſanitatis effectiuè, & adiuuans efficiens ſanitatem. Cõſiderandum & in idea, ſi aptabitur dictus terminus. Nam in quibuſdam non accidit, ut quemadmodum Plato definiuit, mortale addẽs in animalium definitionibus, idea enim nõ erit mortalis, ut ipſe homo, quare nõ aptabitur ad ideam definitio. Simpliciter autem in quibus apponitur effectiuum, aut paſſiuum, neceſſe eſt diſſonare in idea terminum, nam impaſſibiles, & immobiles uidentur eſſe ideę ijs, qui dicunt ideas eſſe, aduerſum hos autem, & tales orationes utiles ſunt.

De definitione loci alij. *Cap.* VI.

AMplius, ſi eorum quæ ſecundum æquiuocationem dicũtur, unam definitionem omniũ cõmunem aſſignauit. Vniuoca enim, quorum una eſt, ſecũdum nomen oratio, quare nullius eorum quæ ſub nomine ſunt, aſſignatus eſt terminus eo quod ſimiliter ad omne, æquiuocum adaptatur. Paſſus autem hoc eſt, & Dionyſij uitæ terminus, ſiquidem ea motus eſt generi nutriẽdi naturaliter inſeruiens, nihil enim hoc magis animalibus, quàm plantis ineſt, uita autem non ſecũdum unam ſpeciẽ uidetur dici, ſed altera quidem animalibus, altera plãtis ineſt, cõtingit igitur & ſecundum electionem ſic aſſignare terminum, ac ſi uniuoca, & ſecũdum unam ſpeciem omnis uita diceretur. Nihil autem prohibet & eum qui conſpicit æquiuocationem, & alterius uult definitionẽ aſsignare, latere non propriam, ſed cõmunem utriſq; orationem aſſignare, ſed nihil minus ſi utrouis modo fecerit, peccauit. Poſtquam autẽ quædã latent æquiuocorum, interroganti quidem ut uniuocis utendũ. Nam nõ adaptabitur alterius terminus ad alterũ, quare uidebitur nõ diſtinguẽdum hoc pacto, oportet enim in omne uniuocum adaptari, eidem autem reſpondenti, diſtinguendum eſt. Quoniam autem quidam reſpondentium uniuocum quidẽ dicunt eſſe æquiuocũ, quando non accõmodatur ad omne aſſignata oratio, æquiuocũ autem uniuocũ, etiam ſi ad utrũq; accõmodetur, præconfeſſione utendum pro talibus, aut præcolligendũ quòd æquiuocum, uel uniuocũ, aut utrũque fuerit. Magis enim concedunt non præuidentes, quod futurum eſt ut accidat. Si autem non facta confeſſione dixerit aliquis uniuocum æquiuocum eſſe, eo quòd non accommodatur & in hoc aſſignata oratio, conſiderandum ſi huius oratio accõmodatur & ad reliqua; Nam manifeſtum, quoniam uniuocum erit reliquis, ſi autem non, plures erunt definitiones reliquis, nam duæ ſecundum nomen orationes accommodabuntur ad eandem, quæ prior aſſignata eſt, & quę poſterior. Rurſum ſi quis definiens aliquid eorum quæ multipliciter dicuntur, & oratio non accommodatur ad omnia, & quia æquiuocũ eſſe non concedat, nomen etiam dicat nõ ad omnia accõmodari, quoniã nec oratio, dicendum ad eiuſmodi, quòd nominatione quidem oportet uti quæ tradita eſt, & quæ ſequitur, & non dimouere quæ talia

ſunt,

ſunt, tametſi nonnulla dicenda non ſint ſimiliter multitudini. Si autem alicuius complexorum aſſignetur terminus, conſiderandum eſt auferendo alterius eorũ quę complectuntur orationem, ſi eſt & reliqua reliqui. Nam ſi non, manifeſtum quoniam neque tota totius, ut ſi quiſpiam definiuit lineam finalem rectam, finem plani habentis fines, cuius medium ſuperadditur finibus, ſi finalis lineę oratio eſt, finis plani habentis fines, rectè oportet eſſe reliquum, cuius medium ſuperaddit finibus, ſed infinita neque medium, neque fines habet, recta autem eſt, quare non eſt reliqua reliqui oratio. Amplius, ſi cum ſit compoſitum quod definitur, æquimembris oratio aſſignetur definitio. Aequimembris autem dicitur oratio eſſe quando quot fuerint compoſita, tot & in oratione nomina, & uerba fuerint, neceſſe eſt enim in talibus ipſorum nominum commutationem fieri aut omnium, aut aliquorum, eo ꝙd nihil plura nunc, quàm prius nomina, dicta ſunt, uerum oportet eum qui definit, orationem pro nominibus aſſignare, maximè quidem omnibus, quod ſi non, at ſaltem in plurimis, ſic enim & in ſimplicibus qui nomẽ cõmutat, nõ definiturus eſt. Vt pro tunica, ueſtẽ. Amplius aũt maius peccatũ, ſi & per ignotiora nomina cõmutationem fecerit. Vt pro homine albo, terrigenã candentẽ, neq; enim definiuit, cum minus ſit clarũ ꝙd ſic dicitur. Conſiderandum aũt & ſi per cõmutationẽ nominum, nõ idem iam ſignificat. Vt qui contemplatiuã ſcientiã, opinionẽ cõtẽplatiuam dixit, nam opinio, ſcientiæ non idem (ut oportet, ſi debet, & totum idem eſſe) nam contemplatiuum quidem commune in utriſq; orationibus eſt, reliquum uero differens. Amplius, ſi alterius nominum commutationem faciens, non differentiæ, ſed generis commutationem fecit. Vt in eo quod nuper dictum eſt, ignotius enim cõtemplatiua quàm ſcientia, nam hoc quidem genus, illud autem differentia, omnibus autem notius genus, nam communis, quare non generis, ſed differentiæ oportebat cõmutationem fieri, eo quòd ignotior eſt. An hæc quidem ridicula reprehenſio: nihil enim prohibet differentiam quidem notiſſimo nomine dici, genus autem non, ſic autem rebus ſe habentibus manifeſtum quoniam generis, & non differentiæ ſecundum nomen cõmutatio facienda, ſi autem non nomen pro nomine, ſed orationem pro nomine commutat, manifeſtum quoniam differentiæ magis quã generis definitio aſſignanda eſt, eo quòd cognoſcendi gratia definitio aſſignatur, nam minus differentia quàm genus nota. Si autem differentiæ terminum aſſignauit, conſiderandum ſi & alicuius alius communis eſt aſsignatus terminus. Vt cum impar rem numerum, numerũ medium habentem dixerit, determinandum eſt quo pacto medium habentem, nam numerus quidem cõmunis in utriſq; orationibus eſt. Impares autem coaſſumpta eſt oratio, habent autem, & linea, & corpus mediũ, cũ non ſint imparia, quare non utique erit definitio hæc imparis, ſi autem multipliciter dicitur medium habens, determinandum quomodo medium habens, alioqui reprehenſio erit, aut ſyllogiſmus, ꝙd non definiuit. Rurſum ſi id cuius quidem orationem aſſignauit eſt eorum quę ſunt, quod autem ſub oratione, non eorum quæ ſunt. Vt ſi album, quiſpiam definiuit colorem igni permixtũ. Impoſsibile enim incorporeum corpori permiſceri, quare non erit color igni permixtus, attamen album eſt. Amplius, quicunq; non diuidũt in ijs quæ ſunt ad aliquid ad quod dicitur, ſed in pluribus comprehendentes dicunt, aut omnino, aut in aliquo falſum dicunt. Vt ſi qs medicinam diſciplinam entis dixit, nam ſi nullius entiã medicina eſt diſciplina, manifeſtum quoniam tota oratio mendax eſt, ſi autem alicuius quidem, alicuius autem non, in aliquo mendax, nam oportet de omni, ſiquidem per ſe, & non ſecundum accidens entis eſſe dicitur, quemadmodũ in alijs ſe habent ea quæ ad aliquid ſunt nam omne diſciplinatum ad diſciplinam dicitur. Similiter autem & in alijs, eo quòd cõuertuntur omnia ad aliquid. Omne enim diſciplinatum, ad aliquid. Cæterũ ſi is (qui non per ſe, ſed ſecundũ accidens aſſignationẽ fecit) rectè aſſignauit, non ad unum, ſed ad

ſed ad plura unumquodq; eorum quæ ad aliquid dicũtur, aſſignauit, nihil enim prohibet idem, & ens, & albũ, & bonũ eſſe, quare qui ad quodlibet horum aſſignauit, rectè aſſignauit, ſiquidem is qui ſecundum accidẽs aſſignauit, rectè aſſignauit. Præterea autem impoſſibile eſt huiuſmodi orationem propriam aſſignati eſſe, nam non ſolum Medicina, ſed plures aliarum diſciplinarum ad ens dicuntur, quare una quęq; entis diſciplina erit, manifeſtum igitur quoniã talis nullius eſt diſciplinæ definitio, propriam enim & non communem oportet definitionem eſſe. Quandoq; autem definiunt non rem, ſed rem bene ſe habentẽ aut perfectã. Talis autẽ & Rhetoris & furis terminus, ſi ſit Rhetor quidem, qui poteſt quod in unoquoq; eſt ueriſimile conſiderare, & nihil prætermittere, fur autem qui clam ſumit, perſpicuũ enim quoniam cum talis uterq;, hic quidẽ bonus Rhetor, ille aũt bonus fur erit, non enim qui clam ſumit, ſed qui uult clam ſumere fur eſt. Rurſum ſi quod propter ſe eligendum eſt, ut actiuum uel effectiuũ, uel quolibet modo propter aliud eligendũ aſſignauit. Vt qui iuſtitiam, legum conſeruatiuam dixit, aut ſapientiam, effectiuam felicitatis, nam cõſeruatiuũ & effectiuum eorum ſunt quæ propter aliud eliguntur. An nihil quidem prohibet quod propter ſe eligendum eſt, & propter aliud eſſe eligendum, attamen nihil minus peccauit, qui ſic definiuit quod propter ſe eſt eligendum, nam unicuiq; optimũ, in ſubſtantia maximè, melius autem, quod propter ſe eligendum, quã quod propter aliud, quare id & definitionem oportebit magis ſignificare.

De definitione loci alij. *Cap.* VI.

COnſiderandum autem eſt & ſi is qui alicuius definitionem aſſignauit, aut hæc, aut quod eſt ex his, aut hoc cum illo definiuit. Nam ſi hæc quidẽ, accidet utriſq; & neutri ineſſe, ut ſi iuſtitiam, temperãtiam, & fortitudinem definiuerit, nem ſi ſint duo, uterq; autem alterum habeat, utriq; iuſti erunt, & neuter, eo quòd utriq; quidem habent iuſtitiam, uterq; autem non habet. Si autẽ nõdum quod dictũ eſt admodũ abſurdũ uidetur, eo quòd & in alijs accidat huiuſmodi (nihil enim prohibet utroſque habere, unam, cũ neuter habeat) attamen contrarias ineſſe eidem, omnino abſurdum uidebitur eſſe, accidet autem hoc, ſi hic quidem ipſorum temperantiam & timiditatem habet, ille autem fortitudinem, & prodigalitatẽ, nam utriq; & iuſtitiã, & iniuſtitiã habent, nam ſi iuſtitia, tẽperantia & fortitudo eſt, & iniuſtitia timiditas & prodigalitas erit, & omnino quæcunq; ad argumentandum idonea quòd non idẽ ſunt & partes & totũ, omnia utilia ad id quod dictum eſt, uidetur autẽ qui ſic definit partes, toti eaſdẽ dicere eſſe. Maximè autẽ accõmodatæ ſunt orationes, in quibuſcunq; manifeſta partiũ eſt cõpoſitio, quemadmodũ in domo, & in cæteris talibus, manifeſtũ enim quoniã cum ſint partes, nihil prohibet totum non eſſe, quare nõ idẽ partes toti. Si autẽ non hæc, ſed quod ex his eſt, dixit id eſſe quod definitur, primũ quidẽ conſiderandũ, ſi non natũ eſt quippiam unũ fieri, ex ijs quę dicta ſunt. Quædã enim ſic ſe habent adinuicẽ, ut nihil ex eis unũ quippiã fiat, ut linea & numerus. Amplius, ſi definitũ quidẽ in uno aliquo natum eſt primo fieri, ex quibus autem dixit ipſum eſſe, non in uno primo nata ſunt fieri, ſed utrũque in utroq;. Nam manifeſtum quoniam non erit ex ijs illud, in quibus enim partes, & totum nece ſſe eſt ineſſe, quare non in uno totum primo eſſe, ſed in pluribus.

Si autem & partes, & totum in uno aliquo primo, conſiderandum ſi non in eodẽ, ſed in altero totum, & in altero partes. Nam in quo totum, in illo & partes eſſe uidentur. Rurſum, ſi cum toto corrumpuntur partes. Econuerſo enim oportet accidere, partibus corruptis totum corrũpi, toto uero corrupto, nõ neceſſe eſt & partes corrũpi. Aut ſi totum quidem bonum uel malum, partes autẽ neutræ, aut econuerſo, partes quidem bonæ, uel malæ, totũ autem neutrũ. Nam neq; ex neutris poſſibile bonũ

quippiam

quippiam, uel malum fieri, neque ex bonis uel malis neutrum. Aut si magis quidē alterum bonū quàm alterū malum, quòd autem ex his, non magis bonum quàm malum. Vt si imprudentia ex fortitudine & falsa opinione, magis enim bonum fortitudo, quā malum falsa opinio, oportet ergo & quod ex his est, sequi illud, quod magis est, & esse uel simpliciter bonum, uel magis bonum quàm malum. An hoc quidem non necessarium, nisi utrumq; sit per se bonum uel malum; multa enim effectiuorum per se quidem non sunt bona, mixta autem quibusdam, fiunt bona, aut è contrario utrūque quidē bonum, mixta autē malū uel neutrum, maximè autē manifestū quod nunc dictum est in salubribus & morbificis, nam quædam medicamentorum sic se habent, ut utrunq; quidem sit bonū, si autē utraq; dentur mixta, malū. Rursum, si quod ex meliore & peiore est, non est totum peiore quidem melius, meliore autē peius. An neque hoc necessarium, nisi per se sint ex quibus cōponitur, bona; nam in ijs quę non per se sunt bona, nihil prohibet totū non ferì bonū, ut in ijs quæ modo dicta sunt. Amplius, si cognomine est totum alteri. Non oportet enim, ut neque in syllabis, nulli enim elementorum ex quibus cōponitur, syllaba cognominis est. Amplius, si non dixit modum compositionis. Non enim sufficiens est ad cognoscendum quòd dicat, ex his, nā non quod ex his, sed quod sic ex his, est cuiusq; compositorū substantia, ut in domo non enim si quolibet modo cōponantur hæc, domus est. Si autē hoc cū illo assignauit, primum quidē dicendum ꝙd cū hoc illo aut hoc & illud dicitur, aut quod ex illis. Nam qui dicit mel cū aqua, uel mel & aquā dicit, uel quod ex melle & aqua, quare si cuilibet eorū quæ dicta sunt idem confitebitur esse hoc cū illo, eadē conueniet dicere quæ quidem ad utrūq; horū prius dicta sunt. Amplius, diuidenti quoties dicitur alterū cum altero, considerandū si nullo modo hoc cū illo. Vt si dicitur alterū cū altero, aut ut in aliquo eodē susceptiuo, utiustitia & fortitudo in anima, aut in loco eodē, aut in tempore eodē, nullo autē modo uerum sit quod dictū est in his, manifestū est quoniā nullius erit assignata definitio, eo quòd nullo modo, hoc cum illo est. Si autē diuiso quoties dicitur alterū cū altero, uerū erit in eodē tēpore utrūque esse, considerandū si contingit non ad eundem utrūq; dici fine. Vt si fortitudinem definiuit audaciā cum recta intelligentia, contingit enim audaciam quidem habere spoliandi, rectam autē intelligentiā circa salubria, sed nondū fortis qui in eodē tempore, cum illo hoc habet. Amplius, si & ad idem ambo dicūtur, ut ad medicatiua. Nihil enim prohibet & audaciam quandā, & rectam intelligentiā habere ad medicatiua, attamen nec sic fortis qui hoc cū illo habet, neque enim ad alterū, eorū utrūq; oportet dici, neque ad idē quodcūque sit, sed ad fortitudinis finem, ut ad pręliorū pericula, aut si quid magis est illius finis. Quædam autem sic assignatorum, nullo modo sub dictam cadunt diuisionem, ut si tristitia est cum opinione partipendendi, nam quod propter huiusmodi opinionem tristitia fit, hoc nullū indicare, propter hoc autem fieri aliquid, non est idem ei quod est hoc quidem cum illo esse secundum ullum dictorum modorum. Rursum, si horum compositionē, dixit totum. Vt animæ & corporis compositionem animal. Primū quidē considerandum si non dixit qualis compositio, ut si carnem desiniens, aut os, ignis, & aēris, & terræ dixit cōpositionem, non enim sufficit cōpositionem dicere, sed quæ & qualis determinandū, nō enim quolibet modo cōpositis his caro fit, sed sic quidem cōpositis, caro, sic uero, os. Videtur autē neque esse omnino cōpositioni idem neutrū eorū quæ dicta sunt, nam cōpositioni omni dissolutio cōtraria, dictorum autē neutri, nihil. Amplius, si similiter est uerisimile omne compositum compositionem esse, uel nullum, animalium autem unumquodq; cū sit cōpositū, non est compositio, neq; profecto aliorū compositorum ullum compositio erit. Rursum, si similiter in aliquo nata sunt esse contraria, definiuit autem per alterum, manifestum quoniam non definiuit. Si autem non ita est, plures accidet eiusdem definitiones esse, quid enim magis qui per hoc, quàm qui per alterum definiens dixit eo quòd

eo quòd similiter utraq; nata sunt fieri in eodem. Talis autem animæ est definitio, si quidem est substantia disciplinæ susceptiua, nam similiter & ignorantiæ est susceptiua. Oportet aūt si non ad totā habeat aliquis argumentari definitionē, eo quòd non nota sit tota, ad aliquam partiū argumentari si sit nota, & non bene assignata apparet, nam parte ineremptа, & tota definitio interimitur. Quæcunq; aūt obscuræ sunt definitionum emendati, & conformanti ad manifestandum aliquid & habendū argumentum, sic considerandū. Necesse est enim respondentem aut suscipere ꝙd sumptum est ab interrogante, aut eundem declarare, quid temere est ostensum à definitione. Amplius, quemadmodum in congregationibus solent legem inducere, & si sit melior quæ inducitur, interimit anteriorem, sic & in definitionibus faciēdum, & definitio alia ferenda. Nam si apparet melior, & magis manifestum quod definitur, perspicuum quoniam interempta erit quæ posita est, eo quòd non sunt eiusdem, plures definitiones. Ad omnes autem definitiones non minimum elementum ad seipsum, solerter definire propositum, aut apte dictum terminum assumere. Necesse est enim ueluti ad exemplar considerantem, & quod minus est ijs quæ oportet habere definitionem, & quod appositum est superfluè, inspicere, ut magis argumentis abundemus, quæ igitur circa definitiones sunt, in tantum dicta sint.

Sexti libri Topicorum Aristotelis finis.

SEPTIMVS TOPICORVM ARISTOTELIS LIB. DE EODEM ET DIVERSO LOCI. Cap. I.

VTrum autem idem an diuersum secundum proprissimum eorum (qui dicti sunt de eodem) modorum, dicendum, dicebatur autem proprissimè idem, quod numero unum, considerandum autem ex casibus, & coniugatis, & oppositis. Nam si iustitia idem est fortitudini, & iustus forti, & iustè fortiter. Similiter aūt & in oppositis. Nam si hæc eadem, & opposita his, eadem secundum quamlibet dictarum oppositionum. Nihil enim differt hoc uel hoc modo oppositum sumere, eo quòd idem est. Rursum ex effectiuis, & corruptiuis, & generationibus, & corruptionibus, & omnino ex ijs quę similiter se habent alterum ad alterum. Nam quæcunq; simpliciter eadem, etiam generationes eorum & corruptiones eædem, & effectiua, & corruptiua. Considerandum autem & quorum alterum, maximè dicitur quoduis esse, si & alterum ipsorum secundū idē maximè dicitur. Sicut Xenocrates beatā uitam, & studiosam assignauit eandem, eo quòd omnium uitarū, maxime eligenda studiosa, & beata, unū enim maximè eligendum, & maximam. Similiter & in alijs huiusmodi. Oportet autē utrunq; unum numero esse, quod dicitur maximū, & maximè eligendum, si aūt non, nō erit ostensum quod idem. Non necessarium enim si fortissimi Græcorum sunt Peloponnesij, & Lacedęmonij, eosdem esse Peloponnesios Lacedęmonijs, eo quòd non unus numero Peloponnesius, & Lacedæmonius, sed contineri quidem alterum ab altero necessarium, ut Lacedęmonij à Peloponnesijs, si aūt nō, accidet seipsis inuicē esse meliores, si nō cōtinent alteri ab alteris, necesse est eū Pelopōnesios meliores esse quàm La-

quam Lacedęmonios,si non continentur alteri ab alteris,nam omnibus reliqs sunt meliores.Similiter autem & Lacedæmonios necesse est meliores esse Peloponnesijs,nam & isti omnibus cæteris sunt meliores,quare seinuicem meliores fiunt. Manifestum ergo quoniam unum numero esse oportet,quod optimum & maximum dicitur,si debeat quod idem sint ostendi,propter quod Xenocrates non idem assignauit,non enim uno numero beata,& studiosa uita, quapropter non necessarium eandem esse,eo quòd ambę maximè eligendæ,sed altera sub altera. Rursum cõsiderandum,si cui alterum idem,& alterum. Nam si non sunt ambo eidem eadẽ,manifestum quoniam nec sibi inuicem. Amplius autem ex ijs quæ his accidunt, & quibus hęc accidũt,considerandum.Nam quæcunq; alteri accidunt,& alteri oportet accidere,& quibus alterum eorum accidit,& alterum eorum oportet accidere,si autẽ aliquid eorum dissonet,dilucidum quoniam non eadem. Videndum autem,& si non in uno genere prædicamenti utraque,sed hoc quidem quale,illud autem quantum,uel ad aliquid indicet. Rursum,si genus utrisq; non idem,sed hoc quidẽ bonum,illud autem malum, aut hoc quidem uirtus, illud autem scientia. Aut si genus quidem idem,differentię autem non eædem de utroq; prædicantur,sed de hoc quidem quoniam contemplatiua scientia,de illo autem quoniam actiua,similiter autem & in alijs.Amplius autem ex magis,si hoc quidem suscipit magis, illud autem non,aut si ambo suscipiunt quidem, non simul autem. Vt qui magis amat, non magis concupiscit uenerem, quare non idem amor,& concupiscentia ueneris. Amplius ex appositione,si eidem utrumq; appositum, non facit idem totum. Aut si eodem ab utroq; sublato, quod relinquitur est alterum.Vt si duplum dimidij,& multiplum dimidij idẽ dixerit esse, sublato enim ab utroq; dimidio,reliqua idem oportet indicare,non indicant autem,nam duplum & multiplum non eadem significãt.

Considerandum autem non solum si iam aliquid accidit impossibile per positionem,sed & si possibile sit ex suppositione existere. Quemadmodum ijs qui uacuũ & plenum aëre,idem dicunt esse,nam manifestum quoniam si exeat aër,uacuũ quidem non minus,sed magis erit,plenum autem aëre non amplius erit, quare supposito aliquo siue uero,siue falso (nihil enim refert) si alterum interimitur,alterum autẽ non, profecto non idem sunt. Vniuersaliter autem dicendo ex ijs quæ quouis modo de utroque prędicantur,& de quibus hæc prædicantur,considerandum si alicubi dissonent.Nam quæcunq; de altero prædicantur, & de altero prædicari oportet,& de quibus alterum prædicatur, & alterum prædicari oportet. Amplius quia multipliciter idem dicitur,considerandum si secundum alium aliquẽ modum eadẽ sunt. Nam specie, uel genere eadem,non necesse est numero eadem esse, consideramus autem utrum sic eadem,an non sic. Amplius,si potest alterum sine altero esse.Non erit enim idem ad idem,igitur loci tot dicuntur.

De eadem definitione loci alij. Cap. 11.

PAlàm autem ex ijs quæ dicta sunt,quoniam omnes qui ad idem sunt destructiui loci,& ad terminum utiles sunt,quemadmodũ prius dictũ est. Nam si non idem indicet & nomen, & oratio, manifestũ quoniã non erit definitio, assignata oratio. Constructiuorum autẽ locorum nullus utilis ad terminum.Non enim sufficit ostendere idem quod sub oratione,& nomine est ad construendũ quoniã definitio,sed & alia oportet omnia habere (quæ præcepta sunt) definitionem, interimere igitur definitionem sic, & per hęc semper tentandum. Si autem construere uolumus, primum quidem scire oportet quoniam nullus, uel pauci disputantium,terminum syllogismo colligunt, sed omnes principium quod tale est accipiũt. Vt qui circa Geometriã,& numeros,& alias huiusmodi disciplinas.Deinde quoniã exactè quidem alterius est negocij assignare,& quid est terminus,& quomodo

modo definire oportet,nunc autem quantũ sufficit ad præsentem utilitatem, tantum solum dicendum,quoniam possibile fieri definitionis, & eius quod quid est, esse syllogismum.Nam si terminus est oratio quæ quid est esse rei indicat,et oportet ea quę in termino ponuntur, in eo quòd quid est de re sola prædicari, prædicantur autem sola in eo quòd quid est,genera & differẽtię.Manifestũ quoniam si quis sumat ea quæ solum de re in eo quòd quid est prædicari oportet, quod hęc habẽs oratio, terminus ex necessitate erit,non enim cõtingit aliud esse terminum , eo quòd nihil aliud in eo quòd quid est de re prædicatur,quod igitur possibile est ex termino syllogismum fieri,manifestum. Ex quibus autem oportet construere, determinatum est quidem in alijs diligentius, ad propositam autem methodum ijdem loci utiles. Inspiciendum enim in contrarijs,& in alijs oppositis,& totas orationes,& secundum partem consideranti.Nam si opposita opponitę,& eam (quæ dicta est)propositi necesse est esse. Quoniam autem contrariorum plures cõplexiones,sumenda est ex contrarijs quali cunq; maximè apparebit contraria definitio , totas igitur definitiones quemadmodum dictum est,considerandum. Secundum partem autem hoc pacto, primum quidem quoniam assignatum genus rectè assignatum est. Nam si contrarium in cõtrario, propositum autem non est in eodem, manifestum quoniam in contrario erit , eo quòd necesse est contraria in eodẽ genere,uel in cõtrarijs generibus esse. Et differẽtias quidẽ contrarias de contrarijs arbitramur prædicari. Vt de albo & nigro,nam illud quidẽ disgregatiuum,hoc autẽ congregatiuũ uisus,quare si de contrario cõtrariæ prædicantur,de proposito quę assignatę sunt prædicabũtur, quapropter quia & genus,& differentiæ rectè assignatę sunt,manifestũ quoniam definitio erit,quę assignata est. An non necessarium est de contrarijs differentias prædicari, nisi in eodẽ genere sint contraria? quorum autem genera sunt contraria , nihil prohibet eãdem differẽtiam de utrisq; dici,ut de iustitia & iniustitia,nam illa quidem uirtus, hæc autẽ uitium animæ,quare id quod est anima, differentia de utrisq; dicitur,eo quòd & corporis est uirtus & uitium,sed hoc uerum quòd contrariorum,aut contrariæ, aut eædem differentiæ sunt , si ergo de contrario contraria prædicatur , de hoc autem non, manifestum quoniam quę dicta est de hoc prædicabitur. Vniuersaliter autem dicendo,si definitio est ex genere & differẽtijs,si sit cõtrarij definitio manifesta,et quę propositi definitio manifesta erit.Nam quoniam cõtrarium in eodem genere, uel in contrario,similiter autem & differentiæ aut contrariæ de contrarijs,aut eædem prædicantur,dilucidũ quoniam de proposito,aut idem genus prædicabitur quod de cõtrario, differentiæ autem contrariæ,uel omnes,uel aliquæ,reliquę autem eædem aut contra, differentiæ quidem eædem, genera uero contraria,aut ambo contraria,& genera ,& differentia, nam eadem esse ambo non contingit,si autem secus,definitio eadem contrariorum erit. Amplius,ex casibus,& coniugatis . Necesse est enim consequi genera generibus,& terminos terminis, ut si obliuio, est scientiæ amissio,& obliuisci, amittere scięntiam erit,& oblitum esse , amisisse scientiam uno igitur quolibet eorum quę dicta sunt confesso, necesse est & reliqua confiteri . Similiter autem & si corruptio,dissolutio substãtiæ, & corrumpere,dissoluere substantiam, & corruptiuè,dissolutiuè,si corruptiuum, dissolutiuum substantiæ,& corruptio,substãtię dissolutio. Similiter autem & in alijs. Quare uno quouis sumpto,& reliqua omnia confiteãtur oportet. Et ex similiter se habentibus adinuicem . Nam si salubre est effectiuũ sanitatis,& habile effectiuum bonę habitudinis erit, & adiutiuum effectiuũ boni, nam similiter unumquodq; eorum quę dicta sunt , ad suum finem se habet, quare si unius eorum definitio est effectiuũ esse finis,& reliquorum cuiusq;,sic erit definitio. Amplius,ex eo quòd est magis & similiter, quod est similiter, quoties contingit cõstruere duas ad duo comparãtem. Vt si magis hæc huius quàm ista istius definitio,ista autem quæ minus, definitio est,& hęc quæ magis, & si similiter hęc huius,& ista istius, si altera alterius,& reliqua reliquæ. Vna autem definitio ad duo cõparata,aut duabus

bus definitionibus ad unum, neutiquã utilis ea, quæ ex magis eſt conſideratio. Nam neq; unam duorum, neq; duas eiuſdem definitiones poſſibile eſt eſſe. Sunt autem oportuniſſimi locorũ, & qui nunc dicti ſunt, & qui ex caſibus, & qui ex coniugatis, quocirca & oportet maximè detinere & prõptos habere hos. Vtiliſſimi enim ad plurima. Aliorum autem hi qui maximè ſunt cõmunes. Nam illi maximè reliquorum efficaciſſimi. ut inſpicere in ſingularibus, & in ſpeciebus cõſiderare, ſi conueniat deſtnitio, eo quòd uniuoca ſpecies eſt, eſt aũt utilis hic locus ad eos qui ponũt ideas eſſe, quemadmodũ prius dictum eſt. Amplius, ſi per metaphorã dixit nomen, uel idem de eodẽ p̃dicauit ut diuerſum, & ſi quis alius cõmunis & efficax locorũ, illo utendũ.

De conſtructione, & deſtructione prædicatorum loci. Cap. III.

QVoniam autem difficilius eſt cõſtruere, quàm deſtruere terminũ, ex iis quę poſtea dicẽtur, manifeſtũ. Nam noſſe ipſum, & ſumere ab interrogãtibus huiuſmodi propoſitiones nõ facilẽ, ut quod eorũ quæ ſunt in aſſignata oratione hoc quidẽ genus, illud autẽ differentia, & quòd in eo quid eſt, genus & differentiæ prædicantur. Sine his uero impoſſibile eſt definitionis ſyllogiſmum fieri, nam ſi quædam & alia in eo quod quid eſt de re prædicant, incertum utrum'ne, quæ dicta eſt, an alia eius definitio eſt, eo quod definitio, eſt oratio quod eſt indicans. Manifeſtũ autem & etiam ex his, nam facilius unum concludere, quàm multa, interimenti quidẽ ſufficit ad unum differere. Vnũ enim quodcunq; ſit, deſtruentes, interempturi ſumus terminũ, at cõſtruenti, omnia neceſſe eſt cõſtruere quod ſint, quæ in termino ſunt. Amplius, cõſtruenti quidem uniuerſaliter ſtatuendum ſyllogiſmũ (nam oportet de omni, de quo nomẽ, prædicari, & terminum, & etiã adhuc conuerti de quo orationem & nomẽ, ſi debeat proprius eſſe aſſignatus terminus) deſtrucꝫti uero nõ neceſſe oſtendere uniuerſaliter, ſufficit enim oſtẽdere quòd de quopiam eorũ, quæ ſub nomine ſunt oratio nõ uerificatur, & tãetſi uniuerſale oporteat deſtruere, non tamen cõuerti neceſſariũ & in deſtruendo, nam ſufficit deſtruenti uniuerſale, oſtendere quod de aliquo eorũ de quibus nomen prædicaꝫ, oratio non prædicatur, at è conuerſo non neceſſariũ ut oſtendatur, quod de quibus oratio non prædicaꝫ, neq; nomen prædicetur. Amplius etiam, ſi omni ei ineſt, quod ſub nomine eſt, at non ſoli, interempta eſt definitio: Similiter autem & circa propriũ, & genus ſe habet. In utriſq; enim deſtruere quàm conſtruere facilius eſt, de proprio quidẽ manifeſtum, exiis quę dicta ſunt, nam ut plurimũ in complexione proprium aſſignatur, quare deſtruere quidem eſt, unũ interimenti, conſtruenti autẽ, omnia ratiocinatione colligere neceſſe eſt, penè autẽ & reliqua omnia quæcunq; ad definitionẽ & ad proprium cõueniet dici, nam & omni oportet quod ſub nomine eſt, cõſtruenti monſtrare, quoniã ineſt, deſtruenti autẽ ſufficit oſtendere uni nõ ineſſe, ſi uero & omni ineſt, at non ſoli, etiam ſi deſtructum ſit, perinde ac & in definitione dicebatur. De genere autẽ, quoniã conſtruere quidem neceſſe eſt uno modo, qui omni oſtendit ineſſe, deſtruenti autem dupliciter, nam ſiue nulli, ſiue alicui oſtenſum ſit non ineſſe, interemptum eſt quod in principio. Item conſtruenti quidem non ſufficit quoniã ineſt oſtendere, ſed & quoniam ut genus ineſt oſtendendum, deſtruenti autem ſufficit oſtendere non ineſſe, uel alicui, uel nulli, uidetur autem, quemadmodum in alijs, corrumpere quàm facere facilius, ſic & in his, deſtruere quàm conſtruere. In accidente uero uniuerſale quidem facilius deſtruere, quàm conſtruere. Nam conſtruenti quidem oſtendendum quoniã omni, deſtruenti autem ſufficit oſtendere uni non ineſſe. Particulare uero è conuerſo, nam facilius conſtruere quàm deſtruere. Conſtruenti enim ſatis eſt oſtendere alicui ineſſe, deſtruenti autem oſtendendũ quoniam nulli ineſt. Manifeſtum autem qua de cauſa omniũ facilimũ eſt terminũ deſtruere. Plurima enim ſunt ipſo data multorũ dictorum, ex pluribus autem citius fit ſyllogiſmus, nam ueriſimile, in multis magis quàm in paucis peccatũ fieri. Amplius, ad terminũ quidem cõtingit, &

git, & per alia argumentari, ſiue enim nõ propria ſit definitio, ſiue non genus quod aſſignatur, ſiue nõ ineſt aliquod eorũ quæ ſunt in definitione, interẽpta ſit definitio, ad alia autẽ neq; ea quę ex terminis, neq; alia cõtingit omnia argumentari, ſola enim ea quæ ad accidẽs, cõmunia ſunt omnibus prædictis, ineſſe enim oportet unũquodq; eorũ quæ dicta ſunt, ſi aũt nõ ut propriũ ineſt genus, nondũ interemptũ eſt genus, ſimiliter autem & propriũ nõ neceſſarium ut genus ineſſe, neq; accidens ut genus, aut propriũ, ſed ineſſe tantũ, quare non poſſibile ex alijs ad alia argumentari, niſi in definitione ſolũ, manifeſtũ igitur quoniã facilimũ omniũ eſt, terminũ interimere, conſtruere aũt difficilimum, nam & illa oportet omnia ratiocinatione colligere, & q̃ inſunt quæ dicta ſunt, & quod genus quod aſſignatũ eſt, quodq; propria definitio, & adhuc præter hęc q̃ indicat quid eſt eſſe oratio, & hæc probè oportet feciſſe. Alio rum autẽ proprium maximè huiuſmodi. Nam interimere quidem facilius, eo quòd ex pluribus plerũq; fit. Cõſtruere autem difficilimũ, quoniam multa oportet aſtruere, & adhuc quoniã ſoli ineſt, & quoniã cõuerſim prædicatur de re. Facilimũ autem omnium cõſtruere accidens. Nam in alijs quidem non ſolum ineſſe, ſed & quoniã ſic ineſt oſtendendũ, in accidente uero quoniã ineſt duntaxat, ſufficit oſtendere. Deſtruere autem difficilimum eſt accidens. Quia quàm pauciſſima in eo data ſunt, non enim conſignificat in accidente quomodo ineſt: Quare in alijs quidem dupliciter interimere cõtingit, uel oſtendendo quòd non ineſt, uel quod nõ ſic ineſt, in accidente uero non cõtingit interimere niſi oſtendendo q̃ non ineſt. Loci per quos copioſi erimus ad ſingula quæq; problematũ argumẽtari, ferè ſufficienter annumerati ſunt.

Septimi libri Topicorum Ariſtotelis finis.

OCTAVI LIBRI TOPICORVM ARISTOTELIS, LOCI AD INSTRVENDVM INTERROGANTEM. CAP. I.

POST hæc autem de ordine, & quonam pacto oporteat interrogare, dicendum. Oportet autem primũ quidem, eum qui interrogare debet locum inuenire, unde ſit argumentandum, ſecundum autem interrogare, & ordinare ſingula apud ſeipſum, reliquũ uero, & tertium, dicere iam eadem ad alterum. Quod autem inueniat locum, ſimililiter Philoſophi, & Dialectiei conſideratio, ſubinde uero illa ordinare, & interrogare, proprium Dialectici, ad alterum enim omne quod tale eſt, Philoſopho autem, & quærenti per ſeipſum, nihil curæ eſt ſi uera quidem ſint, & nota per quę ſyllogiſmus, & non ponat ea quæ reſpõdet, eo quòd propinqua ſint illis quæ ſunt ex principio, & prævideat quod ſubſecutũ eſt, ſed fortaſſe & ſtudioſè aget, quoniam maximè notæ, & propinquæ ſunt dignitates, ex illis enim ſcientifici ſyllogiſmi, loci igitũ unde oporteat ſumere, dicti ſunt prius. De ordine autem, & interrogatione dicendũ, diuidendo propoſitiones quæcunq; ſumendæ ſunt ad neceſſarias, neceſſarię autẽ dicũtur per quas ſyllogiſmus fit. Quæ aũt ab his ſumuntur, quatuor ſunt. Aut enim gratia inductionis, ut detur uniuerſale, aut ad magnitudinem orationis, aut ad occultationẽ cõcluſionis, aut dilucidior fit oratio, præter has autem nulla eſt aſſumenda propoſitio, ſed per has augere, & interrogare tentandũ. Sunt autẽ quę ad occultationẽ, certaminis gratia, ſed quia omne (quod huiuſmodi eſt) negotiũ ad alterũ eſt, neceſſe eſt & illis uti. Neceſſarias igitur, per quas fit ſyllogiſmus, nõ ſtatim præordinãdum, ſed abeundum ad ſuprema. Vt nõ poſtulet quis cõtrariorum eandẽ diſciplinã, ſi hoc uoluerit ſumere, ſed oppoſitorum, poſito enim hoc, & quoniã cõtrariorum eadem diſciplina ſyllogiſmo colliget, eo quòd ex oppoſitis, ſunt cõtraria. Si uero illam non ponat per inductionẽ, ſumendũ propo-

nenti in particularibus contrarijs. Nam aut per syllogismũ, aut per inductionem necessarias sumendum, aut has quidem inductione, illas autẽ syllogismo. Quecunq; autem ualdè manifestæ sunt, illas quoque oportet præponere, nam immanifestius est semper in absessu, & inductione quod secuturũ est, & simul ipsas necessarias proponere, & qui non potest illo modo, sumere esse paratum, quæ uero ad has sumptæ sunt, accipiẽdæ quidem illarũ gratia. Vnaquæq; autem earũ hoc modo utendum inducentem quidem à singularibus ad uniuersalia, & à notis ad ignota, nota autem magis quæ secundũ sensum, uel simpliciter, uel multipliciter, uel multitudini. Occultantem uero ratiocinatione præcolligere oportet ea, per quæ syllogismus eius quod ex principio est debet fieri, & hæc ut plurimũ. Erit autem hoc, si quis nõ solum necessarias, sed & earum (quæ ad illas sunt utilis) aliquã syllogizauerit. Amplius, conclusiones nõ dicere, sed postea ratiocinatione colligere subitarias. Sic enim longissimè abscedet ab ea (quæ ex principio) positione, uniuersaliter autem dicendo sic oportet eum interrogare qui occultè interrogat, ut interrogata omni oratione, & eo dicente conclusionem, quæraẽ propter quid, id autem erit maximè per antedictũ modũ, nam sola ultima dicta cõclusione, immanifestum quomodo accidit, eo q̃ non præuidit respondens, ex quibus accidit, nõ per membra digestis prioribus syllogismis, minimè autẽ per membra digeriẽ syllogismus cõclusione, cum nõ eius sumptiones ponũtur, sed cum illa sumuntẽ, à quibus syllogismus fit. Vtile autem & non cõtinua postulata sumere, ex quibus syllogismi, sed uicissim ad aliã & ad aliã cõclusionem. Nam positis conuenientibus iuxta seinuicem magis quod accidit ex ipsis manifestũ. Oportet autem & definitione sumere (in quibus possibile est) uniuersalem propositionẽ, non in ipsis, sed in cõiugatis. Nam decipiunt falsa ratiocinatione seipsos (quãdo in cõiugato sumitur definitio) si nõ uniuersale cõcedunt, ut si oportet sumere quod qui irascitur appetit pœnã, sumatur autẽ ira appetitus esse pœnæ propter apparentẽ partipensionem, manifestũ autem quoniã hoc sumpto habebimus uniuersale quod prælegimus, at eis qui in ipsis proponunt, fæpè accidit ut abnuat respõdens, eo q̃ magis se habeat in ea re instantia, ut quod nõ omnis qui irascitẽ appetit pœnã, nam parentibus irascimur quidem, nõ autem pœnã appetimus. Fortasse autem non uera instãtia est, nam à quibusdã sufficiens pœna est, tristari solum, & facere pœnitere, uerũtamen habet aliquid uerisimile, ut non uideatur irrationabiliter negare propositum, in iræ autẽ definitione, nõ similiter facilè instantiã inuenire. Præterea proponere par est, nõ ut propter ipsum, sed alterius gratia eum qui proponit. Nam deuitant ea quæ ad positionẽ sunt utilia. Simpliciter autem dicendo, cũ maximè facere dubium, utrum q̃ proponitur, an oppositum sumere uult. Nam dubio existẽte quidnã ad positionem est utile, magis q̃ sibi uidetur ponunt. Amplius per similitudinem interrogare. Nam & uerisimile, & latet magis uniuersale, ut quod quemadmodũ scientia & ignorãtia cõtrariorum eadem, sic & sensus contrariorum idem, aut è conuerso, postcũ sensus idem cõtrariorum, & scientia, hoc autem est simile inductioni, nõ tamen idem, nam illic quidẽ à singularibus uniuersale sumiẽ, in similibus autem non est quod sumitur uniuersale, sub quo omnia similia sunt. Oportet autem & ipsum sibimet quandoque instantiã ferre. Nam insuspectè se habent respõdentes ad eos, qui uidẽtur iuste argumentari. Vtile autem dicere quod consuetum, & quod dicitur tale. Nam pigrescũt quod solitũ est dimouere, instantiã nõ habentes, simul autẽ & quia utunẽ & ipsi talibus, cauẽt ea dimouere. Amplius, nõ sedulò agere, & si omnino utile sit. Nam aduersus sedulò agentes, magis renituntẽ. Et ut in similitudine proponere, q̃ propter aliud aliquid proponiẽ, & nõ propter seipsum, utile ponẽt magis. Amplius nõ id proponere q̃ oportet sumere, sed cui cõsequens. id est, ex necessitate. Nam & magis concedunt, eo quòd nõ similiter ex hoc manifestũ sit, q̃ consecuturum est, & sumpto hoc, sumptũ est & illud. Et id ultimo interrogare, quod maximè uult sumere. Nam maxime prima renuunt, eo quòd plurimi interrogantiũ prima interrogãt, circa quæ uel maxime

maximè studẽt. Ad quosdã autẽ prima quæ utilia sunt proponere. Nã proteruí maximè prima admittunt, nisi omnino manifestũ sit quod secuturũ est, in fine autẽ proteruiunt, similiter autem & quicunq; arbitrãtur acuti esse in respondendo, ponentes enim prima, in fine recantant, tanq̃ nihil acciderit exijs quæ posita sunt, ponunt autem prompte, confidentes habitui. & arbitrantes nihil se esse passuros. Amplius, prolongare, & interponere quę nihil sunt usui ad orationem, quemadmodum pseudographia utentes. Nam cum sint plura, immanifestũ in quo falsum sit, quare & occultant quandoq; interrogantes, in absconso proponentes ea quæ per se proposita, non ponerentur, ad occultationem igitur, dictis est utendum.

Pro instructione respondentis loci alij. Cap. II.

Adornatum uero inductione, & conclusione eorũ quæ affinia sunt. Inductio igitur quale quid est manifestũ, diuidere autem huius modi, ut scientiã scientia esse meliorem, aut eo quòd exactior est, aut quod meliorũ, & quod scientiarum aliæ quidem sunt cõtemplatiuæ, aliæ autem actiuæ, aliæ porrò effectiuæ, nam unũquodq; taliũ coornat quidẽ orationẽ, at nõ necessariũ est. ut dicatur ad cõclusionem. Ad diluciditatẽ autem exempla. & similitudines afferendũ. Exempla autem accõmodata, & ex quibus scimus, qualia Homerus, non qualia Cherilus, tic enim clarius erit quod proponitur. Vtendũ autem in differẽdo, syllogismo quidem ad Dialecticos magis, cũ ad multitudinem, inductione uero cõtrà, ad multitudinẽ magis. Dictũ est aũt & de his & prius. Est autem in aliquibus quidem inducenti possibile interrogare uniuersale, in aliquibus uero nõ facilè, eo quòd non positũ sit similitudinibus nomẽ, omnibus commune, sed quando oportet uniuersale sumere, sic in omnibus talibus esse dicunt. Id autẽ determinare difficillimum est, qualia sunt ea quæ proferuntur huiusmodi, & qualia nõ. & propter hoc sæpenumero dissident in disputationibus, alij quidẽ dicentes, similia esse, quæ non sunt similia, alij uero dubitantes quæ sunt similia, nõ esse similia. Quare tentandũ in omnibus talibus, ipsum nomina effingere, ut nec; respondẽti liceat dubitare quod nõ similiter q̃ infertur, dicitur, nec; interrogãti calumniari, ut similiter dicto, eo q̃ plura eorum quæ non similiter dicuntur, similiter uidentur dici. Quãdo autem inducenti in pluribus non dederit uniuersale, tunc iustũ est efflagitare instãtiam, non dicente autem ipso in aliquibus sic, non iustum est efflagitare, in aliquibus nõ sic. Oportet enim inducẽtem prius sic instantiã efflagitare. Efflagitandũ autem instantias non in eo quòd proponiẽ ferre, nisi unũ tantum sit huiusmodi, ut dualitas pariũ numerorũ solus primus. Nam oportet & eum qui instat in altero instantiã ferre, aut dicere quod hoc solum tale est. Ad eos autẽ qui instãt uniuersali, nõ in eodẽ autẽ instantiã ferunt, sed in æquiuoco (ut q̃ habeat aliquis non suum colorẽ, uel pedẽ, uel manũ, habebit enim pictor non suum colorẽ, & cocus pedẽ nõ suum) diuidendo reuera in talibus interrogandũ est. Nam latẽte equiuocatione, benè uiderentẽ instare propositioni. Si aũt nõ in æquiuoco, sed in eodẽ instans præpediat interrogationẽ, oportet auferentẽ id in quo instantia est, proponere reliquũ, uniuersale faciẽdo, donec sumat q̃ utile est. Vt in obliuione, & in oblitum esse, non enim cõcedunt eum qui amisit disciplinã, oblitũ esse, eo q̃ trãseunte re amisit quidem disciplinã, oblitus autem non est, dicendũ autem auferenti id in quo instãtia est, reliquum, ut si permanente re amisit disciplinã, idcirco oblitum esse. Similiter autem & contra instantes, quoniã maiori bono, maius opponitur malum, proferunt enim quoniam sanitati minori bono quàm bona habitudo, maius malum opponitur, nam ægritudinem maius esse malum mala habitudine, auferẽdum igitur & in hoc in quo instantia est, nam ablato, magis ponet, ut quoniã maiori bono maius malum opponitur, nisi conferat alterum ad alterum, quẽadmodum bona habitudo ad sanitatem. Non solum autem eo instante hoc faciendum, sed & in fine instantia negat, eo quòd præuideat aliquid talium. Nam ablato eo, in quo instantia est,

cõpelletur ponere, eo quòd nõ præuideat in reliquo, in aliquo nõ ſic eſſe. Si aũt non ponat, efflagitatus inſtantiã, nõ habebit aſſignare. Sunt autẽ huiuſmodi propoſitionum quę in aliquo falsæ ſunt, in aliquo autẽ uerę, in his enim par eſt auferre, reliquũ aũt uerũ relinquere. Si autem in multis proponenti nõ ferat inſtantiã, poſtulandũ eſt ponere. Nam Dialectica eſt propoſitio ad quã ſic in pluribus ſe habentẽ, non eſt inſtantia. Quando autẽ cõtingit idem & ſine impoſſibili, & per impoſſibile ſyllogizare, demonſtranti quidem & non differenti, nihil refert uel ſic, uel illo modo ſyllogizmo colligere, differenti autem non eſt utendũ per impoſſibile ſyllogiſmo, namſine impoſſibili quidem ſyllogiſmo colligat, minimè fiet ut dubitent, at quãdo per impoſſibile ſyllogizant (niſi ualdè manifeſtũ ſit falſum eſſe) nõ impoſſibile dicunt eſſe, quare non fit interrogantibus quod uolunt. Oportet autem proponere quæcunq; in pluribus quidem ſic ſe habent. Inſtantia autem aut omnino non eſt, aut nõ in ſuperficie eſt cõſpicere, nam qui non poſſunt cõſpicere in quibus non ſic, tanquàm uerum quidem ſit, ponũt. Non oportet autem cõcluſionem, interrogationem facere. Alioquin autem, eo renuente nõ uidetur fieri ſyllogiſmus, nam & ſæpe cum non interrogat, ſed ut ſequẽs infert, negant, & hoc facientes non uidentur redargui ijs qui non cõſpiciunt quod accidit ex ijs quæ poſita ſunt, quãdo igitur non dicens quidem accidere, interrogabit, ille autem negabit, omnino non uidetur fieri ſyllogiſmus. Non autem omne univerſale Dialectica propoſitio eſſe, ut quid eſt homo? aut quot modis dicitur bonũ? eſt enim Dialectica propoſitio, ad quam eſt reſpondere, ſic uel nõ, ad dictas autem non eſt, quare non ſunt Dialecticæ huiuſmodi interrogationes, niſi ipſe determinans, uel diuidens dicat, ut putas ne bonũ ſic uel non ſic dicitur? nam ad talia facilis reſpõſio, uel affirmãdo, uel negãdo, quapropter tentandũ ſic proponere huiuſmodi propoſitionum. Simul autem & iuſtũ fortaſſe ab illo interrogare, quot modis dicitur bonum, quando hoc diuidente & proponẽte, nullo modo cõceſſerit. Quiſquis autem unam orationẽ multo tempore interrogat, malè interrogat. Namſi reſpondeat quidem ei interrogato quod interrogatur, manifeſtũ quod multas interrogationes interrogat, aut frequenter eaſdem, quare aut nugatur, aut non habet ſyllogiſmum, nam ex paucis omnis ſyllogiſmus, ſi uero non reſpondeat, quid aut non increpat, aut diſcedit? Eſt autem argumentari difficilẽ, & ſuſtinere facilè ipſas ſuppoſitiones. Sunt autẽ talia, & quæ natura ſunt prima, & quæ poſtrema. Nam prima quidem termino egent, poſtrema uero per multa terminantur uolenti continuum ſumere à primis, aut Sophiſticæ uidentur argumentationes, impoſſibile enim demonſtrare quippiam eſt eum qui non incipit à proprijs principijs, & cõnectit uſq; ad ultima, definire autem nihili ducunt reſpondentes, neq; ſi interrogans definierit, aduertunt, atqui nõ facto manifeſto quidnam eſt quod propoſitum eſt, non facilè eſt argumentari, maximè autẽ quod tale eſt, circa principia accidit, nam alia quidem per hęc monſtrantur, ipſa uero non cõtingit per alia, ſed neceſſe eſt definitione talium, unũquodque cognoſcere. Sunt autem difficilè argumẽtabilia, & quæ ualdè propinqua ſunt principio. Nõ enim cõtingit plures ad hæc rationes inuenire, cum ſint pauca media, horumq; & principiorum, per quæ neceſſe eſt monſtrare ea quæ poſt illa ſunt. Terminorum autem difficilè argumentabiles ij omniũ maximè ſunt, quicunq; utuntur talibus nominibus, quæ primum quidem immanifeſta ſunt, ſimpliciter ne dicantur, an multipliciter, adhuc autem quæ neq; nota utrũ propriè, an ſecundum metaphorã de definito dicantur. Nam quia obſcura ſunt, non habet argumenta, quia uero ignorantur ſi abſq; metaphora dicitur quod tale eſt, non habet quod increpet. Omnino autẽ omne problema quãdo difficile argumentabile, uel termino indigere arbitrandum eſt, uel eſt eorum quæ multipliciter, uel eorũ quæ ſecundum metaphorã de definito eſſe dicantur, uel non longè à principijs, uel quia non manifeſtum eſt primũ nobis hoc idem, ſecundum quem dictorum modorum eſt quod dubitationem præſtat. Nam cum eſt manifeſtus modus, manifeſtũ quoniã aut definire oportebit, aut diuidere,

dere, aut medias propoſitiones inuenire. Nam per hæc monſtrantur ultima. In multis autem poſitionibus (nõ benè aſſignata definitione) non facilè diſputare, ac argumentari. Vt utrũ uni cõtrarium, an plura, definitis autẽ contrarijs aliquo modo, faci ſit oſtendere utrũ contingit plura eidem eſſe contraria, an non, eodẽ autem modo & in alijs definitione indigẽtibus, uidentur autẽ & in diſciplinis quædã ob definitionis defectũ, non facilè deſcribi, ut & quoniã quæ ad latus ſecat planũ linea, ſimiliter diuidit & lineã, & locũ, definitione aũt dicta, ſtatim manifeſtũ eſt quòd dicit. Nam eandem ablationem habent loca, & lineæ, eſt autẽ definitio eius orationis hæc. Simpliciter autẽ prima elementorũ, poſitis quidem definitionibus (ut quid linea, uel quid circulus) facilimũ oſtendere, uerũ non multis ad unumquodq; eoũ eſt argumẽtari, eo quòd non ſunt multa media, ſi autẽ non ponãtur principiorũ definitiones, difficilè, fortaſſe autem omnino impoſſibile. Similiter autem his, & in ijs quæ ſunt circa orationes ſe habet, nõ igitur latere oportet, quãdo difficile argumẽtabilis eſt poſitio, & paſſa eſt aliquid eorum quæ dicta ſunt, quãdo autem erit ad dignitatem, & propoſitionem, maior labor diſputare ẽp ad poſitionem. Dubitare autem poſſit quiſpiam utrum ponẽda ſint talia, an non, nam ſi nõ ponat, ſed poſcat & ad illa diſputare, magis præcipiet quàm quod in principio poſitũ eſt, ſi uero ponat, credet ex minus credibilibus, ſi igitur oportet non difficilius problema facere, ponendum, ſi autem per notiora ſyllogizare non ponendum. An diſcenti quidem nõ ponẽdum, niſi notius ſit, exercitato uero ponendum, ſi uerum ſolum uideatur? quare manifeſtũ quoniam non ſimiliter & interrogãti & docenti exiſtimandum eſſe ponendum. Quo pacto igitur interrogare & ordinare oportet, penè ſufficiunt quæ dicta ſunt.

Loci pro reſpondente. *Cap.* III.

DE reſponſione autem primum quidem determinãdũ, quod nam eſt opus benè reſpondentis, quemadmodum benè interrogantis. Eſt autem interrogantis quidem ſic deducere orationem, ut faciat reſpõdentem dicere inopinabiliora quàm ea, quę propter poſitionem ſunt neceſſaria, reſpõdentis uero nõ propter ſe apparere, accidere impoſſibile, aut quod præter opinionem eſt, ſed propter poſitionem, nam alterum fortaſſe peccatũ, ponere primum quod non oportet, & poſitũ non ſeruare aliquo modo. Quia autem ſunt indeterminata ijs qui propter exercitationem & experientiã orationes faciunt (nam nõ eædem conſiderationes & diſcentibus, & docentibus, & cõcertantibus, neq; his, & ijs qui exercẽt ſeinuicem inſpectionis gratia, nam diſcenti quidem pondẽa ſunt ſemper ea quæ uidẽtur, neq; enim conatur falſum ullus docere, concertantiũ uero interrogantem quidem uideri aliquid facere oportet omnino, reſpondentem autẽ nihil uideri pati) & in Dialecticis cõgreſſionibus quæ non cõcertationis gratia, ſed experimenti & inſpectionis orationes faciunt, nondũ enucleatũ eſt quo pacto oporteat cõiectare reſpõdentem, & qualia dare, & qualia non, ad benè aut nõ, ſeruandã poſitionem, quoniã (inquam) nihil habemus traditum ab alijs, ipſi aliquid dicere tentemus. Neceſſe eſt autem reſpondentẽ ſuſtinere orationẽ, ponendo aut probabilem, aut improbabilẽ poſitionẽ, aut neutrã, & aut ſimpliciter probabilem, aut improbabilem, aut indeterminatè, ut huic alicui, uel alij. Nihil autẽ refert quomodocũq; dum ea probabilis, aut improbabilis ſit, nam idẽ modus erit benè reſpondendi, uel dandi, uel non dandi quod interrogatũ eſt, nam cum improbabilis eſt poſitio, neceſſe eſt & cõcluſionem probabilem fieri, cum uero probabilis, improbabilem, nam oppoſitum ſemper poſitionis interrogans cõcludet, ſi autẽ neq; probabile, neq; improbabile quod poſitum eſt, & cõcluſio erit talis. Quoniã autẽ benè ſyllogizans, ex probabilioribus & notioribus, propoſitum demonſtrat, manifeſtũ eſt quod quando ſimpliciter eſt improbabile quod proponitur, non dandum eſt reſpondenti, nec quod nõ uidetur ſimpliciter, nec quod uidetur quidem, minus autem cõcluſione uidetur. Nam cum improbabilis

eſt poſitio, probabilis eſt concluſio, quare oportet quæ ſumuntur, probabilia eſſe omnia, & magis probabilia quàm quod proponitꝫ, ſi debet per notiora quod minus notum eſt cõcludi, quare ſi neq; tale eſt quippiã eorum quæ interrogãtur, nõ ponendum eſt reſpondenti. Simpliciter autem ſi eſt probabilis poſitio, dilucidũ eſt, quoniam concluſio ſimpliciter improbabilis, ponendũ igitur & quæ uidentur omnia, & eorũ quæ nõ uidentꝫ, quæcunq; minus ſunt improbabilia cõcluſione. Nam ſufficienter ſic uidebitur diſceptatũ eſſe. Similiter aũt erit, & ſi neq; improbabilis, neq; probabilis eſt poſitio. Nam ſic & quæ uidẽtur omnia dandũ, & eorũ quę non uidẽtur, quęcũq; minus ſunt improbabilia concluſione, ſic enim probabiliores accidit orationes fieri. Si igitur ſimpliciter quidẽ probabile, uel improbabile ꝙ ponitꝫ, ad ea quæ uidentur ſimpliciter, cõparatio facienda. Si autẽ nõ ſimpliciter probabile uel improbabile ſit, ꝙ ponitur, ſed reſpõdenti, ad ſeipſum, quod uidetꝫ, & quod nõ uidetur iudicãdo, ponendũ, uel nõ ponendũ. Si uero alterius opinionẽ tutetur reſpõdens, manifeſtum quoniã ad illius intelligẽtiam aſpiciendo, ponere ſingula debet, & negare, quare & qui curãt extraneas opiniones (ut bonũ & malum eſſe idem, quemadmodũ Heraclitus inquit) non dant non adeſſe ſimul cõtraria eidem, non uidentur eis hæc, ſed quia ſecundũ Heraclitũ ſic dicendũ. Faciunt hoc autem & qui ſuſcipiunt abinuicem poſitiones, cõiectant enim ac ſi is dicat qui ponit, manifeſtũ igitur quę coniectandum reſpondenti ſiue ſimpliciter probabile, ſiue alicui poſitũ eſt. Quoniã autẽ eſt neceſſe omne quod interrogatur aut probabile, aut improbabile eſſe, aut neutrũ, & ad orationem, aut non ad orationẽ, attinere ꝙ interrogatur, ſi ſit quidem quod uidetur, & non ad orationẽ, dandũ eſt dicendo quod uidetur. Non enim interimit (poſito eo) ꝙ in principio. Si uero non uidetur, & non ad orationẽ, dandum quidem, & conſignificandũ quod non uidetur, ad deuitationem abſurditatis. Si uero ſit ad orationem, & uideatur, dicendũ quoniam uidetur quidem, ſed ualdè propinquum ei quod in principio eſt, & interimitur (eo poſito) quod propoſitũ eſt. Si autem ad orationẽ quidem, ualdè autem probabile poſtulatum, dicendũ quod accidit hoc poſito, at ualdè abſurdum eſſe quod proponitur. Si uero neq; probabile, neq; improbabile, ſi nihil quidẽ ad orationem, dandum nihil determinando. Si autẽ ad orationẽ, conſignificandũ quod interimitur (poſito eo) quod in principio eſt. Nam ſic & qui reſpondet nihil uidebitur propter hoc pati, ſi quidẽ præuidens ſingula, poſuerit, & qui interrogat aſſequitur ſyllogiſmũ poſitis ab eo omnibus probabilioribus cõcluſione. Quicũq; uero non ex probabilioribus cõcluſione conãtur ſyllogizare, perſpicuum quoniam non benè ſyllogizant, quare cum ſic interrogant, non ponendum. Similiter autem & in ijs quæ obſcurè, & multipliciter dicuntur, occurrendum eſt. Nam quia datum eſt reſpondenti non diſcenti, dicere non diſco, & multipliciter dictum, non ex neceſſitate cõfiteri, uel negare, manifeſtum quoniam primum quidem niſi planum ſit quod dicitur, nõ cunctandũ ut dicat haud intelligo, nam ſæpe ex eo quòd nõ clarè interrogantibus dant, occurrit aliquid difficile. Si autem notum quidem ſit, multipliciter autem dictũ, ſi in omnibus quidẽ uerũ uel falſum ſit ꝙ dicitur, dandũ ſimpliciter ꝙ dicitur, uel negandũ, ſi uero in aliquo quidem ſit uerum, in aliquo autem falſum, ſignificandum eſt quod multipliciter dicitur, & quia hoc quidem falſum, illud autem uerum. Nam cum poſterius diſtinguitur, immanifeſtũ ſi & in principio ambiguũ animaduerterit. Si autem non præuiderit dubium, ſed in alterum aſpiciens poſuerit, dicendũ ad eum qui in alterum ducit, quoniam nõ ad id aſpiciens dedi, ſed ad alterum eorum. Nam pluribus exiſtentibus quæ ſub eodem nomine, uel eadem oratione ſunt, facilis eſt ambiguitas. Si uero & dilucidum ſit, & ſimplex quod interrogatur, autſic, aut non, reſpondendum. Quoniam autem omnis propoſitio ſyllogiſtica, aut earũ aliqua eſt ex quibus ſyllogiſmus, aut propter aliquam illarũ, manifeſtũ quod quãdoq; alterius gratia ſumetur ex eo, quod plura ſimilia interrogant. Nam aut per inductionem, aut per ſimilitudinem, plerumq; uniuerſale ſumũt, ſingularia igitur omnia ponendum

hendum, ſi ſint uera & probabilia. Ad uniuerſale autem tentandum inſtãtiam ferre. Nam ſine inſtantia uel quæ ſit, uel quæ uideatur, prohibere orationẽ proteruire eſt, ſi igitur multis apparentibus, nõ dederit uniuerſale qui non habet inſtantiã, manifeſtum eſt quoniam proteruit. Amplius, ſi neq; contrà argumentari habeat quod non uerum, multo magis uidebitur proteruire, quamuis nec hoc ſufficiat, nam cõplures orationes opinionibus cõtrarias habemus, quas difficile eſt ſoluere, uelut Zenonis, ꝙ non cõtingit moueri, neq; ſtadiũ pertranſire, ſed non propter id, quæ ſunt oppoſita his, non ponendum, ſi igitur qui neq; contrà argumentari habet, neq; inſtare, non ponit, dilucidum quoniam proteruit, eſt enim in diſputationibus proteruia, reſpõſio præter dictos modos, ſyllogiſmi deſtructio. Suſtinere autem & poſitionem, & definitionem, ipſum ſibipſi oportet præargumentando. Nam ex quibus interimũt interrogantes quod proponitur, manifeſtum quoniã ijs aduerſandum. Inopinabilem uero ſuppoſitionem cauendum ſuſtinere. Erit autẽ inopinabilis multipliciter, nam & ea ex qua abſona cõtingit dicere, ut ſi omnia dicat aliquis moueri, aut nihil, & quæ cumq; peioris moris eſſe eligenda, & quæ contraria conſilijs, ut quod uoluptas bonum, & iniuriam facere melius quàm iniuriam pati, nam non ut orationis gratia ſuſtinentem, ſed ut 'ea quæ uideantur dicentẽ oderunt. Quæcũq; uero orationum falſum ſyllogizant, ſoluendum interimendo id propter quod fit falſum. Nam nõ is qui quoduis interimit ſoluit, ne quidem ſi falſum eſt quod interimitur, habere enim poteſt plura falſa, oratio, ut ſi quis ſumat ſedentem ſcribere, Socratem uero ſedere, accidit enim ex his, Socratẽ ſcribere, interẽpto igitur Socratẽ ſedere, nihil magis ſoluta eſt oratio, quãuis falſum ſit poſtulatum, ſed non propter id oratio falſa, nam ſi quis ſit ſedens, non ſcribens autem, non amplius in tali, aptè accommodabitur eadem ſolutio, quare non id interimendum, ſed ſedentem ſcribere, non enim omnis qui ſedet, ſcribit. Soluit igitur omnino, qui interimit id, propter quod fit falſum, nouit autẽ ſolutionem, qui ſcit quod propter id falſa oratio, quemadmodũ in ijs quæ falsò deſcribuntur, non enim ſufficit inſtare, ne quidem ſi falſum ſit quod interimitur, ſed & id propter quod falſum, aſſignandũ, ſic enim erit manifeſtum utrum præuidẽs aliquid, an non, facit inſtantiam.

Loci communes pro interrogante, & reſpondente. Cap. IIII.

ESt autem orationẽ prohibere concludi, quadrupliciter. Nam aut interimendo id propter quod fit falſum, aut ad interrogantem inſtantiã dicendo, ſæpe enim non ſoluit quidem, qui tamen interrogat, non poteſt longius producere: Tertiũ autem ad interrogata, accidit enim ex interrogatis quidẽ non fieri quod uolumus, eo ꝙ nõ benè interrogata ſint, addito aũt aliquo, fieri cõcluſionem. Si igitur nõ amplius poteſt producere interrogãs, ad interrogantẽ erit inſtãtia, ſi autem poteſt, ad interrogata. Quartũ autẽ, peſſima eſt inſtantiarũ quæ eſt ad tempus; nam quidã talibus inſtãt ad quæ diſputare pluris eſt tẽporis, ꝗ præſentis exercitationis, inſtãtiq; igitur, ut dictũ eſt prius, quatuor modis fiunt. Solutio aũt eſt earum quæ dictę ſunt, prima tantum, reliquę autem prohibitiones quædam & impedimẽta concluſionum. Inculpatio uero orationis, & ſecundum ipſam orationem, & quando interrogatur non eadem. Plerumque enim quod non benè diſputatur oratio, is qui interrogatur, eſt cauſa eo quòd non concedat ex quibus probè erat diſputare ad poſitionem, nam non eſt in altero ſolo, benè abſoluere commune opus. Neceſſarium igitur quandoq; ad dicentem, & non ad poſitionem argumentari, quando is qui reſpondet, contraria interroganti obſeruat corroborans, proteruientes igitur, alteracatorias, & non Dialecticas faciunt exercitationes. Amplius autem quia exercitationis & experimenti gratia, & non doctrinæ huiuſmodi ſunt orationes, perſpicuum quoniam non ſolum uera ſyllogizandum, uerum etiam falſum, nec per uera ſemper, ſed quandoq; & per falſa, ſæpe enim uero poſito, interimere neceſſe eſt

disputantē, quare proponenda falsa, quādoq; autem & falso posito, interimendum per falsa, nihil enim prohibet, alicui uideri quæ non sunt, magis quàm uera, quapropter ex ijs quæ illi uidentur, oratione facta magis erit suasus quàm adiutus. Oportet autem eum qui benè transfert, Dialecticè, & non cōtentiosè transferre. Vt Geometram Geometricè, siue falsum, siue uerum sit quod concludendum est, quales autem Dialectici syllogismi, dictum est prius. Quoniam autem malus particeps, qui impedit cōmune opus, patet quod & in orationibus, nam cōmune quippiam quod ponitur & in illis est, præterquā in cōcertantibus, his autem non est eūdem utriscp fidem assequi, nam plures uno impossibile est uincere. Differt autem nihil siue in respondendo, siue in interrogādo fiat, nam & qui cōtentiosè interrogat, prauè disputat, & qui in respōdendo nō dat quod uidetur, necp suscipit quicq; quod uult interrogans interrogare. Manifestū igitur ex ijs quæ dicta, quod non similiter inculpādum & secundum seipsam orationem, & interrogantem. Nam nihil prohibet orationem quidem prauā esse, interrogantē uero ut possibile est optimè cōtra respondētem disceptare, nam cōtra proteruos nō possibile fortasse statim sumere quales quis uult, sed quales fieri possibile, faciendi syllogismi. Quoniam autem est indeterminatum quando cōtraria, & quando ea quæ sunt in principio sumūt homines (nam plerūque per se ipsos dicētes cōtraria dicunt, & abnuentes prius, dant posterius, eoq; interroganti & cōtraria, & quę in principio, plerūcp obediūt) necesse est prauas fieri disputationes, causa autem est qui respondet hæc quidem nō dans, illa autē talia dans, manifestū igitur quoniā non similiter inculpandum & interrogātes, & orationes. Orationis autem secundū seipsas quinq; sunt inculpationes. Prima quidē quando exinterrogatis nō cōcluditur, necp quod propositū est, necp omnino quicq;, cum sint uel falsa, uel inopinabilia, quo omnia, aut plurima, in quibus cōsistere debet cōclusio, & necp ablatis quibusdā, necp additis, necp his quidem ablatis, illis uero additis, fit conclusio. Secūdo autē, si ad positionem nō fiat syllogismus, & ex talibus, & eo modo quo dictū est prius. Tertia uero si additis quibusdā fiat syllogismus, hæc aūt sint deteriora ijs quæ interrogant, & minus probabilia cōclusione, etiam si ablatis quibusdam, nam quādoq; sumūt plura necessarijs, quare nō eo q̄ hæc sunt, fit syllogismus. Amplius, si ex inopinabilioribus, & minus credibilibus cōclusione, aut si ex ueris, sed maiore opera indigentibus demonstrari, quàm problema, nō oportet autem ex omnibus problematis syllogismos existimare similiter probabiles esse, & suasibiles, natura enim statim sunt aliqua quidem facilora, alia uero difficiliora eorum quæ interrogantur, quare si ex aliquibus ut fieri potest maximè probabilibus, coniecturā fecerit, disputatū benè est. Manifestū igitur quoniā orationis non eadem inculpatio, & ad problema, & secundum se. Nam nihil secundū se quidem orationem prohibet esse uituperabilem, ad problema autem laudabilem, & rursum è diuerso, secundum se quidē laudabilem, ad problema autem uituperabilem, quādo ex pluribus est facilè cum probabilibus, tum ueris cōcludere. Erit autem quādoq; oratio etiā cōcludens quàm non concludens deterior, quando illa quidem ex absurdis cōcludit, cum nō sit tale problema, hæc autē indigeat talibus quæ sunt probabilia & uera, & nondum ex assumptis sit oratio. Eos autem qui per falsa uerum cōcludunt, nō iustū est inculpare. Nam falsum quidem semper necesse est per falsa syllogizare, uerū aūt est quādoq; per falsa syllogizare, manifestū autē id ex Analyticis. Cū aūt demōstratio sit alicuius dicta oratio, si aliquid est aliud q̄ ad conclusionem nullo modo se habet, nō erit ex illo syllogismus, si autem appareat, sophisma erit, non demonstratio. Est autem philosophema quidem syllogismus demonstratiuus, epichirema autem syllogismus Dialecticus, sophisma uero syllogismus contentiosus, aporema autem syllogismus Dialecticus contradictionis. Si uero ex utriscp quæ uideantur, aliquid ostendatur, nō aūt similiter uideātur, nihil prohibet q̄ ostēditur magis altero uideri.

Sed si hoc quidem uideatur, illud autem neutra parte, aut si hoc quidē uideaē, illud autem

autem non uideatur, si similiter quidē, similiter utiq; erit, & non, si autem magis altera, sequeē quod est magis. Est autem quoddā & idem ad syllogismos peccatum, quādo ostenditur per longiora quod cōtingit per breuiora, & quæ orationi assunt. Vt quod est opinio magis altera, cp̄, altera, si quis petat ipsum quodcp̄ maximè esse, esse autē opinabile, ipsum quod uerè est, quare quorundā magis esse ipsum, ad quod autem magis, magis dicitur esse, esse autē & ipsam opinionem ueram, an erit accuratius, quàm par sit exigens quędā? petitum est autem & ipsam opinionem uerā esse, & ipsum quodcp̄ maximè esse, ac si ipsa opinio uera, certior sit, sed quæ nequitia maior, quàm quæ facit circa id cuius est oratio, latere causam? oratio autem est manifesta uno quidem modo, & publicissimo, si sit concludens sic, ut nihil oporteat interrogare, uno autem & qui maximè dicitur, cum sumpta quidem sint ex quibus necessarium est conclusionē esse, quæ quidem sint per conclusiones concluſa, etiam si id mittitur quod ualdè probabile est.

Pro opponente & respondente loci communes. Cap. V.

FAlsa autem oratio uocatur quadrupliciter. Vno quidem modo quando apparet concludere quæ non cōcludit, uocatur autem apparēs, litigiosus syllogismus. Alio modo, quādo concludit quidem, non tamen ad propositum, quod accidit maximè in ijs quæ ad impossibile ducunt. Aut ad propositū quidē concludit, non tamen secundum propriā disciplinam, hoc autem est, si ea quæ nō est medicinalis, uideatur esse medicinalis, aut Geometrica quæ nō est Geometrica, aut Dialectica quæ nō est Dialectica, siue uerum, siue falsum sit quod accidit. Alio autē modo, si per falsa nō cōcludit. huius autē erit quandoq; quidem cōclusio falsa, quādoq; autē uera, nam falsum quidē semper per falsa cōcludit, uerū autē possibile est & non per uera, ut dictum est prius. Quod autem falsa sit oratio, dicētis peccatū potius est, cp̄ orationis, at ne quid dicētis semper, sed cum lateat ipsum quod falsamoratic nem dixit aliquā, eo q̄ ab ipso suscipimus cū pluribus ueris quippiā amplius, si ex ijs quæ maximè uidentur interimit aliquid uerorū (talis enim existens, uerorū demonstratio est) oportet sanè positorum aliquid non esse omnino, quare erit huius demōstratio. Si autem uerū concludat per falsa, & ualdè absurda, cōpluribus deterior erit quę falsum syllogizant, erit autem talis, & quæ falsum cōcludit. Quare manifestū quod prima quidem cōsideratio orationis secundum seipsam est, si cōcludit, secunda autem, utrum uerum an falsum, tertia uero ex qualibus quibusdam. Nam si ex falsis quidē, opinabilibus autem rationabilis, si autem existentibus quidem, sed inopinabilibus, praua, si uero & falsa & ualde inopinabilia sint, dilucidum quod praua, aut simpliciter, aut ad rem. Id autem quod in principio & contraria quoniam pacto peteret interrogans, secundum ueritatem quidem in Analyticis dictū est, secundū opinionem uerò nunc dicendū est. Petere autem uidentur id quod est in principio quinque modis. Manifestissimo quidē & primo, si quis idipsum quod monstrari oporteat, petat, hoc autem in eo ipso quidem non facile latere potest, in synonymis autem, & in quibuscūcp̄ nomen & oratio idem significat, magis. Secundo autem, quando quod particulariter oporteat demonstrare uniuersaliter quis petat, ut qui argumētatur quod contrariorum una disciplina, omniū oppositorū postulauerit unā esse, nam uidetur id quod oportebat secundū se ostendere, cū alijs petere pluribus. Tertio, si quis q̄ uniuersaliter est ostendere propositū, particulariter petat, ut si de omnibus cōtrarijs propositū est, de aliquibus postulet, uidetur enim hic quod cum pluribus oportebat ostēdere secundū se, extra petere. Rursus, si quis diuidēs, petat problema, ut si oportet ostendere medicinam sani & ægri, extra, utrumcp̄ postulet, aut si quis eorū quæ sequuntur seinuicem ex necessitate, alterum petat, ut latus incommensurabile esse diametro, si oporteat ostendere quod diameter lateri. Aequaliter autē & cōtraria petūt ei quod ex principio est. Nam primo quidē si quis opposita petat secundum affirmationem

& nega-

& negationem. Secundo autem cõtraria ſecũdum oppoſitionem, ut bonũ & malum idem. Tertio uero ſi quis uniuerſaliter poſtulans, particulariter petierit cõtradictionem. Vt ſi quis ſumẽs contrariorũ unã diſciplinã, ſani & ægri alterã eſſe petat, aut ſi hoc petẽs, in uniuerſali oppoſitionẽ tẽtet ſumere. Rurſum ſi quis petat contrariũ ei quod ex neceſſitate accidit per ea quæ poſita ſunt, & ſi quis ea quidem nõ ſumat quæ oppoſita, at alia petat duo, ex quibus erit oppoſita contradictio. Differt autem contraria ſumere tantillum ab eo quod eſt in principio, quoniã huius quidem eſt peccatum ad concluſionem (nam ad illam aſpicientes, quod in principio eſt dicimus petere) cõtraria autem ſunt in propoſitionibus eo quòd ipſæ aliquo modo ſe habent adinuicem. Ad gymnaſiã autem & exercitationem talium orationum primum quidem conuertere aſſueſcere oportet orationes. Sic enim & ad id quod dicit copioſius nos habebimus, & in paucis, plures ſciemus orationes, nam cõuertere eſt tranſſumẽtem concluſionem eum reliquis interrogationibus interimere unum quippiã eorum quę dicta ſunt, neceſſe eſt enim ſi cõcluſio non eſt, unam aliquã interimere propoſitionũ, ſiquidem omnibus poſitis neceſſe erat cõcluſionem eſſe. Ad omnem autem poſitionem & quod ſic, & quod non ſic argumentum conſiderandum, & cum inueneris, ſolutionem ſtatim quærẽdum. Sic enim ſimul accidet & ad interrogandũ, & ad reſpondum exerceri, & ſi ad nullum alium habemus, apud noſipſos ſenſim cõparanda ſunt quæ attinent ad ipſam poſitionem argumenta, nam id ad cogẽdum multam copiam prębet, & ad redarguendũ magnum habet adiumentũ, quãdo quiſpiã promptus eſt argumentari, & quod ſic & quod non ſic, nam ad cõtraria accidit facere obſeruationem, & ad cognitionẽ, & ea (quæ ſecundũ Philoſophiã eſt) peritiã poſſe conſpicere, & conſpexiſſe quæ ab utraq; accidunt ſuppoſitione, non paruum inſtrumentũ, reliquum enim horũ, rectè eligere alterum, oportet autem ad id quod tale eſt, eſſe bono ingenio, & hoc eſt ſecundum ueritatem bonũ ingeniũ, poſſe benè eligere uerum, & diffugere falſum, quod qui nati ſunt benè poſſunt probè facere, nam qui amãt, & qui odiunt, quod proferẽ facilè diſcernũt optimũ. Et ad ea quæ ſæpiſſimè incidunt problemata, ſcire oportet orationes, & id maximè de primis poſitionibus. Nam in his faſtidiunt ſæpe qui reſpondent. Amplius, terminorũ copioſos eſſe oportet, & probabilium, & primorũ ſe habere promptos. Nam per hæc fiunt ſyllogiſmi. Tentandum autẽ & ea (in quæ ſæpiſſimè incidunt diſputationes) tenere. Nam quẽadmodum in Geometria ante opus eſt circa elementa exercitatum eſſe, & in numeris circa capitales promptè ſe habere, & multũ refert ad hoc & alium numerum cognoſcere multiplicatum, ſimiliter quoq; & in orationibus promptum eſſe ad principia, & propoſitiones memoria ſcire oportet, nam perinde ac in memoriæ ſenſorio ſolum, loci poſiti ſtatim faciunt ipſas res memorare, & hæc faciũt ad ratiocinãdum promptiorem, eo q; ad determinatas illas inſpiciat ſecundũ numerũ. Propoſitionemq; cõmunem magis q; poſitionem in memoria ponendum. Nam principiorũ & ſuppoſitionũ copioſum eſſe mediocriter, difficilè. Amplius, orationem unã plures facere aſſueſcendum, uelut ij qui occultiſſimè abſcondunt. Tale autẽ erit ſi quis q; plurimũ abſcedat ab affinitate eorũ, de quibus eſt oratio, erunt autẽ potiores orationũ uniuerſales maximè, quæ id pati poſſint, ut quoniã non eſt una plurium diſciplina, ſic enim & in ijs quæ ſunt ad aliquid, & in cõtrarijs, & cõiugatis eſt. Oportet autẽ & reminiſci uniuerſales facere orationes, tametſi fuerit diſputans particulariter. Sic enim & plures licebit unam facere, ſimiliter autem & apud Rhetores in Enthymematibus. Eundẽ autem q; maximè fugere, cõtra uniuerſale ferre ſyllogiſmos. Et ſemper oportet conſiderare orationes, ſi in pluribus communibus diſputantur. Nam omnes particulares in uniuerſali diſputatæ ſunt, & ineſt in particularibus eius quod eſt uniuerſale demonſtratio, eo quòd non eſt ſyllogizare, quicquam ſine uniuerſali. Exercitatio autem facienda, inductiuarum quidem ad rudem, ſyllogiſticarum autem ad expertũ. Et tentandum accipere ab ijs quidẽ qui in ſyllogiſmis triti ſunt propoſitiones, ab ijs uero

uero qui in inductionibus, ſimilitudines, in hoc enim utrics; exercitati ſunt. Omnino autẽ exercitationis gratia diſceptãtibus tentãdum afferre aut ſyllogiſmum de aliquo, aut propoſitionem, aut ſolutionem, aut inſtantiã, ſiue rectè quis dicat, ſiue perperã, uel ipſe, uel alter, & ad quippiã utercp;. Ex his enim facultas, exercitatio autẽ facultatis gratia. Et maximè circa propoſitiones & inſtantias, eſt enim (ut ſimpliciter dicã (Dialecticus, propoſitiuus & inſtantiuus, eſt autem proponere quidẽ, unum facere quæ ſunt plura. Oportet enim unum omnino ſumere ad quod eſt oratio, inſtare autem quod unũ eſt, facere plura, nam aut diuidit, aut interimit, hoc quidem dans, illud aũt nõ dans, eorum quæ poſita ſunt. Nõ eſt autem cum omni diſputandũ, neq; contra quemlibet exercitandũ. Nam neceſſe ad aliquos prauas fieri orationes, ab eo enim qui omnino tentat apparere, diffugiendum, iuſtũ autem omnino tentare ſyllogiſmo concludere, ueruntamen non pulchrum, eo quòd non oportet aduerſus quoslibet facilè cõſiſtere, quãdoquidem neceſſe eſt paruiloquiũ inde emergere, nam qui exercitati ſunt, nõ poſſunt abſtinere à diſputatione, ſine altercatione. Oportet autem & factas habere orationes ad huiuſmodi problemata, in quibus cũ pauciſſimorũ copia eas ad quàm plurima utiles habeamus, illæ uero ſunt uniuerſales, & ad quas in promptu quippiam adinuenire difficile eſt.

Octaui libri Topicorum Ariſtotelis finis.

PRIMI ELENCHORVM SOPHISTICORVM ARISTOTELIS LIB.

Quid intendit, & aliquem ſyllogiſmum, Sophiſticum eſſe. Cap. I.

DE Sophiſticis autem redargutionibus, & de ijs quę uidẽtur redargutiones (ſunt autẽ captioſę ratiocinationes, at non redargutiones) dicamus oportet, incipientes ſecundũ naturã à primis. Quod igitur hi quidem ſyllogiſmi, illi autem cum nõ ſint, uidentur, manifeſtũ eſt. Nam quemadmodũ & in alijs id fit per quandã ſimilitudinem, ſic & in orationibus ſe habet, etenim hi quidem habitũ probè habent, illi uero uidentur, ex tribu tumentes, & cõponentes ſeipſos, & pulchri, hi quidem ob pulchritudinẽ, illi autem uidẽtur, ſeipſos fucantes. Et in inanimatis quoq; ſimiliter, nam & illorũ hęc quidem argentũ, iſta uero aurum reuera ſunt, illa nõ ſunt quidem, apparent autẽ ſecundũ ſenſum, ut lithargyrina & ſtannea, argentea, & felle tincta, aurea, eodem autem modo & ſyllogyſmus, & redargutio, hæc quidẽ eſt, illa uero nõ eſt, apparet autem propter imperitiã, nam imperitia uelut diſtãtes, à longè ſpeculant. Nam ſyllogiſmus quidẽ ex quibuſdã eſt poſitis, ut colligamus aliquid aliud ex neceſſitate ab ijs quæ poſita ſunt per ea quæ poſita ſunt, redargutio aũt ſyllogiſmus eſt, cum cõtradictione cõcluſionis, illi uero id quidem nõ faciunt. Videntur autem ob multas cauſas, quarũ unus locus aptiſſimus, & publiciſſimus per nomina. Nam quia fieri nõ poteſt ut res ipſas ferẽtes diſputemus, ſed nominibus pro rebus, utimur ſignis, & quod accidit in nominibus, in rebus quoque arbitramur accidere, quemadmodũ ijs qui calculis ſupputãt, id autẽ non eſt ſimile, nam nomina quidem finita ſunt, & orationũ multitudo, res uero numero infinitę ſunt, neceſſe eſt igiẽ plura eandẽ orationẽ, & nomẽ unũ ſignificare, quemadmodum igitur & illic qui non ſunt prompti calculos ſuſtinere, à ſcientibus decipiũtur, eodem quoq; modo & in orationibus, qui nominum uirtutis ſunt ignari, perfacilè captionibus hallucinantur, & ipſi diſputantes, & alios audientes, ob hanc igitur cauſam, & eas quæ dicendæ ſunt, eſt ſyllogiſmus, & redargutiò apparens, atq; non exiſtens.

De

De generibus disputationum. Cap. II.

QVoniam autem quibuſdã magis operæ preciũ eſt uideri eſſe ſapiẽtes, quàm eſſe & non uideri (eſt enim ſophiſtice, apparens ſapientia, non exiſtens autem, & Sophiſta pecuniarum aucupator ab apparente ſapientia, & nõ exiſtente) manifeſtum profectò eſt, quoniam neceſſarium eſt illis & ſapientis opus uideri facere magis quàm facere, & nõ uideri. Eſt autem (ut unum ad unum dicamus) in unoquoq; opus ſapientis, non mentiri quidem ipſum de quibus nouit, mentiẽtem autem manifeſtare poſſe. Hæc autem ſunt, hoc quidem in eo quod poteſt dare orationem, illud autẽ in eo quod ſumere. Neceſſe eſt igitur illos qui uolunt Sophiſtice agere, dictarũ orationum genus quærere. Operæ enim preciũ eſt eis, nam huiuſmodi poteſtas faciet uideri ſapientes, cuius ſunt deſideriũ habẽtes. Quod autem tale orationum genus eſt, & quod talem appetunt poteſtatem, illi quos uocamus Sophiſtas, manifeſtum eſt. Quod autem ſunt ſpecies Sophiſticarũ orationũ, & ex quot numero poteſtas ea conſtat, & quot partes contingit eſſe negocij, & de alijs quæ ſuffragantur ad hanc artem, nunc dicamus. Sunt igitur ad diſputandũ, orationũ genera quatuor, doctrinales, Dialecticæ, tentatiuę. cõtentioſę. Et doctrinales quidẽ ſunt quæ ex propriis principijs cuiuſq; diſciplinæ, & non ex his quæ uidẽtur reſpondenti colligunt, nam oportet credere eum qui dicit. Dialecticæ autem, quæ ex probabilibus collectiuæ ſunt contradictionũ. Tentatiuæ uero, quæ ex ijs colligunt quę uidentur reſpondenti, & quæ neceſſarium eſt eum ſcire qui ſimulat ſe habere ſciẽtiam, quomodo determinandũ eſt in alijs, porrò contentioſæ, quæ ſunt ex ijs quę apparẽt probabilia, apparẽtes ſyllogiſtice. De demõſtratiuis aũt in Analyticis dictũ eſt, de Dialecticis uero, & tẽtatiuis, in alijs, de altercatorijs aũt & cõtentioſis nũc dicendũ.

Fines Sophiſtæ, & loci Sophiſtici in dictione. Cap. III.

PRimum igitur ſumendũ eſt quot conie&ant, qui in orationibus decertant, & coaltercantur, ſunt autem hæc quinq; numero, redargutio, falſum, inopinabile, ſoloeciſmus, & quintum, quod eſt facere nugari eum, qui conditputat, hoc autem eſt frequenter cogere idem dicere, aut quod non eſt, ſed quod apparet quodq; eſſe horum. Nam maximè uolunt apparere redarguere, ſecundum autem, falſum aliquid monſtrare, tertiũ uero ad hoc quod eſt inopinabile ducere, quartum, ſoloeciſmo uti facere, hoc autẽ eſt facere ſecundum locutionem barbarizare ex oratione reſpondentem. Vltimum autem, idem frequenter dicere. Modi autem redarguendi ſunt duo, nam alij quidem ſunt propter dictionem. Sunt autem ea quidem quæ propter dictionem faciunt phantaſiam ex numero, hæc quidem ſunt, æquiuocatio, amphibolia, compoſitio, diuiſio, accentus, & figura dictionis. Huius autem ſpecies, & ea quæ eſt per inductionem, & ſyllogiſmus, & ſiquia ſumatur alia, & quod totidem modis, ſi eiſdem nominibus, & eiſdem orationibus, non idem ſignificamus. Sunt autem propter æquiuocationem huiuſmodi orationes, ut quod diſcunt ſciẽtes, nam ea quæ memoriæ prodita ſunt, diſcunt Grãmatici. Diſcere enim æquiuocũ eſt, ad intelligere eum qui utitur diſciplina, & ad accipere diſciplinã. Ea rurſus quod mala bona ſunt, nam quæ expediũt, bona ſunt, mala autem expediunt, duplex enim expediens eſt, & neceſſariũ, quod accidit plerũq; in malis (eſt enim quoddã malum, neceſſariũ) & bona quoq; expedientia dicimus eſſe. Amplius autẽ eundẽ ſedere, & ſtare, & ægrotare, & ſanũ eſſe, nam qui ſurgebat ſtat, & qui ſanabat, ſanus eſt, ſurgebat autẽ ſedens, & ſanabatur ægrotãs, ægrotantẽ enim quidlibet facere, aut patinõ unũ ſignificat, ſed quãdoq; quidẽ qui nũc ægrotat, aut ſedet, quandoq; aũt qui ægrotabat prius, uerũtamen ſanabatur quidẽ ægrotans, cum ægrotans, ſanus eſt aũt nõ cũ ægrotans, ſed ægrotans non nunc, ſed prius. Propter autem amphiboliam ſunt orationes tales, uelle capere me pugnãtes. Et putas ne quod quis cognoſcit, id cognoſcit? nam & cognoſcentẽ & cognitũ contingit, ut cognoſcentẽ ſignificare hac oratione. Et putas

Et putas quod quis uidet, id uidet? uidet autem columnã, quare columna uidet. Et putas q; tu dicis eſſe, id tu dicis eſſe? dicis aũt lapidẽ eſſe, quare tu lapis, dicis eſſe. Et putas eſt ſilentia dicere? duplex enim eſt & id, ſilẽtia dicere, hoc quidẽ eos qui dicũt ſilere, illud autẽ, ea quæ dicũtur. Sunt autẽ tres modi ſecundum æquiuocationem, & amphiboliam, unus quidem quãdo nomen, uel oratio plura ſignificat principaliter, ut aquila, uel canis. Alius autem quando ſoliti ſumus ſic dicere. Tertius uero quando cõpoſitum plura ſignificat, ſeparatũ uero ſimpliciter, ut ſcire literas, nam utrũq; fortaſſe unũ quidem ſignificat, & ſcire, & literæ, ambo autem plura, aut literas ipſas ſcientiam habere, aut literarum alium. Amphibolia igitur, & æquiuocatio propter hos modos ſunt. Propter compoſitionẽ uero huiuſmodi ſunt, ut poſſibile eſt, ſedentẽ ambulare, & non ſcribentẽ, ſcribere, non enim idem ſignificat ſi diuidens quis dicat, & componẽs, quod poſſibile eſt ſedentem ambulare, & non ſcribẽtem ſcribere, & hocidentidem ſi quis componat nõ ſcribentem ſcribere, ſignificabit profecto quod habet poteſtatem, ut non ſcribens ſcribat, ſi quis autem non componat, quoniam habet poteſtatem quando non ſcribit, ut ſcribat. Et diſcit nunc literas, ſi quis didicit quas ſcit. Amplius, quod unum ſolum poteſt ferre, plura poteſt ferre. Propter uero diuiſionem quod quinque ſunt duo, & tria. paria & imparia. Et quod maius æquale, tantũdem enim eſt maius & adhuc amplius, nam eadem oratio diuiſa, & compoſita non idem ſemper uidebitur ſignificare. Vt ego poſui te ſeruum, exiſtentem liberum. Et hoc, quinquaginta uirum, centum heros liquit Achilles. Propter accẽtum autem, in ijs quæ ſunt ſine ſcriptura, non facilè Dialecticis facere orationẽ, in ſcripturis autem & poẽmatibus magis. Vt & Poẽtã defendũt nonnulli aduerſus redarguentes quaſi hic abſurdè locutum. Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab ulmo. quod pentemimeri uſus ſit, & turture fœminino, ſoluunt enim id accentu, dicẽtes q; aëria accẽtum finalem longum habet, & nõ ad turtur, ſed ad ulmo, ut Epithetũ, debet referri, & id de Niſo, & Eurialo cum

Rutulos uino, ſomnoq; ſepultos intellexiſſent.

Cætera per terras, omneis animalia ſomno
Laxabant curas, & corda oblita laborum.

Talia igitur propter accentum ſunt. Quę autem propter figuram dictionis ſunt, accidunt quando non idem ut idem interpretatur, ut maſculinum, fœmininũ, uel fœminium, maſculinum. uel quod inter hæc eſt, alterũ horum, uel rurſus quale, quantum, uel quãtum, quale, uel faciens, patiẽs, uel diſpoſitum, facere, & alia, ceu diuiſum prius. Nam eſt aliquid quod non eſt eorum quę ſunt facere, ut eorum quæ ſunt facere, aliquid dictione ſignificare, ut ualere. Similiter figura dictionis dicitur ei quod eſt facere, uel ædificare, quamuis illud quidem quale, quid, & affectũ quodam modo ſignificet, hæc uero facere aliquid, eodem autem modo & in cæteris, propter igitur dictionem redargutiones ex his exiſtunt.

De locis redargutionum Sophiſticarum extra dictionem. Cap. IIII.

EArũ uero quę extra dictionẽ ſunt captionũ ſpecies ſunt ſeptẽ. Vna quidem propter accidens, ſecũda aũt, ꝓpter id q; ſimpliciter, uel nõ ſimpliciter, ſed alio quo modo, aut ubi, aut quãdo, aut ad aliqd dicit, tertia autẽ propter redargutionis ignorantiã, quarta uero propter conſequens, quinta autẽ propter id q; eſt in principio ſumere, ſexta propter id q; nõ eſt cauſa, ut cauſam ponere, ſeptima uero propter plures interrogationes unã facere. Propter igitur accidẽs captiones ſunt, quando ſimiliter quodcũq; exiſtimabit rei & accidẽti ineſſe, nã quia multa eidẽ accidũt, nõ eſt neceſſe omnibus prædicatis & ei de quo prædicant, illa omnia ineſſe, nam omnia, ſic erũt eadẽ, quemadmodũ Sophiſtæ dicũt, ut ſi Coriſcus eſt alter ab homine, ipſe eſt alter à ſe, eſt enim homo, aut ſi à Socrate alter, Socrates autem homo

ab

ab homine alterum dicunt esse cõfessum, eo quòd accidit (à quo dixit alterum esse) hunc esse hominem. Propter id autẽ quod hoc quidẽ simpliciter, illud autem aliquo modo, & nõ præcipuè, quando ꝙ in parte dicitur, ut simpliciter dictum sumitur, ut si non ens est opinabile, quod non ens est, nõ enim est idem esse quiduis, & esse simpliciter. Aut rursum quoniã quod est nõ est, si eorũ quæ sunt quippiam non est, ut si non est homo, nam non idem est nõ esse quiduis, & nõ esse simpliciter, apparet autem, eo quòd perquàm propinquũ est dictione, & parum differat esse quiduis, ab eo quòd est esse, & nõ esse quiduis ab eo ꝙ est non esse. Similiter autem propter id quod est aliquo modo, & simpliciter, ut si Indus cum sit totus niger, albus est dẽtibus, albus igitur & nõ albus est. Aut si ambo aliquo modo, quod simul contraria inerunt, tale autem in quibusdã quidem, cuilibet facile est considerare. Vt si sumens Aethiopem nigrum esse, dentibus dicat quod albus, si ergo ibi albus, quod niger, & non niger, putabit disputasse syllogisticè, cum perfecerit interrogationem. In quibusdam uerò latet frequẽter, in quibuscunq; cum aliquo modo dicatur, simpliciter uidetur sequi, & in quibuscunq; non facilè est considerare utrum eorum præcipuè sit assignandũ. Fit autem tale, in quibuscũq; similiter sunt opposita, nam uidentur aut ambo, aut neutrũ dandum esse simpliciter prædicari, ut si dimidium quidem album, dimidium uero nigrum, utrum album, an nigrum? Quæ autem sunt propter id quod non determinatur quid est syllogismus, aut quid redargutio, fiũt propter omissionẽ orationis, nam redargutio est contradictio unius & eiusdem, non nominis, sed rei, & nominis non synonimi, sed eiusdẽ, ex ijs quę data sunt ex necessitate, non connumerato eo ꝙ erat in principio, secũdum idem, & ad idem, & similiter, & in eodem tempore. Hoc autem modo fieri potest, ut quis falsum dicat de aliquo, quidem aũt omittentes aliquid eorum quæ dicta sunt, apparent redarguere, ut quod idem duplum & nõ duplum, nam duo unius quidem dupla, tria autem non dupla. Aut si eiusdem idem duplum, & non duplum, sed non secundum idem, nam secundum longitudinem duplum, secundum latitudinem non duplum. Aut si eiusdem, & secundũ idem, & similiter, sed nõ simul, quare est apparẽs redargutio. Trahat autem aliquis hanc & in eas quæ sunt propter dictionem. Quæ autem propter id quod in principio erat sumuntur, fiunt quidem sic & tot modis, quot modis contingit quod in principio est petere, uidentur autem redarguere, eo quòd non possit quis inspicere idem, & diuersum. Quæ uero propter consequens est redargutio, ideo est quod putent conuerti consequentiam, nam si cũ hoc est ex necessitate, illud sit, & cũ illud est, putant & alterum esse ex necessitate, unde & (quæ ob opinionẽ ex sensu sunt) deceptiones fiunt, nam sæpe esse mel, fel suspicati sunt, eo quod sequitur flauus color mel. Et quia accidit terram, pluuia madidam fieri, etiam si sit madida, opinantur pluisse, id autem non necessarium est. In Rhetoricis quidem quæ secundum signum fiunt demonstrationes, ex consequentibus sunt; nam uolentes ostẽdere quod adulter, quod cõsequens est accipiunt, quod comptus, aut quod uidetur noctu errabũdus, pluribus autem hæc quidem insunt, prædicatum tamen non inest. Similiter autem & in ratiocinatiuis, ut est Melissi oratio, quod infinitum est uniuersum, sumens autem uniuersum ingenitum (nam ex nihilo nihil fieri) ꝙ autem factum est ex principio fieri, si igitur non factum est, principiũ non habet uniuersum, quare infinitum, non necesse est autem hoc accidere, nõ enim si omne quod factũ est, principium habet, etiã quicquid principiũ habet, factum est, quemadmodũ neq; si febriens calidus, etiã calidum necesse est febrire. Quæ uerò propter non causam, ut causam, cũ assumitur ꝙ non causa est, tanq; propter illud fiat redargutio, accidit autẽ tale, ad impossibile syllogismis, necessariũ enim est in his aliquid interimere ex ijs, quæ posita sint, si ergo enumeret in necessarijs interrogationibus ad id ad ꝙ accidit impossibile, uidebit propter id sępe fieri redargutio, ut quod nõ est anima, & uita idẽ, nam si generatio corruptioni est cõtrarium, & alicui corruptioni erit quædã generatio cõtrarium, mors autẽ corruptio quædam, & cõtrarium uitæ, quare uita generatio,

neratio, & uiuere generari, hoc autem impossibile, nõ ergo idem anima & uita. Ne quaquam collectum est, nam accidit (tametsi quispiam non idem dicat uitam & animam) impossibile, sed solum, contrarium uitam quidẽ morti, cum sit corruptio, corruptioni autem generationem. Incollectiles igitur simpliciter non sunt huiusmodi orationes, sed ad propositum incollectiles, & latet plerunq; non minus ipsos interrogantes quod tale est. Propter igitur consequens, & propter nõ causam orationes huiusmodi sunt. Quæ autem propter id quod est duas interrogationes unam facere, quando latet plures esse, & perinde ac una sit, assignatur responsio una. In aliquibus autem facilè est uidere quod plures, & quòd non danda una responsio, ut utrum terra mare est an cœlum; in aliquibus uero minus, & quasi una sit, aut cõfitetur (eo quòd nequeunt respondere ad interrogatum) aut redargui uidentur, ut putas hic & hic est homo; quare cum aliquis percusserit hunc & hunc, percutiet hominem & nõ homines. Aut rursum quorum hæc sunt quidem bona, illa autem non bona, omnia hæc bona, an non bona? nam utrumuis dixerit, est quidem ut aut redargutionẽ, aut falsum apparens uideatur facere, nam dicere eorum quæ non sunt bona aliquid esse bonũ, aut eorũ quę bona sunt non bonum, falsum. Quandoq; autem assumptis quibusdam, redargutio etiam fiet uera, ut si quis concedat similiter & unum & plura dicat alba, & nuda, & cœca, nam si cœcum est quod nõ habet uisum, natum tamen habere, & cœca erunt quæ non habent uisum, nata autem habere, quando igitur hoc quidem habet uisum, illud autem non habet, ambo erunt uel uidentia, uel cœca quod est impossibile.

Omnes Sophisticas redargutiones in ignorantiam redargutionis reuocatum iri. Cap. V.

AVtigitur sic diuidendum apparẽtes syllogismos, & redargutiones, aut omnes reducendum ad redargutionis ignorantiam, ijs qui hanc principium facium̃t, fieri enim potest, ut omnes resoluamus dictos modos ad redargutionis definitionem. Primum quidem si incollectiles fuerint, oportet eũ ex ijs quę posita sunt, accidere cõclusionem, & (ut ita dicam) ex necessitate, atque non apparere. Deinde & secundum partes definitionis, nam earum quæ sunt in dictione, hæ quidem sunt propter duplex, ut æquiuocatio & oratio, & similis figura, contrarium enim id, omnia, ut & illud quippiam significare. Compositio autem, & diuisio, & accentus, eo quòd non eadem est oratio, aut nomen quod differẽs, oportebat autem & id esse quemadmodũ & rem eandẽ, si debebat redargutio, uel syllogismus esse, ut si tunica, nõ uestis syllogizet, sed tunica, nã uerũ est & illud, sed nõ syllogizatum est, sed adhuc interrogatione indiget, ꝙd idẽ significat ad eũ qui quærit propter ꝙd. Quæ uero secundũ accidens definito syllogismo manifestæ fiunt, nam eãdem definitionem oportet syllogismi & redargutionis fieri, attamen & adiũgere cõtradictionẽ, nã redargutio syllogismus est cõtradictionis, si igitur nõ est syllogismus accidentis, nõ fit redargutio, nõ enim si cũ hæc sint, necesse est illud esse, id autẽ est album esse propter syllogismũ, neq; si triangulus duobus rectis tres angulos habet æquales, & accidit ei figurã esse, uel primũ, uel principiũ, ꝙd figura, uel primũ, uel principiũ tale est, nam non quatenus figura, uel primũ, uel principiũ, sed quatenus triangulus demonstratio, similiter & in alijs. Quare si redargutio syllogismus quidam, non erit quæ secundum accidens redargutio. Verum propter hoc & artifices & omnino sciẽtes ab insciis redarguunt̃, nam secundum accidens syllogismos faciunt cõtra sapientes, qui uero non possunt diuidere, aut interrogati concedunt, aut cum nõ dant, arbitrant̃ dedisse. Quæ uero propter id quod aliquo modo, & simpliciter, quoniam non de eodem affirmatio & negatio est, nam aliquo modo albi, aliquo modo non album, & simpliciter albi, simpliciter non album, negatio est, si igitur cum datur aliquo modo esse album, quis ut simpliciter dictum accipit, non facit redargu-

tionem,apparet autem propter ignorantiam ipſius,quid eſt redargutio.Manifeſtiſ ſimè autem omnium, quæ prius dictæ ſunt propter redargutionis definitionem,qua re & ſic nuncupatæ ſunt,tam propter orationis omiſſionem phantaſia fit,& diuiſis hoc pacto,commune in omnibus his ponendum eſt orationis omiſſio. Quæ uero propter id quod ſumitur,quod erat in principio,& non cauſa ut cauſa ponitur, manifeſtæ ſunt per definitionem,nam oportet cõcluſionem accidere eo quòd hęc ſunt, quod non erat in nõ cauſis,& rurſum non connumerato eo quòd erat in principio, quod non habent eæ quæ ſunt propter petitionem eius quod in principio. Quæ uero propter conſequens particula ſunt accidentis,nam conſequens accidit,differt autem ab accidente,quoniam accidens quidem eſt in uno ſolo ſumere,ut idem eſſe ſtuum,& mel,& album,& cygnum,quod autem propter conſequens, ſemper in pluribus,nam quæ uni & eidem ſunt eadem,& ſibi inuicem poſtulantur eſſe eadem,propter quod ſit ea quæ propter conſequens redargutio,eſt autem non omnino uerum, ut ſi ſit album ſecundum accidens,nam & nix & cygnus albo idem, aut rurſum in Meliſſi oratione idem eſſe accipit factum eſſe,& principium habere,aut æqualia fieri,& eandem magnitudinem accipere. Quoniam enim principium habet quod factum eſt,& quod habet principium,factum eſſe poſtulat, tanquam ambo eadẽ ſint, eo quòd principium habent factum eſſe & finitum. Similiter autẽ & in ijs quę æqualia facta ſunt,ſi eandem magnitudinem,& unam ſumentia æqualia fiunt,& quę æqualia facta ſunt,eandem et unam magnitudinem ſumunt,quare cõſequens ſumit,quod igitur propter accidens redargutio,in ignorantia redargutionis eſt,manifeſtum,et quod ea quæ eſt, eſt propter conſequens,inſpiciendum autem eſt id & alias. Quæ uero propter id quod eſt plures interrogationes ut unam facere,in eo ſunt quod nõ enucleamus,ſiue nõ diuidimus propoſitionis orationem, nam propoſitio unum de uno eſt,nã idẽ terminus unius ſolius rei,& ſimpliciter rei,ut hominis,& unius ſolius hominis,ſimiliter autem & in alijs.Si igitur una propoſitio eſt,quæ unum de uno poſtulat,& ſimpliciter erit propoſitio talis,interrogatio. At qui quoniam ſyllogiſmus ex propoſitionibus eſt,redargutio autem ſyllogiſmus,& redargutio erit ex propoſitionibus,ſi igitur propoſitio unum de uno, manifeſtum quoniam & hæc in redargutionis ignorantia,nam apparet eſſe propoſitio,quæ non eſt propoſitio. Si itaq; dedit reſponſionem ut ad unam interrogationem,erit redargutio, ſi autem non dederit,ſed apparet,apparens redargutio. Quare omnes loci cadunt in redargutionis ignorantiam, qui quidem dicti ſunt propter dictionem, quia eſt apparens contradictio, quod erat proprium redargutionis, alij autem propter ſyllogiſmi terminum.

Cauſæ deceptionum, captionum Sophiſticarum. Cap. VI.

DEceptio autem fit in ijs quidem,quæ propter æquiuocationem, & orationem,eo quòd non poteſt quis diuidere id quod multipliciter dicitur, tam quædam non eſt promptum diuidere,ut unum,& ens,& idem, In ijs autẽ quæ ſunt propter compoſitionem, & diuiſionem, eo quòd nihil putatur differre compoſita & diuiſa oratio,ceu euenit in plurimis. Similiter autem & in quæ ſunt propter accentum,non enim aliud uidetur ſignificare intenſa, & remiſſa oratio in aliquo,aut non in pluribus. Earum uero quæ ſunt propter figuram,ob ſimilitudinem dictionis,difficile eſt enim diuidere,quæ ſimiliter, & quæ aliter dicuntur, nam fermè qui hoc poteſt facere in procinctu eſt,ut uideat uerum, maximè aũt ſciet innuere,q̃d omne quod de aliquo prædicat, arbitramur idipſum aliquid eſſe, & ut unum intelligimus,nam unum,& ſubſtantiam maximè uidetur ſequi id, quod eſt aliquid,et ens.Quare in ijs quę ſunt,ꝓpter dictionẽ hic locus ponẽdus,primũ quidẽ magis deceptio aggignit in ijs,qui cũ alijs cõſiderãt,quàm qui per ſeipſos, nã ea quæ ab alio eſt conſideratio,per orationẽ eſt,quæ aũt per ſeipſos, nõ minus per ipſam rem.

Deinde

Deinde & per ſeipſos decipi accidit,quãdo in oratione facit conſiderationem, præterea deceptio quidem ex ſimilitudine,ſimilitudo autem ex dictione. In ijs autem quæ ſunt propter accidens,eo quòd non poteſt diſjudicare idem & diuerſum, & unũ & multa,neque quibus prædicatorum omnia hæc & rei accidunt. Similiter autem & in ijs quæ propter conſequens ſunt,pars enim quædam accidentis, eſt conſequẽs. Amplius,& in multis apparet,& poſtulatur hoc pacto,ſi hoc ab illo non ſeparatur, nec ab altero ſeparatur alterum. In ijs uero quæ ſunt propter omiſſionem orationis,& in ijs quæ ſunt propter id quod aliquo modo & ſimpliciter, eo quòd propter parum, deceptio eſt. Nam quaſi nihil conſignificet quid aut aliquo modo, aut ſimpliciter,aut alicubi, aut nunc, uniuerſaliter concedimus. Similiter autem & in ijs quæ quod in principio eſt ſumunt,& in non cauſis,& quæcunque plures interrogationes ut unam faciunt, in omnibus enim his eſt deceptio, ob id quod propter parum, nam non exactè diſcernimus, neque propoſitionis,neque ſyllogiſmi terminum,propter prædictam cauſam.

Ex quibus locis captiones falſi. Cap. VII.

QVoniam autem habemus propter quæcunque fiunt apparentes ſyllogiſmi,habemus & propter quęcunque fiunt Sophiſtici ſyllogiſmi,et redargutiones,dico autem Sophiſticam redargutionem, & ſyllogiſmum, non ſolum apparentem ſyllogiſmum,aut redargutionem non exiſtentem quidẽ, ſed & exiſtentem quidem, at apparenter accommodatam rei. Sunt autem illæ,quæ non ſecundum rem redarguunt, & quæ monſtrant ignorantes, quod quidem erat proprium tentatiuæ. Eſt autem tentatiua, pars dialecticæ, illa autem poteſt ſyllogizare falſum,propter ignorantiam eius qui dat orationem. Sophiſticæ autem redargutiones tametſi colligant contradictionem,non faciunt manifeſtum,ſi ignorat,nam & ſcientem impediũt hiſce orationibus. Quod autem illas habeamus, hac uia manifeſtum eſt, nam propter quæcunque apparet audientibus ut interroganti ſyllogizare,propter hæc & reſpondenti utique uideatur, quare erunt ſyllogiſmi falſi per hæc aut omnia, aut aliqua,nam quod non interrogatus arbitratur dediſſe,et interrogatus quoque ponet. Verum in quibuſdam ſimul accidit & interrogare quod deeſt,& apparere falſum,ut in ijs quæ ſunt ſecundum dictionem,& ſoloœciſmum. Si ergo ſyllogiſmi contradictionis propter apparentem redargutionem ſunt, manifeſtum eſt quod propter tot erunt & falſorum ſyllogiſmi,propter quot & apparens redargutio,apparens autem propter particulas ueri, nam cum quodcunq; defuerit, apparebit redargutio,ut quod propter non accidens,propter orationem, quæ ad impoſſibile,& quę duas interrogationes ut unam facit,propter propoſitionem,et pro eo quòd per ſe,quod propter accidens,& huius particula, quod propter conſequẽs. Amplius,non in re,ſed in oratione accidere, deinde pro uniuerſali contradictione, & ſecundum idem,& ad idem,& ſimiliter,propter id quod in aliquo, uel propter unumquodque horum peccat. Amplius, propter id quod eſt non connumerato eo quod in principio, quod in principio ſumere. Quare habemus ſecundum quot fiunt captioſæ ratiocinationes,nam ſecundũ plura non erunt,ſecundum autẽ ea quæ dicta ſunt erunt omnes. Eſt autem Sophiſtica redargutio non ſimpliciter redargutio,ſed ad aliquem, & ſyllogiſmus ſimiliter. Nam ſi non ſumat id quidem quod eſt propter æquiuocum unum ſignificare,& quod propter ſimilitudinis figuram ſolum hoc quidem,& in alijs ſimiliter,neque ſyllogiſmi, neque redargutiones erunt,neque ſimpliciter,neque ad eum qui interrogatur,ſi autem ſumant,ad eum qui interrogatur erunt,ſimpliciter autem non erunt,non enim unum ſignificatum ſumpſerunt,ſed apparens,& apud illum quidem.

De ueris,& falsis redargutionibus. Cap. VIII.

PRopter quæcunque autem redarguunt qui redargutionibus utuntur, non oportet tentare sumere sine omnium quæ sunt scientia, id autem non uniuersis, nam infinitæ fortasse sunt scientiæ, quare manifestum, quoniam & demõstrationes, redargutiones quidem sunt, & ueræ, nam quæcunque est demonstrare, est & redarguere eum, qui ponet contradictionem ueri, ut si commensurabilem diametrum posuerit, redarguet quis demonstratione, quod incommensurabilis, quare omnium oportebit esse scium, nam aliæ quidem sequuntur propter ea quæ in Geometria sunt principia, & eorum conclusiones, alię autẽ propter ea quæ sunt in Medicina, aliæ denique propter illa quæ sunt aliarum disciplinarum. Sed & falsæ redargutiones similiter infinitæ erunt. Nam secundum unamquamq; artem est falsus syllogismus, ut secundum Geometriam, geometricus, & secũdum Medicinã, medicinalis, dico autem secundum artem, secundum illius principia. Manifestum est igitur quod non omnium redargutionum, sed earum quæ sunt secundum Dialecticam, sumendi sunt loci. Nam ij communes sunt ad omnem artem et potentiam & eam quidem quæ est secundum unamquamque disciplinam redargutionem, scientis est considerare siue cum non est, apparet, siue cum est, & quare est, eam autem quę ex communibus est, & sub nulla arte cadens, Dialecticorum, nam si habemus ex quibus probabiles syllogismi in quolibet, habebimus ex quibus redargutiones, redargutio namq; est syllogismus contradictionis, quare aut unus, aut duo syllogismi contradictionis, redargutio est. Habemus igitur propter quæcunque omnes huiusmodi sunt, si autem hæc habemus, & solutiones habemus, nam illarum instantiæ, solutiones sunt. Habemus autem propter quæcunque & apparentes fiunt, apparentes autem non cuilibet, sed talibus, infinita enim sunt, si quis consideret illa, secundum quę cunq; apparent quibus libet. Quare manifestum est, quoniam Dialectici est posse sumere propter quæcunq; fit per communia, uel quæ est redargutio, uel quæ apparet redargutio, uel dialectica, uel apparens dialectica, uel tentatiua.

Orationes ad nomen, & ad intellectum non bene diduci. Cap. IX.

NOn est autem differẽtia orationum quam quidam dicunt esse, has quidem ad nomen, illas uero ad intellectum. Inconueniens enim est opinari alias quidem esse ad nomen orationes, diuersas uero ad intellectum & non easdem. Quid enim est non ad intellectum, nisi quando non utitur nomine (qui putat interrogare) eo & ad quod is qui interrogatus dedit? idem autem id est et ad nomen. Et ad intellectum autem, quando ad quod dedit intelligens. Si autem aliquis (plura significante nomini) unum putet significare, & interrogans, & interrogatus (ut forte ens & unum plura significat, sed & respondens & interrogãs Zenonem unum putans esse interrogauit, & est oratio quod unum, omnia) hæc ad nomen est, aut ad intellectũ interrogantis disputata. Si uero aliquis multa putet significare, manifestum, quod oratio illa non est ad intellectum. Primum igitur circa huiusmodi orationes, est ad nomen, & ad intellectum, quæcunq; plura significant, deinde circa quæmlibet est, non in oratione est ad intellectum esse, sed in eo quòd respõdens se habet aliquo modo ad ea quæ dantur, deinde ad nomen contingit omnes eas esse, nam esse ad nomen, hoc in loco, est esse non ad intellectum suum, si non omnes, erunt quędam aliæ quæ neque ad nomen, neq; ad intellectum, illi uero dicunt omnes, & diuidunt uel ad nomen, uel ad intellectum esse omnes, alias autem non. Attamẽ quicunq; sunt syllogismi propter id quod multipliciter, horum aliqui sunt secundum nomẽ, nam absurdè dicatur secundum nomen esse omnes, qui sunt propter dictionem, sed sunt quędam captiones non in eo quòd respõdens ad eas se habeat aliquo modo, sed quia

quia talem interrogationem oratio ipsa habeat, quæ plura significet. Et omnino inconueniens est de redargutione disserere, & non prius de syllogismo, nam redargutio syllogismus est, quare oportet & de syllogismo prius, quàm de falsa redargutione, nam talis redargutio, apparens syllogismus contradictionis. Quare aut in syllogismo erit causa, aut in contradictione (nam adiungere oportet contradictionem) quandoq; autem in utroq; erit apparens redargutio, est autem de eo quòd est silentia dicere, in contradictione, non syllogismo. De eo autem quod est quod non habet aliquis dare, in utrisq;, de eo uero quod est quod Homeri poëma est figura, per circulũ in syllogismo, quæ autem in neutro est, uerus est syllogismus. Verum unde sermo prouenit reuertamur, utrum quæ in disciplinis sunt orationes ad intellectum sint, an non? & si cui uidetur plura significare triangulus, & dedit non ut eam figurã de qua concludebat quoniam duo recti, utrum ad intellectum illius disputauit hic, an non? amplius si plura quidem significat nomen, ille autem non intelligit, neque putat quo modo is non ad intellectum disputat? aut quomodo oportet interrogare eum, qui non dat diuisionem? siue interroget aliquis si est silentia dicere an non? an est quidẽ ut non, an est ut sic? si autem dat aliquis nullo modo, ille autem disputat, utrum non ad intellectum disputat, quamuis oratio uideatur earum esse quæ ad nomen sunt? Non igitur est genus aliquod orationum ad intellectum, sed illæ quidem ad nomen sunt, & huiusmodi, non omnes, non quod redargutiones, sed neque apparentes redargutiones, nam sunt & non propter dictionem apparentes redargutiones, ut quæ propter accidens, & reliquæ. Si autem postulet diuidendum, quod dico quidem silentia dicere, hæc autem sic, illa uero non sic, id profecto primum, absurdum postulare, nam quandoque non uidetur interrogatum multipliciter se habere, atqui impossibile est diuidere, qui non putat. Deinde docere, quid aliud erit? manifestũ enim faciet quonam pacto se habet, ei, qui neq; considerat, neque scit, neque opinatur quod aliter dicitur, quia & in nõ duplicibus quid prohibet hoc facere, ut putas æquales sunt unitates binarijs, in quaternarijs? sunt autem hi binarij quidem inexistentes, illi autem non sic, & putas contrariorum una est disciplina an non? sunt autem contraria hæc quidem nota, illa autem ignota, quare uidetur ignorare qui hoc postulat, quod aliud est docere quàm disputare, & quod oportet quidem docentem non interrogare, sed eum manifesta facere, illum autem interrogare.

De interrogatione tentatiuæ, & quid inter contentiosum, sophisticumq; interfit. Cap. X.

AMplius affirmare, uel negare qui postulat, id non monstrantis est, sed experimentum sumentis, nam tentatiua, Dialectica quædam est, quapropter de omnibus inspicit, & explorat non scientem, sed ignorantem, atque simulantem. Qui igitur secundum rem considerat communia, Dialecticus est, qui autem id apparenter facit, Sophisticus. Et syllogismus contentiosus, & Sophisticus, unus quidem est apparens syllogismus, circa ea de quibus Dialectica tẽtatiua est, quamuis uera sit conclusio, nam eius quod est propter quid, hallucinatorius est, & quæcunque (cum non sint) secundum cuiusque disciplinam captiosæ ratiocinationes, uidentur esse secundum artem. Nam pseudographiæ non contentiosæ (secundũ enim ea quæ sub arte sunt, captiosæ sunt ratiocinationes) neque si aliqua est pseudographia circa uerum, ut Hippocratis quadratura quæ per lunulas, sed ut Bryso quadrauit circulum, & tametsi quadraretur circulus, quia tamen non secundum rem, ideo Sophisticus, quare & qui de his quidem apparens syllogismus, contentiosa est oratio, nam apparens est secundum rem, quare fallax & iniusta. Quemadmodum enim ea (quæ in certamine est) iniuria, quãdam speciem habet, & est quædam iniusta pugna, sic in contradictione, iniusta pugna contentiosa est, nam & illic qui omnino

uincere uolunt, omnia tentant, & hic qui contentiosi sunt. Qui igitur uictoriæ ipsius gratia, tales sunt, contentiosi homines, & litium amatores uidentur esse, qui autem gloriæ gratia quæ in diuitijs est, sophistici sunt, nam sophistice est (ut diximus) pecuniarum quædam aucupatiua ab apparente sapientia, quapropter demonstrationem apparentem appetunt. Et in eisdem orationibus quidem sunt litium amatores & sophistæ, sed non propter eadem, & oratio quidem eadem erit sophistica et contentiosa, sed non propter idem, sed quatenus quidem est ob uictoriam apparentem, contentiosa, quatenus uero est ob sapientiam, sophistica, nam sophistice est quedam apparens sapientia, non autem existens. Contentiosa uero est quodam modo sic se habens ad Dialecticam, ut Pseudographa ad Geometricam, nam ex eisdē contentiosa, differēdi modo, captiose decipit, ut et pseudographa geometrice sed hæc quidē non contentiosa, quia ex principijs & cōclusionibus, quæ sunt sub arte pseudographiā facit, quæ aūt ex ijs est, quę sunt sub Dialectica, circa alia quidē contentiosam est, manifestū est, utquadratura quidē quę per lunulas, nō cōtentiosa: Bryssonis aūt contentiosa, et illā quidē nō est transferre nisi ad Geometriā solū eo quòd ex propriis sit principijs, hanc autem ad plures quicunque nesciunt quid est possibile in unoquoq; & quid impossibile, nam accommodabitur, aut ut Antiphon quadrauit, uel si quis non dicat melius esse posit cœnam deambulare per Zenonis rationem, non medicinalis, communis enim est. Si ergo omnino similiter se habeat contentiosa ad Dialecticam, ut Pseudographa ad Geometriam, non ex illis utiq; erit contentiosa.

Orationes dialecticorum, tentatiuorumq;, non esse ad determinatum genus. Cap. XI.

NVnc autem non est dialecticus circa genus aliquid determinatum, neque demonstratiuus ullius, neque talis qualis uniuersalis, nam neque omnia sunt in uno aliquo genere, neque si sint, possibile erit sub eisdem principijs esse, ea quæ sunt. Quare & nulla ars earum quæ aliquam naturam monstrant, interrogatiua est, nam non possibile est utramuis partium dare. Syllogismus enim non fit ex utrisque, dialectica autem interrogatiua est (si autē monstraret, quid illud, nisi & omnia?) ueruntamen prima, peculiariaq; principia non interrogat, nam si non daret, non iam haberet, ex quibus amplius disputaret ad instantiam. Talis autem est tentatiua, nam tentatiua non talis est, qualis est Geometria, sed qualem utiq; haberet, non sciens aliquis, fieri enim potest ut periculum sumat, et is qui nescit rem, de eo qui nescit, siquidem & dat non ex quibus scit, neque ex propriis, sed ex consequentibus, quæ omnia talia sunt quæ scientem quidem, nihil prohibet nescire artem, nescientem autem necesse est ignorare, quare manifestum quoniam nullius determinati tentatiua disciplina est, eo quòd de omnibus est, nam omnes artes utuntur quibusdam communibus. Ideoq; omnes illiterati quodam modo utuntur dialectica, & tentatiua. Nam omnes usque ad aliquid conantur dijudicare eos qui pronunciant, hæc autem sunt communia, nam illa nihil minus sciunt ipsi, quamuis uideantur longè extra dicere. Redarguunt igitur omnes, nam sine arte quidem eo participant, cuius artificialiter est dialectica, & arte syllogistica, tentatiuus, dialecticus. Quoniam autem sunt multa quidem hæc & de omnibus, nō talia autem ut natura quædam sint, & genus, sed ut negationes, alia autem non talia, sed propria sunt, ex illis de omnibus experimentum possibile est sumere, & artem esse quandam, & non talem esse quales quæ demōstrant, eo quòd contentiosus non est omnino sic se habens, ut pseudographus, nam non erit captiosus ex determinati cuiuspiam generis principijs, sed circa omne genus erit is qui contentiosus. Loci igitur sophisticarum redargutionū hi sunt,

hi sunt, & quod Dialectici est considerare de his, & res eas posse facere, non difficile uidere, nam quæ circa propositiones est disciplina, omnem habet hanc speculationem, & de redargutionibus quidem apparentibus, dictum est.

Loci sophistici interrogantium ad falsum, aut inopinabile. Cap. XII.

DE aliquo est falsum quippiam ostendere, & oratione ad inopinabile ducere. Hoc autem fuit secundum propositum sophisticę intentionis, primum quidem ex eo quòd interrogat quodam modo, & per interrogationem accidit maximè, nam id, ad nullum determinatum interrogare propositum, uenatiuum est illorum, temere namque dicentes, peccant magis, temere autem dicunt, quando nihil habent propositum. Et id interrogare multa (quamuis id determinatum sit ad quod disputant) & id ea quæ uidentur, dicere se posse, facit quandam idoneitatem, ut ad inopinabile ducat, aut falsum. Et si interrogatus affirmet, aut neget illorum aliquid, ducere ad ea ad quæ promptus est argumentari, potest tamen nunc minus nocere per hæc quàm prius, nam repetūt aliquid ad id quod in principio. Elementum autem deueniendi ad falsum aliquod, aut inopinabile, nullam statim interrogare positionem, sed affirmare ob idse interrogare, quod discere uelit, nā locum argumentationis, consideratio facit. Ad falsum autem ostendendum prius locus sophisticus est, ducere ad talia, ad quæ abundat orationibus, est autem bene, & non bene id facere, quemadmodum dictum est prius. Rursum ut ad inopinabilia ducat, considerare ex quo genere est qui disputat, deinde interrogare quod plurib⁹ illi dicunt inopinabile, est enim singulis quibusque aliquid tale. Elementum autem horum sumere singulorumq; quorumque positiones in propositionibus. Solutio uero & horum competens fertur, ostendere quod non propter orationem accidit inopinabile, semper autem id quoq; uult qui contendit. Amplius autem ex uolūtatibus & manifestis opinionibus, nam non eadem uolunt, & dicunt, sed dicunt quidem decoratissimas orationes, uolunt autem ea quæ uidentur prodesse, ut bene mori magis quàm uoluptuose uiuere dicunt oportere, & agere iustè magis quàm diuitijs affluere praue, uolunt autem contraria. Eum igitur qui dicit secundum uoluntates, ad has manifestas opiniones ducendum, eum uero qui dicit secundum has, ad abconsas, utrouis enim modo necessarium est inopinabilia dicere, nam aut ad manifestas, aut immanifestas opiniones dicunt contraria. Plurimus autem est locus faciendi inopinabilia dicere, quemadmodum Callicles in Gorgia scriptus est, dicens, & ueteres autem omnes arbitrati sunt accidere propter id quod secundum naturam & secundum legem contraria, contraria enim esse naturam & legem dicunt, & iustitiā secundum legem quidem esse bonum, secundum autem naturā nō bonum, oportet igitur ad eum quidem qui dicit secundum naturam, secundum legem obuiare, ad eū uero qui secundum legem, ad naturam ducere, nam utroq; modo dicere contingit in opinabilia, erit autem quod secundum naturam quidem ipsis uerum, secundum autem legem quod multitudini uidetur, quare manifestum quod & illi, quemadmodū & qui nunc, aut redarguere, aut inopinabilia dicere respondentem, conabantur efficere. Quædam autem interrogationum, habent utrinq; inopinabilem responsionem, ut utrum sapientibus, an patri oporteat obedire, & expedientia facere, an iusta, & an iniuriam pati eligibilius quàm nocere. Oportet autem ducere ad ea quæ multitudini, & sapiētibus sunt cōtraria, nā si dicat aliqs ut ij qui circa orationes, ad ea quę multitudini, si aūt ut multi ad ea quę ijs q in oratione. Dicūt enim hi quidē ex necessitate beatū iustū esse, multitudini aūt inopinabile est regē infelicē esse. Est autē ad ea quę sic sunt, inopinabilia ducere, idē ei q̄d est ad eā quę est secundū naturā, & secundum legē contrarietatē, ducere, nam ex opinio multitudinis, sapientes aūt secundū naturam, & ueritatem dicunt, & inopinabilia quidem, ex his oportet quærere locis.

De captionibus nugationis & ſolœciſmi. Cap. XIII.

DE eo quidem quod eſt facere nugari, quidnam dicimus nugari, iam mõſtrauimus, omnes autem tales orationes id uolunt efficere, ſi nihil referat nomen & orationem dicere, duplum autem, & duplum dimidij idem eſt, ſi igitur duplum eſt, dimidij duplum, erit dimidij, dimidij duplum, & rurſum ſi pro duplo, duplum dimidij ponatur, ter erit dictum dimidij dimidij dimidij duplũ. Et putas eſt concupiſcentia delectationis; hæc autem eſt appetitus delectationis, eſt igitur concupiſcentia appetitus delectationis delectationis. Sunt autem omnes huiuſmodi orationum in ijs quæ ſunt ad aliquid, quæcunque non ſolum genera, ſed & ipſa ad aliquid dicuntur, & ad idem & unum aſſignatur, ut appetitus, alicuius appetitus, & concupiſcentia, alicuius concupiſcentia, & duplum alicuius duplum, & duplum, dimidij, & in quibuſcunque quæ (cum ſubſtantia non ſint) ad aliquid omnino eorum ſunt, quorum ſunt habitus, aut affectus, aut aliquid huiuſmodi, in oratione ipſorum de illis prædicatorum declaratur, ut impar eſt numerus medium habens, eſt autem numerus, impar, eſt igitur numerus, numerus medium habens. Et ſi ſimũ, cauitas naris eſt, eſt autem naris ſima, erit ergo naris, naris caua. Apparent autem facere non facientes quandoque, eo quòd nõ interrogant ſi ſignificet aliquid per ſe dictum duplum, an nihil, & ſi aliquid ſignificat, utrum idem an diuerſum, ſed concluſionem dicunt ſtatim, & apparet propter nomen idem, eſſe idem, & ſignificare. Solœciſmus autem quale quid eſt, dictum eſt prius, eſt autem & hoc facere, & non facientem uideri, & facientem non uideri, quemadmodum Leuinus dixit, ſi Venus maſculinum eſt, nam qui dicit almam, ſolœciſmum quidem facit ſecundum illum, non apparet autem alnꝰ, qui autem almum, apparet autem, ſed non facit ſolœciſmũ. Manifeſtum igitur quoniam & ars quædam hoc poteſt facere, eo quòd multę orationes non colligentes, ſolœciſmum uidentur colligere, ut & in redargutionibus. Sunt autem omnes penè apparentes ſolœciſmi propter hoc, & quando caſus neq; maſculinum, neq; fœmininum ſignificat, ſed neutrum, nam hic quidem maſculinum ſignificat, hæc autem fœmininum, hoc uero neutrum uult ſignificare, ſæpe autem ſignificat & illa utraq;, ut quid eſt hoc? Calliope, lignum, Coriſcus. Maſculini igitur & fœminini differunt caſus omnes, neutri hi quidem, illi autem non, cum datur igitur hoc ſæpè colligunt quaſi dictum ſit hunc, ſimiliter autem & alium caſum pro alio ponũt. Captioſa autem ratiocinatio fit eo quòd hoc commune ſit plurium caſuũ, nam hoc ſignificat quandoque hic, quandoque autem hunc, oportet autem uiciſſim ſignificare, cum eſt quidem, hic, cum eſſe autem, hunc, ut eſt Coriſcus, eſſe Coriſcum, & in fœmininis nominibus ſimiliter, nam in omnibus ſimiliter eſt, & eſſe, facient differẽtiã. Et quodammodo in his ſimilis eſt ſolœciſmus ijs redargutionibus, quę propter id ꝙd non ſimilia, aut propter figuram, ſimiliter dicũtur, nam quemadmodũ illic in rebus, ſic hic in nominibus accidit ſolœciſmum facere, nam homo, & albũ, & res, & nomẽ eſt, manifeſtũ igitẽ quoniam ſolœciſmum tentandũ eſt ex dictis caſibus colligere. Species igitẽ ſunt hæ contentioſarũ orationũ, & partes ſpecierum, & modi qui dicti ſunt.

De occultatione ſophiſtica, & contra moleſtè reſpondentes. Cap. XIIII.

DIffert autem non parum ſi ordinentur quodam modo ea quæ ad interrogationem ſunt, ut lateat quemadmodum in dialecticis, deinceps igitur ex ijs quæ dicta ſunt, hæc primũ dicenda. Eſt autẽ ad redarguendũ, unũ quidem plixitas, nã difficile ſimul multa conſpicere. Ad plixitatẽ uero quę adducũtur elemẽtis, utendũ. Vnũ quidẽ feſtinatio, nã tardiores minus prę uidẽt, amplius aũt ira et cõtẽtio, nã cõturbati minus poſſunt obſeruare omnes. Elemẽta aũt, ira. Manifeſtum

feſtum quoq; eũ facere qui uult iuſtè agere, & circa omnia impudentẽ eſſe. Amplius, permutatim interrogationes ponere, ſiue ad idẽ plures habeat aliquis orationes, ſiue & quòd ſic, & quòd non ſic, ſimul enim accidit aut ad plura, aut ad contraria facere obſeruationẽ. Omnino aũt omnia, quæ ad occultãdũ dicta ſunt prius, utilia etiã ad contentioſas orationes, nam occultatio latendi gratia eſt, latere autem deceptionis. Ad eos autem qui renuunt quæcunq; opinantur eſſe ad orationem, ex negatione interrogandum ceu cõtrarium uelit, aut etiam ex æquo interrogationem facere, nam cum dubium eſt, quod uult ſumere, minus inſoleſcunt. Et quando in partibus dederit quiſpiam ſingula inducenti, uniuerſale ſæpè non interrogãdum eſt, ſed ut dato utendum, nam quandoq; putant & ipſi dediſſe, & audictibus quoq; apparet propter inductionis memoriã, ueluti perinde atq; non interrogauerit uanè. Et in quibus non nomine ſignificatur uniuerſale, ſimilitudine tamen utendum eſt ad id quod expedit, nam latet ſimilitudo plerũq;. Et ad ſumendum propoſitionem, contrariũ, oportet comparando interrogare, ut ſi debeat ſumere quoniam oportet per omnia patri obedire, utrum per omnia oporteat obedire parentibus, an per omnia nõ obedire? & ſæpè id, utrum multa concedendum, an pauca; magis enim ſi neceſſe, uidebuntur eſſe multa; appoſitis enim iuxta ſe contrarijs, minora & maiora apparent, & peiora & meliora hominibus. Valde autem & ſæpe facit uideri redargui, maxime ſophiſtica calumnia interrogantium, cum nihil colligentes non interrogationẽ faciunt id quod eſt ultimum, ſed concludenter dicunt ueluti colligentes, non igitur hoc & hoc. Sophiſticum autem eſt & cum ponitur inopinabile, quod apparet poſtulare reſpõdere, propoſito eo quod uidetur ex principio, & interrogationem talium ſic facere utrum tibi uideturꝰ nam neceſſe eſt ſi ſit interrogatio ex quibus ſyllogiſmus, aut redargutionem, aut inopinabile fieri, cum dat quidem, redargutionem, cũ autem non dat, neq; dare uidetur, fatetur inopinabile, cum uero non dat, uideri autẽ fatetur, redargutionis ſimile. Amplius, quemadmodum in Rhetoricis, & in redargutionibus ſimiliter contrarietates conſiderãdum, aut ad eas quæ ab eodem ſunt dictę, aut ad eos quos confitetur bene dicere, aut agere. Amplius, ad eos qui uidentẽ tales, aut ad ſimiles, aut ad plurimos, aut ad omnes. Quemadmodum autem reſpondentes ſæpe cum redarguuntur faciunt duplex, ſi debeat accidere redargutio, & interrogationibus utendum quandoq; illo, contra inſtantes, ſi ſic quidẽ accidat, ſic autem non, quoniam ſi ſumpſerit, ut facit Cleophon in Mandrobulo, oporteret etiã abſtrahentes ab oratione reliqua argumentorum diuidere, & reſpondenti (ſi præſenſerit) prius inſtare, & prædicere. Argumentandum autem quandoq; & ad aliud ab eo quod dictum eſt, illud ſumentibus, ſi non ad id quod propoſitum eſt habeat aliquis argumentari, quod Lycophron fecit dum propoſitum eſſet, ex arte lyrã cõmendare. Ad eos autem qui exigunt ad aliquid argumentari, poſtquã uidetur oportere aſſignare cauſam. Dictis autem quibuſdam obſeruabilibus quod uniuerſaliter accidit in redargutionibus, ut dicat contradictionem, ut quod affirmauit negare, aut quod negauit affirmare, ſed non quod contrariorum eſt eadem diſciplina, uel non eadem, non oportet autem concluſionem ut propoſitionem interrogare, quędam autem neq; interrogandum eſt, ſed ut conceſſis utendum. Ex quibus igitẽ interrogationes, & quomodo interrogandum in concertatorijs exercitationibus, dictum eſt.

Primi libri Elenchorum Sophiſticorum Ariſtotelis Finis.

SECVNDI ELENCHORVM SOPHISTICORVM ARISTOTELIS

LIBRI, DE VTILITATE COGNOSCENDI SOphisticas orationes,& apparatu ad eas diluendas. Cap. I.

DE responsione autem, & quomodo oportet soluere, & quid, & ad quam utilitatem orationes huiusmodi prosunt, post hęc dicendum. Vtiles ergo sunt ad Philosophiã propter duo. Primum quidẽ quia ea quæ ut plurimum propter dictionem fiunt, melius se habere faciunt ad id, quotupliciter quodq; dicitur, & ea quę similiter, & quæ aliter in rebus accidunt, & in nominibus. Secundum aũtẽ ad eas quæ per seipsum inquisitiones fiunt, nam qui ab alio facilè captiosè fallitur, & id non sentit, & ipse quoq; à se id patitur persępe. Tertium uero, & reliquum adhuc, ad gloriam, eo quòd circa omnia exercitatus esse uidebitur, & in nullo se inexpertè habere, nam si is qui in orationibus est consocius, orationes uituperat, cum nihil habeat ꝺd determinet de uitiositate earum, dat suspitionem quòd uideri uelit insolescere, non quia uerum sit, sed propter imperitiam. Respondentibus autem, quomodo obsistendum sit aduersum huiusmodi orationes, manifestum, si quidem rectè dicimus prius ex quibus sunt captiosæ ratiocinationes, & si (quæ inquirẽdæ sunt) superabundantias sufficienter diuisimus. Non est autem idem sumentem orationem uidere, & soluere uitiositatem, & interroganti posse occurrere celeriter. Nam quòd scimus, sæpè transpositum ignoramus. Amplius autem quemadmodum in aliis, id ꝺd citius & tardius, ex exercitatione sit magis, sic & in orationibus se habet, quare si manifestum quidem sit nobis, immediati autẽ simus, priuamur oportunitatibus frequenter. Accidit autem quandoq; sicut in linearum descriptionibus, nam & illic soluentes quandoq; componere uerum non possumus, sic & in redargutionibus, nam scientes propter quid orationem accidit connectere, soluere tamen orationem impotes sumus.

De apparenti solutione respondentis. Cap. II.

PRimum igitur quemadmodum syllogizare dicimus, opinabiliter quandoque magis quàm uerè, eligere oportere, sic & soluendum quandoque magis opinabiliter quàm ad ueritatem, nam omnino aduersus contentiosos est reluctandum, non ut ad eos qui redarguunt, sed qui redarguere apparent, nõ enim dicimus eos syllogizare, quare ut non uideantur, emẽdandi sunt, nam si redargutio est contradictio, non æquiuoca, ex quibusdam, nihil opus est diuidere ad amphibola, & æquiuocationem, non enim facit syllogismum, sed nullius alterius gratia diuidendum est, nisi quia conclusio uidetur redargutioni similis. Nõ ergo redargui, sed uideri redargui cauendũ est, eo ꝺd interrogat amphibola, & quæ propter æquiuocationẽ sunt, & quæcunq; aliæ huiusmodi cauillationes quæ & uerã redargutionẽ adumbrant, & redarguentẽ atq; non redarguentẽ incertũ reddunt, nam (quia licet in fine cum conclusum fuerit dicere se, non idipsum quod affirmauit negare, sed æquiuocè aut amphibolicè, quamuis quã maximè cõtingit in idem ferat) incertũ, si redargutus est, incertũ enim, si uera nũc dicit, si uero diuidẽs interrogasset æquiuocũ, aut amphibolũ, non incerta esset redargutio, quoniã requirunt (nunc quidẽ minus, prius aũt magis) contentiosi, sic uel non respõdere eum qui interrogatur, si fieri potest. Nunc autẽ quia non benè interrogant inquirentes, necesse est ut respondeat aliquid is qui

is qui interrogatus est, emendãs uitium interrogationis, quia diuiso sufficienter, uel sic, uel non, necesse est dicere respondentem. Si aũt aliquis putet secundum æquiuocationem redargutionem esse, quodammodo non erit respondentem effugere, quin redarguatur, nam in ijs quæ oculis subiecta sunt, necessarium quod affirmauit negare nomen, & quod negauit affirmare. Enimuero ut diluunt quidam, nihil prodest, nam non Coriscum aiunt esse musicum, & non musicum, sed hunc Coriscum musicum, & hunc Coriscum non musicum. Eadem namque erit oratio Coriscum, ei quæ est hunc Coriscum musicum esse, uel non musicum, quod simul affirmant, & negant. Sed fortasse nõ idem significant, nam nec illic nomen, quare in aliquo differt. Si autem hoc quidem simpliciter dicendo Coriscum assignet, illi autem addat aliquem, aut hunc, absurdũ est. Nihil enim magis quàm alterũ, utrolibet enim nihil differt. Non sic igitur, sed quia incertus quidem est qui non determinauit ambiguitatem, utrum redargutus est uel non redargutus, datum autem est in orationibus diuidere, manifestũ quòd non determinando dare interrogationem, & quidem simpliciter, peccatũ est, quoniã & si nõ ipse, tamẽ oratio redargutę similis est. Accidit autem sæpè uidentes amphibolią torpescere diuidere, eo quòd crebra talia proponantur, ne ad omne uideãtur molesti esse, deinde non putantibus propter id fieri orationem, sæpé profecto occurrit inopinabile, quapropter quia datum est, diuidere haud cunctandum, quemadmodum dictum est prius. Si autẽ duas interrogationes non unam facit quisquam interrogationem, non propter æquiuocationem, uel amphibolią fiet captiosa collectio, nonné redargutio an non? quid enim differt interrogare, si Callias & Themistocles musici sint, quã si ambobus unum nomen esset existentibus diuersis? nam si plura significat quã unũ, plura interrogauit, si igitẽ non rectum est ad duas interrogationes unã responsionẽ censere sumere simpliciter, manifestũ quoniã nulli eorũ quæ æquiuoca sunt, cõuenit respondere simpliciter, nec si de omnibus quidẽ uerũ sit, ueluti censent quidam, nihil enim differt hoc, quàm si interrogasset, Coriscus & Callias utrũ domi sint, an non sint domi? siue adsint ambo, siue nõ adsint, utrinq; enim plures propositiones. Non enim si uerũ est dicere, interrogatio propter id una, possibile est emã ad decies millenas interrogatas quæstiones, omnes sic uel non, uerum est dicere, attamen non est respondendũ una responsione, interimitur enim disputatio, id autem simile ac si idem nomen imponatur diuersis. Si igitur nõ oportet ad duas interrogationes unã responsionẽ dare, manifestum quoniã nec in æquiuocis sic uel non, dicendũ, neq; enim qui dixit respondet, tametsi dixit, sed id amittũt quodam modo in disputationibus, eo quòd lateat quod accidit. Quemadmodum igitur diximus quòd redargutiones quædam uidentur esse cũ non sunt, eodem quoq; modo & solutiones quædam uidentur esse, quæ non sunt, quas dicimus quandoq; operepreciũ magis afferre, quã ueras in cõtentiosis orationibus, & in ea (quæ ad duplex est) occursione. Respõdendum autem in ijs quæ uidẽtur, esto, dicendo, nam & sic minimè fiet redargutio. Si uero aliquid quod inopinabile sit cogatur dicere, hic maximè addendum uideri, sic enim neq; redargutio, neq; inopinabile uidebitur fieri. Quia autem quo pacto petiť quod est in principio, manifestũ putãt omnino (si sint propinquæ) interimendũ, & non cõcedẽda esse ulla, perinde ac si quod in principio est petat. Et quando aliquid tale postulauerit quispiã quod necessarium quidẽ est accidere ex positione, sit autẽ falsum uel inopinabile, idem dicẽdum, nam quę ex necessitate accidunt, eiusdem uidentur esse positionis. Amplius, quando uniuersale non nomine sumitur, sed similitudine, dicendum quod nõ sic datum est, neq; ut proposuit, sumit, nam propter id fit sæpè redargutio, cum autem prohibetur his, ad id quod non bene ostensum est redeundum, obsistendũ aũt secundum dictam determinationem. In ijs igitur quæ propriè dicunt nominibus, necesse est respondere, uel simpliciter, uel diuidendo. Quæ autem subintelligentes proponimus, ut quęcunq; non planè, sed truncatim interrogãtur, propter id accidit redargutio,

gutio,ut putásne quicqd est Athenienſiũ, poſſeſſio eſt Athenienſium? ſic. Similiter aũt & in alijs? atqui homo eſt animaliũ,ſic.Poſſeſſio igitur animaliũ,homo.Nam hominem animalium eſſe dicimus,quia animal eſt,& Lyſandrum Lacedæmoniorum, quia Lacedæmonius eſt.Manifeſtũ igitur quoniam in quibus obſcurũ eſt quod ponit̃,nõ ſimpliciter concedendum. Quando uero duobus exiſtentibus cum hoc quidem eſt,ex neceſſitate alterum eſſe uidetur,cum uero alterum eſt,hoc non ex neceſſitate,interrogato utroq;,oportet quod minus eſt dare. Nam difficilius eſt colligere de pluribus. Si autem argumentetur quòd huic quidem eſt cõtrarium,illi autem non eſt,ſi oratio uera ſit,contrarium eſſe eſt dicendum, at nomen alterius poſitum non eſſe. Quoniam autem quædam quidem eorum quæ dicuntur plures eum qui non concedit falſum dicere aiunt,quædam autem non, ut quæcunq; ambigunt (utrum enim corruptibilis uel immortalis ſit anima animalium,non exploratum eſt multis) in quibus igitur incertum eſt utro modo ſoleat dici quod proponitur? utrũ in ijs quæ ſunt ut ſententiæ, uocant enim ſententias, & ueras opiniones, & totas negationes, ut diameter in cõmenſurabilis eſt. Amplius, de quo uerum dubitat̃,trãſferens quilpiam nomina maximè latebit in illis, nam quia incertũ eſt utro modo ſe habet uerum,non uidebitur Sophiſticè agere,propter id autem quod dubium,non uidebitur falſum dicere,nam metaphora faciet orationem ſine redargutione uideri. Amplius,quaſcunq; interrogationum preſenſerit aliquis, præinſtandum eſt,& prædicendum,nam ſic maximè interrogantem prohibebit.

De recta ſolutione loci. Cap. III.

QVoniam autem recta ſolutio eſt manifeſtatio falſi ſyllogiſmi,ob quãcunq; interrogationem accidat falſum (falſus aũt ſyllogiſmus dicitur dupliciter, nam aut ſi collectum eſt falſum,aut ſi cum non eſt ſyllogiſmus, uidetur eſſe ſyllogiſmus) erit & quæ nunc dicta eſt ſolutio, & apparẽtis ſyllogiſmi,ob quam uidetur eſſe, interrogationum correctio, quare cõtingit orationes ſyllogizantes quidem interimere,apparentes autem diuidentem ſoluere. Rurſum autem quoniam ſyllogizantiũ orationum,hæ quidem ueram,illæ aũt falſam habent cõcluſionem,eas quidem quæ ſecundum concluſionem ſunt falſæ,duobus modis contingit ſoluere,nam & eo quòd interimitur aliquid eorũ quæ interrogata ſunt,& eoq; oſtenditur cõcluſio,non ſic ſe habere. Eas uero quæ ſecundum propoſitiones,eo ſ̃d interimitur quiddam ſolum, nam concluſio uera eſt. Quare uolentibus ſoluere orationem,primum quidem inſpiciendum ſi ſyllogizat,an non ſyllogizat,deinde utrum uera ſit concluſio,an non uera,quatenus uel diuidentes,uel interimentes ſoluamus,& iterum interimentes hoc modo, uel illo, quemadmodum dictũ eſt prius. Differt autem plurimum,& interrogantem,& non,ſoluere orationem? nam prævidere quidem difficile eſt,per ocium autem temporis,uidere facile,earum igitur quæ propter æquiuocationem, & amphiboliam redargutionem, aliæ quidem habent aliquam interrogationem plura ſignificantem, aliæ autem concluſionem multipliciter dictam,ut in ea quidem quæ eſt ſilentia dicere,concluſio eſt duplex,in ea uero quæ eſt non conſcire ſciẽtem,una interrogationum amphiboliæ eſt.Et duplex quidem quandoq; eſt ens,quandoq; non eſt ens,& quandoq; ſignificat duplex, hoc quidem ens, illud uero non ens. Quibuſcunque igitur in fine eſt multiplex, niſi prius ſumpſerit contradictionem,non fit redargutio, ut in eo quod eſt cœcum uidere,nam ſine contradictione non fit redargutio. Quibuſcunq; uero in interrogationibus,non neceſſe eſt prenegare quod duplex eſt, nam non ad hoc,ſed propter hoc fit oratio. In principio igitur ad duplex & nomen & orationem ſic reſpondendum,quod eſt ut ſic,eſt autem ut non, ut de eo quod eſt ſilentia dicere, quod eſt ut ſic, eſt autem ut non,& quæ expediunt,agendum,ſunt autem quæ

quæ non,nam expedientia dicuntur multipliciter. Si autem lateat,in fine addendo interrogationi corrigendum,eſt ne ſilentia dicere? non tamen eos qui ſilent. Et in ijs autem quæ ſe habent quidẽ multipliciter in propoſitionibus,ſimiliter non putas conſciunt,quòd ſciunt? ſic.Sed non ſic ſcientes,non enim eſt idem,q̃d non eſt cõ ſcire,atq; ſic quidem non eſſe ſcientes. Et omnino obluctandum eſt, tametſi ſimpliciter cõlligatur,quod non rem quam dixit negauit,ſed nomen, quare id non eſt redargutio. Manifeſtum autem & eas quæ ſunt propter compoſitionem,& diuiſionem,quomodo ſoluendum,nam ſi diuiſa & compoſita oratio aliud ſignificat cũ cõcluditur,contrarium dicendum. Sunt autem huiuſmodi omnes orationes ſecundũ compoſitionem,& diuiſionem.Putásne quo uidiſti tu hũc percuſſum,illo percuſſus eſt hic? & quo percuſſus eſt,illo tu uidiſti? Habet quidem aliquid etiam dubiarum quæſtionum, quamuis ſit propter cõpoſitionem,nam nõ eſt duplex,ob id quod eſt ſecundum diuiſionem,non enim eadem oratio ſit diuiſa,& cõpoſita,ſiquidẽ ora, & hora ſecundum accentum prolata ſignificant aliud,ſed in ſcriptis quidem idem nomen,cum ex eiſdem elementis ſcriptũ ſit,& ſimiliter,& illic autem iam ſigna faciũt, prolata non eadem,quare non duplex quod propter diuiſionem eſt,manifeſtum autem quoniam non omnes redargutiones propter duplex,ſicut quidam dicunt. Diuidendum igitur & qui reſpondet,nõ idem eſt enim dicere uidere oculis percuſſum, & dicere oculis percuſſum,uidere.Et Euthydemi oratio;Putáſne uidiſti tu nunc exiſtentes in Pyræo naues,cum in Sicilia ſis? Et rurſum,putáſne malum ſutorem bonũ eſſe? ſit autem quis bonus ſutor,malus,quare ſutor malus.Putáſne quorum ſcientiæ bonæ,bonas eſſe diſciplinas,mali autem bona diſciplina,igitur bona diſciplina malum,attamen & malum,& diſciplina malum, quare mala diſciplina,malum. Putáſne uerum dicere nunc quoniam tu factus es? factus ergo nunc. An aliud ſignificat diuiſum? uerum enim dicere nunc,quòd tu factus es.Sed non,nunc tu factus es.Putáſne ut potes,& quæ potes,ſic & ipſa facies? non citharizans autem habes poteſtatem citharizandi,citharizabis igitur non citharizans.An non huius habet poteſtatem,ut non citharizans citharizet? ſed cum non facit hoc,ut faciat. Soluunt autẽ quidam id & aliter,nam ſi dedit ut poteſt facere,non dicunt accidere non citharizãtem citharizare,non enim omnino ut poteſt facere datum eſt facere, non idem autem eſſe ut poteſt,& omnino ut poteſt facere.Sed manifeſtum quoniam non bene ſoluunt,nam orationum omnium quæ propter idem,eadem ſolutio, eadem autem non accõmodabitur ad omnes,nec omnino ad interrogatas,ſed eſt ad interrogantem,& non ad orationẽ. Propter accentum autem orationes non ſunt, neq; in ijs quæ ſcribuntur,neq; in ijs quæ dicuntur,præterquã ſi quæ paucę fiunt,ut hic;putáſne eſt quod habitas,domus? ſic. Nũquid,ne eſt quod habitas,negatio eius eſt quod habitas? ſic,dicebas autem,ne eſſe quod habitas domum.Negas igitur te habitare domum. Quomodo autem ſoluendum eſt,palàm,nõ enim idem ſignificat grauiter, & acutè prolatum. Manifeſtum autem & in ijs quę fiunt propter id quod ut eadem dicuntur ea quæ non ſunt eadem, quo pacto obſiſtendum,eo quòd habemus genera prædicamentorum,nam hic quidem dedit interrogatus non eſſe aliquid eorũ quę quid eſt ſignificant, ille uerò, oſtendit quidem eſſe aliquid eorũ quæ ſunt ad aliquid uel quantitatis. Videntur autem quid eſt ſignificare propter dictionem, ut in hac oratione.Putáſne contingit idem ſimul facere,& fieri? non,at uero uidere,ſimul & uideri idem & ſecundum idem contingit. Putátne eſt aliquid eorum quæ ſunt pati facere? non. Nonne igitur ſecatur, uritur,operatur ſimiliter dicuntur,& omnia quidem pati ſignificant? rurſum autem currere, uidere ſimiliter ſibijnuicem dicuntur,ueruntamen uidere,operari aliquid eſt,quare & pati aliquid, ſimul etiam & facere. Si autem aliquis illic dans contingere ſimul idem facere, & pati, uidere, & uideri, dicat poſſibile, nondum redargutus eſt, ſi non dicat uidere facere aliquid,& uideri pati, indiget enim hac interrogatione, ſed ab audiente opinatur

datum

datum esse, cum & secare facere aliquid, & secari fieri aliquid dedit, & quæcũq; alia similiter dicuntur, nam reliquũ ipse addit qui audit, ueluti similiter dictum, illud autẽ dicitur quidem non similiter, uidetur autem propter dictionem. Idem aũt accidit hic quòd in æquiuocationibus, putat enim in æquiuocis inscius orationũ, quam dixit negare rem, nõ nomen, ideoq; adhuc indiget interrogatione, si ad unam aspiciens dicat æquiuocum, sic enim dante, erit redargutio. Similes aũt & hæ orationes illis, si ꝙd quis habens, postea non habet, amisit, nam unum solum amittens calculum, non habebit decẽ calculos. An ꝙd nõ habet quidẽ, prius habẽs, amisit? quantũ aũt habet aliquot, nõ necesse est tot amittere. Interrogans igit̃ quod habet, colligit in eo quot, nam decem aliquot, si igit̃ dixisset à principio, si quot quis non habet prius habens, putásne amisit tot? nullus utiq; dedisset, sed aut tot, aut horum aliquid. Et quoniam dabit aliquis quod non habet, non enim habet unum solum calculum. An non dedit quod nõ habuit, sed ut nõ habuit? nam solũ, non quod significat, neq; quale, neq; quantũ, sed ut se habet ad aliquid, ut ꝙ nõ cum alio. Quemadmodũ si dicat, putásne quod non aliquis habet dabit? non annuẽte aũt, interroget si dabit quis aliquid cito, qui non habet cito? astruentẽ aũt colligat quòd dabit quis quod non habet, & manifestum quoniam non syllogizauit, nam cito non est quod dare, sed hoc modo dare, quo aũt modo non habet, dabit aliquis, ut quod delectabiliter habet, mœstẽ dabit. Similes autem & huiusmodi orationes. Putásne quam nõ habet, manu percutiet quis? aut quem non habet, oculo uidebit? non enim habet unum solum oculum. Soluũt autem quidem dicentes, & quod habet unum solum oculum, & aliud quidliber qui plura habet, quidam aũt & ut quòd habet accepit, dedit enim unum solum hic calculum, & hic habet (dicunt) unum solum ab hoc calculum, accepit enim ab hoc, ergo unum solum habet hic calculum, alij autem statim interrogationem interimentes, quia contingit quòd non accepit habere, ut uinum accipiẽtem suaue, si corrumpatur in acceptione, habere acre. Sed quod dictum est prius, hi omnes non ad orationem, sed ad hominem soluunt, nam si esset hæc solutio, dantem oppositum non possibile esset soluere, quemadmodum & in alijs, ut si est quidem quod est, est etiam quod non est solutio. Si simpliciter det dici, concludit, si autem non cõcludit, nõ erit solutio, in prædictis autem (omnibus datis) non dicimus fieri syllogismum. Amplius autem & hæ sunt ex huiusmodi orationibus. Putásne quod scriptum est, scripsit quis? scriptum est autem nunc quod tu sedes, falsa oratio, erat autem uera cum scribebatur, igitur simul scribebatur falsa, & uera. Nam falsum, uel ueram orationẽ, uel opinionem esse, non quòd, sed tale significat, nam eadẽ ratio, & in opinione. Et putas ꝙd discit discẽs, hoc est quod discit? discit autem aliquis quod est tardè, celeriter. Non igitur quod discit, sed ut discit dixit. Et putas quod ambulat aliquis, pessundate ambulat autẽ totã diem. An non quod ambulat, sed quãdo ambulat dixit. Nec cum scyphũ quis bibat, ꝙ bibit, sed ex quo? Et putas quod quis sciuit inueniẽs, uel discẽs sciuit? quorum autem hoc quidem inuenit, illud autem didicit, ambo hæc neutrũ. An hæc quidem omne, quod autem non omne? Et quoniam est quis tertius homo à se, & ab unoquoque. Nam homo & omne cõmune, non hoc aliquid, sed quale quid, uel ad aliquid, uel aliquo modo, uel huiusmodi aliquid significat. Similiter autem & in hoc, Coriscus & Coriscus musicus, utrum idem an alterum? Nam hoc quidem hoc aliqd, illud aũt quale quid significat, quare non est idẽ exponere. Exponere aũt non facit tertium hominẽ, sed idipsum qd est concedere, nõ enim erit hoc aliquid esse id quod Callias, & id quod homo est, neq; si quis expositũ non id quidem quod hoc aliquid esse dicat, sed idem quod quale, nihil referet, nam erit à multis unum quiddam, ut homo, manifestum ergo quoniam non dãdum hoc aliqd esse qd quod communiter prædicatur de omnibus, sed aut quantum, aut quale, aut ad aliquid, aut aliquid talium significare. Omnino autem in quę propter dictionem sunt orationibus, semper per oppositum erit solutio quàm propter quod est oratio, ut

tio, ut si propter compositionem oratio, solutio diuidendo, si autẽ propter diuisionem, componendo. Rursum si propter accentum acutum, grauis, erit solutio, si uero propter grauem, acutus. Si autem propter æquiuocationem est, oportet oppositum nomen dicendo, soluere, ut si animatum accidit dicere, negando non esse, manifestũ ꝙ est inanimatũ, si uero inanimatũ dixit, hic autem animatum colligat, dicendũ ꝙd est inanimatum. Similiter autem & in amphibolia. Si autem secũdum similitudinẽ dictionis, oppositum erit solutio, putásne quod non habet, dabit aliquis? An non ꝙ non habet, sed ut non habet? ut unum solum calculum, putásne quod scit discẽs, uel inueniens scit? attamen non quæ scit, & si quod ambulat pessundat, non tamẽ quando. Similiter autem & in alijs.

De diluendis argutijs accidentis. Cap. IIII.

ADillas uero, quę propter accidens, una quidem solutio est ad omnes, nam quia indeterminatum est quando dicendum de re, cum quippiam accidenti ineat, & in quibusdam quidem uidetur, & dicunt, in aliquibus autem nõ dicunt necessarium esse, dicendum igit̃ cõformantes similiter ad omnes ꝙd non est necessarium, habere autem oportet quo refellat dicendo id perinde est ut. Sunt autẽ omnes huiusmodi orationes propter accidens, putásne id scis, quod debeo te interrogare? Age cognoscisne uenientem, aut coopertum? Statuáne tuum opus est? An tuus canis pater? Suntné paucies pauca, paucaꝝ manifestum enim est in omnibus his quoniam non necesse est quod de accidente dicit̃, & de re uerũ esse, solis enim ijs quæ secundũ substantiã sunt indifferentia, & quę unũ sunt, omnia uidẽtur eadem ineisse, bono autem non idẽ est bonũ esse, & uẽturum esse interrogare, ne que uenięti, aut cooperto, & uenientẽ esse & Coriscũ. Quare non si cognosco Coriscum, ignoro autem uenientẽ, eundem cognosco & ignoro, neq; si hoc est meum, est autem opus, meum est opus, sed possessio, uel res, uel aliud quippiam, eodem autem modo & in alijs. Soluunt autem quidem interimentes interrogationem, dicunt enim contingere eandem rem cognoscere, & ignorare, sed nõ secundũ idem, uenientem igitur nõ noscentes, Coriscum autem noscentes, eundem quidẽ cognoscere, & ignorare dicũt, sed non secundum idem. Attamen primum quidem (quem admodum iam diximus) oportet earum quæ propter idem sunt orationũ eandem esse solutionem, id autem non erit si quis non in cognoscere, sed in quod est esse, aut aliquo modo se habere ipsum ꝙd approbant, sumat (ut si hic est pater, est aũt tuus) nam tametsi in quibusdam id uerum est, & contingit idem cognoscere & ignorare, tamen hic nihil commune habet quod dictũ est. Nihil autem prohibet eandẽ orationem plures uitiositates habere, sed non omnis peccati manifestatio, solutio est.

Nam possibile est ostendere quempiam, quòd falsum quidem syllogizauit, propter quod autem non ostendere (ut Zenonis orationem quod non est moueri) quare & si quis conetur colligere ut ad impossibile, peccat, & si millies syllogizet, non enim est hæc solutio, nam erat solutio, manifestatio syllogismi falsi propter quod falsus, si igitur non syllogizauit, quamuis aut uerum, aut falsum conetur colligere, illius manifestatio, solutio est. Fortasse autem & id in quibusdam nihil prohibet accidere, uerum in his nec hoc uidebitur, nam & Coriscum quod Coriscus, cognoscit, & uenientem, quòd ueniens. Contingere autem idem cognoscere & non, ut ꝙd album quidem cognoscere, quòd autem musicum, non cognoscere, sic enim idem cognoscit & non cognoscit, sed nõ secundũ idem, uenientem aũt & Coriscũ, & ꝙd ueniens, & ꝙd Coriscus, cognoscit. Similiter aũt peccant & qui soluũt quoniã omnis numerus paucus, ut ij quos diximus, utpote qui cum non cõclusum est, id omittẽtes, uerum conclusum esse dicunt, omnia enim esse & multum & paucum dicentes, peccant. Quidam autem & duplici soluunt syllogismos, ut quoniam tuus est pater,

est pater, aut filius, aut seruus. Attamen manifestum quoniam si eo quod multipliciter dicitur, apparet redargutio, oportet nomen uel orationem propriè esse plurũ, hunc autem esse huius filium, nemo dicit propriè, si dominus est filij, sed propter accidens compositio est (putasne est hoc tuum? sic. Est autem hoc filius, tuus igitur est lius) quia accidit esse & tuum, & filiũ, sed non tuum filium. Et esse aliquid malorum bonum, nam prudentia est disciplina malorum. Hoc autem horum esse nõ dicitur multipliciter, sed possessio, siquidem fortasse multipliciter, nam & hominem animalium dicimus esse, sed non possessionem, & si quid ad mala dicitur ut aliquorũ propter id malorum est, sed non malorum, propter id igitur quod aliquo modo, etiã simpliciter apparet, quanquam contingit fortasse bonum esse aliquid malorum duplicter, non tamen in oratione hac, sed magis, si quod mancipium, sit bonũ mali, fortasse autem neq; sic, non enim si bonum est & huius, bonum huius simul, uerum, neq; hominem dicere animalium esse, dicitur multipliciter, non enim si aliquid significamus auferentes, id dicitur multipliciter, nam & dimidium dicentes uersus da mihi, Iliada significamus, Iram pande dea.

De solutione sex ultimorum locorum extra dictionem. Cap. V.

EAs uero quæ sunt propter id quod præcipuè, illud autem, uel qua, uel ubi, uel aliquo modo, uel ad aliquid dicitur, & non simpliciter soluendum est considerando conclusionem ad contradictionem, si contingit horũ aliquid passas esse. Nam contraria, & opposita, & affirmationem, & negationẽ, simpliciter quidem impossibile ineſſe eidem, qua autem utrumq; uel ad aliquid, uel aliquo modo, uel hoc quidem qua, illud autem simpliciter nihil prohibet, quare si hoc quidem simpliciter, illud autem qua, nondum est redargutio. Hoc autem in conclusione considerandum, ad contradictionem. Sunt autem huiusmodi orationes omnes id habentes, putasne contingit quod non est esse? attamen non est aliquid id quod non est. Similiter autem & quod est non erit, nam non erit aliquid cum sunt. Nunquid contingit eundem simul bene iurare, & peierare? Nunquid possibile est simul eidem, suadere & dissuadere? An neque esse quid, & esse, idem? quod autem non est, non si est quid, etiam est simpliciter. Neque si bene iurat id quidem, & qua, necesse est & benè iurare, nam qui iurat se peieraturum, benè iurat peierans hoc solum, at non benè iurat. Neque qui dissuadet, suadet, sed secundũ quid suadet. Similis autẽ ratio est & de eo quod est mentiri eundem simul & uerum dicere, sed propter id quod non est facilè inspicere utrum quis assignet simpliciter ueracem esse, uel mendacem difficilè apparet. Prohibet autem eundem nihil simpliciter quidem esse mẽdacem, qua autem ueracem, uel alicuius esse ueracem aliquem, ueracem autem non, similiter autem & in ad aliquid, & ubi, & quando, omnes enim huiusmodi orationes propter id accidunt. Putasne sanitas, uel diuitiæ bonum? attamen insipienti, & nõ recte utenti non bonum, ergo bonum, & non bonum. Est'ne sanum esse, uel potestatẽ habere in ciuitate bonum? ueruntamen est quandoque non bonum, idem igitur eidem bonum, & non bonum. An nihil prohibet quod simpliciter est bonũ, huic non esse bonum? aut huic quidem bonum, at non nunc, uel non hoc in loco bonum. Putasne quod non uult sapiens, malum, amittere autem non uult bonum, malum igitur bonum. Non enim idem est dicere malum est bonum, & amittere bonum. Similiter autem & quæ de fure est oratio, non enim si malum est fur, etiam capere est malũ, ergo uult malum, sed potius bonum, nam capere bonum est. Et ægritudo malũ est, sed non amittere ægritudinem malum. Putasne iustum iniusto, & quod iuste eo ꝙd iniustè magis eligendum est? sed mori iniustè magis est eligendum. Putasne iustum est sua habere quenq;? quæ autem aliquis adiudicabit secundum opinionem suam & si sit falsa, sua sunt ex lege, idem igitur iustum & iniustum. Et utrum oportet iudicare eum

re eum qui iusta dicit, an qui iniusta? at uero eum qui iniuriam passus est, iustum est abunde dicere quæ passus est, ea autem erant iniusta. Non enim etsi pati aliquid in iustè eligendum, id quod est iniustè eligibilius quàm quod iustè, sed simpliciter quidẽ quod iustè, hoc autem nihil prohibet si iniustè, an iustè? & habere sua quenque iustũ, aliena autem non iustum. Iudicium uero hoc iustum esse nihil prohibet, ut quod sit secundum opinionem iudicantis, non enim si iustum est hoc modo uel huic, & simpliciter iustum est. Similiter autem & quæ iniusta sunt, nihil prohibet dicere ea iustũ esse; non enim si dicere iustum est, necesse est iusta esse, sicut nec si est utile dicere, utilia, similiter autem & in iniustis. Quare non si quæ dicuntur iniusta, qui dicit iniusta conuincitur, dicit enim quæ dicere est iusta, simpliciter autem & quæ pati iniusta. Iis autem quæ propter definitionem fiunt redargutiones, quemadmodum dictũ est prius, obsistendum considerantibus conclusionem ad contradictionem, ut sit idem, & secundum idem, & ad idem, & similiter, & in eodem tempore. Si uero in principio interroget, non confitendum (quoniam impossibile est idem esse & duplum et non duplum) sed dicendum, non sic ut fortè sit redarguere confitentem. Sunt autem omnes hæ orationes propter hoc. Putas qui nouit quidque, quod quamque cognouit rem, & qui ignorat similiter? cognoscens autem quis Coriscum quod Coriscus ignorabit quod musicus, quare idem cognoscit & ignorat. Putas ne quadricubitum tricubito maius? fieri enim potest ex tricubito quadricubitum secundum lõgitudinem, maius autem minore maius, idem igitur eodem secundum idem maius, & minus. Illa uero quæ fiunt propter id quod petunt, atque sumunt quod in principio, si interroganti quidem manifestum sit, non dandum, neque si probabile sit dicentem esse ueracem, si autem lateant, ignorantiam ob uitiositatem talium orationum ad interrogantem retorquendum, tanquam non redarguentem, nam redargutio sine eo est, quod est in principio, deinde datum est, non ut eo uteretur, sed ut ad illud colligeret contrarium, ut in non semotis redargutionibus. Et eas quæ propter cõsequens sunt consectantes, in ipsa oratione monstrandum, est autem duplex sequẽtium consequentia, aut enim ut particulare sequitur uniuersale, ut hominem animal (postulant enim si hoc cum illo, & illud esse cum hoc) aut secundum oppositiones, nam si huic est illud consequens, & opposito oppositum, propter quod & Melissi oratio, nam si genitum est, habet principium, ingenitum postulat non habere principium, quare si ingenitum est cœlum, & infinitum, id autem non est, è conuerso enim consequentia. Quæcunque autem propter id quod additur aliquid colligunt, considerandum si (eo sublato) accidit nihil minus impossibile, deinde id manifestandũ, & dicendum quod dedit non tanquam uideretur, sed ut ad orationem, quo uero usus est, nihil ad orationem. Ad eas autem quæ plures interrogationes unam faciunt, statim in principio determinandum est. Nam interrogatio una est, ad quam una responsio est, quare neque plura de uno, neque unum de pluribus, sed unum de uno affirmandum uel negandum. Sicut autem in æquiuocis quandoq; quidem ambobus, quandoq; neutri ineſt, quare cum non simplex est interrogatio, simpliciter respondentibus nihil accidit pati, similiter & in his, quando igitur plura uni, uel unum pluribus ineſt, uel non ineſt, simpliciter danti, & hoc peccato peccanti, nihil contrarium accidit. Quandoque autem huic quidem ineſt, illi autem nõ, aut plura de pluribus, & est ut insint ambobus, est autem ut nõ insint rursum, quare id cauendum. Vt in his orationibus, si hoc quidem est bonum, illud autem malũ, quod uerũ est dicere quoniam hæc bonum, & malum, & rursum, neq; bonum neq; malum, non enim ineſt utrunq; utriq;, quare idem bonum & malum, & neq; bonum neq; malum. Et si unum quodque ipsum sibi idem est & alijs diuersum, quoniam non alijs eadem sed sibi, et diuersa eisdem, ipsa sibimet diuersa & eadem. Amplius, si bonum quidem malum sit, malum autem bonum, duo utique fient. Et duorum & inæqualium utrunque ipsum sibi esse æquale, quare æqualia & inæqualia ipsa sibi. Incidunt autem hæ orationes

& in alias ſolutiones, nam ambo & omnia, plura ſignificant, non igitur idem præter nomen accidit affirmare & negare, id autem non erat redargutio, ſed manifeſtum, quoniam ſi non una interrogatio plures fiant, ſed unum de uno affirmet aut neget, id non erit impoſſibile.

Dilutiones negationis, & ſoloeciſmi. Cap. VI.

IN illis autem quæ deducunt ad idem frequenter dicere, manifeſtum quòd non dandum eorum quæ ad aliquid dicuntur ſignificare, aliqd ſeparatas per ſe prædicationes, ut duplum, ſine eo quod eſt dimidij quid inelſe apparet, nam & decem in deficientibus uno ad decem, & facere in non facere, & omnino in negatione affirmatio, nō tamen ſi quis dicat hoc non eſſe album, dicit idem album eſſe, duplū autem neq; ſignificat aliquid fortaſſe, quemadmodum neq; quod in dimidio, quod ſi fortè ſignificat, attamen non idem & coniunctum, neq; ſcientia in ſpecie, ut ſi eſt medicina ſcientia, ipſum quod commune, illud autem erat ſcientia ſcibilis. In ijs autem quę per ſe oſtenduntur prædicatis, id dicendum, quòd non idem eſt ſeorſum & in oratione quod oſtenditur, nam cauum cōmuniter quidem idem ſignificat in ſimo & curuo, additum autem, nihil prohibet hoc quidem naſo, illud autem cruri ſignificare, & nihil differt dicere, naſus ſimus, & naſus cauus. Amplius, non danda eſt dictio ſecundum rectum, falſum enim eſt, nam non eſt ſimū naſus cauus, ſed naſi hoc ut paſſio, quare nihil eſt abſonum, ſi naſus ſimus eſt naſus habens cauitatem naſi. De ſoloeciſmis autem propter quid apparent accidere, diximus prius, quomodo autē ſoluendum, in ipſis orationibus erit manifeſtum. Omnes enim huiuſmodi uolunt conſtruere. Puras quod dicis quippiam uerè eſſe, etiam eſt illud uerè dicis autem quippiam lapidem eſſe, eſt igitur quippiam lapidem. An dicere lapidem non eſt dicere quòd, ſed quem, non hoc, ſed hunc? ſi igitur dicat aliquis, putas quē uerè dicis, eſt iſtūc non uidetur Romanè loqui. Quemadmodum neq; ſi dicat, putas quam dicis eſſe, eſt iſtec? lignum autem dicere iſte, uel quæcunq; neq; maſculinum, neq; fœmininū ſignificant, nihil refert, quare etiam non ſit ſoloeciſmus, ſi quod dicis eſſe, eſt iſtud, lignum autem dicis eſſe, eſt igitur lignum iſtud, lapis autem & iſte, maſculini habent declinationem. Quod ſi quis dicat, putáſne iſte, illa eſt? deinde rurſum, quid autem nōne iſte eſt Coriſcus? ita dicat. Eſt igitē illa, nō collegit ſoloeciſmum, ſi Coriſcus etiā non ſignificet idem quod illa, non dat autem qui reſpondet, ſed oportet hoc præinterrogare, ſi autem neq; eſt, neq; dat non collegit, neq; in eo quod eſt eſſe aliquid, neq; ad eum qui interrogatus eſt. Similiter igitur oportet, & illic lapidem ſignificare iſte, ſi autem neq; eſt, neq; datur, non dicenda concluſio, apparet autem eo quòd diſſimilis caſus nominis, ſimilis appareat. Putáſne uerum eſt dicere quoniam iſta eſt id quod eſſe ais eam, eſſe autem ais aſpidem, eſt igitur iſta aſpidem. An non neceſſe eſt, ſi nō iſta, aſpidem ſignificat ſed aſpis, aſpidem autem iſtam, neq; ſi quem dicis eſſe iſtū eſt iſte, dicis autem iſtum, eſſe Cleonem, eſt igitur iſte Cleonem, non enim eſt iſte Cleonem, dictum eſt enim quoniam quem dico iſtum eſſe, eſt iſte non iſtum, neque enim Romanè dicetur quo pacto interrogatio dicta. Putas, iſtud ſcis? iſtud autem eſt lapis. ſcis igitur lapis. An non idē ſignificat iſtud in eo ǒd eſt putas iſtud ſcis, & in hoc, iſtud autem lapis, ſed in primo quidem hunc, in poſteriore autem hic. Putáſne cuius ſcientiā habes, ſcis illud? ſcientiam autem habes lapidis, ſcis igitur lapidis. An huius quidem lapidis, dicis, hunc autem lapidem? datum eſt autem cuius ſcientia habes illud ſcis, non illius, ſed illud, quare nō lapidis, ſed lapidē. Quod igitē huiuſmodi oratio nes non colligunt ſoloeciſmum, ſed apparent, & propter quid apparēt, & quomodo eſt obſiſtendum illis, eſt manifeſtum ex ijs quæ dicta ſunt.

De oratione facili, difficili & acuta. Cap. VII.

OPortet autem intelligere, quoniam omnium orationum aliæ quidem ſunt faciles conſpici, aliæ autem difficiliores, propter id quod & in aliquo ſubdolè decipiunt audientem, cum frequenter eædem illis exiſtant, nam eandē orationem oportet uocare, quę propter idem fit, eadem autem oratio alijs quidem propter dictionem, alijs autem propter accidens, alijs uero propter aliud uidebitur eſſe, quia unumquodque translatitium non ſimiliter eſt manifeſtum. Quemadmodum igitur in ijs quæ ſunt propter æquiuocationem (qui modus uidetur eſſe ineptiſſimus) captioſarum ratiocinationum, hæc quidem & quibuslibet ſunt manifeſta (nam & orationes penè ridiculoſæ ſunt omnes propter dictionem: Vtuir fere batur curru in ſcalas, ubi uenit ſeruus, apud Ceream? Et Boreas purus'ne? non certè, perdit enim pauperem, & ementem. Et utra boum antè pariet? neutra, ſed retro ambæ. Puras'ne eſt Euarchus? non certè, ſed Apollonides, eodem autem modo & aliarum fere quàm plurimæ) illa autem & peritiſſimos uidentur latere, ſignum autē horum quoniam contendunt ſæpe de nominibus, ut utrum idem ſignificent de omnibus ens et unum, an aliud, alijs enim uidetur ſignificare ens & unum, alij autem Zenonis orationem, & Parmenidis ſoluunt, eo quòd multipliciter dicant unum dici, et ens. Similiter autem & propter accidens & aliorum ſingulum quodq; , aliæ quidem orationes erunt faciles uideri, aliæ uero difficiliores. Et ſumere in quo genere, et utrū redargutio, an non redargutio, non facilè ſimiliter in omnibus eſt. Eſt autem acuta oratio, quæ dubitare facit maximè, mordet enim hæc maximè, dubitatio autē eſt duplex, hęc quidem in ſyllogizantibus, quam eligat quis interrogationum, illa autē in contentioſè ſuſtinentibus, quomodo dicat quis propoſitū. Quapropter in ijs quæ ſyllogizant, acutiores orationes inquirere magis faciunt, eſt autē ea quæ ſyllogizat quidem, oratio acutiſſima, ſi ex quàm maximè apparentibus quàm maximè probabi le interimit, nam cum una oratio ſit (tranſpoſita contradictione) omnes ſimiliter habebit ſyllogiſmos, ſemper enim ex probabilibus ſimiliter probabile interimet, aut conſtruet, quapropter dubitare neceſſarium eſt. Maximè igitur talis acuta, quæ ex æquo concluſionem facit interrogationibus, ſecunda autem quæ ex omnibus ſimilibus, hæc enim ſimiliter faciet dubitare, quæ interrogationum interimenda eſt, id autem difficile eſt? nam interimendum quidem, quid autem interimendum, dubium. Contentioſarum autem acutiſſima, quæ primum ſtatim dubia eſt utrum ſyllogizat, an non, uel utrum propter falſum, an diuiſionem ſolutio, ſecūda autem aliarum, quæ manifeſta quidem quod propter diuiſionem, uel interemptionem eſt, non tamen eſt explorata per cuius interrogationum interemptionem, uel diuiſionem, ſoluenda eſt, ſcilicet, utrum propter concluſionem, an propter aliquam interrogationū ideſt. Quandoq; igitur non ſyllogizans oratio facilis eſt, ſi ſint ualde inopinabilia, uel falſa quæ ſumuntur, quandoque autem non digna deſpici, nam quando deeſt aliqua talium interrogationum, de qua oratio & propter quam eſt, & qui non ſumit illam, & colligit, inepta eſt ratiocinatio, quando autem eorum quæ extrinſecus non deſpiciē da ullo modo, ſed oratio quidem iuſta, interrogans autem non probè interrogauit. Et eſt ſanè ſoluendum quandoq; quidem ad orationem, quandoq; autē ad interrogātem, & interrogationē, quandoq; uero ad neutrum horū, ſimiliter et interrogandū et ſyllogizandum eſt & ad poſitionem, & ad reſpondentem, & ad tempus, quādo fuerit pluris tēporis egēs ſolutio, cū præſentis temporis (quo diſputant) ad ſolutionem.

Epilogus octo præcedentium, & duorum præſentium librorum. Cap. VIII.

EX quot igitur, & ex quibus fiunt ijs qui diſputant captioſæ ratiocinationes, & quo modo oſtendemus, falſum et inopinabilia dicere faciemus, amplius autem ex quibus accidit ſyllogiſmus, & quomodo interrogandum, & quis ordo interroga

tionum,insuper autem ad quid sunt utiles huiusmodi omnes orationes,et de respon
sione simpliciter omni,& quo modo soluendum est orationes,& syllogismos, dicta
sint de omnibus à nobis hæc,reliquum autem est de eo quòd à principio erat propo
situm ad memoriam reuocantes,quippiam de ea re sub breuitate dicere,& finem im
ponere dictis. Præmisimus igitur, inueniendi facultatem quandam ratiocinatiuam
de proposito ex ijs quæ sunt quàm probabilissima,id enim opus est Dialectices secũ
dum se,& tentatiuæ. Quia autem præinstruitur quis ab ea propter Sophistices uici
nitatem,ut non solum experimentum possit sumere Dialectico more, sed etiam qua
si scientifico,propter id non solum dictum negotij officium posuimus orationem
posse sumere,sed etiam ut orationem sustinentes,tutemur positionem per quam pro
babilissima simili modo, causam autẽ diximus huius,quia & propter id Socrates in
terrogabat, sed non respondebat, confitebatur enim se non scire. Manifestum autẽ
est in prioribus ex quot, & ad quot id erit,& unde idonei erimus horum,adhuc autẽ
quomodo interroganda,uel ordinanda quæstio omnis,& de responsionibus quæ sunt
ad syllogismos,patefactũ est autem & de alijs quæcunq; huiusce disciplinæ sunt orati
ones, præter hæc autem et decaptiosis ratiocinationibus pertractauimus quemadmo
dum diximus iã prius,quod igitur nacta sunt finem sufficienter ea quę proposuimus,
manifestum.

Peroratio. Cap. IX.

OPeræprætium autem est nos non latere quidnam accidit circa hoc negoti
um,nam eorum quæ inueniuntur omnium,quæ quidẽ ab alijs sumpta sunt
prius,elaborata paulatim incrementum sumunt ab illis,qui postmodum ac
cipiunt,quæ autem ab initio comperiuntur,paruum in primis sumere so
lent incrementum,attamen utilius multò,eo (quòd posterea ab alijs fit) accremento,
maximum enim fortassẽ principium omnium,ut dicitur,quare & difficilimum, quã
to enim potestate ualidissimum,tanto mole minimum,difficilimum est uideri,eo au
tem cõperto, facile est adijscere,coaptareq; reliquum. Quod & circa Rhetoricas o
rationes accidit,penè autem & circa alias artes omnes, nam qui principia inuenere,
omnino ad exiguum quid perduxerunt,qui autem nunc celebriores habentur, uen
dicantes à multis,uelut ex successione particulatim colligentes,sic auxerunt. Tisias
quidem post priores, Thrasymachus uero post Tisiam. Theodorus autẽ post hunc,
& multi multas coadunauere partes. Quapropter nihil mirum, si in amplum quidẽ
creuerit ars. Huius autem negocij non hoc quidem erat exploratum,illud autem nõ
erat,uerum nihil ipsius prorsus erat,nam eorum qui circa litigiosas orationes erant
mercenarij,similis quidem doctrina,Gorgiæ negocio,orationes enim hi quidẽ Rhe
toricas, illi autem interrogatiuas docebant edisscere,in quas sæpius incidere solebant
alternatim utrorumq; adinuicem orationes,quapropter uelox quidem, ut pote quæ
sine arte, erat doctrina discentibus ab illis,non enim artem, sed quæ ab arte sunt dan
tes,arbitrati sunt loqui erudite,perinde ac si quis disciplinam dicat se tradere ut non
doleant pedes, deinde sutoriam quidem non doceat,neq; unde possint comparari ta
lia,det autem quàm plurima genera omnimodorum calceorum,hic profecto profu
it ad usum,artem autem non tradidit. Et de Rhetoricis quidem erant multa & anti
qua dicta,de syllogismis autẽ omnino nihil habuimus prius aliud quicquam quod
diceremus,quàm mora perquirẽtes,multo tempore insudauerimus. Si autem uidetur
ex considerationibus nostris(ut ex ijs quæ sunt ex principio)hæc habere,di
sciplina sufficienter suprà alia negocia quę ex traditione inducta sunt,re
liquum erit omnium uestrum,uel eorum qui audierint hoc
opus,omissa quidem artis, uenia dignari, in
uenta autem,multa prosequi gratia.

Elenchorum finis.

ANITII

ANITII MANLII SE-
VERINI BOETHI PATRICII ORDINARII
ET CONSVLARIS VIRI, COMMENTARIO-
rum in Topica Ciceronis, Lib. I.

EX hortatione tua Patrici Rhetorum peritissime, quæ honestati
præsentis propositi,& futuræ ætatis utilitati coniuncta est, nihil
antiquius existimaui. Cui muneri libentius acquieui, non quod
ad instruendum te commentarios,in M. Tullij Topica laborare
me credidi (Ridiculus quippe forem si Mineruã,ut aiunt, literas
docere uellem.) Sed ut ex disciplinarum liberalium sumptum pe
nu, nostrę apud te semper pignus amicitię permaneret. Quod
enim munus ex animo diligentibus,iocundius inueniri potest,quã quod ipsius ani
mi partes format & instruit? Nam cętera ferè caduca,imbecilla,labantia,& si ad for
tunæ nutum spectes,penè semper aliena sunt. At uero opulentiam literarũ,nec præ
sens imminuit ętas,earumq; autoritatem ipsa etiam cuncta conficiens, auget potius
& confirmat uetustas. Accipe igitur opus, non efficientiæ fecunditate, sed amicitiæ prę
sumptione susceptum, apud quam nescio quonam pacto garrire non dedecet,si
mul quia prælato à nobis munere cum tuorum aliquid operum postulauero, iniu
rius fueris,si negabis. Sed cũ in M. Tullij Topica Marcus Victorinus Rhetor plu
rimæ in disserendi arte notitię commenta conscripserit,non me oportuisset meliori
bus forsitan attemptata contingere, nisi esset aliquid quo se noster quoq; labor exer
cere,atq; parere potuisset. Quatuor enim uoluminibus Victorinus in Topica con
scripsit,eorum primo declarandis tãtum libri principijs occupatur. Addit etiam &
siqua in eodẽ uolumine prędicenda fuisse perpendit, ut ab exordio uoluminis Topi
corum,quod est. Maiores nos res scribere ingressos. C. Trebati,usq; ad eum locum
qui est,sed iam tempus est ad id quod instituimus accedere, primi uoluminis Victori
ni expositio terminetur. Secũdo uolumine de iudicãdi,atq; inueniẽdi Dialectice par
tibus,& de loco,atq; argumẽti diffinitione pertractat, ut ab eo loco Topicorũ, qui
est. Cũ omnis ratio diligẽs dissererẽdi duas habeat partes. Vnã inueniẽdi,alteram iudi
candi,usq; ad eum locũ,qui est. Itaq; licet diffinire locũ esse argumenti sedẽ. Argu
mentũ autẽ rationẽ, quæ rei dubię faciat fidem,secũdi libri explanatio subsistat. Ter
tius uero atq; quartus discretionẽ locorũ inter se,eorumq; exẽpla multiformiter per
sequuntur. Ita ut tertius quidẽ Tulliana sibi de iure proponat exempla. Quartus ue
ro eosdẽ locos per alias rursus similitudines monstret ex Virgilio,& Terentio Poẽ
tis, Oratoribus, Cicerone,& Catone, ut quod præceptis ostenditur, exemplis mul
tipliciter collucescat,neq; ab eo loco, qui est in Topicis, sed ex his locis in quibus ar
gumenta inclusa sunt, expositio progressa eum transcendit locũ qui est, ualeat æqui
tas, quę paribus in causis paria iura desiderat. Quanta uero pars reliqua si Topicorũ
ipsius uoluminis magnitudo demõstrat, quam Victorinus, neq; attigit, neq; attinge
re potuisset, ita est rebus minimis immoratus, nisi opus multa librorum pluralitate
distenderet. Nos uero & hanc ipsam particulam, quam Victorinus attigit diligẽter
(ut possumus) aggrediamur,& longius expositione progressi, cum Topicorum de
bemus fine consistere. Quare hinc de tota operis propositione conuenientes sumamus
exordium. Sed anteq; de Topicę facultatis ratione pertractem Procœmiũ, quo ad
Thebatium M. Tullius utitur paucis absoluam. Ait enim:

Maiores nos res scribere ingressos. C. Trebati,& ijs libris quos breui tẽ
pore satis multos edidimus,digniores,è cursu ipso reuocauit uolũtas tua.

Cum enim mecum in Tuſculano eſſes, & in bibliotheca ſeparatim uterque noſtrum ad ſuum ſtudium libellos, quos uellet, euolueret, incidiſti in Ariſtotelis Topica quædam, quæ ſunt ab illo pluribus libris explicata. Quæ inſcriptione commotus, continua à me eorum librorum ſententiam requiſiſti. Quam tibi cum expoſuiſſem diſciplinam inueniendorum argumentorum, ut ſine ullo errore ad eam rationem uia peruenirem us ab Ariſtotele inuenta, illis libris contineri, uerecundæ tu quidem ut omnia, ſed tamen ut facilè cernerem te ardere ſtudio, mecum ut tibi illa traderem, egiſti. Cum autem ego te non tam uitandi laboris mei cauſa, quàm quod tua id intereſſe arbitrarer, uelut eos per te ipſe legeres, uel ut totam rationem à doctiſſimo quodam Rhetore acciperes, hortatus eſſem. Vtrumq; ut ex te audiebam es expertus, ſed à libris te obſcuritas reiecit. Rhetor autem ille magnus hęc ut opinor Ariſtotelica ſe ignorare reſpondit. Quod quidem minimè ſum admiratus eum Philoſophum Rhetori non eſſe cognitum, qui ab ipſis Philoſophis præter admodum paucos ignoretur. Quibus eo minus ignoſcendum eſt, quod non modo rebus his, quæ ab illo dictę & inuentæ ſunt, allici debuerunt. Sed dicendi quoque incredibili quadam cum copia, tum etiam ſuauitate. Non potui igitur tibi ſępius hoc roganti, et tamen uerenti ne mihi grauis eſſes. (Facilè enim id cernebam) debere diutius, ne ipſi iuris interpreti fieri uideretur iniuria. Etenim cum tu mihi meiſque multa ſæpe cauiſſes, ueritus ſum, ne ſi ego grauarer, aut ingratum id, aut ſuperbum uideretur. Sed dum fuimus unà, tu optimus es teſtis quàm fuerim occupatus. Vt autem à te diſceſſi in Græciam proficiſcens, cum opera mea nec reſpublica, nec amici uterentur, nec honeſtè inter arma uerſari poſſem, ne ſi tuto id quidem mihi liceret, ut ueni Veliam tãquam & tuos uidi, admonitus huius æris alieni, nolui deeſſe ne tacitę quidem flagitationi tuæ. Itaq; hæc cum mecum libros non haberem, memoria repetita in ipſa nauigatione conſcripſi, tibique exitinere miſi, ut mea diligentia mandatorum tuorum, te quoque, & ſi admonitore non eges, ad memoriam noſtrarum rerum excitarem. Sed iam tempus eſt ad id, quod inſtituimus accedere.

Omne proœmium, quod ad componendum intendit auditorem, ut in Rhetoricis diſcitur, aut beneuolentiam captat, aut attentionem præparat, aut efficit docilitatẽ, his tribus partibus ſibi Cicero Trebatium format. Nam quod ſe à magnarum rerum inchoatione reuocatum ad amici contulit uoluntatem, fauorem Trebatij uelut iudicis, beneuolentiæ partibus meretur. Maiores autem res ſunt, à quarum ſcriptione ad amici ſtudium uerſus eſt, moralis Philoſophiæ tractatus. Maior eſt enim morum ratio, quàm peritia diſſerendi. Id autem tempus fuiſſe conijcimus, quo propter turbulẽta reipub. tempora in ocium ſe contulit, atque ad Philoſophiæ diſciplinas. Sed quia nobis audientium mentes ueritatis quoque opinio præſumpta conciliat, in eo etiam præparandæ beneuolentię partibus utitur. Quod in commemorandis ueraciter ijs, quæ Trebatius nouerat, facit illis fidem quæ poſterius euenire & Trebatio potuerunt eſſe ignota. Hæc autem ſunt, quod in Tuſculano ad ſuum ſtudium uterque libros

bros euoluerit. Quodque Trebatius caſu in Ariſtotelis Topica incederit, & quod titulum operis admiratus, à M. Tullio inſcriptionis ſententiam perquiſierit. Illud etiam quod ei Cicero ſe expoſuiſſe commemorat, inueniendorum argumentorum illis libris ſcientiam contineri, ut ſine ullo errore ad argumentorum inuentionem uia quadam & recto filo atque artificio ueniretur, quæ res breuiter enunciata, uelut intentionem operis monſtrat, & docilem perficit auditorem. In hoc namque uidetur eſſe comprehẽſum quæ ſit intentio Topicorũ quoniam Cicero ait diſciplinam eſſe inueniendorum argumentorum, non ut inueniantur, (id enim natura ſuppeditat. Sed ut ſine ullo labore, ac ſine ulla confuſione non caſu ad ea mens, ſed quadam uia & ratione perueniat, poſt hanc beneuolentię captationem. Trebatij laudem ſubiungit, cum eius uerecundiam in his commemorat expetendis, quæ ſi poſtulanti amico Cicero præſtitiſſet & gloriæ præmium ferret & gratiæ, ſed quod petenti Trebatio, ut ei Topica traderet minimè conceſſit. Id non proprij laboris fuga, ſed Trebatij potius cauſa factum eſſe contendit, ut in eo quoque Trebatij ueluti tunc repulſi ſubiratus forſitan animus, nunc non ſit alienus. Intererat uero Trebatio ut uel per ſe ipſe illa legens exercitatior fieret, uel ei perfectius ſi qua dubitaret Rhetor doctior expediret. Vtrumque uero à Trebatio ſe narrat audiſſe. Nam & expertum cum, ut per ſeipſe legeret, ſed obſcuritate reiectum, & illum Rhetorem à quo Topicorum explanationem petiiſſet, illa ſeſe Ariſtotelica ignorare confeſſum. Quæ res propter operis difficultatem, neceſſe eſt auditorem reddat attentum. Ea quippe non negligentes inſpicimus, quæ non facilis eſſe intelligentiæ ſuſpicamur, in quo etiam Cicero minimè ſe miratum eſſe commemorat, quod is Philoſophus à Rhetore neſciretur, quí multis etiam Philoſophís uideretur incognitus', quorum etiam ſure culpae ignauiam, quod ad Ariſtotelicæ Philoſophię diſciplinam non inuentorum utilitas, non orationis nitor illexerit. In quo etiam maioris perſpicaciæ creſcit attentio, quia facile ad ſtudium mentes, aliorum ſegnities culpata conuerterit, quocunque uero ac tentio fuerit, non poterit abeſſe docilitas. In his etiam laus quædam Trebatij latẽter inducitur. Magnum eſt enim Philoſophis in ſuo quaſi munere ceſſantibus hunc ne proprio quidem ſtudio præpeditum, alienę ſcientiæ ſecreta rimari, iam uero ſequentia multo etiam clarius beneuolentiam petunt, uelut hoc, quod elegantiſſimè dictũ eſt, uiritum ſe eſſe ne ſi modeſtè poſtulantis uerecundiæ pernegaſſet, ipſi quodammodo iuris interpreti fieri uideretur iniuria, & quod præcedens Trebatij meritum percepti beneficij memor exequitur, id uero eſt quod uel ipſi, uel ijs quos ipſe deſenderit, plura cauiſſet. Fuit igitur, ut ait, uerendum, ne ſi reſtituere gratiam noluiſſet, aut ingratum id, aut ſuperbum eſſe uideretur. Ingratum quidem, ſi magna Trebatij merita quibus ipſe uſus fuerat, paruo æſtimare uideretur, cum nullam ei gratiam reſtituendam putaret, ſuperbum uero, ſi ſperneret. Ad idem cætera reuertuntur, ideſt ad beneuolentiam. Quod eiuſdem teſtimonio nititur dum fuerit in urbe, ſe ne debitam redderet gratiam occupationum neceſſitate conſtrictum. Quod ut uenerit Veliam, amicorum Trebatij conuentione commonitus, ne tacitæ quidẽ eius flagitationi deeſſe uoluiſſet, & quod licet librorum copia nulla ſuppeteret, de memoriæ tamen repetitæ promptuarijs in ipſa nauigatione conſcripſerit, eiqúe ex itinere miſerit, ut beneficij cumulo parendi etiam celeritas adderetur. Quæ cum omnia benignum captare Trebatij uideantur aſſenſum, quædam tamen breuitas Topicorum memoria repetita, attentionis neceſſe eſt animaduerſione fungatur, ipſa namque memoriæ repetitio breue monſtrat eſſe quod colligit. Quodque diligentiæ ſibi fuerint mandata Trebatij, & quod ad excitandam ſui memoriam quaſi pignus amico aliquod atque monimentum uoluiſſet extare. Cui adijcit illudi, & ſi admonitione non eges, ne offendat animum amici ſedulitate ſi quem commonendum credit, obliuionis uideatur arguere. Hæc omnia, ut dixi beneuolentiæ partibus plena ſunt. Sed de proœmio ſatis dictum eſt. Nunc ad ſequentia tranſeamus, nec ſi quis hæc

apud Victorinum latius tractata repererit, nos neglecti integritatis stringat inuidia. Nam nec in singulis (ut ille facit) uerbis hærere uolumus, & ad ampliora huius operis festinamus.

> Cum omnis ratio diligens differendi duas habeat partes, unam inueniendi, alteram iudicandi, utriusque princeps ut mihi quidem uidetur Aristoteles fuit. Stoici autem in altera elaborauerunt. Iudicandi enim uiam diligenter persecuti sunt, eam scientiam, quam Dialecticen appellant. Inueniendi uero artem quæ Topicæ dicitur, quæ ad usum potior erat, & ordine naturæ certè prior, totam reliquerunt. Nos autem, quoniam in utraque summa utilitas est, & utramque, si erit otium, persequi cogitamus, ab ea quæ prior est ordiemur.

Cum Philosophia maximis in rebus operam suam studiumq; consumat, cumq; et in naturalibus inspectionem, speculationemq; adhibeat, & in moralibus actionem, & sic formare gestiat mores ut uera uitæ ratio persuaserit, euenire necesse est, ut secundum id quod ratio tenendum, omittendumue, faciendum quid, aut non faciendū esse decreuerit, uel iudicium constituatur, ascensus uel exercendæ uitæ dirigatur intentio. Erit igitur necessarium, uel in naturali speculatione, uel in moralium actionum cogitatione, ut certa ratio, uel quod in rebus speculandum est, inueniat, uel quod in actum uiuendi duci oporteat, ante perpendat. Hæc autem ratio nisi uia quadam processerit, sæpe in multos necesse est labatur errores. Quod ne passim fieret, atq; ut certis regulis tractatus insisteret, uisum est antiquæ Philosophiæ ducibus, ut ipsarum ratiocinationum, quibus aliquid inquirendum esset, naturam penitus ante discuterēt, ut his purgatis atq; compositis, uel in speculatione ueritatis, uel in exercendis uirtutibus uteremur. Hæc est igitur disciplina, quasi differendi quædā magistra, quam Logicen Peripatetici ueteres appellauerunt, hanc Cicero definiens, differendi diligentem rationem uocauit. Hæc uario modo à pleriſq; tractata est, uarioq; etiam uocabulo nuncupata. Vt enim dictum est, à Peripateticis hæc ratio diligens differendi. Logicè uocatur, continens in se inueniendi, iudicandiq; peritiam. Stoici uero hanc eandem rationem differendi paulò angustius tractauere, nihil enim de inuentione laborantes, in sola tantum iudicatione consistunt, decq; ea, præcepta multipliciter dantes, Dialecticam nuncupauerunt. Plato etiam Dialecticam uocat, facultatem, quæ id, q̄ unum est, possit in plura partiri, ueluti solet genus per proprias differentias usque ad ultimas species separari, atque ea quæ multa sunt, in unum generum ratione colligere, hāc igitur Plato Dialecticam dicit. Aristoteles uero, Logicam uocat, quam (ut dictum est) Cicero definiuit, diligentem differendi rationem. Et huius uno quidem modo, trina partitio est, omnis namq; uis Logicæ disciplinæ, aut definit aliquid, aut partitur, aut colligit. Colligēdi autem facultas triplici diuersitate tractatur, aut enim ueris ac necessarijs argumentationibus disputatio decurrit, & disciplina, uel demonstratio nuncupatur, aut tantum probabilibus, & Dialectica dicitur, aut apertissimè falsis, & Sophistica, ideſt, cauillatoria perhibetur. Logica igitur quę est peritia differēdi, uel de diffinitione, uel de partitione, uel de collectione, id est, uel de ueris ac necessarijs, uel de probabilibus, ideſt, uerisimilibus, uel de Sophisticis, ideſt, cauillatorijs argumentationibus tractat, has enim collectionis partes esse prædiximus. Atque hæc est una Logicæ partitio, in qua Dialecticam Aristoteles uocat facultatem per probabilia colligendi. Rursus eiusdem Logicæ altera diuisio est, per quam diducitur tota diligens ratio differendi in duas partes, unam inueniendi, & alteram iudicandi, id autem uidetur etiam ipsa Logices definitio monstrare, nam quia Logica, ratio differendi est, non potest abinuentione esse separata. Cum enim nemo præter inuentionem

nem differere possit, differendi ratio, inuentionis est ratio. Rursus quoniam Logice, diligens est ratio differendi, ab ea iudicium, non potest abesse, ipsa enim diligentia rationis in differendo posita iudicium est. Neq; enim potest quisquam diligēter differere, nisi quale sit iudicauerit id quod in disputationem sumitur, quod si ad differendi ordinem diligentia rationis adhibetur, non est dubium quin hoc iudicium ad inuentionum uarietatem sit accommodatum. His igitur ita expeditis, uidendum est, hæ diuisiones, quanam se cognatione contingant. Inuentio quippe ceteris omnibus, ueluti materiæ loco, supponitur, hoc modo. Nisi enim inuentio fuerit, non poterit esse uel definitio, uel partitio, quoniam unumquodque generum uel differēti arum inuentione, uel specierum collectione, aut diuidimus, aut etiam definimus. Iam uero si absit inuentio, nequit esse collectio. Non erit igitur necessaria, nec uerisimilis, nec Sophistica argumentatio, hæc enim tria inuentioni superueniunt, ut uel necessarium, uel probabile, uel cauillatoriū sit argumentū. Necessitas enim uero, & probabilitas, & cauillatio formæ, quædam sunt, quæ dum inuentionibus assistunt, necessaria uel probabilia, uel cauillatoria faciunt argumenta. Eadem quoque ratio partitiones, definitionesq; complectitur. Indiscreta namq; inuentionis potestas, cum diffinitiua, tum diuisibilis appellari potest, cum definiendis, partiendisue rebus adhibetur. Quę hoc modo ex inuentionis materia, & differentiarum supra positarum forma composita, rursus iudicationi materię fiunt, nam prior illa partio Logicę tribus partibus segregata, ita partes explicat, ut habeat inuētionem materiam singularum, ipsa uero iudicationi materiam præstat. Etenim cum definit aliquis, uel rei, ꝓpositæ diuisionem facit, inuenit quidē diuisioni definitioniq; differentias accomodatas, sed an rectè uel diffiniat, uel diuidat, iudicatione perpendit. Ita priores Logicæ partes, secundæ diuisionis membra coniungunt, ut materiam quidem sui habeant inuentionem, iudicationi uero fiant ipsæ materia. Quod in reliqua etiam colligendi parte contingit, nam & ea quæ de probabilibus tractat, habet, & inueniendi suppositam materiam, quæ uerisimilia reperit argumēta, & de huiusmodi argumento iudicatio perpendit, est enim iudiciū hoc ipsum internoscendi, quod non necessaria inuentio est, sed uerisimilitudinē tenet. Illa quoq; pars, quæ de necessarijs argumentationibus aptatur, habet subiectam materiam necessariæ inuentionis, eiusq; est iudicium, ut cum necessaria sunt quę inuenit, necessaria quoque esse perpendat. Nec non cauillandi pars, utraq; in se continet, quando quidem & inueniri falsa possunt, & falsa esse, iudicatione discerni. Quo fit ut prior Logices diuisio secundam etiam continere uideatur, nam definitio, partitio, atque collectio, inuentionem continent, & iudicium, quia neq; existere præter inuentionem, neque agnosci præter iudicium possunt. Sed cum omnis inuentio iudicationi subiecta sit, cumq; prioris diuisionis partes sine utroq; esse non possint, euenit, ut prima partitio inuentionem iudiciumq; coniungat. Secūda uero hæc diuisio, qua Cicero etiam partitur Logicam, segregat huiusmodi facultates, & inueniendi materiam à iudicationis parte secernit. Iudiciū uero, in colligendi ratione proprias partes habet, nam omnis argumētatio, omnisq; e syllogismus propositionibus struitur, omneq; compositum duo in se quędam retinet, quę speculanda esse uideantur. Et quidem continet unum quæ illa sint, ex quibus id, quod compositum est, intelligatur esse cōnexum, aliud uero quanam sit suarum partium cōiūctione compositum, ut in pariete, siquidem lapides ipsos, quibus paries structus est, inspicias, quasi materiam spectes, si uero ordinem compositionemq; iuncturæ consideres, tanquàm de formæ ratione perpendas. Ita in argumentationibus quas propositionibus compaginari, atque coniungi supra retulimus, gemina erit speculationis, & iudicandi uia. Vna quæ propositionum ipsarū naturā discernit, ac iudicat, utrum uerę ac necessariæ sint, an uerisimiles, an Sophisticis applicentur, & hæc quasi materiæ speculatio est, altera uero iudicij pars est, quæ inter se propositionum iuncturas cōpositioneſqúe perpendit,

hæc quasi formam iudicat argumentorum. Quæ cum ita sint, hoc modo sit in continuum ducta partitio, ut ratio diligens differendi, unam habeat inueniẽdi partem, alteram uero iudicandi. Tum de ipsa inuentione, tum de inuentionis collocatione, quæ forma est argumentationis. Atq; ea quidem pars, quæ de inuentione docet, quę dam inuentionibus instrumenta suppeditat, & uocatur Topicè, cur autem hoc nomine nuncupata sit, posterius dicam. Illa uero pars, quæ in iudicando posita est, quasdam discernẽdi regulas subministrat, & uocatur Analyticè, & si de propositionum iunctura consideret, Analyticè prior, sin uero de ipsis inuentionibus tractet, ea quidem pars ubi de discernendis necessarijs argumentis dicit, Analyticè posterior nuncupatur, ea uero, quæ de fallis atq; cauillatorijs, id est, de Sophisticis, Elenchi. De uerisimilium uero argumentationum iudicio, nihil uidetur esse tractatum, idcirco quoniam plana est atq; expedita ratio iudicandi de medietate, cum quis extrema cognouerit, si enim quis dijudicare necessaria sciat, idem q; falsorum argumentorum possit habere iudicium, uerisimilia, quæ in medio collocata sunt, discernere non laborat. Expeditum igitur est, ut arbitror, quid sit quod ait Cicero, rationem diligẽtem differendi, duas habere partes, inueniendi unam, alteram iudicandi. Illud etiam diligentius expositum est, quæ sit ratio quam Stoici Dialecticen uocãt, ea est enim quæ iudicandi peritiam tenet, & quã eodem nomine Plato partiendi per differentias, atq; ad genus reuocandi facultatem uocat. Quamq; eodem nomine Aristoteles, non tam differendi artem, ut Stoici, sed eam tantũ nuncupet, quæ de proposita quæstione uerisimilibus colligat argumentis, atq; ideo perfectius Aristoteles de Logica tractauit, quoniam de duobus, ultra quæ nihil est, tertium disseruit, de inueniendo, scilicet, & iudicando, cum Stoici, inuentione neglecta, iudicationis tantum instrumẽta tradiderint, atq; ideo iure eos increpat Tullius, quoniam id maximè reliquere quod & natura prius, & usu potius erat, natura quidem, quia fieri non potest, ut de inuentione iudicetur, nisi ipsa inuentio prius extiterit. Ad usum uero, quia longè utilius est nuda, & præter artem prolata naturali inuentione susceptum sæpe negotium tueri, quàm inueniente alio mutum ipsum inermeq; & tacitum uersare iudiciũ. Datuero Tullius de utroq; sententiam, & ait summam pariter utilitatem in utroq; consistere, & se de utraq;, si otium fuerit, uelle differere. Ab ea autem quæ prior est, id est, inuentione, quam Topicen appellari diximus, ordiendum putat.

> Vt igitur earum rerum quæ absconditæ sunt, demonstrato & notato loco facilis inuentio est, sic cum perueſtigare argumẽtum aliquod uolumus, locos nosse debemus. Sic enim appellatæ sunt ab Aristotele hę quasi sedes, e quibus argumenta promũtur. Itaq; licet definire locum esse argumenti sedem, argumentum autem rationem, quę rei dubię faciat fidem.

Post diuisionem Logicæ disciplinæ, quam diligentem differendi rationem esse desiniuit, de Topicè, quæ inueniendi ars esse prædicta est, expedire contendit. Ac primũ quid sint loci, termino definitionis includit, eiusq; artis, quæ Topicè dicitur, exempli quadam claritate designat intentionem. Est enim Topices intentio, argumentorum facilis inuentio. Non igitur inuenire docet Topicè, quod est naturalis ingenij, sed facilius inuenire, omnis quippe ars imitatur naturam, atq; ab hac materia susceptа, rationes ipsa uiamq; conformat, ut cum facilius id quod ars quæq; promittit, tum elegantius fiat, uelut parietem struere, naturalis ingenij est, sed arte fit melius. Argumentum autem ratio est, quæ rei dubie faciat fidem. Multa enim sunt quæ faciunt fidem, sed quia rationes non sunt, ne argumenta quidem esse possunt, ut uisus facit fidem his quæ uidentur, sed quia ratio nõ est uisus, ne argumentũ quidem esse potest: Differentiã uero unam sumpsit, eam quæ faciat fidẽ, omne enim argumentum facit fidem. Si igitur iunxerimus genus ac differentiam, & id esse argumentum dicamus, quod ra-

quod rationem quæ faciat fidem, num tota argumenti natura monstrata sit? Minime. Quid si eius rei, de qua nemo dubitat, aliqua ratione facere quis fidem uelit, num idcirco illa, quòd fidem faciat, uocabitur argumentum? Nullo modo, argumẽtum namq; est quod rem arguit, id est probat, nihil uero probari, nisi dubium, potest. Nisi ergo sit res ambigua, & ad eam ratio fidem faciens afferatur, argumentum esse nõ poterit. Addita igitur alia differentia, quę est, rei dubię, facta est integra definitio argumenti, ex genere & duabus differentijs constans, genere quidem, ratione, una uero differẽtia, quod faciat fidem, altera uero, quod rei dubiæ est, ut sit tota definitio, id est argumentum quod sit ratio, rei dubię faciẽs fidem. Quæ cum ita sint, necesse est ut ubi dubitatur aliquid, ibi sit quæstio. Quod si argumẽtum præter rem dubiam esse non poterit, nullo modo esse præter quæstionem potest. Quæstio uero est dubitabilis propositio. Propositio uero est ratio uerum falsumue designans. Omnis igit propositio siue constanter atq; pronũciatiuè proferat, ut siquis dicat; Omnis homo animal est, siue ad interrogationem dirigatur, ut siquis interroget. Putas ne omnis homo animal est? retinet proprium nomen, & propositio nuncupatur. At si eadẽ, uelut dubitabilis proferat, fit quæstio, ut si quis quęrat, an omnis homo animal sit. Quod autem modis quæstio diuidatur, nunc explicandi locus non uidetur accommodus, sed in ijs libris dicemus, quos de Topicis differentijs formare molimur. Ad quæstionem igitur, id est, ad dubitabilem propositionẽ omnis intentio dirigitur argumenti, non uero ut rotam comprobet quęstionem, sed ut partem eius ratione cõfirmet, neq; enim tota quęstio defenditur, sed una eius quælibet pars argumentatione firmatur, nemo enim defendit cœlum rotundum esse, & non esse, si enim ita quis defenderet, totam quæstionem uideretur probare. Sed cum ita cõsideratur. Vtrum rotundum sit cœlum, an non sit, in una tantum cõsistit quæstionis parte defensio, siue quę affirmat siue quæ negat. Omnis enim quæstio contradictionibus constat. Nã si qua res ab altero affirmetur, negetur ab altero, totum hoc contradictio nuncupatur, ut si quis dicat. Cœlum rotundum est, alter neget dicens: Cœlum rotundum non est, Cœlum rotundum esse, & non esse, contradictio prohibetur. Dubitabilis uero propositio, quam quæstionem esse prædiximus, & affirmationem in se continet & negationem, hoc enim ipso quo dubitabilis est, contradictionem uidetur includere, cum enim dubitat quis utrum ne cœlum rotundum sit, siue adiungat, an non sit, siue reticeat, ipsa dubitatio partem secum alteram trahit, si enim unam partem propositionis tueatur, dubitabilis non est, atque idcirco nec quæstio. Cum igitur omnis quęstio duas habeat partes, affirmationis unam, alteram negationis, necesse est ut sit semper exalterutra parte defensio, ut unus quidẽ affirmationis partem, negationis alter defendat, & hic quidem, ad astruendam affirmationem, ille uero ad destruendam, quæ poterit argumenta perquirat. Nihil uero interest utrum quis affirmationẽ ponat, an destruat negationem, aut negationem defendat, an oppugnet affirmationẽ. Age enim, sit quæstio, Vtrũ cœlum rotundũ sit. Si quis eam sibi quæstionis partẽ assumpserit, quam esse defendit, ad eam constituendam cuncta necesse est sibi comparet argumenta, atque in hoc affirmationem quidem ponit, sed destruit negationem, si quis uero neget id, ac dicat non esse cœlum rotundum, suscipit sibi partem alteram quæstionis quæ fuerat reliqua, id est, negationem, in eaq; consistit, & ad hanc approbandã, perquisitis nitẽtur argumẽtis, itaq; qui negationẽ ponit, labefactat affirmationem. Quæ cũ ita sint, demonstratũ arbitror, non totã quæstionẽ, sed eius aliquã partem ad defensionẽ uenire. Sed quod quisq; defendet, ad hoc quoq; argumenta perquirit. Ad partem igitur quæstionis astruendam, destruendamúe argumẽta sumuntur, atq; hæc quidem si quis minus intelligit, ne à nobis obscure dicta esse causeẽ, si enim quæ in Dialectica, uel à nobis dicta Latina oratione, uel à Græcis scripta sunt, ignorabit, mirũ est si quã partẽ eorũ quæ dicimus, aduertere ualeat, ne dum stupeamus quod non omnia cõprehendat. Sed quoniã dubitabilem propositionem, quæstionem

ſtionem eſſe prædiximus,euenit,ut quas partes habeat propoſitio,eaſdē etiam que-
ſtio retinere uideatur.Omnis autem ſimplex propoſitio duas habet partes in termi-
nis conſtituras.Simplex uero,ꝓpoſitio eſt huiuſmodi.Omnis homo animal eſt.Ter
minos uero uoco ſimplices orationis partes,quæ continent propoſitionem,ut ani-
mal & homo.Hi uero ſunt prædicatus atque ſubiectus,prædicatus eſt in propoſitio
ne maior terminus collocatus,ſubiectus uero minor.Maior uero terminus,de ſubie-
cto dicitur,minor autem de maiore nullo modo prædicatur,ut animal quoniam ma-
ius eſt quàm homo,de homine prædicatur,dicitur enim omnis homo animal eſt.Ho
mo uero de animali non dicitur,nemo enim uere dicit,omne animal homo eſt.Hac
igitur ratione internoſcere poſſumus qui terminus in propoſitione maior, qui uero
ſit minor.Omnis autem quæſtio,ut dictum eſt,quoniam dubitabiles partes habet,et
ad eaſdem comprobandas argumenta ſumuntur,neceſſe eſt ut quicquid in quæſtio-
nibus comprobatur,id argumentorum ratione firmetur.Argumentum uero niſi ſit
oratione prolatum,& propoſitionum contextione diſpoſitum,fidem facere dubita
tioni non poterit,ergo illa per propoſitiones prolatio ac diſpoſitio argumenti,argu
mentatio nuncupatur, quæ dicitur enthymema,uel ſyllogiſmus, cuius definitionē
in Topicis differentijs apertius explanabimus. Omnis uero ſyllogiſmus uel enthy-
mema propoſitionibus conſtat, omne igitur argumentum ſyllogiſmo uel enthyme
mate profertur. Enthymema uero eſt imperfectus ſyllogiſmus, cuius aliquæ par-
tes,uel propter breuitatem,uel propter notitiam prætermiſſæ ſunt.Itaque hæc quo-
que argumentatio à ſyllogiſmi genere non recedit. Quoniam igitur ſyllogiſmus
omnis propoſitionibus conſtat,propoſitiones uero terminis,terminiq; inter ſe diſ-
ferunt,eo quòd unus maior eſt,alter minor, fieri non poteſt, ut ex propoſitionibus
concluſio naſcatur,niſi per terminos progreſſæ propoſitiones, extremos terminos
alicuius tertij medietate coniunxerint,id facilimo demonſtratur exemplo.Sit enim
quæſtio utrum homo ſubſtantia ſit an minimè.Sumo mihi quæſtionis partem alte-
ram comprobandam,ea eſt,hominem eſſe ſubſtantiam,in hac igitur duo ſunt termi
ni,ſubſtantia atque homo,quorum maior ſubſtantia,minor homo,quod ex eo quo-
que poterit oſtendi,quoniam poſterius ſubſtantia in prolatione profertur,uel ut in
hoc ipſo quod dicimus,homo ſubſtantia eſt,prius hominem,poſterius ſubſtantiam
nominamus,ut igitur ſubſtantiam atq; hominem iungam,neceſſe eſt medium termi
num reperiri,qui utroſq; copulet terminos,hic ſit animal,fiatq; una propoſitio, om-
nis homo animal eſt,in hac igitur propoſitione animal prædicatur, homo ſubijcit,
rurſus adiungo.Omne autem animal ſubſtātia eſt,in hac rurſus animal ſupponitur,
ſubſtantia prædicatur.Itaq; concludo,omnis igitur homo ſubſtantia eſt, ac per hoc
homo quidem ſemper ſubiectus eſt.Animal uero ad hominem quidem prædicatum
eſt,ad ſubſtantiam uero ſubiectum.Subſtantia uero ipſa ſemper prædicata perſiſtit,
unde fit ut minor quidem ſit homo,maior uero homine ſubſtantia,medius autē ter-
minus animal.Quoniam igitur extremi termini medij interpoſitione copulanē,eoq;
modo quæſtionis inter ſe membra conueniunt,adhibitaq; probatione ſoluitur dubi
tatio.Nihil eſt aliud argumentum quàm medietatis inuentio,hæc enim uel coniun-
gere,ſi affirmatio defendatur,uel diſiūgere,ſi negatio uindicetur,poterit extremos.
Quæ cum ita ſint,duarum propoſitionum & tertię concluſionis.Maior quidem pro
poſitio dicitur ea,quæ maiorem terminum continet,ideſt,in qua maior quidem præ
dicatur,medius uero ſupponitur,ut omne animal ſubſtantia eſt.Minor uero propo-
ſitio eſt quę medium quidem terminum prędicat,ſubijcit autem minorem,ut omnis
homo animal eſt.Sed quoniam à maioribus neceſſe eſt minora deſcendere,eius cō-
cluſionis,quæ ex duabus propoſitionibus naſcitur illa quaſi effectrix & propria pro
poſitio uidetur eſſe,quæ prima eſt,hæc autem eſt,omnis homo ſubſtātia eſt,quod qui
priores poſteriores q; noſtros Analyticos,quos ab Ariſtotele tranſtulimus,legit,mi-
nimè dubitat. Sed & ſi quis quæ illic ſcripta ſunt neſciens,ad hæc legēda proruperit,
etiam

etiam ſi rationem rerum quas non intellígit,minimè comprehendit,ita tamen ut di
ctum eſt eſſe,cōfidat,ſecq; in Ariſtotelis Analyticis uberius inuenturum eſſe,ſi lege
rit,arbitretur.Natura igitur rerū fert ut ubi quid maius ac minus eſt,ibi maximū quo-
que aliquid ineſſe neceſſe ſit. Quo fit ut ſint quædam maximę propoſitiones,quoni
am minores maiores q; eſſe monſtrauimus,quarū natura ex ſimpliciū propoſitionū
partitione ſumenda eſt. Omnis enim ſimplex propoſitio uel affirmatiua eſt, uel ne-
gatiua,earum q; aliæ ſunt uniuerſales,ut omnis homo iuſtus eſt,nullus homo iuſtus
eſt.Aliæ particulares,ut quidā homo iuſtus eſt. Aliæ indefinitæ,ut homo iuſtus eſt,
homo iuſtus non eſt.Aliæ ſingulares aliquid atq; indiuiduū continentes,ut Cato iu
ſtus eſt,Cato iuſtus non eſt.Harum q; omniū aliæ ſunt dubitabiles, aliæ indubitatæ,
ſupremas igitur ac maximas propoſitiones uocamus, quæ & uniuerſales ſunt, & ita
notæ atq; manifeſtæ,ut probatione non egeant,ea q; potius quę in dubitatione ſunt
probent. Nam quæ indubitata ſunt,ambiguorum demonſtrationi ſolent eſſe princi
pia, qualis eſt omnem numerum uel parem eſſe uel imparem, & æqualia relinqui,
ſi æqualibus æqualia detrahuntur,cæteraq; de quarum nota ueritate non quæritur.
Maximas igitur,id eſt uniuerſales ac notiſſimas propoſitiones,ex quibus ſyllogiſ-
morum concluſio deſcendit in Topicis ab Ariſtotele conſcriptis, locos appellatos
eſſe perſpeximus,q̄d enim maximę ſunt,id eſt, uniuerſales propoſitiones, reliquas
in ſe uelut loci corpora cōplectūtur,quòd uero notiſſimę atq; manifeſtę ſunt, fidem
quæſtionibus præſtant,eoq; modo ambiguarum rerum cōtinent probationes. Has
autem aliquoties quidem in ipſis ſyllogiſmis atq; argumentationibus inhærere con
ſpicimus,aliæ uero in ipſis quidem argumentationibus minimè cōtinentur,uim ta-
men argumentationibus ſubminiſtrant, ut ſi uelimus oſtendere regnum melius eſ-
ſe quā conſulatū,dicemus: Regnum cum ſit bonum,diuturnius eſt quā conſulatus.
Omne uero quod eſt diuturnius bonum,melius eſt eo quod parui eſt tēporis,regnū
igitur melius eſt conſulatu.Hic igitur maxima propoſitio atq; uniuerſalis & per ſe
cognita,neq; indigens probatione,argumentationi inſerta eſt. Ea uero eſt,omnia
quæ diuturniora ſunt bona,meliora eſſe his quæ ſunt temporis breuitate cōſtricta.
At ſi uelimus oſtendere nō eſſe inuidū qui ſapiens ſit,dicamus:Inuidus eſt qui mœ-
ret aliena felicitate,non aūt ſapiens eſt quem felicitas aliena contriſtat. Non eſt igit̄
inuidus ſapiens,hic maxima propoſitio argumentationi nō uidetur incluſa,ſed ex-
trinſecus poſita, ſyllogiſmo tamen uires miniſtrat. Hæc uero eſt, quorum diuer
ſæ ſunt definitiones,diuerſas eſſe ſubſtātias neceſſe eſt.Quiſquis igitur uel Ariſtote
lis Græca uel noſtra ab Ariſtotele translata proſpexerit, has illic propoſitiones lo-
cos inueniet nuncupari,quæ ſunt maximę atq; uniuerſales & uel p ſe neceſſariæ, uel
per ſe probabiles ac notæ.Sed quoniam has propoſitiones plures, ac penè innume
rabiles eſſe neceſſe eſt,reſtat adhuc quo amplius ratio ſpeculationis aſcēdat. Poſſu-
mus ēm deligenti tractatu cōſiderationis adhibito, omniū maximarū atq; uniuerſa
liū propoſitionū differētias perpēdere, atq; innumerabilē maximarū propoſitionū,
ac p ſe notarū multitudinē,in paucas atq; uniuerſales colligere differētias,ut & alias
dicamus in definitione cōſiſtere,alias in genere,atq; alias alio modo q̄d paulò poſt
apertius demōſtrabo. Omnes igit̄ maximæ,ꝓpoſitiones, quæcūq; ſub definitionis
uerbi gratia rationē cadūt, uno definitionis nomine continebunt̄.Et ſicut illæ reli-
quarū,ꝓpoſitionū loci eſſe dicebant̄,q̄ eas intra ſuū ambitū cōtinerēt, ita ipſarū ma
ximarum atq; uniuerſaliū propoſitionū,quas minorū propoſitionū locos eſſe præ-
diximus,illæ differentiæ, & ſi non uerè tamen quadā ueluti imagine loci eſſe uidebū
tur,in quas fuerint cōuenienti ratione reductæ.Sed iſtæ locorum, id eſt,propoſitio-
num maximarum differentiæ,quas etiā ipſos locos nominamus,poſſunt ſubiectarū
propoſitionū etiā genera nuncupari.Nam differentię cōtinentes etiā genera cōmu
niter poſſunt uideri,ut irrationale cum à rationali uelut diuiſibili differentia diſſide-
at,tamen equi uel canis,differentia ſpecifica eſt,& ad eos locū generis tenet. Namq;
animal

animal irrationabile equi genus eſt. Ita etiã in maximis ꝓpoſitionibus. Nam quòd aliæ ſunt ex toto, aliæ ex partibus, hæ inter ſe comparatæ differẽtiæ diuiſibiles ſunt, ad ipſas uero maximas propoſitiones differentiarum continentiæ uelut generis loco ſunt. Nam propoſitionis ex toto uenientis genus eſt idipſum quod uocatur ex toto. Item propoſitiones à partibus ductæ, quamuis notæ ſint atq; manifeſtæ genus eſt, quòd à partibus & cæteræ differentiæ earum propoſitionum quæ cum ſint maximæ, tamen eiſdem uidentur includi, uelut quædam genera ſint. Quę uero ſint hæ differentiæ paulò poſterius diſſeram. De his igitur nunc locis tractare Tullius inſtituit, q maximas propoſitiones quas ſuperius diximus, id eſt, per ſe notas atq; uniuerſales continent, atq; includunt. Hæ uero ſunt maximarum differentiæ propoſitionum. De uniuerſalium igitur enunciationum, per ſeq; notarum differentijs diſſerit, ut ſit integer locus argumenti ſedes. Nam ſi argumentum omne per propoſitiones ad concluſionem uſq; perducitur. Omnes uero reliquæ propoſitiones in prima maximaq; propoſitione cõtinentur, ipſaq; prima ac maxima propoſitio, tum pars eſt argumentationis, id eſt, ſyllogiſmi, tum extrapoſita argumentationi uires miniſtrat, ut utroq; modo quoniam perficit argumentum, pars argumẽtationis quædam eſſe uideatur, non eſt dubium quin hæ differentiæ, quæ propoſitiones maximas cõtinent, eædem omnes etiam contineant argumentationes, ut maximarũ propoſitionum differentię iure loci argumentorum & quaſi quædam ultimę ſedes eſſe uideantur. Nam ex his quatuor ſignificationibus appellationum duarum argumẽtationis, ſcilicet, atq; argumenti unam quamlibet eſſe neceſſe eſt. Aut enim elocutio & contextio ipſa propoſitionum cum maximis propoſitionibus, uel extra ſyllogiſmũ poſitis, uel in eodem incluſis, argumentatio uocatur. Argumentum uero mens & ſententia ſyllogiſmi, aut elocutio ratiocinationis cum maximis propoſitionibus & ſententia ſyllogiſmi argumentum eſſe dicetur, ut idem ſit argumentum quod argumẽtatio. Aut argumentatio quidem uocabitur tota contextio ſyllogiſmi cum ſententia, ſed argumẽtum maxima propoſitio, aut integer ratiocinationis ordo præter maximas propoſitiones argumentatio, ſententia uero argumentationis argumentũ. Reliqua uero maxima propoſitio, locus. Sed cum hæc ita ſint, ſiue quis ipſarũ propoſitionum contextionem, & uſq; ad concluſionem continuum ductum cum maxima propoſitione, uel extra poſita, uel propoſitionibus ratiocinationis incluſa, argumentationem uocare uelit, argumentum uero ſententiam, mentemq; ratiocinationis nihilominus locos intelligimus maximarum propoſitionũ differentias, ſiue quis ratiocinationis totius uim atque ſententiã totã cũ maxima ꝓpoſitione, uel intra, uel extra poſita, argumentum uocet, non eſt dubium quin totius ratiocinationis locus ille ſit, qui eſt maximę propoſitionis differentia, continet enim maximam propoſitionem, in qua propoſitiones cæteræ continentur. Siue argumentationem, quidem totam ratiocinationis contextionem uocari placeat. Argumentum uero maximã propoſitionem, rectè rurſus locus putabitur maximę propoſitionis differẽtia, quæ argumentum claudit & continet, quòd ſi argumentum quidem ſenſus ipſe totius ratiocinationis intelligatur, argumẽtatio uero integra ratiocinationis prolatio, extra uero & ab utriſq; diuerſum ualens, uelut locus quidam maxima propoſitio conſideretur, ſic quoq; maximarum differentiæ propoſitionum loci eſſe uidebuntur, nam cum differentia ipſa maximam propoſitionem cõtineat, eiuſq; ſit locus, maxima uero propoſitio argumentationi uel argumento uires miniſtret, non eſt dubium quin ea tota argumento locus eſſe uideatur, quod totum intra maximæ propoſitionis ambitum claudit. Demonſtratũ igitur eſt quę ſint argumentorũ ſedes, id eſt, ubi argumenta claudantur, hæ ſunt autem maximarum propoſitionum differentiæ, quæ uocantur loci, quid etiam argumentum, quoniam eſt rei dubiæ faciẽs fidem, quæ ſit uero res dubia, ideſt pars altera quæſtionis, quid ſit quæſtio, id eſt, dubitabilis propoſitio, quid ſit ſimplex propoſitio, ideſt enũciatio, quæ prædicato ac ſubiecto termino contineat,

uerum falſum ue deſignãs, quæ omnia meminiſſe oportet. Maximarũ eñ propoſitionũ differentiæ quas locos eſſe prædiximus, ab his dicunt terminis, qui prius in propoſitione ſunt, poſterius in quæſtione conſiderant, prædicato, ſcilicet, atq; ſubiecto. Ex his etiã quę ſuperius dicta ſunt, quid diſtẽt Topica Ciceronis atq; Ariſtotelis apparuit. Ariſtoteles nãq; de maximis propoſitionibus diſſerit, has enim locos argumentorũ eſſe poſuit, utinos quoq; ſuprà retulimus. Tullius uero locos non maximas ꝓpoſitiones, ſed earũ cõtinẽtes differẽtias uocat, ac de his docere cõtẽdit.

Sed ex his locis in quibus argumenta incluſa ſunt, alij in eo ipſo de quo agitur hærent, alij ſumuntur extrinſecus, in ipſo, tum ex toto, tum ex partibus eius, tum ex nota, tum ex his rebus quę quodammodo affectæ ſunt ad id de quo quæritur. Extrinſecus autem ea dicuntur, quæ abſunt longęq; diſiuncta ſunt.

Poſt diffinitionem loci atq; argumenti facit pleniſſimam diuiſionem locorũ, ac primum quoniam omnis diuiſio cũcta debet amplecti, neq; ſuperfluum quicq; interponere, nec omittere, quid ſit neceſſarium id M. Tullius propoſita diuiſione paretacit dicens: Ex his locis in quibus argumẽta incluſa ſunt. Alios in eo ipſo, de quo agitur hærere alios extrinſecus aſſumi, nihil enim huic diuiſioni poſſe uidetur addi uel minui, quandoquidem breuiter cuncta complectitur. Argumentorum enim loci quicũque ſumuntur, aut in ipſo de quo agitur hærent, aut minimè. Id autem minimè extrinſecus poſitos eſſe deſignat, quòd ſi inter id quod dicimus in ipſo de quo agitẽ hærere argumentorum locos, & non hærere nihil eſt medium. Inter affirmationẽ enim atq; negationem nulla eſt medietas. Cumq; in ipſo de quo agitur non inhærere locum argumenti, id ſit extrinſecus aſſumi, dubium non eſt quin nihil interſit mediũ, inter ea argumenta, quorum in hoc ipſo hærent loci de quo agitur, & ea quorum extrinſecus aſſumuntur, extrinſecus autem ea dicuntur quæ abſunt longęq; diſiuncta ſunt, ſed quid ipſum ſit de quo agitur facilior explanatio eſt, ſi eorũ quæ prius dicta ſunt, meminerimus. Nam cum de quæſtione loqueremur, eandem diximus eſſe quæſtionem, quæ eſſet dubitabilis propoſitio. Sed quoniam propoſitio ſubiecto prædicatoque conſtaret, quęſtionem quoque diximus ſubiecto prædicatoque cõiungi. Prædicatum igitur uel ſubiectum eſt hoc ipſum de quo agitur. Nam cum de alterutra quæſtionis parte dubitetur, in hac ambiguitate quæritur utrum prædicatus terminus ineſſe ſubiecto uideatur, an minimè. Nam cũ omnis quæſtio in affirmationem negationemq; diuidatur, ſi prædicatus ſubiecto ineſt, fit ex eo uera affirmatio, ſi non ineſt, fit uera negatio. Sed in quæſtionibus diſceptandis, alter affirmationem, alter negationem tuetur, id eſt, alter prædicatum ineſſe ſubiecto, alter non ineſſe defendit. Quod uero ex alterutra parte defenditur, hoc eſt, ipſum de quo agitẽ. Ipſum igitur eſt prædicatus terminus uel ſubiectus, de quibus agitur, atq; ut id exemplo clarius fiat. Sit quæſtio, an Verres furtum fecerit, hic Verres ſubiectum eſt, furtũ facere prædicatũ, q̃d ſi furtum Verri coniungit, idq; argumẽtationibus cõprobatur, quæſtionis affirmatio demonſtrata eſt. Si furtum à Verre ſeiungitur, quæſtionis rurſus negatio cõprobat. Ipſum itaq; de quo agitur nihil eſt, niſi uterlibet eorum terminus qui in quæſtione proponitur, ſiue prædicatus, ſiue etiã ſubiectus. Qui quidem termini per ſe argumenta eſſe non poſſunt, neq; uero per ſe argumenta præſtare. Si enim ipſi ſimplices ut ſunt argumẽta eſſe poſſent, uel argumentorum præſtare materiam, nullam in quæſtione relinquerent dubitationẽ, ſed quoniam de ipſis adhuc in quæſtione dubitat, an eorum poſſit eſſe rata cõiunctio, ipſi quidem neq; per ſe argumẽta eſſe, neq; per ſe argumẽta præſtare poterũt, ea uero quæ in ipſis ſunt, uel extrinſecus poſita ſunt, argumentorum copiam ſubminiſtrant. Nam quod Victorinus quærit, & explicat latius, ne cõmemoratione quidem mihi dignũ uidetur.

Quærit

Quærit enim quæſtio ipſa de quo agitur, an habeat locum, quod minimè oportuit, ut dictum eſt, locus de quo nunc agimus, non cuiuslibet rei locus eſt, ſed argumenti, argumentum uero rei dubiæ faciens fidem, res uero dubia pars quæſtionis, quod ſi argumentum quæſtio uel pars quæſtionis eſſe non poteſt, locus uero de quo agimus, argumenti eſt locus, non eſt dubiũ quin locus quæſtionis eſſe non poſſit. Amplius. Omnis quæſtio dubitabilis eſt, argumentũ uero omne quæſtionis purgatam biguum. Non eſt igitur idem argumentum quod quæſtio, ſed loci, argumentorum ſunt loci, non ſunt igitur quęſtionis. Hoc igit̃ præmiſſo intelligamus ipſum de quo agitur quemlibet terminum in quæſtione propoſitum, ſiue prædicatũ, ſiue ſubiectũ, qui cum per ſe res ſint, ipſi quidem argumentum eſſe non poſſunt, habere autem in ſe quædam poſſunt, in quibus argumenta ſint collocata, & quæ ſedes argumentorũ eſſe intelligantur. Quæ quidem cum terminis his de quibus agitur, inhærere uideantur, nondum tamen ſunt argumenta, ſed quaſi iam argumenta cõplectentes loci, & uelut naturali ſede condentes. Idem de his locis qui extrinſecus aſſumuntur, dicendum eſt, ipſi namq; poſiti ſunt exterius, & quodammodo à propoſitionum terminis ablegati, & res quædam ſunt, ſed intra ſe argumentorum copiam claudũt, atq; ut breui ſententia colligã, ipſum de quo agitur nihil eſt aliud, niſi quilibet in quæſtione terminus collocatus. Hi argumenta eſſe non poſſunt, neq; ab his trahi aliquod argumentum. Quo fit ut termini ipſi qui in quæſtione ſunt poſiti, nec argumenta, neclo ci ſint, ſed tantum res. Rurſus ea quæ in his hærent, de quibus agitur, ipſa quidem res eſſe manifeſtum eſt, ſed claudunt in ſe argumentorum copiam, ut cum ex his ſumi aliquod oporteat argumentum, locorum uice fungantur. Itaq; ſi quis per ſe ea ſpectet, res ſunt, ſiquis ab his aliquod argumentum quærat educere, loci fiũt. Et hæc cõmuniter quidem de principalibus ac maximis locis dicta ſint. Hi uero ſunt qui in ipſis de quibus agitur hærent, uel qui aſſumuntur extrinſecus. Vt igitur faciat plenam locorum diuiſionẽ, quos ſimpliciter ac maximos poſuit locos, eoſdẽ uelut in quaſdam ſpecies reſecat, dicens: In ipſo tum ex toto, tum ex partibus eius, tum ex nota, tum ex his rebus quæ quodammodo affectæ ſunt ad id de quo quærimus. Et locorum qui in ipſo ſunt de quo agitur conſtituti, quatuor partium facta diuiſio eſt. Hi quippe qui in ipſo de quo agitur, hærent, uel ex toto eo de quo agiẽ termino, uel ex partium eius enumeratione, uel ex nota, uel ex affectis intelliguntur exiſtere. Id ita eſſe breui ratione firmabitur. Neceſſe eſt enim quemlibet eorum terminorum qui in quęſtione ſunt collocati, & definitiones habere proprias, & partes, & nomina, & ad res alias quadam relatione coniungi ac referri, ergo locus qui dicitur ex toto, is eſt, quoties argumentum ex alicuius diffinitione termini qui eſt in quæſtione tractatur, ſiue ſubiecti, ſiue prædicati. Ex partium enumeratione quoties ab eius termini partibus, qui in quæſtione poſitus eſt, ducitur argumentum. A nota quoties ab eiuſdem termini uocabulo naſcitur argumentũ. Ab affectis uero, quoties ab his quę ab his quæ ad propoſitum terminum relatione aliqua reducuntur, argumẽtatio proficiſcitur. Quorum ſimilitudines omnium poſterius explicabo, quãdo ea quæ ſuper his rebus declarandis Cicero poſuit, exempla tractauero. Nunc illud eſt conſiderandum, ait enim Tullius ex his locis in quibus argumenta incluſa ſunt, alios in eo ipſo de quo agitur, hærere, alios extrinſecus aſſumi, quod ita dictum uidetur, tanquam diuerſi ſint loci, qui in his de quibus agitur, hærent, & ipſum illud de quo agitur. Nihil enim in ſeipſo hęrere poteſt, ac per hoc quod in aliquo hæret, ab eo in quo hæret diuerſum eſt, quôd ſi loci ſunt aliqui qui in his hæreant, de quibus agitur, non eſt dubium quin hi loci ab his de quibus agitur, ſint diuerſi. Rurſus cũ dicit in ipſo, tum ex toto, tũ ex partibus eius, tanquàm non de diuerſis loquatur, ita ait, in ipſo locos eſſe tum ex toto, tum ex partibus, tum ex nota. Quaſi uero aliud ſit ipſum quàm totum, aut aliud ipſum quàm omnes undique eius partes. Vnaqueque enim res idem eſt q̃d totum. Idem namque eſt Roma quod tota ciuitas. Rurſus idem eſt unaquęq; res, quod

quod eius ſingulæ partes in unũ reductæ, uelut idem eſt homo, quod caput, thorax, uenter, ac pedes, cæteræq; in unum partes cõiunctæ atq; copulatæ. Quomodo igitur tanq; de diuerſis, primũ locutus eſt, cũ locos hęrere in his terminis de quibus agitur, dixit? Poſt autẽ uelut de eiſdẽ loquitur, cum in ipſo locos, tum ex toto, tum ex partibus eſſe proponat. Nihil enim differt dicere in ipſo, tum ex toto, tum ex partibus q̃ ſi ita dixiſſet, in ipſo, tum ex ipſo. Nam ſi idem eſt ipſum, quod totũ ac partes, idem eſt dicere in ipſo hærere locum, ex toto, aut ex partibus, quod in ipſo hærere locum, qui eſt ex ipſo, quod ne intelligi quidem poteſt, quemadmodum in ipſo hærere poſſit, quod ipſum eſt, cum nihil ſibi hæreat, ut ſuperius expediui. Sed quemadmodum pauloantè expoſui, unaquęq; res cum & diffinitionem habeat & partes, ſi pernoſcamus quæ ſit diffinitionis uis, & quæ partium, cũctus ambiguitatis nodus abſoluitur. Eſt enim diffinitio coactæ in ſe atq; cõplicatæ rei explicatio, uelut cum dicimus hominem eſſe animal rationale, mortale. Nam id quod breuiter nomen, atq; anguſtè deſignabat, id explicauit ac protulit, & per ſubſtantiales quodammodo partes definitio patefecit. Alium igitur neceſſe eſt eſſe intellectum rei, quæ cõplicata eſt, in eo quod ſibimet coacta atq; in unum redacta eſt, aliũ eiuſdem rei explicatæ atque differtæ, in eo quòd expedita atq; diffuſa eſt, nam etſi idem rei diffinitio quod nomen ſignificat. Illud tamen ipſum quod nomen anguſtè, cõfuſęq; deſignat, apertius diffinitio diſſerit ac patefacit. Rectè igitur aliud quiddã eſt ipſum, aliud eius diffinitio, etiam ſi unũ idemq; eſt utriſq; ſubiectũ. Vt enim dictum eſt, ipſum ſingulum eſt, diffinitio ipſius ſinguli per partes diſtributio, atque enumeratio. Partes autem nunc ſubſtantiales dico, non quæ magnitudinem iungunt, ſed quæ proprietatem rationemq; ſubſtantiæ. Sed quod in definitione dictum eſt ſecundum eas partes, quæ ſubſtantiam iungunt, id in partibus intelligendũ eſt, quæ magnitudinem copulant, uelut domus quæ fundamento, parietibus, tectoq; coniungitur. Nam cum ea nihil ſit aliud, niſi quod partibus copulatur, ipſa tamen una quædã eſt, atq; cõiuncta, partitio uero eius per quędam membra diſtributio eſt, atq; ideo licet unum ſit, quod ipſum eſt totum, & quot ſunt partes undiq; cõfluentes, non tamen eundem neceſſe eſt habere intellectũ, cum ipſum integrum conſideratur, & cum in partes ipſas quibus iunctum eſt, diſtribuit̃. Ex nota uero locus apertiſſimè ab eo termino diuerſus eſt, qui in quæſtione cõſtitutus eſt. Quis enim dicat, id eſſe cuiuslibet rei uocabulum quod ipſa res eſt, quam deſignat? Ea uero quæ ad id de quo agitur affecta ſunt, & ſi extra poſita uidẽtur, terminum tamen in quæſtione propoſitum uelut è regione reſpiciunt, quæ in multas ſecati neceſſe eſt partes. Omnis enim res, id quod eſt, unũ eſt, multa uero ſibimet retinet adiuncta, quę hoc ab his quę omnino extrinſecus ſunt, differre intelligunt̃, ꝙ ea quę affecta ſunt, in relatione ſunt poſita, ut poſt & ipſarum propoſitio, & exemplorum ratio monſtrabit. Ea uero quę ſunt extrinſecus, in nulla relatione ſunt cõſtituta, atq; ideo hæc extrinſecus ſolũ. Illa uero affecta ſunt nuncupata, habet enim aliquã quodãmodò cognationẽ ad id, ad quod reducit̃, id quod refertur ad, aliquid. Sed omnes ferè hos locos quos nunc ſimplices, atq; indiuiſos ponit, poſteriore tractatu diuidit, ut nũc quoq; eos locos qui in ipſo ſunt, diſtribuit, cum alios ex toto fieri proponit, alios ex partibus, alios ex nota, alios ex affectis, affectaq; ipſa ſuis partibus ſecat, ex trinſecus uero locum in teſtimonio poſitum eſſe cõfirmat, teſtimonij uero uim in auctoritate conſtituit, auctoritatẽ uero diducit in proprias partes, ſed hoc poſteriore tractatu liquebit. Nunc uero eos ſimplices, atq; indiuiſos locos proponit, & uelut ſimplicibus ſubdit exempla. Reſtat autem nunc unum quod uidetur eſſe quærẽdum, an hi loci qui in locos alios diuidũtur, eorum quos intra ſe continent, locorum loci eſſe poſſint, ut eorũ qui ſunt ex toto, ex partibus, ex nota, ex affectis, is unus quidã quaſi locus ſit, qui eſt in ipſo. Nihil quidem prorſus officeret locorum locos putare, fieri enim poteſt, ut locus amplior intra ſemet anguſtiores contineat locos, uelut in prouincia ciuitates, ſed nunc hæc ſimilitudo nõ cõuenit. Locus enim eſt ex quo ducitur

id in quo argumentum est positum, quod si loci locus esse posset, & is qui est in ipso de quo agitur, eos qui sunt ex toto, uel ex partibus, uel ex nota, uel ex affectis, uelut quidam locus includeret, nō essent, ex toto, ex partibus, ex nota, ex affectis loci, sed argumenta quoniā in eo hærerēt loco, qui in eoipso de quo agitur termino esse prædictus est, non igitur locus esse poterit loci, sed uelut genera in species, ita nunc sit diuisio locorū, nec hoc superius dictis uideatur esse contrarium, cum & maximas propositiones, & earū differentias continentes communi nomine appellauimus locos, nam maximæ propositiones licet eo ipso quo maximę sint, includant cæteras, & uocentur loci, tamen quia sunt notissimæ possunt rebus dubijs esse argumenta. Iure igitur earum differentię loci nominantur, quod in locorum speciebus, aliter sese habet, quæ prorsus argumēta esse non possunt, nam in ipso locus uelut in species quasdam diuidit̄ in eos qui sunt ex toto, ex partibus, ex nota, ex affectis, unusquisq; enim horum locorū primi loci integrū uidetur ferre uocabulum, nam ut hominem animal dicimus, itemq; equum atque bouem, animalia nūcupamus, sic is locus qui ex toto est, in ipso esse dicit̄, itemq; qui ex partib. ac nota, atq; ex affectis in ipso sunt, sed ex his locis argumenta quidem duci possibile est, ipsa uero argumenta ut sint, fieri nequit.

Sed ad id totū de quo disseritur, cum definitio adhibetur, quasi inuolutum euoluit id de quo quæritur. Eius argumenti talis est formula. Ius ciuile est æquitas constituta his, qui eiusdem ciuitatis sunt ad res suas obtinēdas. Eius autem æquitatis utilis cognitio est. Vtilis ergo est iuris ciuilis scientia.

Post locorum bifariam diuisionem, in ipso, scilicet, de quo agitur, & extrinsecus positorum, partitus est eum locum qui est in ipso in quatuor mēbra, id est, à toto, à partium enumeratione, à nota, ab affectis. Nunc igitur antea cp̄ diuidat eum locū quem ab affectis esse proposuit, superiorum trium quos in primo interim tractatu minimè diuisurus est, sed indiuiduos relicturus, exempla supponit. Hi uero sunt à toto, à partibus, à nota, ac de eo quidem loco qui est à toto ita disseruit, ac disputauit. Tum, inquit, dicimus à toto locum argumenti quando totum illud quod in quæstione positū est, diffinitione complectimur, quę diffinitio rei dubię de qua agitur, facit fidem. Sed diffinitio omnis ut superius quoq; dictum est, id quod nomine inuolutè designatur, euoluit & explicat, atq; ideo nō terminus qui in diffinitione ponitur, sed quæ in ipso sunt, possunt argumentis præstare materiam. Sunt autem in unoquoq; propriæ diffinitiones. Diffinitio enim est oratio substantiam uniuscuiusq; significans, quod si ab unaquaq; re propria substātia non recedit, ne diffinitio quidem recedit, est ergo definitio in ipso termino, de quo agitur, quę definitio totum terminum necesse est comprehendat, neq; enim partem substantiæ, sed totius termini substantiā monstrat. Sed quoniam ex ea diffinitione fides fit rei dubiæ, trahitur ex diffinitione argumentum, quæ diffinitio in ipso termino est de quo agitur, & eius termini totum est. Itaque argumētum quod à diffinitione ducitur, ab eo ducit̄ loco, qui in ipso termino est, qui in quęstione est collocatus. Sed quoniā multi loci sunt in ipso, hic locus à toto est. Diffinitio enim totum terminum cōprehendit, atq; id quod inuolutè nomine significabatur, euoluit atq; aperit, eius argumenti talis est formula. Ius ciuile est æquitas constituta his qui eiusdem ciuitatis sunt ad res suas obtinendas, eius autem æquitatis utilis est cognitio, utilis est ergo iuris ciuilis scientia. Est enim quæstio, an iuris ciuilis scientia sit utilis, hic igitur ius ciuile supponitur, utilis scientia prædicatur. Quęritur ergo an id quod prędicatur, uerè possit adhærere subiecto. Ipsum igitur ius ciuile nō potero ad argumentū uocare, de eo enim quæstio constituta est, respicio igitur quid ei sit insitum, uideo quoniam omnis diffinitio ab eo nō seiungitur, cuius est diffinitio, ne à iure ciuili quidem propriam diffinitionem posse abiungi. Diffinio igitur ius ciuile, ac dico, ius ciuile est æquitas cōstituta his qui eiusdem ciuitatis sunt, ad res suas obtinendas,

obtinēdas, post hoc cōsidero num hæc definitio reliquo termino, utili scientiæ possit esse cōiuncta, id est, an æquitas cōstituta his qui eiusdem ciuitatis sunt, ad res suas obtinendas, utilis scientia sit, uideo esse utilem scientiam dictæ superius æquitatis. Concludo itaq; iuris igitur ciuilis scientia utilis est, hoc igitur argumētum est ex eo loco qui est in ipso, hoc est, in iure ciuili, qui terminus in quæstione est cōstitutus, hic uocatur à diffinitione, quæ diffinitio quæstionum totum est, argumentum est à toto. Omnis autem locus à toto in ipso est. Nec nos ulla dubitatio perturbet, quod ius ciuile & rursus scientia utilis, quædā sunt orationes, quas inter terminos collocamus. Non enim omnis terminus simplici orationis parte profertur, sed aliquoties orationes integræ in terminis constituuntur. In hac igitur argumentatione maxima ac per se nota propositio est ea, per quam intelligimus omnia quæ diffinitioni alicuius coniunguntur, ipsa quoq; illis quorū definitio est, ex necessitate copulari. Sequit̄ enim cum diffinitio iuris ciuilis utili scientiæ possit adiungi, iuri quoq; ciuili utilem scientiā posse copulari, est igitur hoc argumentum tractum ab ab eo loco, qui est in ipso. Omnis enim diffinitio in eo termino est quem diffinit, eodem autem loco qui in ipso est, & a toto. Omnis enim diffinitio totum monstrat atq; aperit. Maxima propositio hæc. Quibus aliquorū diffinitio iūgitur, eisdem necessario ea quæ diffiniunt̄, aptant̄.

Tum partium enumeratio, quæ tractatur hoc modo: Si neque censu, neque uindicta, neq; testamento, liber factus est, nō est liber, nec ulla est earum rerum, non est igitur liber.

Sit quæstio utrum aliquis quem seruum esse constiterit, sit liber. Quoniā faciendi liberi tres sunt partes, una quidem ut censu liber fiat, censebantur enim antiquitus soliciues Romani. Si quis ergo consentiente uel iubente domino, nomē detulisset in censum, cuius Romanus fiebat & seruitutis uinculo soluebat̄, atq; hoc erat cēsu fieri liberum, per consensum domini nomen in censum deferre, & effici ciuem Romanum. Erat etiam pars altera adipiscendæ libertatis, quę uindicta uocabatur, uindicta uero est uirgula quædam, quam lictor manumittendi serui capiti imponens, eundem seruum in libertatem uindicabat, dicēs quædam uerba solennia, atque ideo illa uirgula uindicta uocabatur. Illa etiā pars faciendi liberi est, si quis suprema uoluntate in testamenti serie seruum suum liberum scripserit. Quæ quoniam partes sunt liberi faciendi, si quis aliquem quem seruum fuisse constiterit, monstrare uelit, non esse liberum factum, dicet, si neq; censu, neq; uindicta, neq; testamēto, liber factus est, nō est liber. At nulla earum parte liber factus est. Nō est igitur liber. Si enim omnes partes à qualibet illa re abiunxeris, totum necessario separasti. Nam cum totum in suis partibus constet, si quid nulla cuiuslibet parte cōiungatur, à toto etiam segregatur, partes autem duobus dicimus modis, uel species, uel membra. Species est quæ nomen totius integrum capit, uelut homo atque equus animalis, utraq; enim per se integro nomine animalia nūcupantur. Est enim homo animal, & rursus equus animal. Item membra sunt, quæ cum totum efficiant, coniuncta totius capiunt nomen, singula uero nullo modo, ut cum fundamentum, parietes, & tecta, domus membra sint, simul omnia domus dicūtur, fundamēta uero sola domus uocabulo minimè nūcupantur, neq; parietes, neq; tecta. In his igitur quæ species sunt, quoniam nomē totius integrum capiunt, nisi sigillatim omnes partes ab eo de quo dubitatur abiunxeris, nō possis totum abesse mōstrare. Dictum est enim unamquamq; partem totius uocabulum integrū capere. Vt quoniam faciendi liberi tres sunt species, census, uindicta, testamentum, si quaslibet duas remoueris, una tamen permanserit, liberum necessario confitebere. Siue enim censu tantum, siue uindicta, siue testamento sit liber factus, liberum esse constat, ergo in his nisi omnes species semoueris, non potes destruere cp̄ in quæstione propositum est. At si affirmare uelis, atq; astruere, sufficit tantū unam

quamlibet ſpeciem demonſtrare, ut ſi uelis oſtendere liberum, ſat eſt, ut mõſtres, aut uindicta, aut cenſu, teſtamentoue liberum factum, quod ſi deſtruere uelis, non ſufficit oſtendere, aut cenſu, aut uindicta, aut teſtamento liberum non eſſe factũ. Sed nullo eorum modo ad libertatem uenisſe. Itaq; his partibus quæ ſpecies ſunt, ſi deſtruere uelis, cunctis utendũ eſt, ſi aſtruere, una ſufficiet. At uero hæ partes quæ ſunt membra cõtrario modo ſunt, ſi deſtruere uelis, ſat erit unam ſeiungas, ſi aſtruere, cuncta adeſſe neceſſario cõprobabis, nam ſi uelis oſtendere non eſſe domum, ſufficit ut aut fundamenta non eſſe dicas, aut parietes, aut tecta, nam ſi quid horũ defuerit, domus non poteſt appellari. At ſi uelis oſtendere domum eſſe, niſi cuncta in unũ coniunxeris, id q̃ proponis, aſtruere non ualebis. Omnes uero hi loci à partiũ enumeratione ducũtur, quia in his partibus quæ ſpecies ſunt, cũctæ partes enumerant̃, ut deſtruas, in his uero quæ mẽbra ſunt cunctæ partes enumerãtur, ut aſtruas. Quæſtio eſt igitur in propoſito Ciceronis, exẽplo argumẽti à partiũ enumeratione deducti. An is quẽ ſeruũ fuiſſe cõſtitit, liber ſit, is quẽ ſeruũ fuiſſe cõſtat, ſubiectus eſt terminus, liber uero prædicatus, neutrũ igitur eorũ terminũ ad argumẽtum ducere poterimus, de quibus enim dubitat̃, ipſi fidẽ dubitationi facere non poſſunt, uideo igitur quid in altero eorum ſit, quoniam uero partes omnes in eo ſunt cuius partes ſunt, quoniam q̃ libertas data, habet proprias partes, ſumo eas atque dinumero, & requiro, an ulla earum partium uideatur ineſſe ſubiecto, ſed nulla ineſt. Concludam igitur non eſſe liberum. Vnde manifeſtius demonſtratur, non ſolum ab eo termino qui ſubiectus eſt, argumenta ſumi poſſe, uerumetiam ab eo qui eſt prædicatus. Nam prius exemplum quo demonſtrabat. Iuris ciuilis ſcientiam eſſe utilem, ius ciuile quod ſubiectum erat diffiniuit, ductum q̃ inde argumentum rei dubiæ fecit fidem. Hic uero libertatis partes enumerantur, qui eſt terminus prædicatus. Eſt igitur ut dictum eſt quæſtio. An quem ſeruum eſſe conſtiterit, liber ſit. Terminus is quidem quem ſeruum eſſe conſtiterit, ſubiectus eſt, prædicatus uero liber, in ipſo, id eſt, in prædicato partes ſunt, quæ enumerantur, à qua enumeratione dum trahitur argumentum, fit argumentũ in ipſo, ex partium enumeratione. Maxima propoſitio, cuius partiũ nihil rei propoſitæ copulatum eſt, ei ne totum quidem eſſe poteſt coniunctum. Hic uidetur eſſe dubitandum, num locus à toto, atque à partibus idem ſit, cum omnes partes totum faciãt, ſi coniungantur. Sed reſpondebitur, cum ſit argumentum ab enumeratione partium, totum diuiditur, non cõiungitur, diuidendo enim argumẽtatio procedit. Nam quiſquis partem cuiuslibet ſumpſerit, eo ipſo, quo partẽ ſumpſerit, rem uidetur eſſe partitus. Qui uero rem diuidit, diſſipat potius quàm conficit totũ, ſed reſtare adhuc ambiguitas poteſt, nam diffinitio quoq; inuolutam nominis ſignificationem explicat, per quandam ſubſtantialium partium enumerationem. Enumeratio uero partium quædam ipſarũ à ſe partium diſſipatio eſt. Sed aliud eſt eiuſdẽ rei partes enumerare, aliud diffinitionis. Nã rei partes, ea re cuius partes ſunt, ſemper minores ſunt, ut caput, uel thorax, uel cætera mẽbra toto homine, partes uero definitionis tota re quæ diffinitur, ſi ſubſtantiales ſunt, probantur eſſe maiores, ut animal homine maius eſt. Itemq; rationale, mortale eundem hominem, uelut maiora continent, & ſunt ſingulæ partes diffinitionis eiuſdem quæ eſt animal, rationale, mortale. Partitio igitur ſumit partes rei quam partitur minores ſemper. Quæ uero ſumit definitio, uniuerſalia ſunt per ſe totaq; & continentia diffiniri, quamuis poſita in diffinitione partes fiant, ut in his quæ ſuperius exempla propoſui, facilè intelligi poteſt. Vnde manifeſtũ eſt locum à toto, qui diffinitionis eſt, & locum à partium enumeratione, eſſe diuerſos.

Tum notatio, tum ex ui uerbi argumentũ aliquod elicitur hoc modo, cum lex Aeliaſanctia aſſiduo uindicem aſſiduum eſſe iubeat. Locupletem iubet locupleti, is eſt aſſiduus, ut ait Aelius, appellatus ab ære dando.

Tertius eorũ qui in ipſo ſunt locus à notatione eſt cõſtitutus. Notatio uero eſt quædam

dam nominis interpretatio. Nomen uero ſemper in ipſo eſt. Vt enim diffinitio id q̃ in nomine inuolutum eſt, declarat, expedit atque diffundit, ita etiam nomen id quod à diffinitione dicit̃ euolute, inuolute confuſe q̃ deſignat, quod ſi definitio in ipſo eſt, nomen quoque in ipſo eſſe de quo agitur, non poteſt dubitari. Ex notatione autem locus uocatus eſt, quia nomen omnem rem notat atque ſignificat. Vindex eſt igitur qui alterius cauſam ſuſcipit uindicandam, ueluti quos nunc procuratores uocamus. Lex igitur Aeliaſanctia aſſiduo, uindicem aſſiduum eſſe iubet. Quæritur utrum cum lex Aeliaſanctia uindicem uelit eſſe aſſiduo aſſiduũ, locupletem uelit locupleti. Hic igitur ſubiectus quidem terminus eſt, lex Aeliaſanctia uindicem uolens aſſiduo aſſiduum, prædicatus uero locupletem locupleti, ipſos igitur terminos non potero adfidem quæſtionis adducere. De ipſis enim de quibus ambigitur, nulla effici fides poteſt. Quæro igitur quid in ipſorum altero ſit, ac uideo unum eorum terminum eſſe, legem Aeliamſanctiam, quæ aſſiduum aſſiduo uindicem eſſe decernat, id eſt, ſubiectũ, huius orationis interpretor partem, quę eſt aſſiduus. Quid enim eſt aſſiduus aliud, niſi aſſem dans? aſſem uero dare niſi locuples non poteſt, aſſiduus igitur locuples eſt. Cum igitur lex Aeliaſanctia aſſiduo uindicem aſſiduũ eſſe cõſtituat, locupletem iubet locupleti, aſſiduus quippe eſt locuples, à dando ære nominatus. Argumentũ igit̃ hoc tractũ eſt ex eo loco, qui eſt in ipſo, id eſt, à nominis interpretatione, nomẽ enim in ipſo illo eſt, cuius nomen eſt, cuius interpretatio notatio nũcupatur. Sed ab huius interpretatione factum eſt argumentum. Igitur hoc argumentum ex eo loco eſt, qui eſt in ipſo, id eſt, à nomine, & eorum qui in ipſo ſunt, à notatione, id eſt, à nominis interpretatione. Maxima propoſitio eſt, interpretationem nomina idem ualere quod nomen. Sed paulò cõſufius à Cicerone dicta argumentatio maximũ præſtat errorem. Ita enim dici oportuit, aſſiduus eſt qui aſſem dat, qui uero aſſem dat, locuples eſt, aſſiduus igitur locuples eſt. Lex autem Aeliaſanctia aſſiduum aſſiduo eſſe uindicem iubet, locupletem igitur locupleti uindicem eſſe præſcripſit. Quod ſi ita dictũ eſſet, apertior argumentatio fuiſſet. Nunc uero ita dixit: Cum lex Aeliaſanctia aſſiduo uindicem aſſiduum eſſe iubeat, locupletẽ iubet locupleti & cætera. Subiunxit, ut oſtenderetur locuples eſſe aſſiduus, hoc autem tantundem ualet, quod ait, legem Aeliamſanctiã aſſiduo aſſiduum uindicem cum iuberet eſſe, locupletem locupleti eſſe præcepiſſe, tãquàm ſi diceret, qui aſſiduus eſt, locuples eſt. Niſi enim is qui aſſiduus eſt, locuples ſit, non cõſequitur, ut cum lex Aeliaſanctia, aſſiduum aſſiduo uindicem eſſe iuſſerit, locupletem iuſſerit locupleti, & argumẽti concluſionẽ priorem poſuit, ſubiecit uero probationẽ. Concluſio namque eſt, cum lex Aeliaſanctia, aſſiduum aſſiduo uindicem uelit eſſe, locupletem iubet locupleti, atque hanc præmiſit, probatio uero eſt rationis aſſiduũ eſſe locupletem ab ære dando nominatum, & hanc intulit concluſionem. Reſtat is locus eorum qui in ipſo ſunt, qui ducitur ab affectis. Cuius expoſitionem, quoniam uaria eſt multiplex q̃ diuiſio, differamus, ac primi uoluminis terminum, hucuſq; ſiſtamus.

ANITII MANLII SE-
VERINI BOETHI, COMMENTARIORVM IN
TOPICA CICERONIS, LIB. II.

IN tam difficilimi operis cursu non sum nescius mi Patrici, quin labor hic noster quem te adhortante suscepimus, dum iudicio multitudinis imperitæ aut eleuatur, aut præmitur, facilè uarijs reprehensionibus mordeatur. Nam & illi quibus hoc totum differendi displicet genus, uelut superuacaneũ studium familiari prauis mentibus cauillatione, despiciunt, & qui maximũ huius scientiæ fructũ putãt, sua cæteros segnitie mentientes, tanto nos operam pares esse non existimant, quorum quidem priores si non inuidia laboris alieni æstimationem premunt, sed reprehensioni iudicioq; consentiunt, nullo modo ferendos esse puto. Multo quoque in me libentius detorserim prauæ opinionis inuidiã, ac nostris eos diffidere uiribus facilimè patiar, potius quàm tantæ disciplinæ calcare rationem. Sed proh diuinam atque humanam fidem, quæ est hæc hominum prauitas, quę tantę est imprudentia cœcitatis, ut penè sua sese ipsi confessione condemnent? Nullus est enim qui sese uideri nolit peritissimum differendi, quinetiam obiectare ipsi aliquid, & resoluere obiecta conantur, & si facilè id factu esset, cuncti ad scientiam logicæ disciplinę uelut ad cõmunia quędam sapientię lucra concurrerent. Iam uero quid absurdius fingi potest, quàm quod probabilibus ut ipsi existimãt argumentis, inutile studium Dialecticæ nituntur astruere? Quid enim conuenit differendi artem diserendo peruertere, ut cuius opinionem affectes. eiusdem despicias ueritatẽ? Sed ut cantor, ille discipulum sibi ac Musis canere iubebat, ita & ego quoque mihi ac tibi, non Musæ, sed tãquàm Musarum præsidi cecinerim, atque id quod multo labore studioq; collegi, non Rhetorica tantũ facultate, uerum etiam Dialectica subtilitate deponam. Quę uero sequuntur huiusmodi sunt:

> Ducuntur etiam argumenta ex his rebus, quæ quodammodo affectæ sunt ad id de quo quæritur. Sed hoc genus in plures partes distributũ est. Nam alia coniugata appellamus, alia ex genere, alia ex forma, alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex cõtrario, alia ex cõiunctis, alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus, alia ex repugnantibus, alia ex causis, alia ex effectis, alia ex comparatione maiorum, aut parium, aut minorum.

Postquã locos eos ex quibus argumenta ducunt, gemina partitione distribuit, alios in ipso de quo agitur hærere dicendo, alios extrinsecus assumi, cumq; locum qui in ipso de quo agitur hæret, in quatuor species secuit, id est, à toto, à partibus, à nota, ab affectis. Superioribus quidem tribus exempla subiecit, quæ nos primo uolumine quãtum diligenter fieri potuit explicauimus. Restat is locus quem posuit quartum, id est, ab affectis, huius cum multæ sint species, integri atque indiuisi proponere non potuit exemplum. Nam quorũ facienda partitio est, melius per singula membra dispositis aperiuntur explis. Hunc igitur locum diuidit hoc modo: Locus qui ex affectis est, partim ex coniugatis, partim ex genere, partim ex forma descendit, ex similitudine etiam, uel ex differentia, uel ex contrario, necnon etiam ex cõiunctis, ex antecedentibus, & consequentibus, & repugnãtibus, ex causis etiam atque ex effectis causarum, & comparatione maiorum, aut parium, uel minorum, quæ omnia Tullius paulò post conuenientibus rerum similitudinibus illustrat. Nunc illud nobis dicendum est, quę sit affectorũ natura, & quid habeant proprietatis, sunt enim affecta quæ quodammodo

quodãmodo aliquid referri possunt, ad id ad quod referuntur, omnia uero quæ se aliqua relatione respiciunt, aut amica inter se, aut dissidentia conferuntur. Si amica, uel substantialiter, ut genus, forma, antecedentia, consequentia, causa, effectus. Vel in qualitate, ut coniugatum, simile, coniunctum, uel in quantitate, ut paria. Quę uero sibi dissidentia conferuntur, partim à se differentia sunt tantum, partim aduersa, sed aduersa, partim in qualitate, ut contraria, uel repugnantia, partim in quãtitate, ut maius ac minus. Quę cum ita sint, manifestũ est, & amica sibi cognationis relatione coniungi, & dissidentia hoc ipso quo sibi aduersa sint, ad se inuicem cõparari. Nam quæ amica sunt, amicis amica sunt, & dissidentia à dissidentibus dissident. Ita igitur & genus formæ genus est, & forma generis forma, & antecedentia cõsequentium, & consequentia antecedẽtium, & causa effectuum causa, & effectus causarum effectus, & coniugata coniugatis coniugata sunt, & simile simili simile, & coniunctum coniuncto coniunctum, & paria paribus paria, & differentia differentibus differentia, & maiora minoribus maiora, & minora maioribus minora sunt, & contraria contrarijs contraria, & repugnantia repugnantibus repugnantia sunt. Affecta igitur sunt quæ cum à se inuicem diuersa sint, ad se inuicẽ tamen referuntur. Sed quo ordine Tullius superius descripsit locos, nos diffinitiones omnibus apponemus. Eorum igitur quæ ad se inuicem affecta dicuntur, in M. Tullij disputatione prima sunt coniugata uoco, quæcumque ab uno nomine uaria prolatione flectuntur, ut à iustitia iustus, iustũ, iuste. Hæc inter se cum ipsa iustitia unde eorum uocabulum fluxit, coniugata dicuntur. Genus uero quod de multis specie differentibus in eo quòd quid est prædicatur, uelut animal dicitur de homine atque equo, quæ specie differunt, & in eo quòd quid sit prædicatur. Interrogantibus enim nobis quid sit homo uel equus. Respondetur animal. Quod genus licet necesse sit ab eo esse diuersum cuius genus est, cognatũ tamen est ei, quia ad id substantiæ relatione coniungitur. Species etiam est, de qua genus superius prędicatur, quam Cicero formam uocauit, uelut homo animalis. Similitudo est unitas qualitatis. Nam duo quæ sibi similia sunt, eandem necesse est habere qualitatem, & quoniã ipsum sibi simile esse non potest, aliud necesse est simile consideretur. Sed aliud esse non poterit, nisi fuerit in aliqua parte diuersum. Ergo similia, à se in alia quidem re diuersa sunt, in alia uero congruunt. In ea uero re quæ secundum qualitatem congruunt, in ea esse similia intelliguntur, quæ ad se similitudinis illius copulatione referuntur. Differentia est qua unumquodq; differt ab alio, ut homo ab equo rationabilitatis differentia discrepat. Hæc igitur prædicatione quidem proprię naturę ad ea refertur, quorum est differentia ut rationabilitas ad hominem, Dissimilitudinis uero ratione ad ea à quibus discrepat id cuius est differẽtia, ut rationabilitas ad bouem. Contraria uero sunt, quę in eodem posita genere longissimè à se discrepant, ut album atque nigrum, quæ licet in uno qualitatis genere ponantur, à se tamen quàm longissimè recedunt, ea quoque ad se referri nullus ignorat. Aliud est enim quod sunt, aliud quod contraria sunt. Quod enim nigrum est, quale est. Quod uero contrarium est, ab albo plurimum discrepans est. Coniuncta uero sunt, quæ unicuiq; rei finitimam naturam tenent, uelut timori pallor adiunctus est. Hęc talia sunt ut sæpius quidem adiunctis sibi cohęrescant, neq; tamen ex necessitate his quibus uicina sunt, adesse cogantur. Nam sæpe timori pallor assistit, nõ tamen semper ueluti cum dissimulatione premitur metus, atq; ideo ueri similia ex adiunctis argumenta nascuntur. Nam quęcunq; coniuncta sunt ex his quibus adhęrent, indicio esse solent. Sed de his in posteriore disputatione diligentius differam. Antecedẽtia uero sunt quibus positis aliud necesse est consequatur, ut quia bellum est, esse inimicitias necesse est. Hæc ordinis necessitatẽ tenent. Consequentia enim ab antecedentibus separari nequeunt, cõsequens uero est quicquid, id quod antecedit insequitur, ut inimicitiæ bellũ cõsequuntur. Nam si bellũ est, inimicitias esse necesse est, habetq; locus hic illud notabile & spectandũ, quod sæpe quæ naturaliter priora sunt, tamen

ipſa ſunt conſequentia. Sæpe quæ naturaliter antecedunt,& in propoſitione priora ſunt. Namq; inimicitiæ prius exiſtere quàm bella ſolent. Sed nō poſſumus proponere inimicitias, ut bellū ſequatur. Nō enim poſſumus uerè dicere, ſi inimicitię ſunt, bellum eſt, ſed præponimus bellum,& inimicitiæ quæ natura priores ſunt, ſubſequunt, ita, ſi bellum eſt, inimicitiæ ſunt. Nunc igitur inimicitiæ quæ naturaliter bellū præcedunt, hæ eadem bella in propoſitione comitantur, at ſi dicā, ſi ſuperbus eſt, odioſus eſt. Superbia & naturaliter, & in propoſitione odium præcedit, prius enim ſuperbia cōſueuit exiſtere, poſt uero atq; ex eadem ſuperbia ueniens odiū ſequi. Nec intereſt utrū naturaliter quælibet antecedat res aliquādo, an uero cōſequetur, dum id in propoſitione annotemus eā eſſe rem antecedentē, quæ ſiue naturaliter prior ſit, ſiue poſterior, alterā tamen rem ſecū neceſſariò trahat. Repugnātia uero intelligūtur quoties id q̄ alicui contrariorū naturaliter iunctū eſt, reliquo cōtrario cōparatur, ut quoniā amicitię atq; inimicitiæ contraria ſunt. Inimicitias uero cōſequitur nocēdi uoluntas, amicitia & nocendi uoluntas, repugnātia ſunt, hęc quoq; ad ſe cōtrarietatis ſimilitudine referuntur. Cauſa eſt, qua præcedente aliquid efficitur, ut cauſa dici eſt ſolis ortus. Effectum eſt quod præcedēs cauſa perficit, ut dies quē ſolis ortus emittit. Maiorum uero cōparatio eſt, quoties ei quod minus eſt, id q̄ maius eſt comparatur, ut ſi nemo innocens, pelli in exiliū debet, multo magis ne Tullius quidē, qui nō innocēs ſolum, uerū etiam patriæ fuit liberator, plus eſt enim patriæ eſſe liberatorem, q̄ innocentem. Parium uero quoties inter ſe paria cōparantur, ut ſi hic ciuis innocens pelli in exilium nō debet, quia innocens eſt, nec ille quidem qui eſt innocēs carere patria iuſtè poteſt. Minorū uero quoties minora maioribus cōferuntur, ut: ſi Ciceronem liberatorē patriæ præmio nemo dignū putauit, nemo eū putet præmio dignū qui cum tantū innocens fuerit, nulla in rempublicā contulit merita. Hęc itaq; omnia cognata ſibi eſſe,& ad ſe referri inuicē,& ſe uelut è regione cōſpicere nullus ignorat. Nam ut de cōiugatis primum loquamur,& iuſtitia ad id quod iuſtum eſt, uel id quod iuſtè fieri poteſt, ſpectat,& eum qui iuſtus eſt perficit. Cætera quoq; habent ad ſe non modo uocabuli cognationem, uerum etiam cuiuſdā naturę congruentiam, ita tamen ut à ſe diuerſa ſint. Neq; idem eſt iuſtitia, quod iuſtus. Omne enim quicquid ab aliquo inflectitur ab eo à quo inflectitur eſt diuerſum, eidemq; cognatum, à quo etiam probatur inflexum. Genus etiam cognatū eſſe rei cuius genus eſt, ideſt, ſpeciei, quam Cicero formam uocauit, dubiū non eſt. Genus enim ſpeciei genus eſt,& ſpecies generis ſpecies, itaq; ad ſe inuicem referuntur, licet idem genus ac ſpecies non ſint. Illud ſanè uidendum eſt, quoniā quas nos ſpecies nuncupamus, eas Cicero formas uocat. Cui quidem, dum quod dicit intelligam, cōcedam libenter quibus uoluerit uti nomi nibus, mihi uero non idem cōcedi poteſt. Nam qui explanationis lucē profeſſus eſt, in his uerbis debet quæ ſunt in uſu poſita uerſari. Id autē quod ſupponitur generi ut ſpecies, quam forma potius nuncupetur, uſus obtinuit. Iam uero ſimile niſi ſimili ſimile eſſe non poteſt,& quod differt niſi à diſſimili differre non poteſt. Cōtraria etiā contrarijs intelliguntur eſſe contraria, coniuncta etiam coniunctis adhæreſcunt. Et quæ ſunt antecedentia, aliquid quod poteſt conſequi antecedunt. Id etiam quod eſt conſequens illud quod anteceſſit, inſequitur. Omne etiā repugnans repugnanti ſibi met intelligitur inimicū. Cauſa etiam effectus ſui cauſa eſt. Quod enim quæuis cauſa efficit, eius rei quā efficit cauſa eſt, effectus quoq; cauſæ alicuius effectus eſt. Comparatio uero maiorum minora reſpicit, minorū uero maiora, parium paria, atq; in omnibus ea natura eſſe deprehenditur, ut cum per ſe res quædā ſint diuerſę ab his ad quæ referuntur, affecta tamen eſſe dum cōparantur, appareāt, diuerſa uero eſſe ab his ad quę referātur, illa res approbat, quoniā nihil ad ſeipſum referri poteſt. Quę cum ita ſint, iure affecta ſunt nūcupata. Quę omnia eius loci qui ex affectis ducitur, ſpecies, uel formæ ſunt, ipſo etiam teſtante Cicerone, qui ait: Sed hoc genus in plures partes diſtributum eſt. Cum enim genus dixit, quas ſcindit à genere ſpecies eſſe ſignauit.

Præterea

Præterea omnia hæc & nomen generis ſuſcipiunt & diffinitionē. Affecta enim ſunt ad aliquid, quæ ad id ad q̄ affecta ſunt, referri queunt, cōiugata uero & genus, & forma, & cætera, ad ea ſemper ad quæ ſunt affecta, referunt. Sed ut in ſuperioribus locis dictū eſt, qui in ipſo de quo agitur hærebāt, id eſt, extoto, ex partibus, ex nota, ut ex toto eo intelligatur termino, qui fuiſſet in quæſtione propoſitus. Itēq; ex eius partibus atq; ex eius nota. Eodem modo etiā in ijs quæ affecta ſunt dicemus ad eum terminum affecta cōſiderari, qui ſubiecti uel prædicati loco poſitus cōtinet quæſtionē. Superest nunc illud dicere, cur quæ affecta ſunt in ipſo de quo agitur eſſe dicantur. Etenim in ipſo de quo agitur termino, quatuor locos eſſe ſignificauit. Cicero, id eſt, ex toto, ex partibus, ex nota, ex affectis. Quorum tria quidem ſuperiora manifeſtū eſt in eo hærere, de quo agitur termino. Diffinitio enim cuiuslibet rei quod totum eſt, in illo ipſo eſt, quod diffinit. Partes etiam in ipſo illo ſunt, quod collectione coniungūt. Nota etiam in illo eſt, quod appellatione ſignificat, affecta uero extrinſecus poſita uidentur, quippe quæ referuntur ad id ad quod affecta ſunt, ad id de quo agitur quæ non referuntur, niſi extrinſecus poſita intelligerentur. Cur igitur ea etiam quę affecta ſunt, ad id de quo agitur, inter nos numerauit locos, qui ipſi de quo quęritur termino, cohęrent, dicendum eſt. Quoniā id quod adhærere dicitur, non idem eſt ei, cui adhærere prædicatur. Quæ cū diuerſa ſint cognatione tamen quadam intelliguntur eſſe coniuncta, ueluti non idem eſt diffinitio, quod ipſa res, quæ diffinitione deſcribitur. Si enim diffinitio clarius efficit id quod diffinit, nihil uero ipſum è ſeſe clarius quàm eſt efficere poteſt, manifeſtum eſt id quod diffinitur à diffinitione eſſe diuerſum. Sed idcirco hærere diffinitionem in eo quod diffinitur dicimus, quia eſt ei cognata atque coniuncta. Quippe quæ dum eius proprietatem ſignificet, ab eius ſubſtantia non recedit. Partes etiam ac notæ diuerſa ſunt ab eo, quod uel copulant, uel deſignant. Sed quia illæ propoſitum terminum iungunt, illæ ſignificāt, habentes aliquam cum propoſito termino cognationem, in ipſo de quo agitur hærere perhibentur. Ita etiam in affectis licet extrinſecus ſint, neque enim idem ſunt quod ea ſunt ad quæ intelliguntur affecta. Neceſſario tamen quia aliquam cognationem cum his habere conſiderantur, in ipſis hærere dicuntur, ad quæ ad affecta ſunt. Qui uero eorum naturalis ordo ſit, uel quæ differentia, uel quę ſit alia locorum partitio, licet in Topicis differētijs opportunius expediendum ſit, tamen cum exempla Ciceronis quæ in his explicandis attulit, expoſuero, ſubiungam.

Coniugata dicuntur, quæ ſunt ex uerbis generis eiuſdem. Eiuſdem autē generis uerba ſunt, quæ orta ab uno uariè commutantur, ut ſapiens, ſapienter, ſapientia, hæc uerborum coniugatio συζυγία dicitur, ex qua huiuſmodi eſt argumentum. Si compaſcuus ager eſt. Ius eſt compaſcere.

Diffinitio coniugatorū à Cicerone prolata talis eſt. Cōiugata dicuntur, quæ ſunt ex uerbis generis eiuſdē, id eſt, quæ ab uno uerbo uarijs inflectuntur modis. Ex eodem quippe genere uerba ſunt. Iuſtitia, iuſtus, iuſtè, iuſtū, & quęcūq; alia in diuerſas poſſunt, uocabulorū ſpecies inflecti. Quęcūq; enim ab uno quolibet orta uariè commutantur, hęc à Græcis quidem συζυγία dicuntur, apud Latinos uero coniugata. Nam q̄ Græci συζυγία dicūt, nos coniugationē appellamus. Hęc autē ſunt, ut ſapiens, ſapienter, ſapiētia, & quęcūq; in uarias partes orationis, uariasq; inflexiones, ab uno quodam ducta cernūtur. Ex cōiugatis igitū argumēti naſcētis hoc exemplū eſt. Sit enim dubitabile, an in aliquo agro mihi atque uicino ſimul paſcere liceat pecus. Id eſt, an ius ſit cōpaſcere, ſubiectū igitur eſt ager, cōpaſcere uero prędicatū, faciemus itaq; argumentum hoc modo, hic de quo quæritur ager compaſcuus eſt, in cōpaſcuo autem licet compaſcere, in hoc igitur agro licet compaſcere. Hic igitur compaſcendi iuris argumentum ex compaſcuo ſumptum eſt, ex coniugato uidelicet. Cōpaſcere enim & compaſcuum cōiugata ſunt. Sumptum uero eſt argumentum, ius eſſe cōpaſcere,

quoniam ſit ager cõpaſcuus, ſed cõiugatum eſt compaſcuũ ei quod compaſcere. A coniugatis igitur ſumptum eſt argumentũ, quod coniugatum in ipſo eſt de quo agitur, id eſt, in cõpaſcendo, omnia enim ex eodẽ fluunt, & ſui ſunt cõtinentia, atq; ſcientia. Factũ eſt igitur argumentũ ex eo q̃ eſt in ipſo, ab affectis, id eſt, à coniugatis. Maxima uero propoſitio eſt, coniugatorũ in eo q̃ coniugata ſunt, unã atq; eandem eſſe naturã, uel ſic, cui cõuenit aliquid, huic etiam coniugatũ eius poſſe ſociari,

A genere ſic ducitur. Quoniam argentum omne mulieri legatum eſt, non poteſt ea pecunia, quæ numerata domi relicta eſt, non eſſe legata. Forma enim à genere quo ad ſuum nomen retinet, nunquam ſeiungitur, numerata autem pecunia nomen argenti retinet. Legata igitur uidetur.

Genus eſt quod de qualibet ſpecie in eo quòd quid eſt prædicaẽ. In eo quòd quid eſt prædicari dicitur, quod de qualibet ſpecie interrogantibus quid ſit, reſponderi cõuenit, & eius de qua reſpõdetur ſpeciei ſubſtantiam mõſtrat. Semper uero genus propria ſpecie maius eſt, eamq; intra ambitũ ſuæ prædicationis includit. Quo fit, ut quãuis in alia quoq; diſpartiri genus poſſit, ſpeciẽ tamẽ ſuã nullo modo derelinquat, ue lut animal quidẽ prædicatur de homine, & hominis ſubſtantiã monſtrat, interrogantibus enim nobis quid eſt homo, animal reſpõdetur. Idẽ tamen deduci in alia poteſt, uelut in equũ, atq; bouem, quæ animalia nũcupantur. Sed ita deducitur in diuerſa, ut unãquamq; earum ſpecierũ quas cõtinet, non relinquat. Vbicũq; enim fuerit homo, neceſſe eſt ut ſit animal, homo enim animal eſt. Idemq; de boue, ac de cæteris. Ergo ſi quido demonſtratũ eſt nomen generis à ſpecie nullo modo ſeparari, quod ſi aliquando generis uocabulũ uniuerſaliter enũcietur, neceſſe eſt omnes ſpecies deſignari, ut ſi quis dicat omne animal & hominẽ deſignabis & bouẽ, & cæteras omnes ſpecies ſub animalis nomine collocatas. Quę cum ita ſint, quidam teſtamẽto mulieri argentum omne legauerat. Quæritur an ei etiã numerata pecunia ſit legata, numerata igitur pecunia in hac quæſtione ſubiectũ eſt, legata uero prædicatũ. Conſidero igitur in alterutro eorum quid nam inſit, ut ex eo quod in ipſo eſt aliquod argumentum requiram, uideo ſubiectũ terminũ, qui eſt numerata pecunia, habere argentũ genus, quod affectum eſt, ſcilicet, ad ſpeciem ſuam, ad quam refertur. Quæ enim ad ſe inuicem referuntur, affecta ſunt, ergo quoniã argentum omne legatũ eſt, & genus ſpeciẽ propriam non relinquit, neceſſe eſt ut numerata quoq; pecunia ſit legata. Nam cũ omne nomẽ generis legatum ſit, nihil de ſpeciebus uidetur exceptum, uelut ſi quis dicat, omne animal uiuere, non ut arbitror tantũ hominẽ uel bouem, uel equũ, uel ſigillatim cętera, uel unum, uel plura uiuere dici, ut tamẽ aliqua cum ſint animalia, uitæ munere carere cõtendat, ſed omne prorſus quicquid fuerit animal, uiuere proponit. Cũ igitur omne genus, id eſt, omne argentum legatũ ſit, nulla ſpecies excipitur: At numerata pecunia argentum eſt, fit igitur ut numerata quoque pecunia legati uocabulo poſſit includi. Eſt igitur quæſtio quidem, ut dictũ eſt. An numerata pecunia legata ſit, argumentum ab eo quòd in ipſo eſt, id eſt, à genere, quod ineſt proprię ſpeciei, id eſt, ab affectis quod eſt ita ut ad id referatur, hoc autẽ eſt argentũ, ab affectis, id eſt, à genere, prędicatur enim ut genus argentũ de numerata pecunia. Interrogantibus enim nobis quid ſit numerata pecunia iure reſpondemus, argentũ. Maxima propoſitio eſt, cui cõuenit omne genus, eidem unãquamq; ſpeciem cõuenire. Quam Marcus quoq; Tullius diuerſis quidem uerbis, ſed eadẽ ſignificatione propoſuit dicens: Forma enim à genere quoad ſuum nomen retinet, nũquam ſeiungitur, numerata autem pecunia nomen argenti retinet, legata igitur uidetur.

A forma generis, quam interdum quo planius accipiatur, partem licet nominare, hoc modo: Si ita Fabiæ pecunia legata eſt à uiro, ſi ei uiro materfamilias eſſet. Si ea in manum nõ cõuenerat, nihil debetur. Genus enim eſt uxor, eius

eius duæ formæ, una matrũfamilias, hæ ſunt quæ in manum conuenere. Altera earum quæ tantummodo uxores habentur, qua in parte cum fuerit Fabia, Legatum ei non uidetur.

Species eſt, quæ proprijs differẽtijs informata ſub prædicatione generis collocatur. Differentiæ uero propriæ à cæteris eam ſpeciebus ſeparãt atq; ſeiungũt, uelut homo cũ ſit animalis ſpecies, differẽtijs informaẽ rationabilitatis atq; mortalitatis, & ſeiungitur ab his animalibus, quæ æterna ſunt, uelut ſol à Platonicis creditur, & ab ijs animalibus, quæ ſunt rationis expertia. Cum igitur omnes ſpecies inter ſe proprijs differentijs diſtẽt, neceſſe eſt q̃ de altera ſpecie dicit, id in aliam non poſſe trãsferri, uelut quod de homine dicit ſpecialiter, idem de equo, atq; boue nõ poſſit intelligi. Ducit aũt à ſpecie, quoties genus ipſum ueluti in quandã contrahit portionẽ. Velut ſi quis dicat. Illud animal ſibi adduci debere, q̃ ſit rationale & mortale. Non utiq; de equo, uel boue, aut de cæteris, niſi tantũ de homine dictũ eſſe intelligitur, ut igitur generaliter dictũ genus omnes ſpecies claudit, cũ quis dicit omne animal, ſic quodliber animal deſignatũ ſpeciẽ facit, quæ cum ita ſint, à forma generis, id eſt à ſpecie generis talis ſit argumẽtum, quam formã generis Cicero partẽ ſæpe nominat quo id q̃ dicitur planius fiat. Notius enim nomen partis eſt q̃ formæ, quo autem diſtet forma à partibus, & nos ſtrictim ſuperius diximus, et paulò poſt à Cicerone ipſo latius explicabitur. Nunc de propoſito uideamus exẽplo. Vxoris ſpecies ſunt duæ, una matrũfamilias, altera uſu, ſed cõmuni generis nomine uxores uocantur, ſit uero id ſæpe, ut ſpecies ijſdẽ nominibus nũcupentur, quibus & genera, mater uero familias eſſe nõ poterat, niſi quæ cõueniſſet in manũ, hæc aũt certa erat ſpecies nuptiarũ. Tribus enim modis uxor habebaẽ, uſu, farreatione, coẽmptione, ſed confarreatio ſolis Põtificibus cõueniẽbat. Quę autẽ in manũ per coẽmptionẽ conuenerãt, hę matresfamilias uocabantur. Quę uero uſu uel farreatione, minimè. Coẽmptio uero certis ſolẽnitatibus peragebatur, & ſeſe in coẽmendo inuicẽ interrogabãt, uir ita, an mulier ſibi materfamilias eſſe uellẽt. Illa reſpondebat, uelle. Itẽ mulier interrogabat, an uir ſibi paterfamilias eſſe uellet, ille reſpõdebat uelle. Itaq; mulier, uiri cõueniebat in manũ, & uocabãtur hæ nuptię, per coẽmptionẽ, & erat mulier materfamilias uiro, loco filię. Quã ſolennitatẽ in ſuis inſtitutis Vlpianus exponit. Quidã igitur extremo iudicio omne Fabiæ uxori legauit argentũ, ſi quidẽ Fabia ei non tantũ uxor, uerũetiã certa ſpecies uxoris, id eſt, materfamilias eſſet, quęrit an uxori Fabię legatũ ſit argentũ. Vxor Fabia, ſubiectũ eſt, legatũ argentum, prædicatũ. Quæro igitur quodnã ex his argumentum ſumere poſſim, quę in queſtione ſunt poſita, ac uideo uxori duas ineſſe formas, quarũ una tantũ uxor eſt, altera materfamilias, quę in manũ cõuentione perficitur. Quod ſi Fabia in manũ non cõuenit, nec materfamilias fuit, id eſt, nõ fuit ea ſpecies uxoris, cui argentũ omne legatũ eſt. Quocirca quoniã id quod de alia ſpecie dicit, in aliã dici non cõuenit, cũq; Fabia præter eam ſpeciẽ ſit, quæ in manũ cõuenerit, id eſt, quæ materfamilias ſit, & uir matrifamilias legauerit argentũ, nõ uideẽ Fabiæ eſſe legatum. Queſtio igitur, ut dictũ eſt, an uxori Fabiæ omne argentũ legatum ſit, ſubiectum, uxor Fabia, prædicatũ uero, legatũ argentum. Argumentũ ab eo q̃ eſt in ipſo, de quo quæritur, id eſt, ab eo quòd eſt in uxore, de qua quęritur. Eſt autem in uxore, de qua quæritur, ſpecies uxoris, ea, ſcilicet, quæ in manum non conuenit, quę ad eam affecta eſt. Omnis enim ſpecies ad ſuum genus refertur, id eſt, forma, factum eſt igitur argumentum ab eo quod eſt in ipſo, ab affectis, à forma generis. Maxima propoſitio eſt. Quod de una ſpecie dicitur, id in alteram non conuenire.

A ſimilitudine, hoc modo: Si ædes exeſæ corruerũt, uitiumue fecerũt, quarum uſusfructus legatus eſt, hæres reſtituere non debet, nec reſicere, nõ magis quàm ſeruum reſtituere, ſi is cuius uſusfructus legatus eſt, deperiſſet.

Simile

Similia dicũtur, quæ eiuſdem ſunt qualitatis, ex quibus hoc modo ſumitur argumentum. Quidã teſtamento ædium uſumfructũ legauit, id eſt, conceſſit ædes, ut his alius dum uiueret, uteretur, hæ cœperunt uel uitium facere, id eſt, ruinam minari, uel etiam corruerũt. Petit igitur ab hærede is cui ædiũ uſusfructus legatus eſt, ut earũ ſibi ædiũ quæ à teſtatore legata ſunt, damna cõpenſet, & ædes quæ uitium fecerunt, uel corruerunt reſtituat. Quæritur an earum ædium quarum uſusfructus legatus ſit, uitium uel ruinam, uel hæres reſtituere cogatur. Hic igitur ſubiecta quidẽ oratio eſt, ueluti quidam terminus, ædium quarũ uſusfructus legatus ſit, ruinã uel uitiũ. Prædicata uero, oratio loco termini cõſtitura, ab hærede reſtitutio. Sumo igitur à ſimili argumẽtum, hoc modo: Quoniã ſi quis ſerui uſumfructũ legauerit, iſq; ſeruus aliquo modo deperierit, non cogitur reſtituere hæres ſeruum, ne nunc quidem cogetur hæres reſtituere ædes, quæ in uſumfructum legatæ, ruinam, uitiumue fecerunt. Similes eſt enim ſerui uſusfructus legatio, ædium uſusfructus legationi. Simile eſt etiam ſeruum in uſumfructum legatum ſi deperierit, ab hærede nõ reſtitui, & ædium in uſumfructum legatarum uitium ruinamue ab hærede non refici. Eſt igitur quæſtio quidẽ. An ædium in uſumfructum legatarum uitium, uel ruinam hæres reſtituere cogatur. Terminus uero ſubiectus quidem, ædium in uſumfructum legaturum uitium uel ruinam, prædicatus autem ab hærede reſtitutio. Argumẽtum uero ab eo quòd in ipſo eſt, id eſt, ab eo quòd inceſt, uel ruinę, uel uitio ædium in uſumfructũ legatarum. Id autem eſt affectũ, id eſt, ſimilitudo. Omnis enim ſimilitudo ei ineſſe perpẽditur, quod eſt ſimile, ſimilitudo uero eſt ſerui uſusfructus legati pereuntis, quem reſtituere hæres non cogitur. Maxima uero propoſitio: Similibus rebus eadem conuenire.

A differentia. Non ſi uxori uir legauit argentum omne quod ſuum eſſet, id circo quæ in nominibus fuerũt, legata ſunt. Multum enim differt in arca ne poſitum ſit argentum, an in tabulis debeatur.

In rebus plurimũ differentibus quod de altera earum dicitur, non uidetur in alteram conuenire. Id cum ita ſit, quidam argentum ſuum omne legauit uxori. Illa pecuniam quoque quæ in nominibus debebatur, ſuam eſſe dicebat, quod omnis pecunia nomine uocaretur argenti. Quæritur an id quoque argentum quod in nominibus debebatur, legatum ſit. Hic igitur ſubiectus eſt terminus, argentum quod in nominibus debebatur, legatum uero prædicatur. A differentia igitur faciemus argumentationem, hoc modo. Idem de plurimum differentibus rebus intelligi non poteſt. Plurimum uero differt argentum in arca ne ſit poſitum, an in nominibus debeatur. Nam quę poſita in arca pecunia eſt, iuris eſt noſtri, in nominibus uero debita, nõ eſt noſtra, nam q̃ mutuum datur, ex meo fit accipiẽtis, atque ideo non cogitur eandẽ ipſam pecuniam debitor reſtituere creditori, ſed aliam tantam. In arca uero poſita pecunia, & in nominibus debita, non ſunt argenti uel pecuniæ ſpecies, ſed differentiæ, nam argenti ſpecies, ſignatum ac non ſignatum eſſe dictæ ſunt. Qualitas uero pecuniæ in poſſeſſione poſitæ uel non poſitæ, ſed non modis omnibus alienæ, in his differentijs conſtat, ut alia ſit in arca poſita, reliqua in nominibus debeatur, atque hoc idcirco dictum eſt, nequis nõ à differentijs, ſed à ſpecie argumentationẽ ductam putaret. Qualitas enim ſubſtãtialis non ſpeciebus, ſed differentijs adnumeratur. Cum igitur ſuũ omne quod fuerit argentum, uir uxori legauerit, cum̃q; manifeſtum ſit, id ad eam pertinere, quod fuerit ſuum legãtis, id eſt, quod in arca fuerit conditum, non poteſt idem intelligi de eo quòd in nominibus debebatur. Quoniam ſicut dictum eſt, id quod in nominibus debetur, ab eo quòd in arca poſitum eſt, plurimum differet. Facta eſt igitur argumentatio ab eo quòd inerat, de quo quærebatur. Quærebatur uero de argento in nominibus debito. In hoc uero inerat propria differentia, qua ab alio differebat argento, eo, ſcilicet, quod in arca poſitum fuerit. Id uero eſt affectũ, id eſt, differẽtia. Maxima uero propoſitio. De rebus plurimum differentibus, idem intelligi non poſſe.

Ex

Ex contrario autem ſic, Non debet ea mulier cui uir bonorum ſuorum uſufructus legauit, cellis uinarijs, & olearijs plenis relictis, putare id ad ſe pertinere. Vſus enim non abuſus legatus eſt, ea ſunt inter ſe contraria.

Quod de aliqua re dicitur, id in eius cõtrarium non poteſt conuenire. Idem enim de duobus cõtrarijs intelligi nullo modo poteſt. Quidã igitur ſupremæ uoluntatis arbitrio uxori bonorũ ſuorũ uſufructũ legauit, mulier cellas uinarias olearias q; plenas ad uſumfructum propriũ deuocabat. Quæritur an penus quoq; uſusfructus legatus ſit, penus igitur uſusfructus eſt, legatus, prædicatum. A contrario igitur ſumitur argumentum, hoc modo. Vtimur his quæ nobis utentibus permanent, his uero abutimur, quæ nobis utentibus pereunt. ergo cum permanere ac perire cõtraria ſint, uſus quoque & abuſus contraria neceſſe eſt iudicentur, quod ſi cætera quidẽ utendo permanent, cellæ autem uinariæ atque olearię utendo cõſumuntur, aliarum quidem rerum uſusfructus eſſe poteſt, penus uero nõ poteſt uſus eſſe, ſed potius abuſus. Ergo cum uir uxori uſumfructum bonorũ ſuorũ legauerit, non potuit legare contrarium, quod eſt abuſus, eſt uero abuſus uini atque olei, uinum igitur atq; oleũ ad uſumfructum mulieris non poteſt pertinere. Argumentum ab eo quod in ipſo eſt, de quo agitur, id eſt, ab uſusfructus legatione atq; ab affecto, id eſt, contrario, cõtraria uero in contrarijs non ita ſunt, tanquàm definitio in eo quòd definitur, ſed tanquàm relatio. Omnis enim relatio in relatiuis, omniaq; cõtraria non id quod ſunt, id eſt, qualitates, ſed hoc ipſum quod cõtraria ſunt, in contrarijs eſſe dicuntur, quia non ſecundũ qualitatem propriam, ſed ſecundum diſtantiam plurimam ſibi inuicem conferuntur. Maxima propoſitio eſt. Quod alicui conuenit, id eius contrario non conuenire.

Ab adiunctis. Si ea mulier teſtamentum fecit, quæ ſe capite nunquam diminuit, nõ uidetur ex edicto Prætoris ſecundum eas tabulas poſſeſſio dari, adiungitur enim ut ſecundum ſeruorum, ſecundum exulum, ſecundum puerulorum tabulas poſſeſſio uideatur ex edicto dari.

Adiuncta ſunt, quæ proximum ac finitimum locum tenent, ut ſi unum eorum quolibet extiterit modo, alterum quoq; uel extitiſſe, uel extare, uel extaturum eſſe uideatur, hæc enim ſibi quaſi uicina ſunt. Quę uero in exiſtendo ſibi ſunt proxima, hęc uel antecedere rem uolunt, ut amor ſæpe concubitũ. uel ſimul eſſe, ut pallor & timor, uel euenire poſterius, ut poſt iracundiam cædes. Eaq; eſt adiunctorum natura; ut ſeparari quidem poſſint, tamen ſeſe inuicem mõſtrent. Nam neq; qui amauit, neceſſario potitus eſt, & ſæpe qui potitus eſt, non amauit. Nec qui pallet, neceſſario timet, & ſæpe non timẽs pallet. Nec ex neceſſitate iratus occidet, & occidit ſæpe aliquis nõ iratus. Sed tamen ſi de ſingulis inquiraẽ, eum concubuiſſe qui amauit, & pallere qui timet, & occidiſſe qui fuerit iratus, ueriſimile eſt, non quod ita neceſſe ſit, ſed quia ex uicinis uicina colligimus. Nam quod ad exemplũ attinet huius argumenti, hæc ſimilitudo eſt. Capitis diminutio, eſt prioris ſtatus permutatio. Id multis fieri modis ſolet, uel maxima, uel media, uel minima. Maxima eſt, cũ & libertas & ciuitas amittitur, ut deportatio. Media uero, in qua ciuitas amittitur, retinetur libertas, ut in latinas coloniaſ trãſmigratio. Minima cũ nec ciuitas, nec libertas amittiẽ, ſed ſtatus prioris qualitatis imminuiẽ, uelut adoptatio, aut quibuslibet alijs modis prior ſtatus retẽta ciuitate, potuerit immutari. Mulieres uero antiquo iure tutela perpetua cõtinebar. Recedebant uero à tutoris poteſtate quæ in manũ uiri cõueniſſent, itaq; fiebat eis prioris ſtatus permutatio, & erat capite diminuta, quæ uiri conueniſſet in manũ. Quædã igitur quæ ſe nunq̃ capite diminuiſſet, id eſt, quæ in manũ uiri miniṁè cõueniſſet, ſine tutoris autoritate teſtamentũ fecit. Quæritur an ſecundum eius tabulas ex edicto prætoris debeat dari poſſeſſio. Hic ſubiectus quidem terminus, mulieris nunquam capite diminutæ tabulæ, prædicatus uero poſſeſſionis conceſſio. Sumitur ergo ab adiũctis argumentum,

argumentum, hoc modo. Nam ſi ſecundum mulieris tabulas nunquam capite dimi-
nutæ poſſeſſio detur, nihil cauſæ eſt, cur non ſecundum puerulorum quoq; & ſeruo
rum tabulas & ex edicto prętoris poſſeſſio permittatur. Quid enim officere poteſt,
ne ſecundum mulieris nunquam capite diminutæ tabulas poſſeſſio deferatur? Id, ſci
licet, quod ea quæ teſtamẽtum confecerat, ſui non fuit iuris, quod idem & de pueris,
& de ſeruis dici poteſt. Illorũ enim ætas, illorum cõditio, in alterius ſita eſt poteſta-
te. Adiungitur ergo: Si ſecundum mulieris, quæ in ſuo iure nõ eſſet, tabulas, poſſeſ-
ſio detur, ſecundum puerulorum quoq; & ſeruorum tabulas poſſeſſionem dari, qui
ſui iuris minime ſint, quoniamquidem illi ſub tutoris, illi ſunt ſub domini poteſtate.
Proxima namq; eſt rei de qua quæritur, quod eius eſt conſequens, & poſtea exiſtẽs,
ut ſecũdum ſeruorum puerorumq; tabulas bonorũ poſſeſſio detur, ſi illud quod eſt
in quæſtione concediſ. Quęritur enim an ſecundum mulieris tabulas nunquam capi
te diminutæ poſſeſſio detur. Quam rem conſequitur, ut ſi id fiat, ſecundũ ſeruorum
quoq; puerorumq; tabulas deferatur, quod quia fieri non oportet, ne rei quidẽ præ-
cedentis exiſtere debebit exemplum. Nec tamen neceſſaria eſt conſequutio, ſed uici
na. Nam fieri poteſt ut id recipiatur ſolum ſecundum mulieris tabulas poſſeſſionem
dari, non uero id, ut ſecundũ tabulas ſeruorum, uel puerorum poſſeſſio concedatur.
Sed proximum eſt, ut qui nunc hoc recepit, poſterius illud admittat. Eſt igitur argu
mentum ab adiunctis, id eſt, ab eo quòd in ipſo hæret, de quo quæritur, eſt autẽ quę-
ſtio de mulieris nunqnã diminutæ tabulis, ab affectis, ſcilicet, ab abiunctis. Maxima
propoſitio, ex adiunctis adiuncta perpendi.

Ab antecedentibus autem, & conſequentibus, & repugnãtibus, hoc modo:

Ab antecedentibus: Si uiri culpa factum eſt diuortium, et ſi mulier nuncium
remiſit, tamen pro liberis manere nihil oportet.

Antecedentia ſunt, quibus poſitis, aliud neceſſario conſequatur, licet illud quod an
tecedit, minus ſit atq; poſterius. Minus quidẽ, ut: ſi homo eſt, animal eſt, homo enim
minus eſt animali, & tamen poſito homine cõſequitur, ut animal ſit. Poſterius uero,
ut: ſi peperit, cũ uiro cõcubuit, poſterius enim eſt peperiſſe quã cũ uiro cõcubuiſſe.
Aliquoties uero & quod æquale, & quod ſimul, & quod prius eſt, ponitur ut antece
dens. Aequale quidẽ, ut: ſi homo eſt, riſibilis eſt. Simul uero, ut: ſi terra obiecta eſt,
luna deficit. Et hæc ſibi conuertunt, ut cõſequentia fiant antecedentia, ut: ſi riſibilis
eſt, homo eſt. & ſi luna defecerit, terræ adſit obiectio. Antecedens uero prius eſt, ut:
ſi arrogans eſt, odioſus eſt. Prius enim eſt arrogans, poſterius odioſus. Illud tamẽ in
omnibus manet, poſitis antecedentib. neceſſario cõſequẽtia trahi. Exẽpli uero talis
eſt explanatio Ciuitatis Romanæ iure, liberi retinentur in patrũ arbitrio, uſcq; dũ ter
tia emãcipatione ſoluant. Ergo ſi quando diuortiũ interceſſiſſet culpa mulieris, par
te quidam dotis pro liberorum numero mulctabatur. De qua re Paulus inſtitutionũ
libri ſecundi, titulo, de dotibus ita diſſeruit: Si diuortium eſt matrimonij, & hoc ſine
culpa mulieris factum eſt, dos integra repetetur, quod ſi culpa mulieris factum eſt di
uortium, in ſingulos liberos ſexta pars dotis à marito retinetur, uſq; ad mediam par
tem duntaxat dotis. Quare quoniã quod ex dote cõquiritur, liberorũ eſt, qui liberi
in patris poteſtate ſunt, id apud uirum neceſſe eſt permanere. Facto igitur diuortio
contenditur. An dotis pars pro liberis, apud uirũ debeat permanere. Hic ſubiectum
quidem eſt, factũ diuortiũ à muliere nũciatum, prædicatũ uero, apud uirum ſextæ par
tis dotis poſt diuortiũ permanſio. Quæſtio, an poſt diuortiũ factũ, muliere nuncium
remittente, ſextã dotis partẽ apud uirũ manere oporteat. Quæro igitur, ſi ab antece
dentibus argumentum faciendum eſt, quid antecedat, quid cõſequatur. At ſi uiri cul
pa factum eſt diuortium, uideo, mulierem dotis parte nõ poſſe mulctari, etiam ſi pri
ma repudij nuncium miſit. Quod enim anteceſſit, ut uiri culpa fieret diuortium, id
non permittit, ut dotis pars mulieri pereat, quamuis prima repudij nuncium mittat.

Non

Non enim quia prius libellum repudij nunciauit, dotis parte mulctãda eſt, ſed abſol
uenda potius damno, quod nõ ſua factũ eſt, ſed uiri culpa diuortiũ. Igitur antecedẽs
eſt, uiri culpa factum diuortiũ, cõſequens uero, dotis partem nõ retineri. Nam ſi hoc
eſt, illud eſt. Argumentationem uero faciam hoc modo: Si uiri culpa factũ eſt diuor-
tium, etiam ſi mulier repudij nũcium miſit, nullo modo tamen dotis parte, mulctabi-
tur. Sed uiri culpa diuortiũ factum eſt. Non igitur iure mulier dotis parte mulctabit,
quod ſi non mulctabitur dotis parte, nihil in uiri domo liberorũ cauſa, dotis nomine
relinquetur, ſed non mulctabitur dotis parte, nihil igitur apud uirum dotis relinque
tur pro liberis, utriuſq; uero concluſio ſyllogiſmi hęc eſt, Si igitur uiri culpa factum
eſt diuortium, pro liberis manere nihil oportet. Argumentum, ab eo quòd in ipſo eſt
de quo agitur, uerſatur quippe intentio de dotis parte, eiuſq; apud uirum poſt diuor
tium quod prima nunciauerit, retentione hoc uero anteceſſit, uiri culpa, quod quia
præcedens eſt, affectũ eſt, omne enim quod præcedit, ad id quod ſequitur, neceſſe eſt
ut referatur. Maxima propoſitio eſt. Vbi eſt antecedens, ibi erit & conſequens, at in
hac quęſtione eſt antecedens, id eſt, uiri culpa factum diuortiũ, ibi igitur conſequẽs
erit, ſextas non retineri. Cur autem ita ſuperius argumentum cõclulionibus intexue
rim, cum de his M. Tullio latius exequente tractauero, euidentius apparebit.

A cõſequentibus. Si mulier cum fuiſſet nupta cum eo, cui connubij ius non
eſſet, nuncium remiſit, quoniam qui nati ſunt, patrem non ſequuntur, pro li-
beris manere nihil oportet.

Cõſequentia ſunt, quæ cũ fuerint antecedẽtia poſita, cõſequuntur, ueluti ſi dicamus:
Si homo eſt, animal eſt, animal eſt cõſequens. Sed in propoſito exẽplo nõ ſatis appa
ret à conſequentibus argumentũ, ſed ab antecedentibus potius, quod paulò poſt li
quebit. Filij non iure ſuſcepti, in patrum nõ erant poteſtate, ſed matres potius ſeque
bantur. Non autem omnibus erat connubium cum Romanis, nec erant nuptiæ iure
contractæ, quæ aut non inter ciuem Romanum, ciuemq; Romanam inibãtur, aut cui
princeps populuſue ciuitatem, uel cõnubium non permiſiſſet, eo, ſcilicet, modo, ut
in poteſtatem parentum liberi redigerentur. Illud quoq; uidendum, quod ex impari
matrimonio ſuſcepti, non patrem, ſed matrem ſequũtur. Ergo quædam Romana uel
cum latino, uel cum peregrino, uel cũ ſeruo, cum quo connubij ius non erat, nuptias
fecit, dotem contulit, factoq; inter eos diuortio, contenditur, an nuptæ mulieris cum
eo cum quo cõnubij ius non erat, apud uirum dotis pars poſt diuortium debeat per-
manere. Hic ſubiectum quidem eſt, nupta mulier cum quo cõnubium non erat, præ-
dicatum uero dotis partis apud uirum poſt diuortium retentionis iure permãſio. Su
mitur ergo à conſequentibus argumentũ hoc modo. Nam quia nuptias fecit, cum eo
cum quo connubij ius nullum eſt, id conſequitur, ut liberi patrem non ſequantur. Si
autem liberi patrem non ſequuntur, ne in patris quidem ſunt poteſtate, at ſi in patris
poteſtate non ſunt, matriq; applicantur, apud uirũ dotis pars nõ poterit permanere.
Hic igitur antecedens eſt, cum quo connubij ius non erat. nuptiæ, conſequens uero,
nihil pro liberis dotis nomine manere oportere. Concludatur argumentatio. Quo-
niam non permiſſo connubio, liberi qui procreantur, patrem non ſequuntur. Ne do
tis quidem pars apud patrem pro liberis manere debet, quandoquidẽ non patrem ſi
lij ſed matrẽ ſequũtur. Probatum eſt igitur pro liberis manere nihil oportere ex hoc,
quod cũ eo mulier nuptias fecit, cum quo cõnubij ius non erat, hoc uero erat antece-
dens. Nõ ergo à cõſequenti, ſed ab antecedenti potius factũ deprehẽditur argumen-
tum. Quod ſi per quod nihil dotis nomine manere oporteret, probarẽ eam nuptias
cum eo feciſſe qui cum cõnubij ius non eſſet, rectè à cõſequentibus argumentum fa-
ctum eſſe diceretur. Fieret uero à cõſequentibus argumentũ, ſi ita poneretur: Si quid
ex dote pro liberis manere oporteret probatur, quia patrem liberi ſequuntur, cum
eo nupta eſſe mulier, cum quo connubij ius erat. Aſſumo quod eſt conſequens.

Sed

Sed mulier cum eo nupta non est, cum quo connubij ius erat. Cõcludo antecedens. Nihil igitur dotis pro liberis manere oportebit, quia patrem liberi non sequũtur. Argumentũ, ab eo quòd in ipso est, de quo quæritur. Quæritur enim de his nuptijs, quarum nullum fuerit iure connubiũ. Ex affectis. Omne enim cõsequens ad id quod præcedit refertur. Maxima propositio est, ubi consequens non est, ibi ne antecedẽs quidem esse potest. Acde his erit alius uberius differendi locus.

A repugnantibus. Si paterfamilias uxori ancillarum usumfructum legauit à filio, neq; à secũdo hærede legauit, mortuo filio, mulier usumfructũ non amittet. Quod enim semel testamento alicui datum est, id ab eo inuito cui datum est, auferri non potest, repugnat enim rectè accipere, & inuitum reddere.

Secundus hæres dicitur, qui hæredi instituto substituitur. Veluti si quis filiũ instituat hæredem, scribatq; Si is filius intra pubertatem decesserit, nepotẽ uel quẽlibet alium hæredem esse oportere. Nepos igitur uel quilibet alius, secundus hæres dicitur. Repugnantia sunt, quæ (ut dictum est) contraria sequuntur, si ipsis contrarijs comparentur. Quidam igitur hæredem testamento scripsit filium, eiq; secũdum substituit hæredem, uxoriq; suæ ancillarum usumfructum legauit à filio, dixitq; ut uxori filius eius usumfructum ancillarum permitteret, neq; illud adiecit, ut etiam secũdus hæres eundem usumfructum mulieri concederet. Successit filius, ac mulieri ancillarum cõtulit usumfructum. Illo mortuo intra pubertatem, agit secundus hæres, & usumfructum ancillarum mulieri extorquere conatur, dicens usumfructũ ei à filio legatum, à seuero minimè. Quæritur utrũ ea mulier legatũ, quod testamento acceperat, inuita possit amittere. Hic igitur subiectum, est legatum quod testamenti iure rectè accepit. Prædicatũ uero, inuitam posse amittere. Sumo igitur argumentum à repugnantibus. Repugnãs uero est, si id quod contrario consequens est, alteri contrario comparetur, uelut in hoc ipso quod tractamus exemplo, rectè accipere, & nõ rectè accipere, contraria sunt, sed non rectè accipere, comitatur inuitum reddere. Iure enim inuitus reddit, quod nõ rectè accepit. Repugnat igitur inuitum reddere ei quod est rectè accipere. Faciemus igitur argumẽtum sic. Qui testamento accepit, rectè accepit. Quod autem rectè accipitur, inuito eo qui semel rectè accepit, auferri nõ potest. At mulier testamento usumfructum ancillarũ accepit. Id igitur ei inuitæ non poterit auferri. Argumentum, ab eo quod in ipso est de quo agitur, id est, de eo quod rectè acceptũ est. In ipso uero est uelut affectum cõtrarietatis modo, ut superius dictum est. Est autem argumentum à repugnanti. Maxima propositio. Repugnantia cõuenire non posse.

Ab efficientibus causis, hoc modo. Omnibus est ius parietem directum, ad parietem cõmunem adiungere, uel solidum, uel fornicatum. At si quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, non debebit præstare quod fornix uitij fecerit. Non enim eius uitio qui demolitus est, damnum factum est, sed eius operis uitio quod ita ædificatum est, ut suspendi nõ possit.

Causarum quidem multa sunt genera, quæ Cicero paulo posterius diuidit. Sed nunc de efficientium causarum differit argumento. Efficiens uero causa est, qua præcedente aliquod effectum est, non tempore, sed proprietate naturæ, uelut in hoc quod nũc declaramus exemplo. Damni infecti promissio est, quoties quis promittit. Si quod damnum eius opera contigerit, sua restitutione esse pensandum. Ius autem est parieti cõmuni, parietem alium uel fornicatum, id est, arcum habentem, uel directum continuumq; cõiungere. Quidam igitur ad parietem communem, alium extrinsecus parietem iunxit, deditq; satis damni infecti. Communis autem paries fornicatus fuit, id est, arcũ habens uel signinam fabricam sustinens, adiungente igitur eo qui satis dederat, & ut adiungeret demoliente partem parietis, quo iunctura cohæresceret, uitiũ communis

communis paries fecit, quæritẽ an damni infecti promissio cogat eũ qui promiserit dãnũ restituere. Subiectus terminus dãni infecti promissio, prædicatus uero uitij, restitutio. Sumimus igitur argumẽtũ à causis hoc modo. Si enim ijs qui damni promisit infecti restitutionẽ eius uitij causa fuit, restituere debet uitiũ q̃ eius accidit culpa, q̃d si ea natura parietis fuit ut suspẽdi, sustineriq; non posset (fornicati enim parietis nõ ea natura est, ut suspẽdi queat) parietis potius forma, quã demoliẽtis culpa uitiũ fecisse uidebit, atq; ita nõ cogit restaurare uitiũ qui se damni infecti promissione obstrinxerit. Fiet igit argumẽtatio hoc modo. Si penes parietis formã cõstitit, ut eo adiungente parietem qui damni infecti promiserat, uitium fieret, id uitium, qui promisit, præstare non cogitur. Fuit autem causa paries ut uitium fieret, qui ea fuit natura ut suspendi sustineriq; non posset. Non igitur quod fornix uitium fecerit, præstare debet qui damni promisit infecti. Argumentum ab eo quod in ipso est de quo agitur, id est, in uitij restitutione, ex effecto, id est ex causa. Causa enim uitij, forma est parietis, non culpa coniungentis parietem. Itaq; factum est ut fornix uitium faceret, quæ causa uitij, cum absit ab eo qui parietem iunxit, abest etiam eiusdem uitij restitutio. Maxima propositio. Vnamquamq; rem ex causis spectari oportere.

Ab effectis rebus, hoc modo. Cum mulier uiro in manum conuenit, omnia quæ mulieris fuerunt, uiri fiunt dotis nomine.

Effecta sunt, quæ aliquibus efficiuntur causis, non tempore præcedentibus, sed natura, uelut si quæras. Vxore defuncta quæ in manum uiri conuenit, an eius bona ad uirum pertineant. In qua quæstione, bona uxoris defunctæ quæ in manum uiri conuenerit, subiectum est, ad uirum autem pertinere, prædicatum. Quæro igitur argumentum ab effecto, dispicioq; quid perfecerit ipsa in manum conuentio, atq; ex eo argumentum traho, id autem est. Omnia uiri dotis nomine fieri, quæcunq; mulieris fuere. Ipsa igitur in manus uiri conuentio, omnia quæ mulieris fuere, uiri fecit dotis nomine, non præcedens tempore, sed statim propria ui naturæ. Nam ut in manum quæcunq; conuenerit, mox eius bona dotis nomine uirum sequuntur. Facio igit argumentum sic. Si mulier quę defuncta est, in manum conuenit. In manũ uero cõuenientis mulieris bona uiri fiunt dotis nomine, hæc quoq; bona de quibus agitur, uiri sunt. Argumentum ex eo quod in ipso est, de quo agitur, cõtinet. Agitur enim de bonis eius quę in manum conuenerit, scilicet, ab effectis, id est, à causæ effectis. Effectum namq; est, in manum conuentione omnia quæ mulieris sunt, uiri fieri dotis nomine. Quanquam hic quoq; non ab effectis, sed à causa factum argumentum esse mõstretur. Ostensum est enim fieri uiri dotis nomine, quicquid mulieris fuerit, ex eo quod mulier in manum conuenerit. Sed hæc causa est ut quæ mulieris erant, uiri fiant dotis nomine. Sed dicat quis ex eo quòd ea quæ mulieris fuerant, uiri fiunt dotis nomine, id est, approbare q̃d defunctę bona ad uirum debeãt pertinere. Sed quæ mulieris sunt, ea uiri fieri dotis nomine, & bona ad uirum pertinere, uel idem est, uel neutrũ alteri causa est, uel si quis dicat eam esse causam, ut bona mulieris uiro debeant cedere, quòd per in manus conuentionem, uiri facta sunt dotis nomine, à causa rursus, ac non ab effectis factum esse argumentum putabit, id est, à dote, ab effectis uero non oportet aliud nisi causam probari. Esset uero ex effectis argumentum, ut ex eo causa probaretur hoc modo. Si quæstio esset, an mulier in manum uiri conuenisset, & indubitatum haberetur, omnia quæ fuissent mulieris, uiri facta dotis nomine, diceretur ita. Si omnia quæ fuere mulieris, uiri facta sunt dotis nomine, mulier in manum uiri cõuenit, sed omnia quę fuere mulieris, uiri facta sunt dotis nomine, mulier igitur in manum uiri conuenit. Maxima propositio, causas ab effectis suis non separari.

Ex comparatione aũt omnia ualent, quæ sunt huiusmodi. Quod in re maio

iore ualet, ualeat in minore, ut si in urbe fines nõ reguntur, nec aqua in urbe arceatur. Item contra. Quod in re minori ualet, ualeat in maiore, licet idem exemplum conuertere, item. Quod in re pari ualet, ualeat in hac, quæ par est, ut quoniam usus autoritas fundi biennium est, sit etiam ædium. At in lege ædes non appellantur, & sunt cæterarum omnium quarum annuus est usus, ualeat æquitas, quæ paribus in causis paria iura desiderat.

A comparatione locus qui dicitur, tripartito scinditur, aut enim à comparatione maiorum, aut à comparatione minorum, aut à comparatione parium nascitur. A comparatione igitur maiorum est, quoties maiora minoribus comparantur, hoc modo, ut quod in re maiore ualet, ualeat in minore. Sit enim quæstio, an in Vrbe aquam liceat arceri. In hac igitur subiectus est terminus, in urbe aqua, prædicatus uero ius arcendi. Regi fines dicuntur quoties unusquisque ager proprijs finibus terminatur. Arcet uero aquam, qui eam per sua spatia meare non patitur. Faciamus igitur argumentum sic. Quoniam plus est regi fines, minus uero arceri aquam, si in ciuitate fines non reguntur, quod maius est, ne id quidem quod minus est, fiet, ut aqua in ciuitate arceatur. Hic igitur sumptum est argumentum ab eo quòd in ipso hæret, de quo quæritur. Quæritur uero de arcendę aquę iure, ab affecto, scilicet, id est, a maiori, quod refertur ad id quod minus est. Notandum uero quod Tullius maximam propositionem argumentationi inclusit, hoc modo. Quod in re maiori ualet, ualeat in minori, & deinceps ea nixus, argumentationem expediuit, ut manifestius appareat id quod in primo uolumine commemoratum est, has maximas propositiones aliquoties quidem argumentationibus includi, ut in præsenti monstratur exemplo, alias uero uires argumentationibus dare, ut in superioribus exemplis locorum, quod si idem cõuertamus exemplum, dicemus. Quod in re minori ualet, ualeat etiam in maiori. At in urbe aqua arcetur, regantur igitur fines. Hic tamen quæstio permutatur, hoc modo. Quæritur enim an in urbe fines oporreat regi. Sed à minore sumitur argumentum, ideſt, ab arcenda aqua, ut sit hic quoque argumentum ab eo quòd in ipso est, ideſt, ab eo quod est in regendis finibus, ab affecto, scilicet, ideſt, à minori. Id enim quod minus est, affectum est, illud namque respicit ad id quod comparatur. Hic quoque maxima propositio à Tullio posita est, eaque est. Quod enim in re minori ualet, ualet etiam in maiori. A paribus uero fit similiter comparatio. Necesse est enim ut ualeat æquitas, quæ paribus in rebus paria iura desiderat. Plurimarum igitur rerum usucapio annua est, ut si quis eis anno continuo fuerit usus, eas firma iuris autoritate possideat, uelut rem mobilem. Fundi uero usucapio, biennij temporis spatio continetur, de ædibus in lege nihil ascriptum est. Quæritur ergo, usus ædium uno ne anno, an biennio capiatur. Faciemus à paribus argumentationem, & quoniam immobilium æqua possessio est, ædes uero immobiles sunt, ut biennio fundus usucapiatur, ita etiam oportet ædes usucapere biennio possidentem. Aequitas enim paribus in rebus paria iura desiderat. Quæ etiam maxima propositio à Tullio clarissimè posita est, sed exemplum restricti⁹ us positum est, nec promptissimè ad intelligendum. Ita namque ait, ut quoniam usus autoritas fundi per biennium est, sit etiam ædium. Hic igitur ædium usus autoritatem biennio fieri sentit, sed adiungit. At in lege ædes non appellantur, & sunt cæterarum omnium quarum annuus est usus. Hic rursus ædes in his uidetur ponere, quæ annuo usu capiuntur, & concludit nihil definiens, nisi ualeat æquitas, quæ paribus in causis paria iura desiderat. Sed uidetur ita dictum, quoniam immobiles sunt ædes ut fundus, biennio uero fundus usucapitur, ædes quoque biennio usucapiantur, & sibijpse rursus opponit, sed in lege duodecim tabularum,

larum, de ædibus nihil ascriptum est, & inter eas relelictę sunt res taciturnitate legis, quarum est usus annuus. Nam cum de fundo præscriberet lex biennij usucapionem, tacuit ędes, & ijs potius hac taciturnitate eas iunxit, quarum annuus est usus. Sed sol uit obiectionem, ita, sed æquitas paribus in rebus, paria iura desiderat. Itaque quoniam æque fundus, atque ædes immobiles sunt, æque biennio usucapientur. Factum est igitur hic quoque argumentum ab eo quòd in ipso est, de quo quæritur, ideſt ab affecto, ideſt pari. Nam cum agatur de ædium possessione, argumentum sumptum est ab usucapione fundorum. Expeditis igitur his locis qui in ipso de quo agitur, inhærebant. Nunc iam loci eius quem dixit esse extrinsecus, ponit exemplum. Hic uero est qui sumitur ab autoritate iudicij locus ualdè probabilis, etiam si non maximę necessitatis. Quæ enim necessaria sunt, hæc ex propria considerantur natura. Quæ uero probabilia sunt, plurimorum iudicium expectant. Ea namque sunt probabilia, quæ uidentur uel omnibus, uel pluribus uel maximè famosis, atque præcipuis, uel secundum unam quamque artem, scientiamque eruditis, ut quod Medico in medicina, Geometræ in geometria, cæterisq; in propria studiorum facultate ueritatis. De quo extrinsecus loco sic loquitur:

Quæ autem assumuntur extrinsecus, ea maximè ex autoritate dicuntur. Itaque Græci tales argumentationes ἄτεχνους uocant, ideſt, artis expertes.

Alia quippe argumenta sunt, quæ ipse elicit Orator, atque ipse quodammodo ex designatis locis sibi comparat, & propria facultate conquirit. Alia quę extrinsecus posita non ipse inuenit, sed præsentibus utitur & paratis, ueluti testimonia, tabulæ, fama, cęteraque, de quibus M. Tullius latius tractaturus est. Non enim sibijpse testimonia parat Orator, sed paratis utitur, nec ipse iudicium facit, sed iam posito ac sponta neo rumore uenienti utitur ad causam, atque idcirco hos locos Græci ἄτεχνους uocant, ideſt, inartificiales, atque ut Tullius dixit, artis expertes, quæ enim nõ proprio Oratoris artificio comparantur, sed se extrinsecus uenientia subministrant, hæc iure artis expertia sunt appellata. Huius exemplum est.

Vtsi ita respondeas. Quoniam P. Sceuola id solum esse ambitus ædium dixerit, quantum parietis communis tegendi causa tectum proijceretur, ex quo in tectum eius ædes qui protexisset, aqua defluereț, id tibi ius uideri.

Solum ambitus ædium est, quantum soli ædium ambitus claudit. Sceuola igitur dixit id esse ambitus ædium solum, quod tecti diffusione tegeretur. Manifestum est enim tecta latius fundi, nec parietibus adæquari, ut stillicidium longius cadat. Quæ cum ita sint, quidam parietem communem tegere nitebatur, quæritur an sit aliquod ius tegendi. Respondeas tu, inquit, Trebati, id ius esse tegendi parietis communis, ut in eius qui tegit non aliud quodlibet tectum stillicidij aqua fundatur, alias non esse iuris, ut tegat quis parietem, stillicidio in uicini tecta defluente. Hæc enim stillicidij seruitus noua, nisi consentiente uicino, nihil iuris habet. Sed si huic responso opponatur, ne sic quidem ut tegat esse iuris, quando quidem ædium solum tantum est, quantum cuiusque parietes claudunt. Qui uero tegit, tectum longius mittit. Tu inquit responsum tuum Sceuolæ autoritate firmabis, dicens Sceuolam respondisse. Hoc esse solum ambitus ædium quantum tectum proijceretur, non quantum parietes ambirent. Ius est igitur proijcere tectum, qui intra ambitum adhuc suarum ædiũ tegit, sed ita ut in suum tectũ aqua defluat, nec uicino noua noceat seruitute. In qua quæstione neque à subiecto, neque à prædicato termino ductum est argumentum, quod in his locis considerari moris est, qui in ipsis hærent, de quibus agitur terminis, ut in omnibus exemplis est diligentissimè declaratum. Sed quia sumitur argumentũ extrinsecus, dubitationi iudicium cuiuslibet opponitur, ut nunc Sceuolæ, cuius au-

toritate responsum est, atque ideò ex loco qui uocatur extrinsecus, sumptum dicitur argumentum.

His igitur locis qui sunt expositi, ad omne argumentum reperiendum tanquàm elementis quibusdam significatio & demonstratio datur. Vtrum igitur hactenus satis est, tibi quidem tam acuto & tam occupato? puto, sed quoniam auidum hominem ad has discendi epulas recepi, sic accipiam, ut reliquiarum sit potius aliquid, quàm te hinc patiar non satiatum discedere.

Omne elementum principium est eius rei, cuius elementum esse perenditur. Nam eius quod ex elementis fit, ipsa elementa necesse est loco esse principij. Ergo quoniam hi loci superius designati, argumentorum quasi quædam principia sunt. Ipsi enim sunt qui continent argumenta, omne autem quod continet, eius quod continetur, principium est. Idcirco ait Cicero ueluti quædam elementa argumentorum uideri locos hos, quos superius posuit. Cautissimeq́ue adiecit, quasi quædam elementa. Non enim integrè elementa, sed quasi in similitudine elementorum sunt hi loci, qui in argumentis efficiendis sumuntur. Idcirco quoniam argumentorum quædam uidentur esse principia, alio qui elementum omne, minima pars eius est cuius elementum est, & id quod ex elementis efficitur, partes inuicem coniungit, ut literæ orationem. At uero locus, non pars argumenti, sed totum est. Est enim significatio quędã, & demonstratio ad reperiendum argumentum data, ut si locum respexeris, noueris ubi conditur, unde duci debeat argumentum. Sed reliqua ad Trebatium expeditissimè dicta sunt, blanditurq́; ei etiam breuia posse sufficere acuminis prærogatiua, præsertim cum sit iuris occupatione districtus, & tempus legendi plura non habeat. Sed quoniam, ut inquit, auidissimum studij ad has doctrinarum epulas recepit, non uult degustatum, sed satiatum relinquere, ut nõ desit aliquid, sed de pleno etiam relinquatur, factaq́ue est à conuiuando translatio iucundissima. Declaratis igitur locis omnibus eorumq́; exemplis diligenter expositis, pauca quædam de locorum ui, atque ordine disputabo, quibus plenissima disputatione expeditis, ad ea quæ restant explananda transgrediar, sed id tertio iam uolumine faciendum est, quoniam secundus liber habet proprium modum.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, COMMENTARIORVM IN TOPICA CICERONIS, LIB. III.

ANtequàm latiorem M. Tullij diuisionem de enumeratis superius locis aggrediar, pauca ut sum pollicitus de ui, atque ordine locorum mihi uidentur esse tractanda, ut eorum natura diligentius cognita facilior se argumentorum copia subministret. Primum igitur quoniam loci omnes diuisi sunt in eos, qui in ipso hærent de quo quæritur, & in eos qui extrinsecus assumerentur, uidendũ est quinam sint hi loci, qui in ipso hærent de quo quæritur, & quid ab ipsis rebus differunt in quibus hærere dicuntur, atque illud quidem planissimè expeditum est, ipsos dici terminos illos, qui in quæstione uersantur, horum esse alterum prædicatum, alterum uero subiectum superior expeditio patefecit. Abeo

Ab eo igitur termino de quo agitur, quid differt locus à toto? quandoquidem idem est ipsum esse quod totum, neque enim est aliud esse quemlibet terminum in quæstione propositum, quàm totum esse terminum eundem qui in quæstione est constitutus, de partibus quoque idem dicimus. Nam si omnes partes efficiunt id, cuius partes sunt, terminumq́ue in quæstione propositum suæ partes efficiunt, non est dubium quin partes quoque omnes conuenientes idem esse quod ipsum est, in quæstione propositum rectissimè intelligantur. Notatio uero, eodem modo illud ipsum est, q̃d in quæstione proponitur. Rem enim unamquamque omne uocabulum designat in quæstione ac denotat. Fit igitur ut totũ, partes, ac nota, idem quod est ipsum de quo quæritur, esse uideantur. In tanta igitur similitudine rerum danda est differentia. Neque enim, ut dictum est, si locus hæret in eo ipso de quo quæritur, atque ab ipso de quo quæritur capi non potest, argumentum fieri potest, ut locus idẽ esse possit quod ipsum est de quo quæritur. Sed hæc differentia est, ipsum est, quod confuse ac singulariter intelligitur, ut homo, in eo inest totum suum, quod est definitio ipsius, igitur totum, ab eo quòd ipsum est, intelligentia separatur, quod illud quidem singulariter intelligitur, hoc uero sub generis ac differentiarum enumeratione monstratur. Diuidit enim definitio atque dispertit, totumq́ue patefacit, quod in re ipsa singulariter intelligebatur, de partibus quoque eadem ratio est. Si enim ad membrorum multitudinem, uel specierum omnium enumerationem, singularis termini referas intellectum, statim ipsius ac partium differentias comprehendas. Nota etiam, ab eo cuius nota est, facilè distat, quia illud uox & significatio est, illud res significationi supposita, eorum uero quæ affecta sunt, non sunt dubiæ differentiæ ab his, quorum affecta esse mõstrantur. Quis enim idem dicat esse coniugatum, quod est id cui coniugatũ est? Quis idem dicat esse iustè, quod iustitia? Quis genus idem quod forma? quis contraria? quis similia? quandoquidem neque contrarium, sibiipsi contrarium esse potest, nec simile, sibiipsi simile, nec genus, sibimetipsi genus, & de cæteris eadem ratio est. Nũc illud dicendum est, propter quod ista præmisimus, quandocunque enim ab illis tribus locis qui primi propositi sunt, argumenta sumuntur, ideſt à toto, à partibus, à nota, fit ut ipse quidem terminus ad cuius fidem quæritur argumentum, intra quamliber earum rerum contineatur, quę cum ad argumentum ductæ fuerint, loci esse mõstrantur, uelut cum fit argumentum à toto, ipse quidem terminus cui fides affertur, intra totum comprehenditur, totum uero ipsum quod est, definitio, res est, siquidem orationem, rem uocari placet. At si ex ea sumitur argumentum, fit locus. Itaque ipsum quidem de quo agitur, intra totum clauditur, à quo toto cum fit argumentum, fit ipsum totum, locus, quod totum, quoniam claudit terminum qui in quęstione uersatur, eidem termino uidetur inhærere, quo fit, ut locus quoque qui à toto est, eidem inhæreat termino, de quo in quæstione dubitatur. Partium quoque enumeratio eundem terminum claudit, quem partium collectione coniungit. Ipsaq́ue partium enumeratio res quædam est, si oratio rebus annumeranda est. Sed si ab ea ducitur argumentum, fit locus. Sed quoniam partium multitudo in eodem termino est, quem cõuentus partium iungit, necesse est cum quoque locum qui est à coniunctione partiũ, ipsi illi termino de quo quæritur inhærere. Nota etiam rem designat, & significatione aliquo modo comprehendit, à qua si ducitur argumentum, fit locus, & quoniam nomen omne ei uidetur adesse, cuius intelligentiam signat, locus quoq; qui est à notatione, in ipso hæret, de quo uersatur intentio. At in affectis quæ in tredecim partes diuisa sunt, nõ idem est. Nam quoniam respicientia, quodammodo terminum sunt, & quasi extrinsecus constituta, non uidentur eodem modo coniuncta esse cum termino, quo coniuncti sunt hi loci, qui à toto, à partium enumeratione, à nota esse prędicti sunt, sed tamen id quod affectum est, ad aliquid dicitur. Id uero aliquid, iunctum est illi semper quod ad eius ducitur relationem, ac sine eo esse nunquam potest, quia cum ipso nascitur, & quodammodo altero dicto intelligitur alterum. Nam si id de

quo quæritur, eiuſq; affecta perpendas, ea quæ perhibentur affecta, extra id de quo ambigitur, poſita eſſe conſideres, nihil enim eorum quæ ſunt ad aliquid, ex ſeipſo eſſe poteſt, ſed eſt ſemper ex altero, ut enim in prædicamentis oſtenditur, omnia quæ ad aliquid dicuntur, oppoſita ſunt, non tamen ita diſiuncta ſunt, ut omnino ſint diſtributa, ſed quoniam relatiua prædicatione iunguntur, neceſſe eſt aliquo modo in ipſo ſint, ad quod uidentur affecta. Omne quippe affectum, ex eo ad quod affectū eſt, ſuſcipit formam, & ſine eo eſſe non poteſt, & dicto altero, alterius ſe ſtatim ſubijcit intellectus, ut cum dixero dimidium, duplum intelligitur, & cum patrem nominauero, filius ad intelligentiam uenit. Et omnia quæcumq; ad aliquid ſunt, ex ſeſe pendẽt, nec à ſeinuicem deſeruntur. Igitur omne affectum, et ad ipſum reſpicit ad quod refertur, & in ipſo eſt. Ad ipſum quidem reſpicit, quoniam ad affectum ſuum uelut ad aliquid relatiuæ more prædicationis refertur, in ipſo uero eſt, quod ea eſt affectorum natura ut alterum exiſtat ab altero, ſeq; ipſa poſſidcant. Quandoquidem & id quod affectum uocatur, eius eſt termini ad quem conſideratur affectum, & terminus in quæſtione propoſitus affecto ſuo intelligitur eſſe connexus. Quæ cum ita ſint, cum argumentum ſumitur à coniugatis, quoniam id quod coniugatum eſt, affectum eſt ad id quod ei ex altera parte eſt coniugatum, id quidem de quo quæritur, in altrinſecus poſito coniugato hæret. Is uero locus unde argumentum trahitur, ab altero ducitur coniugato, ueluti ſi compaſcuus ager eſt, ius eſt compaſcere. Igitur compaſcere atq; compaſcuum, coniugata ſunt, ſed quærebatur an ius eſſet compaſcere. Tractum uero eſt argumentum à compaſcuo. Itaq; terminus quidem de quo fuit quæſtio, in altero coniugato poſitus deprehenditur, ideſt, in compaſcendo. Locus uero unde argumentum tractum eſt, in altero eſt, ideſt in compaſcuo. Item quoties à genere ducitur argumentum, id de quo quæritur in forma, hærere neceſſe eſt, ut cum oſtenditur legata eſſe numerata pecunia, quoniam fuerit argentum omne legatum. Quæritur enim de numerata pecunia, quæ eſt ſpecies argenti, & argumentum tractum eſt ab argento, ideſt, à genere. Itaq; ipſum de quo quærebatur, in forma fuit, ideſt, in ſpecie. Argumentum uero tractum eſt ab affecto, ideſt, à genere. Quod ſi à forma generis argumentum fiat, conuerſo modo eſt, id quidem quod quæritur in genere eſſe monſtratur, ipſum uero unde ſumptum eſt argumentum, in forma eſſe perpenditur. Nam cũ quæratur an legatum ſit uxori argentum, oſtenditur non eſſe legatum, quia non fuerit uxori tantum legatum, ſed matrifamilias uxori. Vxor uero, genus eſt matrifamilias uxoris. Quæritur igitur de uxore, ideſt, de genere. Argumentum factum eſt à matrefamilias, ideſt, à forma. Quoties uero à ſimilitudine trahitur argumentũ, quoniam id quod ſimile eſt, non ſibi, ſed alteri ſimile eſſe perpenditur, res liquidẽ de quo quæritur, in uno eorũ quę ſunt ſimilia, poſita eſt, at uero locus, in altero eſt, uelut cum quæritur an hæres reſtituere uitium ruinamue cogatur ædium in uſum fructum relictarum. In hoc igitur quæſtio eſt, locus uero à ſimilitudine, quia non oportet hæredem ædes reſtituere, ſicut nec mancipium, ſi id aliqua ratione depereat. Cum igitur ſimilis ſit ædium uſusfructus atq; mancipij, quod quæritur, in ædium uſufructu poſitum eſt. Locus uero, in uſufructu mancipij. In differentia quoq; idem eſt. Eorũ namque quæ differunt in altero poſitum eſt id quod quæritur, in altero uero illud à quo id quod eſt ambiguum, comprobatur. Vt cum quæritur, an id quoq; argentum quod in nominibus debeatur legatũ ſit. Hic igit illud eſt quod dubitatur. In eo uero quod ab hoc differt, locus eſt à quo oſtenditur minimè legatum eſſe argentum quod in nominibus debeatur, quia multum differt in arca ne ſit poſitum, an in nominibus ſcriptum. A contrario quoq; idem eſt, ut in eo quòd quæritur, an uſusfructus penus legatus ſit. In uſufructu igitur quæſtio eſt, ſed probatur minimè eſſe legatus, quia non poteſt eſſe uſus earum rerum, quæ utendo pereunt, ſed potius abuſus, in abuſu igitur locus eſt, ſcilicet, in altero contrariorum, cum fuerit in uſu quæſtio. Ab adiunctis etiã locus in eodem modo ab eo quòd quæritur ſegregatus eſt, ut in uno adiũcto quęſtio, in altero

in altero uero ſit locus. Nam cum quæratur an ſecundum mulieris tabulas nunquam capite diminutæ poſſeſſio detur, in hoc quęſtio eſt, an detur, at in eius adiũcto, locus. Oſtenditur enim minimè dari debere poſſeſſionem, quia ſit proximum ut ſecundum puerorum quoq; atq; ſeruorum tabulas bonorum poſſeſſio concedatur. Ab antecedentibus uero ita eſt locus, ut quæſtio ſit in conſequentibus. Nam cum quæritur an aliquid dotis nomine pro liberis manere oporteat, ſumitur argumentum nullo modo manere oportere ex antecedentibus, quod uiri culpa factum eſt diuortium, locus itaq; in antecedenti, quæſtio uero, in conſequenti. Cõſecutum eſt uiri culpa factum eſſe diuortium, nihil apud patrem pro liberis permanere, cum uiri culpa præceſſerit. A conſequentibus uero ſi ſit argumentum, res quę dubia eſt, in antecedentibus eſſe deprehenditur, uelut cum quæritur an diuortio facto cum eo nupta eſſet mulier qui cum connubij ius non eſſet, dotis nomine aliquid pro liberis manere oporteat. Fit argumentũ ſic: Si quid ex dote pro liberis manere oporteret, quia patrẽ liberi ſequerentur, cum eo nupta eſſet mulier, qui cum connubij ius eſſet, hic antecedens eſt. Si quid de dote pro liberis manere oporteret, & in eo quæſtio, an aliquid manere oporteat. Conſequens uero cum eo mulier nupta, qui cum connubij ius eſſet, à quo ſumitur argumentum, ideſt à conſequenti. Nam cum manifeſtum ſit, non cum eo nupta eſſe cũ quo connubij ius erat, oſtenditur quod minimè patrem liberi ſequantur, atque ideo nihil pro liberis manere oportere. Hic igitur res quidem quæ dubitatur, in antecedenti eſt, in eo, ſcilicet, an ex dote pro liberis manere aliquid oporteat argumentum uero in eo loco, qui eſt in conſequentibus, ideſt, in muliere quæ nupta eſt cum eo cũ quo nulla erant iura connubij. A repugnantibus etiam quoties argumenta ſumunt, res quidem dubia in altero repugnanti, in aduerſo uero locus eſt argumenti, ut cum quæritur, an poſſit inuita mulier reddere legatum, quod rectè teſtamento ſemel accepit. Locus à repugnanti, minimè poſſe inuitam reddere quod rectè accepit. Quæſtio igitur eſt in eo, quòd intelligitur inuitam reddere, argumentum uero, in altero repugnanti, ideſt, in eo quòd intelligitur rectè accipere. Pugnat enim inuitam reddere, & rectè accipere, ſed quæſtio in uno eorum eſt, locus in altero. Quoties uero à cauſis efficientibus ducitur argumentum, quæſtionem in effectis eſſe neceſſe eſt, ut exemplo quo quæritur, an qui ſatis dederit damni infecti, uitium parietis præſtare cogatur. In hoc igitur, ideſt, uitio parietis, quęſtio eſt, ſed de cauſa trahitur argumentum. Dicitur enim non oportere præſtare, quoniam natura parietis cauſa fuerit uitij, non is qui de præſtando uitio ſatis dediſſet. Effectum ergo cauſę, uitium parietis fuit. Itaq; quæſtio quidem, in effecto, locus uero eſſe conſideratur ex cauſa. At ſi ab effectis aliquid approbetur, locus in effecto, quæſtio in cauſa eſt conſtituta, ueluti cum quæritur, an mulier quædam cuius bona uiri facta ſint, dotis nomine in uiri manum cõuenerit. Quoniam ergo in manum ex conuentione perficitur, ut bona mulieris poſt eius mortem uir adipiſcatur, argumentum ducitur ab effectis. Efficitur enim per in manum conuentionem, ut quæcumq; ſunt mulieris, uiri fiant dotis nomine, ergo cũ ea quæ mulieris fuere, uir nomine dotis adipiſcatur, mulierem in manum uiri neceſſe eſt conuenire. Quæſtio itaq; eſt de muliere, an in manum uiri conuenerit. Argumentum uero ab effectu cauſæ, ideſt, in manum conuentionis. Hoc uero eſt, quod ea quæ fuere mulieris, uir nomine dotis acquirit, quo fit, ut quod quæritẽ, in cauſa. Locus uero ſit in effectis. A comparatione uero maiorum ſi fuerit argumentũ, quæſtio erit in minoribus, ut ſi quęratur, an in urbe aqua debeat arceri. Defẽdaturq; minimè debere, neq; enim fines reguntur, ita in aqua arcenda, quod minus eſt, quæſtio eſt, locus uero, in finibus regendis, quod maius eſt. Contrariæ uero, ſi à minore argumentum ducatur, erit id quod dubitatur, in re maiori, ut ſi dubitetur. An fines in ciuitate regantur. Reſpondeamus minimè, quoniam ne aqua quidem arcetur. Ita id quod dubitatur, in re maiore conſiſtit, illud uero unde argumentum ſumitur, in minori. Et in comparatione patium ſimilis ratio eſt, in uno enim eorum quæ ſunt patia, quæſtio conſiſtit, in altero

locus intelligitur argumenti, ueluti cum quæritur an ædium usus biennio capiatur, id approbamus, quoniam fundorum quoque. Cum ergo paria sint fundus atque ædes, quæstio quidem de ædibus est, argumentum uero ducitur à fundo. Ac de ui quidem locorum, quoque à te non quæstiones et loci argumentorũ separentur, hæc dicta sint. Nunc eorum ordinem breuissimè commemorabo. Ex hoc itaque oritur omne iudicium. Qui locus prior, qui sit posterior, existimandus, si eos terminos cõsideremus, qui proposita quæstione uersantur. Quæcunque enim his terminis propinquiora sunt, hæc rectissimè priora numerantur. Posteriora uero quantum à propositis longissimè quæque recesserint. Id autem tali ratione clarescet. Primum namque, locorum est diuisa pluralitas in eos qui in ipso sunt de quo agitur, & in eos qui assumuntur extrinsecus, in quo præpositos esse intelligimus eos locos qui in ipso sunt, his locis qui traduntur extrinsecus. Hic uero locus qui in ipso est, in primas quatuor distribuitur partes, quarum prima est definitio, qui locus à toto est nuncupatus. Idcirco aũt primus à toto locus ponitur, quoniam nihil est alicui tam proximum, quàm propria definitio. Consequitur enumeratio partium, quia post definitionem proximum locũ partes tenere debent, quæ totum id cuius partes dicuntur esse, coniungunt. His apponitur nota, quæ quasi conuerso modo definitio est. Nam sicut definitio explicat quod implicite nota designat, ita nota inuoluit & confusè indicat, quod patefacit atque explicat definitio. Nota uero tertia ideo est, quia definitio substantiam tenet, partium enumeratio eam dinumerat, quæ totum compositum iungunt, nota uero nihil efficit, sed tantũ designat. Post hæc quæ in ipsis terminis principaliter hærent, illa quæ sunt affecta numerantur, quæ tam non ipsis insunt terminis, sed eosdem uelut exterius posita consequuntur, atque idcirco solum in ipsis esse dicuntur, quoniam sine his esse non possunt quorum prima sunt coniugata. Nihil enim inter affecta sic proximum est, quàm id quod & re & nomine participat, nisi quod parua nominis inflexione seiungitur. Nam id quod iustum est, & iustitia participat, & inflexo iustitiæ nomine nuncupatur, & in cæteris quidem coniugatis idem est. Post hęc annumeratum est genus. Genus uero est quod cuiuslibet uniuersaliter substantiam monstrat, & quod multorum specie diuersorum, substantialis est similitudo. Quod à propositis terminis longius quàm coniugata seiungitur, quia tametsi substantiam monstrat, tamen ne inflexo quidem uocabulo cum termini nomine copulatur, sed longè lateq; diuerso. Huic adiuncta est species, quam formam Tullius appellauit, quia nihil est tam proximum generi, quàm species. Species uero est substantialis indiuiduorum similitudo, & quod sub genere ponitur. Post hanc, similitudo est constituta. Etenim post illud idem quod in substantijs intelligitur, illud idem rectè ponitur quod in qualitate esse perpenditur. Paulatim uero res incipit à similitudine recedere, nec statim ad cõtrarium uenit, sed prius à differentia locum statuit. Nam remota similitudine nihil aliud occurrit prius, nisi differentia, post hanc, à contrario locum ducit, ideò à maxima differentia. Rursus ad amica sibi affecta cõuertitur. Sed non eo modo amica, quo sunt similia, adiuncta enim proponit, quæ non sunt integræ similitudinis, sed inter se iudicij, & ueluti cuiusdam rerum sibi cohærentium propinquitatis. Post adiuncta uero antecedentia Tullius posuit. Post id enim quod aliquo modo iunctum est, aliquid necesse est aut antecedens, aut consequens intelligatur. Prius itaque antecedens, post consequens collocatum est. Post hæc repugnantia dixit, ut quodammodo duplex ordo contrarietatum ac similitudinum nasceretur. Prius enim prepositus à simili, à differentia, à contrario, atque hic uniuersus ordo, est similium & contrariorum. Rursus ab adiunctis, ab antecedentibus, à consequentibus, à repugnantibus. Hic rursus secundus ordo similium & contrariorum esse deprehenditur. Sed primus ualdè euidentior, quàm secundus, plus est enim simile esse quàm adiunctum, plus est differre, quàm antecedere, uel consequi, plus etiam est contrarium, quàm repugnans. Et in suo quæque ordine plenam retinent formam, uelut quia similitudo propinquitatem quandam tenere debet, propinquius est enim id quod est simile ei cui simile esse consideratur, quam id quod adiunctum est ei cui naturali uicinitate coniungitur. Rursus quoniam differentia similitudinis autor est, dissimilius est id, quod ab aliquo differt, quàm id quod cõsequitur, uel antecedit. Rursus quoniam contrarium longissimè ab eo cui contrarium est, oportet abscedere, longius abscedit contrarium quã repugnans. Post hæc quid aliud restare poterat, quàm effectorum causas quærere? aut potit effectorum causas quid aliud quàm ipsarum causarum perquirere effectus? Præterea à comparatione loci, postremum ordinem tenent, quia siue similitudinem, siue dissimilitudinem in sola obtinent quantitate. Ac de locorum ordine satis dictum est. Illud præterea considerandum puto. Num hi quoq; argumentorum loci qui in ipso hærent de quo quæritur, inter affecta iure numerentur. Quandoquidem quę affecta sunt, idcirco esse dicuntur affecta, quia sunt ad aliquid, & propositi termini relatione nectuntur. Nam & definitio alicuius est definitio & totum, partium totum est, & nota, significati nota est. Sed inspicienda natura est singulorum, & uidendum num similiter hæc ad aliquid referantur ut cætera. Nam definitio rem quam definit, quodammodo explicat, atque conformat. Item partes, rem cuius partes sunt, propria coniunctione perficiunt. Nota uero, eius intellectum communiter tenet, & cum hæc cætera quæ uocantur affecta, non faciant, iure hæc non inter affecta ponuntur, sed in eo ipso quod ueluti conficiunt atque conformant, inesse dicuntur. Sed quoniam de ui atq; ordine locorum sufficienter dictum est, nunc ad sequentia transeamus. Præter omnia enim quæ superius dicta sunt, illud animaduertendũ maximè est, quia non siquid in argumentis fuerit sumptum, illud eorum argumentorum locus dicendus est, nisi non solum insit argumentis, uerumetiam ab eo argumenta nascantur, id quod dico, plurimore liquebit exemplo. Si quod enim fuerit argumentum in quo sumatur genus uel species, non statim illud argumentum ex genere uel specie tractum esse dicitur, nisi ei argumento uires generis uel speciei qualitas subministret. Age enim, sit quæstio, an idem sit animali, esse quod uiuere, & fiat argumentatio sic, non idem est animali esse quod uiuere, quia ne inanimato quidẽ idem est esse, quod mori, pluríma quippe sunt inanimata, necq; moriuntur. Nam quæ nunquã uixere, ne mori quidem posse manifestum est. Hoc igit̃ inanimatũ genus est lapidũ, ac fusiliũ metallorũ, & sumptũ est in argumentũ, sed nõ ex genere factũ est argumentũ, licet in eodem genus uideat̃ inclusum, sed potius à contrario. Nam contrarium est, uitæ quidem mors, animalium inanimatum, sed mori non sequitur inanimatum. Igitur ne animal quidem uiuere. Non ergo ex genere locus iste ducendus est, sed potius ex contrario, quãuis genus huiusmodi contineat argumentum, tunc enim locus esset à genere, si ab animalis uel à uiuendi genere argumenti ratio traheretur, uelut si ita fieret argumentum, animali esse, substantiæ est esse ipsum uero uiuere, substantia non est, sed in substantiam uenit. Non est igitur idem uiuere quod animali esse. A substantia igitur tractum est argumentum, à genere uidelicet animalis. Hoc igitur argumentum, & genus continet, & ex genere ductum est. In priore uero, etsi genus continet, à contrario tamen ductum esse perpenditur. Illud enim semper speculandum est, non quid in argumento sit, sed ex quo ducitur argumentum, & in cæteris quidem eadem ratio tenenda est, neque est enim in singulis immorandum. Si quis enim diligentiam decursæ superius expositionis exercuit, facilè in reliquis colliget, quod uno declarat exemplo.

Quando ergo unusquisque eorum locorum quos exposui, sua quædam membra habet, ea quàm subtilissimè persequamur, & primum de ipsa definitione dicatur. Definitio est oratio, quæ id quod definitur explicat quid sit.

Propositis igitur breuiter argumentorum locis, eosdem subtilius atq; enodatius statuit persuas partes & conuenientia membra partiri. Ita enim locorum omnium diligentius natura considerabitur, si non confusè solum, uerumetiam distributim, & in suarum partium proprietate noscant̃. Dat uero hoc multam inueniendorũ copiã argumẽtorũ, ut enim de definitione dicamus: Si cũcta aliquis definitionũ partes agnouerit, ex omnibus sibi poterit argumẽta cõquirere, eritq; in inueniẽdis copiosior argumẽtis eo, q quot sint definitionis species ignorat. Ex tot em̃ definitionũ partibus argumẽta, pducet, quãtas quis definitionũ partes esse cognouerit. Is uero habebit plurimã taliũ locorũ facultat̃, quẽ definitionũ diuersitas non latebit. Ob hoc igt̃ M. Tullius, quos confusè atq; indigestè posuit locos, nunc eosdem diligentiore ratione partitur. Ac primum illud propensiore cõsideratione tractandum est, quòd ut dictum est, etiam loci ipsi res quædam sunt, sed tunc esse intelliguntur loci, cũ ab his trahitur argumentum. Ergo nunc Cicero nõ principaliter locos, sed res ipsas diuidit, quæ ad argumentũ ducẽ, speciẽ sumunt locorũ. Definitio namq;, & pars, & nota, res quædam sunt, sed cum ab his argumentum ducitur, loci fiunt. Cum igitur M. Tullius res ipsas ita ut sunt, naturaliter partiatur, simul cum rebus diuidit locos. Si enim res una est à qua duci poterit argumentum, unus est etiam locus, at si illa dividitur, quot partes eius rei fuerint, tot erunt etiam loci generis eiusdem de quo argumenta nascuntur. Quę cum ita sint, cumq; primus omnium locus à toto sit, id est, à definitione, prius quid sit definitio definitione declarat, ut patefacta rei natura, species eius uel membra conuenienti ordine partiatur. Definitio, inquit, est oratio, quæ id quod definitur explicat quid sit, sicut definitio est hominis, animal rationale, mortale. Dictum uero cautiliẽ est, explicat. Nam quod nomen confusè denunciat, id definitio per quędam substantialia membra diffundit. Quod enim confusè nomine hominis declaratur, id aperit atq; explicat definitio, dicens, hominem esse animal rationale & mortale. Nã nisi ita dixisset, potuerat esse comunis definitio generi quoque, uelut hoc modo. Definitio est, quæ designat quid est id quod definit. Sed genus quoq; designat quid est id de quo prædicatur, sed non explicat quid sit. Sola enim definitio explicat quid sit quod oratione perficitur. Genus uero, & cætera quæ singulis plerunq; nominibus proferuntur, minimè. Explicat autem definitio id quod definitur, non quoquo modo, id est, non in eo quod quale, uel quantum est, non in quolibet aliorum prædicamẽtorum, sed quid sit, id est, eius quod definit, substantiã monstrat. Ea uero definitio, substantiam digerit, quæ ex genere differentijsq; consistit, hæc namq; uniuscuiuslibet substantiam significant, sicut in his dictum est, ubi de genere, specie, differentia, proprio, accidentiq; tractatum est. Ergo omnis definitio explicat qd sit id quod definitur. Aristoteles uero eodm̃ penè modo definitionem determinat, dicens: Definitio, est oratio quid est, esse significãs. Hanc M. Tullius partitur hoc modo.

Definitionum autem duo sunt genera prima, unum earum rerum quę sunt, alterum earum quę intelliguntur. Esse ea dico, quæ cerni tangiue possunt, ut fundum, ędem, parietem, stillicidium, mancipium, pecudem, suppellectilem, penus, & cætera. Quo ex genere quędam interdum nobis definienda sunt. Non esse rursus ea dico, quæ tangi demõstratiuè non possunt, cerni tamen animo, atq; intelligi possunt, ut si usucapionem, si tutelam, si gentem, si agnationem definias, quarum rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quædã conformatio insignita, & impressa intelligentia, quã notionem uoco, ea sępe in argumentando definitione explicanda est.

Omnem

Omnem definitionem manifestum est ad aliquid dici, alicuius est enim semper definitio. Quę uero ad aliquid dicuntur, quandam proprietatẽ ex his sumant necesse est, ad quę referuntur. Quo fit ut ex his rebus quas determinat definitio, in ipsas definitiones quędã proprietas transferatur, sed quia q̃d ad aliquid referr̃, id non potest esse idem ei ad quod dicit̃, propriã quoq; ipsum q̃d refertur ad aliud formam necesse est possidere. Eo q; fit, ut in definitionibus, & sua insit forma, & ea quam ab his accipiunt, quæ definiunt, consideretur. Quod M. Tullius uidens, primum diuidit definitiones secũdum ea quæ definiũtur, quarum genera duo esse proponit, unum earũ rerum quæ sunt, alterum earum quę intelliguntur. Has igitur definitionum differẽtias ex his uidetur sumpsisse, quæ in definitione monstrantur. Omnia enim quę definiuntur, aut corporalia sunt, aut incorporalia. Res enim omnes in hæc primitus diuiduntur. Ea uero quæ corporalia sunt, esse dicit, ea quę sunt incorporalia, nõ esse. Non quod omnino ea quæ incorporalia sunt, non sint, alioqui nec definitionẽ susciperent. Nam si definitio est qua explicatur id quod definitur quid sit, eius rei, q̃ę omnino nõ est, nec quid sit, explicatio ulla esse potest. Sed quia humanum genus sensibus degit, id maximè esse arbitratur, quod sensuum comprehensioni subiicit̃. Quis enim sibi non magis lapidẽ scire uideatur, aut hominem, quã iustitiam, uel hereditatem, uel quicquid aliud non sensibus, sed intelligentia comprehendit? Vnde fit, ut propter euidentiam cognitionis ea magis esse uideãtur quæ subiecta sunt sensibus, ea minimè, quæ intelligentiæ ratione capiuntur. Sed id sciendum est, M. Tullium ad hominum protulisse opinionem, non ad ueritatem. Nam ut inter optimè philosophantes constitit, illa maximè sunt, quæ lõge à sensibus segregata sunt, illa minus, quæ opiniones sensibus subministrãt. Vnde etiam idem Cicero in Timeo Platonis ait. Quid est quod semper sit, nec ullum habeat ortum, & quod gignat̃, nec unquã sit? Quorum alterum, intelligentiæ ratione comprehenditur, alterum affert opinionem sensui rationis expers. Hic igitur id quod semper sit, rationi adiecit, id uero q̃d nunq; sit, sensibus coniunxit. Sed ut dictũ est, corporea esse, & incorporea nõ esse non ad ueritatẽ, sed ad cõmunẽ quorumlibet hominum opinionem locutus est. Ponitigitur exempla earũ quidem rerũ, quæ sunt, formas quasdam corporalium rerũ, ut fundũ, ędes, parietes, stillicidiũ, atq; id genus, quæ corporalia esse hac ratione ostẽdit, quoniã cerni tangiq; possunt. Earũ uero rerũ quæ nõ sunt, exempla posuit, usucapionẽ, tutelam, gentem, cæteraq; quæ sunt incorporea, quæ ex hoc incorporea esse monstrauit, quòd ait, ea tangi demonstratiue non posse, sed intelligẽtia atq; animo cõprehendi. Cur uero ea non esse dixerit, suppositi rationẽ dicẽs: Nullũ quali corpus earũ rerũ esse, nec molẽ aliquã quæ feriat sensum. Quod em̃ corpus, esse potest usucapionis? Nam ipsa quæ usucapiuntur, corporea sunt, ipsa uero usucapio corporea non est. Ipsa enim per utẽdi cõsuetudinẽ possidẽdi firmitudo, quodnã corpus habere potest? Itẽ, quod quis tutela regit, corporale est, homo nãq; est. Ipsa uero cura tutelæ, atq; ipsum ius aliũ tuẽdi, nihil omnino corporis habere potest. Homines q̃q; qui in eadẽ gentilitate sunt, corporei sunt. Ipsa uero gentilitas, id est, cõmunis nominis liberorũ societas, ut Scipionũ, Valeriorũ, & Brutorum, certè incorporea est, sed quædã earũ rerũ incorporalis animi cõceptio est, atq; intelligentia quã notionẽ uocauit. Ipsa enim imaginatio usucapionis uel tutelæ atq; intellectus incorporalis rei notio dicit̃, quã Græci ἔννοιαν uocant. Diuisit igitur definitionẽ in has duas partes, scilicet, secundũ subiecti differẽtias, ut alias quidẽ esse diceret definitiones earũ rerũ quę sunt, id est, corporaliũ, alias uero, earũ quæ non sunt, id est, incorporaliũ. Hinc quæri potest, quod etiam superius breuiter cõmemorauí. Quonam modo definitio non inter affecta numeretur, cũ omnis definitio ad aliquid esse uideat̃? Idcirco enim affecta esse dicta sunt similitudo, contrariũ, & cætera quoniã semper ad aliquid referuntur. Quod si etiã definitio refertur ad aliquid, nec est absolutæ ac propriæ con-

sideratio-

ſiderationis,ea quoq; inter affecta ponenda eſt. Sed occurritur,quoniam ea quæ affecta ſunt tanquàm umbræ quædam corpus, ita extra poſita non poſſunt id relinquere ad quod probantur affecta,& aut omnino ſubſtãtiam eorum ad quæ affecta ſunt, non ſignificant,ut contrariũ,ſimile,& cætera. Aut ſi quando deſignant, una quædã pars intelligitur eſſe,ſubſtantiæ,uelut genus,ſpecies,differentia. Non enim genus tota ſubſtantia eſt ſpeciei,quandoquidem non ſolum genus ſpeciẽ format, ſed differentiæ quoq;,nec differẽtiæ totam ſubſtãtiæ cõtinẽt formam,quãdoquidem non ſola differentia ſpeciem perficit,ſed etiam genus. Ipſa uero ſpecies, quædam generis pars eſt,at uero definitio,etſi ad aliquid eſt, tamen totam ſubſtantiam monſtrat,atq; exequatur ei rei quam definit,& ſubſtantiam perficit,ut neq; extrapoſita ſit,ſicut ſimilitudo,& contraria,neq; pars eius ſubſtantiæ ſit, quam definitione determinat, ſed potius ipſa ſubſtantia. Ac de hac quidem re ſatis dictum eſt. Idem uero de partibus dici poteſt. Nam coniunctæ partes,totum id efficiunt cuius partes ſunt. Nota quoq; totum ſignificat id quod deſignat,atq; omnia coæquantur,& definitum definitioni & partes toti,& nota rei quam ſignificatione declarat,ſi non ſit æquiuoca, uel ſi res quę deſignatur,non ſit multiuoca. Sane illud dubitari rectè poteſt,cur cum dixiſſet duo genera eſſe definitionũ,non ipſas definitiones partitus eſt,ſed quæ definiuntur,id eſt corporale atq; incorporale. Quod idcirco dictum uidetur, quia definitio cum ſit ad aliquid, ut dictum eſt,quandam capit ex his, quorum ſubſtantiam determinat, qualitatem.

> Atq; etiam definitiones, aliæ ſunt partitionum, aliæ diuiſionum. Partitionum,cum res ea quæ propoſita eſt, quaſi in mẽbra diſcerpitur. Vt ſi quis ius ciuile dicat id eſſe quod in legibus, ſenatuſconſultis, rebus iudicatis, iuriſperitorum autoritate,ędictis magiſtratuum, more, æquitate cõſiſtat. Diuiſionum autem definitio formas omnes complectitur, quę ſub eo genere ſunt quod definitur, hoc modo. Abalienatio eſt eius rei quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt.

Quoniam definitio ita ex ſubiecta re quam definit,proprietatem capit,ut tamẽ formam propriam non relinquat, idcirco poſt eas differentias definitionum, quæ ab his rebus tractæ ſunt quæ definiebantur,nunc à propria forma definitionum differentias tradit. Propria uero forma uniuſcuiuſq; compoſiti in ſuis partibus conſtat, itaq; ex partibus definitionum tales differentias docet,quòd alię definitiones perdiuiſionem,aliæ per partitionem fiunt. Definitur enim res quælibet dum aut eius ſpecies omnes enumerantur, aut partes. Partes uero à ſpecie quo differãt, paulòpoſteriꝰ dicam. Nunc exponẽda arbitror Ciceronis exempla, dat enim partitionis exemplum hoc: Sit enim propoſitum definire quid ſit ius ciuile, dicemus ita. Ius ciuile eſt, quod in legibus, ſenatuſcõſultis, rebus iudicatis, iuriſperitorũ autoritate, ędictis magiſtratuũ, more, equitate cõſiſtit. Lex igit eſt, quã populus centuriatis comitijs ſciuerit. Senatuſcõſulta ſunt, quę fuerint ſenatus autoritate decreta. Res iudicatæ ſunt, quæ inter eos qui ſuper aliqua re ambigunt, ſentẽtia iudicum fuerint cõſtitutæ, quarum exemplo cęterę quoq; iudicant. Iuriſperitorum autoritas eſt eorũ, qui ex duodecim tabulis, uel ex edictis magiſtratuum, ius ciuile interpretati ſunt, probatæ ciuium iudicijs, creditęq; ſentẽtię. Edicta magiſtratuum ſunt, quæ Prætores urbani uel peregrini, uel Aediles curules iura dixere. Mos, eſt quod in ciuitatem ſolitũ eſt fieri. Aequitas, eſt quod naturalis ratio perſuaſit. Hæc igit omnia unã formã iuris efficiunt, tanquã partes, uelut hominem, caput, brachia, thorax, uenter, crura, atque pedes. Partitio eſt enim ut ipſe ait, quę unamquamq; rem propoſitã, quaſi in membra diſcerpit. Alteram uero partem definitionis, quę per diuiſionem fit ſpecierum, talẽ monſtrat exemplo. Definit enim quid ſit abalienatio eius rei, quæ mãcipi eſt, dicẽs: Abalienatio eſt eius rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut ceſſio in iure, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt. Nam iure ciuili fieri aliquid non inter alios, ni ſi inter ciues Romanos fieri poteſt, quorum eſt etiam ius ciuile, quod duodecim tabulis continetur. Omnes uero res quæ abalienari poſſunt, id eſt, quę à noſtro, ad alterius tranſire dominium poſſunt, aut mancipi ſunt, aut non mancipi. Mãcipi res ueteres appellabãt, quæ ita abalienabantur, ut ea abalienatio per quandam nexus ſiet ſolennitatem. Nexus uero eſt quędam iuris ſolennitas, quæ fiebat eo modo quo in inſtitutionibus Caius exponit. Eiuſdem autem Caij libro primo inſtitutionũ de nexu faciendo, hæc uerba ſunt: Eſt autem mancipatio, ut ſuprà quoq; indicauimus, imaginaria quædam uenditio, quod ipſum ius proprium Romanorum eſt ciuium, eaq; res ita agitur, adhibitis non minus quã quinq; teſtibus Romanis ciuibus puberibus,& præterea alio eiuſdem cõditionis qui libram æneam, teneat, qui appellatur libripens, is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex iure Quiritium meũ eſſe aio, iſq; mihi emptus eſt hoc ære, æneaq; libra. Deinde ære percutit libram, indeq; æs dat ei à quo mancipium accipit, quaſi prætij loco. Quæcunq; igitur res lege duodecim Tabularũ aliter, niſi per hanc ſolennitatem, abalienari nõ poterat. Sui iuris autem cæteræ res nec mancipi uocabantur. Eędem uero etiam in iure cedebantur. Ceſſio uero tali fiebat modo ut ſecũdo commentario idem Caius expoſuit. In iure autem ceſſio fit hoc modo. Apud magiſtratum populi Romani, uel apud Prætorem, uel apud præſidem prouinciæ, is cui res in iure ceditur rem tenens ita uindicat. Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum eſſe aio. Deinde poſtquam hic uindicauerit. Prętor interrogat eum qui cedit, an cõtra uindicet, quo negante, aut tacente, tunc ei qui uindicauerit, eam rem addicit, idq; legis actio uocabatur. Res igitur quæ mancipi ſunt, aut nexu, ut dictum eſt, abalienabantur, aut in iure ceſſione. Has autem ſolẽnitates quaſdam eſſe iuris, ex ſuperioribus Caij uerbis oſtenditur. At ſi res ea quę mancipi eſt, nulla ſolẽnitate interpoſita tradatur, abalienari non poterit, niſi ab eo cui traditur, uſucapiatur. Quæ cum ita ſint, rectè definita eſt ſecundum diuiſionem abalienatio rei mancipi, ſcilicet, quæ aut nexus traditione, aut in iure ceſſione perficitur. Nam pura traditione, abalienatio rei mancipi non explicatur. Species uero has eſſe, non partes, hinc intelligitur, quia ſi quis nexu abalienet rem mancipi, id quod ſuum fuit, in alterius poteſtatem pleno iure tranſtulit. Quod ſi etiam in iure cedat, plenum abalienationis ius erit. Vbi autem plenũ nomen eius, quod diuidunt, partes ſuſcipiunt, illud genus,& has ſpecies eſſe paululum quoq; Dialectica cognitione imbutus intelligit. Quæ cum ita ſint, diuiſit Cicero definitionem in duas partes, unam quæ partium enumeratione fieret, alteram quę per partium diuiſionem. Vtraq; uero definitio, partes enumerat. Sed hoc intereſt, quia hæc quidem ſpecies, illa uero mẽbra partitur. Hic ſuboritur quæſtio ualdè difficilis. Nam ſi definitio eſt etiam partitio, mirum uideri poteſt, quemadmodum aliter ſit à definitione locus, alter à partium enumeratione. Quæ res maximam confuſionem præſtat. Nam cum ſuperius in locorum enumeratione alter à definitiõe locus, alter ſit à partiũ enumeratione propoſitus, cũq; nunc enumerationẽ partiũ, uel diuiſionẽ, definitionis ſpecies eſſe confirmet, nõ eſt dubium, quin cũ idem ſit partium enumeratio quod definitio (Idẽ nãq; eſt ſpecies ꝙd genus) idem ſit locus à definitione, qui eſt à partiũ enumeratione. Cuius quæſtionis ualdè difficilis, facilior abſolutio eſt, ſi definitionũ ipſarũ formas ac diſtãtias colligamus. Multis nãq; modis fieri definitio poteſt. Inẽ ꝙs unus eſt uerus atq; integer definitionis modus, q etiã ſubſtãtialis dicit, reliq; p abuſionem definitiones uocant. De ꝙbus omnib. paulo poſterius integram facią diuiſionẽ. Nũc in cõmune ſic diſſerã. Nã ga omnis definitio explicat ꝙd ſit id ꝙ definit. Explicatio aũt fit duobus modis, uno quidã cũ pro re minimè cognita, plánius aliquid affertur, alio uero, cũ fit quædã partiũ enumeratio. Ac de priore quidẽ modo,

modo, posterius. Nunc uero de enumeratione partium ita dicendum est, quòd omnis definitio, quæ per partium enumerationem fit, quasi quędā partitio recte intelligitur. Dictū est, id quod in nomine cōfuse significare, in definitione quæ fit enumeratione, partium, aperiri, atq; explicari. Quod fieri nō potest, nisi per quarundā partium nuncupationem, nihil enim dum explicatur oratione, totum simul dici potest. Quæ cum ita sint, cumq; omnis huiusmodi definitio, quædam sit partium distributio, quatuor his modis fieri potest. Aut enim subſtantiales partes explicant, aut proprietatis partes dicuntur, aut quasi totius membra enumerantur, aut tanq; species diuiduntur. Subſtantiales partes explicantur, cum ex genere ac differentijs definitio constituitur. Genus enim quod singulariter prædicatur, speciei totum est. Id genus sumptum in definitione pars quædam fit. Non enim solum speciē cōplet, nisi adijcantur etiam differentiæ, in quibus eadem ratio quæ in genere est. Nam cum ipsæ singulariter dictæ totam speciem claudant, in definitione sumptæ, partes speciei fiūt, quia non solum speciem quidem esse designant, sed etiam genus. Huius exemplum est. Homo est animal rationale, mortale. Cū ergo tota definitio homini coęquetur, totiusq; definitionis partes sint, tum animal, tum rationale, tum mortale, ipsius hominis partes esse uidētur singula, quæ eiusdem definitionis partes sunt. Hæc igitur proprio nomine, definitio nuncupatur. Item est illa definitio, quando in unum accidentia colliguntur, atq; unum aliquid ex his efficitur, & est ueluti quædam partium enumeratio, non in subſtantia, sed in quadam accidentium collectione posita, huius exemplum est. Animal est, quod moueri propria uoluntate possit. Animali nāq; & motus est accidens, & uoluntas, & possibilitas, sed hæc iuncta perficiunt animal, non subſtantialiter constituentia, sed per quędam accidentia designantia quod animalis quasi quædam partes sunt, & hæc descriptio nuncupatur. At si non accidentia rei, sed quasi membra quædam dicamus, ex quibus componitur atq; cōiungitur, atq; inde definitionē facere tentemus, hoc modo dicimus: Domus est quæ fundamēto, parietibus, tectoq; consistit. Hic membra quędam sumpta sunt ad definitionem, quibus res tota coniungitur, & hæc uocatur per enumerationem partium diffinitio. At si quis ita definiat, ut non in definitione ponat membra, sed species, à diuisione specierum definitio nuncupatur. Velut si quis hoc modo pronunciet. Animal est subſtantia, quæ uel sensu tantum, uel sensu & ratione nitatur. Hæc igitur quatuor à se differre manifestum est. In ea namq; definitione quæ per subſtantiales partes efficitur, singulæ partes maiores esse uidentur, & subſtantialiter uniuersaliores ab ea re, quam definiunt, ut animal, maius est ab homine. Mortale etiam atq; rationale, singula hominis transgrediuntur naturam quę in unum conuenientia, eidem quo singula latiùs maiora sunt, coæquantur. Accidentia uero quæ in definitione ponuntur, omnino à subſtantię ratione disiuncta sunt. In ea uero definitione quæ ex partium enumeratione perficitur, talia sunt quæ enumerant, ut singula totius definitionē capere non possint, atq; idcirco eodem minora sunt, ut fundamenta non possunt domus uocabulo nūcupari, fundamēta enim domo minora sunt, itemq; cæteræ partes. At uero in ea definitione quæ per diuisionem fit, singulæ quidem partes tota ea re quæ definitur, minores sunt, totum tamen definitæ rei nomen suscipiunt. Vt rationale nomen capit animalis, eodem modo irrationale. Quibus ita discretis, quotiescunq; ab ea definitione quæ per subſtantiales partes efficit, uel ab ea quæ per accidentium enumerationem colligit. argumentatio fit, à definitione, id est à toto tractū dicit argumentum. Quoties uero ab ea diffinitione quæ uel per membrorum enumerationem, uel per specierum diuisionem perficit, argumentatio fit, ab enumeratione partium argumentum ductum esse perhibet. Sed M. Tullius quia iam partitionem definitionis ingressus est, etiam hanc interposuit, quæ non ad definitionē sed ad enumerationis partium locū pertinebat. Huius uero rei argumentū est, quia cum post, de eisdē locis latius tractās, de enumeratione partiū loqueret, nullā aliam enumerationem partium posuit, nisi eam quam nūc definitionis speciem dixit. Nec tamen est arbitrandum, omnem partitionem definitionis locum posse obtinere, ut si quis sic dicat, fundamenta, parietes, & tectum domus est, id nō est necesse, potest namq; esse porticus publicis usibus destinata, potest item aliud quodlibet, ut theatrum quod propter ampliores sonitus exhibendos tegi solet. Sed id nunc intelligere nos oportet, posse per partitionem aliquid sępe definiri, cum partium illa collectio unam rem tantum possit efficere, ut si nihil esset aliud, quod fundamenta, parietes atq; tectum posset habere, nisi domus, iure definitio facta esse uideretur. Domū esse quam fundamenta, parietes, tectumq; perficiunt.

Sunt etiam alia genera definitionum, sed ad huius libri institutum illa non pertinent, tantum est dicendum qui sit definitionis modus.

Hunc locum Victorinus unius uoluminis serie aggressus exponere, & omnes definitionum differētias enumerare, multas interserit, quæ definitiones esse penè ab omnibus reclamantur. Inter definitiones enim ponit & nomina id quod specialiter Aristoteles in omni doctrinarum genere peritissimo nō uidet, pernegatq; in Topicis nomine fieri definitionem, ueluti si quis dicat, quid est conticescere, & respondeat, tacere, hæ nullo modo definitiones habēdæ sunt. Quod etiā ex ipsius M. Tullij definitione approbari potest, per quam definitio quid esset, ostendit, dixit enim esse definitionem orationem quæ id quod definitur, explicat quid sit. Sed cum nomen non sit oratio, manifestū est nomine definitionē non posse constitui, cum præsertim nec omnia quidem quæ oratione promunt, atq; aliquid ostendunt, proprio definitionis nomine designentur, ueluti descriptiones, omnisq; alia oratio quæ non ex subſtantialibus partibus, sed ex quolibet alio modo coniunctis efficitur, quod ne ipse quidem Victorinus ignorat. Sed uidetur id definitionis loco ipse sibi Victorinus ad differēdi sumpsisse propositū, quod quoquo modo rem subiectā posset ostendere. Idcirco enim, nomē quoq; in definitionū numerū recepit, quoniā sæpe notiore uocabulo fit clarius, quod ignotiore antea prolatū latebat. Idcirco etiā nos superius diximus explicationem fieri duobus modis. Vno quidē cum pro re minimè cognita, planius aliquid afferatur, alio uero, cum fit per quādā partiū enumerationē, ut ea quidē explicatio, in qua notius aliquid affertur, nominis sit, ea uero quæ fit per partium enumerationem orationis, quanquam etiam in ipsis orationibus semper planius aliquid afferatur, quo notius fiat illud de quo differitur. Vt igitur nihil expositio nostra prætermittat, & definitionis proprietas appareat, itaq; omnia in notitiam deducantur, ut nec uera definitio nesciatur, & quæ non sit propriè ueraq; definitio sub scientiā cadat, talis definitionum differentia facienda est. Definitionū enim aliæ propriè definitiones sunt, aliæ abusiuo nuncupantur modo. Ac propriæ quidem definitiones sunt, quæ ex genere differentijsq; consistunt, uelut hæc. Homo est animal rationale, mortale, hic enim animal, genus est, rationale uero, & mortale, differentiæ. Earū uero definitionū quæ non propriè, sed aburendo definitiones uocantur, aliæ sunt quæ singulis nominibus denotātur, alię uero quas explicat ac depromit oratio. Atq; illarum quidē definitionū quę tantū nomine designant, alię sunt quæ κατὰ ἀντιλῆψιν, id est ad uerbū fiunt, cum pro nomine redditur nomen, uelut si dicat aliquis. Quid est cōticere? & respondeatur, tacere, quid est haurire? percutit. Aliæ uero, quæ exēpli gratia pronuntiant, ut cum uolumus designare quid est subſtantia, exempli gratia dicimus, ut homo, hęc uocatur Græcè τύπος, quæ idcirco, ut dictum est, inter definitiones ponitur, quoniam id quodlibet modo aliquid designat, cius quod designatur, & si non propriè, tamen aliquo modo uidetur esse definitio. Earum uero definitionū quę in oratione consistunt, necq; tamen sunt propriæ, multæ sunt diuersitates. Quarū est omnium nomē cōmunis descriptio. Harū aliæ fiūt partitione, aliæ diuisione, de quibus superius ut dictū est. Alię uero subſtantiales quidē differentias sumunt, sed genus non ad

non adijciunt, atq; hæc quidem à Victorino ἐννοιωματικὴ dicitur, quasi quãdam communem continens notionem, ueluti si quis dicat: Homo est, quod rationali conceptione uiget, mortalitatiq; subiectum est. Hic igitur genus positum non est, sed differentiæ substantiales. Aliæ uero sunt, quæ pluribus quidem qualitatibus designãtur, accidentibus tamen, ita ut singulæ qualitates etiam si non coniungantur, possint tamen quod demonstratur efficere. Vt homo est, ubi pietas est, ubi æquitas, & rursus ubi malitia & uersutia esse possunt, nam & si cætera nullus adiũgat, sufficit ad ostendendum hominẽ dicere, ubi pietas inesse potest, uel ubi iustitia, uel cætera. Hæc uocatur ποιωδῶς. Aliæ uero sunt, quæ pluribus in unum accidentibus coniunctis efficiuntur, ut si quis luxuriosum definire uelit, dicens: Luxuriosus est, qui pluribus & non necessarijs sumptibus in delitias affluit, & in libidinem fertur effusior, omnia enim coniuncta, luxuriosum uidentur efficere, singula uero, minimè, hæc uocatur ὑπογραφικὴ. Aliæ quoq; fiunt eo modo, ut ad signandam differentiam proponantur in his rebus, quæ in discreto fine coniunctæ sunt, ut si dubitet quis, Nero imperator, né an tyrannus fuerit, dicit eum tyrannum fuisse, quoniam crudelis fuerit atq; intemperans. Hæc enim adiuncta differentia, tyrannum ab imperatore seiũgit. Aut etiam si de eodem tyranno, atq; Rege dubitetur quid uterq; sit: iuncta differentia utrosq; designat, ut si temperantia quidem Regi, uel pietas, tyranno uero & intemperantia & crudelitas conuenire dicatur, hæc uocatur κατὰ διαφοράν. Alia quæ per translationem dicitur, ut: Adolescentia est flos ætatis. Illa quoq; definitio esse dicitur, quæ fit ex priuatione contrarij, ut bonum est, quod malum non est. Illa quoq; Victorinus definitionem ponit, quæ tantum proprijs nominibus aptari potest, quæ etiam ὑποτύπωσις appellatur, ut: Aeneas est Veneris & Anchisę filius. Præter has etiam illa est, quæ fit per indigentiam pleni, ut quadrans est, cui dodrans deest, ut sit as. Ponit etiam Victorinus inter differentias definitionum illam quoque quę per quandã laudem fieri potest, ut, Lex, est mens & animus, & consilium, & sententia ciuitatis. Quod maximè ratione caret. Non enim laudis modus illi faciet differentiam. Illa enim considerãda sunt, quæ in definitione ponũtur, non quo animo cõstituta sunt. Quod si recipienda fuit laudandi uoluntas inter differentias definitionum, cur non uituperandi quoque uoluntas aliam differentiam definitionis efficiat? Sed hoc apertissimè inconueniens, & ueritati uidetur esse contrarium. Fiunt etiam definitiones per proportionem, ut si quis dicat, homo est minor mundus, sicut etiam mundus ratione regitur, ita quoq;, quoniam homo multis partibus iunctus, habet tamẽ in omnibus rationem ducem, minor mundus dici potest. Fiunt etiam definitiones à relationibus, cum dicitur: Quid est pater? respondeẽ, cui est filius. Causa quoq; solet efficere definitionem, ut cum dicimus: Quid est dies? respondetur, sol super terrã, causam enim, id est, solem pro re ipsa cuius causa est, interposuimus, atq; ita diem definitionem monstrauimus. Hæ sunt definitionum differentiæ, quas in eo libro, quem de definitionibus Victorinus edidit, annumerauit, quas M. Tullius prætermittit eo nomine, quòd eas minimè necessarias existimauerit. Nos uero nequid perfectio deesset operi, etiam quę sunt à Cicerone prætermissa subiecimus.

Sic igitur ueteres præcipiunt, cum sumpseris ea quæ sunt ei rei quam definire uelis, cum alijs communia, usque eo persequi, dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri possit. Vt hoc: Hereditas est pecunia, cõmune adhuc, multa enim genera sunt pecunię. Adde quod sequitur. Quæ morte alicuius ad quempiam peruenit, nondum est definitio, multis enim modis sine hereditate teneri mortuorum pecuniæ possunt. Vnũ adde uerbum, Iure, iam à cõmunitate res diiuncta uidebit, ut sit explicata defini-

definitio, sic. Hereditas est pecunia. Quę morte alicuius ad quempiam peruenit iure. Nondum est satis, adde. Nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta. Confectum est. Itemq; ut illud. Gentiles sunt, qui inter se eodẽ nomine sunt, non est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt. Ne id quidem satis est. Quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit. Abest etiam nunc. Qui capite non sunt diminuti. Hoc fortasse satis est. Nihil enim uideo Sceuolam põtificem ad hanc definitionem addidisse. Atque hęc ratio ualet in utroque genere definitionum, siue id quod est, siue id quod intelligitur, definiendũ est.

Definitionis ratione proposita, diuisaq; per singulas partes tum materiæ, tum etiam formæ. Materiæ quidem, cum definitionum esse dixit, uel earum rerum quæ corporeæ essent, uel earum quæ incorporeæ. Formæ uero cum aut partitionibus, aut diuisionibus definitiones fieri docuit. Prętermissisq; ęteris quęcunque ad propositum opus minimè pertinerent, nunc quod utilissimum est, maximeq; totam definitionẽ intelligentiam significare potest, exequitur. Id autem est. Qui sit in omnibus, quæcunq; quomodolibet fiunt, definitionis modus. Est autem una atque omnibus communis definiendi ratio, ut ex cõmunitatibus inter semet iunctis, atque compositis, in unam proprietatem rei definitio colligatur. Omnia enim quæ cõmunia atq; uniuersalia sunt, si quid eis fuerit adiectum, determinatione minuuntur, & ad particularitatem redeunt, atq; eo ambitu quo concludebant cuncta, cohibentur, ueluti cum generi adijcitur differentia, & fit species. Nam cum genus per se proprio ambitu multas species contineat, ei si propriam adijcias differentiam, minuitur, & in quandam quodammodo particularitatem redit, ueluti cum dicimus animal, hoc nomen multa concludit. At si ei rationale adijcias, faciasq; animal rationale, minus erit à simpliciter animali. Ita additio differentiæ quo maius fuit, in particularitatem quandã redegit, atq; cohibuit. Quoties igitur aliqua res definienda est, sumitur id quod ei cum pluribus alijs commune est, huic adijciuntur differentiæ, statimq; necesse est minuatur id, quod pluribus fuerat ante cõmune, & si hac differentiæ additione in tantum modum decreuerit, ut rei quæ definitur, fiat æqualis, alias differentias colligere atq; aptare non necesse erit, sed id ipsum quod ita decreuit, ut æquale sit ei quod definitur, definitionem esse necesse est. At si adhuc amplius sit ab ea re quæ definitur. Quæramus necesse est aliam differentiam, qua adiuncta numerus quidem crescat, uis autem cõmunitatum, differentiarum additione decrescat, atq; id hactenus faciendum, quatenus, ut dictum est, ea quæ ad definitionẽ sumuntur, ei quod definiendum est, adæquentur. Vt igitur id non ratione solum uerum conuenienti quoq; clarius fiat exẽplo, sumatur res notissima ad definitionem, id sit homo. Huius igitur ita quærimus definitionem, sumimus quod ei cũ pluribus alijs commune est, id est, animal. Dicimus igitur hominem esse animal, nõdum est definitio. Primum, quia, ut dictum est solo nomine definitio reddi non potest, dehinc, quia animal maius est homine. Vt igitur minuatur animal, & homini coæquetur, addimus differentiam, qua adiuncta, rerum quidem numerus crescit, uis autem rei atq; amplitudo minuitur. Addo igit̃ rationale, efficioq; animal rationale. Minus est igit̃, animal rationale, quàm proprie animal. Dico autem hominem esse animal rationale. Sed id nondum coæquatur ad hominem, possunt enim esse animalia rationabilia, sicut Platoni quoq; de astris placet, quæ homines non sunt, addo igitur rursus aliam differentiam, si quoquo modo iterum definitio contrahatur, ut fiat homini quod definitur, æquale, adiungo igitur mortale, ac dico hominem esse animal rationale, mortale, id æquatur ad hominem. Nam & quí homo est, animal rationale, mortale est. Dico igitur hominis hanc esse definitionem, quæ ex pluribus communibus iunctis, unum tamen quiddam homini proprium atq; æquale conficit. Atq; in cæteris definitionibus

tionibus eadem ratio est,ut definitiones fiant collectis communitatibus,in unumq; copulatis,cum necesse sit illa copulatione,quæ communia sunt,contrahi,atq; in minorem cohiberi modum,eiq; quod definitur ex cõmunitatibus iunctis aliquid proprium atque æquale componitur.Hoc est igitur quod ait Cicero, hunc esse definitionis modum.Cum sumpseris ea quæ sint ei rei,quam definire uelis, cum alijs communia,usq; eo persequi,ut proprium efficiatur, quod in nullam aliam rem transferri possit,ut his uerbis & hac sententia breuiter significare uideatur hanc esse definitionem, quæ ex substantialibus communitatibus iuncta, atq; in minorem modum redacta, fit ei rei quæ definitur æqualis.Exempla uero quæ ponit,huiusmodi sunt, unum definiendæ hæreditatis,alterum Gentilitatis.Hæreditatis quidem hoc modo :Hæreditas est pecunia.Commune hoc,& multis alijs conueniens,quę hęreditates nõ sunt, ut donationibus,ut furtis,uel qbuslibet alijs pecuniarijs rebus,quæ minimè sunt hæreditates.Huic igitur pecuniæ addendum aliquid fuit,id est.Quę morte alicuius ad quempiam peruenit.Hęreditas enim pecunia est,ad quempiam alicuius morte perueniens.Sed ne id quidem plenum hæreditatis explicat intellectum. Commune namq; est.Et pecuniæ mortuorum pluribus teneri modis possunt, uelut si bello quis uictus est,ac spoliatus.Addendum igitur est aliquid.Iure,ut sit,Hæreditas est pecunia,quæ morte alicuius ad quempiã iure peruenit.Hæreditates enim iure capiuntur. Videatur forsitã hoc loco definitionem posse consistere,sed minimè, quid enim? si legata pecunia est,hæreditas quidem dici non potest,capta tamen morte alicuius iure pecunia est.Nam si testamenta iure fiunt,pecunia etiam iure legatur, adijciendũ est aliquid,id scilicet,quo ab hęreditatibus,legata separentur,ut dicamus,hęreditatẽ esse pecuniã morte alicuius ad quempiã peruenientẽ iure,quę legata nõ sit.Nũ satis est definitioni?Minimè.Quid enim si meũ quidẽ dominum sit fundi, uel alicuius pecuniarię rei,alterius uero ususfructus.Nã morte eius cui usus fructus cõpetit,ad me res illæ uertit,quę in meo dominio,pprietatis possessione iure tenebat? nec; tamẽ hęreditas esse potest,adijciendũ igitur est,minimè possessione esse retentã, ideſt, ut pprietatis possessione id q̃ ex morte alicuius iure nõ legatũ peruenit,nõ retineat.Hoc aũt modo possessione retineri potest,si sit nostra pprietas,et eius qui decesserit usus fructus, Cõiuncta igit omnia in unũ,faciẽt hęreditatis definitionẽ hoc modo: Hereditas est pecunia quæ morte alicuius ad quempiã puenit iure,nõ legata,nec; possessione retẽta.Hęc definitio est æqualis hęreditati.Nã ut hęreditas pecunia est morte alicuius ad quempiã peruenies iure,nec; legata,nec; possessioe retẽta.Ita quęcũq; pecunia alicuius morte ad aliquẽ iure peruenerit,nec; legata sit;nec; tẽta,hanc hęreditatẽ esse necesse est.Sed cũ M.Tullius ad eũ usq; locũ definiẽdo uenisset,ut diceret hęreditatẽ esse pecuniã,quę morte alicuius ad quẽpiã puenisset iure ait.Iam à cõmunitate res disiũcta uidebit,ut sit explicata definitio,sic:Hęreditas est pecunia, quę morte alicuius ad quẽpiã iure peruenit.Idq; ita dictũ est,quasi iã plena facta sit definitio.Quid enim est aliud explicatã esse definitionẽ,et à cõmunitate disiũcta, nisi perfectã, et cui desit nihil?Sed rursus quasi non sit explicata definitio,nec à cõmunitate disiunctã adijcit. Nõdũ est satis,adde,nec ea aut legata testamẽto,aut possessione retenta. Cuius adiectionis hęc ratio est, fecit enim definitionẽ alijs adiunctis,alijs separatis.Itaq; id quod definiebat,uel his quę adiũxit,uel his quę separauit,à cęterorũ omniũ cõmunitate segregauit.Hęreditatẽ enim dixit esse pecuniã,huic addidit, morte alicuius ad aliquẽ puenientẽ.Separauitq; eã ab ijs pecunijs,quę nõ morte alicuius ad aliquẽ,sed contra ctu uiuentiũ peruenirẽt,addidit iure,ut ab his pecunijs separaret,quę per uim morte alterius ad quempiã peruenirẽt.His igitẽ duobus,morte atq; iure,ea pecunia effecta est,quæ à cæteris ita separetur,ut tamen per legitimum acquirendi modũ,non interutroscq; uiuos,sed inter unum uiuum atq; alterum mortuum fieret. Hæc igitur una separatio à cæteris facta est,atq; ideo ait explicatam esse definitionem,& à communitate disiunctam. Sed quoniam in ea ipsa pecunia,quę morte & iure ad aliquem perueniẽt,inerant quædam quæ hæreditates non essent,harum separatione, plena effecta est hæreditatis definitio.Nam cum diceret,hæreditatem pecuniam esse, itemq; quæ morte alicuius ad aliquem peruenisset,itemq; & quæ iure,hæc omnia efficientia substantiam hæreditatis appolita sunt.Sed quoniam erant in hac collectione quædam ad quæ huius collectionis intellectus transferri posset,nec tamen essent hęreditates, ueluti legatum,aut possessionis retentio,his subtractis reliqua fuit hęreditas,de qua intelligi possit,pecunia alicuius morte ad quempiam iure peruenies. Non igitur legatum,aut possessionis retentio substantiam hæreditatis efficiunt, quippe quæ impedirent ad eius substantiam demonstrandam,nisi remouerentur. Atuero nec negatio quidem,cuiusquam substantiam perficit,sed tantum quid non sit,ostẽdit. Quod si legatum & possessionis retentio hæreditatis substantiam non modo nõ complẽt, uerum etiam impediunt atque corrumpunt,nisi fuerint disiuncta atque sepolita. Cũ quæ harum negatio nihil ex hæreditatis substantia monstret,sed tantum quid nõ sit, ostendat,relinquitur pars superior,ideſt,pecunia morte alicuius ad quempiam iure peruenies,quæ substantiam hæreditatis ostendat,ea quæ sit explicata definitio à cęteris? disiuncta.Sed quoniam rursus,ut dictum est,quędam sunt ad quę deriuari huius definitionis intelligentia possit,idcirco ad discretionem integram designandam reliqua pars additur. Itaque quoniam ista demonstrant hæreditatem, efficiuntq; ue substantiam,iure dictum est,iam à communitate res disiuncta uidetur,ut sit explicata definitio.Hæreditas est pecunia,quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure. Sed quoniam rursus hic intellectus ad plura intra se posita poterat conuenire, non immerito additum est.Non est satis & cætera,quæ legatum & possessionis retentionem ab hæreditatis definitione seiungunt, ac de priore quidem hæreditatis exemplo hęc dicta sint.Ad huius uero similitudinem etiam secundum tractat exemplum, quod de definitione gentilitatis est positum.Gentiles enim sunt, qui eodem nomine inter se sunt,ut Scipiones,Bruti,& cæteri.Quid si serui sunt? num ulla gentilitas seruorum esse potest? Minimè.Adijciendum igitur Qui ab ingenuis oriundi sunt. Quid si libertinorum nepotes ciuium Romanum eodem nomine nuncupentur? num gentilitas ulla est? Ne id quidem.Quoniam ab antiquitate ingenuorum gentilitas ducitur,addatur igitur.Quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit.Quid si per adoptionem in alterius familiam transeat? tunc etiam si eius gentis ad quam migrauit,nomine nuncupetur,licet ab ingenuis,& ab ijs ortus parentibus sit, qui nunquã seruitutem seruierint, tamen quoniam in familia gentis suæ non manet, ne in gentilitate quidem manere potest,addendum igitur est. Neque capite sunt diminuti. Hoc fortasse,inquit,satis est secundum Sceuolæ Pontificis definitionem, nihil enim ulterius adiecit,ut sit definitio gentilium hæc.Gentiles sunt,qui inter se eodem sunt nomine,ab ingenuis oriundi,quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit,& ubi gentilitatem nulla capitis diminutio destruxit.Hæc quoque definitio facta est expluribus communitatibus in unum confluentibus atque unam proprietatem eius rei quæ definiebatur,ideſt,gentilitatis facientibus.Hic igitur definitionis modus in utroq; genere rerum ualet,siue quæ sunt,siue quæ non sunt,ideſt,siue corporalium, siue incorporalium,nam,ut superius ostensum est, id esse Cicero dicit, quod corporale sit, id non esse,quod est incorporale.Ac postremo omnium definitionum modus hic est, ut ex pluribus communitatibus aliqua proprietas fiat.Sed distant à se definitiones, quod hæ quæ propriè definitiones uocantur, ex his communitatibus coniunguntur quæ substantiales sunt. Illæ uero quæ non ueræ sed abutendo definitiones dicuntur, ex accidentibus communitatibus congregantur.

Partitionum autem,et diuisionum genus quale esset,ostendimus,sed quid inter se differant,planius dicẽdum est.In partitione quasi membra sunt,ut corporis,caput,humeri,manus,latera,crura,pedes,& cætera.In diuisione for-

mæ ſunt quas Græci εἴδη uocant, noſtri ſiqui hæc forte tractant, ſpecies appellant, non peſſime id quidem, ſed inutiliter ad mutandos caſus in dicendo. Nolim enim ne ſi Latine quidem dici poſſit, ſpecierum, & ſpeciebus dicere, & ſæpe his caſibus utendum eſt, at formis & formarum uelim. Cum autē utroque uerbo idem ſignificetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam. Genus & formam definiunt hoc modo: Genus eſt notio ad plures differentias pertinens. Forma eſt notio, cuius differentia ad caput generis, quaſi fontē referri poteſt. Notionē appello, quod Græci tum ἔννοιαν, tum πρόληψιν dicunt. Ea eſt inſita & ante percepta cuiuſque formę cognitio enodationis indigens. Formæ igitur ſunt hæ, in quas genus ſine ullius prætermiſſione diuiditur, ut ſi quis ius in legem, morem, æquitatem diuidat. Formas qui putat idem eſſe quod partes, confundit artem, & ſimilitudine quadā conturbatus non ſatis acute quę ſunt ſecernenda, diſtinguit. Sæpe etiam definiunt & Oratores, & Poētæ per translationem uerbi ex ſimilitudine cum aliqua ſuauitate. Sed ego à ueſtris exemplis, niſi neceſſario nō recedam. Solebat igitur Aquilius collega & familiaris meus cū de littoribus ageretur, quę omnia publica eſſe uultis, quærentibus ijs ad quos id pertinebat, quid eſſet littus, ita definire, qua fluctus eluderet. Hoc eſt quaſi qui adoleſcentiam florē ętatis, ſenectutē occaſum uitę uelit deſinire. Translatione enim utēs, diſcedebat à uerbis proprijs rerum, ac ſuis. Quod ad definitiones attinet, hactenus, reliqua uideamus.

Quoniam definitionum formas in partitionem, diuiſionemq; diſtribuit nequaquā rerum auditor ſimilitudine turbaretur, diuiſionis ac partitionis differentias prodit, ac primum aliud partes, aliud ſpecies eſſe demonſtrat. Species enim ſæpe partes, partes uero nunquam ſpecies appellantur. Differunt uero hæc à ſe, quoniam partes totius membra coniungunt. Species uero genus diuidit, atq; diſpertit. Nam ut ſuperius quoq; dictum eſt, partes eius quod copulant, non ſuſcipiunt nomen totius. Necę enim fundamenta, uel tectū domus eſſe dici poſſunt, nam niſi omnia quæ quid efficiunt, iuncta ſint totius uocabulum ſingula non habebunt, at uero ſpecies etiam ſingulæ generis ſuſcipiunt nomen. Vt homo animalis, quo fit, ut in his illa quoque differentia poſſit agnoſci, quod partes quidem, totius partes, ſpecies uero non totius ſcilicet, uniuerſalis rei, id eſt generis ſpecies eſſe dicuntur. Differt uero totum à genere, quod genus quidem uniuerſale eſt, totum uero minimē, quod probatur hoc modo. Si enim id quod totum dicitur, ut domus, uniuerſale eſſet, partes quoq; eius, totius ſuſciperent nomen, at non ſuſcipiunt, ut ſæpe monſtratum eſt, quod igitur totum eſt, uniuerſale non eſt. Genus uero uniuerſale eſſe manifeſtum eſt, quoniam eius nomen deductæ ab eo formę ſuſcipiunt. Itē alia differētia. Genus ſemper ſpeciebus ſuis prius eſt, totum uero ſuis partibus poſterius inuenit. Niſi enim partes fuerint, totum non poteſt cōiungi. Quo fit ut ſi genus pereat, ſpecies quoq; perimant, ſi ſpecies intereat, maneat genus, quod in partibus totoq; contrarium eſt. Nam ſi pars quælibet una pereat, totū neceſſe eſt interire, ſi uero totum, q; partes iunxerāt, diſſipet, partes maneant diſtributæ, ueluti ſi domus, tecta, & parietes, & fundamenta à ſemetipſis extrinſecus poſita intelligant, domus quidē nō erit, quia cōiunctio deſtructa eſt, partes tamē manebunt. Proprijs igitur nominibus M. Tullius partes quidem ueluti totius membra appellat, ſpecies uero formas. Idcirco, quoniam non ſatis ei apta uideretur inflexio

inflexio caſuum ab eo nomine quod eſt ſpecies. Et licet plures, inquit, uſurpauerint hoc nomen, tamen quoniam dura eſt huius nominis per caſus inflexio, cum dicitur speciei, ſpecierum, ſpeciebus. Idcirco commoditatem in dicendo, ut ipſe ait, non arbitratus eſt negligendum, ut formas uocaret, in cuius nominis caſibus nulla ſentitur aſperitas. Et quoniam forma præter genus eſſe non poteſt (nihil enim præter ſuum poteſt eſſe principium) utrorumq; appoſuit definitiones, dicens: genus eſſe notionem ad plures differentias pertinentem. Notio uero, intellectus eſt quidam, & ſimplex mentis conceptio, quæ ad res plures pertineat à ſe inuicem differentes. Id uero genus eſſe manifeſtū eſt, quod apertiſſimo liquet exemplo. Animalis quippe intellectus ad plures differētias pertinet ad rationale, ſcilicet, atq; irrationale, ad mortale etiam, atque immortale, ad ambulabile, reptibile, uolatile, natabile, & eſt eorum omnium, quæ ſub his differentijs ſita ſunt, genus. Idem uero ſignificat hęc definitio, quod etiam uetus, hęc eſt huiuſmodi. Genus eſt, quod de pluribus ſpecie differentibus in eo quod quid eſt, prædicatur, uelut animal, genus ad plures res ſpecie differentes, id eſt, ad hominem atque equum, in eo quod quid eſt, prædicatur. Nam interrogantibus quid eſt homo uel equus, animal dicitur. Item formæ definitionem talē dedit. Forma eſt notio, cuius differentia ad caput generis, quaſi fontem, referri poteſt, & recte. Nam ſi formæ à genere deducuntur, ſpecies neceſſe eſt referātur ad genus. Si igitur principium quoddam & fons formæ genus eſt, neceſſe eſt ut intellectus formæ ad primordium ſuum, id eſt, notionem generis reuertatur. Intellectus enim hominis refertur ad animal, itemque equi, & cæterorum. Notionē uero appellat, quod Græci ἔννοιαν dicunt, huius hæc eſt definitio. Notio eſt inſita, & ante percepta cuiuſque formæ cognitio, enodationis indigens. Hęc uero definitio, hinc tracta eſt, quod Plato ideas quaſdam eſſe ponebat, id eſt, ſpecies incorporeas, ſubſtantiaſque conſtātes, & per ſe ab alijs naturę ratione ſeparatas, ut hoc ipſum homo, quibus participantes cęteræ res, homines, uel animalia fierent. At uero Ariſtoteles nullas putat extra eſſe ſubſtantias, ſed intellectam ſimilitudinem plurimorum inter ſe differē num ſubſtantialem, genus putat eſſe, uel ſpeciem. Nam cum homo atq; equus differant rationabilitate atque irrationabilitate, horū intellecta ſimilitudo efficit genus. Nam ſimilitudo equi & hominis ſubſtantialis in eo eſt, quòd uterque ſubſtantia eſt, uterq; animatus, uterq; ſenſibilis, quę iuncta efficiunt animal, eſt animal nāq; ſubſtātia animata ſenſibilis. Igit̄ hominis atq; equi ſimilitudo, eſt animal, quod eſt genus. Rurſus cum Plato atq; Cicero numero accidentibusq; diſtarent, horum ſimilitudo, quæ eſt humanitas intellecta atq; animo formata, ſpecies eſt. Ergo communitas quędam, & plurimorum inter ſe differētiū ſimilitudo notio eſt, cuius notionis aliud genus eſt, aliud forma. Sed quoniam ſimilium intelligētia eſt omnis notio, in rebus uero ſimilibus neceſſaria eſt differentiarum diſcretio, idcirco indiget adhuc notio quadam enodatione ac diuiſione, uelut ipſe intellectus animalis ſibi ipſe nō ſufficit. Nā mox animus ad aliquod animal, id eſt, uel hominem, uel equum deducitur inquirendum, & hominis notio uel ad Tullium, uel ad Platonem, uel ad quemlibet ſingulatium perſonarum refertur. Quæ cum ita ſint, quoties genus diuiditur in formas, nullam prætermitti oportebit. Eſt enim uitium uel maximum, ſi qua diuidentem forma prætereat, ueluti ſi quis ius diuidere uelit, in legem, morem, atque æquitatem neceſſe eſt partiatur. Nam & lex, & mos, & æquitas, & ſingula, & in cōmune, iuris uocabulo ſubiecta ſunt. Culpat uero illorum inſcitiā, qui idem ſpecies uel formas putāt eſſe, quod partes cōturbariq; eos inſcitia dicit, q̄d res à ſe plurimū differentes imperite atq; improuidè diſtinguere, ac ſegregare non curant. Sed quoniam de definitione loquebatur, addit aliam ſpeciem definitionis, quam nos ſuperius enumerauimus, quæ per translationem non proprietatis, ueritatisq;, ſed ſplendoris atq; ornatus ratione perficitur, quod Poëtarum atque Oratorum eſſe autumat, quibus luculenta oratio curæ eſt. Huius definitionis exemplum à iure ciuili Tullius petit, aitq; ſe

non aliter ab exemplis notioribus Trebatio receſſurum quàm ſi neceſſitas cogat. Per translationem uero definitio eſt, ueluti cum Aquilius littus definire uolens, dicebat littus eſſe quo fluctus eluderet, hoc eludere ab ijs translatum eſt, qui agitatione aliqua, cauſa luſus mouentur. Item ab adoleſcentia eſt flos ætatis, id ab arboribus ductum eſt, quarum fructus, flores præcedunt. Et ſenectus, uitæ occaſus, id à die ductum eſt, qui deſinit eſſe cum ſol occiderit, quæ translationes à proprietate diſcedũt, & quadam ſimilitudine ſubiecta ſignant. Eſt enim translatio, quoties habentis rei nomen, propter alterius rei ſimilitudinem, à re ſimili nomen imponitur, ut motus habet proprium nomen, item luſus ſuo uocabulo nuncupatur. Sed qui dicit, qua fluctus eluderet, à ſimilitudine agitationis, ad fluctuum motum, uocabulum transfert. Ac de definitionibus quidem diſputationẽ terminans, ad partitiones tranſitum facit. Sed nunc tertio uoluminiſatis eſt, reliqua in poſterum differamus.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, COMMENTARIORVM IN TOPICA CICERONIS, LIB. IIII.

EXplicare non poſſum mi Patrici, quantas ſæpe in difficilimi operis curſu uires afferat amicitiæ cõtemplatio, cum & ijs ſtudioſius componamus, quos repoſito penitus amore diligimus, & placere cupientibus multa ſeſe rerum copia ſubminiſtret. Huc accedit, quod ut quæque in mentem uenerint, iniudicata, atque etiam inca ſtigata promuntur, quandoquidem apud cari pectoris ſecretum nihil eſt periculi proferre quod ſentias. Eſt igitur mihi, cum tuam beneuolẽtiam ſpecto, pronum omne, atq; ut ita dicam, uoluptarium quod in tuæ præſcriptum iucunditatis impenditur. Sed cum memet ipſe perpendo, uereor ne im parato muneri par eſſe non poſſim, & deficientis culpa in adhortantis cædat iniuriam. Quo fit, ut tibi etiam atq; etiam prouidendum ſit, ne tuis ipſe moribus emendatus, noſtri alicuius erroris ſarcina n feras. Noſti oblatrantis morſus inuidiæ, noſti q̃ facilimè in difficilimis cauſis liuor iudicium ferat. Quæſo igitur extremam noſtro operi manum, cõmunis negotij ſtudioſus imponas, abundantia reſeces, hiantia ſuppleas, errata reprehendas, ſis poſtremo noſtri laboris, tuæq; adhortationis aſſertor, cum præſertim me ſecurum peractum reddat officium, te amici pudor dignus poſſit conuenire, ſi diſplicet. Sed hæc aliàs, nunc operis ſuſcepti tramitem perſequamur. Quoniam locorum in ipſis de quibus quæritur terminis inhærentium, alij ſunt à toto, alij à partibus, alij à nota, alij ex affectis. De eo quidem loco, qui a toto eſt, & in definitione eſt conſtitutus, ſufficienter diſſeruit ſuperiore tractatu. Nunc uero de partium enumeratione dicere inſtituit, rectam ordinis uiam, ſcilicet, inſiſtens, ut nõ ſolũ exemplo qualis eſſet partium enumeratio perdoceret, uerum ratione quoq; oſtenderet, quomodo partium enumeratione in argumentationibus eſſet utendum.

Partitione autem ſic utẽdum eſt, nullam ut partem relinquas, ut ſi partiri uelis tutelam, inſcienter facias, ſi ullam prætermittas. At ſi ſtipulationum, aut iudiciorum formulam partiare, non eſt uitium in re infinita prętermittere aliquid. Quod idem in diuiſione uitioſum eſt. Formarum enim certus eſt numerus, quæ cuique generi ſubijciantur. Partium diſtributio ſæpe eſt infinitior,

infinitior, tanquàm riuorum à fonte deductio. Itaque in oratorijs artibus quę ſtionis genere propoſito, quot eius formæ ſint, ſubiungitur abſolutè, at cum de ornamentis uerborum, ſententiarumq; præcipitur, quę uocãtur σχήματα non ſit idem. Res enim eſt infinitior, ut ex hoc quoque intelligatur, quod uellimus inter partitionem & diuiſionem intereſſe. Quanquam enim uocabula prope idem ualere uideantur, tamen quia res differebant, nomina etiam diſtare uoluerunt.

Senſus huiuſmodi eſt. Rerum quę partibus coniunguntur, alię quidem paucas, ſed facile intelligibiles, comprehenſibilesq; partes habent, aliæ uero plures intellectuque difficiles. In his igitur partibus quæ ſunt paucæ, ac facilè ſub intelligentiam cadunt, uel maximum uitium eſt, ſi partiendo aliquid relinquatur. In his uero quarum, ut ipſe ait, infinitior numerus eſt, & confuſior perſpectio, minus uitioſum eſt, ſi qua diuidentem pars in enumeratione prætereat. Fit autem hoc non ſolum per eas res, quæ aliquibus partibus conſtant, uerum etiam ſæpe per partes ipſas quas in diſtributione partimur, ut ſi hominis corpus uelimus intellectu ac ratione per propria mẽbra diſtingere, faciemus ita, caput, humeros, manus, thoracem, uentrem, ſuras, atq; pedes. Et quoniam maiores partes ſumpſimus ad diuidendum, idcirco nihil prætermiſſum eſſe uidetur, at ſi minutiſſimas particulas perſequamur, tum oculi quoq;, & labia, & nares, atq; aures, earumq; partes perſequendæ ſunt, idq; in toto corpore faciẽdum eſt, eodemq; modo difficilior erit partitio, cum ſit partium numerus infinitior. Sæpe etiam, ut dictum eſt, res ipſæ his partibus iunctæ ſunt, quarum non ſit facilis inſpectio, ut ſi quis ſtipulationem & iudiciorum formulas partiatur, uel etiam ſi figuras loquendi, quæ σχήματα Græci uocant, diuidi neceſſe ſit. Hic igitur ſi quid prætermiſſum ſit, non erit uitium partientis, quia partium natura multiplex ſæpius obtendit errorem. At ſi quis genus diuidat, pernitioſum eſt, aliquam prætorire formam, quoniam formarum finita quantitas eſt. Nam quia ſemper in contrarium diuiſunt, aut duę ſunt ſemper ſpecies generis, aut tres, & tunc tres, cum ea tertia, quę ſumitur, ex contrariorum permiſtione perficitur, ut ſi colorem diuidamus, dicendum eſt ita. Coloris aliud eſt album, aliud nigrum, aliud mediũ. Idq; medium, ex albi coloris ac nigri commiſtione cõiunctum eſt, quamuis in quamlibet aliam coloris ſpeciẽ tranſferatur, ſeu purpurei, ſeu rubri, ſeu uiridis. Itaque ſi tale eſt quod diuidis, talesq; ſunt partes quas ad diuiſionem ſumis, quas non difficulter intelligentia comprehendas, uitium erit, ſi quid omiſeris, uelut ſi tutelas partiaris. Tutela quippe quatuor ferè modis eſt, aut enim per cõſanguinitatis gradum eſt, aut patronatus iure defertur, aut teſtamento patris tutor eligitur, aut urbani Prætoris iuriſdictione formatur, & ſunt forſitan plures, ſed nunc iſtæ ſufficiunt. Hic igitur & paucæ partes, & facilè comprehenſibiles. At ſi ſtipulationum formulas & iudiciorum comprehendere uelis, quoniam multæ in his partes ſunt, non erit uitioſum, ſi quid omiſeris, in promptu uero eſt exemplum partium, quod de tutelis eſt dictum, magis enim ut genus in formas, quàm ut totum in partes, tutela diuiſa eſt. Nam ſiue per conſanguinitatem ſit tutor, ſiue patronatus iure, ſiue cæteris modis, integrum tutelæ ius habet, quod in ſingulis partibus non ſolet euenire, ut totius integrum capiant nomen. Sed ut conueniens uideatur exemplum, requirendæ ſunt tales tutelarum partes, quæ iunctæ tutelas effitere poſſint, non quæ ſingulæ tutelæ nomine deſignentur, quod neſcio an quiſquam iuriſperitiæ profeſſor, tales tutelæ partes ediderit. Merobaudes uero Rhetor ita intelligendum putauit, ut id quod ait. Partitione ſic utendum eſt, ut nullam partem prætermittas, de diuiſione dixerit, ideſt, de una parte propoſitæ partitionis. Nam & diuiſio, & per membra diſtributio, partitio nũcupatur, in diuiſione enim uitioſum eſt aliquid prætermittere, in partitione membrorum, minimè. Ita exemplum de tutelis ei

partitioni accommodatum dedit, quę est diuisionis. At si diuisionem facias, idest, formarum à genere partitionem, summum est uitium aliquid prætermittere, quoniã cũ sit finitus formarũ numerus, siquid omissum sit, nisi citta pręterieris, ut si oratorias quæstiones in formas diuidere uelimus, dicemus omnẽ Rhetoricã quęstionem, aut de facto esse, aut de qualitate facti, aut de nomine. At si locutionum figuras, sententiarũq; distribuam, non erit, ut dictum est, uitiũ, transire aliquid, quando quidẽ sententiarum inter se atq; locutionũ figurę & multiplices, & uaria ratione diuersę. Hic quoq; figurarũ partes non ita uidẽtur accipi posse, quemadmodũ totius, sed ut species generis, unaquęque enim figurarum quę infinitę sunt, uelut figurę generalis species est, quod possumus intelligere ex his uerbis Rhetorũ, ubi de elocutione tractat. Nullę namq; sunt figurarũ partes, quę figuras iungant, ita, ut singulæ figuræ nomẽ uniuersalis figuræ non possint admittere. Sed obiici nobis potest. Et quomodo infinitę sunt figurę, si species sunt? Sed respondebo leuiter. Elocutione mutata figuram quoq; mutari, atq; idcirco in potestate esse dicentis, figuras facere, quas is qui tractat, difficile, antequam fiant, potest agnoscere, hę uero nõ substantialibus quibusdam differentijs constituunt, sed potius accidentibus explicantur. Vnde fit ut tum communis nominis in significationes partitio fieri uideatur, cũ figura diuidit, potius quàm generis in species: Omnia uero significata cuiusq; nominis diuisiõe includere, difficile est, quia noua plerũq; finguntur, sed ne id quidem rerum ratio permittit. Nam unaquæq; figura generalis figuræ nomine & definitione comprehendit. Quocumq; enim modo figura definitur, eadem erit definitio etiam uniusc̃uiusq; figuræ. Quę res, unamquãq; figuram, uniuersalis figuræ speciem esse declarat. Vniuoca enim sunt species & genus. Sed est illud uerius, partitionem figurarum ad elocutionem ipsam Tullium retulisse, cuius pars quædam est figura, non species. Varijs enim multiplicibusq; figuris elocutio luculenta contexitur. Siquis igitur elocutionem partiri uelit in figuras, non genus in species, sed totum secabit in partes. Quæ cum ita sint ex hoc quoq; apparet, quid interslit inter diuisionem partitionemq;, cum partitio interdum talis sit, ut siquid in ea prætermissum sit, nihil afferat uitij. Diuisio uero formarum talis est, ut in ea non queat aliquid sine culpa prætériri. Quo factum est, ut quia res differebant, diuersa etiam uocabula rebus inter se distantibus uiderentur.

Multa etiam ex notatione sumuntur, ea est autem cum ex ui nominis argumentum elicitur, quàm Græci ἐτυμολογίαν appellant, idest, uerbum ex uerbo ueriloquium. Nos autem nouitatem uerbi non satis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus, quia sunt uerba rerum notæ. Itaque hoc idem Aristoteles σύμβολον appellat, quod Latinè est nota. Sed cũ intelligitur quid significet, minus laborandum est de nomine. Multa igitur in disputando notatione eliciuntur ex uerbo, ut cum quæritur postliminium quid sit, nõ dico quæ sint postliminij. Nam id caderet in diuisionem, quæ talis est. Postliminio redeunt hæc, homo, nauis, mulus clitellarius, equus, equa quæ frenare cipere solet. Sed cum ipsius postliminij uis quæritur, & uerbum ipsum notatur, in quo Seruius noster (ut opinor) nihil putat esse notandum nisi post, et liminium illud productionẽ esse uerbi, uult ut in finitimo, legitimo, editimo non plus inesse timum, quàm in meditullio, tullium. Sceuola autem P. filius iunctum putat esse uerbum, ut sit in eo & post, & limen, ut quæ à nobis alienata sunt, cum ad hostem peruenerint, & ex suo tanquam limine exierint, hinc ea cum redierint post ad idem limen, postliminio uideantur redijsse. Quo in genere

genere etiam Mancini causa defendi potest, postliminio redijsse, deditum non esse, quoniam non sit receptus. Nam neque deditionem, neque donationem sine exceptione intelligi posse.

Post enumerationem partium, recto ordine de notatione perpẽdit. Notatio igitur est, quoties ex nota aliqua rei, quę dubia est, capitur argumẽtum. Nota uero est, quæ rem quamq; designat. Quo fit, ut omne nomen nota sit, idcirco, quod notam facit rem de qua prædicatur, id Aristoteles σύμβολον nominauit. Ex notatione autem sumitur argumẽtum, quoties aliquid ex notatione, id est, nominis interpretatione colligitur. Interpretatio uero nominis, ἐτυμολογία Græcè, Latinè ueriloquium nũcupatur, ἔτυμον enim uerum significat, λογός orationem. Sed quia id ueriloquium, minus in usu latini sermonis habebatur, interpretatione nominis notationem Tullius appellat. Ea est huiusmodi, ut si quæras quid est postliminium. In qua quæstione non illud uidetur inquiri, quæ res postliminio reuertantur, hoc enim in diuisionem cadet, id est, earum omnium rerum enumerationem, quæ postliminio redeunt, postularet. Velut si ita dicamus: Postliminio redeunt, homo, nauis, mulus clitellarius, equus, equa quæ frenos recipere solet, id est, domita. Nunc enumeratæ sunt res, quæ postliminio reuertantur. At cum quod sit ipsum postliminij ius quęritur, potest ex ipsius nominis interpretatione cognosci. Postliminio enim redit, quisquis captus ab hostibus ad patriam remeauerit. Namque dum captiuitatem hostium patitur, ius ciuis amittit. Omnia uero iura recipit, si postliminio reuertatur. Ergo ex notatione nominis ita ius postliminij clarescere potest, ut quia semper post id significatur quod retro relinquitur, postliminij uocabulo quædam reuerlio significatur, ut Seruius probat, qui ex aduerbio post, uim nominis interpretatur, reliquã uocabuli partem protractionem esse confirmans, nam in eo quod est postliminium, ex eo quod post dictum est, interpretationem nominis sumit, liminium uero, superuacuo putat esse productũ. Ad horum nominũ formã, meditullium, prima enim pars, medium significat, tullium uero, nihil, & legitimũ, & æditimũ. In utrisq; enim, lex obijcies ibi, aliquid, timũ uero nihil omnino designat. Id uero nomen quod est postliminium, Sceuola P. filius, ex aduerbio post & limine putat esse cõpositum, nam quia ad idem limẽ quod prius reliquit, reuertitur is qui postlimino redit, idcirco ex utrisq; significationibus arbitratur nomen esse compositũ. Quæcunq; enim à nobis abalienata ad hostem perueniunt, cum à nostro limine exierint, si post ad idem limẽ reuertantur, postliminio redeunt. Quomodo etiam Mancini causa defendi potest, quem cum populus Romanus ob fœdus male ictum, dedisset, hostes eum suscipere noluere, qui cũ reuersus esset, postliminio redijsse uidebatur, idcirco quia si cum hostes recepissent deditum à ciuibus, etiam si quo modo ab hostibus effugisset, non uideretur postliminio regressus, qui iudicio ciuitũ omni libertatis iure fuisset exutus, sed quoniam nec deditio, nec datio, nec donatio, præter acceptionem uidetur posse consistere, idcirco qui non sit susceptus, ne deditus quidem intelligi possit. Recte ergo Mancinus qui non deditus, in hostium, si ea uti uellent, peruenerat potestatem, is cum in patriam remeauit, iure postliminio redijsse, defensus est.

Sequitur is locus qui constat ex his rebus, quę quodammodo affectę sunt ad id de quo ambigitur, quem modo dixi in plures partes distributum. Cuius primus est locus ex coniugatione, quam Græci συζυγίαν uocant, finitimus notationi, de qua modo dictum est, ut si aquam pluuiam eam modo intelligeremus, quam imbri collectã uideremus, ueniret Mutius, qui quia coniugata uerba essent pluuia, & pluendo, diceret omnem aquam oportere arceri quę pluendo creuisset.

Cum locum qui ipſis de quibus quæritur,inhęreret,in quatuor differentias ſuprà diſtribuit,a toto,ab enumeratione partium, à nota,ab affectis,quoniam diligenter de ſuperioribus tribus paulò antè tractauit,nũc quartum locum,id eſt,affecta perſequitur.Et quoniam locus ab affectis in plurimas differentias ſoluebatur,quarum prima à coniugatis propoſita eſt,primum loquitur de coniugatis, quæ multũ a notatione non differunt.Nam quia notatio ex ui nominis trahitur,itemq; coniugatio ſimilitudine uocabuli continetur,aliquod inter ſe ueluti cõfinium tenent.Sed hoc intereſt, quia notatio,expoſitione nominis,coniugatio,ſimilitudine uocabuli ac deriuatione perficitur.Et quoniam facilis & intellectu & tractatu locus eſt,tantũ ponere ſufficit exemplum,quod eſt huiuſmodi.Aqua pluuia eſt,quæ pluendo colligitur & creſcit.Pluendo uero atq; pluuia cõiugata ſunt.In uno enim eodemq; uocabulo diuerſus nominum terminus differentiam facit.Item. Ius eſt aquam pluuiam arceri,id eſt, ut ſi in alicuius agro pluuia aqua colligat̃,& in alterius agrũ defluat,eaq; uicini fructibus nocitura cõreſcat,arceat eam ſuis finibus ille qui id ſua putat intereſſe ne defluat.Si fluuius igitur pluuia creuerit,quæritur,an debeat arceri. Reſpondet,inquit, Mutius,quoniam aqua pluuia a pluendo dicta ſit, fluuiũ quoq;, qui pluendo creuerit,aquam eſſe pluuiam,atq; arceri deberi.

Cum autem a genere ducetur argumentum, non erit neceſſe id uſq; à capite arceſſere,læpe etiam citra licet, dũmodo ſupra ſi quod ſumitur quã id ad quod ſumitur,ut aqua pluuia ultimo genere ea eſt, quę de cœlo ueniens creſcit imbri,ſed propiore loco in quo quaſi ius arcendi cõtinetur. Genus eſt,aqua pluuia nocens,eius generis formę,loci uitio,& manu nocens, quorum altera iubetur ab arbitro coërceri,altera non iubetur.

Talis generum ſpecierumq; intelligitur eſſe natura, ut cum colligun-tur uel etiã diuiduntur,ab indiuiduis per ſpecies & genera,uſque ad maxima genera poſſit aſcendi,itemq; à maximis generibus per infra poſita genera,uſq; ad indiuidua ualeat eſſe deſcenſus.Id uero uno clarũ fiet exemplo. Cicero quippe,indiuiduum eſt,huius ſpecies,homo,huius genus,animal,huius ſuperius genus,eſt corpus animatũ,& ſi longius aſcendas,corpus,alterius genus inuenies,ſi prolixius egrediare,ſubſtantia ultimi loco generis occurrit.Cum igit̃ multa ſint genera ſi cuiuslibet ſpeciei genus aſſignandum ſit,non neceſſe erit,inquit,maxima & principalia genera ſemper exquirere,uerum eorum quoq; aliquid quę in medio locata ſunt, oportebit adhibere,illa tamen ratione ſeruata,ut ſemper genus ſuperius ſit eo ad q̃d prædicat̃ ut genus.Extrema quippe inſcitia eſt,ſi dum genus ſemper natura ſpeciebus proprijs ſuperponatur,loco generis,id quod eſt inferius, collocetur. Quocirca uitioſum eſt,ſiquis corporis genus dicat eſſe corpus animatum.Quo fit ut ſi ad ſpeciem aptãdum eſt genus,eorum quæ ſuperiora ſunt, aliquid aptemus, & non erit neceſſe ultimũ ſemper genus adhibere,ut ſi homini genus propriũ pręponere uelimus, non neceſſe eſt ut ſubſtãtiam pręponamus, ſed uel corpus,uel corpus animatum, uel quod maximè fieri oportet animal.Illa enim ſemper genera ſumenda ſunt,quæ cunq; proxima formis adhęrẽt,eaq; in definitione maximè requiruntur,ſed in argumentationibus nihil differt,utrum proximum eligas,an ſuperius genus.Nam quoniam ex continenti fit argumentatio,plus continet id quod eſt ſuperius genus.Quocirca ſi de homine aliquid ambigitur, & à genere argumentandi ſumitur locus, quicquid de animali dicetur,id etiam de homine prædicabitur.Quo fit,ut ſi quid etiam de animato corpore prædicetur,idem etiam de homine dici poſſit. Vt igitur argumentationes ex proximis generibus fiunt,ita etiam ex alterius cõſtitutis. Sed in his omnibus illud eſt,quod maximè conſiderandũ uidetur,ne id quod eſt inferius,ſuperiori præponatur ut genus.Et ſententia quidem talis eſt. Quod uero ad exemplum attinet,declarabitur

rabitur hoc modo:Sit aqua pluuia,ea quæ deiecta de cœlo imbri colligit̃, huius ſpecies duplex eſt,alia enim aqua pluuia nocens eſt,alia non nocens. Nocentis quoque duplex ſpecies eſt,alia manu,alia uitio. Sed aqua pluuia manu nocens eſt,quę ita loco aliquo excipitur,ut inde profluens uicino noceat,ſi locus is non ſit naturaliter talis,ſed manu hominis excipiendę aquæ fuerit apparatus,uitio uero,quoties naturaliter ita ſeſe locus habet,ut excipere aquã poſſit & nocere uicino.Si igitur eius aquę, quã quis arceri uelit,ne ſibi noceat, à uicino genus uelit exquirere,non neceſſe eſt ab ultimo uſque genere deducere, ut dicat aquæ eius quam quis uelit arceri, genus eſſe aquam pluuiã,ſed poteſt id quod inquirit genus paulò inferius inuenire, ut huius aquæ quam arceri deſiderat,id genus eſſe dicat, quod eſt, aqua pluuia nocens. Quod ſi genus proximum quærat,illud poterit adhibere,quod eſt,aqua pluuia manu nocens,hoc enim arceri quis cogitur,quod manu fit noxiũ.Quod uero loci forma uel uitio incommoditatis aliquid apportat,arcere nõ cogitur. Quod autem diximus,eius aquæ quã arceri oporteat, genus eſſe aquam pluuiam manu nocentem, ita intelligendum eſt,ſi aqua,quæ arceri debet, plurima ſub ſe habet indiuidua,& ſimilia,tunc enim demum eius aquæ quę arceri debet, aqua pluuia manu nocens genus eſſe poterit,quod ſi aqua quæ arceri debet in nulla indiuidua diducatur, ipſa eſt indiuidua,nec eſt eius genus aqua pluuia nocẽs manu,ſed ſpecies. Quod ſi cui paulum uidetur obſcurius,hic ſi eos commentarios, quos de genere,ſpecie, differentia,proprio,atq; accidenti, compoſuimus,libris quinque digeſtos inſpexerit, nihil horum poterit incurrere,quo caliget.

Commode etiam tractatur hęc argumentatio quę ex genere ſumitur, cũ ex toto perſequare partes,hoc modo: Si dolus malus eſt, cum aliud agitur,aliud ſimulatur,enumerare licet quibus id modis fiat,deinde in eorum aliquem id quod arguas dolo malo factum includere, quod genus argumenti in primis firmum uideri ſolet.

Dictum eſt quemadmodum genus ad ſpeciem debeat aptari,atq; in eo præſcriptum eſt,ut niſi id quod eſt ſuperius adhiberi non debeat. Nunc illud adiungitur,quemadmodum eius loci,qui à genere ducitur,in argumentatione cõmodior uſus eſſe poſſit,quotieſcunq; enim de re aliqua dubitatur,ſi facta generis alicuius diuiſione, ſub aliqua eius generis parte id de quo ambigitur,potuerimus includere, tunc à genere tractum eſſe argumentum uidetur,hoc modo:Sit dolus malus,quando aliud agitur, aliud ſimulatur.Huius ergo ſi ſpecies diuidantur,& id quod factum eſſe arguimus, alicui earum ſpecierum quæ à dolo malo deductæ ſunt,potuerimus adiungere,quic quid de dolo malo exiſtimabitur,idem etiam de ea re,quam arguimus,neceſſe eſt iudicari,& factum eſt argumentum a genere.Nam de quo quæritur,ſpecies eſt,& id à à quo ſumitur argumentũ,genus eſt,ſcilicet,ut ſi ita contigit dolus malus, locus uero hic ab eo qui eſt à partium enumeratione diuerſus eſt. Nec ſi enumeramus partes,id eſt, formas aut ſpecies,idcirco non à genere,ſed ab enumeratione partiũ duci tur argumentũ.Quoties enim ipſa partium enumeratione utimur ad argumentationem,tunc ab eadem partitione argumentum tractũ eſſe dicimus, ut hoc modo: Si fundamenta,& parietes,& tectum habet,& habitationi eſt deſtinatus locus,domus eſt.Ipſa igitur partitione utentes,domũ eſſe probauimus.Quoties uero ſub genere aliquid collocandum eſt,diuiſisq; partibus alicui eorum quæ à genere deducuntur, id de quo quæritur aggregamus,ut hoc modo: Si Ciceronẽ animal eſſe mõſtremus, dicemus ita:Omne animal aut rationale eſt,aut irrationale,ſed Cicero rationalis eſt, animal igit̃ eſt,nõ partitione utimur principaliter ad argumentũ cõſtituendũ,ſed id circo genus diuiſimus, ut in una qualibet diuiſione,id q̃ nitebamur oſtẽdere, poſſet includi,id eſt,ut id de quo dubitat̃ in aſſumpti continentia generis redigeret̃,itaq; de eo per

de eo per generis naturam fides fieret. Sic ergo à genere facta argumentatio iure dicetur. Amplius ita partium enumeratio totius efficere substantiã solet, siue illud uniuersale sit, ut genus, siue partium coniunctione completur, ut totum, at uero hęc ad uisio generis in cuius parte quęlibet illa res de qua contenditur, includenda est, non id efficit, ut totius substantia constituatur, sed ut illud quod approbare quærimus, intra genus collocetur. Quem argumentationis modum in primis M. Tullius ualidum esse cõfirmat. Illa enim regula satis uera est atq; necessaria. Quæ de genere prædicantur, eadẽ de specie modis omnibus prædicari. Illud uero quæri perutile est. Cũ aliquid de particularibus rebus probatur ex superposita proxima specie, ut si Socratem rationalem esse approbemus, quoniam sit homo, cum sit homo rationalis, utrũ ex genere, an ex forma argumẽtum ductum esse arbitremur. Nam si dicamus ex genere, ultima species genus esse non potest, si ex specie, superpositum genus semper species probare desiderat. Socrates uero cui fidem præstat homo, quoniã rationalis est, genus hominis non est, sed dicendum est, quoniam uelut à genere tractum uidebitur argumentum. Nam ex genere quasi ex continenti atq; ampliori, & de substantia fides prædicati ducitur, quã sortẽ ad sua indiuidua speciẽ nemo dubitat obtinere. Nam & continet ea, & de eorum substantia prædicatur.

Similitudo sequitur, quæ latè patet, sed Oratoribus & Philosophis magis quàm uobis. Etsi enim omnes loci sint omnium disputationum ad argumenta suppeditanda, tamen alijs disputationibus abundantius occurrunt, alijs angustius. Itaq; genera tibi nota sint, ubi autem his utare, quęstiones ipsæ te admonebunt. Sunt enim similitudines quæ ex pluribus collationibus perueniunt quo uolunt, hoc modo: Si tutor fidem præstare debet, si socius, si cui mandaris, si qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. Hæc ex pluribus perueniens quo uult appellatur inductio, quæ Græcè ἐπαγωγὴ nominatur, qua plurimum est usus in sermonibus suis Socrates. Alterum similitudinis genus collatione sumitur, cum una res uni, par pari comparatur, hoc modo: Quemadmodum si in urbe de finibus controuersia est, quia fines magis agrorum uidentur esse quã urbis, finibus regendis adijcere arbitrum non possis, sic si aqua pluuia in urbe nocet, quoniam res tota magis agrorũ est aquæ pluuiæ arcendæ adijcere non possis arbitrum. Ex eodem similitudinis loco etiam exempla sumuntur, ut Crassus in curiana causa exemplis plurimis usus est, agens de eo qui testamẽto sic hæredem instituisset, ut si filius natus esset in decẽ mensibus, isq; mortuus prius, quã in suam tutelam uenisset, secundus hęres hæreditatem obtinuisset, quæ commemoratio exemplorum ualuit, eaq; uos in respõdendo uti multum soletis. Ficta etiam exempla similitudinis habent uim, sed ea oratoria magis sunt, quã uestra, quanquam uti etiam uos soletis, sed hoc modo: Finge mancipio aliquem dedisse id quod mancipio dari nõ potest, num idcirco id eius factum est qui accepit. Aut num is qui mancipio dedit, ob eam rem se obligauit. In hoc genere Oratoribus & Philosophis concessum est, ut muta etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur, ut aliquid quod fieri nullo modo possit, augendæ rei gratia dicatur, ut minuendæ, quę Hyperbole dicitur, & multa mirabilia alia. Sed latior est campus illorum, eisdem tamen ex locis (ut ante dixi) & in maximis & in minimis quęstionibus argumenta ducunt.

De similitudinis loco planè atq; expeditè disseruit, omnemq; ꝙ aperuit intellectũ, similitudinum diuidens formas, præscripsitq; apertissimè, quibus magis ex similitudine argumenta contingerent, id est, Philosophis, atq; Oratoribus, etenim similitudo persuasionibus uidetur aptissima. Nam quod in unam uel plures extra eam de qua quæritur, causam cadere solet, facilè credi potest in eam quoque de qua ambigitur, conuenire. Idcirco ex similitudine tractæ argumentationes, magnum Oratoribus usum præstant, Philosophis quoque, quoniam nõ in omnibus quæstionibus, demonstratione utuntur, sed aliquoties ueris similia colligunt, quo id facilius persuadeant quod nituntur ostendere, similitudo rerum sæpe est inquirenda, atq; idcirco locus à similitudine Oratoribus maximè Philosophisq; conducit, non tamen solis. Omnes enim loci communes sunt cuiusque materiæ, sed in alijs uberius inuenitur, in alijs angustius inueniuntur. Quocirca cognitis atq; antè perceptis locis quæstiones ipsæ quæ tractabuntur, quibus locis uti debeat, solertẽ animum poterunt admonere. Omnis uero similitudo duplex est, aut enim ex pluribus similitudo colligitur, & inductio nuncupatur, quod Græci ἐπαγωγὴν nominant, aut singulæ res per similitudinem comparantur. Ac prior quidẽ huiusmodi est. Si tutor fidẽ præstare debet, si socius, si cui mandaueris, si qui fiduciam acceperit, debet etiã procurator. Nam cum in pluribus rebus fides præstari debeat, unaq; similitudo sit in fide præstanda tam in tutore quã socio, atq; eo cui mandatum sit, eoq; qui fiduciã acceperit, debet eadẽ similitudo procuratori etiam conuenire. Fiduciam uero accepit cuicunq; res aliqua mancipat, ut eam mãcipanti remancipet, uelut si quis tempus dubium timẽs, amico potentiori fundum mancipet, ut ei cũ tempus quod suspectum est, præterierit, reddat, hæc mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco q; restituendi fides interponitur. Hac similitudinis collectione plurimum Socrates esse usus dicit, ut in Platonis, aliorumq; eius sectatorum uoluminibus inuenitur. Quoties uero una res uni rei per similitudinẽ comparatur, hoc modo colligit argumentũ. Regendorũ finiũ arbitri esse dicũtur, qui finalia litigia discernũt, ut si fuerit de finibus orta contentio, eorũ dirimatur arbitrio. Sed fines, in agrorum tantum limitibus esse dicuntur, arbitri autẽ finium regendorum in ciuitate esse non possunt. Item arceri aquam, in agris tantũ dicitur, ubi si ex aliquo loco aqua pluuia colligatur, & defluens in campos, uicini pascua, frugesue corrumpat, arbitri arcendę aquę à magistratibus statuebantur. Quęritur ergo, an in urbe arcendæ aquæ arbitrum possimus adigere. Et argumentum capitur ex similitudine. Si regendorum finium, quia solius agri sunt, in urbe arbitrum adigere non possis, ne aquæ quidem arcendæ, quia solorũ esse uidetur agrorum, in urbe arbitrum possis adigere. Hic igitur una res uni rei similitudine coniuncta est. Ex eodem etiam similitudinis loco illa sumi Cicero proponit, quæ uocantur exẽpla, ueluti Crassus in causa Curiana, quæ fuit huiusmodi. Quidam prægnantẽ uxorem relinquens, scripsit hęredem posthumum, eiq; alium substituit secundũ, qui Curius uocabatur, ea cõditione, ut si posthumus, qui intra mẽses decẽ proximos nasceretur, ante moreretur, quã in suã tutelam peruenisset, idẽ ante obiret diem, quã testamentum iure facere posset, secũdus hæres succederet, ꝙd si ad id tẽpus peruenisset, quo iam firmo iudicio in suã tutelam receptus, iure ciuili instituto posset hęrede defungi, secũdus hæres, id est, Curius, nõ succederet, quæ uocatẽ substitutio pupillaris, quęritũ est an ualeret ita institutа ratio. Crassus igit̃ multa protulit exẽpla, qbus ita institutus hæres obtinuisse hęreditatẽ, quæ exemplorũ cõmemoratio iudices mouit, dicit etiã ipsos ꝙq; iurisconsultos uti sæpius exemplis, ueluti cum fingitur, id est, imaginatur

imaginatur propoſitio, ut caſus de quo agitur per ſimilitudinem intelligatur, hoc modo, ſi quis enim iuriſperitus adijciat id, quod non iure contractum eſt, nullius eſſe momenti, adhibeatq; exemplum tale, uelut ſiquis rem non mancipi mancipaue rit, num idcirco aut rem alienauit, aut ſe reo facto potuit obligaſſe? minimè. Quod enim non iure contractum eſt, nil retinet firmitatis, & alia huiuſmodi apud iuriſperitos inueniuntur, in quibus Oratores maximè ualent, quibus etiam in tãtum finge re licet, ut eorũ oratione etiam mortui ſæpe ab inferis excitẽt, q̃d Tullius in ea facit oratione qua Cœliũ defendit, ſed latior, inquit, eſt illorũ cãpus, id eſt, Oratorum, qui bus ſpatiari ac deuagari licet, nec idcirco minus cæteris quoq; facultatibus ſimilitu dines proſunt, quoniã eadẽ argumenta maximis minimisq; cauſis cõueniũt, quo fit ut loci q̃q; argumentorum diuerſarum artium quæſtionibus accommodentur.

Sequitur ſimilitudinem differentia, res maximè contraria ſuperiori, ſed eſt eiuſdẽ facultatis diſſimile & ſimile inuenire, eius generis hęc ſunt, nõ quemadmodum quod mulier debeas, rectè ipſi mulieri ſine tutore autore ſoluas, ita quod pupillo aut pupillę debeas, rectè poſſis eodem modo ſoluere.

Eiuſdem facultatis eſt ſimilitudines differentiaſq; cognoſcere, qui enim ſcit, quid ſit idem, noſſe poterit quid ſit, diuerſum. Omnis uero ſimilitudo idem aliquid eſſe conſtituit, quod enim idem eſt ſecundũ qualitatẽ, id ſimile eſſe neceſſe eſt. Omnis quip pe res, aut ſubſtantia eædem ſunt, aut qualitate, aut cæteris prædicamẽtis, quod ſi ita eſt, & animus intelligere hoc idem in pluribus prædicamẽtis poteſt, ſed cum hoc ip ſum idem in prædicamentis notat, eodem modo in eiſdem prædicamentis, quod di uerſum eſt intuet, ſed ſimile idem eſt, differentia uero diuerſum. Idem igitur animus eademq; intelligentia ſimilitudinem differentiamq; cognoſcit. Differẽtiarum uero multæ ſunt ſpecies, aliæ quippe ſunt ſubſtantiales, ut homini rationale, aliæ non ſub ſtantiales, ſed inſeparabiles, ut nigrum æthiopi, atq; coruo, aliæ uero mobiles neq; conſtantes, ut ſedere, ſtare, & huiuſcemodi cæteræ quibus & ab aljs hominibus, & à nobiſipſis ſæpè diſtamus. Item differentiæ aliæ aliquo modo ſunt generum diuiſibiles, aliæ aliquo modo ſpecierum conſtitutiuę, ſed ſi à conſtitutiuis argumentũ ducatur, uelut à genere ducitur, nam ſicut genus continet ſpeciem, ita differentiæ con tinẽt ſpecies, ſanè ſi differentiæ conſtitutiuę ut genera intelligentur, fides ab his ad ea aptabitur quæ conſtituunt, hęc enim talium differentiarum ueluti formæ quædã ſunt, ſin uero ſint diuiſibiles ſiquidem ad ea probanda, id eſt, genera quæ diuidunt, earum ducitur fides à forma argumentum fieri uidetur, nam tales differẽtiæ eorum quæ diuiduntur formæ quædam ſunt, quòd ſi ad ea probanda referuntur, quę in con trariam partem genus diuidũt, tunc propriè à differentia fieri argumẽtum uidetur, quia contrariæ ueluti differentię comparantur. Quod uero ad exemplũ attinet Tul lij huiuſmodi eſt. Mulieres antiquitus perpetua tutela tenebantur, pupilli item ſub tutoribus agunt, ſed mulieribus ſi quid debitum fuiſſet ſine tutoris autoritate pote rat ſolui, pupillis uero minimè, ergo ſi quæratur, an id quod debeatur pupillo cuili bet, renuente tutore poſſit exolui, à differentia ſumitur argumentum ſic. Non ſicut mulieri ſine tutoris autoritate debitum poſſis exoluere, eodem modo niſi autoritas tutoris acceſſerit, pupillo ſoluere, quod debeas poſſis, illæ enim perpetua tutela, etiã prouecta iam ętate continẽtur, illorum tutelæ certus annorum numerus terminum facit, atq; idcirco ſolui pupillo ſine autoritate non poterit. Differt enim pſona mulie rum à perſona pupillorum, uel in eo quod pupilli non perpetua reguntur tutela, mu lieres uero perpetua, uel quòd pupillus nullum ſuę rei adminiſtrandę utilitatis iudi cium habere poteſt, cum ſit aliquis mulieribus, & ſi non firmus in explicanda fami lia is rei utilitate delectus.

Deinceps locus eſt qui à cõtrario dicitur. Contrariorum aũt genera ſunt plura,

plura, unũ eorum quæ in eodem genere plurimũ differunt, ut ſapiẽtia, ſtultitia, eodẽ autẽ genere dicunt, quibus propoſitis occurrũt, tanquã è regione quadã cõtraria, ut celeritati tarditas, nõ debilitas, ex quibus cõtrarijs argumenta talia exiſtunt. Si ſtultitiã fugimus, ſapientiam ſequamur, & bonitatem, ſi malitiã, hæc quæ ex eodẽ genere contraria ſunt, appellãtur aduerſa, ſunt alia contraria, quæ priuantia licet appellemus latinè, Græcè appellant στερητικὰ Propoſitio enim in, priuat uerbum ea ui quã haberet, ſi in, propoſitio non fuiſſet, ut dignitas, indignitas, humanitas, inhumanitas, & cętera generis eiuſdẽ, quorũ tractatio eſt eadẽ, quę ſuperiorũ, quę aduerſa dixi. Nã alia quoq; ſunt contrariorũ genera, uelut ea quæ cum aliquo conferuntur, ut duplum, ſimplum, multa, pauca, longum, breue, maius, minus. Sunt etiam alia ualdè contraria, quæ appellant negãtia ea ἀποφατικὰ Græci contraria aientibus, ut ſi hoc eſt, illud non eſt. Quid enim opus exemplo eſt, tantũ intelligatur in argumento quęrẽdo cõtrarijs omnibus cõtraria nõ cõuenire.

Diuiſio differentiæ loco, nunc de contrarijs tractat quare uti rerũ ordo clarius colligatur, pauca mihi ex Ariſtotele ſumenda ſunt, quæ ille uir omnium longè doctiſſimus de hac diuiſione tractauit, quanquam M. Tullius re quidem Ariſtoteli ferè cõſentit, ſed ab eo nominum interpretatione diuerſus eſt. Nam quæ Ariſtoteles oppoſita, id eſt, ἀντικείμενα uocat, ea Tullius contraria nominat, ſed hæc paulò poſterius, nunc Ariſtotelis diuiſi conſideretur. Oppoſitorum igitur ſecundum Ariſtotelem alia ſunt contraria, alia priuatio & habitus, alia relatiua, alia contradictoria. Cõtraria quidem, ut album atq; nigrũ, habitus uero & priuatio, ut uiſus & cœcitas, dignitas & indignitas. Relatiua uero, ut pater, filius, dominus, ſeruus. Contradictoria ut eſt dies, non eſt dies, horum omnium tales inter ſe differentiæ conſiderantur. Nam quæ contraria ſunt, partim mediata ſunt, partim uero medio carent, mediata ſunt, ut album, nigrum, eſt enim horũ medius quilibet alius color, ut rubeus uel pallidus, & horum contrariorum non neceſſe eſt alterum ſemper ineſſe corporibus. Neq; enim omne corpus, aut album, aut nigrum eſt, ſed aliquoties in horum medietate eſt cõſtitutum, ut ſit rubrum uel pallidum. Immediata uero cõtraria ſunt quorũ nihil mediũ poterit inueniri, ut grauitas & leuitas, horũ enim nihil eſt medium. Nam quæ leuia ſunt, ſurſum feruntur, quæ grauia, deorſum. Quod autem ſit corpus, quod neq; ſurſum, neq; deorſum feratur, nihil poterit inueniri. Sed immediata cõtraria talia ſunt, ut alterum eorum cui poteſt accidere, ſemper inhęreat, ut in propoſito ſuperius exemplo. Neceſſe eſt enim omne corpus uel leue eſſe uel graue, quia leuitas & grauitas medium non habent, quòd præterea ineſſe corporibus poſſit. At ea quę in priuatione & habitu ſunt, ut cœcitas & uiſus, diſtãt quidẽ ab his contrarijs, quæ claudunt aliquam medietatem, quòd ipſa medietatem non habẽt, ab his uero cõtrarijs differunt, quæ ſunt immediata, quoniã horũ contrariorũ alterũ ſemper ſubiecto ineſſe neceſſe eſt, ut corpori grauitatem uel leuitatẽ, priuationẽ uero & habitum non ſemper, ut cum ſit habitus quidẽ uiſus, priuatio aũt cœcitas, non omne quod uideri poteſt, aut uidet, aut cœcum eſt, infans quippe nondũ ædibus, neq; uidet, quia nondum proceſſit in lucem, neq; cœcus eſt, quia nõdum habuit uiſum, quẽ potuiſſet amittere, uidẽ de catulis dici poteſt, qui ſtatim nati ne queunt intueri, nam tunc eos nec cœcos dicere poſſumus, nec uidẽres. Et poſtremo contraria ſemper in ſuis qualitatibus cõſiderantur, priuationes aũt, non quòd ipſæ ſint aliquid, ſed ex habitus abſentia colliguntur, neq; enim cœcitas eſt aliquid, ſed à uiſus intelligitur abſceſſu, tã uero priuatio quã contrarietas differt à relationis oppoſitione, eo quòd neque contraria, neq;

priuatoria

priuatoria simul esse possunt,idem enim in uno eodemq; tempore,uno eodemq; in loco album & nigrum,uidens & cœcum esse nō poterit,sed relatiua à se nequeunt separari,neq; enim potest esse filius sine patre,nec seruus,si dominus non sit, amplius contraria ad se & priuatoria non referuntur.Nemo enim dicit album nigri,uel nigrum albi,uel cœcitatem uisus,uel uisum cœcitatis.Quæ uero in relatione sunt posita in ipsa relationis prædicatione consistunt,ut duplum dimidij, dominus serui,& cetera ad hunc modum,tam uero contraria quā etiam relationes differunt à contradictionibus,quoniam contradictiones quidem semper in oratione consistunt,& in altera earum parte ueritas,in altera falsitas inuenitur,contraria uero & priuatoria & relationes in simplicibus partibus orationis inuenitur,& in his neq; ueritas neq; falsitas ineſt,nam cum dico album,nigrum,cœcitas, uisus,dominus, seruus, simplices orationis partes sunt,neq; uerum,neq; mēdacium continentes,in simplicibus enim partibus orationis ueritas uel falsitas nulla est,cum autem dico dies est,dies non est, utraq; propositiones,una in affirmatione,altera in negatione posita,orationes sunt, sed M. Tullius non tam proprijs nominibus quā notioribus utitur,ait enim contrariorum alia esse quæ aduersa uocentur,alia quæ priuantia,alia quę in comparatione sint,alia quæ aientia & negantia nuncupantur,sed quæ contraria nominat, opposita uerius dicerētur.quæ aduersa dicit,contrariorum melius susciperēt nomē, quæ in collatione nominat,ea relatiua uel ad aliquid certius uocarentur,sed utatur nominibus ut uoluit,dum res ipsę certa proprietatis suę ratione signentur,nos uero in cæteris quos edidimus libris conuincupauimus modo,quo superius in Aristotelis dictum est diuisione,secundum M. Tullium igitur contrariorum alia sunt aduersa, ut sapiētia,stultitia,alia priuantia,ut dignitas & indignitas,alia quæ cum aliquo cōferuntur, ut duplum,simplum,alia quæ appellantur negantia, è contrario aientibus constituta,ut si hoc est,illud nō est.Aduersa igitur sunt,quæ sub uno genere posita,plurimū differunt,ut album,nigrum quæ à se plurimū distāt sub uno genere posita,id est,sub colore.Item celeritati tarditas aduersa est,positis utrisq; sub motu,neq; enim celeritati debilitas opponēda est,quia debilitati firma ualetudo cōtraria est,quod in diuisione omisit Cicero,sed docuit exemplo,illa quoq; dicuntur aduersa,quę in diuersis generibus sita,plurimum à se discrepare intelligūtur, ut sapientię stultitia. Illa enim sub genere boni esti,hæc uero sub mali,quanq; huiusmodi exemplum priuationem potius spectare uideatur,nam stultitia priuatio est sapientiæ, nec quicquam est aliud stultitia nisi sapientiæ & rationis absentia,sed quæ sint,quæ priuantia Cicero appellat,posterius demonstrabo.Ex his aduersis hoc modo sumitur argumentum,Si stultitiam fugimus,sapientiam sequamur,si bonitatem appetimus, malitiam fugiamus, quāq; malitia quoq; secundū eundem modum qui superius dictus est, priuationibus possit adiungi.Priuantia uero secundum Ciceronem sunt,quæ Grecè στερητικὰ appellantur,quæ habent eam partem orationis præpositam, quæ cum fuerit adiecta, semper ferè aliquid demit ut ea in propositio,hæc enim syllaba cui fuerit apposita, demit ferè aliquid ex ea ui,quā esset res quælibet habitura,si in syllabam prępositam non haberet, ut humanitati inhumanitas, in namq; præposita id de quo dicitur, humanitate priuauit,ut dignitas,indignitas,& Tullius quidem ea tantum priuantia esse confirmat,in quibus cunq; syllaba ista præponitur,priuantium quippe natura secundum Tullium huius syllabæ commemoratione finitur, à Peripateticis uero accepimus priuationes cum simplicibus nominibus,tum cum priuatorijs syllabis effieri,simplicibus nominibus,ut cœcitas. Cum priuantibus uero syllabis,ut indignitas, inhumanitas, quo circa secundum M. Tullium cœcitas non erit priuatio uisus,sed ei aduersum atq; idcirco forsitan stultitiam inter aduersa numerauit, quoniam nō habet in syllabā ex qua priuationes arbitrātur existere. Ex quibus eodem modo ut in superius positis aduersis argumenta ducuntur. Inhumanitatem auersemur si humanitas consectanda est.Illa uero contraria ut ait Tullius,quæ cum aliquo conferunt, talia

talia sunt,ut duplum simpli.Id tantūdem est tanquàm si diceret duplum dimidij,simplum enim dupli dimidium est,& pater filij,eaq; sunt semper reciprocantia, aliquoties quidem septimo casu,aliquoties uero genitiuo,nam filius patris est filius & pater filij,hæc secundum genitiuum conuersio est,& duplum simplo duplum est, hæc secundum septimum casum,sunt etiam quæ accusatiuo, ut pauca ad multa, & magnum ad paruum.Item negantia sunt quæ in affirmationibus & negationibus posita sunt,ut si hoc est,illud non est,ueluti si dies est,nox non est, atque hanc oppositionē Cicero ualdè dicit esse contrariam.Ex quibus omnibus secundum superius dictum modum argumentorū facultas est,nam ex relatiuis contrarijs ita sumimus argumentum,si pater est,fieri non potest quin ei filius sit.Ex negātibus autem quæ ἀποφατικὰ (ut ait) Græci uocāt,ita, si sol suprà terrā fuit,nox esse non potuit,hæc enim affirmatio illam perimit negationem,cur uero hæc negantia esse constituerit mirandū est. Nam quæ negantia sunt,aientibus opponuntur, & simul esse non possunt, ut diem esse ac diem non esse,hoc uero consequens est cum ita dicatur,si hoc est, illud nō est, ut si dies est,nox non est,atq; affirmationem negationemq; Tullius ualdè dicit esse contrariam,sed in hac consequentia nequeunt esse contraria. Nam quod est consequens,contrarium non est.

Ab adiunctis autem posui equidem exemplum paulò ante,multa adiūgi,quę suscipienda essent,si statuissemus ex edicto secundum eas tabulas possessionem dari quas is instituisset,cui testamenti factio nulla esset.Sed locus is magis ad coniecturales causas,quæ uersantur in iudicijs ualet. Cum quæritur quid aut sit,aut euenerit,aut futurum sit aut quid omnino fieri possit.Ac loci quidem ipsius formula talis est.Admonet autē hic locus,ut quæratur, quid anterem,quid cum re,quid post rem euenerit,nihil hoc ad ius. Ad Ciceronem inquibat Gallus noster,si quis ad eū quid tale retulerat,ut de facto quæreretur,tu tamen patiare nullum à me artis institutæ locum præteriri, ne si nihil nisi quod ad te pertineat scribendum putaris,nimium te amare uidear. Est igitur magna ex parte locus hic oratorius,non modo non iurisconsulto rum,sed ne Philosophorum quidem. Ante rem enim quæruntur,quæ talia sunt,apparatus,colloquia,locus,constitutum conuiuium, cum re autem pedum crepitus,strepitus hominum,corporum umbrę,& siquid eiusmodi est. At post rem,pallor,rubor,titubatio,& si qua alia signa conturbationis & cōscientiæ.Præterea restinctus ignis,gladius cruentus, cæteraq; quę suspitionem facti possunt mouere.

Quisit ab adiunctis locus, breui superius monstrauit exemplo,eo,scilicet, quo dixit,si secundum mulieris nunquam capite diminutæ tabulas possessio bonorum daretur,consequens esse ut secūdum quoque puerorum,& seruorum tabulas possessio permitteretur,sed nunc formam ipsam & quasi subiectum loci monstrare proponit, quæ est huiusmodi ab adiunctis enim locus est,cum ex eo quòd proponitur aliquid aliud uel esse,uel fuisse,uel futurum esse argumentatione colligitur, ut in eo ipso ǫd dudum posuit exemplo,approbatur enim non debere secundum mulieris nunquam capite diminutæ tabulas,bonorum possessionem dari,quia si id fuerit positum, id futurum est,ut secundum puerorum quoq; ac seruorum tabulas, bonorum possessio permittatur.Talia uero sunt quæ dicuntur adiuncta, ut circa rem ferè quæ quæritur, inueniantur,neq; tamen necesse sit ei semper adhærere, & forma quidem huius loci talis est,ut hanc quoq; diffinitionem possit admittere,ab adiunctis locus est cum ex

aliquibus, quæ sunt proxima eis, de quibus quæritur rebus, id quod quæritur uel fuisse, uel esse, uel futurum esse monstratur, qui locus est coniecturalibus causis maximè necessarius. Cum enim de facto quæritur, tum si id factum est quod dubitatur, qui uel fuerit, uel sit, uel futurum sit, considerari solet, multa enim sunt quæ unicuiq; adiũcta rei uariorum euentu temporum colliguntur, idcirco enim quid ante rem, quid cum re, quid post rem euenerit, in cõiecturalibus causis inquiritur, quę ab Oratoribus tractãtur solis, neq; Iurisconsultis in huiusmodi negotijs cum Rhetorica facultate ulla communio est, iuris enim peritus de facti qualitate, non etiam de ipsius facti ueritate respondet, idcirco quoties ad Gallum peritum iuris facti quæstio deferebatur, nihil ad nos inquibat, & ad Ciceronem potius consulentes, ideſt, ad Rhetorem remittebat. In quo Tullius facere ad Trebatium locum miscuit dicens, quamquam locus hic ab adiunctis coniecturalibus causis maximè utilis nihil consultorum iuris prudẽtiam iuuet, patiere me tamen, inquit, nullam suscepti operis partem prætermittere, ne si in hoc libro nihil præter tuæ artis exempla conscripsero, tuæ tantum gratiæ uideaꝫ adiectus, ab adiunctis uero locus qui non modo Iurisconsultis, sed ne Philosophis quidem præter Oratores non patet, trium sæpe temporum ratione tractandus est. Nam de facto si quæritur, quid uel ante id uel cum eo, uel post id fuerit necesse est uestigari, ante rem quidem hoc modo, apparatus, uerisimile est enim effecisse aliquem quod ante efficiendum parauit, colloquia, fieri enim potuit ut amauerit, qui sæpe fuerit colocutus. Locus, uelut cum ad aliquid faciendum opportunus locus eligitur. Constitutum conuiuium, uelut si quis constituto ante conuiuio in eo fecisse aliquid arguaꝫ, capiaturq; cõiectura facti, ex eo ipso, quod sit conuiuium constitutum, atq; horum omnium ante rem de qua quæritur exẽpla sunt. Cum re uero hoc modo: Pedum crepitus, uelut si ille in quempiam locum aliquis accusetur, pedum crepitu deprehensus esse probabitur, uel si fuisse adulter in cubiculo ex umbra corporis designeꝫ, hęc cum ipsis de quibus quæritur inspecta, eisdem tamen intelliguntur adiuncta. Post rem uero si quas conscientię maculas pallor, rubor, titubatioq; prodiderit, restinctus ignis, uelut si clam factum aliquid extincto igni uelimus ostendere, ut tutius notitiam submouentibus tenebris committerentur. Item gladius cruentus peractum facinus mõstrat. Hæc omnia post rem facto intelliguntur adiuncta, & semper ante rem, cum re, & post rem, secundum rationem temporum intelligendum est, neq; ita ut in antecedentibus & consequentibus. Illic enim naturę ratio consideratur. Omnia quippe simul sunt, nam quod antecedit, si positum sit, statim est id quod consequitur, ut si ponas hominem statim animal esse necesse est, nec ante secundũ tempus homo dici potest, post uero subsequi animal, ut ante aliquis apparatus est secundũ, tempus, posterior effectus. Itaq; illic antecedentia & consequentia nominantur, hic ante rem, cum re, & post rem. Idcirco quod illud quidem, non secundum tempus, sed secundum principalitatẽ naturæ secũ simul aliqd trahentis antecedẽs dicit̃, consequẽs, id ꝙd antecedens comitatur. Ea uero quę secundum temporis priorẽ posteriorem ue rationẽ considerantur, adiuncta, idcirco ante rem, cum re, & post rem cœpere uocabulum.

Deinceps est locus Dialecticorum proprius ex consequentibus & antecedentibus & repugnantibus, nam coniuncta de quibus paulò ante dictum est, non semper eueniunt. Consequentia autem semper. Ea enim dico consequentia quæ rem necessariò consequuntur. Itemq; & antecedentia & repugnantia. Quicquid enim antecedit quamq; rem, id cohæret cum re necessario, & quicquid repugnat id eiusmodi est, ut cohærere nunquam possit.

Expedito adiunctorum loco, nunc de antecedentibus & consequentibus & repugnantibus differit. Qui locus sit unus in tria uelut membra diuisus est. M. Quidẽ Tullius loci huius uocabulum tacuit, mihi autẽ totus cõditionalis appellandus uiderur. Cuius

Cuius cum promptissimè natura claruerit nomen quoq; ei, quod nos posuimus, recte inditum manifestius apparebit, primum igitur singularum partium diffinitio prodenda est, itaque antecedens est, quo posito aliud necesse est consequatur, itemq; consequens alicuius est, quod esse necesse est, si illud cuius est consequens pręcesserit. Repugnans est quod simul cum eo cui repugnare dicitur, esse nõ possit, antecedentium igitur, atq; consequentium, & repugnantium, unum esse locũ prædiximus, qui quomodo sit unus, paucis ostendam. Primum igitur dum quęreretur quonam modo unus esset locus à consequentibus antecedentibus & repugnantibus, dicebatur quoniam eiusdem mentis esset atq; intelligentiæ, tam consentanea sibimet quàm dissidentia prędidere, idcirco hunc quoq; locum unum uideri. Consentaneorum namq; duæ sunt partes, antecedens una, altera consequens. Nam cum altero præcedente comitatur alterum, illa sibi in ipsa naturæ consequentia cõsentire necesse est. Repugnantium uero tametsi duæ partes sint, unum tamen est utriusq; uocabulum, utraq; enim repugnantia nominantur, duæ uero esse, quæ sibimet repugnẽt, atq; à se dissentiant nullus ignorat, sed eo distant quod antecedentium & consequentium duo sunt nomina, licet unus sit utriusque consensus, repugnantibus uero unum nomen est, cum sit unus in utrisque dissensus, ergo eadem mens, eadem quę intelligẽtiæ ratio, id quod præcedit, & id quod comitatur, intelligit, neq; enim fieri potest ut antecedens aliquid intelligatur, nisi in eodem quid sit consequens consideretur. Eodem quoque modo nec consequens, nisi appareat quid præcedat, item repugnans aliquod intelligere nemo potest, nisi intelligat cui repugnet, sed quoniã eadem ratio potest similia dissimilia q; perspicere, antecedentium uero et consequentium consentius quidam, & per naturæ similitudinem concordia est. Dissensus uero in repugnantibus dissimilitudo, necesse est ut una atque eadem ratio antecedentium consequentium q; naturam & repugnantium spectet, quo fit ut unus quoq; locus sit eorum quę una intelligentia comprehendit, sed huic opponebatur. Cur igitur alium ex similitudine, alium ex contrario locum Marcus Tullius superius enumerauit? Nam secundũ propositam rationem, quoniam similitudinem & contrarietatem intelligentia una perpendit, unus locus similium contrariorum q; esse debuisset, sed respondebatur, quoniam non eodem modo sibi antecedentia & consequentia consentire dicuntur, sicut ea quæ similia nuncupantur. In his namq; una tantum qualitas inuenitur, & secundum eandem qualitatem similia esse dicuntur, at in antecedentibus & consequẽtibus non qualitatis similitudo, sed quidam naturæ consensus est, & quę similia sunt, sine se esse possunt, antecedentia uero et consequentia sine se esse non possunt, atque idcirco non uidetur esse consequentium & antecedentium cum similitudine ulla cõmunio naturæ. Quæ ratio non ualdè uidetur idonea, nec explicat, quod demonstrare conabatur, illud certè firmissimum esse constat, quod huius loci tractatus conditionalibus semper propositionibus accommodaretur. Conditionalis uero propositio est, quæ cum conditione pronuntiat esse aliquid, si aliud fuerit, ueluti cum dicimus, si dies est, lucet. Hæc igitur rerum consequentia facilè in repugnantiam uertitur. Nã si rebus consequentibus negatio interponatur, ex consequentibus repugnantia redduntur, hoc modo: Si dies est, lux est. Repugnantia sunt ita: Si dies est, lux non est, repugnant enim diem esse & lucem non esse. Quæ repugnantia in conditione consistit. Dicimus enim si dies est, lux non est, nam diei contrarium est nox. Consequens uero noctis, lucem non esse, quare esse diem & non esse lucem repugnat. Argumentum uero est, hanc repugnantiam in conditione consistere, quia si conditio deficiat, nulla est repugnantia, hoc modo: dies est, lux non est, utræq; enim disiunctæ propositiones suas sententias gerunt, nec quicquam intelliguntur habere commune, atq; ideo diuersis acceptæ temporibus ueræ sunt, nec repugnant, nam sicut in his propositionibus dies est, lux est, nulla est consequentia, quoniam conditio deest, quæ propositionem facit connexam, sed utræq; à se disiunctæ suam sententiam claudunt, ita

in his quibus proponitur,dies est,lux non est,nulla est repugnantia,quoniam seruat suam utraque separata sententiam,at si his conditio interueniat superiorum quidem ita sententia copulatur,ut consequentes fiant,posteriorum uero ita ut repugnantes hoc modo:si dies est lux est. Hæc consequens propositio, ex duabus per conditionē mediam,effecta est una. At si sit ita:Si dies est,lux non est,repugnat. Negatum enim quod sequitur,repugnare necesse est. Amplius argumentum quod ex antecedentibus & consequentibus fit,ex unius propositionis connexæ partibus nascitur; nam conditionalis,propositionis connexæ una pars est antecedens,alia consequens. Quod si à repugnantibus argumentum fiat,rursus ab unius propositionis membris tale argumentum nasci oportebit,igitur ex his propositionibus dies est,lux est,una esse non potest nisi à conditione copulentur,ut unum sit antecedens,aliud consequens, & ideo in his ex antecedenti & consequenti argumentum esse non potest,quoniam duæ sunt ex illis quoq; propositionibus quę sunt,dies est,lux non est,una esse non poterit,nisi conditionis adiunctione in unius quodammodo propositionis sentētiam reducantur,cuius propositionis partes sunt repugnantes, nam ut in connexa propositione una pars antecedens,alia est consequens,ita in repugnanti utraq; pars propositionis à semet inuicem repugnat,ac dissidet. Amplius repugnans propositio cōnexæ partem contrariam tenet,nam ut in illa,quod antecedit secū id quod sequit̄ trahit,ita in hac propositione partes simul esse non possunt. Contrariæ uero differentiæ sub eodem genere poni solent. Si igitur connexa propositio in conditione est cōstituta,repugnans quoq; in conditione subsistit,quod si & consequentiam propositionum & repugnantiam conditio facit,non est dubium quin locus hic iure conditionalis uocetur,ac sit unus positus in conditione diuisis partibus,idest,in antecedentem consequentemq; & repugnantem. Connexaq; namq; propositionis una pars antecedens est,alia consequens. Repugnantis uero propositionis utraq; repugnat ac dissidet. Itaq; connexæ propositionis partes antecedens & consequens sunt,repugnantis uero repugnantes. Nec illud intelligentiam turbet quod dies est & lux est, quadam sibi ratione consentiunt. Item dies est & lux non est, quasi à se dissentiunt atq; discordant,nam connexa est propositio si cum aliud antecesserit,aliud consequatur. Item repugnans,si uno posito,aliud inferatur,quod esse nō potest nisi id ius conditionis efficiat. Quo circa apertè demonstratum esse arbitror, conditionalem hunc locum uocari & rectè unum esse à M. Tullio constitutū,quomodo uero fiat ab antecedentibus & consequentibus & repugnantibus argumētum posterius dicam, sed quoniam nullius facultatis alterius est,quid uel quamq; rem cōsequitur, uel quid cuiq; repugnet inspicere,nisi Dialecticæ tantum,quæ huius quàm maximè rei peritiam profitetur,idcirco ait hunc esse locum totum Dialecticorum,qui etiam ab adiunctis longè lateq; diuersus est. Primum quod adiuncta prodere sese,atq; ostendere inuicem possunt,nō uero perficere atq; adimplere naturam, ueluti ambulationem pedum strepitus significare quidem ac denuntiare potest,efficere uero non potest. Neque enim ambulationem efficit pedum strepitus,nec uero ex necessitate ambulatio ut sit pedum strepitus autor est,sed sæpe ita ambulatur,ut nullus pedum strepitus exaudiatur,sæpe nō motato loco moueri pedes ac strepere præter ambulationem quæunt,idcirco non semper inueniuntur adiuncta propositoq; termino, quem probare contendimus,sæpe ex adiunctis argumenta deficiunt,quia ipsa quoq; aliquoties deficere uidentur adiuncta. Præcedentia uero & consequentia,& repugnantia nunquā desunt,omne enim quicquid in rebus est,habet quod se aut sequatur naturaliter,aut præcedat. Est etiam à quo per naturæ diuersitatē dissideat,uelut animal sequitur quidem hominem,præcedit uero substantiam,dicimus enim si homo est,animal est,substantiam uero præcedit,cum proponimus,si animal est,substantia est. Repugnat uero,mortuo,cum enunciamus. Si animal est,mortuum non est. præterea quæ sunt adiuncta temporibus,distributa sunt,ut ante rem,cum re,post rem,quæ uero sunt antecedentia

cedentia,consequentia,& repugnantia,quomodolibet modo in tēporibus sint, nihil refert. Nam priora sępe temporibus comitantur,& temporibus posteriora precedunt,& quæ simul tēporibus sunt,alias precedunt,alias uero cōsequunt̄,ut superius quoq; sæpe diximus,amplius quæ antecedentia sunt & cōsequētia relinquere se non possunt nec sibi repugnantia cohærere,& sunt repugnantia necessario sibimet inconexa,quæ uero sunt adiuncta nihil obtinent necessitatis,quia & iungi sibimet,& à se separari queunt. Quę cum ita sint,quæstio difficilis uehementer oborit̄, uiderur enim minus intuentibus,nihil hic locus differre his locis,qui dicti sunt uel a genere,uel à specie,uel à contrarijs,nam genus semper speciem sequitur, speciē genus præcedit,contraria simul esse non possunt. Quæ soluenda est hoc modo: Primū quia non omne consequens genus est,nec omnis species antecedens. Repugnantia uero nō ipsa cōtraria,sed contrariorū sunt consequentia,ut in locorū,qui à M. Tullio propositi sunt expositione mōstrauimus,de hinc quia cum à genere fit argumētum,ipsum genus assūmitur,eodem quoq; modo & species,cum ab ea aliquid uolumus approbare,cum uero ab antecedentibus aliquid mōstrare contendimus eo ꝙd in conditionali propositione præcessit,utimur in assumptione etiam si nō fuerit genus. Item si à consequēti argumentū fiat,etiam si species non sit,à cōsequenti parte cōditionalis propositionis ducitur argumentū,ueluti cum ita dicimus. Si ignis est,lucis est. Ignis antecedit,leuitas sequit̄,sed neutrū neutri est genus aut species,assumiturq; atq; ignis est. Nūc igit̄ id quod antecedebat assumpsi,ex quo monstratur cōclusio,leuis igitur est. At si ita assumamus,sed non est leuis, id quod cōsequebatur assumpsi,Cōcluditur ergo atq; mōstratur,non est igitur ignis,uides igitur ut de his præcedentibus & cōsequentibus nunc loquamur,quæ in conditionali propositione posita,uel præcedere uel cōsequi intelliguntur. Cum uero fit ex genere argumentū, species quidem est,de qua aliquid probare contendimus,genus uero assumimus nō quasi præcedens,sed quasi continens,ut quicquid esse consideratur in genere,id etiā formę quoq; debeat aptari. Genus enim quoad permanet,à sua specie nō recedit,cū uero de specie sumimus argumentū,genus quidē est,de quo aliquid quæritur, sed id laboramus,ut quod de genere conamur ostendere, id ex specie possit facilius agnosci. Vt cum uxori Fabię relictum fuisset legatū,si materfamilias esset, quoniā nō cōuenit in manum,scilicet,ab in manus conuentione,quę est species uxoris,uxorē ꝙd est matrisfamiliæ genus a legati iure seiungimus,& legatum ad speciem,id est,matrē familias dertuamus,sed illud interius dispiciendum uidet̄. Num locus ab antecedentibus & cōsequentibus totus superuacaneus esse uideatur,cum quolibet modo fuerint ex eo argumenta cōposita,à cæteris locis,quos superius descripsimus,nōn recedant. Nam quodcunq; ab antecedentibus & consequentibus ducitur argumētū, id uel à toto,uel à partibus,uel à coniugatis,uel ab aliquo reliquorum tractū esse perpenditur hoc modo, si utilis est æquitas constituta ad res suas obtinendas, utile est ius ciuile,ad id q̄ præcedit,quod sequitur igitur. Hoc est, à diffinitione argumentū, scilicet,ab assumptione præcedentis. At si ita dicam, sed non est utile ius ciuile,non est igit̄ utilis æquitas constituta ad res suas obtinēdas,hic per cōsequētis assumptionem à diffinitionis loco sumptum est argumentū. Item à partium enumeratione, si neq; censu,neq; cæteris,non est liber,at censu uel cæteris,est igitur liber,at non est liber,neq; censu igitur,neq; cęteris manumissus est,sed notandū est,quæ sit uis uniuscuiusq; argumenti,& quo nam modo proferat̄. Sunt enim argumenta,quæ prædicatiuis apta sint syllogismis,ut à diffinitione fiat sic,Ius ciuile est æquitas constituta his qui eiusdem sunt ciuitatis ad res suas obtinendas. Id uero utile est,utile est igitur ius ciuile. Item à partibus,qui neq; cēsu,neq; uindicta,neq; testamēto est manumissus, hic ex seruitute liber factus non est. Stichus uero neq; testamēto, neq; cēsu, neq; uindicta manumissus est. Stichus igitur liber nō est,& in cæteris eodem modo. Omnia uero quæcunq; per Cathegoricū syllogismū proferri possunt,cadē per cōditionalē

syllogismum dici queunt. Omnis namq; prædicatiua propositio in conditionalem uerti potest,hoc modo:Omnis homo animal est,prædicatiua est, hæc facilè uertitur in conditionalem ita,si homo est,animal est Non uero omnis conditionalis in prædicatiuam uerti potest,uelut hæc,si peperit,cum uiro concubuit. Nemo enim dicere potest ipsum peperisse,id esse quod cum uiro concumbere, quo modo dicimus hominem id esse quod animal sit,alia enim ratio est in his propositionibus quæ ita dicũtur,quæ peperit cum uiro concubuit,hæc enim similis est ei quæ dicit,si peperit cum uiro concubuit,sed prædicatiua propositio id esse subiectum dicit,quod fuerit prædicatum.Conditionalis uero id ponit,ut si id quod antecedens fuerit necessario comitetur quod subsequitur.Cum uero prædicatiua est propositio,si ea uertatur in conditionalem,alia nimirum redditur propositio.Nam cum dicitur omnis homo animal est,ipse homo animal esse proponitur,cum uero si homo est,animal est,non id sentitur,ut ille qui homo est,animal sit, sed proposito esse hominem consequi ut sit animal,ergo conditionalis syllogismus in antecessione & consecutione positus, licet per diffinitionem & per partium enumerationem,& per cõiugationem & quolibet alio fiat modo,tamen in propria forma se continent,et est cõditionalis, ideſt,utens propria potestate,ut quodammodo cætera argumenta suæ ueluti naturæ uideatur habere subiecta,ut cum sit à diffinitione argumentum, siquidem per prædicatiuam formam factus fuerit syllogismus,à diffinitione ductũ esse dicatur. Sin uero per Hypothesin facta fuerit argumentatio, conditionalis sit syllogismus, quem discernat assumptio,utrum ab antecedentis,an à consequẽtis parte promatur. Quo fit ut etiã si per cæteros locos conditionale argumentum proferatur,tamen suam quãdam habeat formam,quandoquidem in antecessione et consecutione est constitutus.Tunc enim diffinitio,partes,coniugatio,& cætera ueluti res ipsę fiunt ac non locus, cum uenerint in conditionem,at si conditio cesset,ex ipsis profectum uidebitur argumẽtum,quod si propositionem conditio copulauerit,ipsa quidem ea sunt, quę in propositionibus continentur ueluti quędam argumenti partes,locus uero in conditione est constitutus. Atq; hęc ita dicta sunt,quasi aliter conditionalis hic locus tractari non ualeat, nisi eorum aliquem,quos prędiximus includat,nam potest prȩter eos etiam sæpe reperiri,ut cum dicimus:Si homo est,risibilis est.Si coruus est,niger est,hic enim nec diffinitionem,nec partes,nec ullum alium locum superius enumeratũ continet argumentum. Amplius,facile est in singulis eorum differentias prȩuidere, locus quippe à toto à subiantia trahitur,à partibus uero à rei compositione, nã in similibus terminis tale argumentum non potest inueniri,à nota, ab interpretatione,à coniugatis,ab eo quòd ex eodem utrumq; deducitur,à genere,à continenti,à forma, ab eo quòd continetur,à differentia,ab eo quòd discrepat,à similibus, ab eadem qualitate,à contrarijs,ab eo quòd à se longè diuersa sunt, à causis,ab his qui efficiẽdi uim habent,ab effectis,ab his quę uim alterius efficientię susceperunt,ab adiunctis,à uicinitate naturę,à comparatione maiorum,parium uel minorum,à relatione,ad æqualem uel inæqualem quantitatem,ab antecedentibus uero longè alius modus est.Cõsistat enim in eo quòd si propositũ quid fuerit,aliud quiddam modis omnibus existet, quod consequens appellatur,huius uero intelligentia consistit in eo quòd præcedente quolibet,aliud subsecutum,repugnantium uero intelligentia consistit,non modo quod neq; sequi,neq; antecedere possunt,uerumetiam quod simul esse non possunt, quę in conditione consistere dubium non est. His igitur ita expeditis, quoniam M. Tullius proprietatẽ loci succinctè ut in transcursu potuit, euidenter expressit, nunc quibus modis eodem loco uti conueniat,adiungit,Quę Topicorum pars,quoniam diligentius explanãda est, finem quæro uolumini faciam,Quinto cętera redditurus.

ANITII

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, COMMENTARIORVM IN TOPICA CICERONIS, LIB. V.

DE omnibus quidem Hypotheticis syllogismis Patrici Rhetorũ peritissimè plenè abundanterq; digessimus his libris,quos de eorum principaliter institutione cõscripsimus, à quibus integram perfectamq; doctrinam,cui resoluendi illa uacuum tempus est, lector accipiet.Sed quia nunc Ciceronis Topica sumpsimus exponenda,atque in his aliquorum M. Tullius modorum meminit,dicendum mihi breuiter existimo de his septem conditionalibus syllogismis,quæ eorum natura sit, propositionumq́ue contextio,ut cum hæc ad scientiam rite prælibata peruenerint, Tulliana facilius noscãtur exempla. Omnẽ igit̃ quod in quæstione dubitat̃,aut uerisimilibus,aut necessarijs,pbabit̃ argumentis,argumentũ uero omne aut in syllogismi ordinẽ cadit, aut ex syllogismo uires accipit. Syllogismus uero omnis propositionibus cõstat.Propositiones aũt uel simplices sunt,uel cõpositæ.Simplices sunt quæ simplicibus orationis partibus coniungutur.Copulant aũt incompositã propositionẽ simplices orationis partes nomẽ & uerbum ueluti cum dicimus dies est,uel dies uernus est, uel dies serenus est, hic enim omnem uim propositionis nomen cõnectit & uerbum. Omnis autem simplex propositio ex subiecto prædicatoq́ue consistit. Subiectum est,de quo dicitur id q̃d prædicatur.Prædicatum est,quod de eo dicitur quod subiectum est,uerbum autẽ aliquoties prædicato nomini adiungitur,aliquoties ipsum prędicatur, prædicato nomini adiungitur,ut in hac propositione quæ dicit, dies serenus est, dies enim subiectus est,serenus prædicatus,est uero uerbum sereno adiunctũ est,quod diximus esse prędicatum.At si talis sit propositio,quæ solo nomine constet & uerbo, ueluti cum dicimus,dies est,tunc dies subijcitur,est uerbum sine dubio prædicatur, sine uerbo autem nulla est propositio.Omnis enim propositio uel uera uel falsa est, nisi autem uerbum sit quodlibet adiũctum,quo esse aliquid, aut non esse dicatur, nulla ueritas aut falsitas in propositionibus deprehenditur, fæpè autem propositiones etiam ex totis orationibus constant,ut si dicamus, transire in Africam utile est Romanis,hic enim subiectum quidem est transire in Africam,utile autem Romanis prædicatum est uero prædicato coniungitur.Huiusmodi igitur omnes propositiones prædicatiæ dicuntur,prędicatiuæ uero appellantur,quia aliud de alio prædicant. Omnesq; qui ex his propositionibus fiunt syllogismi, secundum enunciationum suarum formas prædicatiui appellantur. Ex his autem prædicatiuis propositionibus existunt compositæ propositiones,quarum alię quidem copulatiua coniunctione nectũtur, ut & dies est,& lux est,aliæ uero per conditionem fiunt, quæ etiam conditionales enunciationes uocantur. Hę uero sunt quæ coniunctione quadam partibus interposita ad consequentiam conditionemq; ducuntur. Age enim sint duę propositiones prædicatiuæ,una quidẽ,quę dicit: animal est,alia uero quæ proponit,homo est. His si coniunctio interueniat,faciet,si homo est,animal est. Vides igitur ut duas prædicatiuas propositiones in unam cõditionem cõiunctio copulauerit. Quæ cum ita sint,omnes hæ propositiones Hypotheticę,id est,conditionales uocantur,atque ex his syllogismi tales existunt,quibus Hypotheticis uel conditionalibus nomen est. Omnis autem Hypothetica propositio, uel per connexionem fit, uel per disiunctionem. Per connexionem hoc modo: Si dies est,lux est. Per disiunctionem ita, aut dies est, aut nox est.Earum uero quæ per cõnexionem fiunt,aliæ ex duabus affir-

matiuis copulatæ sunt,ut si dies est,lux est,namque dies est,& lux est; utræq; aliquid affirmant,aliæ ex duabus negatiuis,ut si lux non est,dies non est, nam lucem non esse,& diem non esse,utraque negatio est,aliæ uero ex affirmatiua negatiuaque conjunctæ sunt,ut si dies est,nox non est. Aliq uero ex negatiua,affirmatiuaque copulantur,ut si dies non est,nox est,omnes tamen in connexione positæ sunt. Aut enim affirmatio affirmationem sequitur,aut negatio negationem,eiq̃ connexa est, aut affirmationem negatio,aut negationem affirmatio,sed ex connexis repugnantes manifestum est nasci,namque ubi affirmatio sequitur affirmationem,his si media negatio interposita sit,repugnantiam facit hoc modo;si dies est,lux est. Hic affirmatio sequitur affirmationem,at cum dico,si dies est,lux non est, repugnant inter se partes propositionis connexæ interposita negatione,item quoties negatio sequitur negationem,si posteriori propositionis parti negatiuum dematur aduerbium,repugnantes fiunt hoc modo;si animal non est,homo non est,hæc cõnexio est ex duabus proposita negatiuis. At si posteriori parti,ideſt, homo non est, negatiuum detrahatur aduerbium,fiet,si animal non est,homo est,quod repugnat,at si affirmatio negationem sequatur,siue posteriori parti negatio iungatur,siue priori auferatur,repugnantes fiunt,hoc modo;si dies non est,nox est. Hic igitur affirmatio sequitur negationẽ siue igitur posteriori parti,ideſt,nox est,negatio copuletur,ut sit ita,si dies non est, nox non est,siue priori auferatur,ut sit ita,si dies est,nox non est, repugnantem fieri propositionem necesse est,quod si negatio affirmationẽ sequatur,& posteriori parti negatiuum aduerbium subtrahatur,propositionis connexæ partes in repugnantiã cadunt,hoc modo,si uigilat;non stertit. Hic affirmationem sequitur negatio, sed si posteriori parti,ideſt,non stertit,negatio dematur fiet,si uigilat stertit,& erit repugnans,sed in connexis atque disiunctis propositionibus illud intelligendum est,quod in earum partibus & uis quæstionis includitur & argumenti. Age enim dubitetur, an lux sit,idq́ue approbandum sit,ex eo quòd dies est. Si igitur ita fiat propositio,si dies est,lux est,ea quidem pars totius propositionis,quæ sequitur,ideſt,lux est, quæstionis est. De ea namque quæritur,an lux sit. Ea uero quę prior est,ideſt,dies est,uim continet argumenti. Ex eo enim quod dies est,lux esse probabitur, & in cæteris quidem uel connexis,uel disiunctis eadem ratio est. In omnibus uero his quoniam syllogismus atque argumentatio ad demonstrandam partem alteram quæstionis accõmodatur,quæstio uero omnis dubitabilis est. Oportet syllogismos, qui accommodantur ambiguæ quæstioni,indubitabiles esse atque perspicuos, qui ut tales sint, ex claris atque apertis & in ueritate patentibus propositionibus necesse est constent; propositiones uero partim per se notæ sunt,partim aliquibus probationibus indigebunt. Omnis uero syllogismus enũciatione proposita habet alicuius partis assumptionem,ut quod est in quæstione concludat,hoc modo;Si dies est,lux est, ut igitur lucem esse demonstrem,assumam unam partem propositionis superius constitutę, dicamq́ue,sed dies est,ac tunc demum id quod est in quæstione concludam,lux est igitur. Ergo cum ad syllogismi conclusionem,& tota enunciatione in proponendo;& in assumendo parte enunciationis utamur,necesse est,ut ea quibus utimur nil habeant dubitabile. Siquidem ex his ea quæ sunt ambigua capient fidem, quod si propositio aliquoties quidem per se nota est,atque perspicua, aliquoties uero probationis indigens inuenitur,assumptio quoque aliquoties per se uera esse notabitur,aliquoties approbationis indiget adiumentis. Quo fit,ut si & propositio & assumptio demonstrandæ sint,quinque partitus (ut Cicero etiam in Rhetoricis autor est)syllogismus fiat,constans ex propositione eiusq́ue probatione,assumptione,eiusdemq́ue probatione,& conclusione,quod si neutra sit approbanda tripartitus sit. Ex propositione,scilicet,assumptione & conclusione,quod si altera earum demõstranda sit,fit quadripartitus, ex propositione, scilicet,& assumptione,atq́ue uniꝰ earum approbatione & conclusione. Conclusionis uero ipsius probatio præcedente propositione atq́ue assumptione

assumptione perficitur,quę cum ita sint, cumque omnis propositio Hypothetica in connexionem,disiunctionemq́ue diuidatur,in connexis propositionibus aliud dicimus præcedens,aliud consequens. Idem autem cõsequens & connexum uocamus, uelut in hac propositione, si dies est,lux est. Dies est præcedit,annectitur, lux est. In disiunctis aũt non est eadem ratio,quia cum ea quæ proponunt simul esse non possint,nullo modo dicuntur esse connexa. Præcedens autem & subsequens inde iudicatur,quia quod primum ponitur,iure antecedens uocatur,quod posterius,iure subsequens dicitur. Ex his igitur propositionibus,quæ connexę sunt,fit primus & secũdus Hypotheticorum syllogismorum modus. Addita uero negatione propositioni cõnexę & ex duabus affirmationibus copulatæ,atq́ue insuper denegata tertius accedit modus. Ex disiũctis autem propositionibus diuerso modo assumptionibus factis,quartus & quintus. Vtriſq; uero per negationẽ compositis,sextus & septimus, atque hæ septem sunt Hypotheticæ conclusiones, quarum M. Tullius in Topicis meminit,quarum omnium deinceps ordo atq́ue exempla subdenda sunt. Primus igitur modus est,cum in connexa propositione assumpto ea quod præcedit, uolumus monstrare quod sequitur,itaque esse oportere,ut est in connexione prolatũ. In quo sic quod connexum est,ac sequitur,assumpserimus,nullus omnino fit syllogismus. Huius exemplum tale est,si dies est,lucet,si igitur lucere monstremus, assumamus, necesse est diem esse,hoc modo: Atqui dies est,consequitur ergo ex necessitate, lucere,quòd si lucere assumamus,itaq́ue dicamus, atqui lucet non necesse est diem esse, atque ideo nulla necessitas euenit conclusionis, ubi uero nulla necessitas est,ne syllogismus quidem intelligi potest. Est igitur primus modus in hãc formã. Si dies est lucet,dies autem est,lucet igitur,inueniuntur tamen in quibus æquo modo ualet assumptio,siue præcedens,siue subsequens assumatur,ut in homine,atq́ue risibili. Si enim homo est,risibile est,atqui homo est,risibile igitur est. Atqui risibile est, homo igitur est,sed in his hęc causa est, quia homo atque risibile æqui sunt termini, atque ideirco uno posito alterum comitari necesse est, sed quia hoc in omnibus non est, ideirco dicimus non esse uniuersale, ut assumpto posteriore, quod præcederet proberur. Secundus uero modus est,quoties assumpto posteriore,atque consequenti quod antecesserat, aufertur, hoc modo: Si dies est lucet, hic si assumamus non lucere,contrario modo atque in propositione prolatum est, assumamus dicentes, atqui non lucet, in eo igitur sequitur non esse diem, quòd si diem negemus, id est, quod antecedit in assumptione contrario modo, atque positum est in propositione proferamus, non tollitur, quod est connexum, ut si dicamus, atqui non est dies, non mox sequitur non lucere. Potest enim non esse dies,& tamen lucere. Est igitur secundi modi forma huiusmodi: Si dies est lucet, atqui non lucet, non est igitur dies. Primus igitur modus assumit,quod præcessit,ut approbet quod connexum est,non potest uero assumere quod connexũ est, ut approbet quod præcessit. Secundus autem assumit ècõtrario quod sequitur,ut quod præcessit euertat, non potest autem ècontrario assumere quod præcessit,ut id quod connexũ est, auferatur. Tertius modus est, cum inter partes connexæ,atq́ue ex duabus affirmationibus copulatę propositionis negatio interponit,eaq́ue ipsa negatio denegatur quæ propositio ὑπεραποφατικὴ Græco sermone appellatur,ut in hac ipsa quam superius proposuimus,si dies est,lux est,si inter huius propositionis partes,negatio interueniat,fiet hoc modo: Si dies est,lux non est, hanc si ulterius denegemus, eritica, non si dies est,lux non est,cuius propositionis ista sententia est,quia si dies est, fieri non potest, ut lux non sit. Quæ propositio superabnegatiua appellatur, talesq́ue sunt omnes, in quibus negatio proponitur negationi, ut non est dies,& rursus,nec non Ausonij Troia gens missa coloni. In hac igitur si priorem partem, id est, diem esse, in assumptione ponamus, consequitur etiam lucem esse, hoc modo,non si dies est, lux non est, atqui dies est, lux igitur est. Qui modus à su-

periorib⁹ plurimum diſtat,quòd in eo modo qui ſit ab antecedentibus,ponit̃ ante cedens,ut id quod ſequitur aſtruatur.In modo uero qui ſit à conſequentibus,perimi tur conſequens,ut id quod præceſſerat auferatur.In hoc uero neutrum eſt,nam neq; antecedens ponitur,ut quod ſequitur cõfirmetur, nec interimitur ſubſequens,ut id quod præceſſerat,euertat̃,ſed ponitur antecedens,ut id quod ſequitur, interimatur. Hic autem propoſitionis modus partes inter ſe ſuas cõtinet repugnãtes,aduerſum quippe eſt,ac repugnat,ſi dies eſt,non eſſe lucem,ſed idcirco rata poſitio eſt,quia cõ ſequentiũ repugnantia facta per mediã negationem alia negatione deſtruitur,& ad uim affirmationis omnino reuocatur. Nam quia cõſequẽs eſſe intelligit̃,ac uerum, ſi dies eſt,eſſe lucem,repugnat ac falſum eſt,ſi dies eſt,non eſſe lucem,quæ denega ta rurſus uera eſt ita.Nõ ſi dies eſt,lux nõ eſt, & ſit cõſimilis affirmationi,ſi dies eſt, lux eſt,quia facit affirmationẽ geminata negatio.Similiter uero fiũt ex repugnanti bus propoſitionis partibus argumenta, uel ſi duabus negationibus, uel ſi negatio ne & affirmatione,uel ſi affirmatione & negatione iungatur. Quomodo uero fiãt ex talibus connexis repugnantes,ſuperius dictum eſt,fit uero ex ea propoſitione,q̃ duabus iungitur negatiuis ex repugnantibus argumentum hoc modo;Sit propoſi tio. Si non eſt lux,dies non eſt,fiat repugnans ita,ſi non eſt lux,eſt dies, huic iunga mus negationem,ut fiat uera ita,non ſi lux non eſt,dies eſt,atqui lux nõ eſt,dies igi tur non eſt.Itẽ fit ex negatione atq; affirmatione propoſitio hæc: Si dies nõ eſt,nox eſt,huic additur ex poſteriore parte negatio,& fit ita;Si dies non eſt, nox nõ eſt, fit repugnans,hæc nihilominus abnuatur ut ſit uera,non ſi dies non eſt,nox nõ eſt,aſ ſumimusq;,atqui dies nõ eſt. Cõcludimus,nox igit̃ eſt.Item ex eadẽ propoſitione, quę ex negatiua affirmatiuaq; coniungit̃ & dicit; ſi dies non eſt, nox eſt, ſi à priori parte negatio ſubtrahatur,fiet repugnans,hoc modo: Si dies eſt,nox eſt,huic appo natur negatio,ut uera eſſe poſſit,hoc modo: non ſi dies eſt,nox eſt,aſſumamq;,at qui dies eſt,concluditur,nox igitur non eſt. At ſi ſit ex affirmatione & negatione propoſitio cõiuncta,uelut hæc,ſi uigilat nõ ſtertit,demit̃ poſteriori parti negatio,ut fiat ita: Si uigilat ſtertit.Sed hæc repugnat. Tota rurſus propoſitio denegetur,ut fi at uera hoc modo: Non ſi uigilat ſtertit,aſſumimus atqui uigilat. Concludamus ne ceſſe eſt,non ſtertit igitur.Sed hæ quatuor ex repugnantibus concluſiones in tertio modo conſiſtere intelliguntur,quarum quidem Tullius tres cõmemorauit, unamq; præcepto docuit,eam quã propoſitio talis efficit,quæ duabus iungitur affirmatiuis. Duas uero exemplo,ſcilicet,eam quæ ex tali propoſitione naſcitur, quã duæ copu lant negationes,& eam quæ ex propoſitione tali connexa procreatur quę ex affir matione negationeq; conſiſtit.Reliquam uero præteriit,quod illarum ſimilitudine etiam hęc in tertium concluſionis modum uidebatur incidere. Quartus modus in diſiunctione conſiſtit,hoc modo: Aut dies eſt,aut nox eſt,ſed dies eſt,nox igit̃ non eſt,huius hęc ratio eſt,quia diſiunctiua enunciatione propoſita prior pars eius aſſu mitur affirmando,ut ſubſequens auferatur,ex ea enim propoſitione, quę dicit: aut dies eſt,aut nox eſt,aſſumimus,atqui dies eſt,ſcilicet,affirmantes eſſe diẽ,quã aſſum ptionis affirmationem conſequitur non eſſe noctem. Quintus modus eſt,cũ in ea dem diſiunctiua propoſitione,id quod primum eſt,negãdo aſſumitur,ut id quod eſt poſterius inferatur,hoc modo: aut dies eſt,aut nox eſt, atqui dies nõ eſt per nega tionem,ſcilicet,facta eſt aſſumptio,cõſequitur eſſe noctem. Sextus uero modus,ac ſeptimus ex quarti & quinti modi diſiunctiua propoſitione deducũtur,una negatio ne,uidelicet adiuncta,& diſiunctiua propoſitione detracta,additaq; cõiunctiua his propoſitionibus,quæ ſuperius in diſiunctione ſunt poſitæ hoc modo: Non & dies eſt,& nox eſt. Dudum igitur in diſiunctiua ita fuit,ut aut dies eſt,aut nox eſt. Ex hac igitur,ppoſitione ſublata,aut coniunctione,quæ erat diſiunctiua adiecimus,& quæ copulatiua eſt,præpoſuimuſq; negationem. Itaque fecimus ex partibus diſiun ctiuæ propoſitionis copulatis addita negatione propoſitionem ſexti, atque ſepti mi modi

mi modi quæ eſt. Non & dies eſt & nox eſt. In qua ſi aſſumatur eſſe diem, noctem non eſſe conſequit̃ ita,atqui dies eſt,non eſt igitur nox. Septimus uero modus eſt, cuius prima pars propoſitionis negando aſſumitur, ut poſterior ſubſequat̃, hoc mo do:Non & dies eſt & nox eſt,atqui dies non eſt.Nox igitur eſt. Atq; hic modus pro poſitionum in ſolis his inueniri poteſt quorum alterum eſſe neceſſe eſt, ut diem uel noctem,ægritudinem uel ſalutem,& quicquid medium non habet. Quo autem mo do omnium ſyllogiſmorum conditionalium ueritas ſeſe habeat, his diligentiſſimè explicuimus libris,quos de Hypotheticis conſcripſimus ſyllogiſmis,nunc uero,non quide his perfectior cõſyderatio inueniri poteſt apposuimus,ſed id quod ad expla nandum M. Tullij ſententiam poterat accommodari,ut igitur cũcta,quæ diximus breuiter colligantur. Primus modus eſt,quoties in connexa propoſitione primum ut in propoſitione locatur, aſſumitur,ut conſequatur ſecundum,hoc modo: Si dies eſt,lux eſt,atqui dies eſt,lux igitur eſt. Secundus modus eſt, quoties in connexa pro poſitione ſecundum ècontrario aſſumitur, quàm in propoſitione collocatum eſt, ut id quod primũ eſt auferatur, hoc modo: Si dies eſt,lux eſt,atqui non eſt lux, non eſt igitur dies. Tertius modus eſt, cum connexæ propoſitionis partes ex affirma tionibus iunctę,negatione diuiduntur,totiq́ propoſitioni negatio rurſus adiun gitur,aſſumiturq́ue,quod prius eſt ſic,ut in propoſitione eſt enunciatum, ut ècon trario concludatur ſecundum quod in propoſitione prolatum eſt, hoc modo: Nõ ſi dies eſt,lux non eſt,atqui dies eſt,lux igitur eſt,hic ergo poſito quod præcedebat, id eſt eſſe diem,euerſum eſt quod ſequebatur,id eſt,non eſſe lucem,negationẽ quip pe affirmatio omnis euertit,uel cum cõnexę propoſitionis ex negationibus iũctæ, ſecundę parti negatio detrahitur,totaq; propoſitio denegatur,poſitaq; priore pro poſitionis parte,interimitur quod ſubſequebatur,hoc modo: Non ſi lux non eſt, di es eſt,atqui lux non eſt,dies igitur non eſt,uel ſi connexę propoſitionis ex negatio ne atque affirmatione compoſitę ſecundæ parti negatio iungatur,eaq; inſuper dene getur,ponaturq́ue quod prius eſt,ut id quod ſequitur auferatur,hoc modo: Non ſi dies non eſt,nox non eſt,atqui dies non eſt,nox igitur eſt,uel ſi in eadem propoſitio ne,quę ex negatione atq; affirmatione copulata eſt, priori parti negatio ſubtrahat̃, eaq́ue denegetur,ponaturq; quod primũ eſt,ut id quod ſequitur auferatur hoc mo do: Non ſi dies eſt,nox eſt,atqui dies eſt,nox igitur non eſt,uel ſi connexæ propo ſitionis ex affirmatione & negatione copulatę poſteriori parti denegatio dematur, totaq; inſuper denegetur,poſitoq; priore,id quod ſequitur interimatur,hoc modo: Non ſi uigilat ſtertit,atqui uigilat,non ſtertit igitur. Atquæ hæc omnia in tertio mo do eſſe intelliguntur,atq; ex repugnantibus fiunt,& ſemper id,quod antecedit po nitur,ut id quod ſequitur,auferatur. Nam non ſicut in propoſitione conditionali qa negata repugnantia partium ſit uera,prior pars ponitur,ſiue affirmatiuę,ſiue nega tiuę,ita eam reddit aſſumptio. Sed ut prior pars fuerit aſſumpta, reliqua contraria e nunciatione concluditur,nam ſi aſſumptio fuerit affirmatiua, erit negatiua conclu ſio. Si aſſumptio negatiua,erit concluſio affirmatiua. Quartus modus eſt,cum in diſ iunctiua propoſitione primum ponitur,ut auferatur ſecundum,hoc modo, aut dies eſt,aut nox eſt,atqui dies eſt,nox igitur non eſt. Quintus modus eſt, quoties in diſ iunctiua propoſitione auferatur quod prius eſt,ut ponatur ſecũdum,hoc modo; aut dies eſt,aut nox eſt,non eſt autem dies,nox igitur eſt. Sextus modus cum his rebus, quæ in diſiunctionem uenire poſſunt,id eſt,contrarijs uel repugnantibus medieta te carentibus negatio præponitur,& copulatiuæ coniunctiones adiunguntur,poni turq; quod primum eſt,ut id quod eſt ſubſequens auferatur,hoc modo: Non & dies eſt & nox eſt, dies autem eſt,nox igitur non eſt, Septimus modus eſt, cum in eadem propoſitione aufertur id quod præcedit,ut ponatur id quod conſequitur hoc mo do: Non & dies eſt,& nox eſt,atqui dies non eſt,nox igitur eſt. His igitur ita prædi ctis ad Ciceronis uerba ueniamus.

Cum tri-

Cum tripartito igitur distribuatur locus hic in cõsecutionem,antecessionem,repugnantiam,reperiendi argumenti locus est simplex,tractandi triplex,nam quid interest,cum hoc sumpseris. Pecuniam numeratam mulieri deberi,cui sit argentum omne legatum. Vtrum hoc modo concludas argumentum. Si pecunia signata argentum est,legata est mulieri. Est autem pecunia signata argentum,legata igitur. An illo modo. Si numerata pecunia non est legata,non est numerata pecunia argẽtum,est autem numerata pecunia argentum,legata igitur est. An illo modo, non & legatum argentum est,& non legata est numerata pecunia. Legatum autẽ argentum est, legata igitur numerata pecunia est.

Eum locum qui ex antecedentibus,consequentibus,& repugnantibus esset, unum rectè uideri, eumq; in conditione esse positum,sed trina partitione distribui, superius explicatum est,idq́ue M. Tullius euidentius notat dicens,intellectum quidem eius,consideratione mq; in conditione positam unam esse,sed per argumentationis tractationem tripartito diuidi. Cuius rei per primum ac secundum & tertium Hypotheticorum syllogismorum modum, sicut paulò superius diximus, exempla subiecit. Quæ quoniam implicatiora uidentur,quàm ut primo statim auditu cõprehendantur,usum paulisper est,apertioribus exemplis animum lectoris imbuere, ut in facilioribus primum exercitata intelligentia,sine magno negocio,quæ sunt difficiliora perpendat. Ab antecedentibus igitur argumentatio fit,quoties enũciata propositionis conditione sumitur id quod antecedit, ut id quod sequitur inferatur hoc modo,Sit enim dubium,an Tullius animal sit,concedaturq; eundem Ciceronem esse hominem, & sit rata propositio hæc: Tullius si homo est, animal est. Homo antecedit,animal sequitur. Si igitur ex antecedenti uelim facere argumentationem,assumam id quod præcedit hoc modo,sed homo est Cicero,consequitur animal esse Ciceronem,& est hic primus quem suprà diximus modus. Rursus à consequenti argumentatio fit,quoties in conditione proposita id quod consequitur tollit assumptio, ut id quod præcesserat interimat,hoc modo: Si homo est Cicero,animal est,antecedit homo,sequit animal,si igit ex cõsequenti facere argumẽtum uelim,dicam atqui non est animal,sequitur ne esse hominẽ quidem,sed id perspicuè falsum est. Esse enim hominem cõstat,falsum est igitur animal non esse. Tullius igitur animal est & hic dictorum superius secundus est modus,quòd si à repugnantibus fiat in tertio, scilicet, modo digestarum superius conclusionũ faciemus ita. Nõ si homo est Tullius,animal nõ est,repugnat enim esse hominẽ & animal nõ esse,hic si assumamus esse hominem,animal quoq; esse,recta ratione cõcludimus hoc modo,atqui homo est, animal igitur est,atq; hic quidem modus ex ea propositione cõnexa cõuersus est,quę ex duabus cõstat recta est affirmatiuis,his igitur tribus modis Tullius qui homo esset, animal quoq; monstratus est esse,nũc quidẽ dũ id quod antecedit assumimus,id est, esse hominem. Nũc uero dum id quod cõsequit,in assumptione denegamus,id est, non esse animal. Nunc autem repugnantiam denegantes eorum,quę sibi sunt consequẽtia,posito quod præcedebat,id quod sequebatur intulimus, quibus ita præcognitis, nunc M. Tullij tractemus exempla. Cum enim dixisset loci in consecutione,antecessione & repugnãtia positi,reperiendi quidem argumenti simplicem esse intellectum,tractandi autem triplicem,adiecit. Nam quid interest, cum tibi sumpseris ad demonstrandum pecuniam numeratam mulieri deberi, cui sit argentum omne legatum,utrum id ab antecedentibus,an à consequentibus,an à repugnantibus probes? Namque eadem sententia in conclusione colligitur, & argumentationum diuersitas nõ in re,sed in antecedentium & consequentiũ & repugnantiũ tractatu est constituta.

Primum igitur ponatur,quod testamento aliquis omne suum argentum mulieri legauerit,quæraturq; an numerata quoq; pecunia mulieri legata sit,Concedaturq; numeratam etiã pecuniam argẽtũ appellari. Argumẽtum igit in primo modo ex antecedentibus tali ratione contexitur. Proponimus enim sic,si pecunia signata,numerataq; argentũ est,eadem pecunia signata numerataq; legata mulieri est, hic igitur præcedit numeratam atq; signatam pecuniam argentum esse, sequitur legatam esse mulieri. Id igitur quod præcessit assumimus dicentes: at est signata ac numerata pecunia argentum, concludimus numeratam signatamq; pecuniam mulieri esse legatam,eritq; totius argumentationis hic textus. Si pecunia signata,numerataq; argentum est,legata mulieri est. At est pecunia signata numerataq; argentum, igitur legata est mulieri. In quo si ad sæpius præmissa,plurimisq́ue exemplis superius enodata lectoris animus reuertatur,hanc argumentationem in primo modo ab antecedentibus esse compositam non ignorabit. A consequentibus uero hoc modo,Si numerata pecunia non est legata mulieri cui sit argentum omne legatum,numerata pecunia non est argentum. Hic igitur præcedit numeratam pecuniam non esse legatam,cum sit argentũ omne legatum,sequitur numeratam pecuniam argentum non esse. Si igitur id quod est posterius auferamus,id est, numeratam pecuniã non esse argentum,dicemus; Atqui est numerata pecunia argentũ, affirmatio namque tollit negationem. Sequitur igitur ut pars præcedens auferatur,ea quæ erat non esse legatam mulieri pecuniam numeratam,cum argentum ei fuisset omne legatũ. Sed cum sit omnis negatio, affirmatione consumitur, dicimusq́ue in conclusione. Est igitur numerata pecunia mulieri legata,cum ei sit argentum omne legatum,eritq́ue huiusmodi argumentatio. Si non est mulieri legata pecunia numerata, cum ei sit argentum omne legatum ,non est numerata pecunia. Atqui est argentum numerata pecunia,legata est igitur mulieri numerata pecunia, cum ei fuerit argentum omne legatum. Sed quod Tullius breuitatis causa præterijt, id est,illam partem propositionis, quæ ait : Cum sit mulieri argentum omne legatum. Nos aperioris intelligentię causa subiunximus, nec perturbare lectorem debet,quòd cum in superioribus exemplis in secundo modo per negationem facta fuerit sem per assumptio, & per negationem rursus illata conclusio,nunc per affirmationem & assumptio & conclusio facta est. Cuius rei euidentissima ratio est. Nam cum in superioribus exemplis prima propositio ex affirmationibus fuerit constituta, atq; in secũdo modo assumptio id q; sequebatur auferret, atq; interimeret id quod præcedebat,necessariũ erat duplicẽ affirmationẽ geminata negatione cõsumi,hoc modo,Si dies est,lux est,utræq; ex affirmatione sunt cõstitutæ. Vt igit posterior pars, id est,lux est,q̃ affirmatio est,interimat,denegãda est. Dicã igit. Atq nõ est lux,quo fit ut præcedentẽ q; pars tẽ,id est,dies est,quã affirmationẽ esse manifestũ est, negatione tollamus cõcludẽtes. Dies igitur nõ est. At in hoc Ciceronis exemplo utraque pars primæ atq; Hypotheticæ propositionis negationibus enunciata est, quæ in assumptione uel conclusione non ab alijs nisi ab affirmationibus auferũtur hoc modo , est enim tale Ciceronis exemplum. Si legata non est mulieri numerata pecunia,non est numerata pecunia argentum,uides ut sit utraq; negatio? Nam & non esse legatam mulieri pecuniam numeratam,& non esse numeratam pecuniam argentum , utræq; in negatione sunt positæ,quod si auferenda est per assumptionem propositionis cõsequens pars,quoniam negatio est,non esse numeratam pecuniam argentum, dicendum est argentum esse pecuniam numeratam,quod si in conclusione auferenda est pars præcedens,ea quæ negatio est,id est,non esse legatam mulieri pecuniam numeratam,dicendum est. Legata igitur mulieri numerata pecunia est. Et secundus quidẽ modus rite à consequentibus factus huiusmodi est. Illud tamen est diligentius annotãdũ,quod superius M. Tullius,cum locorũ omniũ breuiter exempla disponeret, loci huius,qui à consequẽtibus ducit,inconueniẽs secũdo cõditionaliũ syllogismorũ

modo

modo ſubiecit exemplum, potiusq; primo conuenit modo, quia non à conſequentibus concluſionẽ, ſed ab antecedentibus facit. Ita quippe poſuit à conſequentibus, ſi mulier cum fuiſſet nupta cum eo qui cum connubiũ ius conceſſum non eſſet, nuntium remiſit, quoniam qui nati ſunt, patrem non ſequuntur pro liberis manere nihil oportet. Hic igitur cum quæraſ. An dotis pars apud uirum debeat permanere, id ꝺd præcedit aſſumitur, ut fiat rata concluſio hoc modo: Sed mulier cum eo nupta eſt qui cum connubij ius non fuit, concluditur. Quoniam cum igitur qui nati ſunt, patrem non ſequuntur, pro liberis manere nihil oportet, & ita non eſt à conſequentibus argumentum, quia non id quod conſequebatur aſſumptum eſt, ſed id quod precedebat. Erat quippe antecedens, nupta mulier præter cõnubij ius, ſequebatur, cum filij patrem non ſequebantur, pro eis nihil ex dote retineri. Sic igitur Tullius pro eo quod eſt à cõſequentibus argumentum, ab antecedentibus potius dedit exemplum. Poteſt uero ita fieri à cõſequentibus argumentum, ſi id de quo quæritur prius ponatur, & id quod aſſumendum eſt poſterius, hoc modo: Si quid ex dote pro liberis manere oportebit, quia patrem liberi ſequuntur, cum eo nupta eſt mulier, qui cũ cõnubij ius eſſet. Sumo igitur id quod conſequit̃ per negationem ita, ſed non eſt nupta mulier cum eo qui cum cõnubij ius erat, atq; ideo qui nati ſunt, patrem nõ ſequũtur. Perimitur ergo in concluſione, id quod in propoſitione præceſſerat. Ita pro liberis igitur manere nihil oportet. Sed de ſecundo modo iſta ſufficiant, nihil namq; ut arbitror prætermiſſum eſt. Tertius modus à repugnantibus lõgè perſpicuus hoc modo eſt. Non & legatum omne argentum eſt, & non eſt legata mulieri pecunia enumerata. Hic namque conſequens erat. Si argentum eſſet omne legatum, pecuniam quoque numeratam fuiſſe legatam, ut igitur fieret repugnans, huic conſequentiæ interpoſita negatio eſt, dictumq; eſt. Si argentum omne legatum eſſet, numeratam pecuniam non eſſe legatam, quod quia pugnat & falſum eſt, ad ueritatem alia negatione ſic reducitur. Non ſi legatum argentum eſt, nõ eſt legata numerata pecunia, ut, ſcilicet, ei affirmationi conueniat, quæ dicit: Si legatum argentum eſt, legatam eſſe pecuniam numeratam. Aſſumimus igitur huic propoſitioni argentum omne eſſe legatum, & conſequitur omnem numeratam pecuniam mulieri eſſe legatam, ut ſit forma argumentationis huiuſmodi. Non ſi legatum argentũ eſt, non eſt legata numerata pecunia. At ſi legatum argentum eſt. Legata eſt igitur numerata pecunia. M. uero Tullius propoſitionem ita formauit. Non & legatum argentum eſt, & nõ eſt legata numerata pecunia, ſed nos idcirco caſualem cõiunctionem appoſuimus eam, quæ eſt ſi, ut ex quo eſſet genere talis propoſitio monſtraremus. Namq; id ex conſequenti connexo negatione addita fit repugnans. Connexum uero nulla æque ut ſit cõiunctio poſſet oſtendere, quanquam idem efficiat, & copulatiua cõiunctio. Nam quæ cõnexa ſunt, etiã cõiuncta eſſe intelliguntur, ex hoc ꝺd paulò ante diximus. Quod argumẽtum ex ea propoſitione profectum eſt, quæ duabus affirmationibus copulabatur, & iuncta negatione inſuper denegata eſt. In omnibus igitur illud eſt approbatum, pecuniam numeratam mulieri deberi, cum ſit argentum omne legatum. Sed nũc quidem ex ſuprà dictis propoſitionibus, id ꝺd antecedebat, aſſumpſimus. Nunc uero, id quod conſequebatur. Nunc autẽ id quod repugnabat. Ac de explanandis Ciceronis exemplis ut arbitror ſatis eſt. Illud autem dubitationem mouere poteſt. Nam ſiquis minus callidus ad Ciceronis exempla reſpiciat, cundẽ locũ arbitrabitur eſſe à genere, quẽ ab antecedentibus, & cõſequentibus, & repugnãtibus eſſe diximus. Illo falſus errore, quòd in utriſq; locis eodem Cicero utitur exemplo. Argenti uidelicet & numeratæ pecuniæ, ſed diligẽtius intuenti, in eiſdẽ rebus diuerſus argumentationum uidebiũ eſſe tractatus. Aliud quippe eſt dicere, cum argenti ſpecies ſit numerata pecunia. Si genus legatũ ſit, & ſpeciem eſſe legatam, quoniã nunquam ſpecies à genere ſeparatur. Aliud eſt in conditione enumerationem proponere, & eiſdẽ partibus aſſumptis argumentationẽ uaria ratione

natione formare, ut ſuperius demonſtratum eſt. Cum præſertim huiuſmodi ex conſequentibus, antecedentibus, & repugnantibus, argumentationes etiam præter generaᵭ ac ſpecies fieri poſſint, uelut nos ſuperius indicauimus in die atq; luce. Namque dies lucis, neq; lux diei ſpecies, aut genus eſt. Sed id tantum in his conſiderari debet, quia poſito altero, alterum neceſſaria ratione ſubſequitur. Differunt igitur loci à genere uel à ſpecie ab eo loco, qui in conditione eſt conſtitutus, quoniã illi ex uniuerſalitatis ſpeciei ac partis ratione ducuntur. Hic autem in conſequentię ac repugnantiæ ordine tractatur. Poſt hęc igitur Tullius Hypotheticorum ſyllogiſmorum modos, concluſioneſq; ꝺinumerat hoc modo:

Appellant autem Dialectici eam concluſionẽ argumenti, in qua cum primum aſſumpſeris, conſequitur id quod annexum eſt, primum concluſionis modum. Cum id quod annexum eſt negaris, ut id quoq;, cui fuerit annexũ, negandum ſit, ſecundus appellatur concludendi modus. Cum aũt aliqua cõiuncta negaris, & his alia negatio rurſus adiungitur & ex his primum ſumpleris, ut quod relinquitur, tollendum ſit, is tertius appellatur concluſionis modus. Ex hoc illa Rhetorum ex contrarijs concluſa, quæ ipſi enthymemata appellant, non quòd omnis ſententia proprio nomine enthymema non dicatur, ſed ut Homerus propter excellentiã, cõmune Poëtarum nomen efficit apud Græcos ſuum, ſic cum omnis ſententia enthymema dicatur, quia uidetur ea quæ ex contrarijs cõficiatur, acutiſſima, ſola propriè nomen cõmune poſſedit. Eius generis hæc ſunt, hunc metuere, alterum in metu non ponere, eam quam nihil accuſas, damnas. Benè quã meritam eſſe dicis, exiſtimas maℓe mereri. Id quod ſcis prodeſt, nihil id quod neſcis, obeſt. Hoc differendi genus attingit omnino ueſtras quoq; in reſpondendo diſputationes. Sed Philoſophorum magis, quibus cum Oratoribus illa ex repugnantibus ſententijs communis concluſio, quæ à Dialecticis tertius modus, à Rhetoribus enthymema dicitur. Reliqui Dialecticorũ modi plures ſunt, qui ex diſiunctionibus conſtant, ut aut hoc, aut illud, hoc autem non, igitur illud. Itemq; aut hoc, aut illud, non autem hoc, illud igitur. Quæ concluſiones idcirco ratę ſunt, quòd in diſiunctione plus uno uerum eſſe non poteſt, atq; ex his cõcluſionibus quas ſuprà ſcripſi, prior quartus, poſterior quintus, à Dialecticis modus appellatur. Deinde addunt cõiunctionem negatiuam, ſic, non & hoc eſt & illud. Hoc autem eſt, non igitur illud, hic modus eſt ſextus. Septimus autem, non & hoc & illud, nõ autem hoc, illud igitur. Ex his modis concluſiones innumerabiles naſcũtur, in quibus eſt tota ferè Dialectica. Sed ne hæ quidẽ quas expoſui ſunt ad hanc inſtitutionem neceſſarię.

Etſi multipliciter ſuperius cũcta digeſſimus, nec expoſitionis indiget repetita totius diſputatio, erit tamen operepretium, ſi quã breuiſſimè potero M. Tullij uerbis mediocris lucem cõmentationis interferam. Septem igitur modos Hypotheticos enumerans ait: Cum in connexis propoſitionibus id quod eſt primum aſſumitur, ut oſtendatur ſecundum. Primum à Dialecticis modum uocari, hoc modo. Si hoc eſt, illud eſt quod dicit hoc, primum eſt, quod uero ait, illud ſecundum. Aſſumitur ergo

ergo quod primum eſt,atqui hoc eſt,concluditur igitur id quod ſecundum eſt, illud igitur eſt,uelut in his rurſus exemplis.Si homo eſt, animal eſt, aſſumitur, atqui homo eſt,concluditur,animal igitur eſt.Secundum uero modum ait eſſe Tullius cõexis propoſitionibus textum,in quo ſi ſecundum negatur,ſequitur, ut id etiam quod primum eſt,abnuatur hoc modo,ſi hoc eſt,illud eſt.Illud autem nõ eſt,igitur nec hoc quidem eſt.In exemplis ita.Si homo eſt,animal eſt,animal autem nõ eſt,homo igitur non eſt,ſed Tullius ita dixit,Cum id quod annexum eſt negaris, ut id quoq; cui fuerit annexum negandum ſit,ſecundum eſſe modum,quaſi connexa propoſitione affirmatiuis partibus iuncta,uniuerſaliter autem rectius diceretur,cum id quod annexum eſt,id eſt, ſecundum perimitur, perimi illud quoque cui annexum eſt, id eſt, primum,ut ſi affirmatiuum eſt id quod annexum eſt,negatione perimatur,ſin uero negatiuum,affirmatione,& de eo quoq; cui annexum eſt,id eſt,primum idem eſt,ut ſi in connexa propoſitione affirmetur,in concluſione denegetur ſecũdum nñe propoſitum Ciceronis exemplum.Si uero negatiua ſit propoſitionis prior pars,in concluſione contraria affirmatione tollatur. Tertium uero modum ait eſſe Cicero, cum ea quæ coniuncta ſunt,denegantur,& his alia negatio rurſus adiũgitur, ut quia animal homini coniunctum eſt,ita dicamus.Non & homo & non animal eſt,atque ex his unum ponitur,ut quod relinquitur auferatur,hoc modo ; Ponimus hominẽ eſſe dicẽtes:Atqui homo eſt. Quod ergo relinquit̃, non eſt animal,aufertur,atq; concluditur,animal igitur eſt.Fit argumentatio hoc modo:Non & homo eſt, & non animal,atqui homo eſt, animal igitur eſt.Ex his naſci dicit enthymemata ex cõtrarijs concluſa, quibus plurimum Rhetores uti ſolent,atq; hæc enthymemata nuncupantur,non quòd eodem nomine omnis inuentio nuncupari non poſſit,Enthymema nãq; eſt mentis conceptio,quod poteſt omnibus inuentionibus conuenire,Sed quia hęc inuenta,quę breuiter ex contrarijs colligũtur maximè acuta ſunt,propter excellentiam ſpeciemq; inuentionis commune Enthymematis nomen proprium factum eſt,ut hæc à Rhetoribus quaſi proprio nomine enthymemata uocentur.Sicut apud Græcos quoq; Poëta Homerus tantum dicitur,& quiſquis ex Homero aliqd profert,ita dicere cõſueuit.Hunc uerſum Poëta locutus eſt,& tunc nõ alius intelligitur præter Homerum,non quod cæteri non ſint Poëtæ, ſed quòd excellentia huius commune nomen uerſit in proprium.Fiunt uero hæc enthymemata hoc modo ex contrarijs uicelicet texta,hunc metuere,alterum in metu non ponere,uelut ſi de Lentulo & Cetego,cæteriſq; diceret̃.Paucos ciues interficere metuis,ne reſpublica intereat nihil laboras. Connexum quippe eſt ut quicunq; noluit interire paucos ciues,rempub. multo magis nolit extingui. Quibus cum interponitur negatio,ſit ex repugnantibus argumentum,ſed hoc breuiter Tullius enũciauit,nos uero argumẽtum in ſyllogiſmum redigamus,à repugnantibus,ſcilicet,ex quo enthymemata naſci ſolent,hoc modo:Sit connexum,ſi quis metuit ciues paucos interfici,is metuit interire rempub. hic interponitur negatio ſic. Si quis metuit ciues paucos interfici,is non metuit interire rempublicam,iungitur alia negatio. Non ſi quis metuit paucos ciues interfici,non metuit interire rempublicam. Quæ duæ negationes uni affirmationi partes ſunt,quæ dicit ; Si quis metuit hoc,metuit & illud, cuius quidem aſſumptio eſt,at metuit hoc, concluſio ſequitur,metuit igitur & illud,quæ tantundem uaſlet,ſi negando interrogetur ita,hoc metuis,illud non metuis. Sed quia nõ totus (ut ſuprà poſuimus) in his argumentationibus ponitur ſyllogiſmus,ſed propoſitio,cuius aſſumptio & concluſio notę ſunt,idcirco enthymema dicitur,quaſi breuis animi conceptio.Et in cæteris exemplis idem modus eſt. Sed hæc quidem Ciceronis ſimilitudo non tam ex repugnantibus quã ex contrarijs argumentum intelligit̃ continere.Metuere,quippe & non metuere contraria ſunt,niſi hoc ipſa uerborum prolatio à contrarijs argumentum ad repugnantiam retrahat.Nam quod dicit huncme tuere,alterum in metu non ponere,tale eſt ut repugnantia uideantur. Etenim metuere &

tuere & non metuere cõtraria ſunt. In metu autem non ponere,& metuere,prolatione ipſa tam cõtraria quàm repugnantia intelliguntur,licet eadem probetur eſſe ſententia. His adiecit alia rurſus exempla,eam quã nihil accuſas,damnas.Huius enthymematis talis eſt integer ſyllogiſmus,non ſi nihil accuſas damnas,ſed nihil accuſas, non damnas igitur. Venit ergo hoc argumentum ex ea propoſitione connexa,quæ ex duabus cõponitur negatiuis,ita : Si nihil accuſas,nõ damnas,poſteriori uero parti detracta negatio eſt, & inſuper tota eſt propoſitio denegata hoc modo, non ſi nihil accuſas,damnas,& ex ea factum eſt argumẽtum,quod poſitum in interrogatione efficit enthymema,hoc modo, quam nihil accuſas,damnas, benè quã meritã eſſe autumas, malè mereri, huius quoque enthymematis talis eſt collectio, non & benè meritam eſſe autumas,& malè mereri,atqui benè meritam eſſe autumas,nõ malè igitur mereri, quod enthymema ex ea propoſitione connexa perficitur, quæ cõſtat ex affirmatione,& negatione,ita:Si benè meritam eſſe autumas,non malè mereri. Cuius ex poſteriore parte dempta negatione,totaq; propoſitione denegata,fiet propoſitio. Non ſi benè meritam eſſe autumas,malè mereri,quod in interrogationẽ deductum facit enthymema,benè quàm meritam eſſe autumas,malè mereri. Item id quod ſcis prodeſt, nihil id quod neſcis,obeſt,hoc quoque enthymema tali nectitur ſyllogiſmo.Non id quod ſcis prodeſt,& id quod neſcis nõ obeſt, at id quod ſcis prodeſt, obeſt igitur id quod neſcis,hoc argumentum ex ea propoſitione cõpoſitum eſt, quę duabus affirmationibus iũcta acceperit mediã negationem & inſuper denegata eſt. Quod interrogatũ ſit enthymema hoc modo,id quod ſcis prodeſt,nihil id quod neſcis obeſt. Omnium uero ſuperius exemplorum iſta ſententia eſt. Nam quam quiſq; nihil accuſat, eam damnare recte non poteſt. Et eam quam benè meritam eſſe autumat, malè mereri de ea turpe eſt, & ſi id quod ſcit quiſque in cauſa proderit, obeſſe, ſi eſt contrariũ id quod neſcit.Hunc uero locum cõmunem eſſe Oratoribus, ac Philoſophis dicit. Sed apud illos tertiũ modum, apud Rhetores uero enthymema nuncupari. Reliqui,inquit,modi plures ſunt, nam cũ tres ſuperius enumeraſſet modos, adiungens quatuor,plures dixit.Hi ſunt in diſiunctionibus cõſtituti hoc modo, aut hoc,aut illud,hoc autem,non igitur illud, qui eſt quartus modus à nobis quoque ſuprà poſitus ita,aut dies eſt,aut nox eſt. Dies autem eſt,non igitur nox eſt, & ſemper quod ait Cicero, hoc ad præcedens ſpectat, quod uero ait illud,ad conſequens, ſiue in connexis propoſitionibus ſiue diſiunctis, item aut hoc,aut illud,non autem hoc, illud igitur. Hic quoq; quintus modus eſt uelut in his exemplis,aut dies eſt,aut nox eſt,non autem dies,nox igitur eſt. Quarum concluſionum neceſſitatem ex eo dicit euenire, quia quæ in diſiunctione poſita,mediũ non uidentur admittere,ut eſſe aliud præter eorum alterum poſſit, atque ideo uno ſublato alterum eſſe, unoq; poſito alterum non eſſe cõcluditur,quod ſi ſit medium, quod præter alterutrum eſſe poſſit,nec uera propoſitio, nec rata eſt concluſio,uelut in his,aut album eſt,aut nigrum,id falſum eſt. Eſſe enim præter ea rubrum poteſt.Sed ſi ponamus eſſe albũ uel auferamus, non neceſſe erit nõ eſſe uel eſſe nigrum, quia quod rubrum eſt, medium eſſe poteſt. Deinde,inquit Tullius, addunt coniunctionum negantiam in diſiunctiuis, ſcilicet, propoſitionibus hoc modo:Non & hoc & illud,hoc autẽ,non igitur illud,idem eſt, non & nox & dies eſt,nox autem eſt, nõ igitur dies eſt, hic igitur ſextus modus eſſe prædictus eſt. Septimus autem eſt ex eadem ueniens propoſitione hoc modo:Non & hoc & illud,non autẽ hoc,illud igitur,uelut ſi ita dicamus,non & nox & dies eſt, nox non autem eſt,dies igitur eſt. Quæ propoſitiones niſi in diſiunctis, medioq; carentibus rebus ratam concluſionẽ habere non poterunt,age enim ita dicamus.Non & album, & nigrum, ponamusq; non eſſe album,non conſequitur ut ſit nigrum, poteſt enim eſſe quod medium eſt. Huiuſmodi igitur per negationem coniunctionum (ut Tullius ait) propoſitio ſi ratas factura eſt concluſiones in diſiunctis rebus, medioq; carentibus accõmodetur,aliàs non erit rata concluſio. Diſtat uero propoſitio

tertij modi à propoſitione ſexti & ſeptimi, quod tertij modi propoſitio ex cõiunctis naſcit. Hæc uero ſexti & ſeptimi ex diſiunctis terminis exiſtit, ut in ſuperioribus patet exemplis. Ex his igitur, inquit, modis concluſiones innumerabiles naſcuntur, unus enim quilibet eorũ modus infinitis cõcluſionibus aptari poteſt, ueluti primus ac ſecundus in omnibus quæ ſibi connexa ſunt, quorum nullus eſt numerus, ſi quis perſequi uelit, itemq; repugnantium infinita eſt multitudo, in quibus tertius modus eſt utilis, item plura diſiuncta ſunt in quibus quartus, & quintus, & ſextus, & ſeptimus plurimũ ualent. Atq; in his, inquit, omnis ferè eſt Dialectica, ſed ad Topicos locos tres primi modi ſunt neceſſarij, qui anteceſſionem, conſecutionem, & repugnantiam tenent. Reliqui uero complendæ diſputationis magis gratia quàm quod ad hanc inſtitutionem neceſſarij fuerint uidentur adiecti.

Proximus eſt locus rerum efficientium, quæ cauſæ appellantur. Deinde rerum effectarum ab efficientibus cauſis, harum exempla ut reliquorum locorum paulò ante poſui, & quidem ex iure ciuili, ſed hæc patent latius. Cauſarum enim genera duo ſunt, unum quod ui ſua id quod ſubiectum eſt, certè efficit, ut ignis accendit. Alterum quod naturam efficiendi non habet, ſed ſine quo effici nõ poſſit, ut ſi quis eo cauſam ſtatuę uelit dicere, quod ſine eo non poſſit effici, huius generis cauſarũ ſine quo non efficitur. Alia ſunt quieta nihil agentia, ſtolida quodammodo, ut locus, tẽpus, materia, ferramenta, & cætera generis eiuſdem. Alia autem præcurſionẽ quãdam adhibent ad efficiendum, & quædam afferunt per ſe adiumenta, & ſi nõ neceſſaria, ut amori cõgreſſio cauſam attulerat, amor flagitio. Ex hoc genere cauſarum ex æternitate pendentium fatum à Stoicis nectitur, atq; ut earum cauſarum ſine quibus effici non poteſt, genera diuiſi, ſic etiam efficientium diuidi poſſunt. Sunt enim aliæ cauſæ quæ planè efficiant nulla re adiuuãte, aliæ quæ adiuuari uelint, ut ſapientia efficit ſapientes, ſola per ſe beatos efficiat, nec ne ſola per ſe, quæſtio eſt.

Poſt eum locum qui in conditione eſt conſtitutus, conſequens erat is qui conſiderabatur ex cauſis, poſt hunc is enumeratus locus eſt qui in effectis cauſarũ poſitus, argumenta præſtabat. Quorum quidem ſuperius M. Tullius exempla propoſuit nũc rationẽ latius tractat. Cũ igitur Ariſtoteles quatuor poſuerit cauſas, quibus unumquodq; conficitur. Primam quæ mouendi principium eſt, ſecũdam ex qua fit aliquid, quam materiam uocat. Tertiam rationem ac ſpeciem qua unumquodq; formatur. Quartam finem propter quem quodlibet efficitur. At uero M. Tullius principalem cauſarũ diuiſionẽ facit in ea, quæ efficiant aliquid & in ea ſine quibus effici nequeãt, ut id quod efficit, ad eam cauſam referatur, in qua motus principium cõſtitutum eſt, id uero ſine quo non fit aliquid, tum ad intellectum materiæ transferatur, uel eorum quæ coniuncta materiæ efficientis adiuuant facultatem, tum ad reliquas cauſas ducatur, ut paulò poſterius apparebit. Eius igitur cauſæ, quę ui ſua id quod ſubiectũ eſt, efficit, tale proponit exemplum, ut ignis accẽdit, nam accenſionis ipſius cauſa ignis eſt, & id efficere poteſt, atq; illud, quod accenditur, mouet atq; permutat. Eam uero cauſam, ſine qua id quod faciendum eſt fieri nequit, ab una eius parte deſignat, uelut cum dicit æs cauſam eſſe ſtatuæ, quod ſine eo ſtatua non poſſit exiſtere, hoc enim ut per faciendam diuiſionem clareſcet, non ea ipſa eſt cauſa ſine qua nõ efficitur, ſed pars eius eſſe monſtrabitur. Eam uero cauſam ſine qua, id quod faciendum eſt, effici non poteſt, diuidit hoc modo: Alia enim ſunt quieta, nihil agentia ſed ſtolida quodammodo

dammodo, ac per ſe niſi agendi extra motus acceſſerit, immobilia, horum exempla, ut locus, tempus, materia, inſtrumentum, omne enim quod ſit, locum neceſſe eſt habere ſubiectum, in quo niſi aliquid fiat, locus ipſe immobilis eſt, ad aliquid explicandum. Itemq; materia & inſtrumenta, niſi manu moueantur artificis, ipſa naturaliter nihil ẽgerint, tempus quoque operationi ſubiectum eſt, quæ ſi deſit, nihil ipſum propriæ naturæ ratione perfecerit. Atq; hæc quidem ſunt, quæ nihil agentia, tamen cauſæ ſunt, ſi his efficiẽs operatio ſuperueniet. Alia uero quæ in motu poſita præcurſionem quãdam ad efficientiam ac præparationem uidentur afferre, uelut amoris cauſa eſt congreſſio, quæ præceſſit, & amor flagitij. Ex his, inquit, cauſis Stoica diſputatio fatum connectit. Fatum enim dicunt eſſe præcedentium cauſarum ſubſequentiumq; perplexionem quandam, & cæteris more cõtinentiam hoc modo, ideò profectus eſt peregre, quoniam parentum iracundiam ferre non poterat, idcirco parentum iracundiam ſucceſſione non ferebat, quia amicæ amore detinebatur, idcirco amabat, quod ſæpe fuerat antè congreſſus, ideò congreſſus eſt, quia aliquid ut congrederetur præceſſit, itaq; ordine præcedentium cõſequentiumq; rerum. Fatum (ut dicit) à Stoicis nectitur. Item diuidit eam cauſam, quę ui ſua effieit aliquid in eam quę ad efficiendũ ſibi ſufficiat, eamq; quæ extrinſecus adminiculationis indigeat. Sufficit igitur ſibi ad efficiendum cauſa, ut ſapientia efficere ſapientes per ſe nullo penitus adiuta ſolet. Sed hæc an ſola beatos efficere poſſit, quæritur an ei ſint extrinſecus addenda quæ iuuẽt, uel fortunæ bona, uel corporis, itaq; ea cauſa quæ ui ſua efficit aliquid, aut talis eſt ut ei nulla ſint extrinſecus adiumenta quærenda, ueluti artifici inſtrumenta quædã, quibus id quod efficiendum eſt, explicet atque conformet. Earum uero omnium, quæ Tullius ſtatuit in alterutra diuiſione cauſarum, illa quidem, quæ ui ſua explicant ea quorum cauſæ ſunt, omnia tam per ſe ad efficiendum ualentia, quàm quæſiti extrinſecus inuamin is indigẽtia, in ea Ariſtotelicæ diuiſionis cauſa locabũtur, quæ eſt principium motũs. Quãquam de ſapientia tali cauſæ non conuenit exemplum, ſed potius ad rationem formamq; contendit. Namq; ſapientia ratione quadam atq; forma efficit ſapientes. Eius uero cauſæ quam Tullius refert, ſine qua non fit aliquid, materia quidem, tempus, & locus, id eſt, ex quo fit, uel in quo fit, quæ ſunt efficienti ſubſtantiæ naturæ, ut uno intellectu cõprehendantur, uel materia ſunt uel materię uicẽ ſuppoſitã, inſtrumenta uero ei cauſæ ſunt, quæ ad finem ſpectant, ſed nõ ipſa finis, quia non finis inſtrumenta reſpicit, ſed hęc finem. Inſtrumẽta namq; propter aliquem finem parantur. Sed mirum uideri poteſt cur cõgreſſionem amoris cauſam non inter ea enumerauit, quę habent efficiendi uim, ſed inter eas poſuerit cauſas, ſine quibus effici non poteſt, cum tamen agat aliquid atq; moueat, nam ipſa cõgreſſio aliquid ui detur efficere, ſimiliſq; eſt ei cauſæ, quæ ipſa quidem habet efficiendi uim, ſed ſine adminiculo nõ poteſt, ueluti cum quæritur de ſapientia an ſola beatum poſſit efficere. Sed Merobaudes Rhetor ita diſſeruit, earum cauſarũ, quæ efficiendi uim haberent, eam eſſe facultatem, ut etiam ſi adiumentis extrinſecus indigeãt, effectus tamen earum ad id ſpectet, quod efficiendum eſt, at in his cauſis quæ ſunt præcurſoriæ, etiam ſi eis antecedentibus aliquid exiſtit, non tamen id quod exiſtere intelligitur præcurſio principaliter operatur. Sed iſta quidem ueluti ſub quadã occaſione præcurrit, illa uerò, quæ exiſtere dicitur aliis operãtibus naſcitur, uelut in congreſſione ſolum eſt fieri. Fortaſſe enim non propter amorem quiſq; congreditur. Sed præcedente congreſſione amor exiſtit, quem non cõgreſſio principaliter appetebat. Itaq; quoniam præter congreſſionem amor exiſtere non potuit, rectè inter eas cauſas congreſſio locata uidetur ſine quibus non efficitur, quoniã uero non efficit ui ſua, quandoquidem hęc principaliter ut efficiat, ſpectat, ſed tantum ea ante te aliquid exiſtit, rectè inter præcurſorias, ac non inter efficientes cauſas eſt collocata.

Quare cum in diſputationem inciderit cauſa efficiens, aliquid neceſſario ſine

dubitatione licebit quod efficitur ab ea causa concludere. Cum autem talis causa erit, ut in ea non sit efficiendi necessitas, necessaria conclusio nō sequitur. Atq; illud quidem genus causarū, quod habet uim, efficiendi necessariam, errorem afferre non ferè solet. Hoc autem sine quo non efficitur, sæpe conturbat. Nō enim si sine parentibus filij esse non possunt, propterea causa fuit in parentibus gignendi necessaria. Hoc igitur sine quo non fit, ab eo in quo certè sit, diligenter est separandum. Illud enim est tanquàm: Vtinam ne in nemore Pelio cecidissent abiegnæ ad terram trabes, nisi enim cecidissent abiegnæ ad terram trabes, argo illa facta non esset, nec tamen fuit in his trabibus efficiendi uis necessaria. At cum in Aiacis nauem Crispisulcans igneum fulmen iniectum est, inflammatur nauis necessario.

Prima quidem causarum diuisio secundum Tullium fuit in ea, quæ efficerent aliquid, & ea sine quibus effici non posset, atq; illud quidem quod efficeret, in geminia item partitus est, scilicet, in id q; ad efficiendum aliquid necessariā uim possideret, neque ullius indigeret extrinsecus adiumenti, & in id quod nisi alijs adiuuantibus operari atque efficere non posset. Ac primum de ea loquitur causa quæ efficiendi uim tenet. Eius enim ea pars cui efficiendi necessitas adest, statim secum cōclusionem comitem trahit, dicta enim causa, quæ necessario aliquid efficit, effectus etiam necesse est consequatur, ueluti si solem affuisse quis dixerit, lucem quoq; affuisse monstrabit, aut cū alicui adesse sapiētiam dixerimus, sapientē necesse est fateamur. At in his causis efficientibus quæ extra positis indigent adiumentis, non eadem ratio est, neq; enim ut quæcq; huiusmodi causa dicitur, ita necesse est effectum sequi. Non enim huiusmodi causa necessario efficit quod uult, nisi extra positis auxilijs adiuuetur, idem est etiam in ea causa, quæ ipsa quidē efficiendi uim non habet, sed sine ea nō prouenit effectus. Nam ut Tullius quoq; commemorat, nullam in efficiendis rebus adhibet necessitatem, atque ideo dicta causa non statim sequitur effectus. Neq; enim si cōgressus est, mox amauit, nec si fuit æs, statuam, quoq; fuisse necesse est, ex quo aliarū causarū partitio nascitur. Aliæ namq; causæ sunt necessariæ, aliæ minimè. Nō necessariarum aliæ sunt efficientis, aliæ sine quibus non efficitur. Necessariarum uero causarum conclusio non solet conturbare, ut enim hæc causa fuerit dicta, statim in cōclusione sequuntur effectus. Non necessariarum uero, quæ sunt partim efficientes, quod nunc tacuit sed paulò ante prædixit, non habent subsequentem effectæ rei conclusionem. Neq; enim si liberi sine parentibus non sunt, idcirco in parentibus efficiendi causa necessaria fuit, cum uideamus in hominum esse potestate ne gignāt. Ea uero causa quę ipsa quidem non efficit, sed sine ipsa effici nō potest, huiusmodi est quemadmodū Ennino uersu declaratur. Nisi enim cecidissent abiegnæ trabes ad terram, argo illa facta non esset. Ex trabibus namque argo facta est, sed nulla inerat trabibus necessitas, ut ex eis fieret nauis, at uero ea causa, quæ est efficiens, & quæ in se suā continet necessitatem talis est. Quale cum in Aiacis nauem igneū Crispisulcanis fulmen iniectum est, statim enim accēdi necesse est nauim, quia ignis accendendi necessaria causa est, & sensus quidem est huiusmodi. Ordo autem paulò confusior est, ait enim hoc modo: Atq; illud quidem genus causarum, quod habet uim efficiendi necessariam, errorem afferre non ferè solet, hoc autē sine quo non efficitur, sæpe cōturbat, quod cum dixisset, cumq; uel utriusque uel alterius exemplum ponere debuisset, neutro conueniens exemplum similitudine dedit. Namq; cum uel necessariam causam efficiētem, uel eam sine qua nō efficitur, proposuisset, eius causæ posuit exemplum, quæ efficiat quidē aliquid, sed non sine extra positis adiumentis, hoc modo: Non enim si sine parentibus filij esse nō possunt, propterea causa fuit in parētibus gignendi necessaria. Parentes

Parentes enim & maximè masculini sexus efficiēs causa est, sed non sine fœmina, id est non sine materia quadā, & ea causa sine qua fieri non possit, cum ipsa uim efficiendi non habeat. Itaq; nec causæ necessariæ & efficientis posuit exemplum, nec eius sine qua fieri nihil possit, sed efficientis quidem, non tamen necessariæ, sed uidetur tacuisse in propositione id, cuius posuit exēplum, ita enim apertius dici potuisset. Atque illud quidem genus causarum, quod habet uim efficiendi necessariam, errorē afferre non ferè solet, hoc autem quod non habet efficiendi uim necessariam, uel hoc sine quo non efficitur, sæpe cōturbat, itaq; sic intelligendum est, quasi ita sit dictum, nam de necessaria causa nullum posuit exemplum. Quod uero subiecit, utriscq; causis conuenit posterius enumeratis, tam efficienti non necessariæ, quàm eius sine qua nihil efficitur. Parentes namque tam masculini sexus quàm fœminini esse dicuntur, quorum quidem masculini sexus ea causa est, quæ efficiat, sed non necessaria. Fœminini uero ea, quæ nō efficiat, sed sine qua effici non possit, quæ cum ita sint discernendæ sunt causæ & perūidenda necessitas, nec omnis causa præmittēda ut subsequatur effectus, sed ea tantum in qua est efficiendi necessitas, etiam si extrinsecus adiumenta defuerint.

Atq; etiam est causarū dissimilitudo, quod aliæ sunt ut sine ulla appetitione animi, sine uoluntate, sine opinione, suum quasi opus efficiāt, uelut omne intereat quod ortum est. Aliæ autem aut uoluntate efficiunt, aut perturbatione animi, aut habitu, aut natura, aut arte, aut casu. Voluntate, ut tu cum hūc libellum legis. Perturbatione, ut si quis euentum horum temporum timeat. Habitu, ut qui facilè & cito irascatur. Natura, ut uitium in dies crescat. Arte, ut benè pingat. Casu, ut prosperè nauiget. Nihil horum sine causa. Nec quicquam omnino, sed huiusmodi causæ non necessariæ.

Facit aliam rursus causarum diuisionem ita: Causarum enim aliæ sunt quæ sua quadam ui, sine appetitione, sine uoluntate, sine opinione, unum atq; eundem in efficiendis rebus ordinem tenent, ut est interire omnia, quæ orta sunt. Nam quia ortum est, idcirco etiam necesse interire, nec tamen ipse ortus ut cætera intereant, uel appetitu aliquo, uel uoluntate, uel opinione efficit, sed ita est ab æterno rerū statu, ut quicquid ortum est, quia accepit esse, aliquando etiā esse desistat. Item aliæ sunt causæ, quæ aut in uoluntate, aut in perturbatione animi, aut in habitu, aut in natura, aut in arte, casúue consistunt. Voluntate, ut si quærat aliquis cur Trebatius librum legat? respondebitur, quia legendi uoluntas est. Perturbatione animi, ut si quis timore pallescat, aut urbem fugiat, bellis ciuilibus conturbatus. Habitu, ut si idcirco Trebatius facilè deluris ratione responderit, quoniam multo usu cōstantem ciuilis scientiæ habitum tenet, uel si quis idcirco irascatur facilè, quia eius animus per iracundiæ habitum effectus est. Natura, ut si quis idcirco dicatur irasci, quia naturaliter iracūdus est id'q; ei in dies uitium crescat. Arte, ut si idcirco benè quisque pingat, quia eius artis peritus esse proponatur. Casu, ut quæ in nostra potestate nullo modo sunt, fiunt tamen, uelut in certo præsertim tempore, prosperitas nauigandi. Atq; horum omnium nihil à causa uacuū est, nec quicq; est in rebus, quod nō aliqua causa perficiat. Omnia enim quæ fiunt, habent aliquam rationem, cur facta sint, quam si quis reddere possit, causam quoq; reddiderit. Id est enim causa propter quam unumquodq; fit. Omnes uero causæ, quæ uel ex uoluntate, uel perturbatione animi intelliguntur, ad eam causam pertinēt, quæ est mouendi principiū, ut in Aristotelica diximus diuisione. Hæc enim ut aliquid efficiatur, mouendi principiū sunt, at in arte, uel habitu, uel natura, illa causa est, quæ in ratione consistit. Species enim ac ratio uniuscuiusq; efficiendæ rei in arte & habitu et natura posita est. Casus uero exterior causa, nec inter principales an-

numeratur secũdum Aristotelem. Secundum uero M. Tullium casus est latens effectæ rei causa, quod quale sit, paulò posterius designabitur.

Omnium autem causarum in alijs inest constantia, in alijs non inest, in natura, & arte constantia est. In cæteris nulla. Sed tamen earum causarum, quæ non sunt cõstantes, aliæ sunt perspicuę, alię latent. Perspicuæ sunt, quę appetitionem animi iudiciumq; tangũt. Latent, quę subiectę sunt fortunę. Cum enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum fortunæ euentus obscura causa & latenter efficitur. Atque etiam ea, quæ fiunt partim sunt ignorata, partim uoluntaria. Ignorata quæ necessitate fiunt, uoluntaria quæ consilio. Quæ autem fortuna, uel ignorata, uel uoluntaria. Nam iacere telum uoluntatis est. Ferire quem uolueris, fortunę. Ex quo aries ille subijcitur in uestris actionibus, si telum manu fugit, magis quàm iecit. Cadunt etiam in ignorationem atque imprudentiam perturbationes animi, quanquã sunt uoluntariæ, obiurgatione enim & admonitione dejiciuntur, tamen habent tantos motus, ut ea quæ uoluntaria sunt, aut necessaria interdum, aut certè ignorata uideantur.

Rursus causarum diuisionem aliam claram ac perspicuam prodit. Causarum namque aliæ sunt constantes, alię uero inconstantes. Constantes sunt, quarum non ferè uariatur effectus. Inconstantes uero, quæ huc atque illuc facilioribus mutationibus transferuntur. Omnia igitur, quæ ex natura atque arte descendunt, constantia sunt. Natura quippe atq; ars suum semper opus efficiunt, nisi subiectæ materiæ, obstet incertum. Nam quod unus idemq; artifex ex eadem sæpe materia, non admodũ similes statuas format, non est hæc in arte uarietas. Sed tum in artificis manu, quę integritatẽ artis assequi nõ potest, tum in ipsa materia, quæ efficientię atque formę non æqualiter cædit. Idem est in natura, seruat namq; constantiam suam cum hominem format ex homine. Itaq; similia in cęteris ex similibus gignit, at cum mõstrosum aliquid effertur, non naturæ uitio, sed materiæ potius applicatur, ex qua id quod efficere contendebat, non ita potuit natura explicare, sed inter constantes causas habitus quoq; debuit adiũgi, nam q̃ ex habitu cuiusq; fit, id cõstans, nec mutabile esse solet. Quandoquidẽ idcirco habitus dicitur, quia diuturnitate habẽdi in naturæ similitudinẽ uertitur. Sed forsitan Tullius uidit, q̃ natura atq; ars, non tam in effectibus constantes, q̃ in propria ratione esse intelliguntur, in tantũ ut q̃ ars ac natura delinquit, materię sæpius imputetur, habitus uero ipse consuetudine quadam collectus est, qui non ratione aliquid & propria constantia, sed usu facit, atque idcirco forsitan habitum, qui inter cætera præter artem & naturam uidebatur esse constantior, à causis constantibus segregauit. Ea uero quæ non sunt cõstantia, in ea diuidit quę sunt perspicua, & in ea quæ latent. Perspicua sunt, quæ ab animi quolibet motu uel appetitione, uel iudicij ratione profecta sunt. Latent uero quæ fortunæ subiacent. Nam quia nonnigno rat animus, in quam partem declinet, qui tametsi boni aliquando habet iudiciũ, nunquam tamen eius rei quam efficit, notionem relinquit, præter eos qui funditus mente capiũtur. & in quibus iam nulla uoluntas est, necesse est nota esse, quæ ex uoluntate uel animi iudicio fiunt. Fortuna uero atq; casus semper ignotus est. Cuius quidẽ natura æquè incerta est, atq; ea quæ casibus ipsis fiunt. Sed M. Tullius diffinit esse ea sum, euentũ causis latẽtibus effectũ, quę nõ uidet integra diffinitio. Quid enim si ad huc lateret quibus causis solis defectus lunæue cõtingeret, num idcirco casu ac fortuna fierent, quę cõstantibus cœli motibus administrarẽ? An casus quidẽ putaretur ab his qui defectus rationẽ reperire non possent, per se autẽ cõsideratus, nullo quidem modo

modo esset casus. Sed M. Tullius non quod uideretur esse casus. his qui eius naturã minimè perspexissent, sed quid omnino fortunæ euentus esset diffinitionis rationem monstrabat. Euentum uero latentibus causis Cicero casum esse ita concludit. Cum omnia certis de causis fiant, quorum ratio cognoscitur, eorum euẽtus casu fieri non posse monstrantur, sed putantur aliqua fieri casu eorum, quorum causa nulla ratione cognoscitẽ. Ex quo euenit ut fortunę sit euentus, qui latentibus causis efficitẽ. Hic igitur in rebus quidem ipsis constantiam ponit, casum uero non re, sed opinione metitur. Quo fit ut si aliter effectę rei nouerit causam, id q̃ accidit fortunæ non sit euentus. Idem tamen sit alteri fortunę euentus, si rationẽ alter ignoret. Quod uero omniũ rerũ causas esse dicit, non determinat quales, atq; ideo nec de fortuna ipsa, quorum euentum causa sit, monstrat. Nec me sæuæ hominũ mentes arrogantiæ notent, quod uelut affectata autoritate Tullianis sententijs pugnem, cum aduersus eas si quid uidebitur non nostra, sed ab antiquissimis tractata compensem. Quod si nostra quoque diceremus. oporteret tamen eos non personarum uetustatem, sed eorum quę opponũtur cõsiderare rationẽ, nec odisse potius quę aduersus magni nominis uiros dicuntur, quàm contraria si possent, argumentatione reuincere. Nam si eis M. Tullius in diffinitione rerum nimium placet, quęnam est inuidia nos quoq; Aristotelicam rationem probare? quod si intemperanter molestissimi esse pergunt, audiant M. Tullium secundo Tusculanarum disputationum libro adhortantem potius, atq; ad certamen uocantem hoc modo: Sed tamen tantum abest, ut scribi contra nos nolimus, ut id etiã maximè optemus. Ipsa enim Græcię Philosophia nunquam in honore tantum fuisset, nisi doctissimorum contentionibus, dissensionibusq; creuisset, quamobrem hortor omnes, qui facere id possunt, ut eius quoq; generis laudem iam languenti Græciæ eripiant, & transferant in hanc urbem, sicut reliquas omnes, quæ quidem erãt expetendę studio atque industria sua maiores nostri transtulere. Et rursus, nos qui sequimur probabilia, nec ultra quàm quod uerisimile occurrit, progredi possumus & refelli sine pertinacia & refellere sine iracundia parati sumus. Quocirca quæ malum ratio est ipsius M. Tullij uoluntatem iudiciumq; conuellere, cum eiusdem cõtra nos sententijs atque autoritate nitantur? sed si cui commentarios nostros inspicere uacuum fuerit, sciat hęc nos ex Aristotelis secundo Physicorum uolumine aduertisse, quę tãetsi altioris Philosophię disputationes tangũt, nõ est tamẽ studijs inuidendũ, si Rhetoricis quoq; ac Dialecticis disputationibus admisceamus, quæ sunt profundiora naturę, neque pigrescere ac dilassari animos dignum est, quos intẽtiores ac uegetos ipsa rerum ambiguitas & uariarum cognitio speculationum deberet efficere, cum præsertim ea librorum natura sit, ut ad legendum studiosos teneat, nullum cogat ignauum. Dicamus igitur quid euẽtus sit fortunę, uel quarum rerum sors causa esse dicatur. Omnia igitur fiunt uel immutabiliter ac semper, ut quod sol oriẽ, uel sępius, ut quod equus quadrupes nascitur, uel raro, ut si equus cum quinque uel tribus pedibus procreetur, uel ęquè ut in quibus faciendarũ rerum nihil intereat, quo potius uoluntatem uergamus, atq; illud quidem quod semper fit, nihil habet oppositum, quod ullo modo aliter fiat. Id uero quod sępe cõtingit habet aduersum, id q̃ ratius euenit, nec enim sępius fieret, ac non semper, nisi diuersum raro quidem, sed aliquando contingeret. Quod igitur ex fortuna fit, in sempiternis non est. Quis enim casu solem dicat oriri? ne in his quidem quæ frequentius fiunt? Nullus enim casu equũ dixerit esse quadrupedem. Nec uero in his, quę fieri æqualiter solẽt. Nam quæ uoluntaria sunt, non uidentur esse fortuita. Restat igitur ut in his fortunę euẽtus sit, quę ratius fiunt. Eorum uero quę sunt, partim finem aliquem spectãt, partim animi. Quis enim finis esse potest, si manum extẽdam, si genua complicem, atq; aliquid iacens humi tollam, quod nullis usibus applicem? At uero ea, quæ aliquẽ finem spectant partim uoluntatis sunt, partim naturæ. Volũtatis, ut si quis idcirco domo egredi atur, ut uideat amicum. Naturę, ut quod est in animalibus. Omnia quæ ab ea fiunt

certam animalis reſpiciunt utilitatẽ, atq; ad eius ſalutem cõſeruationemq; omnium membrorum momenta ſunt cõſtituta. Caſum igitur ac fortuitos euentus in his eſſe ponimus, quæ cum rarius fiant, in his tamen per accidens eueniunt, quæ propter aliquid fiunt. Veluti ſi quis egreſſus domo ut amicum uideret præteriens cadente deſuper lapide, ictus eſt, id igitur quod euenit, in rariore cauſa ponendum eſt, acceſſit uero ei uoluntati, quæ certum reſpiciebat finem. Ea uero fuit domo egrediendi cauſa, ut amicum uideret. Rurſus, quoniam lapis naturaliter grauis eſt, grauitas uero terram petit. Caſus quidem lapidis propter aliquid naturaliter factus eſt. Ad id enim lapidis natura tendebat, ut in ſuum locum pondus ueniens cõquieſceret. Sed huic naturali intentioni accidit id quod rarius euenit, ſcilicet, ut percuteret caput, quo fit ut ſit ſecũdum Ariſtotelem fortuna uel caſus, cauſa per accidens rarius euenientium in his rebus quæ propter aliquid fiunt quæ cum ita ſint, cumq; diffinitio Ariſtotelica à Tulliana plurimum diſcrepet, illud tamen in utriſq; conſtat, id quod fortunæ ſubiectum eſt, incertis caſibus ſemper eſſe ſuppoſitum. Nam licet in his rebus ſæpe fortuna ſuos experiatur actus, quę uoluntate ſunt, & ad aliquem finem referuntur, extra tamẽ accidit quod fortunæ eſt, nec ab eo fine uenit, quem ſibi animus ante perſpexerat. Sed cum Cicero diuiſiſſet cauſas in eas quæ perſpicuæ ſunt, & in eas quæ laterẽt. Cumq; eas quę perſpicuæ ſint diceret eſſe, quę appetitionem animi, iudiciumq; tangerent, manifeſtum eſt eum uel artem, uel uoluntatem, uel perturbationem, uel habitum in his cauſis ponere quæ perſpicuæ ſunt. Voluntas quippe atq; animi perturbatio in appetitione ponitur. Sæpe enim ex perturbatione aliquid appetimus, artem uero uel habitum in iudicio, arte namq; iudicamus, habitus uero ad utrumq; pertinet. Nam & uoluntates conſuetudo miniſtrat, & multo uſu peritiaq; fit quædam conſtantia iudicandi. Caſum in non perſpicuis poſuit. De natura incertum eſt, utrum inter perſpicuas, an inter latentes cauſas ipſam collocet. Nam ſi inter latẽtes, ipſam naturam caſum uideretur putare. Cuius opinionis nulla ratio eſt. Quod ſi inter perſpicuas, quænam appetitio animi, uel iudicium in natura eſt. Neq; enim appetẽdo aliquid uel iudicãdo facit natura, niſi forte quoniam ex ipſa ſæpe habilitas quędã mentis & corporis exiſtit. Quæ habilitas ad unamquamque rem adiuuat uoluntatem, id enim maxime uolumus ad quod habiles ſumus. Sed natura inter perſpicuas cauſas ponitur, quæ iudicio quoq; coniuncta eſt, ut ſi naturaliter ſano quiſque iudicio compoſitus eſt, appetitioni etiam ut ſi naturaliter aliquid animus petat, his adiũgit aliam cauſarum diuiſionem. Ait enim alias cauſas eſſe uoluntarias, alias ignoratas, uoluntarias eas, quæcumq; ex iudicio ueniunt animi. Ignoratas in quibus neceſſitas domina eſt, id eſt, in quibus, aut omnino non uolumus, aut ne ſi uelimus quidem aliter facere poſſumus, ut in natura atq; caſu. Neceſſitate enim quadam naturę grauia deorſum feruntur, neceſſitate item factum dicimus, ut aliquis ignorans iacto trans parietem lapide prætereuntem hominem peremerit. Eaq; neceſſitas talis eſt, nõ quod aliter fieri nõ potuiſſet, niſi ut lapide iacto percuteret, ſed quia uoluntas defuit, & non idcirco, quia uoluit, fecit. Prior uero neceſſitas iam talis eſt, in qua nulla uolũtas eſt, uel ea quæ eſt ne id quod cupit efficiat, ualidiore neceſſitate conſtringitur. Nam cum lapis deorſum propria grauitate deponitur, nulla uoluntas eſt, ſed tantũ naturæ neceſſitas, at ſi homo deorſum cadat, eſt quidẽ nõ cadendi uoluntas, ſed ferri quo non uult, ualidior naturæ cauſa cõpellit. Voluntatem uero à fortuitis euentibus uno eodemq; aptiſſimo ſecreuit exemplo, ueluti ſi telum manu iaciat, nolensq; feriat prætereũtem. Nam ieciſſe ex uoluntatis principio naſcitur. Idcirco enim iecit, quia uoluit. Ignorauit uero quod percuteret, neq; enim ieciſſet, ſi ſe percuſſurum præuidere potuiſſet. Neq; iecit, quia uoluit percutere. Si autem non ignoraſſet, non percutere potuiſſet. Vnde etiam machinamentum quoddam atq; defenſio in luriſperitorũ reſponſionibus inuenitur, hoc modo: Si telum manu fugit magis quàm iecit. Nam ſi quis cędis accuſetur, optima ſolet eſſe defenſio, ſi alia nõ ſuppetit, fugiſſe manu telum, magis

gis quàm uoluerit ieciſſe, ut non uoluntati, quæ condemnatur in culpis, ſed ignorantiæ factum tribuatur. De perturbationibus autem animorum paulò confuſius iudiciũm eſt. Dubitari enim poteſt utrum ex uolũtate, an neceſſitate, an ex ignoratione uenerit, quod perturbatione peccatur, uidentur enim uolũtaria eſſe peccata, quoniã qui perturbatus eſt appetit aliquid, aut fugit, ſed in hoc perturbatio eius apparet q̃ non fugienda uitat, & nõ appetenda nimis exoptat. Porrò autem quoniam in perturbationibus ſunt cõfuſa iudicia, neque enim aliter id quod fugiendum eſt ſæpe appetunt perturbati niſi obcœcato, obſcuratoq; iudicio, quod uero fit animi confuſione, ſæpe talis eſt, ut nollet admiſiſſe qui fecit, & euenit, ut non inter uoluntarias, ſed inter ignoratas uel neceſſarias cauſas animorum perturbatio ſit, in tantum uero qui perturbatus eſt, à uera diſcretione diſcedit, ut in eam poſſit recta benè cõſulentium admonitione reduci. Quo fit ut animorum perturbatio iurè à cauſis uoluntarijs ſegregetur, & aut in ignoratione, aut in neceſſitate ponatur. Nam quod ait tamen habent tantos motus, ut ea quæ uoluntaria ſunt, aut neceſſaria interdum, aut certè ignorata uideantur, ita intelligendum eſt. Quoniam omnis animi paſſio iudicium cõturbat, confundit uero rectam diſcretionem ſi acrior fuerit, quàm ut rationis retinaculis temperetur, & fit quædam ex perturbationibus ueluti uiolenta neceſſitas, ut dubium ſit utrum is qui aliquid perturbatus animo facit, ignorans faciat, ueluti cum caſu ignorans delinquit, cum futurum non prouidet caſum, an ſciens faciat, uel neceſſitate ducat. Quod igitur dixit, aut neceſſaria eſſe, aut ignorata, & diuiſit à neceſſarijs ignorata, non pugnat cõtra id quod ſuperius dixit, ea quæ ignorata ſunt eſſe neceſſaria. Nam id quod eſt ignoratũ ita quodammodo diuidit. Ignoratorũ alia quadam neceſſitate fiunt, dum aut nulla uoluntas eſt, aut ea quæ eſt, neceſſitati nequit obſiſtere. Alia caſu cũ in his faciendis, quæ ignorãtur, nulla uoluntas eſt, quod igitur dixit perturbationes animi, aut in neceſſarijs cauſis poni, aut in ignoratis, id ſine dubio ſenſiſſe intelligitur, perturbationes animi, aut in his eſſe ignoratis, in quibus ea neceſſitas eſt, ut uoluntas obſiſtere non poſſit, aut in his in quibus nulla uoluntas eſt, ſed ſit delictũ cœcitate iudicij, uelut in his qui immoderatius amoris cupiditati deſeruiunt, aut enim confuſo iudicio ab honeſtate diſcedunt, & dum quaſi bonũ appetũt, in malum decidunt ignorantes, atq; ita in caſu quodam atq; errore ponitur amor immodicus, aut nouit quidem quod appetit eſſe uitandum, ſed maioris actu cupiditatis impellitur, atq; ita inter ea neceſſaria ponitur, quæ aut non habent uoluntatem, aut tamẽ ita infirmam ac debilem, ut nullo modo ualidioribus paſſionibus obnitatur.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, COMMENTARIORVM IN TOPICA CICERONIS, LIB. VI.

TORE quoſdam Patrici Rhetorũ peritiſſimè non dubitauerim, quĩ hunc in Topicis altiorem ex Philoſophia tractatum uaria obtrectatione reprehendant, quia inter Logicam diſputationem Phyſicam interpoſuit. Hi uero ſunt, uel quibus hoc totũ Philoſophari diſpliceat, uel qui in argumentorum locis naturales admiſceri cauſas oportuiſſe nõ exiſtiment, ſed cõtra priores quidẽ, & à M. Tullio & ab ipſa quodãmodo humana ratione, quæ in motu poſita aliqd ſemp̃ inquirit, atq; amore ſciẽtię neq; decipi patĩ, neq; ullo modo à ueritatis ratiõe traduci, ſæpe multũq; reſpõſum eſt. His uero q ſequeſtrãdas ab oratoria facultate Philoſophię diſciplinas putãt, reſpõdendũ breuiter exiſtimo, ratione quidẽ reperiri qd poteſt, ſed id melius atq; facilius artifex faciet, ſi in opere cõſtruẽdo artis fa cultatẽ atq; elegãtiam cõparet. In argumentis quoq; idẽ eſſe manifeſtũ eſt, tũ namq;

naturalis ingenij argumenta promuntur. Sed ars facultatem imitata naturæ uiam quandam rationemq; reperit, qua id effici facilius ac melius possit. In qua re illorum necesse est reprehendatur error, qui Rhetoricā facultatem naturalem esse dixerunt, quoniam quilibet totius artis alienus & intendere in alterum crimen, & sese purgare solet, & argumento aliquid probare contendit. Reprehēdendi etiam sunt qui eandem facultatem in sola arte positam esse dixerunt: Oportuit enim eos animaduertere, omnem quidem artem sui materiam effectus ex natura suscipere, sed in ea tamē ratione propriam facultatem elegantiamq; experiri. Hæc itaque quę artium ratio perficit, ab imperitis etiam fieri, utcumque contigerit possunt. Bene autem ac facilè nemo efficit, nisi artis ratione fuerit instructus. Cum igitur totius operis hęc sit intentio, ut argumēta quę cōfusa & ueluti clausa natura suppeditat, artificialiter uestigentur, quid sit per quod efficere id quod promittit ars ualeat, sub exempli notatione demonstrat, ut enim facilius argumēta reperiantur, illa res efficiet, si demonstrētur loci in quibus argumēta sunt collocata. Etenim ut si quis aliquid quærat, facilius id inuestigare possit atque inuenire, si locus ei monstretur ubi sit positum id quod inquirit, ita etiam cum quis argumentum inuenire conatur, si ei locus ubi argumentum sit positum, declaretur, facilius argumētum quod quęrit ualebit inuenire, ita enim Aristoteles & ita Tullius appellat eas sedes in quibus argumenta sunt collocata, id est, locos, qui ab Aristotele Topica uocati sunt. Sed quoniam de sedibus argumentorū loquimur, hi cuiusmodi sint paulò altius expediamus. Locus enim non uno modo intelligitur. Ac relinquamus quidem eos locos, quos Victorinus frustra, atque inconuenienter interserit uelut eos, qui corpora concludunt. Ac simpliciter intelligamus eos locos argumentorum esse, qui intra se continent argumēta, in quibus exponendis posterius quid sit quod dicimus clarius apparebit. Nunc communiter de tota locorum ratione, deq; argumentatione, ac de quæstionibus & propositionibus earūq; terminis uidetur esset tractādum. Ac primum quoniam locus qui tractatur in Topicis, non cuiuslibet rei, sed tantum locus est argumenti. Expositio prius argumenti intellectu, deinceps de loci ratione tractabimus. Diffinit igitur Tullius argumētum hoc modo: Argumentū est ratio, quæ rei dubię faciat fidem. Sumpsit igitur rationem ut genus. Omnes enim iniurioſi sunt, qui orationis uirtutē à sapientię ratione seiungunt, aliamq; esse dicendi artem uelint, aliam intelligēdi. Nam si nihil oratione aliud agimus, nisi interius cogitata uulgamus, quę malum ratio est, orationis elegantiam à sententiarum grauitate seponere, quæ porrò sententiarum grauitas esse potest, sine earum rerum de quibus dicendum est comprehensione? Quę uero alia disciplina naturam, proprietatemq; rerum omnium docet, uel quæ omnino eorum quę intelligi possunt, scientiam profitetur? Nisi hæc tantum ex qua nos pauca præsumpsimus Philosophia? quæ longè aliter de his ipsis in proprio sapientium tractatu disputare solet. Neq; ita cursim ut nos, quę si ut in illorū libris solet, prolixius differenda sumpsissem, quis ferret insolentium hominum temeritatem prouectus suos culpare uolentiū quibus prouectibus proficerent, si studiosi potius quàm queruli esse mallent? Sed his cōtentionibus neq; antiqua caruit ætas, nec nos ita delicati sumus, ut quibus patientia doctissimorum hominum sæpius obstitit, ferre nolimus, dum & pluribus prodesse possimus, & sapientium iudicia consequamur. Ad quem finem hic noster labor & totius operis summa contendit. Sed hęc hactenus, nunc susceptę expositionis ordinem persequamur.

Toto igitur loco causarum explicato, ex earum differentia in magnis quidem causis uel Oratorum uel Philosophorum magna argumētorum suppetit copia, in uestris autem si nō uberior, at fortasse subtilior, priuata enim iudicia maximarum quidem rerum in Iurisconsultorum mihi uidentur esse

prudentia. Nam & adsunt multum, & adhibentur in cōsilia, & patronis diligentibus ad eorum prudentiam confugiētibus hastas ministrant. In omnibus igitur iudicijs in quibus ex fide bona est additum primus causarum usus est, ut inter bonos bene agi oportet. In primisq; in arbitrio rei uxoriæ, in quo est quid melius, æquius parati esse debent. Illi dolum malum, illi fidem bonam, illi æquum bonum, illi quid socium socio. Quid eum qui negocia aliena curasset, et cuius ea negocia fuissent. Quid eum qui mādasset, eumue cui mandatū esset, alterū alteri præstare oporteret. Quid uirum uxori, quid uxorē uiro tradiderunt. Licebit igitur diligenter cognitis argumentorum locis, non modo Oratoribus & Philosophis, sed Iuris etiam peritis copiosè de cōsultationibus suis disputare.

Diuiso causarum loco atque ordine suis partibus distributo, de loci eiusdem facultate, quibusq; uberius, quibusq; angustius accommodetur, uti sæpe Ciceroni mos est, differit. Primum enim, inquit, Oratoribus ac Philosophis, quorum in disputationibus larga materia est, multa ex causarum loco argumentorum suppetit copia. Communis quippe Oratoribus ac Philosophis hic locus esse prospicitur qui est à causis. His naturas rerum quod est Philosophiæ propriū, illis quod Oratorię facultatis est, facta probantibus. Nam & cum res quælibet quæritur, eius causæ à Philosophis uestigari solent. Quibus præmissis, ut superius dictum est, comitatur statim quod concludendum est, & Oratores ad suspitionem mouendam detergendamue factorū causas requirunt. Hoc quippe stabile in hominum mentibus manet, quod neq; factum, neq; res ulla præter illam omniū principem naturā, sine proprijs causis possit existere, quo fit ut uberrimus causarum usus sit in Rhetorū orationibus, Philosophorūq; tractatu, sed ut hūc libellum M. Tullius scribēs, pleraq; omnia Trebatio dedisse uideatur. Hunc locum Iuris quoque consultis attributum esse demonstrat dicens: etsi non tam uberes opportunitates habeat hic locus in Iurisperitorum respōsionibus, subtilius certè atq; acutius pro ipsius artis natura tractari potest, scilicet, ubertatem quæ deerat, subtilitatem quæ poterat inesse compensans. Habent enim etiā ipsi proprium campum in quo eorum uirtus possit enitere. Est enim Iurisconsultorum prudentię priuatarum quæstio causarum, maximeq; in illis negotijs, hic causarum locus examinabitur, in quibus bonæ fidei iudicia nectuntur. In his enim qui fuerit animus contrahentium quæri solet, qui deprehendi uix poterit, nisi præcedētibus causis investigatur. In his igitur iudicijs in quibus additur, ut ex bona fide iudicent, id est, ubi ita iudices dantur, ut non strictas inter litigantes stipulationes, sed bonā fidem quærant. Plurimus causarum usus est, additur ut inter bonos bene agi oportet, considerantur mores, inquirūtur consilia. Statuitur quibus, quidq; de causis administratum sit. In primisq; in iudicio uxorię rei uberrimus causarū tractatus est. Est autem iudicium uxoriæ rei, quoties post diuortiū de dote cōtentio est. Dos enim licet matrimonio cōstante in bonis uiri sit, est tamen in uxoris iure, & post diuortiū uelut res uxoria peti potest. Quæ quidem dos interdum his conditionibus dari solebat, ut si inter uirū uxoremq; diuortiū contigisset, quod melius æquius esset, apud uirū remaneret, reliquum dotis restitueretur uxori, id est, ut quod ex dote iudicatum fuisset melius, æquius esse, ut apud uirum maneret, id uir sibi retineret, quod uero non esset, melius æquius apud uirum manere, id uxor post diuortium reciperet. In quo iudicio nō tantum boni natura spectari solet, uerum etiam comparatio bonorum fit, ut non tam quod æquum, sed melius æquiusq; est id sequendum sit. Quæ omnia ex præcedentibus causis inuestigari solent. Nam si uiri culpa diuortium factum est, æquius melius

est nihil

est nihil apud uirum manere. Si mulieris est culpa, æquius melius est sextans retineri. In hisq; omnibus peritissimi iurisconsulti esse debent, quo fit ut Trebatium quoque hortetur ad studium. Multa enim esse dicit, quę eorum operam expectant, illi enim, inquit, dolum malum, illi bonam fidem, illi æquum & bonum, illi etiam quid socius socio præstare debeat, quid is qui alienum in se gerendum sponte negocium susce pisset, ei cuius id negocium fuerat, quid is qui mandauerit ei cui mãdauerit suorũ ne gociorum actiones, quid uir uxori, quid uxor uiro tradiderit, quę omnia ad posterio ra causę sunt, atq; exinde iudicia sumũtur, idcirco enim uerbi gratia, quodlibet illud iudex pronunciare debet in uxoris ac uiri causa, quia uirũ hoc præstare oportet uxo ri, idcirco etiam mandato rei cui mandauerit, obligatus esse iudicandus est, quia in ter mandatorem susceptoremq; negocij illud est obseruandũ, omnia quoq; quę quis que alteri præstare debet ea in tractandis iudicandisq; negocijs causæ sunt, quocirca rectè concluſit diligenter cognitis argumentorum locis, & Oratoribus, & Philoso phis, & iurisconsultis argumentorum copiam non defuturam.

Cõiunctus huic causarum loco ille locus est, qui efficitur ex causis, ut enim causa quid sit effectũ indicat, sic quod effectum est, quæ fuerit causa demon strat. Hic locus suppeditare solet Oratoribus & Poëtis, sæpe etiam Philoso phis, sed his qui ornatè & copiosè loqui possunt, mirabilem copiam dicen di, cum denunciant quid ex quaq; re sit futurũ. Causarum enim cognitio co gnitionem euentorum facit.

Omnia quę ad se referuntur rectè dicuntur esse coniuncta, ipsa enim relatio rerũ effi cit coniunctionem, quod si causa alicuius causa est, non alterius, nisi sui effectus est causa, itemq; si est aliquis effectus, ex causarum principijs uenit, iurè igitur ab effectis locus, causarum loco debet esse coniunctus, quoniam uero semper quę ad se referun tur æquantur, necesse est, quę ubertas sit causarũ, eadem quoq; sit effectorum. Quo niam enim causa præter effectum esse non potest, cum sit causa super effectũ, necesse est ut ex euẽtibus quoq; atq; effectibus, plurima suppetãt argumenta. siquidẽ ex cau sis etiam plurimam contrahuntur, nam sicut cuiuslibet effectus potest causa tractari, si ex qualibet causa potest, qui sit euentus ostendi, rectèq; ait causarũ cognitio euen tuum cognitionem facit, ut enim in prædicamentis ostenditur, sciri relatiuũ aliquod non potest præter reliqui scientiam relatiui.

Reliquus est comparationis locus, cuius genus & exemplum suprà positum est, ut cæterorum, nunc explicanda tractatio est. Comparantur igitur ea omnia, quæ aut maiora, aut minora, aut paria dicuntur, in quibus spectãtur hæc, numerus, species, uis, quædã etiam ad res aliquas affectio. Numero sic comparabuntur ut plura bona paucioribus bonis anteponantur, pauciora mala, malis pluribus. Diuturniora bona breuioribus, longè & latè perua gata, angustis, ex quibus plura bona propagentur, quæquę plures imitentur & faciant. Specie autem comparanntur, ut anteponantur, quæ pro pter se expetenda sunt, his quæ propter aliud, & ut innata atque insita af sumptis & aduentitijs, integra contaminatis. Iocũda minus iocundis, hone sta ipsis etiam utilibus, Procliuia laboriosis, necessaria non necessarijs. Sua alienis, rara uulgaribus. Desiderabilia his quibus facilè carere possis. Perfe cta inchoatis, tota partibus, ratione uigẽtia rationis expertibus, uoluntaria necessarijs,

necessarijs, animata inanimatis, naturalia non naturalibus, artifici osa nõ ar tificiosis. Vis autem in comparatione sic cernitur. Efficiens causa grauior quàm non efficiens. Quæ seipsis contenta sunt, meliora, quàm quæ egent alijs. Quæ in nostra quàm quę in aliorum potestate sunt. Stabilia incertis. Quæ eripi non possunt his quæ possunt. Affectio autem ad res aliquas est huiusmodi. Principum commoda maiora, quàm reliquorum. Itemq; quę io cundiora, quæ pluribus probata, quæ ab optimo quoq; laudata. Atque ut hæc in comparatione meliora sunt, sic deteriora quæ his sunt contraria. Parum autem comparatio nec elationem habet, nec submissionẽ, est enim æqualis. Multa autem sunt, quæ æqualitate ipsa comparẽtur. Quæ ita ferè concluduntur. Si consilio iuuare ciues & auxilio æqua in laude ponendum est, pari gloria debent esse hi, qui consulunt & hi qui defendũt, at quod pri mum est, quid sequitur igitur.

Omnis comparatio duplex est, aut enim æqualia sibimet comparantur, aut inæqua lia, sed in his quæ sunt æqualia semper eadẽ esse notatur æqualitas. Inæqualia autem in gemina ueluti membra diuiduntur, minoris, scilicet, atque maioris. Nam quod mi nus est, non per se minus est, sed comparatione maioris. Itemq; quod maius est, mino ris comparatione dicitur maius. Quæ cum ita sint diuidit, atque ante oculos ponit omnium comparationum modos, & quod raro in superioribus locis fecit, ipsas ma ximas propositiones ponit in comparationibus cõstituras, ut si quando loco sit no bis comparationis utendum, habeamus quoddam, uelut inuentionis exemplar, ad quod quærentem animum possimus aduertere. Omnis igitur comparatio, aut in nu mero constat, aut in specie, aut in ui, aut in aliqua locata extrinsecus affectione. Nam quodcumque conferre contendimus, aut numero comparamus, & secundũ id aliud maius, aliud minus esse decernimus, aut speciem ipsam intuentes, eamq; alij compa rantes de excellentia iudicium damus, aut aliud consideramus, quid res quæq; pos sit efficere, & in quantum eius progredi possit natura, aut ex aliorum quodammo do cõtinentia, & ex circumstantium affectione rem quam alij conferimus intue mur. Numero igitur quæ comparantur, si ex eodem sint genere, plura pauciori bus anteponũtur, uelut si bona omnia sint æqualia, iure quisquam plura bona pau cioribus anteponit. Et est hæc maxima propositio. Plura bona paucioribus antepo nuntur, & in cæteris quoque eadem ratio perspicitur maximarũ propositionum, at si omnia in contrario sint genere, pluralitati paucitas præferenda est, ut pauca ma la pluribus malis, mala uero ipsa bonis nullo modo cõferuntur. Quę enim ullo mo do compensantur, in eodem esse genere debent, non in contrario. Nam cum aduer sum se contraria è regione locata sunt, conferri comparariq́ue non possunt, quod sibi intelliguntur esse inimica. Est etiam secundum numerum comparatio in tempo ris quoque ratione. Nam cum tempus certis quibusdam spatijs diuidatur, uelut ho re, diei, mensis, atque anni. Ex æqualibus bonis ea magis eligenda sunt, quæ diu turnius perseuerant, quod in numero positum esse nullus ignorat. Ipsa enim diu turnitas plurimos esse uel dies, uel menses, uel annos fatetur, quibus duret id quod eligitur. Longè etiam peruagata bona, angustis & in unum minimum locum coar ctatis numeri comparatione præcedunt. Nam quæ longè latèq; peruagata sunt, ea in plurimas gentes regionesq; dissusa sunt, pluralitas uero cuiuslibet rei numerum spectat. Iam uero ex quo plura propagantur bona quis non iudicet esse meliora his quorum est inops bonorum contractiorq; fecunditas? Quis etiam bonum quod pl res imitentur ut faciant, cæteris quæ ita nõ sint, excellere nõ arbitretur, quæ in numero

conſtare quis neſciat, quando in numero pluralitas conſtat. Specie uero comparan
tur, quæ per ſeipſa cõſiderata ſuę quodammodo pulchritudinis merito cæteris ante
feruntur. Meliora enim ſunt quæ propter ſe, quàm quę propter aliud expetuntur,
ueluti ſalus quę propter ſe expetitur medicina propter ſalutẽ. Quocirca melior eſt
ſalus quàm medicina, atq; hæc non ad aliquem numerum, nec poſtremo ad aliquam
quantitatem, ſed ad ipſam ſpeciem ſalutis ac medicinæ cõſiderationem referentes iu
dicium promimus. Illa quoq; quæ innata atq; inſita ſunt, aſſumptis & aduentitijs me
liora iudicantur, unde innata moribus grauitas, longè amplius excellit eam quæ per
imitationem affectatur. Integra etiã potius quàm contaminata melioris rei iudicium
ferunt. Nam quæ integra ſunt, ſuam ſpeciem ſeruant, quę contaminata ſunt, atq; ex
aliqua parte uitiata, ſiqua etiam inerat ſpeciei pulchritudinem perdiderunt. Iocunda
minus iucundis meliora, cõmunis omniũ animalium natura dijudicat. Honeſta utili
bus ſapientes anteponũt, procliuia laborioſis anteferri illa res monſtrat, q; nemo ad
eundẽ finem per laborioſam atque aſperam uiam tendere cupiat, ad quẽ poſſit pro
cliui, facilíq; itinere peruenire. Labor quippe omnis iniocundus eſt, iocunda eſt faci
litas. Neceſſaria etiam non neceſſarijs partim præferri, partim etiã poſtponi debent.
Quod M. Tullius tacuit. Neceſſaria quippe præferuntur his nõ neceſſarijs, quæ non
boni ratione, ſed uoluptatis appetitione ſunt cõſtituta, ueluti luxu regio parata con
uiuia, nullus ſapiẽs iudicet eſſe meliora his, quę naturę expleant indigentiam, quę
dam uero ſunt quæ ipſa ſpecie boni, cum non neceſſaria ſint, meliora ſunt neceſſa
rijs. Nam uiuere neceſſarium eſt, & ſine eo ſubſiſtere animal nequit. Philoſophari
uero non eſt neceſſarium, melius tamen longeq; excellentius eſt Philoſophum uiue
re, quàm tantum uiuere. Illud enim raro paucíſq; etiam utentibus ratione cõceſſum.
Illud pecudibus commune nobiſcum, ſuá quoque alienis iure meliora eſſe dicuntur,
ueluti hominibus ratio potius quàm uoluptatis appetitio, illud enim proprium eſt
hominis, illud alienum, rara quoque uulgatibus meliora ſunt, atque hic locus appro
bat id quod ſuperius dictum eſt Philoſophãtem uitam ipſa uita eſſe meliorem. Nam
quæ rara ſunt, facilè id quod uulgare eſt antecedunt. Deſiderabilia etiam his quibus
facilè carere poſſis, illa res approbat eſſe meliora, quod maximè deſiderantur, & ſi
ne his anxia uita eſt, ueluti ſi quis capillis uiſum conferat. Aegrius enim toleramus
carere uiſu quàm capillis, ita ex hoc meliorem eſſe uiſum capillis iudicamus. Quod
his facilè, illo, æquo animo carere non poſſumus. Perfecta etiam imperfectis natu
raliter excellunt, illa enim ſuam formam adepta ſunt, illa minimè. Tota etiam par
tibus eodem modo excellentiora eſſe arbitramur. Nam quod totum eſt, habet na
turæ propriam formam. Quod uero pars eſt & ad totius nititur perfectionem, non
dum ſuæ pulchritudinis ſpeciem cœpit, niſi ad totius integritatem referatur, iam ue
ro ratione utentia rationis expertibus nullus dubitat eſſe meliora. Volũtaria quo
que neceſſarijs iure anteponuntur. Namque uoluntaria libera ſunt, quæ neceſſaria,
quodam nos ueluti dominio neceſſitatis aſtringunt, atque ideo meliora eſſe uolun
taria neceſſarijs exiſtimamus, quamquam in hoc etiam illud intelligi poſſit, quod
à nobis ſuperius dictum eſt. Non neceſſaria ſæpe neceſſarijs anteponi, quandoqui
dem eá quæ uoluntaria ſunt non fuerint neceſſaria, uoluntaria uero meliora ſunt ne
ceſſarijs. Non neceſſaria igitur ſæpe neceſſarijs excellunt, animata quoque inanimis
tis ipſius animæ uegetatione conſiderata anteponenda eſſe ratio perſuadet. Natura
lia etiam nõ naturalibus, & artificioſa inartificioſis. Optimusq; hic gradus eſt, ut na
turam arti, artem præferas inertiæ, ars quippe imitatur naturam, quo fit ut id quod in
ſe retinet pulchri ex natura ueniat, cuius imitari ſpeciem cupit, longè uero poſtre
ma ſunt, quę cum artificio carent, non à ſpecie ſolum naturæ, uerũ etiam ab imitatio
ne diſcedũt, atq; hæc quidem de ſpecie in comparationibus cõſiderantur. Vis aũt in
eo cõſiſtit in quo conſiderat quid unaquæq; res poſſit efficere, nam q quęq; res po
teſt, ea uis eius rectiſſimè dicit. Efficiẽs igit causa grauiorẽ uim habet q ea quę nihil
efficit,

efficit, uelut artifex melior quàm materia, illa quippe ſtolida eſt atque immota. Nec
aliquid efficiens, niſi formam ab artifice, id eſt, ab efficiente cauſa ſuſceperit. Itẽ quæ
ſeipſis cõtenta ſunt, meliora eſſe his uidẽtur quę egent alijs, ueluti omniũ Deus opti
mus eſt, quia nullo indiget, & ipſo cũcta ſunt indiga. Item quę in noſtra ſunt poteſta
te magis eligenda ſunt q; quę in aliena manu poſita facilè labuntur, quo fit ut ſit uir
tus melior q; diuitiæ. Nã uirtus eſt in noſtra poteſtate, diuitiarũ fortuna domina eſt,
iam uero ſtabilia incertis, quę eripi nõ poſſunt his quę poſſunt, ſi tamen bona ſunt,
quis non intelligat eſſe meliora? quorum tamen locorũ, pars contraria cõtrarium te
net, inſpectis quippe his quæ meliora ſunt, ſi horũ aduerſa uideamus deteriora ſunt.
Reſtat in affectione poſita cõparatio quę ita tractatur, ut nõ per ſemetipſam res quæ
alij cõfertur, ſed ex alterius cuiuslibet conſideratione penſetur, uelut in tribus qui
buſdam rebus ſi duæ ad ſe inuicem cõparentur, eo quòd ad tertiã plus minus ue iun
gantur. Sint enim duo quædam humanis rebus accommodata, quarum una principi
bus atq; etiam ipſi reipublicę accommodatior. Hic igitur iudicabimus eam rem eſſe
meliorem quæ melioribus prodeſt, id eſt, ut reipublicę uel principibus non conſide
rantes ut ſeſe res habeat, ſed quantũ reipublicę uel principibus adiuncta ſit. Hęc igi
tur res ex affectione eſt comparata, meliusq; iudicatur id quod principibus commo
dum eſt, quàm id quod aliquibus priuatis, quoniam principes reliquorum etiam con
tinent ſtatum. Eodem modo ſunt quæ ſequuntur, ut quæ iucundiora ſunt pluri
bus, quę clariora inter multos, quę pluribus cõprobata ſunt, meliora ducãtur. Nam
etiam ſi minus ipſa huius naturæ ſint, affectione tamen, ut dictum eſt, eorum quibus
ue iucundiora, uel inter quos clariora ſunt, aut à quibus probantur, meliora exiſtima
da ſunt. Sed quanq; id quod à pluribus bonum ducitur, ſuperius in ea cõparationis
parte poſuerit in qua fiebat ſecundum numerũ comparatio, nihil tamen impedit eun
dem locum ſecundum aliam atq; aliam cõſiderationem diuerſis generibus ſubdi, ue
lut ala auis cum ſubſtantia ſit, eadem tamen ad aliquid eſſe intelligitur, ſi ad alatum
conſideretur. Illa quoq; ex affectione uidentur eſſe meliora, quæ ab eo laudata ſunt,
contra quem Dialectica oratione uel Rhetorica facultate diſceritur. Nam ut reuin
cere aduerſarium poſſis, ſat eſt ſi eum tibi conſenſiſſe monſtraueris, atque id aliquan
do uelut optimum prædicaſſe, quod tu melius re propoſita monſtrare contendas.
Dictis igitur omnibus meliorum locis, his oppoſiti quę deteriora ſunt cõtinebunt.
Pariũ uero nulla diſcretio eſt. Neque enim quod par eſt, aut intentionem ſumere,
aut remiſſionem poteſt. Quibus autem modis inter ſe maiora minoraque pendun
tur, iiſdem inter ſe paria conferuntur. Nam quæ uel numero, uel ſpecie, uel ui, uel af
fectione fuerint, æquè paria eſſe dicuntur. Commune autem cunctorum exemplum
eſt, quod Cicero in qualitate conſtituit, quæ qualitas in cunctis paribus æqua eſt, ſed
uel numero, uel ſpecie, uel ui, uel affectione paria ſunt. Nam in eorum comparatione
quę maiora uel minora ſunt, una quædam qualitas eſt, ſed horum acceſſione uarian
tur. Nam quibus in eadẽ qualitate maior numerus, pulchrior ſpecies, efficacior uis,
ad precioſiora coniunctior affectio, ea meliora eſſe exiſtimabuntur. Quę ſi æqua fue
rint, in eadem qualitate paria ſunt. Exemplum uero quod propoſuit, ad blandien
dum Trebatij animum ualet, cum propriam, id eſt, Oratoriam facultatem, cum luriſ
peritorum laude cõiungit, hoc modo: Si conſilio iuuare ciues, quod luriſperitorum
eſt, & auxilio, quod Oratorum eſt, æqua in laude ponendum eſt, pari gloria debent
eſſe qui conſulunt, id eſt, periti luris, & hi qui defendunt, id eſt, Oratores. Atqui pri
mum eſt, id eſt, conſilio iuuare ciues, & auxilio, æqua in laude ponendum eſt. Quod
ſequitur igitur, id eſt, infertur. Ea uero concluſio eſt per quam dicimus. Hi igitur qui
cõſulunt, & hi qui defendunt, pari gloria eſſe debent. Hoc autẽ breuiter Dialecti
corum more protulit, qui ſic enunciant: Si dies eſt, lucet. At quod primum eſt, id
autem tantundem eſt, ac ſi dicatur: Atqui dies eſt. In propoſitione enim quæ eſt. Si
dies eſt, lux eſt, prior eſt propoſitio, dies eſt. Concludunt q; ſequitur, igitur, id eſt,

eſſe

esse lucem. Id enim in prima parte propositionis, quæ erat. Si dies est, sequebatur. Igitur hic quoq; Cicero sic protulit: Atqui primũ est, id est, cõsilio & auxilio iuuare ciues æqua in laude esse ponendum, id enim erat primum in ea propositione quæ dicebat: Si consilio & auxilio ciues iuuare, æqua in laude poneretur, pari gloria esse Oratores iurisq; consultos. Quod sequitur igitur, id est, pari gloria debent esse qui consulunt ac defendunt, id enim erat cõsequens in ea propositione quæ statuebat. Si cõsilio & auxilio ciues iuuare par esset, pares esse qui consulunt ac defendunt.

Perfecta est omnis argumentorum inueniendorum præceptio, ut cũ profectus sis à definitione, à partitione, à notatione, à cõiugatis, à genere, à forma, à similitudine, à differentia, à contrarijs, ab adiunctis, à consequentibus, ab antecedẽtibus, à repugnantibus, à causis, ab affectis, à cõparatione maiorũ, minorum, parium, nulla præterea sedes argumenti quærenda sit.

Tametsi ex his quæ dicta sunt, intelligatur nullum argumenti locum esse præteritũ, breuiter tamen Ciceronis conclusionem, qua se nihil omisisse commemorat, ad amplioris doctrinæ fidem approbandã reor, in his enim nihil omnino prætermittitur quę certa ratione tractãtur. Nulla uero certior ratio diuisione, quod enim quisq; partitur à communibus in particularia deducens, cum rectum iter insistat, labi atq; in errorẽ duci nõ potest. Locorum igitur omniũ prima diuisio fuit in ea quæ in ipsis hærent, & ea quæ assumerentur extrinsecus. Cuius diuisionis nihil medium reperiri potest, aut enim in ipso est aliquid de quo quæritur, aut extrinsecus necesse est assumatur. Videamus igitur nunc quemadmodũ disputatio per nihil omittentẽ diuisionem feratur. Eorũ igitur locorũ, qui in ipsis sunt de quibus agit, nũc ex toto, nunc ex partibus, nunc ex uocabulo, nũc ex affectis sumitur argumentũ. In his igitur quoniã nihil relictum sit, perspicuè apparet. In eo enim q; cõiunctum est, duplex discretio est, una ex eo ipso q; formatũ est, atq; cõpositum, quod totũ est, in quo etiã definitiones adhibentur, alia in eius partibus inspiciendis, ex quibus compositi forma coniuncta est. Sed quoniam natura hominum id quod intelligit, uoce sæpius prodit, necesse est ut nomen quoq; quod ad intellectus declarationem adhibetur, ostẽdat aliquam rei, quam significat proprietatẽ, intellectus quippe, qualitatẽ rei, quam intelligit significat. Quocirca nomen quoq; intellectus qualitatem designat. Iure igitur dictum est, proprietatem quandam rei uocabulo significari, atq; ita ex eo trahi argumẽtum potest, quod uocatur à nota. Horum uero locorum alias partitiones dedit, quas paulò post breuius colligemus. Affecta uero, quæ, ut superius dictum est, in relatione consistunt, ipsa etiam ritè diuisa sunt. Nam quæ referuntur ad aliquid, aut substantialia sunt, aut accidentia. Substantialia, ut coniugata, nam iusto, in eo quòd iustus est, iustitia substantiam facit. Nec id dico, quod homini esse ex iustitia constituatur, sed iusto, qui iustitia discedẽte corrumpitur. Similis & de eo quòd est iustè aduerbio, ratio est. Est etiã substantiale, genus, species, differentia, causa, effectus. Accidẽtia, ut contrarium, simile, adiunctum, paria, maiora, minora. Cõsequentia uero, atq; repugnantia, quoniam ut superius dictum est in conditione posita sunt, nunc substantialia reperiuntur, nunc uero in accidentibus cõsiderantur. Substantialia, ut cum genus antecedit speciem, accidentia, ut cum nigredo precedentem sequitur coruum, quãquam etiam in causis aliquæ accidentes esse possint. De quatũ omniũ proprietatibus Tullius suprà disseruit. Atq; ut breuissima descriptione tota locorũ diuisio colligatur, erit hoc modo: Omne argumentum aut ex his locis ducitur, qui in ipso de quo quæritur inhærent, aut ex his, quæ extrinsecus assumunt. Is uero locus qui in ipsis de quibus ambigitur, positus est, diuiditur in eum locũ qui est ex toto, & in eum qui est ex partibus, & in eum qui est ex nota, & in eum qui est ab affectis. Is autem qui à toto est, à definitione locus uocatur. Definitionum uero aliæ sunt propriæ, aliæ non propriæ.

Non propriarum uero, aliæ sunt quæ singulis nominibus denotantur, aliæ quæ oratione panduntur. Earum uero quæ singulis nominibus fiunt, aliæ sunt in quibus pro nomine redditur nomen, quæ dicuntur κατ' ἀντίλεξιν, alię quę exempli gratia nomen subijciunt, quæ dicuntur ὡς τύπῳ. Earum uero quæ oratione declarantur, aliæ fiunt à partitione, aliæ à diuisione, aliæ à differentijs præter genus, quæ ἐννοηματικὴ dicitur, alię quæ ex pluribus qualitatibus fiunt, etiam singulis totum id significãtibus, quod omnis qualitatum collectio declarat, quæ uocantur ποιώσεις, aliæ quæ ex accidentibus, non singulis, sed cunctis unum aliquid efficientibus constant, aliæ quę ad differentiam dantur, aliæ per translationem, alię quæ ex priuatione cõtrarij, alię quæ propriis nominibus aptantur, quæ etiam ὑποστάσεις dicuntur, aliæ per indigentiã pleni, alię per ꝓportionẽ, aliæ per relationem, aliæ per causam. Item alia definitionis diuisio secundum Tullium principalis, quod aliæ corporalium rerum sint, aliæ incorporalium, & definitionis quidem locus ita diuisus est. A partibus autem locus diuiditur in partitionem & diuisionem. A nota uero locus simplex est. Ab affectis autem, alij sunt à coniugatis, alij à genere, alij à forma, alij à simili, alij à differentia, alij à contrarijs, alij ab adiunctis, alij à consequentibus, antecedentibus & repugnantibus, alij à causa, alij ab effectis, alij à comparatione parium, maiorum, uel minorum. Genus uero diuiditur in suprema genera, & in ea quæ etiã species esse possunt. Species quoque diuiditur in ultimas species, & in ea quæ etiam genera esse possunt. Similiũ quoque alia in singulis considerantur & uocantur exempla, alia in pluribus, & appellatur inductio, alia in coniunctis, & uocatur proportio. Item differentiarum, aliæ sunt substantiales, aliæ etsi non substantiales, inseparabiles tamen, aliæ neq; substantiales, neque inseparabiles. Contrariorum alia dicuntur aduersa, alia priuantia, alia negantia, alia relatiua. Adiunctorum uero alia sunt quæ ante rem existunt, alia quæ cum re, alia uero post rem. Locus uero conditionalis diuiditur in antecedens, consequens, & repugnans. Causarum quoq; multiplex locus est, aliæ namq; sunt quæ ui sua efficiũt, aliæ sine quibus effici non potest. Earum uero quæ ui sua efficiunt, aliæ sunt necessariæ nihilo indigentes ut efficiant, alię uero indigentes ut efficiant, aliæ uero indigentes & non necessariæ. Earum uero sine quibus nõ efficitur, aliæ sunt mobiles aliæ immobiles. Item causarum, aliæ sunt non spontaneæ, alię ex uoluntate, aliæ ex perturbatione, aliæ ex habitu, aliæ ex natura, alię ex arte, aliæ ex casu. Rursus causarum alię sunt constantes, aliæ inconstantes. Amplius, causarum aliæ sunt uoluntariæ, aliæ ignoratæ. Ignoratarum pars in casu, pars in necessitate est constituta. Necessariũ pars in ui, pars in scientia posita est. Effecta uero in tantum diuidi possunt, in quantum ad superius dictas causas referuntur. Locus uero à comparatione minorum, parium, ac maiorum, diuiditur in numerum, speciem, uim, ad res alias affectionem. Quę cũ ita sint, cumq; nihil sit in diuisione prætermissum, rectè M. Tullius partitionem consecutus est, dicens, nullam argumenti sedem esse preteritã. Restat igitur locus qui extrinsecus sumitur, quem, quoniam nihil Iurisconsultis est utilis, non Trebatij causa, sed ne quid perfecto operi deesse uideatur, adiungit.

Sed quoniam ita à principio diuisimus, ut alios locos diceremus in eo ipso de quo ambigitur, hærere, de quibus satis est dictum, alios assumi extrinsecus, de ijs pauca dicamus, etsi ea nihil omnino ad uestras disputationes pertinẽt, sed tamen totam rem perficiamus, quandoquidem cœpimus. Neq; enim tu is es, quem nihil nisi ius ciuile delectet, & quoniam ad te hæc ita scribuntur, ut etiam in aliorum manus sint uentura, detur opera, ut quàmplurimum ijs quos recta studia delectant, prodesse possimus.

Ne locus nihil Iurisperito profuturus negligentiam sui faceret, Trebatiũ ut in proœmio magnus Orator reddit attentum, ait enim ita sese diuisisse in principio, ut

alios locos in ipsis hærere diceret, de quibus ageretur, alios extrinsecus assumi. Et cũ de superioribus locis idonee disputatum sit, intractatam reliquam partem non oportere præteriri. Neque enim hunc esse Trebatium, qui sua arte contentus, cæterorum studia negligat, uerum diligentia atq; ingenio plurimum ualens, cuncta ad se pertinere ducat, quæ liberalibus studijs annumerentur, simul dandam esse operam dicit, quoniam benetiolo animo Ciceronis opus Trebatius esset editurus, ut cum in multorum manus uenisset, prodesse ijs integrum posset, qui rectis studijs tenerẽtur, hoc quoq; Trebatio beneficij nomine concedens, quod ad eum scripta, & per eum edita plurimis profutura conscriberet.

Hæc ergo argumentatio quæ dicitur artis expers, in testimonio posita est.

Testimonium autem nunc dicimus omne quod ab aliqua re externa sumitur, ad faciendam fidem.

Extrinsecus positum argumenti locum, quem M. Tullius uocat artis expertem, in testimonio positum esse pronuntiat. Dubitari autem potest quid hic locus à superioribus differat, quos in affectis locauit. Nam uti affecta semper in relatione sunt constituta, ita etiam testimonia, ad ea quorum sunt testimonia, referuntur. Omne enim testimonium, testatæ rei testimonium est. Quocirca, cur aut ea quæ affecta, dudũ uocata sunt, non extrinsecus collocentur, aut ea quæ nunc uocantur extrinsecus, non inter affecta ponantur, quæri potest, cum præsertim ea quæ adiuncta esse negotio superius diximus, ueluti quoddam testimonium sæpe rebus afferant, cum ex eorũ quæ præcesserunt, uel consecuta sunt signis, quod gestum sit considerari solet. Quorum omnium communis illa solutio est, quod ex affectis argumenta quæ sunt, ab Oratore inueniuntur, eius q; operæ atq; industria nascuntur. Ea uero quæ extrinsecus posita sunt, rei tantum testimonium præbent, non enim inueniuntur ab Oratore, sed his Orator utitur positis atq; ante constitutis. Nam quæ à genere, uel à specie, uel à cæteris affectis argumẽta sunt, ab ipso quodam modo Oratore reperiuntur. Testimonia uero sibi ipse non efficit, sed ad causam utitur ante præparatis, quo fit ut argumenta ex affectis in causa statim atq; ex tempore nascantur, ea uero quæ in testimonijs posita sunt, ante rem præ currentia confirmando usum negotio posterius præstent, & in aduũctis ab Oratore coniectura colligitur, et auditorum mentibus intimatur. Testimonia uero non in coniecturis, aut in suspicionibus, sed in rei gestæ narratione consistunt. Ostendit autem uehementius quid esset testimonium, cum dicit, id à se testimonium uocari quod ab aliqua externa re sumitur. Omnia quippe affecta, ab eis ad quæ affecta sunt, non uidentur externa. Testis uero cum re testificata nulla cognatione coniungitur, nisi sola notitia, quæ nihil ad rem quæ gesta est attinet, cum si gestũ negotium nullus agnosceret, nihilominus tamen gesta res esset, sed id poterit etiam ad similitudinem duci. Quid enim minus esset aliquid, si ei simile nihil reperiretur? sed quod simile est, ei cui simile est, eadem qualitate coniungitur, quæ qualitas utrunque conformat. Scientia uero quamuis efficiat testem, nulla tamen qualitate coniungitur cum re, cuius illa notitia est. Neq; enim scientis notitia, rei gestæ qualitas dici potest, cum si notitia, qualitas rei posset intelligi, pereuntibus his qui rem norũt, res uel interiret, uel mutaretur, quod neutrum euenire necesse est, quando quidẽ absumptis scientibus, res ignorata poterit permanere.

Persona autem non qualicunq; testimonij pondus habet, ad faciendam enim fidem autoritas quæritur. Sed autoritatem aut natura, aut tempus affert. Naturæ autoritas in uirtute mest maximè. In tempore autem multa sunt quæ afferant autoritatem, ingenium, opes, ætas, fortuna, ars, usus, necessitas, cõcursio etiam nõnunquam rerum fortuitarum. Nam & ingeniosos, & opulẽtos, & ætatis

& ætatis spatio probatos, dignos quibus credatur putant, non rectè fortasse, sed uulgi opinio mutari uix potest, ad eam q; omnia dirigũt, & qui iudicãt, & qui existimant. Qui enim his rebus quas dixi, excellunt, ipsa uirtute uidentur excellere. Sed reliquis quoq; rebus quas modo enumerari, quãquam in ijs nulla species uirtutis est, tamen interdum confirmatur fides, si aut ars quædam adhibetur, magna enim est uis ad persuadendum scientiæ, aut usus. Plerumq; enim creditur ijs qui experti sunt. Facit etiam necessitas fidem, quę tũ à corporibus, tum ab animis nascitur. Nam & uerberibus torti, et igni fatigati quæ dicunt, ea uidetur ueritas ipsa dicere, & quæ à perturbationibus animi sunt, dolore, cupiditate, iracundia, metu, quia necessitatis uim habent, afferunt autoritatem, & fidem. Cuius generis etiam illa sunt, ex quibus nonnũ quam uerũ inuenitur, pueritia, somnus, imprudentia, uinolentia, insania. Nã & pueri sæpe indicauerunt aliquid, ad quod pertineret ignari, & per somnum, uinum, insaniam, multa sæpe patefacta sunt. Multi etiam in res odiosas imprudentes inciderunt, ut Staterio nuper accidit, qui ea locutus est bonis uiris subauscultantibus pariete interposito, quibus patefactis, in iudiciũ q; pro latis, rei capitalis iure damnatus est. Huic simile quiddam de Lacedemonio Pausania accepimus. Concursio autem fortuitorum talis est, ut si interuentũ est casu, cum aut ageretur aliquid quod proferendum non esset, aut diceretur. In hoc genere etiam illa est in Palamedem iecta suspitionum proditionis multitudo, quod genus refutare interdum ueritas uix potest.

Quoniam locum artis expertem in testimonio positum esse dixit, in testimonijs uero personarum fidem suam interponentium autoritas quæritur, necessarium fuit, quibus rebus fieri soleat autoritas, expedire. Ac cætera quidem clarissimè atq; apertissimè dicta sunt. Sed quoniam autoritatem in naturam tempus q; diuisit, cum q; in tempore, ingenium, opes, ætatem, fortunam, artem, usum, necessitatem, cõcursionem etiam nonnunquam rerum fortuitarum locauit, quæri potest. Quid enim attinet ad tempus ingenium? quid ars? quid usus? Nam ætas atq; opes, fortuna, & fortuitarũ rerum concursio, subiecta sunt tempori, quoniam unum quodq; eorum uarijs tẽporum uicibus permutatur. Ingenium uero naturę potius oportuit attribui, artem atq; usum tertium quiddam, quoniam neq; tempori neq; naturę subijciuntur. Quamquã uirtus quoq; ipsa, quàm M. Tullius in naturæ ratione constituit, quibusdam non naturalis, sed tum doctrina, tum recta exercitatione uiuendi uideatur ascita. Sed hoc ita intelligenda diuisio est, quod omnis autoritas aut ex magnis atq; excellentibus rebus & per naturam optimis uenit, aut ab his quæ inferiore loco sunt constituta, fidẽ non ex naturæ qualitate, sed ex uulgò insitis opinionibus capit. Et maximas quidem excellentes q; res in natura constituit, quæ semper, ut ipse Tullius multis in locis defendit, boni est appetens. At uero quæ posteriora sunt, in tempore posuit, idcirco, q; omnia tempori subiecta, principalis boni non retinent statum. Virtus quidem in deterius flecti non potest. Ingenium uero atq; opes, fortuna, & ars, atq; usus sępe non recta exercitatione deprauantur. Nam quicquid horum fuerit à uirtute seiunctum, dignitatem ueræ laudis amittit. Et de uirtute quidem distulit dicere. Posteriorem uero partem, id est, in tempore positę autoritatis diuisit, & euidentissimis patefecit exẽplis. Nam & ingenijs fides adest, atq; ex ea præsto est autoritas plurima. Eos quippe sapientius loqui homines credunt, quorum ingenium ad expedienda quę proposuerint, sufficit,

rint,ſufficit,opibus quoq; præpollentes,dignos fide iudicant,fortuna quoq; & dignitate præclaris,maieſtatem autoritatis impertiunt,non rectè fortaſſe,ſed & iudiciũ in negotijs,& exiſtimatio uitæ, opinione hominum maximè continetur, quæ qua mutari uix poteſt,ad eam cuncta diriget, ea que ſibi tractanda regendaq; proponet Orator. Ars etiam,atq; uſus plurimum ualẽt.In utriſq; enim fidem notitia facit.Neceſſitas quoq; quaſi id quod latebat,extorquens,autoritate ſubnixa eſt. Quę tum ab animo,tum à corporibus uenit,à corporibus, cum igni,ferro, ac uerberibus uerũ quod latet,aperitur,ab animo,cum mens quadam perturbationis uel ignorantiæ neceſſitate contunditur. Tunc enim quid dici,quid taceri debeat,minime diſtinguens, uerum quod occultum erat,prodit atq; effundit in lucem. Nam iracũdia ſæpe,& quælibet animi perturbatio,quod occultandum foret,haud continet,quę idcirco habet autoritatem ad fidem,quia ſimpliciter prodita ſunt,nec ulla calliditatis arte prolata. Quinetiam ignorantia puerorum,uinolentia,ſomnus quædam ſæpe produxit in medium,in quibus ſi iudicium fuiſſet ullum,prolata non eſſent. Sæpe etiã homines præter ullam animi perturbationem imprudentes propria confeſſione obligati ſunt,dũ cuncta ſimpliciter effundunt,quæ ſibi nocitura non exiſtimant, ut Staterio euenìſſe propoſuit,qui interpoſito pariete teſtibus audientibus ea confeſſus eſt,ignorans ſe ab inſidiantibus audiri,quibus uulgatis,in iudicium q; prolatis,capitali ſententia cõdemnatus eſt. Atq; hæc quidem ignorantia,in neceſſitate conſtituta eſt. Nã qui neſcit,id,quod ignorat,ne ſi uelit quidem poterit euitare. Quæ autem neceſſitas extorquet,ipſa quodammodo uidetur ueritas dicere,atq; ideo eis ueluti autoritate ſubnixis fides adhibetur. Concurſio etiam rerum fortuitarum facit fidem,quæ cũ aliquoties falſa deſignet,tamẽ ita eſt uehemẽs,ut ſe ab ea ueritas explicare uix poſſit. Quale eſt quod de Palamede narratur.Phryx extinctus,qui quaſi à Priamo miſſus uideretur,repertæ Priami literæ Phrygia manus imitata,quæ concurrentia,fidem facerent proditionis.Hinc dicit Cicero,talis etiam fortuitarum rerum concurſio eſt.

Finis huius ſexti deſideratur & totus ſeptimus,quo ſequens Ciceronis textus exponebatur.

Huius etiam generis eſt fama uulgi,quoddam multitudinis teſtimoniũ.Quę autem uirtute fidem faciunt,ea bipartita ſunt.Ex quibus alterũ natura ualet, alterum induſtria.Deorum enim uirtus natura excellit,hominum autem induſtria.Diuina hęc ferè ſunt teſtimonia.Primum orationis,oracula enim ex eo ipſo appellata ſunt,quod ineſt his Deorum oratio.Deinde rerũ, quibus inſunt quaſi diuina quædam opera.Primum ipſe mundus,eiuſq; omnis ordo & ornatus,deinceps aëris uolatus auium,atq; cantus,deinde eiuſdem aëris ſonitus,& ardores,multarumq; rerum in terra portenta,atq; etiam per exta inuenta præſentio.Adormientibus quoq; multa ſignificata uiſis, quibus ex locis ſumi interdum ſolent ad fidem faciendam teſtimonia Deorum.In homine uirtutis opinio ualet plurimum. Opinio autem eſt,non modo eos uirtutem habere qui habeant, ſed eos etiam qui habere uideantur. Itaque quos ingenio,quos ſtudio,quos doctrina præditos uident, quorumque uitam conſtantem, & probatam, ut Catonis, Lelij, Scipionis, aliorumque plurium, uidentur eis eſſe quales ſe ipſi uelint. Nec ſolum eos cenſent tales eſſe qui in honoribus populi, req; publica uerſantur, ſed & Oratores, tores,& Philoſophos,& Poëtas, & Hiſtoricos, ex quorũ & dictis,& ſcriptis ſæpe autoritas petitur ad faciendam fidem.Expoſitis omnibus argumentandi locis,illud primum intelligendum eſt,nec ullam eſſe diſputationem,in qua non aliquis locus incurrat,nec ferè omnes locos incidere in omnẽ quæſtionem, & quibuſdam quæſtionibus alios, quibuſdam eſſe alios aptiores locos.Quæſtionum duo ſunt genera,alterum infinitum,definitum alterum. Definitum eſt quod ὑπόθεσιν Græci, nos cauſam.Infinitum, quod θέσιν illi appellãt,nos propoſitum poſſumus nominare.Cauſa certis perſonis, locis, temporibus,actionibus, negotijs cernitur,aut in omnibus aut in pleriſq; eorum.Propoſitum autem in aliquo eorum, aut in pluribus,nec tamen in maximis.Itaq; propoſitum pars cauſæ eſt.Sed omnis quæſtio earum aliqua de re eſt,quibus cauſæ continentur,aut una,aut pluribus,aut nonnunquam omnibus.Quæſtionum autem quacunq; de re ſint,duo ſunt genera,unum cognitionis,alterum actionis.Cognitionis ſunt hæ,quarum finis eſt ſcientia.Vt ſi quæratur, à natura ius profectum ſit, an ab aliqua quaſi conditione hominum & pactione. Actionis autem huiuſmodi exempla ſunt.Sit ne ſapientis ad reip.accedere.Cognitionis quæſtiones tripartitę ſunt,cum an ſit,aut quid ſit,aut quale ſit,quæritur. Harum primum coniectura,ſecundum definitione,tertium iuris,& iniuriæ diſtinctione explicatur. Coniecturæ ratio in quatuor partes diſtributa eſt.Quarum una eſt,cum queritur,ſit ne aliquid.Altera,unde ortum ſit.Tertia,quæ id cauſa effecerit.Quarta,in qua de mutatione rei quæritur.Sit nec,ne ſit.Ecquidnam honeſtum ſit, ecquid æquum reuera,an hęc tantum opinione ſint.Vnde autem ſit ortum, ut cum quæritur natura an doctrina poſſit effici uirtus. Cauſa efficiens ſic,ut cum queritur quibus rebus eloquentia efficiatur.De commutatione ſic,poſſit ne eloquẽtia commutatione aliqua conuerti in infantiam.Cum autem quid ſit quæritur,notio explicanda eſt,& proprietas,& diuiſio,& partitio.Hęc enim ſunt definitioni attributa,additur etiã deſcriptio,quam Græci ὑπογραφὴν uocãt. Notio ſic queritur, ſit ne id ęquum,quod ei qui plus poteſt,utile eſt.Proprietas ſic,in hominem ne ſolum cadat,an etiam in beluas ægritudo.Diuiſio eodem pacto partitio,ſic,Tria ne genera bonorum ſint? Deſcriptio, qualis ſit auarus, qualis aſſentator,cęteraq; eiuſdem generis,in quibus & natura & uita deſcribitur.Cum autem quæritur quale quid ſit, aut ſimpliciter quæritur,aut comparatè.Simpliciter,expetenda ne ſit gloria.Comparatè,prępo nenda ne ſit diuitijs gloria. Simplicium tria genera ſunt, expetendo,fugiendoq;, de ęquo & iniquo, de honeſto & turpi. Comparationum autem duo,unum de eodem & alio,alterum de maiore & minore. De expetendo,& fugiendo huiuſmodi.Si expetendę diuitię, ſi fugienda paupertas. De ęquo & iniquo,ęquum ne ſit ulciſci à quocunq; iniuriam acceperis.De

honeſto & turpi, honeſtum ne ſit pro patria mori. Ex altero autem genere quod erat bipartitum, unum eſt de eodem & alio, ut ſi quæratur quid interſit inter amicum & aſſentatorem, regem & tyrrannum. Alterum de maiore & minore. Vt ſi quæratur, eloquentia ne pluris ſit, an iuris ciuilis ſcientia. De cognitionis quæſtionibus hactenus. Actionis reliquæ ſunt, quarum duo ſunt genera, unum ad officium, alterum ad motum animi uel gignendum uel ſedandum, planeue tollendum. Ad officium ſic, cum quæritur ſuſcipiendi ne ſint liberi. At mouendos animos, cum ſunt cohortationes ad defendendam rempublicam ad gloriam, & ad laudem. Quo ex genere ſunt querelæ incitationes, miſerationesq; flebiles. Rurſusq; oratio, tum iracundiam reſtinguēs, tum metum eripiens, tum exultantem letitiam comprimens, tum ęgritudinem abſtergens. Hæc cum in propoſiti quæſtionibus genera ſint, eadem in cauſas transferuntur. Loci autem qui ad quasq; quæſtiones accommodati ſunt, deinceps eſt uidendum. Omnes illi quidem, ad pleraſq;, ſed alij ad alias, ut diximus aptiores. Ad cōiecturam igitur maximè apta, quæ ex cauſis, quę ex effectis, quę ex coniunctis ſumi poſſunt. Ad diffinitionem autem pertinet ratio & ſcientia definiendi. Atq; huic generi finitimum eſt illud, quod appellari de eodem et altero diximus, quod genus forma quędam definitionis eſt. Si enim quæratur idem ne ſit pertinacia & perſeuerantia, definitionibus iudicandum eſt. Loci autem conuenient in eius generis quæſtionem, conſequentes, antecedentes, repugnantes, adiunctis etiam duobus ijs qui ſumuntur ex cauſis & effectis. Nam ſi hanc rem illa ſequitur, hanc non ſequitur, aut ſi huic rei illa antecedit, huic non antecedit, aut ſi huic rei repugnat, illi non repugnat, aut ſi huic rei hæc, illius alia cauſa eſt, aut ſi ex alio hoc, ex alio illud effectum eſt, ex quouis horum id de quo quæritur idem ne an aliud ſit, inueniri poteſt. Ad tertium genus quæſtionis in quo quale ſit quæritur, in comparationem ea cadunt, quæ paulò ante in comparationis loco enumerata ſunt. In id autem genus in quo de expetendo fugiendoque quæritur, adhibentur ea quæ ſunt aut animi, aut corporis, aut externa, uel commoda, uel incommoda. Itemque cum de honeſto turpique quæritur, ad animi bona uel mala omnis dirigenda oratio eſt. Cum autem de æquo & iniquo diſſeritur, æquitatis loci colliguntur. Hi cernuntur bipartito, & natura, & inſtituto. Natura partes habet duas, tuitionem ſui & ulciſcendi ius. Inſtitutio autem æquitatis tripartita eſt. Vna pars legitima eſt, altera conueniens, tertia moris uetuſtate confirmata. Atque etiam rurſus æquitas tripartita dicitur eſſe. Vna ad ſuperos Deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinere. Prima pietas, ſecunda ſanctitas, tertia iuſtitia, atque æquitas nominantur. De propoſito ſatis multa, deinceps de cauſa pauciora dicenda ſunt. Pleraque

raq; enim ſunt ei cum propoſito communia. Tria ſunt genera cauſarum, Iudicij, Deliberationis, Laudationis. Quarum fines ipſi declarant, quibus, utendum locis ſit. Nam iudicij finis ius eſt, ex quo etiam nomen. Iuris autem partes tum expoſitæ, cum æquitatis. Deliberandi finis utilitas, cuius hæ partes, quę modo expoſitæ rerum expetendarum. Laudationis finis honeſtas, de qua item eſt antè dictum. Sed definitę quæſtiones à ſuis quæque locis quaſi proprijs inſtituuntur, in accuſationem, defenſionemq; partitę. In quibus exiſtunt hæc genera, ut accuſator perſonam arguat facti, defenſor aliquid opponat de tribus, aut non eſſe factum, aut ſi ſit factum, aliud eius facti nomen eſſe, aut iure eſſe factum. Itaq; aut inficialis, aut cōiecturalis prima appelletur, definitiua altera, tertia quamuis moleſtum nomen hoc ſit, iuridicialis uocetur. Harum cauſarum propria argumenta ex his ſumpta locis, quos expoſuimus in præceptis Oratorijs explicata ſunt. Refutatio autem accuſationis in qua eſt depulſio criminis, quoniam Græcè κρίσις dicitur, Latinè appelletur ſtatus, in quo primū inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. Atque etiam in deliberationibus & laudationibus ijdem exiſtunt ſtatus. Nam & negantur ſępe ea futura quæ ab aliquo in ſententia dicta ſunt fore, ſi aut omnino fieri nō poſſunt, aut ſine ſumma difficultate non poſſunt. In qua argumentatione ſtatus cōiecturalis exiſtit. At cum aliquid de utilitate, honeſtate, equitate diſſeritur, deq; his rebus quę his ſunt contrariæ, incurrunt ſtatus aut iuris, aut nominis, quod idem contingit in laudationibus. Nam aut negari poteſt id factum eſſe quod laudatur, aut non eo nomine afficiendum, quo laudator affecerit, aut omnino non eſſe laudabile, quod non recte, non iure factum ſit. Quibus omnibus generibus uſus eſt nimis impudenter Cęſar contra Catonē meum. Sed quæ ex ſtatu contentio efficitur, eam Græci κρινόμενον uocant, mihi placet id, quoniam quidem ad te ſcribo, qua de re agitur, uocari. Quibus autem hoc qua de re agitur, continetur, hęc continentia uocantur quaſi firmamēta defenſionis, quibus ſublatis defenſio nulla ſit. Sed quoniam lege firmius in controuerſijs diſceptandis eſſe nihil debet, dandaeſt opera, ut legem adiutricem, & teſtem adhibeamus. In qua re alij quaſi ſtatus exiſtunt noui, qui appellantur legitimæ diſceptationes. Tum enim defenditur non id lege dici, quod aduerſarius uelit, ſed aliud. Id autem contingit cum ſcriptum ambiguum eſt, & duę differentes ſententiæ accipi poſſunt. Tum opponitur ſcripto uoluntas ſcriptoris, ut quęratur, uerba ne plus an ſententia ualere debeat. Tum legi lex cōtraria affertur. Ita ſunt tria genera quę cōtrouerſiā in omni ſcripto facere poſſunt, ambiguum, diſcrepantia ſcripti & uoluntatis, ſcriptura contraria. In hoc perſpicuum eſt, non magis in legibus quàm in teſtamētis, in ſtipulationibus,

in reliquis quę ex ſcripto aguntur, poſſe controuerſias eaſdem exiſtere. Horum tractationes in alijs libris explicantur. Nec ſolum perpetuæ actiones, ſed etiam partes orationis iſdem locis adiuuantur, partim proprijs, partim communibus, ut in principijs, quibus ut beneuoli, ut dociles, ut attenti ſint qui audiant, efficiendum eſt proprijs locis. Itemq; narrationes ut ad ſuos fines ſpectent, ut planè ſint, ut breues, ut euidentes, ut credibiles, ut moderatè, ut cum dignitate. Quę quanquam in tota oratione eſſe debent, magis tamen ſunt propria narrandi. Quæ autem ſequitur narrationem fides, ea perſuadendo quoniam efficitur, qui ad perſuadendum loci maximè ualeant, dictum eſt in his, in quibus de omni ratione dicendi diximus. Peroratio autem & alia quædam habet, & maximè amplificationem, cuius effectus hic debet eſſe, ut aut perturbentur animi, aut tranquillentur, & ſi ita iam affecti antè ſint, aut augeat eorum motus, aut ſedet oratio. Huic generi in quo & miſericordia, & iracundia, & odium & inuidia, & cæterę animi affectiones perturbantur, præcepta ſuppeditantur alijs libris, quos poteris mecum legere, cum uoles. Ad id autem quod te uelle ſenſerã, cumulate ſatisfactũ eſſe debet uoluntati tuæ. Nam ne præterirem aliquid quod ad argumentum in omni ratione reperiendum pertineret, plura quàm à te deſiderata erant, ſum complexus, feciq́ue quod ſępè liberales uenditores ſolent. Vt cum ædes, fundumue uendiderint, rutis ceſis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi cauſa aptè & loco poſitum eſſe uideatur. Sic tibi nos ad id quod quaſi mancipi dare debuimus, ornamẽta quędam uoluimus non debita accedere.

ANITII

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, PATRICII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI, DE DIFFERENTIJS Topicis, Lib. I.

OMnis ratio differendi quã Logicẽ Peripatetici ueteres appellauere, in duas deſtribuitur partes, unam inueniendi, alterã iudicãdi. Et ea quidẽ pars quæ iudiciũ purgat atq; inſtruit, ab illis Analytice uocata, à nobis poteſt reſolutoria nuncupari. Ea uero quæ inueniẽdi facultatem ſubminiſtrat, à Grẽcis Topice, à nobis Localis dicitur. Ac de illa quidẽ parte quæ iudicandi magiſtra eſt, alias diſputabiſ. Nunc uero conſiliũ eſt aperire qui ſint loci, quæ eorũ differentię, qui etiã quibus apti ſint ſyllogiſmis. Nec id ſimpliciter atq; uniformiter uidetur eſſe faciendum, uerum duplex eſt tradenda partitio, una quidẽ ex Grẽcis uoluminibus eruta. Altera uero ex M. Tullij Topicis ſumpta. Atq; in his illud ad perfectionem ſpeculationis eſt aſtruẽdum, ut quibus utraq; modis diuiſio differat, quibuſq; conueniat explicetur, quoq; modo altera alteram uiciſſim poſſit includere, & nunc quidem non in ſingulis immorabimur, ſed de tota diuiſione communiter diſſeremus. Locorũ tantũ ex quibus argumenta naſcuntur diffinitiones, exempla, differentiaſq; colligẽres. Singula uero pro qualitate operis diligẽtius, uel his octo uoluminibus expedita ſunt, quibus Ariſt. Topica in Latinã uertimus orationẽ, uel his ſepẽ quibus M. Tullij Topicis lucem plenè expoſitionis inſudimus. Illic igitur cuncta ſunt proprijs atq; enodatis partibus expedita. Hic uero quę alias per membra partefacta ſunt, cõmuni ſpeculatione tractanẽ. Nec Dialecticos ſolum locos ſed etiã Rhetoricos, quoũe hi inter ſe atq; Dialecticis differant, cura eſt exequendi, ut omnibus undiq; locis plena conſideratione propoſitis, eorũq; differentijs inter ſe & cõmunitatibus pernotatis & argumentorũ copia cõpareẽ, & locorũ clara poſſit eſſe diſtinctio. Vt igiẽ cũcta perſpicuis rationibus conſtent, paulò altius ordiendũ eſt. Propoſitio eſt oratio uerũ falſumue ſignificãs, ut ſiquis dicat cœlũ eſſe uolubile, hęc enũciatio & proloquiũ nuncupaẽ. Quæſtio eſt in dubitationẽ ambiguitatẽq; adducta propoſitio, ut ſi quis quærat, an cœlũ ſit uolubile. Concluſio eſt argumẽtis approbata propoſitio, ut ſiquis cœlum ab alijs rebus probet eſſe uolubile. Enunciatio quippe ſiue ſui tantũ cauſa dicatur, ſiue ad aliud afferatur approbãdũ propoſitio eſt, ſi de ipſa quæritur, quæſtio, ſi ipſa eſt approbata, cõcluſio. Idem eſt igitur propoſitio quæſtio & concluſio, ſed differunt modo ſuprà dicto. Argumentum eſt ratio rei dubię faciens fidem. Non uero idem eſt argumentũ & argumẽtatio. Nam uis ſentẽtiæ ratioq; ea quæ claudiẽ orationẽ cũ aliquid probaẽ ambiguũ, argumentũ uocaẽ. Ipſa uero argumenti elocutio, argumentatio dicitur. Quo fit ut argumentum quidem uirtus, & mens argumentationis ſit atq; ſententia. Argumentatio uero argumenti per orationem explicatio. Locus autem ſedes eſt argumenti uel id, unde ad propoſitam quæſtionem conueniens trahitur argumentum. Quæ cum ita ſint, ſingulorum natura diligentius tractanda eſt, eorumq́ue per ſpecies ac membra ut diximus figuraſq́ue diuiſio facienda eſt. Ac prius de propoſitione diſſerendum eſt. Hãc eſſe diximus orationem, ueritatem uel mendacium continentem. Huius duæ ſunt ſpecies affirmatio una, altera uero negatio. Affirmatio ſiquis ſic efferat, cœlum uolubile eſt. Negatio, ſiquis ita pronuncier, cœlum uolubile non eſt. Harum uero aliæ ſunt uniuerſales, aliæ particulares, aliæ indefinitæ, aliæ ſingulares, uniuerſales quidem ut ſiquis ita proponat, omnis homo iuſtus eſt, nullus homo iuſtus eſt. Particulares uero, ſiquis hoc modo dicat: Quidam homo iuſtus eſt. Quidam homo

iuſtus non eſt. Indefinitæ hoc modo: homo iuſtus eſt, homo iuſtus non eſt. Singulares uero ſunt quę indiuiduum, aut quid ſingulare proponũt, ut Cato iuſtus eſt, Cato iuſtus non eſt. Etenim Cato indiuiduus eſt ac ſingularis. Harum uero alias predicatiuas, alias conditionales uocamus. Prædicatiuæ ſunt quæ ſimpliciter proponuntur, id eſt, quibus nulla uis conditionis adiungitur, ut ſiquis cœlum eſſe uolubile ſimpliciter dicat. At ſi conditio huic copuletur, fit ex duabus propoſitionibus una cõditionalis, hoc modo: Cœlum ſi rotundum eſt, uolubile eſt. Hic enim conditio id efficit, ut ita demum cœlum uolubile eſſe intelligatur, ſi ſit rotundum. Quoniam igitur aliæ propoſitiones prædicatiuæ ſunt, alię conditionales, prædicatiuarum partes terminos appellamus, hi ſunt prædicatus & ſubiectus. Terminos autem uerba uoco, & nomina quibus propoſitio nectitur, ut in ea propoſitione qua dicimus, homo iuſtus eſt, hæc duo nomina, id eſt, iuſtus & homo propoſitionis partes uocamus, eoſdem etiam terminos dicimus. Quorũ alter ſubiectus eſt, alter prædicatus, ſubiectus eſt terminus qui minor eſt, prædicatus uero qui maior, ut in ea propoſitione qua dicitur homo iuſtus eſt, homo quidem minus eſt quàm iuſtus. Non enim in ſolo homine eſſe poteſt iuſtitia, uerumetiam in corporeis diuiniſq; ſubſtantijs. Atq; ideo maior eſt terminus iuſtus, homo uero minor, quo fit ut homo quidem ſubiectus terminus ſit, iuſtus uero prædicatus. Quoniam uero huiuſmodi ſimplices propoſitiones alterum habent prædicatum terminum, alterum ſubiectum terminum à maioris priuilegio propoſitio prædicatiua uocata eſt. Sępè autem euenit, ut hi termini ſibi inuicem inueniantur æquales hoc modo: homo riſibile eſt, homo namq; & riſibile uterque ſibi ſubiectus æquus eſt terminus. Nam neq; riſibile ultra hominẽ, nec ultra riſibile homo porrigit. Sed in his neceſſe eſt hoc uenire, ut ſi, quidẽ inæquales termini ſint, maior ſemper de ſubiecto prædicetur. Si uero æquales, uterq; conuerſa prædicatione de ſe dicatur, ut uero minor de maiori prædicetur, in nulla propoſitone cõtingit. Fieri autem poteſt ut propoſitionum partes quas terminos dicimus, non ſolum in nominibus, uerum in orationibus inueniantur. Nam ſępè oratio de oratione prędicatur, hoc modo: Socrates cum Platone & diſcipulis de Philoſophiæ ratione pertractat, hoc quippe oratio quæ eſt Socrates cum Platone & diſcipulis, ſubiecta eſt. Illa uero de Philoſophiæ ratione pertractat, prædicatur. Rurſus aliquando nomen ſubiectum eſt, oratio prædicatũ, hoc modo: Socrates de Philoſophiæ ratione ptractat, hic em̃ Socrates ſubiectus ſolus eſt, oratio qua dicimus de Philoſophiæ ratione pertractat prædicat̃. Euenit etiã ut ſupponat̃ oratio, & ſimplex uocabulũ prædicet̃, hoc modo: Socratis ſimilitudo cum ſupernis diuiniſq; ſubſtãtijs iuſtitia eſt, hic em̃ oratio per quã proferẽ Socratis ſimilitudo, cum ſupernis diuiniſq; ſubſtantijs, ſubijcit̃, iuſtitia uero prędicat̃. Sed de huiuſmodi propoſitionibus in his cõmẽtarijs, ęs in περι ἑρμηνείας Ariſtot. libro conſcripſimus, diligentius diſſeruimus. Conditionalium uero propoſitionũ quas Græci Hypotheticas uocãt partes, ſunt ſimplices propoſitiones, cuius quidẽ ea pars quæ prius dicit̃ antecedẽs, quæ poſterius conſequẽs appellat̃, ut in hac propoſitione quæ dicit: Si rotundũ eſt, uolubile eſt. Rotundũ eſſe antecedit, uolubile eſſe conſequit̃. Harũ quoq; alię ſunt ſimplices cõditionales, aliæ cõiunctæ, ſimplices ſunt quæ prædicatiuas habent propoſitiones in partibus, ut in ea quã ſuperius diximus. Si rotundum eſt, uolubile eſt. Rotũdum eſt enim & uolubile eſt, utręq; diuiſæ ac ſigillatim acceptæ prædicatiuæ ſunt. Coniunctarũ uero multiplex differentia, de quibus in his uoluminibus diligentiſſimè perſtrinximus, quæ de Hypotheticis compoſuimus ſyllogiſmis. Simplicium uero Hypotheticarũ propoſitionum quatuor ſunt differentię, aut enim ex duabus affirmatiuis Cathegoricis conſtant, ut ſi rotundum eſt, uolubile eſt, utraq; enim affirmatiua eſt, aut negatiuis duabus, ut ſi cœlum rotundum non eſt, uolubile non eſt. Nam rotundũ non eſſe, & uolubile nõ eſſe, utraq; negationes ſunt, aut ex affirmatiua & negatiua, ut ſi quadratum eſt, uolubile nõ eſt. Quadratũ em̃ eſſe affirmatio eſt, uolubile non eſſe, negatio eſt. Aut

eſt. Aut ex negatiua & affirmatiua. ut ſi rotundum non eſt, ſtabile eſt. Rotundũ non eſſe negatio eſt, ſtabile uero eſſe affirmatio. Propoſitionum quoque, aliæ ſunt per ſe notæ, & quarum probatio nequeat inueniri, alię quas tametſi animus audientis probet eisq; conſentiat, tamen poſſunt aliis ſuperioribus approbari. Et illæ quidẽ quarum nulla probatio eſt, maximè ac principales uocantur, quòd his illas neceſſe eſt approbari, quæ ut demonſtrari ualeant, non recuſant. Eſt autem maxima propoſitio ut hæc, ſi de æqualibus æqualia demas, quæ de relinquũtur æqualia ſunt. Ita enim hoc per ſe notum eſt, ut aliud notius quo approbari ualeat, eſſe non poſſit. Quæ propoſitiones cum fidem ſui natura propriam gerant, non ſolum alieno ad fidem non egent argumento, uerum cæteris quoque probationis ſolent eſſe principium. Igitur per ſe notæ propoſitiones, quibus nihil eſt notius, indemonſtrabiles, ac maximè & principales uocantur. Quę uero quãuis auditoris iudicio cõprobentur, habent tamẽ aliquid notius naturaliter ex quo ſi de his fiat quæſtio, uelut ex alieno fidem capiãt, hæ demonſtrabiles ac minores poſteriores q; dicuntur. Et de propoſitionibus quidẽ iſta ſufficiant. Quæſtio uero dubitabilis eſt propoſitio, in qua neceſſe eſt fere eadem conſiderari, quę dudum in propoſitione dicta ſunt. Aliq; namq; ſimplices, aliq; cõpoſitæ ſunt. Simplices ſunt ut hæ quę ex ſimplici propoſitione deſcendũt hoc modo: ut ſi quæratur, an cœlum ſit uolubile. Hæc enim ab ea uenit propoſitione quę dicit cœlum eſſe uolubile. Atq; ſi à conditionali cõpoſita propoſitione ſuſcipit initium, quæ eſt an ſi cœlum eſt rotundũ uolubile eſt, erit cõditionalis atq; cõpoſita hoc modo, hæc em̃ à cõditionali propoſitione principium ſumit quæ eſt. Si cœlũ rotundum eſt, uolubile eſt, quæſtio ergo aliàs quidem p̃dicatiua eſt, aliàs cõditionalis. Quo fit ut eędem partes quæſtionis ſint q̃ dudum eſſe dictæ ſunt propoſitiones. Prędicatiuæ igitur quæſtiones habent prædicatum atq; ſubiectum, ut in ea qua dubitatur, an cœlum ſit uolubile. Nam uolubile p̃dicatum, cœlũ uero ſubiectum eſt. Maior enim terminus eſt, uolubile quã cœlũ. Neq; enim cœlũ ſolũ uolubile dici poteſt. Quæ uero coniuncta eſt quæſtio, habebit partes quod p̃dicatur & quod ſubijcitur, q̃d antecedit, & q̃ cõſequit̃, ut in ea q̃ dicit, an ſi cœlũ rotundũ eſt uolubile eſſe. Quę cũ ita ſint, in p̃dicatiua quæſtione dubitatur, an ſubiecto termino prędicatus inhęreat. In Hypotheticis uero quæſtionibus illud tantum quæritur, an illam rem quæ præcedit, comitetur id quod ſequens eſſe proponitur. Omnia uero quæ de p̃dicatiuis propoſitionibus dicta ſunt, id eſt, quod aliæ uniuerſales, aliæ particulares, aliæ indefinitę, aliæ ſingulares, eadem poſſunt dici ferè in prædicatiua quæſtione. Hoc etenim tantum quæſtio à propoſitione diuerſa eſt, quod propoſitio quidem uel enunciata ſimpliciter, uel aliud probans, oratio eſt, uerum falſumue ſignificans. Quæſtio uero cum ſit ipſa quidem oratio, dubitabilis tamen eſt propoſitio. Addita igit̃ dubitatione q̃ in propoſitione conſiderantur, eadẽ etiam cõuenit in q̃ſtione tractari. Quæſtionis autẽ duæ ſunt ſpecies, una q̃ dicitur à Dialecticis thæſis, hic huiuſmodi eſt q̃ de re cæteris circũſtãtijs nuda q̃rit ac diſſerit. Quales à Dialecticis maximè ad diſputationẽ ſumunt̃, ut uoluptas ne ſummũ bonũ ſit; Ducẽda ne uxor: hic à nobis ꝓpoſitio uel propoſitũ dicit̃. Altera uero q̃ à Græcis uocat̃ Hypotheſis, à nobis dicit̃ cauſa, hæc quæſtio eſt p̃ſonis, tẽporib. factis, cæteriſq; circũſtãtijs implicita, ea eſt huiuſmodi. Iure nẽ Cicero in exiliũ dubio reipublicę tẽpore detrudatur, qa iniuſſu populi ciues Romanos necauerit. Huius aũt duplicis quæſtionis ſubdiuiſiones alias eſſe neceſſe eſt, & theſis quidẽ Philoſophis, hypotheſis uero Oratoribus attributa eſt. Sed eius qdẽ q̃ſtionis q̃ eſt hypotheſis poſteriorus, diuiſiones dabo. Nũc de theſeos diuiſione ptractabo q̃ in quatuor diuidit̃ ſpecies. In omni em̃ Dialectica quæſtione p̃dicatiua dubitat̃, an ei q; ſubiectũ eſt, id q; p̃dicat̃ inhęreat. Cũ uero aliq̃d alicui ineſſe, pponit̃, id aut maius erit eo de quo p̃dicat̃ eiq; ſubſtãtialiter ineſſe cõtendit̃. Aut maius quidẽ eo erit, ſed nõ de ſubſtãtia ipſius p̃dicabitur, aut ei erit æquale & in ſubſtãtia prædicabitur, aut ei erit æquale, ſed minimè eius

nimè eius ſubſtantiã continebit. Nam ut id quod minus eſt de eo quod maius eſt prę
dicemus, in nulla propoſitione euenit. Sed ſi tale eſt q̃d in quęſtione proponitur ut
ſubiecto ſit maius, & de ſubiecti ſubſtantia prędicetur erit genus, omne enim genus
eſt maius eo de quo prędicatur, & de ſubſtantia eius dicitur, ut animal hominis. At
ſi maius quidẽ fuerit, ſed de ſubſtantia eius nõ p̃dicetur, erit accidens, ut albũ homi
ni, q̃d ſi æquale qdẽ ſit, ſed ſubſtãtiale, ſubiecti erit diffinitio, ut animal rationale, mor
tale homini, hoc nãq; conuertitur, & ſubiecti ratione, id eſt, hominis ſubſtantiã mõ
ſtrat, q̃ ſi æquale quidẽ ſit, ſed à ratione ſubſtantię ſeiunctũ erit propriũ, ut riſibile ho
mini. Itaq; Dialecticę ſimplices quæſtiones, aut de genere, aut de accidẽti, aut de diffi
nitione, aut de proprio fiunt. Poſſunt uero fieri etiam de differẽtia quæſtiones cum
quęritur cœleſtia corpora rationalia ſint nec ne, uel cum dubitatur ea ne ſit tyranni
ac principis differẽtia, q̃d hic legibus ſumpſit imperiũ. Illi uiolẽta dominatione po
pulum præmit. Sed tãtundem eſt de differentia quærere, quantũ ſi hoc genere dubite
tur. Aut enim cõſtitutiua erit differentia, aut diuiſiua. Sed ſi cõſtitutiua fuerit, quali
generis obtinet locum ut rationabilitas homini, uel ſi ratione degũt cœleſtia corpo
ra, cœleſtibus quoq; corporibus. At ſi diuiſiua fuerit uelut ſpecies conſideratur, om
nis enim ſpecies cum diuiſibili differentia eſt, quòd ſi differentia nunc quidẽ, loco ge
neris, nunc uero ſpeciei loco utimur, ambigi non poteſt, cũ de ea quęritur de genere
dubitari, fieri uero poteſt ut aliquid in certamen cõparatione ducatur, uelut cũ am
bigitur, an melior ſit fortitudo iuſtitia. Sed hæc quæſtio in accidentis neceſſe eſt du
bitatione ponatur. Namq; ad comparationem nihil niſi accidens uenit, hoc enim ſo
lum recipit magis & minus. Rurſus de eo quod eſt idem poteſt fieri certamen, ut an
idem ſit utile quod honeſtum. Sed hic quæſtio diffinitioni aggregãda eſt. Qua
rum enim rerum eadẽ eſt diffinitio. Ipſe quoq; ſunt eædem. Quarum uero diuerſa
ſubſtantiæ ratio eſt, ipſæ quoq; ſunt diuerſę. Igitur ſimplicis Dialecticæ quæſtiones
rectè quatuor ſpecies eſſe dicuntur, de quibus ſufficiẽter dictũ eſt. Nunc igitur de cõ
ditionalibus quæſtionib. tractandũ eſt, quarũ quidẽ alia cõſtat ex affirmatiuis duab.
alia ex duab. negatiuis, alia ex affirmatione & negatione, aliaex negatione & affir
matione. Si igit ex duabus affirmationibus cõditionalis cõſtat propoſitio, id quæri
tur an affirmatio affirmationẽ ſequat, q̃d ſi ex duabus negationibus propoſitio iun
cta ſit, id in decertatione eſt, an negatio negationẽ comitet, quòd ſi ex affirmatione
& negatione, uel negatione & affirmatione copuletur id ambigitur, an affirmatio
nem negatio, an affirmatio negationẽ comitetur. Ac prius quidem eius quæſtionis
faciẽda eſt diuiſio in qua diſceptatur, an affirmationem affirmatio cõſequatur, quæ
prædicatiuarum quæſtionum non effugit diuiſionem. Nam ut præcedat aliquid & a
liud conſequatur, in his ferè rebus euenire ſolet quas paulò ſuperius commemorau.
Speciem quippe ſequitur genus, uel differentia, uel diffinitio, uel proprium, uel inſe
parabile accidens. Item proprium ac diffinitionem ſequitur ſpecies, proprium uero
ſequitur differentia & diffinitio & diffinitionem ſequitur proprium uel differentia;
hoc modo: Nam ſi homo eſt, animal eſt, & ſi homo eſt rationale eſt, & ſi homo eſt,
animal rationale, mortale eſt, & ſi homo eſt, riſibile eſt. Si ethiops eſt, niger eſt. Si ri
ſibile eſt, homo eſt, ſi animal rationale, mortale eſt, homo eſt. Si riſibile, rationale eſt.
Si riſibile eſt animal rationale, mortale eſt. Si animal rationale mortale eſt, riſibile
uel bipes eſt. Præter hęc autem alias quidem effectus cauſam, alias quidem effectum
cauſa ſequitur, effectus cauſam ita. Si ſol præſto eſt lucet, effectum cauſa hoc modo.
Siquid exuſtum eſt ignis affuit, uel ſic: Si ſol uidetur lucet. Item totum partes ſequũ
tur, ut ſi integra domus eſt, & tectum & parietes & fundamenta conſiſtunt. Modus
etiam ſequitur nomen principale, ut ſi iuſtitia bona eſt, & quod iuſtę eſt bonũ eſt.
Nomen etiam principale ſequitur modum, ut ſi quod iuſtæ eſt bonum eſt, & iuſtitia
bona eſt. Accidentia quoq; comitatur id quod ſubiectum eſt, ut ſi album eſt corpus
eſt. Quæ cum ita ſint, conditionalis quoq; ſimplices ex duabus affirmationibus co
pulatæ,

pulatæ illa ferè diuiſio facienda eſt quæſtionis quod in ea uel de genere, uel de diffe
rentia, uel de ſpecie, uel de proprio, uel de diffinitione, uel de accidenti, uel de cauſa
atq; effectu, uel toto ac partibus, uel de modo ac principali nomine dubitetur. Atq;
hæc de ea quæſtione intelligenda ſunt, quę cum ſit hypothetica ſimplex, ex duabus
tamen iungitur affirmatiuis. In hiſdem etiam differentijs illas quoq; cõſiſtere neceſ
ſe eſt quæſtiones, quæ ab his ueniunt propoſitionibus quæ ex utraq; conſtant nega
tione. Nam ſi genus non eſt ſpecies non eſt. Item ſi differentia uel diffinitio, uel pro
prium non ſit, ſpecies non erit. Et de cæteris quidem quæ ſuperius dicta ſunt, eodem
modo conſiderandum eſt. Quicquid enim antecedit ut aliud cõſequatur, ſi id quod
ſequitur non fuerit, nec illud eſt quod antecedit. Earum uero quæſtionum quæ ex af
firmatione & negatione conſiſtunt, illa ferè diuiſio eſt, quòd uel in diuerſis generi
bus, uel in diuerſis ſpeciebus, uel in contrarijs, uel in priuatione atq; habitu cõtinen
tur, ut enim affirmationem negatio conſequatur, aut diuerſum ponitur genus, ut q
ab eo diuerſum eſt abnuatur hoc modo: Si homo eſt, albedo non eſt, uel ſi ſubſtan
tia eſt, qualitas non eſt, uel ſi ſub eodem genere diuerſæ ſpecies proponanẽ hoc mo
do: Si homo eſt, equus non eſt, uel ſi contraria, ut ſi album eſt, nigrum non eſt, uel ſi
priuationes, ut ſi cœcus eſt non uidet, & poſtremo in omnibus, quæcunq; eadem nõ
ſunt euenit, ut: Si unũ eſt, alterum non ſit. Ita ut propoſitam affirmationem negatio
comitetur, aut diuerſa erunt genera, aut diuerſę ſpecies, aut contraria, aut priuantia,
aut quolibet alio modo ſibi inuicem inconuenientia. Vt autem negationem affir
matio conſequatur, quæ erat quarta conditionalis propoſitionis differentia fieri nõ
poteſt, niſi in his contrarijs quæ medio carent, & quorum alterum ſemper ineſſe ne
ceſſe eſt, hoc modo: Si dies non eſt, nox eſt. Si tenebræ non ſunt lux eſt. Facta igi
tur prędicatiuarum quæſtionum ac conditionalium diuiſione illud inſuper uidetur
addendum, quod omnis quæſtio, uel ex ratione diſſerendi, uel naturali, uel ex mora
li trahitur ſpeculatione. Ex diſſerendi ratione hoc modo; an affirmatio & negatio
ſpecies ſint enunciationis. Ex naturali ita, an cœlum rotundum ſit. Ex morali ſic,
an uirtus ad beatitudinem ſola ſufficiat. Præterea quæſtio omnis uel eſt ſimplex uel
cõpoſita, Simplex quotiẽs affirmatione & negatione diuiditur ita, ut totũ alteri affir
mare, alteri negare neceſſe ſit hoc modo, an cœlũ rotundũ ſit nec ne, hęc enim una
pars quæſtionis affirmationẽ tenet, alia negationẽ. Nam cum alter eſſe defendit,
affirmat, alter uero negat, cum non eſſe contendit. Compoſita quæſtio eſt quę in plu
res diſtrahitur affirmationes hoc modo, utrum cœlum rotundum ſit, an quadra
tum, an longum, aut cuiuslibet alterius formæ, hic enim plures affirmationes proba
re neceſſe eſt, quæ diuerſa defendunt. Et de quæſtione quidem quãtum ad præſens
negocium pertinebat, ſufficienter dictum eſt. Concluſio uero eſt argumẽtis appro
bata propoſitio, de qua eadẽ ferè dici poſſunt quę de propoſitione. Quę quoniã dili
genter ſuperius explicata ſunt, de argumento deinceps tractandum uidetur. Argu
mentum eſt ratio rei dubię faciens fidem. Hanc ſemper notiorem quæſtione eſſe ne
ceſſe eſt. Nam ſi ignota notis probantur, argumenrum uero rem dubiam probat, ne
ceſſe eſt quod ad fidem quæſtionis affertur, ipſa ſit notius quæſtione. Argumento
rum uero omnium alia ſunt probabilia & neceſſaria, alia probabilia & non neceſſa
ria, alia ſunt neceſſaria ſed non probabilia, alia nec probabilia nec neceſſaria. Pro
babile uero eſt quod uidetur uel omnibus, uel pluribus, uel ſapientibus, & his uel om
nibus, uel pluribus, uel maximè notis atq; p̃cipuis, uel quod unicuique artifici ſecun
dum propriam facultatem, ut de medicina medico, gubernatori de nauibus guber
nandis, id p̃terea quod uidetur ei cũ quo ſermo cõferitur, uel ipſi qui iudicat. In quo
nihil attinet uerum falſumue ſit argumentum, ſi tantum ueriſimilitudinem teneat.
Neceſſariũ uero eſt quod ut dicit, ita eſt, atq; aliter eſſe nõ poteſt, probabile quidem
ac neceſſarium eſt, ut hoc ſi quid cuilibet rei ſit additum, totum maius efficitur. Ne
que enim quiſq; ab hac propoſitione diſſentiet, & ita ſeſe habere neceſſe eſt. Proba
bilia

bilia uero ac non neceſſaria ſunt,quibus facilè mens auditoris acquieſcit,ſed uerita tis non tenent firmitatem,ut hoc. Si mater eſt diligit filium,neceſſaria uero ac non probabilia ſunt,quę ita ut dicuntur ſeſe habere neceſſe eſt,ſed his facilè nō cōſentit, auditor,ut eſt hoc,obiectu lunaris corporis ſolis euenire defectum.Neq; neceſſaria uero neq; ꝓbabilia ſunt,quæ neq; in opinione hominum neq; in ueritate cōſiſtūt,ut hoc,habere Diogenem cornua.Quoniā unuſquiſq; habeat quod nunq; perdiderit. Quæ quidē nec argumenta dici poſſunt. Argumenta enim dubię rei faciunt fidē.Ex his aūt nulla fides eſt quę in opinione hominū,neq; in ueritate ſunt conſtituta. Dici tamen poteſt nec illa quidem eſſe argumenta quæ cum ſint neceſſaria,minimè tamē audientibus approbantur. Nam ſi rei dubiæ ſit fides, cogendus eſt animus auditoris per ea quibus ipſe acquieſcit,ut cōcluſioni quoq; quā nōdum probat,poſſit accedere.Quod ſi quę tantū neceſſaria ſunt ac nō probabilia,nō probat ille qui iudicat, neceſſe eſt,ut ne illud quidē probet,quod ex huiuſmodi ratione conficit.Itaq; euenit ex huiuſmodi ratione quæ tantū neceſſaria ſunt ac non probabilia,non eſſe argumenta.Sed non eſt ita,atq; hæc interpretatio nō rectè probabilitatis intelligētiā tenet.Ea ſunt enim,ꝓbabilia,quibus ſpōte atq; ultro cōſenſus adiūgit, ſcilicet,ut mox ac audita ſunt approbent.Quę uero neceſſaria ſunt ac nō probabilia, aliįs probabilibus ac neceſſariįs argmētis antea demonſtrant.Cognitaq; & credita ad alterius rei de qua dubitat,fidē trahūtur,ut ſunt ſpeculationes, id eſt, theoremata quæ in Geometria cōſiderant.Nā quę illic proponūtur talia nō ſunt,ut his ſpōtè animus diſcentis accedat.Sed quoniā demonſtrant aliįs argumentis,illa quoq; ſcita & cognita,ad aliarum ſpeculationum fidē ducūtur.Itaq; quæ probabilia per ſe nō ſunt,ſed neceſſaria, his quidē auditoribus,quibus nondū demonſtrata ſunt,ad aliud aliquid approbandū argumenta eſſe non poſſunt.His aūt qui prioribus rationibus eorum,quibus non acquieſcebant fidē ceperunt,poſſunt ea liquid ambigunt ad argumentum uocari.Sed quia quatuor facultatibus diſſerendi omne artificium cōtinetur, dicēdum eſt,quæ quibus uti nouerit argumētis, ut cui potiſſimū diſciplinæ locorum paretur ubertas euidenter appareat. Quatuor igitur facultatibus earumq; uelut opificibus diſſerēdi omnis ratio ſubiecta eſt,id eſt, Dialectico, Oratori, Philoſopho, Sophiſtę. Quorū quidē Dialecticus atq; Orator in cōmuni argumētorū natura uerſat.Vterq; em̄ ſiue neceſſaria,ſiue minimè,probabilia tamē argumēta ſequitur. His igitur ille duæ ſpecies argumenti famulantur quæ ſunt probabilè ac neceſſariū, probabilè ac non neceſſariū. Philoſophus uero ac demonſtrator de ſola tantū ueritate ꝓtractat, atq; ſint probabilia ſiue non ſint,nihil refert dūmodo ſint neceſſaria. Hic quoq; his duabus ſpeciebus utitur argumenti quæ ſunt probabilè ac neceſſariū, neceſſariū ac non probabilè.Patet igit̄ in quo Philoſophus ab Oratore ac Dialectico in propria cōſideratione diſſideat,in eo,ſcilicet,q illis ꝓbabilitatē huic ueritatē cōſtat eſſe poſitā.Quarta uero ſpecies argumēti,quā neq; argumentū quidē rectè dici ſupra docuimus,Sophiſticis ſolet eſſe attributa.Topicorū intētio eſt uerisimiliū argumētorum copiā demōſtrare. Deſignatis em̄ locis ex qbus probabilia argumenta ducuntur,abundans & copioſa neceſſe eſt fiat materia diſſerendi.Sed quoniam(ut ſupra dictum eſt)probabilium argumentorum alia ſunt neceſſaria,alia non neceſſaria,cum loci probabilium argumentorum ducuntur,euenit ut neceſſariorū quoq; doceant̄. Quo fit ut Oratoribus quidē ac Dialecticis hæc principaliter facultas pareat.Secundo uero loco Philoſophis. Nā in quo probabilia quidē omnia cōquiruntur,Dialecti ci atq; Oratores iuuantur.In quibus uero probabilia ac neceſſaria docentur,Philoſophiæ demonſtrationi miniſtratur ubertas.Non modo igitur Dialecticus atq; Orator,uerumetiam demonſtrator,ac uerę argumentationis effector,habet quod expoſitis locis poſſit aſſumere,cum intra argumentorum probabilium locos,neceſſariorum quoq; principia,traditio iſta contineat.Illa uero argumenta,quæ neceſſaria quidem ſunt ſed non probabilia,atq; illud ultimū genus,ſcilicet,nec probabilè,nec neceſſarium,

ceſſarium,à propoſiti operis cōſideratione ſeiunctum eſt, niſi quod interdum quidam Sophiſtici loci exercendi gratia lectoris, adhibentur. Quocirca Topicorum pariter utilitas intentioq; patefacta eſt.His enim & dicendi facultas & inueſtigatio ueritatis augetur.Nam quod Dialecticos atq; Oratores locorum iuuat agnitio, oratioꝝ per inuentionem copiam præſtat,quod uero neceſſariorum doctrinam locorum Philoſophis tradit, uiam quodammodo ueritatis illuſtrat. Quo magis peruestiganda eſt,rimandaq; ulterius diſciplina, eaq; cum agnitione percepta ſit, uſu atq; exercitatione firmanda. Magnum enim aliquid locorum conſideratio pollicet̄,ſcilicet,inueniendi uias. Quod quidem hi qui ſunt huius rationis expertes ſoli prorſus deputāt ingenio,neq; intelligunt quantum hac cōſiderationē quæratur quæ in artem redigit uim & poteſtatem naturæ. Sed de his hactenus. Nunc de reliquis explicemus.

ANICII MANLII SEVERINI BOETHI, DE DIFFERENTIIS TOPICIS, LIBER II.

OMnia quidem quæ ſuperioris ſerie uoluminis expedita ſunt,minus quibuſdam forſitan eruditis ſuperuacanea quodammodo & quaſi dependentia uidebuntur. Nam cum de differentijs Topicis librorū titulū legerint, omiſſis doctrinę gradibus ſtatim finem operis attendunt.Mihi aūt neceſſarium uidetur,quod niſi ſit prę cognitum,ad ulteriora diſcentis animus peruenire nō poſſit, hi quoque qui nunc omnem primi uoluminis diſputationem ſuperfluam putāt, ſi cūcta perlegant cōtextionēq; operis mente ac ratione colluſtrent,de ſinent profecto iudicare ſuperfluū, q̄d neceſſario uiderint in parte operis collocatū. Atq; hæc hactenus, ſed quoniā de his quę antea poſuimus,id eſt,de ꝓpoſitione,quęſtione,cōcluſione,argumēto ſufficiēter dictū eſt,nūc de argumētatione tractemus. Argumētatio eſt per orationē argumēti explicatio. Huius aūt ſpecies duæ ſunt, una quæ ſyllogiſmus, altera quæ uocat̄ inductio. Syllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdā poſitis & cōceſſis,aliud quiddā per ea ipſa quæ cōceſſa ſunt, euenire neceſſe eſt quā ſint ipſa quæ cōceſſa ſunt. Huius diffinitionis rationē ſecūdus quidē liber eorū, quibus inſtitutionē in Cathegoricos ſcripſimus ſyllogiſmos plenè continet.Sed propt̄ intellectus facilitatem idē breuiter aperiemus exēplo.Sit enim ſyllogiſmus hic, omnis homo animal eſt,omne animal ſubſtantia eſt,omnis igit̄ homo ſubſtātia eſt. Totum igitur hoc oratio eſt,in qua poſitis quibuſdā & cōceſſis,id eſt,duabus propoſitionibus quæ ſunt,omnis homo animal eſt,& omne animal ſubſtātia eſt,per ea ipſa quæ cōceſſa ſunt,efficit̄ aliud aliqd,id,ſcilicet,q̄d eſt cōcluſio,omnis igit̄ homo ſubſtātia eſt,per propoſitiones enim quæ cōceſſæ ſunt,ſequētia neceſſariò cōcluſionis infert.Sunt aūt propoſitiones hæ:omnis homo animal eſt,& omne animal ſubſtantia eſt,atq; ex his efficit̄ aliud quiddā,quā ſunt ipſa quę cōceſſa ſunt.Cōcludit̄ enim, igit̄ omnis homo ſubſtātia eſt.Quod lōgè diuerſum eſt, & ab ea propoſitione quæ dicit:omnis homo animal eſt, & ab ea quæ proponit, omne animal eſſe ſubſtantiā. Syllogiſmorum uero alij predicatiui ſunt, qui Cathegorici uocantur, alij conditionales,quos Hypotheticos dicimus.Et prædicatiui quidē ſunt,qui ex omnibus prædicatiuis propoſitionibus connectuntur,ut is quem exempli gratia ſuperius annotaui,om-

taũi, omnibus enim prædicatiuis propositionibus texitur. Hypothetici uero sunt, quorum propositiones conditione nectuntur, ut hic: Si dies est, lux est. Est autẽ dies, lux igitur est, propositio enim prima cõditionem tenet hanc, quoniam ita demũ lux est, si dies est. Atq; ideo syllogismus hic Hypotheticus, id est, conditionalis uocatur. Inductio uero est oratio per quã fit à particularibus ad uniuersalia progressio hoc modo: Si in regendis nauibus nõ sorte sed arte eligitur gubernator, si in regendis equis auriga non sortis euentu, sed artis commendatione assumitur, si in administranda republica non sors principem facit, sed peritia moderandi, similiaq; in pluribus conquiruntur, quibus infertur, & in omni quoq; re quã quisq; regi atq; administrari grauiter uolet, non sorte accommodat sed arte rectorem, uides igit quo modo per singulas res currat oratio, ut ad uniuersale perueniat. Nam cum non sorte regi sed arte nauim, currum, & rempublicam collegisset, quasi in cæteris quoque ita sese res habeat, quod uniuersale erat concludit, hoc modo: In omnibus quoq; rebus non sorte ductum sed arte principem debere præponi. Sæpe autem multorum collecta particularitas, aliud quiddam particulare demonstrat, ut si quis sic dicat: Si neque nauibus, neq; curribus, neq; agris sorte præponũtur rectores, ne rebus quidem publicis rectores sorte ducendi sunt. Quod argumentationis genus maxime solet esse probabile, etsi non æquam syllogismo habeat firmitatem. Syllogismus namq; ab uniuersalibus in particularia decurrit, estq; in eo si ueris propositionibus cõtexatur, firma atq; incommutabilis ueritas. At inductio quid habet maximam probabilitatem, sed interdum ueritate deficit ut in hac. Qui scit canere cantor est, & qui luctari luctator est, quisq; ædificare ædificator est. Quibus multis simili ratione collectis inferri potest, qui scit igitur malum malus est quod non procedit. Mali quippe notitia deesse bono non potest, uirtus enim sese diligit & aspernatur contraria, nec uitare uitium nisi cognitum queat. His igitur duobus uelut principijs & generibus argumentandi duo quidem alij deprehenduntur argumentationis modi, unus quidem syllogismo alteruero inductioni suppositus. In quibus quidem promptum sit considerare, quòd ille quidem à syllogismo, ille uero ab inductione ducat exordiũ, non tamen aut hic syllogismum, aut ille impleat inductionẽ. Hi autem sunt enthymema, atq; exemplum. Enthymema quippe est imperfectus syllogismus, id est, oratio in qua non omnibus antea propositionibus constitutis infertur festinata cõclusio, ut si quis ita dicat: homo animal est, substantia igitur est, prætermisit enim alteram propositionem qua proponitur, omne animal est substantia. Ergo quoniam enthymema ab uniuersalibus ad particularia probanda contendit, quasi simile syllogismo est, quod uero non omnibus quæ conueniunt syllogismo utitur propositionibus, à syllogismi ratione discedit, atque ideo imperfectus uocatus est syllogismus. Exemplum quoq; inductioni simili ratione copulatur & ab ea dissidet. Est enim exẽplum quod per particulare propositum, particulare quoddam contendit ostendere hoc modo: Oportet à Tullio consule necari Catilinam, cum à Scipione Gracchus fuerit interemptus. Approbatũ est enim Catilinam à Cicerone debere perimi, ꝺ à Scipione Gracchus fuerit occisus. Quę utraq; particularia esse ac non uniuersalia singularium designat interpositio personarũ. Quoniam igitur ex parte pars approbatur, quasi inductionis similitudinem tenet id quod exemplum uocamus, quod uero non plures quibus id efficiat, colligit partes. Ab inductione discedit. Ita igit duæ sunt argumentandi species principales, una quę dicitur syllogismus, altera quę uocatur inductio. Sub his autem uelut ex his manantia enthymema atq; exemplũ. Quæ uicem omnia ex syllogismo ducuntur, & ex syllogismo uires accipiunt, siue enim sit enthymema, siue inductio, siue exemplũ ex syllogismo uires quàm maxime fidem capit. Quod in prioribus resolutorijs quæ ab Aristotele transtulimus, demõstratum est. Quocirca satis est de syllogismo differere quasi principali & cæteras argumentationis species continente. Restat nũc quid sit locus aperire; Locus nãq; est

(ut M. Tullio placet) sedes argumenti. Cuius diffinitionis quæ sit uis, paucis absoluam. Argumenti enim sedes partim propositio maxima intelligi potest, partim maximæ propositionis differentia. Nam cum sint aliæ propositiones quæ cum per se notæ sint, tum nihil ulterius habeant quo demonstrentur, atq; hæ maximæ & principales uocentur, sintq; aliæ quarum fidem primæ ac maximæ suppleãt propositiones necesse est, ut omnium quæ dubitantur, illæ antiquissimam teneant probationẽ, quę ita aljs facere fidem possunt, ut ipsis nihil notius queat inueniri. Nam si argumentũ est quod rei dubiæ facit fidem, id ꝺ notius ac probabilius esse oportet quàm illud est quod probatur necesse est, ut argumentis omnibus illa maximam fidem tribuant, quæ ita per se nota sunt, ut aliena probatione non egeant. Sed huiusmodi propositio aliquoties quidem intra ambitum argumenti continetur, aliquoties uero extra posita argumenti uires supplet ac perficit. Exemplum quidem est eius argumenti, quod maximam propositionem tenet huiusmodi. Sit enim quæstio an melius sit regnum consulatu. Ita igitur dicemus: Regnum diuturnius est quàm consulatus, cum utrunq; sit bonum. At uero quod diuturnius est bonum eo quòd est paruí tẽporis melius est. Regnum igitur melius est quàm cõsulatus. Huic igitur argumentationi maxima propositio, id est, locus insertus est, illa, scilicet, diuturniora bona, sunt melioris meriti ꝙ ea quæ parui sunt temporis, hoc enim ita notum est, ut extrinsecus probatione non egeat, & ipsum aljs possit esse prõbatio. Atq; ideo hæc propositio totam continet probationem, & cum inde nascitur argumentum, recte locus, id est, argumenti sedes uocatur. Vt uero extra posita propositio maxima uires afferat argumento, tale sit exemplum. Sit propositum demonstrare, quoniam inuidus sapiens nõ est, inuidus est qui alienis affligitur bonis. Sapiens autem bonis nõ affligitur alienis. Inuidus igitur sapiens non est. In hac igitur argumentatione propositio quidem maxima non uidetur inclusa, sed argumentationi uires ipsa maxima subministrat. Est enim huic syllogismo fides ex ea propositione per quam cognoscimus. Quorum diuersa est diffinitio, ipsa quoq; diuersa esse. Est autem in diffinitione inuidi, alienis bonis tabescere. Quod quoniam non uenit in sapientem, idcirco sapiẽs ab inuido seiungitur. Est igitur uno quidem modo locus (ut dictum est) maxima & uniuersalis & principalis & indemonstrabilis, atque per se nota propositio, quæ in argumentationibus uel inter ipsas propositiones uel extrinsecus posita, uim tamen argumẽtis & propositionibus subministrat. Ideo & uniuersales & maximæ propositiones loci sunt dictæ, quoniã ipsæ sunt quæ continent cæteras propositiones, & per eas fit consequens & rata cõclusio. Ac sicut locus in se corporis continet quantitatem, ita hæ propositiones quæ sunt maximæ, intra se omnem uim posteriorum atq; ipsius conclusionis consequentiam tenent, et uno quidem modo locus, id est, argumenti sedes dicitur maxima, principalisq; propositio fidem cæteris subministrans. Alio uero modo loci uocãtur maximarum differẽtiæ propositionum, quæ, scilicet, ab his ducũtur terminis qui in quę stione sunt constituti. De quibus deinceps differendum est. Cum enim sint plurimæ propositiones quæ maxime uocantur, hæq; sint inter se dissimiles, quibuscunq; differentijs inter se discrepant, eas omnes locos uocamus. Nam si ipsæ propositiones maximæ argumentorum loci sunt, & differentias earum argumentorum locos esse necesse est. Nam uniuscuiusq; substantia ex proprijs differentijs constat, ut hominis rationalitate quæ eius est differentia. Et hi loci qui sunt differẽtię propositionum, ejus propositionibus uniuersaliores existunt, uelut uniuersalior est rationalitas homine. Atq; ideo pauciores esse deprehenduntur hi loci qui in differentijs positi sunt, quàm propositiones ipsæ quarũ sunt differentię. Omnia enim quę uniuersaliora sunt, pauciora semper esse contingit. Et ideo facile sub scientiam cadere possunt quorum tam multus numerus non est, ut cito à memoria discentis elabantur. Quæ uero sunt hæ differentiæ melius diuisione producuntur. In prædicatiuis autem quæstionibus unus quidẽ subiectus terminus dicitur, alius prædicatus. Nil quippe in prædicatiuis

quæſtionibus aliud quæritur niſi an ſubiecto prædicatus inhæreat. Quod ſi ineſſe eō ſtiterit, quæritur ita ne inſit, ut genus, aut accidens, aut ut proprium, aut ut diffinitio. Nam ſi oſtenditur non ineſſe, de quęſtione nihil relinquitur. Nā quod non ineſt, omnino nec ut accidens, nec ut diffinitio, nec ut genus, nec ut proprium ineſſe poteſt, quod ſi ineſſe conſtiterit reſtat quæſtio, quiſnam modus ſit de quatuor inhęrendi. Solum uero ineſſe ad accidens maximè pertinet, nam cum necꝫ ut genus, necꝫ ut diffinitio, necꝫ ut proprium ineſt, ſed ineſt tamen, ut accidens ineſſe neceſſe eſt. Quæ cū ita ſint eorum locorum quos in maximarum propoſitionum differentia conſtituimus facienda diuiſio eſt. Per ſingula uero quæcꝫ currentibus manifeſtius apparebit exemplo, quod maximę propoſitiones à ſuis differentijs diſtēt. Etenim quæſtiones, argumēta, propoſitiones maximas ac principales, locos, earumcꝫ differentias, per unumquodcꝫ dabimus exemplum. Omnes igitur loci, ideſt, maximarum differentiæ propoſitionum aut ab his ducantur neceſſe eſt terminis, qui in quæſtione ſunt poſiti, prędicato, ſcilicet, atcꝫ ſubiecto, aut extrinſecus aſſumātur, aut horum medij, qui inter utroſcꝫ uerſantur. Eorum uero locorum qui ab his ducūtur terminis, de quibus in quæſtione dubitatur, duplex eſt modus, unus quidem ab eorum ſubſtantia. Alter uero ab his quæ ſubſtantiam eorum conſequuntur. Hi uero qui à ſubſtantia ſunt in ſola diſtinitione conſiſtunt. Diffinitio enim ſubſtantiam monſtrat, & ſubſtantiæ integra demonſtratio diffinitio eſt. Sed id quod dicimus patefaciamus exemplis, ut omnis quæſtionum, uel argumentationum, uel locorum ratio colliqueſcat. Age enim quæratur, an arbores animalia ſint, fiatcꝫ huiuſmodi ſyllogiſmus, animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, arbor uero ſubſtantia animata ſenſibilis non eſt, arbor igitur animal non eſt. Hæc de genere quæſtio eſt, utrum enim arbores ſub animalium genere ponendæ ſint quæritur. Locus qui in uniuerſali propoſitione conſiſtit, hic eſt cui generis diffinitio non conuenit, id eius cuius ea diffinitio eſt, ſpecies non eſt. Loci ſuperior differentia, qui locus nihilominus nuncupatur à diffinitione. Vides igitur ut tota dubitatio quæſtionis ſyllogiſmi, argumentatione tractata ſit per conuenientes & congruas propoſitiones, quæ uim ſuam ex prima & maxima propoſitione cuſtodiunt, ex ea, ſcilicet, quæ negat eſſe ſpeciem, cui non conuenit generis diffinitio, atcꝫ ipſa uniuerſalis propoſitio à ſubſtantia tracta eſt unius eorum termini qui in quęſtione locati ſunt, ut animalis, ideſt, ab eius diffinitione, quæ eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Ita igitur in cæteris quæſtionibus ſtrictim ac breuiter locorum differentijs commemoratis, oportet uniuſcuiuſcꝫ proprietatem uigilantis animi alacritate percipere. Huius autem loci qui à ſubſtantia ducuntur, duplex eſt modus, partim namque à diffinitione, partim à deſcriptione argumenta ducuntur. Differt autem diffinitio à deſcriptione, quod diffinitio genus ac differentias ſumit. Deſcriptio ſubiecti intelligentiam claudit, quibuſdam uel accidentibus efficientibus unam proprietatem, uel ſubſtantialibus differentijs præter cōueniens genus aggregatis. Sed hæ diffinitiones quæ ab accidētibus fiunt, tametſi uidenē nullo modo ſubſtantiam demōſtrare, tamē quoniam ſæpe ueræ diffinitionis uice ponuntur quæ ſubſtantiam demonſtrāt, illę eriam probationes quæ à deſcriptione ſumuntur, à ſubſtantiæ loco uidentur aſſumi, huius uero tale ſit exemplum, quæratur enim an albedo ſubſtantia ſit, hic quæritur an albedo ſubſtantię uelut generi ſupponatur. Dicimus igitur ſubſtantia eſt, quę omnibus accidentibus poſſit eſſe ſubiectum. Albedo autem nullis accidentibus ſubiacet. Albedo igitur ſubſtantia non eſt. Locus, ideſt, maxima propoſitio eadem quę ſuperius. Cuius enim diffinitio uel deſcriptio ei quod dicitur ſpecies eſſe non conuenit, id eius quod ſpecies eſſe perhibetur, genus non eſt. Deſcriptio uero ſubſtantię albedini non conuenit, albedo igitur ſubſtantia non eſt. Loci differentia ſuperior à deſcriptione, quam dudum locauimus in ratione ſubſtantię. Sunt ſetiam diffinitiones quę non à rei ſubſtantia, ſed à nominis ſignificatione ducūtur, atcꝫ ita rei de qua quęritur applicantur, ut ſi quęratur utrum Philoſophiæ ſtudendum ſit, erit argumentatio talis, Philoſophia amor ſapientiæ eſt, huic ſtudendum nemo dubitat, ſtudendum igit eſt Philoſophiæ, hic enim non diffinitio rei, ſed nominis interpretatio argumentum dedit, quo Tullius etiam in Hortenſio in eiuſdem Philoſophiæ uſus eſt defenſione, & uocatur Græcè quidem ὀνοματικὸς ὅρος, Latinè autem nominis interpretatio. Ac de his quidem argumentis quæ ex ſubſtantia terminorum in quæſtione poſitorum aſſumuntur, claris (ut arbitror) patefecimus exemplis. Nunc de his dicēdum eſt, qui terminorum ſubſtantiam conſequuntur. Horum multifaria eſt diuiſio, plura ſunt enim quæ ſubſtantijs ſingulis adhęreſcunt. Ab his igitur quæ cuiuslibet ſubſtantiam comitantur argumenta duci ſolent, aut ex toto, aut ex partibus, aut ex cauſis uel efficientibus, uel materia, uel naturali forma, uel fine, & eſt efficiens quædam cauſa quæ mouet atcꝫ operatur, ut aliquid explicetur. Materia uero ex qua fit aliquid, uel in qua fit. Finis propter quod fit. Sunt etiam inter eos locos qui ex his ſumūtur quæ ſubſtantiam conſequuntur, aut ab effectibus, aut à corruptionibus, aut ab uſibus, aut preter hos omnes à communiter accidentibus. Quę cum ita ſint, eum prius locum qui à toto ſit inſpiciamus. Totum duobus modis dici ſolet, aut ut genus, aut ut id quod integrum ex pluribus partibus cōſtat. Et illud quidem quod ut genus totum eſt, hoc modo ſæpe quæſtionibus argumenta ſuppeditat, ut ſi ſit quæſtio, an iuſtitia utilis ſit, fit ſyllogiſmus, omnis uirtus utilis eſt, iuſtitia uirtus eſt. Iuſtitia igitur utilis eſt, hic eſt quæſtio de accidenti, ideſt, an accidat iuſtitiæ utilitas, locus eſt is qui in maxima propoſitione conſiſtit, quæ generi adſunt ſpeciei adſunt, huius ſuperior locus eſt, à toto ideſt, à genere, uirtute, ſcilicet, quæ iuſtitiæ genus eſt. Rurſus ſit quæſtio, an humanæ res prouidentia regantur, dicemus ſi mundus prouidentia regitur, hominis aūt partes mundi ſunt, humanæ igitur res prouidentia reguntur. Quæſtio de accidenti, locus quod toti conuenit id congruit & parti. Supremus locus à toto, ideſt, ab integro quod partibus conſtat. Id uero mundus eſt, qui hominibus totum eſt. A partibus etiam duobus modis argumenta naſcuntur, aut enim à generis partibus quæ ſunt ſpecies, aut ab integri, ideſt, totius quæ partes tantum proprio uocabulo nuncupantur, & de his quidem partibus quæ ſpecies ſunt, hoc modo ſit quæſtio, an uirtus mentis bene conſtitutæ ſit habitus. Quæſtio eſt de diffinitione, ideſt, an habitus mētis bene cō ſtitutæ ſit uirtutis diffinitio. Faciemus itacꝫ à ſpeciebus argumentationem ſic. Si iuſtitia, fortitudo, moderatio, atcꝫ prudentia habitus mentis bene conſtitutæ ſunt, hæc autem quatuor uirtuti ueluti generi ſubijciuntur, uirtus ergo bene conſtitutæ mentis eſt habitus, maxima propoſitio. Quod enim ſingulis partibus ineſt, id toti ineſſe neceſſe eſt. Argumentum uero à partibus, ideſt, à generis partibus, quę ſpecies nuncupantur. Iuſtitia enim, fortitudo, modeſtia, et prudētia uirtutis ſpecies ſunt. Item ab his partibus quæ integri partes eſſe dicuntur, ſit quæſtio, an ſit utilis medicina, hæc in accidentis dubitatione conſtituta eſt, dicemus ſi depelli morbos ſalutemcꝫ ſeruari medericꝫ uulneribus utile eſt, utilis medicina eſt. At depelli morbos, ſeruari ſalutē, mederiꝫ uulneribus utile eſt, utilis igitur medicina eſt. Sæpe autem & una quælibet pars ualet, ut argumentationis firmitas conſtet, hoc modo, ut ſi de aliquo dubitetur, an ſit liber factus. Si eum uel cenſu, uel teſtamēto, uel uindicta manumiſſum eſſe mōſtremus, liber factus oſtenſus eſt, atcꝫ hæ partes erant dandæ libertatis, ut rurſus ſi dubitetur an ſit domus, quod eminus proſpicitur. Dicemus quoniam non eſt. Nam uel tectum uel parietes, uel fundamenta ei deſunt, ab una rurſus parte factū eſt argumentum. Licet autem non ſolum in ſubſtantijs, uerumetiam in modo, in temporibus, in quantitatibus, in loco, totum partesꝫ reſpicere. Id enim quod dicimus ſemper in tēpore totum eſt. Id quod dicimus aliquādo in tempore pars eſt. Rurſus ſi ſimpliciter aliquid proponamus, in modo totum eſt. Si cum adiectione aliqua pars ſit in modo. Item ſi omnia dicamus in quantitate totum dicimus. Si aliquid à quantitate excerpſimus, quantitatis ponimus partem. Eodem modo & in loco quod ubicꝫ eſt, notum eſt, quod alicubi, pars. Horum autem omnium hæc communiter debentur exēpla, à toto ad

toto ad partem ſecundum tempus. Si deus ſemper eſt, & nunc eſt, à parte ad totum ſecundum modum. Si anima aliquo modo mouetur, & ſimpliciter mouetur. Mouet autem cum irascitur, uniuerſaliter igitur & ſimpliciter mouet. Rurſum à toto ad partes in quantitate. Si uerus eſt Apollo in omnibus uates, uerum erit Pyrrhum Romanos ſuperare. Rurſus in loco, ſi deus ubicq; eſt, & hic igitur eſt. Sequitur locus qui nũcupatur à cauſis, ſunt uero plures cauſæ, quæ uel principium motus præſtant atq; efficiunt, uel ſpecierum formas ſubiectæ ſuſcipiunt, uel propter eas aliquid fit, uel quæ cuiuslibet forma eſt. Argumentum igitur ab efficiente cauſa, ut ſiquis iuſtitiam naturalem uelit oſtendere, dicat. Congregatio hominum naturalis eſt, iuſtitia uero cõgregatio hominum fecit, iuſtitia igitur naturalis eſt. Queſtio de accidente. Maxima propoſitio. Quorũ efficientes cauſæ ſunt naturales, ipſa quoq; ſunt naturalia, locus ab efficientibus cauſis. Qd enim uniuſcuiuſq; cauſa eſt, id eam rem efficit, cuius eſt cauſa. Rurſus ſi quis Mauros arma non habere contendat, dicet idcirco eos armis minime uti, quod his ferrum deſit, maxima propoſitio, ubi materia deeſt, & quod ex materia efficit, deſit locus à materia. Vtrũq; uero, ideſt, ab efficiẽtibus, atq; materia uno nomine à cauſa nuncupatur, quẽ enim id q̃ efficit, atq; id q̃d operantis actũ ſuſcipit, eius rei quæ efficit cauſę ſunt. Rurſus à fine, ſit propoſitũ ſic, an iuſtitia bona ſit, fiat argumentatio talis, ſi beatum eſſe bonũ eſt, & iuſtitia bona eſt, hic enim eſt iuſtitiæ finis, ut ſiquis ſecundum iuſtitiam uiuat, ad beatitudinẽ perducatur. Maxima propoſitio. Cuius finis bonus eſt, ipſum quoq; bonum eſt, locus à fine. Ab eo quoq; q̃d cuiuslibet forma eſt, ita nõ potuiſſe uolare Dedalum, quoniam nullas naturali forma pennas habuiſſet, maxima propoſitio, tantum quæq; poſſe quantum forma naturalis ſua permiſit. Locus à forma. Ab effectibus uero & corruptionibus & uſibus hoc modo: Nam ſi bona eſt domus, & conſtructio domus bona eſt, & ẽcontrario ſi bona eſt conſtructio domus, bona eſt domus. Rurſus ſi deſtructio domus mala eſt, bona eſt domus, & ſi bona eſt domus, mala eſt deſtructio domus. Et ſi bonum equitare eſt, bonus eſt equus, & ſi bonus eſt equus, bonum eſt equitare. Eſt autem primum quidẽ exemplum à generationibus, quod idem ab effectibus uocari poteſt. Secundũ à corruptionibus. Tertium ab uſibus, omnium autem maxima propoſitio, cuius effectio bona eſt, ipſum quoq; bonũ eſt, & ẽconuerſo. Cuius corruptio mala eſt, ipſum quoq; bonum eſt & ẽconuerſo. Et cuius uſus bonus eſt, ipſum quoq; bonũ eſt, & ẽconuerſo. A communiter accidentibus argumenta fiunt quoties ea ſumunt accidentia, quæ relinquere ſubiectum uel non poſſunt uel non ſolent, ut ſi quis hoc modo dicat: Sapientem non pœnitebit, pœnitentia enim malũ factum comitatur. Quod quia in ſapiẽte non conuenit, ne pœnitentia quidem. Quæſtio de accidẽte. Maxima propoſitio. Cui nõ ineſt aliquid ei, nec illud quod eius eſt conſequens ineſſe poteſt. Locus à cõmuniter accidẽtibus. Expeditis igitur locis his qui ab ipſis terminis in quæſtione poſitis aſſumuntur, nunc de his dicendum eſt, qui licet extrinſecus poſiti, argumenta tamen quæſtionibus ſubminiſtrant. Hi uero ſunt uel ex rei iudicio, uel ex ſimilibus, uel à maiore, uel à minore, uel à proportione, uel ex oppoſitis, uel ex tranſumptione. Et ille quidem locus qui rei iudicium tenet, eſt huiuſmodi, ut ſi dicamus id eſſe quod uel omnes iudicant uel plures. Et hi uel ſapientes, uel ſecundum unamquamq; artiũ penitus eruditi. Huius exemplum eſt, cœlum eſſe uolubile, quod ita ſapientes atque Aſtrologi doctiſſimi iudicauerũt. Quæſtio de accidẽte. Maxima propoſitio. Quod omnibus uel pluribus uel ſapientibus hominibus uidetur, ei contradici non oportere. Locus à rei iudicio. A ſimilibus uero hoc modo: Si dubitetur an hominis propriũ ſit bipedem eſſe, dicemus: Similiter ineſt equo quadrupes, ut homini bipes. Non eſt autem equo quadrupes propriũ. Non eſt igitur homini bipes proprium. Quæſtio de proprio. Maxima propoſitio. Si quod ſimiliter ineſt, nõ eſt proprium, nec id de quo quæritur, eſſe propriũ poteſt. Locus à ſimilibus, hic uero in gemina diuidit, hęc enim ſimilitudo aut in qualitate conſiſtit, aut in quantitate, ſed in quantitate paritas, ideſt æqualitas

æqualitas nuncupatur. In qualitate ſimilitudo. Rurſus ab eo quod eſt magis. Si quæratur an ſit animalis diffinitio, quod ex ſe moueri poſſit, dicemus ſic: Magis oportet animalis diffinitionem eſſe quod naturaliter uiuat quàm quod ex ſe moueri poſſit. Non eſt autem hæc diffinitio animalis quod naturaliter uiuat. Nec ea quidem igitur quæ minus uidetur eſſe, q̃d ex ſe moueri poſſit, animalis diffinitio putanda eſt. Quæſtio de diffinitione. Maxima propoſitio, ſi id quod magis uidetur ineſſe nõ ineſt, nec id quod minus uidebitur ineſſe inerit. Locus ab eo quod magis eſt. A minoribus uero conuerſo modo. Nam ſi eſt hominis diffinitio, animal greſſibile bipes, cum id minus uideatur eſſe diffinitio hominis, quàm animal rationale, mortale, ſitq; diffinitio hominis ea quo dicit aliàs greſſibile bipes, erit diffinitio hominis animal rationale, mortale. Quæſtio de diffinitione. Maxima propoſitio, ſi id quod minus uidetur ineſſe ineſt, id quod magis uidebitur ineſſe, inerit. Multæ autem ſunt diuerſitates locorũ ab eo quod eſt magis & minus argumenta miniſtrantium, quos in expoſitione Topicorum Ariſtotelis diligentius perſecuti ſumus. Item à proportione, ut ſi quæratur, an ſorte ſint eligẽdi in ciuitatibus magiſtratus, dicamus minimè, quia ne in nauibus quidem gubernator ſorte præficitur, eſt enim proportio. Nam ut ſeſe gubernator habet ad nauim, ita magiſtratus ad ciuitatem. Hic autem locus diſtat ab eo qui à ſimilibus ducitur. Ibi enim una res unicuilibet alij comparatur. In proportione uero nõ eſt ſimilitudo rerum, ſed quædam habitudinis comparatio. Quæſtio de accidente. Maxima propoſitio, quod in unaquaque re euenit, id in eius proportionali euenire neceſſe eſt. Locus à proportione. Ex oppoſitis uero multiplex eſt locus. Quatuor enim ſibimet opponuntur modis, aut enim ut contraria aduerſo ſeſe loco conſtituare ſpiciunt, aut ut priuatio & habitus, aut ut relatio, aut ut affirmatio & negatio. Quorum diſcretiones in eo libro qui de decem prædicamentis ſcriptus eſt, commemoratæ ſunt, ab his hoc modo argumenta naſcuntur. A contrarijs, ſi quæratur an ſit uirtutis proprium laudari, dicam minimè quia nec uitij quidem uituperari. Quæſtio de proprio. Maxima propoſitio, contraria contrarijs conueniunt. Locus ab oppoſitis, ideſt, ex contrario. Rurſus in quæſtione ſit poſitum, an proprium ſit oculos habẽtium uidere. Dicam non, eos namque qui uident, alios etiam cœcos eſſe contingit. Nam in quibus eſt habitus, in eiſdem etiam poterit eſſe priuatio, & quod eſt propriũ non poteſt à ſubiecto diſcedere. Et quoniam ueniente cœcitate uiſus abſcedit, non eſſe proprium habentium oculos uidere conuincitur. Queſtio de proprio. Maxima propoſitio ubi priuatio abeſſe poteſt, habitus proprium non eſt. Locus ab oppoſitis ſecundum habitum & priuationem. Rurſus ſit in quæſtione propoſitum, an patris ſit proprium procreatorem eſſe. Dicam rectè uideri, quia filij eſt proprium procreatum eſſe, ut enim ſeſe habet pater ad filium, ita procreator ad procreatum. Queſtio de proprio. Maxima propoſitio, oppoſitorum ad ſe relatorum propria, & ipſa ad ſe referuntur. Locus à relatiuis oppoſitis. Item ſit in quæſtione propoſitum, an ſit animalis proprium moueri. Negetur, quia nec inanimati quidem eſt proprium, non moueri. Quæſtio de proprio. Maxima propoſitio, oppoſitorum oppoſita propria eſſe oportere. Locus ab oppoſitis ſecundum affirmationem & negationem. Mouere enim & non moueri ſecundum affirmationem & negationem, ſibimet opponuntur. Ex tranſumptione hoc modo fit, cum ex his terminis in quibus queſtio conſtituta eſt, ad aliud quiddam notius dubitatio tranſfertur, & ex eius probatione ea quæ in quæſtione poſita ſunt confirmantur, ut Socrates cum quid poſſet in uno quoque iuſtitia quæreret, omnem tractatum ad reipublicæ tranſtulit magnitudinem, atq; ex eo quod illic efficeret, in ſingulis etiam ualere confirmauit. Qui locus à toto forſitã eſſe uidebitur. Sed quoniam non inhæret his de quibus proponitur terminis ſed extra poſitas res hoc tantum quia notior uidetur, aſſumitur. Idcirco ex tranſumptione locus hic cõueniẽti uocabulo nũcupatus eſt. Fit uero hæc tranſumptio & in nomine, quoties ab obſcuro uocabulo ad notius, argumentatio tranſferẽ hoc modo: ut ſi

quæratur an Philosophus inuideat, sitq; incognitum, quid Philosophi significet nomen. Dicemus ad uocabulum transferentes notius non inuidere, quia sapiēs sit, Notius uero est sapientis uocabulum quàm Philosophi. Ac de his quidem locis qui extrinsecus assumuntur, liquidè dictum est. Nunc de medijs disputabitur. Medij autem loci sumuntur uel ex casu, uel ex coniugatis, uel ex diuisione nascentes. Casus est alicuius nominis principalis inflexio in aduerbium, ut à iustitia inflectitur iustè. Casus igitur est à iustitia id quod dicimus iustè. Coniugata uero dicuntur quæ ab eodem diuerso modo deducta fluxerunt, ut à iustitia, iustum, iustus, hæc igitur inter se & cum ipsa iustitia coniugata dicuntur, ex quibus omnibus in promptu sunt argumēta. Nā si id quod iustè est bonum est, & quod iustum est bonū est, & si qui iustus est bonus est, & iustitia bona est. Hęc igitur secundum proprij nominis similitudinem consequuntur. Medij uero loci appellantur, quoniam si de iustitia quæritur, & à casu uel à coniugatis argumenta ducuntur, neq; ab ipsa substantia propriè neq; coniunctè, neque ab ijs quæ sunt extrinsecus posita uidentur trahi, sed ex ipsorū casibus, idest, quadam ex ipsis leui mutatione deductis. Iure igitur hi loci medij inter eos qui ab ipsis, & eos qui sunt extrinsecus collocantur. Restat locus à diuisione qui tractaē hoc modo: Omnis diuisio uel negatione fit, uel partitione. Negatione fit ut si quis ita pronūciet. Omne animal aut habet pedes aut non habet. Partitione uero uelut si quis diuidat, omnis homo aut est sanus, aut æger. Fit autem uniuersa diuisio uel generis in species, uel totius in partes, uel uocis in proprias significationes, uel accidentis in subiecta, uel subiecti in accidentia, uel accidentis in accidentia. Quorum omniū rationes in eo libro diligentius explicui quem de diuisione cōposui. Atq; idcirco inde ad horum omnium cognitionem congrua petantur exempla. Fiunt autem argumentationes per diuisionem, tum ea segregatione quæ per negationem fit, tum ea quæ per partitionem. Sed qui his diuisionibus utuntur, aut directa ratiocinatione cōtendūt, aut in aliquod impossibile atq; inconueniens ducunt, atq; ita id quod reliquerāt, rursus assumūt. Quæ facilius quisq; cognoscet, si prioribus Analyticis operam dederit. Horum tamen talia in presens præstabunt exempla notitiam, sit in quęstione propositum, an ulla sit origo temporis. Quod qui negare uolet, id nimirum ratiocinatione firmabit nullo modo esse ortum, idq; directa ratiocinatione monstrabit hoc modo: tempus aut originem habet aut non. Sed quoniam mundus æternus est (id enim pauli sper argumenti gratia concedatur) mundus uero sine tempore esse non potuit, tēpus quoq; æternum est, sed quod æternum est caret origine, tempus igitur originem non habet. At si per impossibilitatem idem desiderē ostendi dicē hoc modo, tempus aut originē habet, aut nō, sed si tēpus habet originē, non fuit semp. Tēpus autē habet originē, fuit igit quando non fuit tēpus, sed fuisse tēporis est significatio; fuit igit tēpus quando non fuit tēpus, quod fieri non potest. Non est igitur ullum principium temporis, posito namq; ut ab ullo principium cœperit, inconueniens quoddā atq; impossibile contingit, fuisse tēpus quando non fuerit tempus. Redit itaq; ad alterā partē quod origine careat. Sed hæc, quæ ex negatione diuisio est, cū per ea quælibet argumēta sumunt, fieri nequit ut utrunq; sit, q; affirmatione & negatione diuidit ur. Itaq; sublato uno alterum manet, posito altero reliquū tollitur, uocaturq; hic à diuisione locus medius inter eos qui ab ipso duci solent, atq; eos qui extrinsecus assumuntur. Cum enim quæratur, an ulla sit origo temporis, sumitur quidem esse originem, & ex ea per propriā consequentiam de re ipsa quæ quæritur fit impossibilitatis & mēdacij syllogismus. Quo cōcluso redit ad prius q̄d uerū esse necesse est. Siquidem id quod ei oppositum est, ad impossibile aliquod inconueniensq; producitur. Itaq; quoniam ex ipsa re, de qua quæritur fieri syllogismus solet, quasi ab ipsis locus est deductus, quoniā uero nō in eo permanet, sed ad oppositū redit, quasi extrinsecus sumit. Idcirco hic à diuisione locus inter utrūq; medius collocat. At uero qui ex partitione sumuntur duplici sunt modo: Aliquoties enim quę diuidūtur simul esse possunt,

sunt, ut si uocem in significationes diuidamus, omnes simul esse possunt, ueluti cum dicimus amplector aut actionem significat, aut passionem, utrumq; simul significare potest. Aliquoties ueluti negationis modo quæ diuidunt simul esse non possunt, ut aut sanus est aut æger. Fit autem ratiocinatio in priore quidem modo diuisionis, tum quia omnibus adest quod quæritur uel non adest, tum uero idcirco alicui adesse uel non adesse quod alijs adsit aut minimè. Nec in his explicandis diutius laborabimus, si priores resolutorij uel Topica Aristotelis diligentis animum lectoris instruxerint. Nam si quæratur, utrum canis substantia sit, atque hanc diuisionem faciat collocutor, canis uel latrabilis animalis uel marinæ belluæ, uel cœlestis syderis nomen est, demonstretq; per singula & canem latrabilem substantiam esse, marinam quoq; belluam & sydus substantiæ posse supponi, monstrauit canem esse substantiam. Atque hic quidem ex ipsis in quæstione propositis, uidebitur argumenta traxisse. At in talibus syllogismis aut sanus est, aut æger, sed sanus est, non igitur est æger, sed sanus non est, æger igitur est, uel ita, sed æger est, sanus igitur non est, uel ita, sed æger non est, sanus igitur est. Ab his quæ sunt extrinsecus sumptus est syllogismus, idest, ab oppositis. Idcirco totus hic à diuisione locus inter utroslibet medius esse perhibetur, qui si in negatione sit constitutus, aliquo modo quidem ex ipsis sumitur, aliquo modo uero ab exterioribus uenit. Si uero à partitione ducantur argumenta, nunc quidem ab ipsis, nunc uero ab exterioribus copiam præstant. Et Græci quidem Themistij diligentissimi scriptoris ac lucidi, & omnia ad facilitatem intelligentiæ reuocantis talis locorum uidetur esse partitio. Quę cum ita sint, breuiter mihi locorum diuisio commemoranda est, ut nihil præter eam monstretur esse relictum, quod non intra eam probetur inclusum. De quo enim in qualibet quæstione dubitatur, id ita firmabitur argumentis. Vt ea uel ex ipsis sumantur quæ in quæstione sunt constituta, uel extrinsecus dicantur, uel quasi in confinio horum posita uestigentur. Ac præter hanc quidem diffinitionem nihil extra inueniri potest. Sed si ab ipsis sumitur argumentum, aut ab ipsorum necesse est substantia sumatur, aut ab his quę eam consequuntur, aut ab ijs quæ inseparabiliter accidunt, uel his adhærent, & ab eorum substantia separari seiungiq; uel non possunt, uel non solent. Quæcunque uero ab eorum substantia ducuntur, ea aut in descriptione, aut in diffinitione sunt, & præter hæc à nominis interpretatione. Quæ uero ea uelut substantiam continentia consequuntur, talia sunt, ut uel generis, uel differentiæ, uel integri, uel specierum, uel partium loco circa ea quæ inquiruntur assistant. Item uel causæ, uel efficientes, uel materiæ, uel formę, uel finis, uel effectus, uel corruptiones, uel usus, uel quantitates, uel tempus, uel modi. Quod uero propriè inseparabile uel adhærens accidens nuncupatur, id in communiter accidentibus numerabitur. Et præter hæc quidem aliud quod cuiq; inesse possit inueniri non potest. Quibus ita positis inspiciamus nunc eos locos, quos dudum extrinsecus pronunciabamus assumi. Ea enim quæ extrinsecus assumuntur, non sunt ita separata atq; disiuncta, ut non aliquo modo quasi è regione quadam ea quæ quærunturaspiciant. Nam & similitudines & oppositа ad ea sine dubio referuntur, quibus similia uel opposita sunt, licet iure atq; ordine uideantur extrinsecus collocata. Sunt autem hęc, similitudo, oppositio, maius, minus, rei iudicium. In similitudine enim tū rei similitudo, tum proportionis ratio continetur. Omnia enim similitudinē tenēt. Opposita uero in contrarijs, in priuationibus, in relationibus, in negationibus consistant. Comparatio uero maioris ad minus, quædam similium dissimilitudo est. Rerū etiam per se similium discretio maius ac minus facit. Quod enim omni qualitate, omniq; ratione disiunctum est, id nullo modo poterit comparari. Ex rei uero iudicio quę sunt argumenta quasi testimonium præbent & sunt inartificiales loci, atq; omnino disiuncti, nec rem potius quàm iudicium, opinionemq; sectantes. Transumptionis uero locus nunc quidem in æqualitate, nunc uero in maioris minorisue comparatione consistit. Aut enim ad id quod est simile, aut ad id quod est maius, aut minus

sit argumentorum rationumque transumptio. Hi uero loci quos mistos esse prædiximus, aut ex casibus, aut ex coniugatis, aut ex diuisione nascuntur. Id quibus omnibus consequentia & repugnantia custoditur. Sed ea quidem quæ ex diffinitione, uel genere, uel differentia, uel causis argumenta ducuntur, demonstratiuis maxime syllogismis uires atque ordinem subministrant, reliqua uerisimilibus ac Dialecticis. Atque hi loci qui maxime in eorum substãtia sunt, de quibus in quæstione dubitatur ad prædicatiuos ac simplices, reliqui uero ad Hypotheticos & conditionales respiciunt syllogismos. Expeditis igitur locis & diligenter tam diffinitione quàm exemplorum luce patefactis dicendum uidetur quomodo hi loci maximarum sint differentiæ propositionum idque breui, neque enim longa disputatione res eget. Omnes enim maximæ propositiones uel diffinitionem cõtinent, uel descriptionem, uel nominis interpretationem, uel totum, uel partes, uel genus, uel species, uel cætera quibus differunt inter se maximæ propositiones. Nam in eo quod sunt maximæ non differunt, sed in eo quod hæc à diffinitione quidem. Illa uero à genere, aliæ ueniunt ab aliis locis, & his iure differre, hicque earum differentiæ dicuntur, sed quoniam diuisio Themistij patefacta est, nunc ad M. Tullij diuisionem transeamus.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, DE DIFFERENTIIS TOPICIS, LIBER III.

QVod locorum differentias multipliciter uariecque tractamus, nihil mirum diligentibus ingenijs uideri debet, cum manifestum sit, unamquamque rem multis sæpe differentijs, atque in uarias diuisionis figuras posse partiri. Nam quia singulas res non una, sed plures sæpe differentiæ comprehendunt, necesse est, ut secũdum differentiarum uarietatem fiat diuersitas etiam diuisionum, ut & numeri nunc eas colligimus differentias, quod alij pares, alij impares, nunc uero quod alij primi atque incompositi, alij secũdi atque compositi. Triangulorum etiam multis modis fieri partitionem Geometricæ disciplinæ tenor ostendit, id tamen in omnibus peruidendum est, ut nihil extra in qualibet diuisionis formare linquatur, nihil ultra superfluum ac præterquàm necesse est, aggregetur, quare quid mirum uideri debet, si cum antea secundum Themistium locorum differentias dederimus, nunc diuersas secundum M. Tullium depromamus? Cuius proposita breuiter partitione, atque exemplis conuenientibus expedita, tũ demum quo differat, uel quo congruat superius digestæ diuisioni, quo etiam altera claudat alteram commemorabo. Nam cum M. Tullius omnem Logicam facultatem, quàm rationem diligentem disserendi dixit, duas habere partes proposuerit, unam inueniendi, alteram iudicandi, cumque locos diffinierit esse argumenti sedes à quibus, scilicet, argumenta promuntur, argumentum etiam rationem, quæ rei dubiæ faciat fidem, diuisionem locorum omniũ hoc modo fecit. Ex his, inquit, locis, in quibus argumẽta inclusa sunt, alij in ipso hærent, de quo agitur, alij assumuntur extrinsecus. Duas igitur locorum species fecit, alios enim in ipsis quæstionum terminis hærere proposuit, alios extrinsecus assumi, atque eos quidem qui in ipsis hærerent de quibus quæritur, tali diuisione partitur, in ipso, inquit, tũ ex toto, tũ ex partibus eius, tũ ex nota, tũ ex his rebus quæ quodammodo affectæ sunt ad id de quo quæritur. Extrinsecus aũt ea dicũt, quæ absunt, longeque disiũcta sunt, post hęc eũ locũ qui ab effectis ducitur, in conueniẽtia membra partitus est, hoc modo. Alia enim, inquit, sunt coniugata, alia ex genere, alia ex forma, alia

ma, alia ex similitudine, alia ex differẽtia, alia ex cõtrario, alia ex cõiunctis, alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus, alia ex repugnantibus, alia ex causis, alia ex effectis, alia ex comparatione maiorum aut minorum aut parium. Quorum quidem omnium & natura breuiter attingenda est, & exempla ponenda. Eorum igitur locorum qui in ipso de quo agitur hæret, primũ, esse dixit a toto. Totum autẽ uniuscuiusque rei in diffinitione cõstat. Omnis enim diffinitio rei, quã diffinit adequat, quod si una quæque res tota est (nihil em̃ integrũ esse nisi totũ potest) diffinitione quoque totũ esse necesse est, id est, quæ totã rei, quã diffinit substantiã claudat. Diffinitio uero est oratio, quæ uniuscuiusque rei quidẽ esse designat. Ab hac ita ducit argumẽtũ ut sit quæstio, an arbores quoque sint animalia, dicam: Animal est substantia animata sensibilis. Arbor non est substãtia animata sensibilis, cõcludã. Non sunt igit arbores animalia. Quæstio de genere, maxima propositio, unde diffinitio abest, inde illud quoque abest, quod diffinitur, locus à diffinitione. Partes uero sunt, quarũ cõuentu efficit totũ. Partes etiã uocant quę diuidũt totũ, hæ aũt species, uel formæ nuncupari solent. A quibus hoc modo sumitur argumentũ. Ab his quidem partibus, quarũ coniunctione componitur totũ hoc modo: ut si sit dubitatio, an sit anima corporea, partiemur animam uel ut his tribus partibus, quod uel uegetabilem, uel sensibilem, uel intelligibilem præstet, at ipsum neque uegetare, neque sentire, neque intelligere corporale est. Cũque nulla sit pars animæ corporalis, omnino anima corporalis nõ esse monstrata est. Quæstio de genere, id est, an anima corpori subijciat ut generi, argumẽtum à partibus. Maxima propositio, à qbus partes absunt, totũ quoque abesse, locus à partibus totũ cõstungentib. Item ab his partibus quę totũ diuidũt hoc modo, sit in quæstione an anima secundũ locũ moueatur. Dicã motus secundũ locum tres species sunt, crementũ, diminutio, permutatio, anima uero neque crescit, neque minuit, neque ab alio loco ad aliũ transit, nõ igitur mouet. Quæstio de accidẽte. Maxima propositio, eadẽ q superius, locus à partibus totũ diuidẽtibus. A nota argumentũ est, quoties ab interpretatione nominis, rei dubię fides quæritur, hoc modo, ut si dubitetur, an Philosophia sit bonum. Dicemus, Philosophia est amor sapientię, at id bonum est, Philosophia igitur bonũ est. Hic igitur rem non diffiniuimus, sed nomen diffinitione prodidimus. Quæstio de genere. Maxima propositio, nominis interpretatione rem declarari, locus à notatione. Coniugata sunt, quę ab eodem nomine flectuntur, ut à iustitia, iustum, iustè. Ab his ita capitur argumẽtum, ut si quæratur, an ridere gaudere sit. Dicemus, si risus gaudium est, & ridere gaudere est. Quæstio de accidente. Maxima propositio, coniugatorum eandem esse naturam, locus à coniugatis. Genus est quod de pluribus specie differentibus in eo quod quid prædicatur. Ab hoc ita ducitur argumentum, ut si quæratur, utrum anima numerus sit seipsum mouens, ut Xenocrati placuit. Dicemus, anima substantia est. Numerus uero substantia non est. Igitur anima numerus non est. Quæstio de diffinitione, locus à genere. Maxima propositio. Quorũ diuersa sunt genera, ipsa quoque esse diuersa. Forma est quod de pluribus numero differentibus in eo quod quid sit prędicatur. Ab hac fit argumentum hoc modo, ut si quæratur, an color in subiecto sit, id approbabimus eo, quoniam album uel nigrum in subiecto sunt. A specie, scilicet, ad genus deducentes. Quæstio de genere. Nam in subiecto esse uel non esse, accidens uel substantiã significat, quę sunt prima rerũ genera. Maxima propositio. In formis spectari generũ proprietates, locus à forma. Similitudo est eadẽ rerũ differentiũ qualitas. Ab hac ita fieri argumentum iudicatur, ut si quęratur forte an electione rectores ciuitatibus dandi sunt, negatur quoniã ne in nauí quidẽ forte, sed electione peritus rector eligitur. Similis est nauis quidẽ ciuitati, gubernator autẽ magistratui. Quæstio de accidente, locus à similí. Maxima propositio, de similibus idem est iudicium. Item à differentia, ut si quęratur, an idem sit rex quod tyrannus. Dicemus minimè, nã in rege, pietas, iustitia, mãsuetudo: in tyranno, cuncta diuersa sunt. Quæstio de diffinitione, locus à differẽtia.

Maxima propoſitio, differẽtium rerum non idem eſſe iudicium. Cõtraria uero quæ Cicero appellat, quatuor modis diuidũtur, aut enim aduerſa ſunt, ut albũ, nigrũ, aut priuantia, ut iuſtitia, iniuſtitia, aut relatiua, ut dominus, ſeruus, aut negatiua, ut uiuere, non uiuere. Ab his omnibus ita argumenta ducuntur, ab aduerſis ſi bona eſt ſanitas, mala eſt egritudo, à priuantibus, ſi iniuſtitiam fugimus, iuſtitiam ſequamur, à relatiuis quiſquis pater eſſe uult, habeat filium, à negantibus. Non me accuſas feciſſe quod me non feciſſe defendis. Quæſtiones de accidentibus. Maxima propoſitio, in aduerſis priuantibus, & negantibus contraria ſibi conuenire non poſſe. In relatiuis autem abſq; ſe relatiua eſſe non poſſe. Locus à contrarijs, quę melius oppoſita uocarentur. Adiuncta ſunt, quæ finitimum tenent locum, ita ut tẽporibus quoq;, tum antecedant, ut amorem congreſſio, tum rei, cui adiuncta ſunt hęreant, ut ambulationi pedum ſtrepitus, tum conſequantur, ut atrox facinus mentis trepidatio. Neq; hæc neceſſaria ſunt, ſed frequenter eueniunt. Nam neq; qui congreſſus eſt, modis omnibus amauit, & qui congreſſus non eſt, uno ſemel aſpectu in amorem incidit, & ambulante aliquo poteſt non eſſe ſtrepitus pedum, & non ambulante pedes ſtrepere, ſi uno eodemq; loco conſiſtens pedes moueat, & trepidare quis, cum nihil atrox fecerit, & non trepidare qui fecerit, ab his ducetur argumentum, uel cum amare aliquem ſuſcipiamur, quia fuerit ante congreſſus, uel ambulaſſe aliquem in locum, cum pedum ſtrepitus fuerit auditus, uel atrox facinus cõmiſiſſe, quẽ trepidare uideamus, atq; in his quæſtiones de accidentibus. Locus ab adiunctis, maxima propoſitio, ex adiunctis adiuncta perpendi. Antecedentia uero ſunt, quibus poſitis ſtatim neceſſe eſt aliud conſequatur, uelut cum dicimus, ſi homo eſt, animal eſt. Neq; in his temporibus ratio, nec rerum neceſſitas uaria eſt, ſed ſtatim ut dictum fuerit id quod antecedit, id comitatur quod ſubſequens eſt. Hic uero locus totus in conditione eſt conſtitutus poſita enim conditione ſi ſit antecedens, eſſe neceſſe eſt quod conſequitur, hoc modo: Si peperit cum uiro concubuit, antecedens eſt peperiſſe, cũ uiro cõcubuiſſe conſequens, nam neq; illud quæritur quid prius tẽpore ſit, quid poſterius, & ſępe iſta ita uariantur, ut id quod poſterius eſt tẽpore, antecedens eſſe uideat in propoſitione, ut peperiſſe poſterius eſt, quã cõcubuiſſe. Tamen ſi peperit modis omnibus cũ uiro cõcubuit, & hoc præcedente & prius poſito, neceſſe eſt illud intelligatur, aliquoties uero ſimul ſunt, ut ſi ſol ortus eſt, dies eſt, aliquoties prius eſt quod præcedit, poſterius quod conſequitur, ut ſi arrogans eſt, odioſus eſt, ex arrogantia enim quiſq; fit odioſus, ex antecedenti igit̃ ſumitur argumentum, ſi peperit cum uiro concubuit, ſumo quod antecedit, at peperit, concludo quod ſequitur, cum uiro igitur concubuit, à cõſequentibus ita ſumo, quod ſequitur, at non concubuit cum uiro, cõcludo, quod antecedit, non igitur peperit. Quæſtio eſt de accidente, locus ab antecedẽtibus, & conſequentibus, maximę propoſitiones, poſito antecedenti comitari quod ſubſequitur, perempto conſequenti perimi quod antecedit. Repugnantia uero ſunt contrariorũ conſequentia, ut uigilare, dormire contraria ſunt, ſtertere dormientibus adiunctum eſt. Stertere igitur ac uigilare repugnantia ſunt, ab his ita fit argumentum. Tu ne eũ dicas uigilare, qui ſtertat? quæſtio de accidente, argumentum à repugnantibus, maxima propoſitio, repugnantia ſibi cõuenire non poſſe. Cauſa eſt efficiens, quę quamlibet rem præcedens efficit, nõ ſemper tempore, ſed proprietate naturæ, ut ſol diem, ab hac ita ſumitur argumentum. Cur eſſe dubites diem, cum ſolem in cœlo eſſe conſpiciaſ? Quæſtio de accidente, nam diem eſſe accidit aẽri, id eſt, eſſe propter ſolẽ lucidum, argumentum ab efficientibus cauſis, maxima propoſitio, ubi cauſa eſt, ibi eſt effectum abeſſe non poſſe. Effectum eſt quod efficit cauſa, ab hoc ita ſumitur argumẽtum, an tu dubites amaſſe, quã rapuit? Quæſtio de accidente, argumentũ ab effectis, maxima ꝓpoſitio, ubi effectus eſt, cauſam abeſſe nõ poſſe, ueluti nõ abfuit amor, q fuit cauſa, cur rapuerit, ꝙd eſt effectus. Cõparatio uero maioris eſt, quoties, id q minus eſt, maiori cõparat̃, ab hoc loco ita ſumit̃ argumentũ, ſi is qui patriã bello perſe

cutus eſt, tandem ueniam meruit à ciuibus, cur non is quoque mereatur qui ob ſeditionem motam, actus eſt in exilium? Quæſtio de accidente, argumentum à comparatione maioris, maxima propoſitio, quod in re maiore ualet, ualeat in minore. Minoris eſt comparatio, quoties maior res confertur minori, atq; ex ea capitur argumentum hoc modo: Si Caium Gracchum mediocriter labefactantem ſtatum rei publicæ Scipio priuatus interfecit, cur non Catilinam orbem terræ cæde atq; incendio uaſtare cupientem conſules perſequantur? Quæſtio de accidente, argumentum à comparatione minoris, maxima propoſitio, quod in re minore ualet, ualeat in maiore. Paria ſunt, quę eiuſdem quantitatis ſunt, & ſemper paritas ſimilitudo eſt quantitatis. Ab hac ita fit argumẽtum. Si Demoſthenem quis laudare deſiderat, cur uituperet Tullium? Quæſtio de accidente, argumentum à comparatione parium, maxima propoſitio. Pariũ idem eſſe iudiciũ. Reſtat is locus quẽ extrinſecus dixit aſſumi, hic iudicio nititur, & autoritate & totus probabilis eſt, nihil continens neceſſarium. Probabile aũt eſt, quod uideẽ uel omnibus, uel pluribus, uel doctis, & ſapientibus, & inter hos claris atq; præſtantibus, uel his, qui ſecundũ unã quãq; artem peritiã cõſecuti ſunt, ut Medico in medicina, Geometræ in Geometria, ab hoc loco tale eſt argumentum, ueluti ſi dicam. Difficile eſt cum Carthaginenſibus bellũ gerere, quoniam id P. Scipio Cornelius Africanus dixit, qui ſępè fuerat expertus. Hic uero locus extrinſecus dicit̃ cõſtitutus, quoniã non de his, qui prædicati uel ſubiecti ſunt terminis ſumitur, ſed ab extrinſecus poſito iudicio uenit, hic etiã inartificialis, & artis expers uocatur, quoniã non ſibi hinc ipſe conficit argumentũ Orator, ſed peratis poſitis ſq; utitur teſtimonijs. Expeditis igit̃ M. Tullij differentijs quibus ipſe, à ſe maximas ꝓpoſitiones, quas locos eſſe diximus, ſeparauit, pertractanda breuiter mihi uideẽ ſuperius digeſta partitio, ut ea quæ ſimilia uidentur, à ſemetipſis ratione congrua ſegregent̃. Similis enim uideẽ locus à toto ei, qui eſt à nota, uterq; enim in diffinitione eſt conſtitutus. Nam interpretatio nominis quædam ipſius nominis diffinitio eſt. Sed illa eorum maxima eſt differentia, quia locus à toto rem diffinit, à nota uero rem non diffinit, ſed nomẽ interpretat̃. Diuerſa uero ſunt res ac nomẽ. Hoc enim ſignificat, illa ſignificat̃. Item locus à partium enumeratione conſimilis uideẽ eſſe ei, qui eſt à forma. Nam & forma pars eſt, & qui genus diuidit, enumerat partes, neq; aliter fieri ex forma argumentũ poteſt niſi diuidat̃ à genere, ſumi enim omnino forma non poteſt, niſi per diuiſionẽ. Sed hic quoq; multa eſt differentia, nam partiũ enumeratio totas neceſſe eſt ut diuidat partes, eas q; uniuerſas ad fidem argumentationis aſſumat, ſiue illæ partes, ſiue illę ſint ſpecies, ut genus quidem ſpeciebus. Totum uero partibus approbet̃. In forma uero ſufficit ad demonſtrandũ quod de genere dicitur una quælibet. Item locus à contrario & repugnantibus uidetur eſſe conſimilis, ſed habet differentiam, quia cõtraria primis ſibimet frontibus opponuntur. Repugnantia uero per coniunctionem contrariorũ ſibi probantur aduerſa, ut dormire ac uigilare ſtatim ſibi contraria ſunt. Stertere uero repugnat uigilationi idcirco, quia ſomno coniungit̃. Adiũcta uero & antecedẽtia & cõſequentia quaſi finitima ſunt. Sed diſtant, ꝙd in adiunctis nulla eſt neceſſitas, in antecedẽtibus uero & cõſequentibus maxima, in adiũctis uero tẽpora nimiũ ualent. Nam ꝙd adiunctũ eſt, id uel præcedere rem ſolet, uel cum ea uno eodemq; tẽpore eſſe, uel ſubſequi poſterius. At in antecedentibus nihil horũ eſt, ſed nõ habita tẽporis ratione mox ut fuerit antecedens, cõſequens eſſe neceſſe eſt, & ſi cõſequens nõ fuerit, antecedens neceſſe eſt interire. Ac de M. Tullij locis ſufficiẽter dictũ eſt, nũc ad Themiſtij diuiſionẽ redeamus, ut quomodo ſibi ſuperius digeſtæ partitiones cõſentire poſſint breuiter explicemus, ac primũ quidẽ totius partitionis cõmuniter differẽtias colligamus. Superior diuiſio docuit alios Themiſtij eſſe locos, qui in ipſis terminis, de quibus quæritur, inſunt, alios qui extrinſecus aſſumuntur, alios qui inter utroſq; uerſant̃, ut hic trina intelligat̃ diuiſio. At M. Tullij diuiſio locos bifariã oſtendit. Alios enim in eo ipſo de quo

de quo agitur hærere proponit, alios extrinſecus aſſumi. Hic igitur omnes eos locos, quos medios Themiſtius propoſuit, his applicuit atq; coniunxit, qui ſunt in ipſis de quibus agitur, terminis conſtituti, & communiter quidem talis diuiſionũ eſt differentia, quæ clarius apparebit, ſi ſingula perſequamur. Eos igitur locos, qui poſiti ſunt in terminis, de quibus in quæſtione dubitatur, priore partitione Themiſtius, tum in ſubſtantia poſuit, tum in ſubſtantiæ conſequentia. In ſubſtantia ſunt diffinitio, deſcriptio, nominis interpretatio. Subſtantiæ uero conſequentia ſunt, genus, totum, ſpecies, pars, cauſa efficiens, materia, forma, effectus, corruptio, finis, uſus, communiter accidentia. Eos uero qui extrinſecus aſſumuntur, tum in iudicio, tum in ſimilitudine, tum in quantitatis comparatione, tum in oppoſitione, tum in proportione, tum in tranſumptione ſeparauit. Quos uero interutroſque poſuit, hos in caſibus & coniugatis, & diuiſione conſtituit. Sed M. Tullius eos, qui in ipſo ſunt, de quo quæritur, tum ex toto, tum ex partibus eius, tum ex nota, tum ex his rebus, quæ quodammodo affecte ſunt ad id, de quo quæriſ poſuit. Ipſa uero quæ affecta ſunt multifaria diuiſione partitus eſt, ſolum uero iudicium extrinſecus ſegregauit, pluresq; partes eorum, quę in diuiſione Themiſtij poſita ſunt ſubſtantię conſequentia. Item q; locos medios inter affecta numerauit. In tam uero uaria diuiſione neceſſe eſt ut utræq; ſibi non eadem parte conueniant. Id uero in cũctis multipliciter diuiſis fieri poteſt, uelut ſi quis diuidat triangulorum formas ſic: Triangulorum, aliæ ſunt equilaterę formæ, aliæ duo tantum latera habẽtes æqualia, aliæ uero totis inæqualibus lateribus iunctæ. Rurſus ſit iſta diuiſio, ut aliàs dicat aliquis rectum habentes angulum, quę orthogoniæ nuncupantur, aliàs dicat tribus acutis angulis contineri, quæ ſunt oxigoniæ, aliàs in obtuſum angulum tendi, quæ ſunt ambligoniæ. Neceſſe eſt igitur, ut utræ q; ſibi diuerſa partium ratione conueniãt. Nam quod eſt orthogonium, id ſemper uel duobus lateribus æqualibus continetur, uel tribus inæqualibus. Sed quod eſt ambligonium, id uel duobus lateribus continetur, æqualibus, uel tribus inæqualibus. Sed quod eſt oxigonium, id uel tribus lateribus æqualibus, uel duobus inæqualibus continetur. Rurſus id quod eſt æquilaterum ſemper eſt oxigonium, id uero quod duobus æqualibus lateribus continetur, uel orthogonium, uel ambligonium, uel oxigonium eſſe poteſt. Quod uero tribus inæqualibus continetur lateribus, uel orthogonium, uel ambligonium eſſe neceſſe eſt. Secundum igitur hunc modum cunctam M. Tullij atq; Themiſtij diuiſionem à principio pariter ordientes, inuicem ſibimet clauſam eſſe monſtremus, in quibus omnibus & exemplorum, & intelligẽtiæ ſuperius expeditæ preſens debet eſſe memoria. Diſponamus igitur omnem Themiſtij diuiſionem, & poſt hanc ſubijciatur Tullia partitio, ut ea quæ dicenda ſunt, apertius oculis ſubiecta clareſcant.

Themiſtij diuiſio.



In ipſo	Extrinſecus	Medij
A ſubſtantia	A rei iudicio	A caſibus
A definitione	A ſimilibus	A coniugatis
A deſcriptione	A maiore	A diuiſione

A nominis

A nominis interpretatione.
A conſequentibus
A toto uel genere
A partibus uel ſpecie
Ab efficientibus
A materia
A forma
A fine
Ab effectibus
A corruptionibus
Ab uſibus
A communiter accidentibus.

A minore
Ex oppoſitis uel cõtrarijs, uel relatiuis, uel ſecundum priuationẽ & habitum, uel per affirmationẽ & negationem.

A proportione
A tranſumptione

M. Tullij diuiſio.



Quibus ita deſcriptis, nunc quemadmodũ M. Tullij diuiſio Themiſtij partitioni cõueniat explicemus, cum igit locũ quem Cicero dixit à toto, à ſubſtantia Themiſtius eſſe propoſuit. Vterq; enim in diffinitione conſiſtit, ſiue illa ſubſtantialis ſit, ſiue deſcriptio. A partium enumeratione locus ex Ciceronis Topicis poſitus idem eſt, qui in Themiſtij diuiſione inter medios à diuiſione nominatus eſt. Quoties em aliquid eſſe, uel non eſſe monſtrare contẽdimus, ſi fidem à partiũ enumeratione capiamus, id ex diuiſione neceſſario faciendum eſt. Diuiſio uero aut formarum precelſit, aut partiũ, quanq; locus qui ex diuiſione à Themiſtio inter medios collocatus eſt, a Cicerone in generis tractatione ponitur, ait em Tullius cũ de genere loqueret hoc modo: Cõmodè etiã tractatur hæc argumentatio, quæ ex genere ſumitur, cum ex toto partes perſequare, hoc modo: ſi dolus malus eſt, cum aliud agitur, aliud ſimulatur, enumerare licet quibus modis id fiat, deinde in eorum aliquem id quod arguas dolo malo factum, includere. Quod genus argumenti in primis firmũ uideri ſolet. A notatione Tullij locus is eſt, qui Themiſtij a nominis interpretatione. A cõiugatis cõmunis eſt locus, eum Themiſtius inter medios collocauit. A genere M. Tullius poſuit, à toto Themiſtius. A forma Ciceronis, à parte, id eſt, ſpecie Themiſtij. A ſimilitudine

tudine cõmunis quidẽ est, nisi quod M. Tullius sub ea proportionem comprehendit. A differentia M. Tullij, a toto in Themistij diuisione, uel à parte intelligi potest, à toto quidem, si sit constitutiua differentia de qua sumitur argumẽtum, à parte uero si sit diuisibilis. A contrario idem locus est, qui apud Themistium ab oppositis dictus est, & extrinsecus constitutus, ab adiunctis ille est, q in Themistij partitione à cõmuniter accidentibus dicitur, inter consequentia subitantię nominatus. Ab antecedentibus & consequentibus locus multifariam spargitur. Nam & diffinitio & descriptio & antecedere rem & consequi possunt. Itemq; nominis interpretatio. Item species antecedit, genus consequitur. Causa etiam efficiens antecedit, & sequitur effectus. Materiã uero sequitur effectus. Cõmuniter accidentia quoq; si inseparabilia sint, necesse est, ut cõsequantur. Cõiugata etiam sese uel antecedunt, uel consequuntur, itaq; hic locus pluribus mistus est, & non tam rebus ab alijs omnibus quam tractatione diuersus, ipsa enim conditio consequentiæ, locum alium facit, cum ipsa conditio consequẽtię, uel in diffinitione, uel in descriptione, uel in forma, uel in causa, uel in cæteris posita sit. Repugnãtia uero oppositis aggregantur, efficientia causis efficientibus uel materię effecta illi sunt cõsimilia loco, quem Themistius posuit à fine. Nam causarum effectus finis est. A cõparatione maioris uel minoris idem locus est, qui apud Themistium inter extrinsecos locos ponitur à maiore & minore. A comparatione partium inter eos, qui à simili ducuntur esse putandus est. Dictũ est enim in quantitate similitudinẽ esse paritatem. Restat locus utrisq; cõmunis, qui est extrinsecus collocatus, quem Cicero, sicut Themistius à rei iudicio esse proposuit. Et M. Tullij quidem diuisio superiorẽ Themistij partitionem tali modo potuerit includere, quod licet in subiecta descriptione prospicere:

Tulliana diuisio.	Themistij diuisio.
A toto	A substantia
A partium enumeratione	A diuisione
A notatione	A nominis interpretatione
A coniugatis	A coniugatis
A genere	A genere uel à toto
A forma	A parte uel specie
A similitudine	A simili
A differentia	A toto uel à parte
A contrario	Ab oppositis
Ab adiunctis	A communiter accidentibus
Ab antecedentibus	A diffinitione uel descriptione, uel interpretatione, uel specie, uel causa, uel materia, uel communiter accidentibus uel coniugatis.
A consequentibus	
A repugnantibus	Ab oppositis
Ab efficientibus	A causis
Ab effectis	A fine
A comparatione maiorum,	A maiore
Minorum,	A minore
Parium	A similibus
Ab auctoritate.	A rei iudicio.

Omnis quidem M. Tullij partitio locorum in Themistij diuisione superioris descriptionis formula uidetur conclusa. Nunc Themistij diuisio ad M. Tullij diuisionem reducenda est. Cuius quidem multa pars Ciceronis conuenit, sicut prior etiam descriptio docet. Quod uero ex Themistij supereſt diuisione, id si ad Tulliane partitionis

tionis ordinem referatur, facili compendio quemadmodum ad se inuicem partitiones reducantur ostenditur. Nam continuæ M. Tullij diuisioni ex Themistij locis in superiore descriptione cõuenerãt hi, Ciceronis, quidẽ à toto, Themistij, à substãtia. A partiũ enumeratione Ciceronis à diuisione Themistij. A notatione Ciceronis, à nominis interpretatione Themistij. A coniugatis utrorũq; cõmunis. A genere Ciceronis, à toto Themistij. A forma Ciceronis, à parte, id est, specie Themistij. A similitudine cõmunis, à differẽtia Ciceronis, à toto uel à parte Themistij. A cõtrario Ciceronis, idẽ apud Themistiũ ab oppositis. Ab adiũctis Ciceronis eũdẽ à cõmuniter accidẽtibus Themistius posuit. Ab antecedẽtibus & cõsequẽtibus, mixti cũ pluribus. A repugnantibus Ciceronis idem à Themistio ab oppositis dicit. Ab efficiẽtibus Ciceronis, à causis Themistij. Ab effectis Tullij, à fine Themistij. A comparatione maioris ac minoris M. Tullij, idem sunt à maiore ac minore Themistij. A cõparatione partium Ciceronis, à similibus Themistij. Cum igitur M. Tullij plena diuisio aliquibus membris Themistianæ diuisionis aptetur, fieri non potest, ut non membra Themistianæ diuisionis statim ad Tullianæ conuenientia reducãtur. Quo circa si quid reliquum est in Themistij diuisione, quod superiori formulę non uideatur ascriptum, plenę M. Tullij diuisioni poterimus aptare. Inuicem enim diuisiones alterna reciprocatione coniunctæ sunt. Restant autem ex Themistij locis hi, ab usibus, ab effectibus, & corruptionibus & proportione, & transumptione. Quorũ quidem ab usibus, si usus alicuius rei semper effector est, ei loco Ciceronis aptãdus est, qui ab efficientibus nuncupatur. Quod si ipse usus efficitur, ei loco Ciceronis adhibendus est qui ab effectis uocatur. Ab effectibus uero, siquidem efficit aliquid effectus, ab efficientibus causis est, si uero ipse effectus plenum aliquid confectũq; demonstrat, Is locus est quem ab effectis Tullius dixit. A corruptionibus uero ab efficientibus dici potest. Nam cum omnis generatio efficiat aliquid, id est, substãtiam formet, corruptio rursus ipsa quoq; efficit quiddam, id est, subitantiali forma spoliat ac priuat, uelut mors facit corporis dissolutionẽ. A proportione uero idem est, quem Tullius à similibus dixit, nam multorum in multis similitudo proportio est. Transumptio uero siquidem ad maiora sit, locus à maiorum comparatione est. Sin uero ad minora, locus est à minorum comparatione, quod si ad paria, locus est à parium cõparatione, atq; in his omnibus reducẽdis, tale satis est descriptionis exẽplũ.

Themistij.		Ciceronis
Ab usibus	Si ipse usus aliquid efficit	Ab efficientibus
	Si ipse usus efficitur	Ab effectis
Ab effectibus	Si effectus aliquid efficit	Ab efficientibus
	Si effectus efficitur.	Ab effectis
A corruptionibus		Ab efficientibus
A proportione		A similibus
	Si sit ad maius	A cõparatiõe maiorũ
A transumptione	Si sit ad minus	Minorum
	Si sit ad par	Parium

Ac de Dialecticis quidem locis, quantum propositi operis ratio postulat explicuimus. Nunc uero de Rhetoricis dicendum uidetur quid sint, uel quid à Dialecticis discrepare uideantur, ad cuius plenam disputationem, integrum quarti uoluminis spatium reseruemus.

ANITII

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, DE DIFFERENTIIS TOPICIS, LIBER IIII.

SI quis operis titulum diligens examinatur inſpiciat, cum de Topicis differentijs conſcribamus, non id à nobis tantum expectare debebit, ut locorum inter ſe Dialecticorum, uel etiam Rhetoricorum differentias demus, uerum id multo magis ut Dialecticos locos à Rhetoricis ſegregemus, quod nos efficacius aggredi poſſe arbitramur, ſi ab ipſa facultatum natura, diſputandi ſumamus exordiũ. Oſtenſa enim Dialecticæ, ac Rhetoricæ ſimilitudine, ac diſſimilitudine, ab ipſarũ facultatũ neceſſe eſt formis, etiã locorũ qui eiſdem facultatibus deſeruiũt cõmunitates, diſcrepãtiaſq́ue ducamus. Dialectica facultas igitur theſim tantum conſiderat. Theſis uero eſt ſine circũſtantijs queſtio. Rhetorica uero de hypotheſibus, id eſt, de quæſtionibus circunſtantiarum multitudine incluſis tractat, & differit. Circunſtantię uero ſunt: Quis, quid, ubi, quando, cur, quo modo, quibus adminiculis. Rurſus Dialectica quidem ſi quando circũſtãtias, uelut perſonam, factuḿue aliquod ad diſputationem ſumit, non principaliter, ſed omnẽ eius uim ad theſim, de qua differit, transfert. Rhetorica uero ſi theſim aſſumpſerit, ad hypotheſim trahit, & utraq; ſuam quidem materiam tractat, ſed alterius aſſumit, ut proniore in ſua materia facultate nitatur. Rurſus Dialectica interrogatione, acre ſponſione conſtricta eſt. Rhetorica uero rem propoſitam perpetua oratione decurrit. Item Dialectica perfectis utitur ſyllogiſmis. Rhetorica enthymematum breuitate contenta eſt, illud etiam differentiam facit, quod Rhetor habet alium prẽter aduerſarium iudicem, qui inter utroſq; diſceptet. Dialectico uero ille fert ſententiam, qui aduerſarius eſt. Ab aduerſario enim reſponſio ueluti quædam ſententia ſubtilitate interrogationis elicitur. Quę cum ita ſint, omnis earum differentia, uel in materia, uel in uſu, uel in fine eſt conſtituta. In materia quia theſis atq; hypotheſis materia quidem utriſq; ſubiecta eſt, in uſibus quod hæc interrogatione, illa perpetua oratione diſceptat, uel quod hæc integris ſyllogiſmis, illa uero Enthymematibus gaudet. In fine uero quod hęc perſuadere iudici, illa quod uult ab aduerſario extorquere conatur. Quibus ita præcognitis paulò poſterius & queſtiones Rhetoricas quę in cõſtitutionibus poſitæ ſunt, & proprij generis enumerabimus locos. Nũc pauliſper mihi uideẽ de tota admodũ breuiter facultate tractandũ magnum opus atq; difficile. Quanta enim ſibimet ars Rhetorica cognatione iungatur, non facilè cõſiderari poteſt, uixq; eſt etiam ut auditu animaduerti queat, nedum ſit facilè repertu. De cuius quidem rei traditione nihil ab antiquis præceptoribus accepimus. De unoquoque enim præcipiunt, nihil de communi laborantes. Quam partem doctrinę uacuam, ut poſſumus aggrediamur. Dicemus itaq; de generis artis, & ſpeciebus, & materia, & partibus, & inſtrumento, inſtrumentiq; partibus, opere etiam officioq; actoris & fine, poſt hęc de quæſtionibus ac de locis. Quocirca quod in communi ſpeculandum eſt, hinc differendi ſumamus exordium. Rhetoricę igitur genus eſt facultas. Species uero tres iudiciale, demonſtratiuum, deliberatiuum, & genus quidem id eſſe, quod diximus paret. Species autem idcirco ſunt, quas ſuperius commemorauimus, quoniã in his eſt tota facultas Rhetoricę, in iudiciali genere cauſarum integra eſt. Item in demonſtratiuo, uel deliberatiuo. Sed hæc genera ſunt cauſarũ. Omnes enim cauſæ uel ſpeciales, uel indiuiduę ſub horum trium generum uno cadunt, ut ſub iudiciali quidem ſpeciales ut maieſtatis, uel repetundarum. Sub deliberatiuo uero quæcunq; cauſę conſultationẽ habẽt, ut ſi ſpecialiter accipias de bello uel de pace, ſi uero indiuiduæ

uidueˆ de bello Pyrrhi uel pace. Eodem modo etiam in demonſtratiuis quęcunque ueniunt in laudem, aut in uituperationem. ſpecialiter quidem, ut laus uiri fortis. Indiuiduè uero, ut laus Scipionis, ſub demonſtratione ponuntur. Materia uero huius facultatis eſt, omnis quidem res propoſita ad dictionẽ. Ferè autem eſt ciuilis quæſtio, in hanc ſpecies à Rhetorica ueniẽtes, quaſi quędã formæ capiũt ſibi materiã, & tripli ciinformatam tenẽt figurã, quod poſterius liquebit, ut ciuilis quæſtio, quæ adhuc informis ſecundum ſpecies erat, fiat accepto fine unicuiq; ſpecierum Rhetoricę ſubiecta, ut informis adhuc ciuilis quæſtio cum acceperit ex iudiciali finem iuſti, fiat ipſa ciuilis quæſtio in iudiciali genere conſtituta. Cũ uero ex deliberatiuo ſumpſerit utile uel honeſtum, tunc fiet ipſa ciuilis quæſtio in deliberatiuo cauſarum genere cõſtituta. Si uero ex demonſtratione ſumpſerit bonum, tum fit demonſtratiua ciuilis quæſtio, ueniunt autem ut in materiam ſpecies ex Rhetorica, idcirco quod aliter in materia ſua quęlibet facultas non poteſt operari, quàm ſi ſuas adhibeat partes. Abſentibus enim cunctis partibus ſuis Rhetorica quoq; ipſa eſt abſens. ſed quoniam de ſpecibus dictum eſt, Rhetoricæ, quoniam ſunt genera cauſarum, ita ſunt, ut omnium negociorum, quæ in ciuili quæſtione conſtituta ſunt, accepto fine iuſti, iudiciale ſit genus, omnium uero quę conſtituta ſunt in ciuili quæſtione, honeſtum uel utilem ſinem cœperunt. Deliberatiuum ſit genus, omnium quoq; quæ in ciuili queſtione poſita finem honeſti tantũ boniue ſumpſerũt, ſit demonſtratiuum genus, ſed de his hactenus. Nunc de partibus Rhetoricæ prouidendum eſt. Partes enim Rhetoricæ ſunt quinq; inuentio, diſpoſitio, elocutio, memoratio, pronunciatio. Partes autem uocantur idcirco, quia ſi aliquid harum defuerit Oratori imperfecta facultas eſt, atque ideo quæ uniuerſam formant Oratoriã facultatem, ea partes facultatis eius dicere ius eſt. Sed hæ partes quoniam Rhetoricę facultatis ſunt, totamq; Rhetoricam facultatem componunt, neceſſe eſt ut ubi fuerit Rhetorica integra, ipſę quoq; partes cõſequantur in proprijs ſpeciebus, omnes igitur Rhetoricę partes inerunt Rhetoricæ ſpeciebus. Quocirca & his ciuilibus negotijs tractãdis adhibentur, quæ à prædictis ſpeciebus Rhetoricę informatur, æque igitur in iudiciali negocio, & in deliberatiuo, & demonſtratiuo, inuentio, diſpoſitio, elocutio, memoria, pronunciatioq; conueniunt. Quoniã uero omnis ferè facultas inſtrumẽto utitur ad faciendũq; poteſt, erit etiam Rhetoricę facultatis aliquod inſtrumentum, hoc uero eſt oratio, quæ partim in ciuili genere uerſatur, partim minimè. De ea autem oratione nunc loquimur, quæ aliquã habet quæſtionem, uel quæ ad finem expediendę queſtionis accommodatur, ea uero oratio, quæ in ciuili genere uerſatur, continuè decurrit. Ea uero quæ non eſt in ciuilibus cauſis interrogatione & reſponſione explicatur, ſed prior Rhetorica, ſecunda Dialectica nuncupatur, quæ hoc ſuperiore differt, primũ quod illa ciuilem hypotheſim, hæc theſim conſiderat, dehinc q; illa cõtinua, hæc interciſa oratione peragit, & quod Rhetorica oratio habet præter aduerſariũ iudicem. Dialectica uero eodẽ iudice, quo aduerſario utitur. Hęc igitur Rhetorica oratio habet partes ſex, proœmiũ, quod exordium eſt, narrationem, partitionem, cõfirmationem, reprehenſionẽ, perorationem, quæ ſunt partes inſtrumenti Rhetoricæ facultatis, & quoniam Rhetorica in omnibus ſuis ſpeciebus ineſt, eiſdem inerunt. Nec potius inerunt quàm eiſdem ea quæ peragunt, adminiſtrabunt. Itaq; & in iudiciali genere cauſarũ neceſſarius eſt ordo proœmij, narrationis atq; cæterorũ, & in demonſtratiuo deliberatiuoq; neceſſarius ſunt. Opus autem Rhetoricę facultatis eſt docere mouereq;, quod nihilominus idem ferè ſex inſtrumenti, id eſt, orationis partibus adminiſtratur. Partes aũt Rhetoricę, quoniã partes ſunt facultatis, ipſæ quoq; ſunt facultates. Quocirca ipſę quoque orationis partibus, quaſi inſtrumentis utentur in partem, atq; ut his operentur, eiſdem inerit. Nam in exordijs niſi quinque ſint prædictę Rhetoricæ partes, ut inueniat, diſponat, eloquatur, meminerit, pronũciet, nihil agit Orator, eodem quoq; modo & reliquę ferè partes inſtrumenti niſi habeant omnes Rhetoricæ partes, fruſtra

sunt. Huius autem facultatis effector, Orator est, cuius est officium dicere appositè ad persuasionem. Finis autem tum in ipso, tum in altero. In ipso quidem benedixisse, id est, dixisse appositè ad persuasionem. In altero uero persuasisse, neq; enim si qua impediunt Oratorem quo minus persuadeat, officio facto finis non est consecutus, sed is quidem, qui officio fuit cõtiguus, & cognatus, consequitur, facto officio, is uero qui extra continetur, sæpe non consequitur, neq; tamen Rhetoricam suo fine contentam honore uacuauit, hęc quidem ita sunt mista, ut Rhetorica inlit speciebus, species uero insint causis. Causarum uero partes status esse dicuntur, quos etiã aliis nominibus, tum constitutiones, tum quæstiones nominare licet, qui quidẽ diuidunt ita, ut rerum quoq; natura diuisa est. Sed à principio, quæstionũ differentias ordinamur, quoniam Rhætoricæ quæstiones circũstantijs inuolutæ sunt omnes, aut inscripti ali cuius controuersia uersantur, aut præter scriptum ex re ipsa sumunt cõtentionis exordium, & illæ quidem quæ in scripto sunt, quinque modis fieri possunt, uno quidem cum hic scriptoris uerba defendat, ille sententiam. Atq; hoc appellatur scriptũ & uoluntas. Alia modo, si inter se leges quadã contrarietate dissentiant, quas cum ex aduersa parte defendunt, faciunt controuersiam. Atq; hic uocatur status legis cõtrarię. Tertio cum scriptum, de quo cõtenditur, sententiam claudit ambiguam, hæc suo nomine ambiguitas nũcupatur. Quarto uero cum ex eo, quòd est scriptũ aliud, non scriptum intelligitur, quod quia per ratiocinationem, & quandam syllogismi consequentiam inuestigatur ratiocinatio, uel syllogismus dicitur. Quinto cum sermo est scriptus, cuius non facilè uis, & natura claresçat, nisi diffinitione detecta sit, hic uocatur finis uel inscriptio. Quos omnes à se differre non est nostri operis. uerum Rhetorici demonstrare, hęc enim speculanda doctis non rudibus discẽda proponimus, quamuis de eorum differentia in Topicorum commentis per transitum disseruimus. Earum autem constitutionũ, quę præter scriptum in ipsarum rerum cõtentione sunt positæ, ita differentiæ segregantur, ut rerũ quoq; ipsarum natura diuersa est. In omni enim Rhetorica quęstione dubitatur, an sit, quid sit, quale sit, & præter hæc, an iure, uel more possit exerceri iudicium. Sed si factum uel res, quę intenditur ab aduersario negetur, quæstio est, utrum sit, ea cõiecturalis cõstitutio nominatur. Quod si factum quidem esse constiterit, quid uero sit id quod factum est ignoretur, quoniam uis eius diffinitione monstranda est, diffinitiua dicitur constitutio. At si & esse constiterit, & de rei diffinitione conueniat, sed quale sit inquiratur, tunc quia cui generi subijci debeat, ambigitur, generalis qualitas nũcupatur. In hac uero quęstione et qualitatis & quantitatis & cõparationis ratio uersatur. Sed quoniam de genere quęstio est, secundum generis formã in plura necesse est hanc constitutionẽ membra distribui. Omnis enim quęstio generalis, id est, cum de genere & qualitate & quãtitate quæritur facti, in duas distribuitur partes. Nam aut in præteritũ queritur de qualitate propositi, aut in præsens, aut in futurum, si in præteritum, iuridicialis constitutio nuncupatur. Si præsentis uel futuri temporis teneat quęstionem, negocialis dicitur. Iuridicialis uero cuius inquisitio præteritum respicit, duabus partibus segregatur, aut enim in ipso facto uis defensionis inest. & absoluta qualitas nũcupatur, aut extrinsecus assumitur, & assumptiua dicitur cõstitutio. Sed hæc in partes quatuor deriuatur: Aut enim conceditur crimen, aut remouetur, aut refertur, aut quod est ultimum comparatur. Cõceditur crimẽ, cum nulla introducitur facti defensio, sed uenia postulatur. Id fieri duobus modis potest, si depreceris, aut purges. Deprecaris cum nihil excusationis attuleris, purgas cum facti culpa his ascribitur, quibus obsisti obuiariq; non possit, neq; tamen personæ sint, id enim in aliam cõstitutionem cadet. Sunt uero hæc imprudentia, casus, atq; necessitas. Remouetur uero crimen, cum ab eo qui incessitur, transfertur in alium. Sed remotio criminis duobus fieri modis potest, si aut causa remoueat, aut factum. Causa remouetur, cum aliena potestate aliquid factũ esse cõtenditur. Factum uero cum alius, aut potuisse, aut debuisse facere demonstratur, atq; hæc in his maximè

maximè ualent, si eius nominis in nos intendatur actio, quod nõ fecerimus id quod oportuit fieri. Refertur crimen cum iustè in aliquem facinus commissum esse contendicur, quoniam is in quem commissum sit, iniurius sæpe fuerit, atq; id quod intẽditur meruit pati. Cõparatio est, cum propter meliorem, utilioremue factum quod aduersarius arguit commissum esse defenditur. Horũ uero omnium sunt propriæ differentiæ, atq; ideo minutissimè diuisiones quas Rhetorum in his docendis explicandisq; conscripti libri diligentius continent. Sed nos hæc à M. Tullio sumpsisse sufficiat. Ad aliud enim tota operis festinat intentio. De quibus omnibus hoc inspiciendum est modo. M. enim Tullius causarum partes constitutiones esse demonstrat eo loco, quo cõtra Hermagorã nititur dicens, q; si generis causæ partes non possunt rectè putari, multò minus rectę partis causę partes putabuntur. Pars autem causæ cõstitutio omnis est, partes causæ cõstitutiones esse designans. Quare de re multa quæstio est, quo modo enim partes esse putabãtur causę. Si enim ita partes, ut species quomodo fieri potest, ut in una causa plures constitutiones sint. Nam species sibi inuicem impermistę sunt. At ueniunt in causam plurimæ constitutiones, non sunt igitur partes causarum, uelut species status. Illud quoq; quod nulla species aliam sibi oppositam speciem ad substantiam iuuat. Constitutio uero constitutionem confirmat ad fidem. Nec uero fieri potest, ut ita sint causarũ, quasi totius partes, nullum enim compositũ ex una parte totum atq; integrum esse potest. Ac in causa cõstitutio una idonea est constituere causam. Quid igitur est dicendum? patet uia rationi. Neque enim causæ eius pars dicitur esse constitutio, quę in controuersiam uenit, & quam status constituit, cum præsertim qui additur ad causam status, una iam constitutione firmata, non sit principalis, sed accidens atq; in uno negocio tot eueniant controuersię quot sunt cõstitutiones, sed quot controuersiæ tot causę, & licet eas unum contineat negociũ, causæ tamen impermistę sibimet uariantur, ut qui iuuenem de lupanari exeuntẽ uidit, paulò post de eodem loco uxorem suam uidit egressam, accusat iuuenem adulterij, hic unum negocium hoc quod uertitur est, causæ autem duę, una coniecturalis, si neget se fecisse. Altera diffinitiua, si in lupanari concubitum dicat non posse adulterium putari. Sed neq; neganti pars est eiusdem controuersię coniecturalis status, neque diffinienti diffinito, totam enim continet causam. Causam autem uoco non generaliter, sed controuersiam aliqua constitutione formatam, sunt autem constitutionis partes causę generalis hoc modo: Si enim omnis causa coniecturalis esset, nec alius status inueniretur, non esset status cõiecturalis causę pars, sed ipsa causa esset sine dubio coniectura, sed quoniam partim coniectura, partim sine, partim qualitate partim translatione causę omnes tenẽtur, pars est cõstitutio causę non eius, quã tenendo informat, sed eius quam diuidit generalis, cuius, scilicet, quasi membrũ aliquod abscindens suum facit unaquęq; constitutio. Sunt igitur partes ut species constitutiones causæ generalis nõ eius, quam unaquęq; tenens informauerit. Quare genus est Rhetoricę facultas. Rhethoricę uero species tres, iudiciale, demõstratiuum, deliberatiuum.. Materia autem ciuilis quęstio, quę dicitur causa, partes huius materiæ constitutiones. Rhetoricæ partes, inuentio, dispositio, elocutio, memoria, pronunciatio, instrumentum, oratio, instrumenti partes, exordiũ, narratio, partitio, confirmatio, reprehẽsio, peroratio opus est docere & mouere, actor est Orator, officiũ benedicere. Finis tum benedixisse, tum persuadere, est uero tota Rhetorica in speciebus. Species uero ita totam materiam informant, ut tamen uicissim totam sibi uendicet, quod ex hoc intelligi potest, quoniã omnes materię partes singulę species tenent. Nam in iudiciali quatuor constitutiones inuenies, & in deliberatiuo, demonstratiuoq; easdẽ quatuor inuenire queas. Vnde ostenditur, si omnes partes causę generalis, quę est ciuilis quęstio, singulę species habẽt. Omnes uero partes causa ipsa est, causam, id est, ciuilem quæstionẽ à speciebus uicissim uẽdicari totã eo modo, quo uox uno tempore ad plurimorũ aures peruenit cum suis integra partibus, id est, elementis,

mentis, nam eodem tempore tota causa ad diuersas species cum suis partibus transit. Sed cum species in materiam uenerint, id est, in ciuilem quæstionẽ, & eam cũ suis obtinuerint partibus, inferunt secũ etiam ipsam Rhetoricæ facultatem. Quare etiam Rhetoricæ partes in singulis cõstitutionibus inerũt. Sed illata materia infert secum instrumentum suum, infert igitur secum orationem, & hæc proprias partes, eritq; in constitutionibus tractandis exordium, narratio, & cætera. Sed cum instrumentum uenerit in ciuilem quæstionẽ, operam quoq; suam simul infert, docebit igitur, ac persuadebit in omni constitutione, sed hæc per se uenire non poterunt, nisi sit, qui hæc moueat uelut artifex atq; architectus. Hic autem est Orator, qui cum ad causam accesserit, faciet officium suum, benè igitur dicet in omni genere causarum, & in omni constitutione, faciet etiam finem, tum ut benedixerit in omni constitutione, tum ut persuaserit. De singulis igitur nũc quidem in commune tractauimus. De unoquoque uero seperatim post si erit commodum differemus. Atq; hæc hactenus, nunc de inuentione tractãdum est, etenim prius quidem Dialecticos dedimus, nunc Rhetoricos promimus locos, quos ex attributis personæ ac negocio uenire necesse est, per sona est, quæ in iudicium uocatur, cuius dictum aliquod, factumue reprehenditur. Negocium factum dictumue personæ, propter quod in iudiciũ uocatur. Itaq; in his duobus omnis locorum partitio constituta est, quæ enim habent reprehensionis occasionem, eadem nisi omnino ad inexcusabilem partem uergũt, defensionis copiam subministrant, ex eisdem enim locis, omnis accusatio, defensioq; consistit. Si igitur persona in iudicium uocatur, neq; factum dictumue ullum reprehenditur, causa esse non poterit. Nec uero factum dictumue aliquod in iudicium proferti potest, si persona non extet, itaq; in his duobus omnis iudiciorum ratio uersatur, in persona, scilicet, atq; negocio. Sed (ut dictum est) persona est, quę in iudicium uocatur, negocium factum dictumue personæ, propter quod reus statuitur, persona igitur & negocium suggerere argumenta non possunt. De ipsis enim quæstio est. De quibus autẽ dubitatur, ea dubitationi facere fidem nequeunt. Argumentum uero erat ratio rei dubiæ faciens fidem, faciũt autem negocio fidem, ea quæ sunt personis, ac negocijs attributa. Ac si quando persona negocio faciat fidem, ueluti si credatur contra rempublicã sensisse Catilinam, quoniam persona est uitiorum turpitudine denotata, tunc non in eo quòd persona est, & in iudiciũ uocatur, fidem negocio facit, sed in eo quòd ex attributis personæ quandam suscipit qualitatem. Sed ut rerum ordo clarius colligescat. de circũstantijs arbitror esse dicẽdum. Circũstantiæ sunt quæ conuenientes substantiã quæstionis efficiunt. Nisi enim sit qui fecerit, & quid fecerit, causaq; cur fecerit, locus, tẽpusq;, quo fecerit, modus etiã facultatesq; si desunt, causa nõ stabit. Has igitur circũstantias in gemina Cicero partit, ut eam quæ est quis circũstantiã in attributis personæ ponat. Reliquas uero circumstantias in attributis negocio cõstituat, & primam quidem ex circumstãtijs eam, quę est quis, quoniam personę attribuit, secat in undecim partes, nomẽ ut Verres, naturam ut barbarus, uictum ut amicus nobilium, fortunam ut diues, studiũ ut Geometer, casum ut exul, affectionem ut amans, habitum ut sapiens, consilium, facta, & orationes, ea quæ extra illud factũ, dictumq; sunt, quod nunc in iudicium deuocatur. Reliquas uero circumstãtias, quę sunt, quid, cur, quomodo, ubi, quãdo, quibus auxilijs, in attributis negocio ponit. Quid & cur dicens cõtinentia cum ipso negocio. Cur in causa cõstituens, ea enim causa est, uniuscuiusq; facti, propter quam factum est. Quid uero secat in quatuor partes in summam facti, ut parentis occisio, ex hac maximè locus sumitur amplificationis. Ante factum, ut concitus gladium rapuit, dum fit uehementer percussit, post factum in abdito sepeliuit. Quæ cum omnia sint facta, tamen quoniam ad gestum negocium, de quo quæritur pertinent, non sunt ea facta, quæ in attributis personæ numerata sunt, illa enim extra negocium, de quo agitur posita personam informantia fidem ei negocio præstant, de quo uersatur intentio. Hæc uero facta, quæ continentia sunt

sunt cum ipso negocio, ad ipsum negocium, de quo quæritur pertinens. Postremas uero quatuor circumstantias Cicero ponit in gestione negocij, quæ est secunda pars attributorũ negocijs, & eam quidem circumstantiam, quæ est quando, diuidit in tempus, ut nocte fecit, & in occasionem, ut cunctis dormientibus, eam uero circumstantiam, quæ est ubi, locum dicit, ut in cubiculo fecit, quomodo uero ex circumstantijs modum, ut clàm fecit. Quibus auxilijs circumstantiam, facultatem appellat, ut cum multo exercitu. Quorum quidem locorum, & si ex circumstantiarum natura discretio clara est, nos tamẽ beneuolentius faciemus, si uberius eorũ à se differentias ostendamus. Nam cum ex circumstantijs, alias M. Tullius posuerit esse continentia cum ipso negocio, alias in gestione negocij. Atque in continentibus cum ipso negocio illum adnumerauit locũ, quẽ appellauit dum fit, ex ipsa prolationis significatione idẽ uidetur esse locus hic, dum fit ei qui est in gestione negocij. Sed non est ita, quia dum fit illud est, quod eo tempore admissum est, dum facinus perpetratur, ut percussit. In gestione uero negocij ea sunt, quæ ante factum, & dum fit, & post factũ quod gestũ est, continent. In omnibus enim tempus, locus, occasio, modus, facultas inquiritur. Rursus dum fit factum est, quod administratum est negocium, quæ igitur sunt in gestione negocij, non sunt facta, sed facto adhærẽtia. Nullus enim tempus, occasionẽ, locum, modum, facultatem facta esse consenserit, sed (ut dictum est) æquè cuilibet facto adhærẽtia sunt, atq; id nullo modo derelinquãt, quia quadam relatione subiecta sunt ipsi quod gestum est, negocio. Item ea quę sunt in gestione negocij, sine his quæ sunt continentia cum ipso negocio esse possunt. Potest enim & locus, & tempus, & occasio, & modus, & facultas facti cuiuslibet intelligi, etiã si nemo faciat, quod illo in loco, uel tempore, uel occasione, uel modo, uel facultate fieri posset, itaque ea, quę sunt in gestione negocij sine his, quæ continentia cum ipso negocio esse possunt, illa uero sine his esse nõ possunt, factum enim præter locum, tempus, occasionem, modum, facultatemq; esse non poterit, atque hæc quæ in attributis personæ, ac negocio constant, ueluti in Dialecticis locis ea, quæ in ipsis hęrent, de quibus quæritur. Reliqua uero quæ uel sua adiuncta negocio, uel gestum negocium consequuntur talia sunt, qualia in Dialecticis locis ea, quæ secundum Themistium partim rei subiectam consequunt, partim sunt extrinsecus, partim uersantur in medijs, secundum Ciceronem uero inter affecta numerata sunt, uel extrinsecus posita. Sunt enim adiũcta negocio ipsi etiã æquè fidem faciũt quæstioni affecta quodãmodo ad id de quo quæritur, & respicientia negocium, de quo agitur. Nam circũstantiæ septem in attributis personæ, uel negocio numeratæ sunt hæ cum cœperint comparari, & quasi in relationem uenire, siquidem ad se continens referatur, uel ad id quod continetur, fit aut species, aut genus. At si ad id referatur, quod ab eo longissimè distet, contrarium, ac si ad finem suum atque exitum referatur, euentus est, eodem quoque modo ad maiora, minora, & paria comparantur. Atque omnino tales loci in his quæ sunt ad aliquid, considerantur, nam maius, & minus, aut simile, aut æquè magnum, aut disperatum accidit circumstantijs, quæ in attributis negocio atque personæ numeratæ sunt, ut dum ipsæ circumstantiæ alijs comparantur, fiat ex his argumentum dicti factiue quod in iudicium trahitur. Distant autem à superioribus, quod superiores loci, uel facta continebant, uel factis ita adhærebant, ut separari non possint, ut locus, tempus, & cætera quæ gestum negocium non relinquunt, hæc uero quæ sunt adiuncta negocio, non adhærent ipsi negocio, sed accidunt circumstantijs, & tunc demum argumentum præstant, cum ad comparationem ueniunt. Sumuntur uero argumenta non ex contrarietate, sed ex contrario, & non ex similitudine, sed ex simili, ut appareat non ex relatione sumi argumentum, sed ex adiunctis negocio, & ea esse adiuncta negocio, quę sunt ad ipsum de quo agitur negocium affecta. Consecutio uero quæ pars quarta est eorum quæ negocijs attributa sunt, neq; in ipsis inest rebus, quæ rerum substantiam non relinquit, neq; ex compa

ratione reperitur, ſed rem geſtam uel antecedit, uel etiam conſequitur. Atque hic totus locus extrinſecus eſt, primum enim in eo quæritur id quod factum eſt, quo nomine appellari cõueniat in quo non de re, ſed de uocabulo laboratur, qui deinde ſint autores eius facti, & inuẽtionis cõprobatores, atq; emuli. Id totum ex iudicio, & quodammodo teſtimonio extrinſecus poſito ad ſubſidium confluit argumẽti, deinde & quę eius rei ſit lex, conſuetudo, pactio, iudicium, ſententia, artificium. Deinde quæritur, ſi natura eius euenire uulgo ſoleat, an inſolenter & raro, utrum homines id ſua autoritate comprobare, ac defendere in his cõſueuerint, & cætera, que factũ aliquid ſimiliter conſeſtim, aut interuallo ſolent conſequi, quæ neceſſe eſt extrinſecus poſita ad opinionem magis tendere, quàm ad ipſam rerum naturam. Itaq; in his quatuor licet negocijs attributa diuidere, ut ſint partim continentia cum ipſo negocio, quę facta eſſe ſuperius dictũ eſt, partim in geſtione negocij, quę nõ eſſe facta, ſed factis adhęrẽtia dudum mõſtrauimus, partim adiuncta negocio. Hæc (ut dictum eſt) partim in relatione ponuntur, partim geſtum negocium conſequuntur, horum fides extrinſecus ſumitur. Ac de Rhetoricis quidem locis ſatis dictũ eſt, nunc illud eſt explicandum quæ ſit his ſimilitudo cum Dialecticis, quæue diuerſitas, quod cum idoneè cõuenienterq; monſtrauero, propoſiti operis explebitur intentio, primo adeò ut in Dialecticis locis (ſicut Themiſtio placet) alij ſunt qui in ipſis hærẽt, de quibus quæritur, alij aſſumunt extrinſecus, alij uero medij inter utroſq; locati ſunt, ſic in Rhetoricis quoque locis, alij in perſonis atq; negocio cõſiſtunt, de quibus ex aduerſa parte certat, alij uero extrinſecus, ut hi qui geſtum negocium cõſequuntur, alij uero medij. Quorum proximi quidẽ negocio ſunt hi, qui ex circũſtantijs reliqui in geſtione negocij cõſiderantur. Illi uero qui in adiunctis negocio collocantur, ipſi quoq; inter medios locos poſiti ſunt, quoniam negocium, de quo agitur, quadam affectione reſpiciunt, uel ſi quis ea quidem quæ perſonis attributa ſunt, uel quę continentia ſunt cum ipſo negocio, uel quæ in geſtione negocij conſiderant, his ſimilia locis dicat, qui ab ipſis in Dialectica trahuntur, de quibus in quæſtione dubitatur. Cõſequentia uero negocium ponat extrinſecus, adiuncta uero inter utrumque conſtituat. Ciceronis uero diuiſioni hoc modo fit ſimilis. Nam ea quæ continentia ſunt cum ipſo negocio, uel ea quæ in geſtione negocij cõſiderantur, in ipſis hærẽt de quibus quæritur, ea uero quæ adiuncta ſunt, inter affecta ponuntur, ſed ea quæ geſtum negocium conſequuntur, extrinſecus collocata ſunt, uel ſi quis ea quidem quæ cõtinentia ſunt cum ipſo negocio, in ipſis hęrere arbitretur, affecta uero eſſe ea quę ſunt in geſtione negocij uel adiuncta negocio, extrinſecus autem ea quæ geſtum negocium conſequuntur, iam illę perſpicuæ ſunt communitates, quod quidem ipſi penè in utriſq; facultatibus uerſantur loci, ut genus, ut pars, ut ſimilitudo, ut contrarium, ut maius, ac minus. De cõmunitatibus ſatis dictum eſt. Differentiæ illę ſunt, quod Dialectici theſibus etiam apti ſunt. Rhetorici tantum ad hypotheſes, id eſt, ad quæſtiones informatas circũſtantijs aſſumũtur, nam ſicut ipſæ facultates à ſemetipſis uniuerſalitate & particularitate diſtinctæ ſunt, ita etiam eorum loci ambitu & contractione diſcreti ſunt. Nam Dialecticorum maior eſt ambitus, & quoniam præter circũſtantias ſunt, quę ſingulares faciunt cauſas, nõ modo ad theſes utiles ſunt, uerumetiam ad argumenta quæ in hypotheſibus poſita ſunt, eorumq; locos, qui ex circũſtantijs conſtant claudunt, atq; ambiunt, itaq; fit, ut ſemper exeat Rhetor Dialecticis locis. Dialecticus ſuis poſſit eſſe contentus. Rhetor enim quoniam cauſas ex circũſtantijs tractat, ex eiſdem circumſtantijs argumenta perſumet, quæ nec eſſe eſt ab uniuerſalibus & ſimplicibus confirmari, qui ſunt Dialectici. Dialecticus uero qui prior eſt, poſteriore non eget, niſi aliquando inciderit quæſtio perſonæ, ut cum ſit incidens Dialectico ad probandã ſuam theſim cauſa circũſtantijs incluſa, tum demum Rhetoricis utatur locis. Itaq; in Dialecticis locis, ſi ita cõtingat à genere argumẽta ſumuntur, id eſt, ipſa generis natura. Sed in Rhetoricis ab eo genere, quod illic genus eſt, de quo agitur, nec à natura, generis,

generis, ſed à re generis, ſcilicet, ipſa, quæ genus eſt. Sed ut progrediar, ratio ex ea pendet, quod natura generis ante præcognita eſt, ut ſi dubitetur, an fuerit aliquis ebrius, dicetur ſi refellere uelimus nõ fuiſſe, quoniam nulla in eo luxuries antecefſerit, idcirco nimirum, quia cum luxuries ebrietatis quaſi quoddã genus ſit, cum luxuries nulla fuerit, nec ebrietas quidem fuit. Sed hoc pẽdet ex altero. Cum enim luxuries non fuit, ebrietas eſſe non potuit. Ex natura generis demonſtratur, quod Dialectica ratio ſubminiſtrat. Vnde enim genus abeſt. Inde etiam ſpecies abeſſe neceſſe eſt, quoniã genus ſpecies nõ relinquit, & de ſimilibus quidẽ, & de contrarijs eodẽ modo, in quibus maxima eſt diſſimilitudo inter Rhetoricos ac Dialecticos locos. Dialectica enim ex ipſis qualitatibus. Rhetorica ex qualitate ſuſcipientibus rebus argumenta ueſtigat, ut Dialecticus ex genere, id eſt, ex ipſa generis natura. Rhetor ex ea re quæ genus eſt. Dialecticus ex ſimilitudine. Rhetor ex ſimili, id eſt, ex ea re, quæ ſimilitudinem cepit. Eodem modo ille ex cõtrarietate, hic contrario. Omnibus igitur quę ſuperius propoſuimus expeditis, illud arbitror apponendum, quod M. Tullius Topica quæ ad C. Trebatium peritum iuris edidit, non eo modo, quo de ipſis diſputari poſſit diſſeruit, ſed quemadmodũ Rhetoricæ facultatis argumẽta ducerentur, quod in his commentarijs diligentius expediuimus, qui à nobis in eiuſdẽ Ciceronis Topica conſcripti ſunt. Quo autem modo de his Dialecticis rationibus diſputetur, in his Commentarijs, quos in Ariſtotelis Topica à nobis translata conſcripſimus, expeditum eſt.

Finis Lib. IIII. de Differentijs Topicis.

ANITII MANLII SE-
VERINI BOETHI, DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE, LIB. V.

DE DVABVS naturis & una persona Christi, aduersus Entychen & Nestorium, Lib. I.

QVOMODO Trinitas est unus Deus, & non tres Dij, ad Symachum, Lib. I.

VTRVM Pater & filius ac Spiritus sanctus de Diuinitate substantialiter prædicentur, Lib. I.

AN OMNE, quod est, bonum sit, Lib. I.

DE VNITATE & uno, Lib. I.

DE DISCIPLINA scholarium, Lib. I.

ANITII MANLII TORQVATI SEVERINI BOETHII, EXCONSVLIS, PATRICII, ORDINARII, VIRI ILLVstris, de Conſolatione Philoſophiæ, Liber I.

Metrum primum, LIB. I.

Armina qui quondam ſtudio florente peregi,
Flebilis heu mœſtos cogor inire modos.
Ecce mihi laceræ dictant ſcribenda camœnæ,
Et ueris elegi fletibus ora rigant.
Has ſaltem nullus potuit peruincere terror,
Ne noſtrum comites proſequerentur iter.
Gloria felicis olim uiridiſq; iuuentæ
Solantur mœſti nunc mea fata ſenis.
Venit enim properata malis inopina ſenectus,
Et dolor ætatem iuſſit ineſſe ſuam.
Intempeſtiui funduntur uertice cani,
Et tremit effœto corpore laxa cutis.
Mors hominum felix, quæ ſe nec dulcibus annis
Inſerit, & mœſtis ſæpe uocata uenit.
Heu heu quàm ſurda miſeros auertitur aure,
Et flentes oculos claudere ſæua negat.
Dum leuibus malefida bonis fortuna faueret,
Pene caput triſtis merſerat hora meum.
Nunc quia fallacem mutauit nubila uultum,
Protrahit ingratas impia uita moras.
Quid me felicem toties iactaſtis amici?
Qui cecidit, ſtabili non erat ille gradu.

Proſa prima, Libri I.

HAec dum mecum tacitus ipſe reputarem, querimoniamq; lachrymabilem ſtyli officio deſignarem, aſtitiſſe mihi ſupra uerticem uiſa eſt mulier reuerendi admodum uultus, oculis ardentibus, & ultra communem hominum ualentiam perſpicacibus, colore uiuido, atq; inexhauſti uigoris, quâuis ita æui plena foret, ut nullo modo noſtræ crederetur ætatis, ſtatura diſcretionis ambiguæ. Nam nunc quidem ad communem ſeſe hominum menſuram cohibebat, nunc uero pulſare cœlum ſummi uertícis cacumine uidebatur. Quæ cum caput altius extuliſſet, ipſum etiam cœlum penetrabat, reſpicientium q; ſeſe hominum fruſtrabatur intuitus. Veſtes erant tenuiſſimis filis, ſubtili artificio, indiſſolubili q; materia perfectæ, quas (ut poſt eadem prodente cognoui) ſuis manibus ipſa texuerat. Quarum ſpeciem, ueluti fumoſas imagines ſolet, caligo quædam neglectæ uetuſtatis obduxerat. Harum in extremo margine π, in ſupremo uero θ, legebatur intextum. Atq; inter utraſq; literas, in ſcalarum modum, gradus quidam inſigniti uidebantur, quibus ab inferiore ad ſuperius eleuari poſſet aſcenſus. Eandem tamen ueſtem uiolentorum quorundam ſciderant manus & particulas quas q ſq; potuit, abſtulerat. Et dextra quidem eius libellos, ſceptrum uero ſiniſtra gerebat. Quæ ubi Poëticas muſas uidit, noſtro aſſiſtentes toro, fletibus q; meis uerba dictantes, cõmota pauliſper, ac toruis inflammata luminibus. Quis, inquit, has ſcenicas meretriculas ad hunc ægrum permiſit accedere, quæ dolores eius nõ modo nullis foueret remediis, uerum dulcibus inſuper alerẽt uenenis? Hæ ſunt enim, quæ infructuoſis affectuum ſpi-

ctuum ſpinis, uberem fructibus rationis ſegetem necant, hominũq; mentes affue-faciunt morbo, non liberant. At ſi quem profanũ (uti uulgo ſolitũ) nobis blanditiæ ueſtræ detraherent, minus moleſtè ferendum putarem. Nihil quippe in eo noſtræ operæ læderentur. Hunc uero Eleaticis atq; Academicis ſtudijs enutritũ, ſed abite potius Sirenes uſq; in exitium dulces, meis q; eum muſis curandum ſanandumq; relinquite. His ille chorus increpitus, deiecit humi mœſtior uultũ, confeſſusq; rubore uerecũdiam, limen triſtis exceſſit. At ego, cuius acies lachrymis merſa caligarat, ne dignoſcere poſſem, quænam eſſet hæc mulier tam imperioſæ autoritatis, obſtupui, ut iuſq; in terram defixo, quidnam deinceps eſſet actura, expectare tacitus cœpi. Tum illa propius accedẽs, in extrema lecticuli mei parte conſedit, meumq; intuens uultum luctu grauem, atq; in humum mœrore deiectum, his uerſibus de noſtræ mentis perturbatione conqueſta eſt.

Metrum ſecundum, Libri I.

HEu quàm præcipiti merſa profundo
Mens hebet, & propria luce relicta,
Tendit in externas ire tenebras,
Terrenis quoties flatibus acta,
Creſcit in immenſum noxia cura.
Hic quondam cœlo liber aperto,
Suetus in æthereos ire meatus,
Cernebat roſei lumina ſolis,
Viſebat gelidæ ſidera lunæ,
Et quæcunq; uagos ſtella recurſus
Exercet, uarios flexa per orbes,
Comprenſam numeris uictor habebat.
Quinetiam cauſas, unde ſonora
Flamina ſolicitent æquora ponti,
Quis uoluat ſtabilem ſpiritus orbem,
Vel cur Heſperias ſidus in undas
Caſurum, rutilo ſurgat ab ortu,
Quis ueris placidas temperet horas,
Vt terram roſeis floribus ornet,
Quis dedit ut pleno fertilis anno
Autumnus, grauidis influat uuis,
Rimari ſolitus, atq; latentis
Naturæ uarias reddere cauſas.
Nunc iacet effœto lumine mentis,
Et preſſus grauibus colla catenis,
Deciuemq; gerens pondere uultum,
Cogitur heu ſtolidam cernere terram.

Proſa ſecunda, Libri I.

SEd Medicinæ (inquit) potius tempus eſt, quàm querelæ. Tum uero totis in me intenta luminibus. Tu nẽ es ille, ait, qui noſtro quõdam lacte nutritus, noſtris educatus alimentis, in uirilis animi robur euaſeras? At qui talia cõtuleramus arma, quæ niſi prior abieciſſes, inuicta te firmitate tuerẽtur. Agnoſcis ne me? Quid taces? Pudore an ſtupore ſiluiſti? mallem pudore, ſed te (ut uideo) ſtupor oppreſſit. Cumq; me non modo tacitum, ſed elinguem prorſus mutumq; uidiſſet, admouit pectori meo leniter manum. Et nihil (inquit) periculi eſt, lethargum patitur, communem illuſarum mentium morbum, ſui pauliſper oblitus eſt. Recordabitur facilẽ, ſi

quidem nos ante cognouerit. Quod ut poſſit pauliſper, lumina eius mortalium rerum nube caligantia tergamus. Hæc dixit, oculosq; fletibus undantes contracta in rugam ueſte ſiccauit.

Metrum tertium, Libri I.

TVnc me diſcuſſa liquerunt nocte tenebræ;
Luminibusq; prior rediit uigor;
Vt cum præcipiti glomerantur ſidera coro;
Nimboſisq; polus ſtetit imbribus,
Sol latet, ac nondum cœlo uenientibus aſtris,
Deſuper in terram nox funditur.
Hanc ſi Thraicio Boreas emiſſus ab antro
Verberet, & clauſum reſeret diem,
Emicat, & ſubito uibratus lumine Phœbus,
Mirantes oculos radijs ferit.

Proſa tertia, Libri I.

HAud aliter triſtitiæ nebulis diſſolutis, hauſi cœlum, & ad cognoſcẽdum medicantis faciem mentem recepi. Itaq; ubi in eam deduxi oculos, intuitumq; defixi, reſpicio nutricem meam, in cuius ab adoleſcẽtia laribus obuerſatus fueram, Philoſophiam. Et quid (inquam) tu in has exilij noſtri ſolitudines, ô omnium magiſtra uirtutum, ſuperno cardine delapſa ueniſti? An ut tu quoq; mecum rea falſis criminationibus agiteris? An (illa inquit) te ô alumne deſererem, nec farcinam (quam mei nominis inuidia ſuſtuliſti) communicato tecũ labore partirer? Atqui Philoſophiæ fas non erat, incomitatum relinquere iter innocentis, meam ſcilicet, criminationem uerereri? & quaſi nouum aliquid acciderit, perhorreſcerẽ? Nũc enim primum cenſes apud improbos mores laceſſitam periculis eſſe ſapientiã? Nõne apud ueteres quoq; ante noſtri Platonis ætatem, magnum ſæpe certamen cũ ſtultitiæ temeritate certauimus? Eodemq; ſuperſtite, præceptor eius Socrates iniuſtè uictoriam mortis me aſtante promeruit. Cuius hæreditatem cum deinceps Epicureũ uulgus ac Stoicum, cæteriq; pro ſua quiſq; parte raptum ire molirentur, meq; reclamantem, renitentemq; uelut in partem prædæ traherent, ueſtẽq; meis texueram manibus, diſciderunt, abreptisq; ab ea panniculis, totam me ſibi ceſſiſſe credentes, abierunt, in quibus quoniam quædam noſtri habitus ueſtigia uidebãtur, meos eſſe familiares imprudentia rata, nonnullos eorum profanæ multitudinis errore peruertit. Quẽ ſi nec Anaxagoræ fugam, nec Socratis uenenum, nec Zenonis tormẽta (quoniam ſunt peregrina) nouiſti, at Canios, at Senecas, at Soranos (quorum nec peruetuſta, nec incelebris memoria eſt) ſcire potuiſti. Quos nihil aliud in cladem detraxit, niſi quod noſtris moribus inſtituti, ſtudijs improborum diſſimilimi uidebantur. Itaq; nihil eſt quod admireris, ſi in hoc uitæ ſalo circunflantibus agitemur procellis, quibus hoc maximè propoſitum eſt, peſſimis diſplicere. Quorum quidem tametſi numerus exercitus, ſpernendus tamen eſt, quoniam nullo duce regitur, ſed errore tantum temere ac paſſim lymphante raptatur. Qui ſi quando contra nos aciem ſtruens ualẽtior incubuerit, noſtra quidem dux copias ſuas in arcem contrahit, illi uero circa diripiendas inutiles ſarcinulas occupaẽ. Ac nos deſuper irridemus, uiliſſima rerũ quæque rapientes, ſecuri totius furioſi tumultus, eoq; uallo muniti, quo graſſanti ſtultitiæ aſpirare fas non ſit.

Metrum quartum, Libri I.

QVi ſquis compoſito ſerenus æuo;
Fatum ſub pedibus dedit ſuperbum,
Fortunamq; tuens utranq; rectus,
Inuictum potuit tenere uultum,
Non illum rabies, minæq; ponti

Versum funditus excitantis æstum,
Nec ruptis quoties uagus caminis
Torquet fumificos Vesevus ignes,
Aut celsas soliti ferire turres
Ardentis uia fulminis mouebit,
Quid tantum miseri feros tyrannos
Mirantur sine uiribus furentes?
Nec speres aliquid, nec extimescas,
Exarmauerís impotentis iram.
At quisquis trepidus pauet uel optat,
Quod non sit stabilis suisq; iuris,
Abiecit clypeum, locoq; motus
Nectit, qua ualeat trahi, catenam.

Prosa quarta, Libri I.

SEntis nẽ (inquit) hæc atq; animo illabuntur tuo? Es ne ὄνος πρὸς λύρας? Quid fles? quid lachrymis manas? ἐξανδραποδίσω μή κινθήνου. Si operam medicantis expectas, oportet ut uulnus detegas tuum. Tum ego collecto in uires animo. An ne adhuc eget admonitione, nec per se satis eminet fortunæ in nos sæuientis asperitas? Nihil ne te ipsa facies loci mouet? Hæccine est Bibliotheca, quam certissimam tibi sedem in nostris laribus ipse delegeras, in qua mecum sæpe residens, de humanarum diuinarumq; rerum scientia disserebas? Talis habitus talisq; uultus erat, cum tecum naturæ secreta rimarer, cum mihi siderum uias radio describeres, cũ mores nostros totiusq; uitæ rationem ad cœlestis ordinis exemplar formares? Hæccine præmia referimus tibi obsequentes? Atqui tu hanc sententiam Platonis ore sanxisti. Beatas fore respublicas, si eas uel studiosi sapientiæ regerent, uel earum rectores studere sapientiæ contigisset. Tu eiusdem uiri ore hanc sapientibus capessendæ reipublicæ necessariã causam esse monuisti, ne improbis flagitiosisq; ciuibus urbiũ relicta gubernacula, pestẽ bonis ac perniciẽ inferrẽt. Hanc igit autoritatẽ secutus, ẽd à te inter secreta ocia didicerã, trãsferre in actũ publicę administrationis optaui. Tu mihi, & qui te sapientiũ mẽtibus inseruit Deus, estis conscij, nullũ me ad magistratũ nisi cõmune bonorũ omniũ studiũ detulisse. Inde cum improbis graues inexorabilesq; discordiæ fuere, & (quod conscientiæ libertas habet) pro tuẽdo iure spreta potentiorum semper offensio. Quoties ego Conigastum in imbecillis cuiusq; fortunas impetum facientem, obuius excepi? Quoties Triguillam regię prępositum domus, ab incepta & perpetrata iam prorsus iniuria deiecí? Quoties miseros quos infinitis calumnijs impunita Barbarorum semper auaritia uexabat, obiecta periculis autoritate protexí? Nunquam me à iure ad iniuriam quisquam detraxit. Prouincialiũ fortunas tum priuatis rapinis, tum publicis uectigalibus pessundari, non aliter quàm qui patiebantur, indolui. Cum acerbæ famis tempore, grauis atq; inexplicabilis indicta coẽmptio, pfligatura inopia Campaniã prouinciã uideret, certamẽ aduersus prefectũ prætorij, cõmunis cõmodi ratione suscepi, rege cognoscẽte cõtendi. Et ne coẽmptio exigeretur, euici. Paulinũ consularẽ uirũ, cuius opes Palatini canes iam spe atq; ambitione deuorassent, ab ipsis hiantũ faucibus retraxi. Ne Albinũ cõsularem uirũ præiudicatæ accusationis pœna corriperet, odijs me Cypriani delatoris opposui. Satis nẽ in me magnas uideor exacerbasse discordias? Sed esse apud ceteros tutior debui, qui mihi amore iustitiæ nihil apud Aulicos, quo magis essem tutior, reseruaui. Quibus aũt deferẽtibus perculsi sumus? Quorũ Basilius olim regio ministerio depulsus, in delationẽ nostri nominis, alieni æris necessitate cõpulsus est. Opilionẽ uero atq; Gaudentium cũ ob innumeras atq; multiplices fraudes ire in exiliũ regia censura decreuisset, cumq; illi parere nolentes, sacrarũ sese ędiũ defensione tuerẽtur, cõpertũq; id regi foret, edixit ut nisi intra prescriptũ diẽ à Rauena urbe discederẽt, notas

notas insigniti frontibus pellerentur. Quid huic seueritati posse astrui uidet? Atqui eodem die deferentibus eisdem, nominis nostri delatio suscepta est. Quid igitur? Nostrę ne artes ita meruerũt? an illos accusatores iustos fecit præmissa dãnatio? Ita nẽ nihil fortunam puduit, si minus accusatę innocentię, at accusantium utilitatis? At cuius criminis arguimur? summã quæris? Senatũ dicimur saluum esse uoluisse. Modum desideras? Delatorẽ, ne documenta deferret, quibus senatũ læsa maiestatis reũ faceret, impedisse criminamur. Quid igitur ô magistra censes? Inficiabimur crimen, ne tibi pudori simus? At uoluí, nec unq; uelle delistã. Fatebimur? sed impedien di delatoris opera cessabit. An optasse illius ordinis salutem nefas uocabo? Ille quidem suis de me decretis, uti hoc nefas esset, effecerat. Sed sibi semper mẽtiens imprudentia, rerum merita nõ potest immutare. Nec mihi Socratico decreto fas esse arbitror, uel occuluisse ueritatem, uel cõcessisse mendacium. Verũ hoc quoquo modo sit, tuo sapientumq; iudicio ęstimandũ relinquo. Cuius rei seriem atq; ueritatẽ, ne latere posteros queat, stylo etiã memoriæq; mandaui, nam de cõpositis falsis literis, quibus libertatẽ arguor sperasse Romanam, quid attinet dicere? Quarum fraus apertè patuisset, si nobis ipsorum confessione delatorum (quod in omnibus negocijs maximas uires habet) uti licuisset. Nam quæ sperari reliqua libertas potest? atq; utinã posset ulla. Respondissem Canij uerbo, qui cum à Caio Cæsare Germanici filio, cõicius contra se cõiurationis factæ fuisse diceret: Si ego, inquit, sciissem, tu nescisses. Qua in re non ita sensus nostros mœror hebetauit, ut impios scelerata cõtra uirtutem querar molitos, sed quæ separauerint effecisse, uehementer admiror. Nam detrora uelle, nostri fuerit fortasse defectus. Perficere autem posse contra innocentiã, quæ quisq; sceleratus conceperit, inspectante deo, monstri simile est. Vnde haud iniuria tuorum quidam familiarium quesiuit. Siquidem Deus (inquit) est, unde malæ bonã uero unde, si non est? Sed fas fuerit nefarios homines, qui bonorum omniũ totiusq; senatus sanguinem petunt, nos etiam (quos propugnare bonis senatuíq; uiderant) perditũ ire uoluisse. Sed num idem de partibus quoq; merebamur? Memínisti (ut opinor) quod me dicturũ, quid facturumue præsens semper ipsa dirigebas. Meministi (inq;) Verong, cum rex auidus exitij cõmunis, maiestatis crimen in Albinum delatum, ad cunctum senatus ordinem transferre moliretur, uniuersi innocentiam senatus quanta mei periculi securitate defenderim. Scis me hęc & uera proferre, & in nulla unq; mei laude iactasse. Minuit enim quodammodo se probantis conscientię secretum, quoties ostentando quis factum, recipit famæ precium. Sed innocentiam nostram quis exceperit euentus, uides. Pro ueræ uirtutis premijs, falsi scelerís pœnas subimus. Et cuius unq; facinoris manifesta confessio ita iudices habuit in seueritate concordes, ut non aliquos uel ipse ingenij error humani, uel fortune cõdicio cunctis mortalibus incerta, submitteret? Si inflammare sacras ædes uoluisse, si sacerdotes impio iugulari gladio, si bonis omnibus necem struxisse diceremur, presentem tamen sententia confessum, conuictumue punisset. Nunc uero quingentis ferè passuum millibus procul moti, atq; indefensi, ob studium propensius in senatũ, morti proscriptioniq; dãnamur? O meritos, de simile crimine neminẽ posse cõuinci. Cuius dignitatẽ reatus, ipsi etiã qui detulere, uiderũt. Quã uti alicuius sceleris admistione fuit carẽt, ob ambitũ dignitatis sacrilegio me cõscientiã meã polluisse mentiti sunt. Atqui & tu insita nobis, omnẽ rerũ mortaliũ cupiditatẽ de nostri animi sede pellebas. Et sub tuis oculis sacrilegio fas locũ esse non erat. Instillabas enim auribus cogitationibusq; meis quotidie Pythagoricum illud ἕπου θεῷ. Nec cõueniebat utilissimorũ me spirituũ pfidia captare, quẽ tu in hanc excellentiã cõponebas, ut consimilẽ Deo faceres. Prętera penetrali innocẽs domus, honestissimorũq; cœtus amicorum, socer etiã sanctus, & æquo actu ipse reuerendus, ab omni nos criminis huius suspicione defendunt. Sed ò nefas. Illi uero de te tanti criminis capiũt fidẽ. Atq; hoc ipso uidemur affines fuisse maleficio, quod tuis instituti moribus, tuis imbuti disci-

plinis ſumus. Itaq; non eſt ſatis nihil mihi profuiſſe tuam reuerentiam, niſi ultro tu mea potius offenſione lacereris. At uero hic etiam noſtris malis cumulus accedit, q; exiſtimatio plurimorum non rerum merita, ſed fortunæ ſpectat euentum, eaq; tantum iudicat eſſe prouiſa, quæ felicitas commendauerit. Quo fit, ut exiſtimatio bona prima omniũ deſerat infelices. Qui nũc populi rumores, quã diſſonæ multiplicesq; ſententiæ, piget reminiſci. Hoc tantum dixerim, ultimam eſſe aduerſæ fortunæ ſarcinam, q; dum miſeris aliquod crimen affligitur, quæ perferunt, meruiſſe creduntur. Et ego quidem bonis omnibus pulſus, dignitatibus exutus, exiſtimatione fœdatus, ob beneficium ſupplicium tuli. Videre aut uideor nefarias ſceleratorum officinas gaudio lætitiaq; fluitantes, perditiſſimum quemq; nouis delationum fraudibus imminẽtem, iacere bonos, noſtri diſcriminis terrore proſtratos, flagitioſum quemq; ad audẽdum quidem facinus impunitate, ad efficiendum uero præmijs incitari, inſontes autem nõ modo ſecuritate, uerũ ipſa etiam defenſione priuatos. Itaq; libet exclamare,

Metrum quintum, Libri I.

O Stelliferi conditor orbis,
Qui perpetuo nixus ſolio,
Rapido cœlũ turbine uerſas,
Legemq; pati ſidera cogis,
Vt nunc pleno lucida cornu
Totis fratris & obuia flammis,
Condat ſtellas luna minores,
Nunc obſcuro pallida cornu,
Phœbo propior, lumina perdat,
Et qui primæ tempore noctis,
Agit algentes Heſperus ortus,
Solitas iterum mutet habenas,
Phœbi pallens lucifer ortu.
Tu frondifluæ frigore brumæ
Stringis lucem breuiore mora.
Tu, cum feruida uenerit æſtas,
Agiles noctis diuidis horas.
Tua uis uarium temperat annum,
Vt quas Boreę ſpiritus aufert,
Reuehat mitis Zephyrus frondes,
Quæq; Arcturus ſemina uidit,
Sirius altas urat ſegetes.
Nihil antiqua lege ſolutum,
Linquit propriæ ſtationis opus.
Omnia certo fine gubernans,
Hominum ſolos reſpuis actus,
Meritò rector cohibere modo.
Nam cur tantas lubrica uerſat
Fortuna uices? premit inſontes
Debita ſceleri noxia pœna.
At peruerſi reſident celſo
Mores ſolio, ſanctaq; calcant
Iniuſta uice colla nocentes.
Latet obſcuris condita uirtus
Clara tenebris, iuſtuſq; tulit
Crimen iniqui.

Nil peruria, nil nocet ipſis
Fraus, mendaci compta colore.
Sed cum libuit uiribus uti,
Quos innumeri metuunt populi
Summos gaudet ſubdere reges.
O iam miſeras reſpice terras,
Quiſquis rerum fœdera nectis.
Operis tanti pars non uilis
Homines, quatimur fortunæ ſalo.
Rapidos rector comprime fluctus,
Et quo cœlum regis immenſum,
Firma ſtabiles fœdere terras.

Proſa quinta, Libri I.

HAec ubi cõtinuato dolore delatraui, illa uultu placido, nihilq; meis queſtib. mota; Cum te, inquit, mœſtum lachrymantemq; uidiſſem, ilicò miſerũ exulem q; cognoui. Sed quã id longinquũ eſſet exilium, niſi tua prodidiſſet oratio, neſciebam. Sed tu procul à patria non quidem pulſus es, ſed aberraſti. Atſi te pulſum exiſtimari mauis, te potius ipſe pepuliſti. Nam id quidẽ de te nũq; cuiſquã ius fuiſſet. Si enim cuius oriundus ſis patriæ reminiſcaris, non (uti Athenienſiũ quondã) multitudinis imperio regi, ἀλλὰ εἷς βασιλεὺς ἐσὶν, ἐις καὶ πάντων, qui frequẽtia ciuiũ, nõ depulſione lætat. Cuius agi frenis atq; obtẽperare iuſtitiæ, ſumma libertas eſt. An ignoras illã tuę ciuitatis antiquiſſimam legẽ, qua ſancitũ eſt, ei ius exulare nõ eſſe, quiſqs in ea ſedem fundare maluerit? Nam qui uallo eius ac munimine cõtineat, nullus metus eſt, ne exul eſſe mereat. At quiſquis inhabitare eam uelle deſierit, pariter deſinit etiã mereri. Itaq; nõ tam me loci huius, quã tua facies mouet. Nec Bibliothecæ potius comptos ebore ac uitro parietes, quàm tuæ mentis ſedem requiro. In qua non libros, ſed id quod libris precium facit, librorum quondam meorum ſententias collocaui. Et tu quidẽ de tuis in cõmune bonũ meritis uera quidẽ, ſed pro multitudine geſtorũ tibi, pauca dixiſti. De obiectorũ qdẽ tibi uel honeſtate uel falſitate, cũctis nota memoraſti. De ſceleribus fraudibusq; delatorũ rectè tu qdẽ ſtrictim attingendũ putaſti, q; ea melius uberiusq; recognoſcẽtis omnia uulgi ore celebrentur. Increpuiſti etiã uehemẽter iniuſti faciũ ſenatus. De noſtra etiã criminatiõe doluiſti, ſeſq; opinionis damna fleuiſti. Poſtremo aduerſus fortunam dolor incãduit, cõque ſiuſq; nõ æqua meritis pmia pẽſari, in extremo muſæ ſeuientis, ut q̃ cœlũ, terras q̃q; pax regeret, uota poſuiſti. Sed q̃niã plurimus tibi affectuũ tumultus incubuit, diuertimq; te dolor, ira, mœror diſtrahũt, uti nũc mẽtis es, nondũ te ualidiora remedia cõtingũt. Itaq; lenioribus pauliſper utemur, ut quæ in tumorẽ perturbationibus influẽtibus induruerũt, ad acrioris uim medicaminis recipiendã, tactu blãdiore molleſcãt.

Metrum ſextum, Lib. I.

CVm Phœbi radijs graue
Cancri ſidus inæſtuat,
Tum qui larga negantibus
Sulcis ſemina credidit,
Eiſus Cereris fide,
Quernas pergat ad arbores.
Nunquam purpureum nemus
Lecturus uiolas petas,
Cum fœuis Aquilonibus
Stridens campus inhorruit.
Nec queras auida manu
Vernos ſtringere palmites,

Vuis ſi libeat frui.
Autumno potius ſua
Bacchus munera contulit.
Signat tempora proprijs
Aptans officijs Deus.
Nec quas ipſe coércuit,
Miſceri patitur uices.
Sic quod præcipiti uia
Certum deſerit ordinem,
Lætos non habet exitus.

Proſa ſexta, Libri I.

PRimum igitur paterisné me pauculis rogationibus ſtatum tuę mentis attingere, atq; tentare, ut qui modus ſit tuæ curationis, intelligam? Tu uero arbitratu (inquam) tuo quæ uoles, ut reſponſurum rogato. Tum illa: Hunccine inquit, mundum temerarijs agi, fortuitisq; caſibus putas? An nullum credis eſſe regimen rationis? Atqui, inquam, nullo exiſtimauerim modo, ut fortuita temeritate tam certa mouerentur. Verum operi ſuo cõditorem præſidere Deum ſcio, nec unquam fuerit dies, qui me ab hac ſententiæ ueritate depellat. Ita eſt, inquit. Nam id etiam paulò ante cecíniſti, hominesq; tantum Diuinæ exortes curę eſſe deploraſti. Nam de cæteris quin ratione regerentur, nihil mouebare. Papæ autem uehementer admiror, cur in tam ſalubri ſententia locatus ægrotes. Verum altius perſcrutemur, neſcio quid abeſſe conjecto. Sed dic mihi quoniam à Deo mundum regi non ambigis, quibus etiam gubernaculis regatur, aduertis. Vix, inquã, rogationis tuæ ſententiam noſco, nedum ad inquiſita reſpõdere queam. Num me, inquit, fefellit abeſſe aliquid, per quod uelut hiante ualli robore, in animum tuum perturbationum morbus irrepſerit? Sed dic mihi, Meminiſti ne, quis ſit rerum finis, quouè totius naturę tendat intentio? Audieram, inquam, ſed memoriam mœror hebetauit. At qui ícis, unde cuncta proceſſerint? Noui, inquã, Deumq; eſſe reſpõdi. Et qui fieri poteſt, ut principio cognito, quis ſit rerum finis, ignores? Verũ hi perturbationũ mores, ea q; ualentia eſt, ut mouere quidem loco hominem poſſint, euellere autẽ, ſibiq; totum extirpare non poſſint. Sed hoc quoq; reſpondeas uelim, hominem ne te eſſe meminiſti? Quid ni, inquã, meminerim. Quid igitur homo ſit, poterisné proferre? Hoccine interrogas, an eſſe me ſciam rationale animal atq; mortale? Scio, & id me eſſe confiteor. Et illa: Nihil ne te aliud eſſe nouiſti? Nihil. Iam ſcio, inquit, morbi tui aliam uel maximam cauſam, quid ipſe ſis, noſſe deſiſti. Quare pleniſſimè uel ægritudinis tuę rationem, uel aditum reconciliandæ ſoſpitatis inueni. Nam quoniã tui oblitione confunderis, & exulem te, & expoliatum proprijs bonis eſſe doluiſti. Quoniam uero quis ſit præcipuus & uerus rerum finis, ignoras, nequã homines atq; nefarios, potentes felicesq; arbitraris. Quoniam uero quibus gubernaculis mundus regatur oblitus es, has fortunarum uices exiſtimas ſine rectore fluitare. Magnę non ad morbum modo, uerum ad interitum quoque cauſæ. Sed ſoſpitatis autori grates, quod te nondum totum natura deſtituit. Habemus maximam tuæ fomitem ſalutis, ueram de mundi gubernatione ſententiam, quod eam nõ caſuum temeritati, ſed Diuinę rationi ſubditam credis. Nihil igitur pertimeſcas, iam tibi ex hac minima ſcintillula uitalis color illuxerit. Sed quoniam firmioribus remedijs nõdum tempus eſt uti, & eam mentium conſtat eſſe naturam, ut quoties abiecerint ueras, falſis opinionibus induantur, ex quibus orta perturbationum caligo uerum illum confundit intuitum, hanc pauliſper lenibus mediocribusq; fomentis attenuare tentabo, ut dimotis fallacium affectionum tenebris, ſplendorem uerę lucis poſſis agnoſcere.

Metrum

Metrum ſeptimum, Libri I.

NVbibus atris
Condita nullum
Fundere poſſunt
Sidera lumen.
Si mare uoluens
Turbidus Auſter
Miſceat æſtum,
Vitrea dudum,
Parq; ſerenis
Vnda diebus,
Mox reſoluto
Sordida cœno,
Viſibus obſtat,
Quicq; uagatur,
Montibus altis
Deſluus amnis,
Sepe reſiſtit
Rupe ſoluti
Obijce ſaxi,
Tu quoq; ſi uis
Lumine claro
Cernere uerum,
Tramite recto
Carpere callem,
Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spemq; fugato,
Ne dolor aſſit,
Nubila mens eſt,
Vinctaq; frenis,
Hæc ubi regnant.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE, LIB. II.

Proſa prima, Libri II.

POſt hęc pauliſper obticuit, atq; ubi attentionẽ meam modeſta taciturnitate collegit, ſic exorſa eſt. Si penitus ægritudinis tuæ cauſas, habitumq; cognoui, fortunæ prioris affectu deſiderioq; tabeſcis, ea tantũ animi tui ſtatum (ſicuti fingis) mutata peruertit. Intelligo multiformes illius prodigij fucos, & eouſq; cum his quos eludere nititur, blandiſſimam familiaritatem exercet, dum intollerabili dolore confundat, quos inſeparata reliquerit. Cuius ſi naturam, mores, ac meritum reminiſcare, nec habuiſſe te in ea pulchrum aliquid, nec amiſiſſe cognoſces. Sed (ut arbitror) haud multum tibi hæc in memoriã reuocare laborauerim. Solebas enim præſentem quoque blandientemq; ue uirilibus inceſſere uerbis, eamq; de noſtro adyta prolatis inſectabare ſentẽtijs. Verum omnis ſubita mutatio rerum, non ſine quodam quaſi conflictu contingit animorum. Sic factum eſt, ut tu quoq; pauliſper à tua tranquillitate diſceſſeris. Sed tẽpus eſt, haurire te aliquid

te aliquid,ac degustare molle atq; iucundũ,quod ad interiora transmissum,ualidio ribus hausti bus uiam fecerit. Adsit igitur Rhetoricæ suadela dulcedinis,quæ tunc tantum calle recto procedit,cum nostra instituta non deserit.Cumq; hac Musica la ris nostri uernula,nunc leuiores, nunc grauiores modos succinat. Quid est igitur ô homo, quod te in mœstitiam luctumq; dejecit? Nouum credo aliquid, inusita tumq; uidisti.Tu si fortunam putas erga te esse mutatam,erras. Hi semper eius mo res sunt,hęc natura.Seruauit circa te propriam potius in ipsa sui mutabilitate consta tiam.Talis erat,cum blandiebatur,cum tibi fallaci illecebris felicitatis alluderet, de prehẽdisti cœci numinis ambiguos uultus.Quæ sese adhuc uelat alijs,tota tibi pror sus innotuit.Si probas utere moribus,ne quæraris.Si perfidiam perhorrescis,sperne atq; abijce perniciose alludentem.Nam quæ nũc mœroris tibi causa tanti est,hæc ea dem tranquillitatis esse debuisset. Reliquit enim te,quam non relicturam se nemo unq; poterit esse securus.An uero tu precio sam æstimas abiturã felicitatem? Et cha ra tibi est fortuna præsens,nec manendi fida,& cum discesserit, allatura mœrorem. Quod si nec arbitrio retineri potest,& calamitosos fugiens facit, quid est aliud fu gax,quã futuræ quoddam calamitatis indicium? Neq; enim quod ante oculos situm est,sufficerit intueri.Rerum exitus prudentia metitur.Eademq; in alterutro muta bilitas,nec formidandas fortunæ minas,nec exoptandas facit esse blanditias, Po stremo equo animo toleres oportet,quicquid intra fortunæ aream geritur,cũ semel iugo eius colla submiseris.Quod si manendi,abeundiq; scribere legem uelis ei, quã tu tibi dominam ponte elegisti,nonne iniurioſus fueris,& impatientia tua sortẽ ex acerbabis,quam permutare non possis? Si uentis uela cõmitteres, nõ quo uoluntas peteret,sed quo flatus impelleret,promouereris.Si aruis semina crederes,feraces in ter se annos,steriles q; pensares.Fortunæ te regendũ dedisti,dominæ moribus opor ret obtemperes.Tu uero uoluentis rotæ impetum retinere conaris. At omniũ mor talium stolidissime,si manere incipit,fors esse desinit.

Metrum I. *libri secundi.*

HAec cum superba uerterit uices dextra,
Exęstuantis more fertur Euripi.
Dudum tremendos sæua proterit reges,
Humilemq; uicti subleuat fallax uultum.
Non illa miseros audit,aut curat fletus,
Vtroq́ue gemitus dura,quos fecit,ridet.
Sic illa ludit,sic suas probat uires,
Magnumq; suis monstrat ostentum,
Si quis uisatur una stratus ac felix hora.

Prosa secunda, Libri II.

VEllem autem pauca tecum fortunæ ipsius uerbis agitare.Tu igitur an ius postulet,animaduerte. Quid tu ô homo ream me quotidianis agis querelis? Quã tibi fecimus iniuriam? Quę tibi tua detraximus bona? Quouis iu dice de opum dignitatum q; mecũ possessione cõtende.Et si cuiusq; morta lium proprium quid horum esse monstraueris,ego iam tua fuisse,quæ repetis, spon tè concedam. Cum te de matris utero natura produxit,nudũ rebus omnibus,inopẽ q́ue suscepi,meis opibus foui,& quod te nunc impatientem nostri facit,fauore pro na indulgentius educaui,omniumq; quæ mei sunt iuris,affluentia & splendore cir cũdedi.Nũc mihi retrahere manũ libet,habe gratias uelut usus alienis.Nõ habes ius q̃relæ tanq; tua p̃dideris prorsus. Quid ergo ingemiscis? nulla tibi à nobis illata est uiolẽtia. Opes,honores,cæteraq; talia mei sunt iuris.Dominã famulæ cognoscunt, mecũ ueniũt,me abeunte discedũt.Audacter affirmem,si tua forent,quæ amissa cõ quereris,nullo modo p̃didisses.An ego sola meũ ius exercere prohibebor? licet cœ lo proferre lucidos dies,eosdẽq; tenebrosis noctibus cõdere.Licet anno terræ uultũ nunc

nunc floribus frugibusq; redimere,nunc nimbis frigoribusq; cõfundere.Ius est mari nunc strato equore blandiri,nunc procellis ac fluctibus inhorrescere. Nos ad con stantiam noſtris moribus alienam inexpleta hominum cupiditas alligabit? Hæc no stra uis est,hunc continuum ludum ludimus.Rotam uolubili orbe uersamus,infima summis,summa infimis mutare gaudemus. Ascende,si placet,sed ea lege,ne uti cũ iudicii mei ratio poscet,descendere iniuriam putes.An tu mores ignorabas meos? Nesciebas Crœsum regem Lydorum Cyro paulò ante formidabilem, mox deinde miserandum,rogi flammis traditũ,missо cœlitus imbre defensum? Num te præterit Paulum Persi regis à se capti calamitatibus pias impendisse lachrymas? Quid tra gœdiarum clamor aliud deflet,nisi indiscreto ictu fortunam felicia regna uertentẽ? ὡμοτάτιον ὡς ἐστι, σ'ὺο πᾶσιν τὴν μὲν ἑνα κακῶν τὴν δ' ἑτερον ἐξανθῶν, in Iouis limine iace re didicisti? Quid si uberius de bonorum parte sumpsisti? Quid si à te non tota dis cessit? Quid si hæc ipsa mei mutabilitas,iusta tibi causa est separandi meliora? Tamẽ ne animo contabescas,& intra commune omnibus regnum locatus,proprio iure ui uere desideres.

Metrum secundum, Libri II.

SI quantas rapidis flatibus incitus
Pontus uersat harenas,
Aut quod stelliferis edita noctibus
Cœlo sidera fulgent,
Tantas fundat opes,nec retrahat manum
Plena copia cornu,
Humanum miseras haud ideo genus
Cessat flere querelas.
Quamuis uota libens excipiat Deus
Multi prodigus auri
Et claris auidos ornet honoribus,
Nil iam parta uidentur.
Sed quæsita uorans sæua rapacitas
Altos pandit hiatus.
Quæ iam præcipitem frena cupidinem
Certo fine retentent,
Largis cum potius muneribus fluens
Sitis ardescit habendi?
Nunquam dives agit,qui trepidus gemens
Sese credit egentem.

Prosa tertia, Libri II.

HIs igit̃ si pro se tecũ uerbis fortuna loquere ̃,q̃d profecto cõtra hiscere s nõ haberes.At si quid est,quo querelã tuã iure tuearis,pferas oportet,dabimus dicendi locũ.Tũ ego:Speciosa quidẽ iusta sunt,inq; oblita q; Rhetoricę ac Musicæ melle dulcedinis,tũ tãtũ cũ audiunt̃,oblectant.Sed miseris malorũ altior sensus est.Itaq; cũ hæc auribus insonare desierint,insitus animũ mœror p̃gra uat.Et illa:Ita est,inquit.Hæc enim nondũ morbi tui remedia, sed adhuc cõtumacis aduersum curationẽ doloris fomẽta quædã sunt.Nã quæ in profundũ sese penetrẽt, cũ tempestiuũ fuerit,admouebo.Veruntamen ne te miserũ existimari uelis, an nu merũ modũq; tuę felicitatis oblitus es? Taceo q; desolatũ parente,summorũ te uiro rum cura suscepit,dilectus q; in affinitatẽ principũ (quod precioſissimũ propinqui tatis genus est)prius charus quã proximus esse cœpisti.Quis nõ te felicissimũ cũ tãto splẽdore socerũ,cũ cõiugis pudore cum masculæ q̃q; prolis opportunitate,prædica bit? Prætereo(libet em̃ p̃terire cõmunia)assumptas in adolescentia negatas senibus dignitates,ad singularẽ felicitatis tuæ cumulũ uenire delectat.Si quis rerum mortali

um fru-

um fructus ullum beatitudinis pondus habet, poterit ne illius memoria lucis quanta libet ingruentium malorum mole deleri, cum duos pariter consules liberos tuos domo prouehi sub frequẽtia patrum, sub plebis alacritate uidisti, cum eisdem in curia curulés insidentibus, tu regiæ laudis Orator, ingenij gloriam, facundiæq; meruisti: cum in circo duorum medius consulum circunfusæ multitudinis expectationem triumphali largitione satiasti, dedisti (ut opinor) uerba fortunæ, dum te illa demulcet, dum te ut suas delicias fouet. Munus quod nulli unquã priuato commodauerat, abstuliſti. Vis né ergo cum fortuna calculum ponere? Nunc te primũ liuenti oculo perstrinxit. Si numerum modumq; lętorum tristiumue consideres, adhuc te felicem negare non possis. Quod si idcirco te fortunatum esse non existimas, quoniã quę tunc læta uidebantur, abierunt, non est, quod te miserum putes, quoniam quæ nunc mœsta créduntur, prętereunt. An tu in hanc uitæ scenam nũc primũ subitus, hospesq; ueniſti? ullam ne humanis rebus inesse constantiam reris, cum ipsum sæpe hominẽ uelox hora dissoluat? Nam etsi rara est fortuitis manendi fides, ultimus tamen uitæ dies mors quædam fortunæ est etiam manẽtis. Quid ergo referre putas, tuné illam moriendo deseras, an te illa fugiendo?

Metrum tertium, Lib. II.

CVm polo phœbus roseis quadrigis
Lucem spargere cœperit,
Pallet albentes hebe tata uultus
Flammis stella prementibus.
Cum nemus flatu Zephyri tepentis
Vernis irrubuit rosis,
Spiret insanum nebulosus Auster,
Iam spinis abeat decus.
Sepé tranquillo radiat sereno
Immotis mare fluctibus.
Sepé feruentes Aquilo procellas
Verso concitat æquore.
Rara si constat sua forma mundo,
Si tantas uariat uices,
Credé fortuitis hominum caducis,
Bonis crede fugacibus.
Constat a terna positumq; lege est,
Vt constet genitum nihil.

Prosa quarta, Libri II.

TVm ego: Vera, inquam, commemoras ô uirtutum omnium nutrix, nec inficiari possum prosperitatis meæ uelocissimum cursum. Sed hoc est quod recolentem uehementius coquit. Nam in omni aduersitate fortune, infelicissimũ genus est infortunij, fuisse felicem. Sed quod tu, inquit, falsę opinionis supplicium luis, id rebus iure imputaré non possis. Nam si te hoc inane nomen fortuitę felicitatis mouet, quã plurimis maximisq; abundes, mecum reputes licet. Igitur si quod in omni fortunę tuæ censu preciosissimum possidebas, id tibi diuinitus illæsum adhuc, inuiolatumq; seruatur. Poteris né meliora quæque retinens, de infortunio iure causari? Atqui uiget incolumis (illud preciosissimũ humani generis decus.) Symmachus socer, & quod uitę precio non segnis emeres, uir totus ex sapientia uirtutibusq; factus, suarum securus, tuis ingemiscit iniurijs. Vixit uxor ingenio modesta, pudicitiq; pudore præcellens, & ut omnes eius dotes breuiter cõcludam, patri similis. Viuit, inquam, tibiq; tantum uitæ huius exosa spiritũ seruat. Quo uno felicitatem minui tuam, uel ipsa concesserim, tui desiderio lachrymis ac dolore tabescit. Quid dicam liberos consulares, quorum iam ut in id ætatis pueris, uel paterni uel auiti specimen elucet ingenij? Cum igitur præcipua sit mortalibus uitæ cura retinendæ, ô te si tua bona cognoscas felicem, cui suppetunt etiam nunc, quæ uita nemo dubitat esse chariora. Quare sicca iam lachrymas. Nondum est ad unum omnes exosa fortuna. Nec tibi nimium ualida tempestas incubuit, quoniam tenaces hærent ancoræ, quæ nec præsentis solamen, nec futuri spem temporis abesse patiãtur. Et hæreant, inquam, precor: illis namq; manentibus, utcunq; se res habeant, enatabimus. Sed quantum decus ornamentis nostris decesserit, uides. Et illa: Promouimus (inqt) aliquantulum, si te nondum totius tuæ sortis piget. Sed delicias tuas ferre non possum, qui abesse aliquid tuæ beatitudini tam luctuosus atq; anxius conquereris. Quis est enim tam compositæ felicitatis, ut non aliqua ex parte cum status sui qualitate rixetur? Anxia enim res est humanorum conditio bonorum, & quæ uel nunquam tota proueniat, uel nunquam perpetua subsistat. Huic census exuberat, sed elit pudori degener sanguis. Hunc nobilitas notum facit, sed angustia rei familiaris inclusus, esse mallet ignotus. Ille uero utraq; circunfluus, uitam cœlibem deflet. Ille nuptijs felix, orbus liberis, alieno censum nutrit hæredi. Alius prole lætatus, filij, filiæ ue delictis mœstus illa chrymat. Idcirco nemo facilé cum fortunæ suæ conditione concordat. Ineſt enim singulis, quod inexpertus ignoret, et expertus exhorreat. Adde q̃d felicissimi cuiusq; delicatissimus sensus est, & nisi ad nutum cuncta suppetãt, omnis aduersitatis insolens, minimis quibusq; prosternitur, adeo perexigua sunt, quæ fortunæ tissimis beatitudinis summam detrahunt. Quàm multos esse coniectas, qui sese cœlo proximos arbitrentur, si de fortunæ tuæ reliquijs pars eis minima contingat? Hic ipse locus, quem tu exilium uocas, incolẽtibus patria est. A deo nihil est miserum, ni si cum putes. Contraq;, beata sors omnis est æquanimitate tolerantis. Quis est ille tã felix, qui cum dederit impatientiæ manus, statum suũ mutare non optet. Quàm multis amaritudinibus humanæ felicitatis dulcedo respersa est, quæ si etiam fruenti iucũda esse uideatur, tamen quo minus (cum uelit) abeat, retineri non possit. Liquet igitur, quàm sit mortalium rerum misera beatitudo, quæ nec apud æquanimos perpetua perdurat, nec anxios tota delectat. Quid igitur ô mortales extra petitis intra uos positam felicitatem? error uos insciosq; confundit. Ostendã breuiter tibi summæ cardinem felicitatis. Est ne aliquid tibi teipso preciosius? nihil, inquies. Igitur si tui compos fueris, possidebis quod nec tu amittere unquam uelis, nec fortuna possit auferre. Atq; ut agnoscas in his fortuitis rebus beatitudinem constare non posse, sic colligé. Si beatitudo est summum bonum naturę ratione degentis, nec illud est summum bonum, quod eripi ullo modo potest, quoniam præcellit id quod nequit auferri, manifestum est, quod ad beatitudinem percipiendam fortunę instabilitas aspirare non possit. Ad hæc, quem caduca ista felicitas uehit, uel scit eam, uel nescit esse mutabilẽ, si nescit, quænam beata sors esse potest ignorantiæ cœcitate? Si scit, metuat necesse est, ne amittat, quod amitti posse non dubitat, quare continuus timor non sinit esse felicem. An uel si amiserit, negligendum putat. Sic quoq; perexile bonum est, quod æquo animo feratur amissum. Et quoniam tu idem es, cui persuasum esse atq; insitũ permultis demonstrationibus scio, mentes hominũ nullo modo esse mortales, cũq; clarum sit fortuitam felicitatem corporis morte finiri, dubitari nequit, si hæc auferre beatitudinem potest, quin omne mortalium genus in miseriam mortis fine labatur.

Quod si multos scimus non morte solum, uerum etiam doloribus supplicijsq; beatitudinis fructum quæsisse, quonam modo præsens uita facere beatos potest, quæ miseros transacta non efficit?

Metrum

Metrum quartum, Libri II.

Quisquis uolet perennem
Cautus ponere sedem,
Stabilisq; nec sonori
Sterni flatibus Euri,
Et fluctibus minantem
Curat pernere pontum,
Montis cacumen alti
Bibulas uitet arenas.
Illud proteruus Auster
Totis uiribus urget,
Hæ pendulum solutæ
Pondus ferre recusant.
Fugiens periculosam
Sortem sedis amœnæ,
Humili domum memento
Certus figere saxo.
Quamuis tonet ruinis
Miscens æquora uentus
Tu conditus quieti
Felix robore ualli,
Duces serenus æuum,
Ridens ætheris iras.

Prosa quinta, Libri II.

Sed quoniam rationum iam in te mearum fomenta descendunt, paulò ualidioribus utendum puto. Age enim, si iam caduca & momentanea fortunæ dona non essent, quid in eis est, quod aut uestrum unquam fieri queat, aut nõ perspectum consideratumue uilescat? Diuitiæne uel uestræ, uel sui natura pretiosæ sunt? Quid earum potius, aurumne, an uis congestæ pecuniæ? Atqui hæ effundẽdo magis, quàm coaceruando melius nitent. Siquidem auaritia semper odiosos, claros largitas efficit. Quod si manere apud quenquam non potest, quod transfertur in alterum, tunc est pretiosa pecunia, quum translata in alios, usu largiẽdi desinit possideri. At eadem si apud unum, quanta est ubiq; gentium, congeratur, cæteros sui inopes facit. Et uox quidem tota pariter multorum replet auditum. Vestræ uero diuitiæ nisi comminutæ, in plures transire non possunt. Quod cum factum est, pauperes necesse est faciant, quos relinquunt. O igitur angustas, inopesq; diuitias, quas nec habere totas pluribus licet, & ad quemlibet sine cæterorũ paupertate non ueniunt. An gemmarum fulgor oculos trahit? Sed si quid est in hoc splendore præcipui, gemmarum est lux illa, non hominum. Quas quidem mirari homines uehementer admiror. Quid est enim carens animæ motu, atq; membrorũ compage, quod animatæ rationabiliq; naturæ pulchrum esse iure uideatur. Quæ tametsi cõditoris opera, suiq; distinctione postremæ aliquid pulchritudinis trahunt, infra uestram tamen excellentiam collocatæ, admirationem uestram nullo modo merebantur. An uos agrorũ pulchritudo delectat? B. Quid ni? Est enim pulcherrimi operis pulchra portio. Sic quadam sereni maris facie gaudemus, sic cœlũ, sidera, solem, lunamq; miramur. P. Num te horum aliquid attingit? Num audes alicuius talium splendore gloriari? An uernis floribus ipse distingueris, aut tua in æstiuos fructus intumescit ubertas? Quid inanibus gaudijs raperis? Quid externa bona pro tuis amplexaris? Nunquam tua faciet esse fortuna, quæ à te natura rerum fecit aliena. Terrarum quidẽ fructus, animantium proculdubio debentur alimentis. Sed si (quod naturæ satis est) replere indigentiam uelis, nihil est, quod fortunæ affluentiam petas. Paucis enim minimisq; natura contenta est.

tenta est. Cuius facietatem si superfluis urgere uelis, aut iniucundum quod infuderis fiet, aut noxium. Iam uero pulchrum uariis fulgere uestibus putas, quarũ si grata intuitu species est, aut materiæ naturam, aut ingeniũ mirabor artificis. An uero te longus ordo famulorũ facit esse felicem? Qui si uitiosi moribus sunt, perniciosa domus sarcina, & ipsi domino uehementer inimica. Sin uero probi sint, quonam modo in tuis opibus aliena probitas numerabitur? Ex quibus omnibus nihil horum, quæ in tuis computas bonis, tuum esse bonum liquidò monstratur. Quibus si nihil inest apparẽdę pulchritudinis, quid est, quod uel amissis doleas, uel lateris retentis? Quod si natura pulchra sunt, quid id tua refert? Nam hęc per se à tuis quoq; opibus sequestrata placuissent. Neq; enim idcirco sunt preciosa, quod in tuas uenere diuitias, sed quoniam preciosa uidebantur, tuis ea diuitijs annumerare maluisti. Quid autem tanto fortunæ strepitu desideratis? fugare credo indigẽtiam copia quæritis. Atqui hoc uobis in contrarium cedit. Pluribus, quippe adminiculis opus est ad tuendam preciosã supellectilis uarietatem. Verumq; illud est, permultis indigere eos, qui permulta possident. Cõtraq; minimo indigere, qui abundantiam suam naturę necessitate, non ambitus sui superfluitate metiãtur. Ita'ne autem nullum est proprium uobis atq; insitum bonum, ut in externis ac sepositis rebus bona uestra quæratis? Sic rerum uersa conditio est, ut diuinũ merito rationis animal non aliter sibi splẽdere, nisi inanimate supellectilis possessione uideatur? Et alia quidem suis contenta sunt, uos autẽ Deo mente consimiles, arebus infimis excellentis naturæ ornamenta captatis. Nec intelligitis, quantam conditori uestro faciatis iniuriam. Ille genus humanum terrenis omnibus præstare uoluit, uos dignitatem uestrã infra infima quæq; detruditis. Nam si omne cuiusq; bonum eo cuius est, constat esse preciosius, cum uilissima rerum uestra bona esse iudicatis, eisdem uosmetipsos uestra existimatione submittitis, q; quidem haud immeritò cadit. Humanæ quippæ naturæ ista conditio est, ut tum tantum cæteris rebus (cũ se cognoscit) excellat, eadẽ tamen infra bestias redigatur, si se nosse desierit. Nam cæteris animãtibus sese ignorare, natura est, hominibus uero, uitio uenit. Quàm uero latè patet uester hic error, qui ornari posse aliquid ornamẽtis existimatis alienis? At id fieri nequit. Nam si quid ex appositis luceat, ipsa quidẽ quæ sunt apposita, laudantur, illud uero his tectum atq; uelatum, in sua nihilominus fœditate perdurat. Ego uero nego illud esse bonum, quod noceat habenti. Num id mentior? Minimè, inquies. Atqui diuitiæ possidentibus persæpe nocuerũt, cum pessimus quisque æris alieni magis auidus, quicquid usquã auri gemmarumq; est, se solum qui habeat, dignissimum putat. Tu igitur qui nunc contum gladiumq; solicitus pertimescis, si uitæ huius callem uacuus uiator intrasses, coram latrone securus cantares. O præclara optùm mortalium beatitudo, quam cum adeptus fueris, securus esse desisti.

Metrum quintum, Libri II.

Felix nimium prior ætas,
Contenta fidelibus aruis,
Nec inerti perdita luxu,
Facili quæ sera solebat
Ieiunia soluere glande:
Nec Bacchica munera norat
Liquidò confundere melle,
Nec lucida uellera Serum
Tyrio miscere ueneno.
Somnos dabat herba salubres,
Potum quoq; lubricus amnis,
Vmbras altissima pinus.
Nondum maris alta secabat,
Nec mercibus undiq; lectis,

Noua littora uiderat hoſpes.
Tunc claſſica ſæua tacebant,
Odijs neq; fuſus acerbis
Cruor horrida tinxerat arma.
Quid enim furor hoſtibus ulla
Vellet prior arma mouere,
Cum uulnera ſeua uideret,
Nec præmia ſanguinis ulla?
Vtinam modo noſtra redirent
In mores tempora priſcos.
Sed ſæuior ignibus Aetnę
Feruens amor ardet habendi.
Heu primus quis fuit ille,
Auri qui pondera recti
Gemmasq; latere uolentes,
Precioſa pericula fodit?

Proſa ſexta, Libri II.

QVid autem de dignitatibus, potentiaq; diſſeram, quas uos dignitatis ac poteſtatis inſcij, cœlo exæquatis? quæ ſi in improbiſſimum quęq; reciderint, quæ incendia flammis Aetnę eructantibus, quod diluuium tantas ſtrages dederit? Certè (uti meminiſſe te arbitror) conſulare imperium (quod libertatis principium fuerat) ob ſuperbiam cōſulum ueſtri ueteres aboleri cupierunt, qui ob eandem ſuperbiam prius regium de ciuitate nomen abſtulerāt. At ſi quādo (quod perrarum eſt) probis honores deferantur, quid in eis aliud, quàm probitas utentium placet? Ita fit, ut non uirtutibus ex dignitate, ſed ex uirtute dignitatibus honor accedat. Quę uero eſt iſta ueſtra expetibilis ac præclara potētia? Non ne'o terrena animalia conſideratis, quibus præſidere uideamini? Nam ſi inter mures uideres unum aliquem ius ſibi ac poteſtatem præ cæteris uendicantem, quanto moueremini cachinno? Quid uero ſi corpus ſpectes, imbecillius homine reperire queas, quos ſæpe muſcularum quoq; uel morſus, uel in ſecreta quęq; reptantium necat introitus? Quo uero quiſquā ius aliquod in quempiā, niſi in ſolū corpus, & q̄ eſt infra corpus (fortunam loquor) poſſit exercere? Num libero unquam imperabis animo? Num mentem firma ſibi ratione cohærentem, de ſtatu propriæ quietis amouebis? Cū liberum quendam uirum ſupplicijs ſe quidam tyrannus adacturum putaret, ut aduerſum ſe factæ coniurationis conſcios proderet, linguam ille momordit, atq; abſcidit, & in os ſæuientis tyranni abiecit. Ita cruciatus, quos putabat tyrannus materiam crudelitatis, uir ſapiens fecit eſſe uirtutis. Quid autē eſt, quod in alium quiſquā poſſit facere, quod ſuſtinere ab alio ipſe non poſſit? Buſiridem accepimus necare hoſpites ſolitum, ab Hercule hoſpite fuiſſe mactatū. Regulus plures Pœnorum bello captos, in uincula coniecerat, ſed mox ipſe uitiorum catenis manus præbuit. Vllam'ne igitur eius hominis potentiā putas, qui q̄ ipſe in alium poteſt, ne id in ſe alter ualeat, efficere non poſſit? Ad hęc, ſi ipſis dignitatibus ac poteſtatibus ineſſet aliquid naturalis ac proprij boni, nunquam peſſimis prouenirent. Neq; enim ſibi ſolent aduerſa ſociari. Natura reſpuit, ut contraria quęq; iungantur. Ita cum peſſimos plerunque dignitatibus fungi dubium non ſit, illud etiam liquet, natura ſui bona non eſſe, quæ ſe peſſimis hærere patiantur. Quod quidem de cunctis fortunæ muneribus dignius exiſtimari poteſt, quæ ad improbiſſimum quemq; uberiora prouenīunt. De quibus etiam illud conſiderandum puto, quod nemo dubitat eſſe fortem, cui fortitudinem ineſſe conſpexerit. Et cuicumque uelocitas adeſt, manifeſtū eſt eſſe uelocem. Sic Muſica quidem Muſicos, Medicina, Medicos, Rhetorica Rhetores facit. Agit enim cuiuſq;

ſuiſq; rei natura, quod proprium eſt, nec contrariarum rerum miſcetur effectibus, ſed ultro quę ſunt aduerſa, depellit. Atqui nec opes inexpletam extinguere auaritiam queūt. Nec poteſtas ſui cōpotem facit, quē uitioſę libidines inſolubilibus aſtrictū retinent catenis. Et collata improbis dignitas, non modo non efficit dignos, ſed prodit potius, & oſtentat indignos. Cur ita prouenit? Gaudetis enim ſeſe res aliter habentes falſis compellare nominibus, quæ facilè rerum ipſarum redarguūtur effectu. Itaq; nec illæ diuitiæ, nec illa potentia, nec hæc dignitas iure appellari poteſt. Poſtremo idem de tota fortuna concludere licet, in qua nihil expetendum, nihil natiuæ bonitatis ineſſe manifeſtum eſt, quę nec ſe bonis ſemper adiungit, & bonos quibus fuerit adiuncta, non efficit.

Metrum ſextum, Libri II.

NOnne uidimus quantas dederit ruinas,
Vrbe flammata, patribusq; cęſis,
Fratre qui quondam ferus interempto,
Matris effuſo maduit cruore,
Corpus & uiſu gelidum perertans,
Ora non tinxit lachrymis, ſed eſſe
Cenſor extincti potuit decoris
Hic tamen ſceptro populos regebat,
Quos uidet condens radios ſub undas
Phœbus, extremo ueniens ab ortu,
Quos premunt ſeptem gelidi triones,
Quos notus ſicco uiolentus æſtu
Torret, ardentes recoquens arenas.
Celſa num tandem ualuit poteſtas
Vertere prauī rabiem Neronis?
Heu grauem ſortem, quoties iniquus
Additur ſæuo gladius ueneno.

Proſa ſeptima, Libri II.

TVm ego: Scitis, inquam, ipſa minimum nobis ambitionem mortaliū rerum fuiſſe dominatam, ſed materiam gerendis rebus optauimus, quo ne uirtus tacita conſeneſceret. At illa: Atqui hoc unum eſt, quod præſtantes quidem natura mētes, ſed nondum ad extremam manū uirtutum perfectione perductas allicere poſſit, gloriæ, ſcilicet, cupido, & optimorum in rempublicā fama meritorum. Quæ quàm ſit exilis & totius ponderis uacua, ſic conſidera: Omnem terræ ambitum (ſicuti Aſtrologicis demonſtrationibus accepiſti) ad cœli ſpatium puncti cōſtat obſtinere rationem, id eſt, ut ſi ad cœleſtis globi magnitudinem conferatur, nihil ſpatij prorſus habere iudicetur. Huius igitur tam exiguæ in mūdo regionis quarta ferè portio eſt (ſicut Ptolemęo probante didiciſti) quę à nobis cognitis animantibus incolatur. Huic quartæ, ſi quantum maria paludesq; premunt, quantum'q; ſiti uaſta regio diſtenditur, cogitatione ſubtraxeris, uix anguſtiſſima inhabitandi hominibus area relinquetur. In hoc minimo igitur puncti quodam puncto circumſepti atque concluſi, de peruulganda fama, de proferendo nomine cogitatis? At quid habet amplum magnificumq; gloria tam anguſtis exiguisq; limitibus arctata? Adde quod hoc ipſum breuis habitaculi ſeptū plures incolunt nationes, lingua, moribus, totius uitæ ratione diſtantes, ad quas tum difficultate itinerum, tum loquendi diuerſitate, tum commercij inſolentia, non modo fama hominum ſingulorum, ſed ne urbium quidem peruenire queat. Aetate denique Marci Tullij (ſicut ipſe quodā loco ſignificat) nondum Cauſum montem Romanę reipublicæ fama trāſcenderat, & erat

tunc adulta, Parthis etiam, cæterisq; id locorum gẽtibus formidolosa. Vides ne igitur quàm sit angusta, quàm cõpressa gloria, quam dilatare ac propagare laboratis? An ubi Romani nominis transire fama nequit, Romani hominis gloria progredietur? Quid quod diuersarũ gentium mores inter se, atq; instituta discordant, ut quod apud alios laude, apud alios supplicio dignum iudicetur? Quo fit, ut si quem famæ prædicatio delectet, huic in plurimos populos nomen proferre, nullo modo conducat. Erit igitur peruagata inter suos gloria quisque contentus, & intra unius gentis terminos præclara illa famæ immortalitas coartabitur. Sed quàm multos clarissimos suis temporibus uiros, scriptorum inops deleuit obliuio? Quãquam quid ipsa scripta proficiunt, quæ cum suis autoribus premit longior atque obscura uetustas? Vos uero immortalitatem uobis propagare uidemini, cum futuri famã temporis cogitatis. Quod si ad æternitatis infinita spatia pertractes, quid habes quod de nominis tui diuturnitate læteris? Vnius etenim mora momenti, si decem millibus conferatur annis, quoniam utrumq; spatium definitum est, minimam licet, habet tamen ali quam proportionem. At hic ipse numerus annorum, eiusq; quãtumlibet multiplex ad interminabilem diuturnitatem, ne comparari quidem potest. Etenim finitis ad se inuicem fuerit quædam, infiniti uero atque finiti nulla unquam poterit esse collatio. Ita fit, ut quanticumq; prolixi temporis fama, si cum inexhausta æternitate cogitetur, non parua, sed planè nulla esse uideatur. Vos autẽ nisi ad populares auras, inanesq; rumores rectè facere nescitis, & relicta conscientiæ uirtutisq; præstantia, de alienis præmia fermunculis postulatis. Accipe in huiusmodi arrogantiæ leuitate, q festiuè aliquis illuserit. Nam cum quidã adorsus esset hominem cõtumeliis, qui non ad ueræ uirtutis usum, sed ad superbam gloriam, falsum sibi Philosophi nomẽ induerat, adiecisseq; iam se sciturum, an ille Philosophus esset, si quidem illatas iniurias leniter patienterq; toleraret, ille patientiã paulisper assumpsit, acceptaq; cõtumelia uelut insultans, iam tandem, inquit: Intelligis ne me esse Philosophum? Tum ille nimium mordaciter, intellexeram, inquit, si tacuisses. Quid autẽ est, quod ad præcipuos uiros (de his enim sermo est) qui uirtute gloriam petunt? Quid, inquam, est, quod ad hos de fama post resolutum morte suprema corpus attineat? Nam si (quod nostræ rationes credi uetant) toti moriuntur homines, nulla est omnino gloria, cum is, cuius ea esse dicitur, non extet omnino. Sin uero benè sibi mens conscia, terreno carcere resoluta, cœlum libera petit, nonne omne terrenum negocium spernet, quæ se cœlo fruens, terrenis gaudet exemptam?

Metrum septimum, Libri II.

Quicumq; solam mente præcipiti petit,
Summumq; credit gloriam,
Late patentes ætheris cernat plagas,
Arctumq; terrarum situm,
Breuem replere nõ ualentis ambitum
Pudebit aucti nominis.
Quid ò superbi colla mortali iugo
Frustra leuare gestiunt?
Licet remotos fama per populos means
Diffusa linguas explicet,
Et magna titulis fulgeat claris domus,
Mors spernit altam gloriam,
Inuoluit humile pariter & celsum caput,
Aequatq; summis infima.
Vbi nunc fidelis ossa Fabricij manent?
Quid Brutus, aut rigidus Cato?

Signat superstes fama tenuis pauculis
Inane nomen literis.
Sed quid decora nouimus uocabula?
Num scire consumptos datur?
Iacetis ergo prorsus ignorabiles,
Nec fama notos efficit.
Quòd si putatis longius uitam trahi
Mortalis aura nominis,
Cum sera uobis rapiet hoc etiam dies,
Iam uos secunda mors manet.

Prosa octaua, Libri II.

Sed ne me inexorabile cõtra fortunã bellum gerere putes. Est aliquando, cum de hominibus illa fallax nõnihil benè mereatur, tum, scilicet, cũ se aperit, cum frontem detegit, moresq; profitetur. Nondũ fortè quid loquar intelligis? Mirum est, quod dicere gestio, eoq; sentẽtiam uerbis explicare uix queo. Etenim plus reor hominibus aduersam quàm prosperam prodesse fortunam. Illa enim semper specie felicitatis cum uidetur blanda, mentitur, hæc semper uera est, cum se instabilem mutatione demonstrat, illa fallit, hæc instruit, illa mendacium specie bonorum mentes fruentium ligat, hæc cognitione fragilis felicitatis absoluit. Itaque illam uideas uentosam, fluentem, fuiq; semper ignaram, hanc sobriã, succinctamq;, & ipsius aduersitatis exercitatione prudẽtem. Postremo felix à uero bono deuios blanditijs trahit, aduersa plerumq; ad uera bona reducens, uelut uno retrahit. An hoc inter minima æstimandum putas, quod amicorum tibi fidelium mentes hæc aspera, hæc horribilis fortuna detexit? Hæc tibi certos sodalitũ uultus ambiguosq; secreuit, discedẽs, suos abstulit, tuos reliquit. Quãti hoc integer & (ut uidebaris tibi) fortunatus emisses? Desine nunc amissas opes quærere, quod pretiosissimum diuitiarum genus est, amicos inuenisti.

Metrum octauum, Libri II.

Quod mundus stabili fide
Concors uariat uices,
Quod pugnantia semina
Fœdus perpetuum tenent,
Quod Phœbus roseũ diẽ
Curru prouehit aureo,
Vt quas duxerit Hesperus,
Phœbe noctibus imperet.
Vt fluctus auidum mare
Certo fine coẽrceat,
Ne terris liceat uagis
Latos tendere terminos,
Hanc rerum seriem ligat,
Terras ac pelagus regens,
Et cœlo imperitans amor.
Hic si frena remiserit,
Quicquid nunc amat inuicem,
Bellum continuo geret,
Et quam nunc socia fide
Pulchris motibus incitant,
Certent soluere machinam.

Hic ſancto populos quoq;
Iunctos fœdere continet,
Hic & coniugij ſacrum
Caſtis necti amoribus,
Hic fidis etiam ſua
Dictat iura ſodalibus.
O felix hominum genus,
Si ueſtros animos amor,
Quo cœlum regitur regat.

ANITII MANLII SE/
VERINI BOETHI, DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE, LIBER TERTIVS.

Proſa prima, Libri III.

AM cantum illa finierat, cum me audiendi auidum ſtupẽtemq; ar rectis adhuc auribus carminis mulcedo defixerat. Itaque paulò poſt, ô inquam ſummum laſſorum ſolamen animorum, quantum me uel ſententiarum pondere, uel canendi etiam iucũditate reſo uiſti, adeò ut me iam poſthac imparem fortunæ ictibus non arbi trer. Itaq; remedia, quæ paulò ante acriora eſſe dicebas, non mo do non perhorreſco, ſed audiendi auidus uehementer efflagito. Tum illa: Senſi, inquit, cum uerba noſtra tacitus attentusq; rapiebas, eumq; tuæ men tis habitum uel expectaui, uel (quod eſt uerius) ipſa perfeci. Talia ſunt quippe, quę reſtant, ut deguſtata quidem mordeant, interius autem recepta, dulceſcãt. Sed quod tu te audiendi cupidũ dicis, quanto ardore flagrares, ſi quonam te ducere aggredia mur, agnoſceres? B. Quonam inquam? P. Ad ueram, inquit, felicitatem, quã tuus quoque ſomniat animus, ſed occupato ad imagines uiſu ipſam illam non poteſt in tueri. B. Tum ego: Fac obſecro, & quæ ſit illa uera, ſine cunctatione demonſtra. P. Faciam, inquit illa, tui cauſa libenter, ſed quę tibi cauſa notior eſt, eam prius deſigna re uerbis atque informare conabor, ut ea perſpecta, cum in contrariam partem flexe ris oculos, ueræ ſpecimen beatitudinis poſſis agnoſcere.

Metrum primum, Libri III.

QVi ſerere ingenuum uolet agrum,
Liberat arua prius fruticibus,
Falce rubos ſilicemq; reſecat,
Vt noua fruge grauis Ceres eat.
Dulcior eſt apium mage labor,
Si malus ora prius ſapor edat.
Grauius aſtra nitent, ubi notus
Deſinit imbriferos dare ſonos.
Lucifer ut tenebras pepulerit,
Pulchra dies roſeos agit equos.
Tu quoq; falſa tuens bona prius,
Incipe colla iugo retrahere.
Vera dehinc animum ſubierint.

Proſa ſecunda, Libri III.

TVm defixo paululum uiſu, & uelut in anguſtam ſuę mentis ſedem recepta, ſic cœpit: Omnis mortalium cura quam multiplicium ſtudiorum labor exer cet, diuerſo quidem calle procedit, ſed ad unum tamen beatitudinis finẽ ni titur peruenire. Id autem eſt bonum, quo adepto, nihil ulterius deſiderari queat. Quod quidem eſt omnium ſummum bonorum, cunctaq; intra ſe cõtinens bo na. Cui ſi quid abſoret, ſummum eſſe non poſſet, quoniam relinqueretur extrinſecus quod poſſet optari. Liquet igitur, eſſe beatitudinem ſtatum bonorum omnium ag gregatione perfectum. Hunc, uti diximus, diuerſo tramite mortales omnes conan tur adipiſci. Eſt enim mentibus hominum ueri boni naturaliter inſerta cupiditas, ſed ad falſa deuius error abducit. Quorum quidem alij ſummum eſſe bonum nihilo in digere credẽtes, ut diuitijs affluant, elaborant. Alij uero bonũ quod ſit digniſſimum ueneratione, iudicantes, adeptis honoribus, reuerendi ciuibus ſuis eſſe nitũtur. Sunt qui ſummum bonum in ſumma potentia eſſe conſtituant, hi uel regnare ipſi uolunt, uel regnantibus adhærere conantur. At quibus optimum quiddam claritas uidetur, hi uel belli, uel pacis artibus glorioſum nomen propagare feſtinãt. Plurimi uero bo nifructum gaudio lætitiaq; metiuntur, hi feliciſſimum putant uoluptate diffluere. Sunt etiam qui horum fines cauſas q; alterutro permutent, ut qui diuitias ob poten tiam uoluptates q; deſiderant, uel qui potentiam ſeu pecuniæ cauſa, ſeu proferendi nominis petunt. In his igitur cæteriſq; talibus humanorum actuum uotorumq; uer ſatur intentio, ueluti nobilitas fauorq; popularis, quæ uidentur quandam claritudi nem comparare, uxor ac liberi, qui iucunditatis gratia petuntur. Amicorum uero quod ſanctiſſimum quidem genus eſt, non in fortuna, ſed in uirtute numeratur. Reli quum uero uel potentiæ cauſa, uel delectationis aſſumitur. Iam uero corporis bona promptum eſt, ut ad ſuperiora referantur. Robur enim magnitudoq; uidentur præ ſtare ualentiam, pulchritudo atque uelocitas celebritatem, ſalubritas uoluptatem. Quibus omnibus ſolam beatitudinem deſiderari liquet. Nam quod quiſque præ cę teris petit, id ſummum iudicat eſſe bonum, quod eſſe beatitudinem definimus. Quia re beatum eſſe iudicat ſtatum, quem præ cæteris quiſque deſiderat. Habes igitur ante oculos propoſitam fere formam felicitatis humanæ, opes, honores, potentiã gloriam, uoluptates. Quæ quidem ſola conſiderans Epicurus, conſequenter ſibi ſum mum bonum uoluptatem eſſe conſtituit, eo quòd cætera omnia iucũditatem animo uideantur afferre. Sed ad hominũ ſtudia reuertor, quorum animus etſi caligante me moria, tamen bonum ſummum repetit, ſed uelut ebrius domum quo tramite reuertã tur, ignorat. Num enim uidentur errare hi, qui nihilo indigere nituntur? Atqui non eſt aliud quod æquè perficere beatitudinem poſſit, quàm copioſus bonorũ omnium ſtatus, nec alieni egens, ſed ſibi ipſi ſufficiens. Num uero labunt hi, qui quod ſit opti mum, id etiam reuerentiæ cultu digniſſimum putant? Minimè. Nec; enim utile quid dam contemnendum q; eſt, quod adipiſci omnium fere mortalium laborat intentio. An in bonis non eſt numeranda potentia? Quid igitur? Num imbecillium ac ſine ui ribus æſtimandum eſt, quod omnibus conſtat eſſe præſtantius? An claritudo nihi li pendẽda eſt? Sed ſequeſtrari nequit, quin omne quod excellẽtiſſimum ſit, id etiam uideatur eſſe clariſſimum. Nam non eſſe anxiam triſtem q; beatitudinem, nec dolori bus moleſtijs q; ſubiectam, quid attinet dicere, quãdo in minimis quoque rebus id ap petitur, quod habere fruiq; delectet? Atqui hæc ſunt quæ adipiſci homines uolunt, eaq; de cauſa diuitias, dignitates, regna, gloriam, uoluptates q; deſiderant, quod i per hæc ſibi ſufficientiam reuerẽtiam, potentiam, celebritatem, lætitiam credunt eſſe uera turam. Bonum eſt igitur, quod tam diuerſis ſtudijs homines petunt. In quo quanta ſit naturæ uis, facilè monſtratur, cũ licet uarię diſſi dentes q; ſententiæ, tamen in deligendo boni fine conſentiunt

Metrum secundum, Libri III.

QVantas rerum flectat habenas
Natura potens, quibus immensum
Legibus orbem prouida seruet,
Stringatq; ligans irresoluto
Singula nexu, placet arguto
Fidibus lentis promere cantu.
Quamuis Pœni pulchra leones
Vincula gestent, manibusq; datas
Captent escas, metuantq; trucem
Soliti uerbera ferre magistrum,
Si cruor horrida tinxerit ora,
Resides olim redeunt animi,
Fremituq; graui meminere sui,
Laxant nodis colla solutis,
Primumq; lacer dente cruento
Domitor rabidas imbuit iras.
Quæ canit altis garrula ramis
Ales, caueæ clauditur antro,
Huic licet illita pocula melle
Largasq; dapes dulci studio
Ludens hominum cura ministret,
Si tamen arcto saliens tecto,
Nemorum gratas uiderit umbras,
Sparsas pedibus proterit escas,
Syluas tantum mœsta requirit,
Syluis dulci uoce susurrat.
Validis quondam uiribus acta,
Pronum flectit uirga cacumen.
Hanc si curuans dextra remiserit,
Recto spectat uertice cœlum.
Cadit Hesperias Phœbus in undas,
Sed secreto tramite rursus
Currum solitos uertit ad ortus,
Repetunt proprios quæq; recursus,
Redituq; suo singula gaudent.
Nec manet ulli traditus ordo,
Nisi quod fini iunxerit ortum,
Stabilemq; sui fecerit orbem.

Prosa tertia, Libri III.

VOs quoq; terrena animalia, tenui licet imagine, uestrum tamen principium somniatis, uerumq; illum beatitudinis finem, licet minimè perspicaci, quali cumq; tamen cogitatione perspicitis, eoq; uos & ad uerum bonum naturalis ducit intentio, & ab eodem multiplex error abducit. Considera namq; an per ea quibus se homines adepturos beatitudinem putãt, ad destinatum finem ualeant peruenire. Si enim uel pecunia uel honores, cæteraq; tale quid afferãt, cui nihil bonorum abesse uideatur, nos quoque fateamur fieri aliquos horum adeptione felices. Quod si neq; id ualent efficere quod promittũt, bonisq; pluribus carent, nonne liquido falsa in eis beatitudinis species deprehenditur? Primum igitur teipsum qui paulò ante diuitijs affluebas, interrogo: Inter illas abundantissimas opes nunquam ne animum

ne animum tuum concepta ex qualibet iniuria confudit anxietas? Atqui, inquam, tam libero me fuisse animo, quin aliquid semper augeret, reminisci nequeo. P. Nonne quia uel aberat quod abesse non uelles, uel aderat? abesse non uelles, uel aderat quod adesse noluisses? B. Ita est, inquam. P. Illius igitur præsentiam huius absentiam desiderabas. B. Cõfiteor, inquam. P. Eget uero (inquit) eo, quòd quisq; desiderat? B. Eget, inquam. P. Qui uero eget aliquo, num est usquaque sibipsi sufficiens? B. Minimè inquam. P. Tu itaq; hanc insufficientiã plenus (inquit) opibus sustinebas P. Quid ni inquam? P. Opes igitur nihilo indigentẽ, sufficientemq; sibi facere nequeunt. Et hoc erat, quod promittere uidebãtur. Atqui hoc quoq; maximè cõsiderandum puto, quod nihil habeat suapte natura pecunia, ut his, à quibus possidetur, inuitis nequeat auferri. B. Fateor inquã. P. Quid ni fateare, cum eam quotidie ualentior aliquis eripiat inuito? Vnde enim Forenses querimoniæ, nisi quod uel ui, uel fraude nolentibus pecuniæ repetuntur ereptæ? B. Ita est, inquam, P. Egebit igitur (inquit) extrinsecus petito præsidio, quo suam pecuniã quisque tueatur. B. Quis id (inquam) neget? P. Atqui non egeret eo, nisi possideret pecuniam, quam posset amittere. B. Dubitari (inquam) nequit. P. In contrariũ igitur relapsa res est. Nam quæ sufficientes sibi facere putabantur opes, alieno potius præsidio faciunt indigentes. Quis autem modus est, quo pellatur diuitijs indigentia? Num enim diuites ẽsurire nequeunt? Num sitire non possunt? Num frigus hybernum pecuniosorum membra non sentiunt? Sed adest (tu inquies) opulentis, quo famem satient, quo sitim frigusq; depellant. Sed hoc modo consolari quidem diuitijs indigentia potest, auferri penitus nõ potest. Nam si hęc hians semper, atq; aliquid poscens, opibus explet, maneat necesse est quæ possit expleri. Taceo, quod naturæ minimũ, quod auariciæ nihil satis est. Quare si opes nec summouere indigentiam possunt, & ipsę suam faciunt, quid est, quod eas sufficientiam præstare credatis?

Metrum tertium, Libri III.

QVamuis fluente diues auri gurgite
Non expleturas cogat auarus opes
Oneretq; baccis colla rubri littoris,
Rura q; centeno scindat opima boue,
Nec cura mordax deserit superstitem,
Defunctumq; leues non comitantur opes.

Prosa quarta, Libri III.

SEd dignitates honorabilẽ reuerendumq; cui prouenerint, reddunt? Num uis ea est magistratibus, ut utentium mentibus uirtutes inserant, uitia depellant? Atqui non fugare, sed illustrare potius nequitiam solent. Quo fit, ut indigneмur eas sæpe nequissimis hominibus cõtigisse. Vnde Catullus licet in curuli Nonij sedentem, strumam tamen appellat. Vides ne quantũ malis dedecus adijciãt dignitates? Atqui minus eorũ patebit indignitas, si nullis honoribus inclarescant. Tu quoq; num tandem tot periculis adduci potuisti, ut cum Decorato gerere magistratum putares, cum in eo mentem nequissimi scurræ delatoris q; respiceres? Non enim possumus ob honores reuerentia dignos iudicare, quos ipsis honoribus iudicamus indignos. At si quem sapientia præditum uideres, num posses eum uel reuerentia, uel ea qua præditus est sapientia, non dignum putare? B. Minimè. P. Inest enim dignitas propria uirtuti, quã protinus in eos, quibus fuerit adiuncta, transfundit. Quod quia populares facere nequeunt honores, liquet eos propriam dignitatis pulchritudinem non habere. In quo illud est animaduertendum magis. Nam si eo abiectior est, quo magis à pluribus quisque contemnitur, cum reuerendos facere nequeat, quos pluribus ostenderat, despectiores potius improbos dignitas facit. Verum non impunè. Reddunt namq; improbi parem dignitatibus uicem, quas sua

contagione commaculant. Atq; ut cognoſcas ueram illam reuerentiam per has uti bratiles dignitates non poſſe contingere, ſic colligе: Si quis multiplici cōſulatu fun ctus in Barbaras nationes fortè deuenerit, uenerandū ne Barbaris honor faciet? At qui ſi hoc naturale munus dignitatibus foret, ab officio ſuo quoquo gentium nul lo modo ceſſarent. Sicut ignis ubicumque terrarum, nunquam tamen calere deſiſtit. Sed quoniam id eis non propria uis, ſed hominum fallax annectit opinio, uaneſcunt ilicò cum ad eos uenerint, qui dignitates eas eſſe non exiſtimant. Sed hoc apud exte ras nationes. Inter eos uero apud quos ortæ ſunt, num perpetuò perdurant? Atqui præfectura magna olim poteſtas, nunc inane nomē eſt, & ſenatorij cēſus grauis ſar cina. Si quis quondam populi curaſſet annonam, magnus habebatur, nunc ea præfe ctura quid abiectius? Vt enim paulò ante diximus, quod nihil habet proprij decoris, opinione urentium nunc ſplendorem accipit, nunc amittit. Si igitur reuerendos face re nequeunt dignitates, ſi ultro improborū contagione ſordeſcunt, ſi mutatione tem porum ſplendere deſinunt, ſi gentium æſtimatione uileſcunt, quid eſt, quod in ſe ex petendæ pulchritudinis habeant, nedum alijs præſtent?

Metrum quartum, Libri III.

QVamuis ſe tyrio ſuperbus oſtro
Comeret, & niueis lapillis,
Inuiſus tamen omnibus uigebat
Luxuriæ Nero ſæuientis.
Sed quondā dabat improbus uerēdis
Patribus indecores curules.
Quis illos igitur putet beatos,
Quos miſeri tribuunt honores?

Proſa quinta, Libri III.

ANuero regnā regumq; familiaritas efficere potentē ualentem ualent? Quid ni, quando eorū felicitas perpetuo perdurat? Atqui plena eſt exemplorum uetuſtas, plena etiam præſens ætas, qui reges felicitatem calamitate mutaue rint. O præclara potentia, quæ nec ad conſeruationem quidem ſui ſatis effi cax inuenitur. Quod ſi hæc regnorum poteſtas beatitudinis autor eſt, nōnne ſi qua parte defuerit, felicitatē minuat, miſeriam importet? Sed quamuis late humana ten dantur imperia, plures neceſſe eſt gentes relinqui, quibus regum quiſque non impe ret. Qua uero parte beatos faciens deſinit poteſtas, hac impotētia ſubintrat, quæ mi ſeros facit. Hoc igitur modo maiorem regibus ineſſe neceſſe eſt miſeriæ portionem. Expertus ſortis ſuæ periculorum tyrannus, regni metus pendētis ſupra uerticē gla dij terrore ſimulauit. Quę eſt igitur hęc poteſtas, quę ſolicitudinū morſus expellere, quæ formidinis aculeos uitare nequit? Atqui uellent ipſi uixiſſe ſecuri, ſed nequeūt. De hinc de poteſtate gloriantur. An tu potentem cenſes, quem uideas uellе, quod non poſſit efficere? Potentem cenſes, qui ſatellite latus ambit, quos terret, ipſe plus metuit? Qui ut potens eſſe uideatur, in ſeruientium manu ſitum eſt. Nam quid ego de regū familiaribus diſſerā, cum regna ipſa tātæ imbecillitatis plena demonſtrem? Quos quidem regia poteſtas ſępe incolumis, ſæpe autem lapſa proſternit. Nero Se necam familiarem, præceptoremq; ſuum ad eligendæ mortis coēgit arbitrium. Pāpi nianum diu inter aulicos potentem, militum gladijs Antonius obiecit. Atqui uterq; potentiæ ſuę renunciare noluerūt, quorum Seneca opes etiam ſuas tradere Neroni, ſeq; in otium conferre conatus eſt, ſed dum ruituros moles ipſa trahit, neuter quod uoluit effecit. Quę eſt igitur iſta potentia, quam pertimeſcūt habentes, quā nec cum habere uelis, tutus ſis, & cum deponere cupias, uitare non poſſis? An præſidio ſunt amici, quos non uirtus, ſed fortuna cōciliat? Sed quem felicitas amicum fecit, infor tunium faciet inimicum. Quæ uero peſtis efficacior ad nocendum, quàm familia ris inimicus?

Metrum

Metrum quintum, Libri III.

QVi ſe uolet eſſe potentem,
Animos domet ille feroces,
Nec uicta libidine colla
Fœdis ſummittat habenis
Etenim licet Indica longē
Tellus tua iura tremiſcat,
Et ſeruiat ultima Thule,
Tamen atras pellere curas,
Miſerasq; fugare querelas
Non poſſe, potentia non eſt.

Proſa ſexta, Libri III.

GLoria uero quàm fallax ſæpe, quàm turpis eſt? Vnde non iniuria tragicus exclamat:

ὦ δόξα δόξα μυρίοισι δὴ βροτῶν
ψεύδεσι γεγῶσι βίοτον ὤρκωσας μέγαν.

Plures enim magnū ſæpe nomen falſis uulgi opinionibus abſtulerūt, quo quid tur pius excogitari poteſt? Nam qui falſo prædicantur, ſuis ipſi neceſſe eſt laudibus eru beſcant. Quæ ſi ettam meritis conquiſitæ ſint, quid tamen ſapientis adiecerint con ſcientiæ, qui bonū ſuū non populari rumore, ſed conſcientiæ ueritate metitur? Quod ſi hoc ipſum propagaſſe nomē, pulchrum uidetur, conſequens eſt, ut fœdū non ex tendiſſe iudicetur. Sed cum (ut paulò ante diſſerui) plures gentes neceſſe ſit eſſe, ad quas unius fama hominis nequeat peruenire, fit, ut quē tu exiſtimas eſſe glorioſum, proxima parte terrarū uideatur inglorius. Inter hæc uero popularem gratiā ne cōme moratione quidem dignam puto, quæ nec iudicio uero prouenit, nec unquam firma perdurat. Iam uero quàm ſit inane, quē m inutile nobilitatis nomen, quis non uideat? ſi ad claritudinem referatur, aliena eſt. Videtur namq; eſſe nobilitas quædā, de meri tis ueniens laus parentū. Quod ſi claritudinem prædicatio facit, illi ſint clari neceſſe eſt, qui prædicātur. Quare ſplendidum te, ſi tuam non habes, aliena claritudo nō effi cit. Quod ſi quid eſt in nobilitate bonum, id eſſe arbitror ſolum, ut impoſita nobili bus neceſſitudo uideatur, ne à maiorum uirtute degenerent.

Metrum ſextum, Libri III.

OMne hominum genus in terris
Simili ſurgit ab ortu.
Vnus enim rerum pater eſt,
Vnus cuncta miniſtrat.
Ille dedit Phœbo radios,
Dedit & cornua lunæ,
Ille homines etiam terris
Dedit, & ſidera cœlo,
Hic clauſit membris animos
Celſa ſede petitos.
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen
Quid genus & proauos ſtrepitis?
Si primordia ueſtra,
Autoremq; Deum ſpectes,
Nullus degener extat,
Niuitijs peiora fouens,
Proprium deſerat ortum.

Proſa

Prosa septima, Libri III.

QVid autem de corporis uoluptatibus loquar? quarum appetentia quidem plena est anxietatis, satietas uero pœnitentiæ? Quãtos ille morbos, quàm intolerabiles dolores, quasi quendam fructum nequitiæ, fruentium solent referre corporibus, quarum motus quid habeat iucunditatis, ignoro. Tristes uero esse uoluptatum exitus, quisquis reminisci libidinum suarum uolet, intelliget. Quę si beatos explicare possunt, nihil causæ est, quin pecudes quoque beatę esse dicantur, quarum omnis ad explendam corporalem lacunam festinat intentio. Honestissima quidem coniugis liberorumq; foret iucũditas, sed nimis è natura dictum est, nescio quem filios inuenisse tortores, quorũ quàm sit mordax quęcumque conditio, neque alias expertum te, neque nunc anxium necesse est admonere. In quo Eurípidis mei sententiam probo, qui carentem liberis infortunio dixit esse felicem.

Metrum septimum, Libri tertij.

HAbet hoc uoluptas omnis,
Stimulis agit fruentes.
Apiumq; par uolantum,
Vbi grata mella fudit,
Fugit, & nimis tenaci
Ferit icta corda morsu.

Prosa octaua, Libri tertij.

NIhil igitur dubiũ est, quin hæ ad ad beatitudinem uiæ deuia quædã sint, nec perducere eo quẽquam ualeant, ad quod se perducturas esse promittunt. Quantis uero implicitæ malis sint, breuissimè monstrabo. Quid enim? pecuniam ne congregare conaberis? sed eripies habenti. Dignitatibus fulgere uelis? donanti supplicabis. Et qui præire cęteros honore cupis, poscendi humilitate uilesces. Potentiã ne desideras? subiectorum insidijs obnoxius, periculis subiacebis. Gloriam petis? sed per aspera quæq; distractus, securus esse desistis. Voluptuariam uitam degas, sed quis non spernat atq; abijciat uilissimę, fragilissimæq; rei corporis seruitium? Iam uero qui bona præ se corporis ferunt, quàm exigua, quàm fragili possessione nituntur? Num enim elephãtes mole, tauros robore superare poteritis? Num tigres uelocitate præibitis? Respicite cœli spatiũ, firmitudinem, celeritatem, & aliquando desinite uilia mirari. Quod quidem cœlum non his potius est, quàm sua qua regitur, ratione mirandum. Formæ uero nitor ut rapidus est, ut uelox, & uernalium florũ mutabilitate fugacior? Quod si (ut Aristoteles ait) lynceis oculis homines uterentur, ut eorum uisus obstãtia quęq; penetrare, nonne introspectis uisceribus illud Alcibiadis superficie pulcherrimum corpus, turpissimũ uideretur? Igitur te pulchrum uideri, non tua natura, sed oculorum spectantium reddit infirmitas. Sed æstimate, quàm uultis nimio corporis bona, dum sciatis hoc quodcunq; miramini, triduanæ febris igniculo posse dissolui. Ex quibus omnibus illud in summã redigere licet, quod hæc, quæ nec præstare quę pollicentur bona possunt, nec omniũ bonorum cõgregatione perfecta sunt, ea nec ad beatitudinem (quasi quidam calles) ferunt, nec beatos ipsa perficiunt.

Metrum octauum, Libri tertij.

HEu heu, quæ miseros tramite deuio
Abducit ignorantia
Non aurum in uiridi quęritis arbore,
Nec uite gemmas carpitis,
Non altis laqueos montibus abditis,
Vt pisce ditetis dapes.
Nec

Nec uobis capreas si libeat sequi,
Tyrrheno captatis uada.
Ipsos quinetiam fluctibus abditos
Norunt recessus æquoris,
Quæ gemmis niueis unda feracior,
Vel quæ rubentis purpuræ.
Nec non quę tenero pisce uel asperis
Præstent echinis littora.
Sed quonam lateat, quod cupiunt bonum,
Nescire cœci sustinent.
Et quod stelliferum trans abijt polum,
Tellure demersi petunt.
Quid dignum stolidis mentibus imprecer?
Opes, honores ambiant,
Et cum falsa graui mole parauerint,
Tum uera cognoscant bona.

Prosa nona, Libri III.

HActenus mendacis formam felicitatis ostendisse sufficerit, quam si perspicaciter intuearis, ordo est deinceps, quæ sit uera mõstrare. B. Atqui uideo (inquam) nec opibus sufficientiam, nec regnis potentiæm, nec reuerentiam dignitatibus, nec celebritatem gloria, nec lætitiam uoluptatibus posse contingere. P. An etiam causas, cur ita sit, deprehendisti? B. Tenui quidem ueluti rimula mihi uideor intueri, sed ex te cognoscere apertius malim. P. Atqui promptissima ratio est. Quod enim simplex indiuisumque natura, id error humanus separat, & à uero, atque perfecto ad falsum imperfectumq; traducit. An tu arbitraris, quod nihilo indigeat, egere potentia? B. Minimè inquam. P. Rectè tu quidem. Nam si quid est, quod in ulla re imbecillioris ualẽtiæ sit, in hac præsidio necesse est egeat alieno. B. Ita est inquam. P. Igitur sufficientiæ, potentiæq; una eademque est natura. B. Sic uidetur. P. Quod uero huiusmodi sit, spernendum ne esse censes, an contra rerum omnium ueneratione dignissimum? B. At hoc (inquam) ne dubitari quidem potest. P. Addamus igitur sufficientiæ potentiæque reuerentiam, ut hæc tria unum esse iudicemus. B. Addamus, siquidem uera uolumus cõfiteri. P. Quid igitur? inquit, obscurum ne hoc atque ignobile censes esse, an omni celebritate clarissimum? Cõsidera uero, ne quid nihilo indigere, quod potentissimum, atque honore dignissimum esse concessum est, egere claritudine, quam sibi præstare non possit, atque ob id aliqua ex parte uideatur abiectius? P. Non possum inquam, quin hoc uti est, ita etiam celeberrimum esse confitear. P. Consequens igitur est, ut claritudinem superioribus tribus nihil differre fateamur? B. Consequitur, inquam. P. Quod igitur nullius egeat alieni, quod suis cuncta uiribus possit, quod sit clarum atq; reuerendũ, nonne hoc etiam constat esse lętissimum? B. Sed unde huic (inquam) tali mœror ullus obrepat, ne cogitare quidem possum. P. Quare plenum esse lętitię (si quidem superiora manebunt) necesse est confiteri. Atqui illud quoque per eadem necessarium est, sufficientię, potentię, claritudinis, reuerentię, iucunditatis nomina quidẽ esse diuersa, nullo uero modo discrepare substantiam. B. Necesse est inquam. P. Hoc igitur quod est unum simplexq; natura, prauitas hominum dispartit. Et dum rei, quę paribus caret, partem conatur adipisci, nec portionem, quæ nulla est, nec ipsam (quã minimè affectat) assequit. B. Quonã inquã modo? P. Qui diuitias (inquit) petit penuriæ fuga, de potẽtia nihil laborat, uilis obscurusq; esse mauult, multas etiã sibi naturales quoq; subtrahit uoluptates, ne pecuniã quam parauit, amittat. Sed hoc modo ne sufficiẽtia quidem cõtingit ei, quem ualentia deserit, quem molestia pungit, quem uilitas abijcit, quẽ recõdit obscuritas. Qui uero solũ posse desiderat, profligat opes,

despicit

despicit uoluptates, honoremq; potentia carẽtem, gloriam quoq; nihil pendit. Sed huic quoq; quàm multa deficiant uides. Fit enim ut aliquando necessarijs egeat, ut anxietatibus mordeatur. Cumq; hęc depellere nequeat, id etiam quod maximè petebat, potens esse desistit. Similiter ratiocinari de honoribus, gloria, uoluptatibus licet. Nam cum unumquodq; horum idem quod cętera sit, quisquis horum aliquid sine cæteris petit, ne illud quidem quod desiderat, apprehẽdit. B. Quid igitur inquã? P. Si quis cuncta simul cupiat adipisci, summam quidem beatitudinis ille uelit, sed num in his eam reperiet, quę demonstrauimus id, quod pollicentur, non posse conferre? B. Minimè inquam. P. In his igitur, quæ singula quæq; expetendorum præstare creduntur, beatitudo nullo modo intelligenda est. B. Fateor, inquam, & hoc nihil uerius dici potest. P. Habes igitur (inquit) & formam falsę felicitatis & causas. Deflecte nunc in aduersum mentis intuitum, ibi enim ueram (quam promisimus) statim uidebis. B. Atqui hęc (inquã) uel cœco perspicua est, eamq; tu paulò ante monstrasti, dum falsæ causas aperire conabaris. Nam (nisi fallor) ea uera est & perfecta felicitas, quę sufficientem, potentem, reuerendum, celebrem, lætumq; perficiat. Atq; ut me interius animaduertisse cognoscas, quę unum horũ (quoniam idem cuncta sunt) ueraciter præstare potest, hanc esse plenam beatitudinem sine ambiguitate cognosco. P. O te alumne hac opinione felicem sentio, siquidem hoc (inquit) adieceris. B. Quidnam inquam. P. Esse ne aliquid in his mortalibus caducisq; rebus putas, quod huiusmodi statum possit afferre? B. Minimè inquam puto, idq; à te, nihil ut amplius desideretur, ostensum est. P. Hæc igitur uel imagines ueri boni, uel imperfecta quædam dare bona mortalibus uidentur, uerum autem atque perfectum bonum conferre non possunt. B. Assentior inquam. P. Quoniam igitur agnouisti, quæ uera illa sit, quæ autem beatitudinem mentiantur, nunc superest, ut unde ueram hanc petere possis, agnoscas. B. Id quidem (inquam) iamdudum uehementer expecto. P. Sed cum uti in Timæo Platoni (inquit) nostro placet, in minimis quoq; rebus diuinum præsidium debeat implorari, quid nunc faciẽdum censes, ut illius summi boni sedem reperire mereamur? Inuocandum (inquam) rerum omnium patrem, quo prætermisso, nullum ritè fundatur exordium. P. Rectè, inquit, ac simul ita modulata est.

Metrum nonum, Libri III.

O Qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum, cœlique sator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, stabilisq; manens das cuncta moueri,
Quem non externæ pepulerunt fingere causę
Materiæ fluitantis opus, uerum insita summi
Forma boni, liuore carens, tu cuncta superno
Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse
Mundũ mente gerens, similiq; in imagine formans,
Perfectasq; iubens perfectum absoluere partes.
Tu numeris elementa ligas, ut frigora flammis
Arida conueniant liquidis, ne purior ignis
Euolet, aut mersas deducant pondera terras.
Tu triplicis mediam naturæ cuncta mouentem
Connectens animã, per cõsona membra resoluis.
Quæ cum secta duos motum glomerauit in orbes,
In semet reditura meat, mentemq; profundam
Circuit, & simili connectit imagine cœlum.
Tu causis animas partibus, uitasq; minores
Prouehis, & leuibus sublimes curribus aptans
In cœlum terramq; seris, quas lege benigna

Ad te

Ad te conuersas reduci facis igne reuerti.
Da pater augustam menti conscendere sedem,
Da fontem lustrare boni, da luce reperta
In te conspicuos animi defigere uisus.
Dissice terrenæ nebulas & pondera molis,
Atq; tuo splendore mica, tu namq; serenum,
Tu requies tranquilla pijs, te cernere, finis.
Principium, uector, dux, semita, terminus idem.

Prosa decima, Libri III.

QVoniam igitur quæ sit imperfecti, quæ etiam perfecti boni forma, uidisti, nunc demonstrandum reor, quo nam hæc felicitatis perfectio cõstituta sit. In quo illud primum arbitror inquirendum, an aliquod huiusmodi bonum (quale paulò ante definisti) in rerũ natura possit existere, ne nos præter rei subiectę ueritatem cassa cogitationis imago decipiat. Sed quin existat, sitq; hoc ueluti quidam omnium fons bonorũ, negari nequit. Omne enim quod imperfectũ esse dicitur, id diminutione perfectum esse perhibetur. Quo fit, ut si in quolibet genere imperfectum quid esse uideatur, in eo perfectum quoq; aliquid esse, necesse sit. Etenim perfectione sublata, unde illud quod imperfectum perhibetur, extiterit, ne fingi quidẽ potest. Neq; enim ab diminutis inconsummatisq; natura rerum cœpit exordium, sed ab integris absolutisq; procedens, in hęc extrema atque effœta dilabitur. Quod (sicuti paulò ante monstrauimus) est quædam boni fragilis imperfecta felicitas, esse aliquã solidam perfectamq; non potest dubitari. B. Firmissimè, inquam, uerissimeq; concluso est. P. Quo uero (inquit) habitet, ita considera. Deum rerum omnium principem bonum esse, communis humanorũ concepto probat animorũ. Nam cum Deo nihil melius excogitari queat, id quo melius nihil est, bonum esse quis dubitat? Ita uero bonum esse Deum ratio demonstrat, ut perfectum quoq; in eo bonum esse conuincat. Nam ni tale sit, rerum omnium princeps esse non poterit. Erit enim eo præstantius aliquid perfectum possidens bonum, quod hoc prius atque antiquius esse uideatur. Omnia namque perfecta, minus integris priora esse declarauerũt. Quare ne in infinitum ratio prodeat, confitendum est, summum Deum summi perfectiq; boni esse plenissimũ. Sed perfectũ bonũ ueram esse beatitudinem constituimus. Veram igitur beatitudinem in summo Deo sitam esse, necesse est. B. Accipio inquam, nec est quod contradici ullo modo queat. P. Sed quæso (inquit) te, ui de quam id sanctè atque inuiolabiliter probes, quod boni summi summũ Deum diximus esse plenissimum. B. Quonam inquam modo? P. Ne hunc rerum omnium patrem illud summum bonum (quo plenus esse perhibetur) uel extrinsecus accepisse, uel ita naturaliter habere præsumas, quasi habentis Dei, habitæque beatitudinis diuersam cogites esse substantiam. Nam si extrinsecus acceptum putes, præstantius id quod dederit, eo quòd acceperit, existimare possis. Sed hunc esse rerum omnium præcellentissimum dignissimè confitemur. Quod si natura quidem inest, sed ratione diuersum, cum de rerum principe loquamur Deo, fingat qui potest, quis hæc diuersa cõiunxerit. Postremo quod à qualibet re diuersum est, id non est illud, à quo intelligitur esse diuersum. Quare quod à summo bono diuersum est sui natura, id summum nõ est, quod nefas est de eo cogitare, quo nihil constat esse præstantius. Omnino enim nullius rei natura suo principio melior poterit existere. Quare quod omniũ principium sit, id etiam sui substantia summum esse bonũ, ueerissima ratione conclusserim. B. Rectissimè inquam. P. Sed summum bonum beatitudinem esse cõcessum est. B. Ita est, inquã. P. Igitur (inquit) Deũ esse ipsam beatitudinẽ necesse est cõfiteri. B. Nec oppositis, inquã, prioribus refragari queo, et ab illis hoc illatũ cõsequẽs esse perspicio. P. Respice (inquit) an hinc quoq; idẽ firmius approbẽt, q; duo summa bona, quæ à se diuersa sint, esse non possunt. Etenim quę discrepãt bona, nõ esse alterũ

quod

quod ſit alterum, liquet, quare neutrum poterit eſſe perfectum, cum alterutri alterum deeſt. Sed quod perfectum non ſit, id ſummum non eſſe manifeſtum eſt. Nullo modo igitur quæ ſumma ſunt bona, ea poſſunt eſſe diuerſa. Atqui & beatitudinem & Deum ſummum bonum eſſe collegimus. Quare ipſam neceſſe eſt ſummam eſſe beatitudinem, quæ ſit ſumma diuinitas. B. Nihil (inquam) nec re ipſa uerius, nec ratiocinatione firmus, nec Deo dignius concludi poteſt. P. Super hæc (inquit) igitur ueluti Geometræ ſolēt, demōſtratis propoſitis, aliquid inferre, quæ poriſmata ipſi uocāt. Ita ego quoque tibi ueluti corollarium dabo. Nam quoniam beatitudinis adeptione fiunt homines beati, beatitudo uera eſt ipſa diuinitas, diuinitatis adeptione fieri beatos, manifeſtum eſt. Sed uti iuſtitiæ adeptione iuſti, ſapientiæ ſapientes fiunt, ita diuinitatem adeptos Deos fieri ſimili ratione neceſſe eſt. Omnis igitur beatus Deus, ſed natura quidem unus, participatione uero nihil prohibet eſſe quàm plurimos. B. Et pulchrum (inquam) hoc atq; preciоſum, ſiue poriſma, ſiue corollariū uocari mauis. P. Atqui hoc quoq; pulchrius nihil eſt, q̄ his annectendum eſſe ratio perſuadet. B. Quid inquā? P. Cū multa, inquit, beatitudo cōtinere uideatur, utrū ne hæc omnia unum ueluti corpus beatitudinis quadam partium uarietate cōiungant, an ſit eorum aliquid, quod beatitudinis ſubſtantiam compleat, ad hoc uero cætera referantur. B. Vellem id (inquam) ipſarū rerum commemoratione patefaceres. P. Nonne (inquit) beatitudinem bonū eſſe cenſuimus? B. Ac ſummum quidem inquam. P. Addas (inquit) hoc omnibus licet. Nam eadem ſufficientia ſumma, & eadem ſumma potentia, reuerentia quoq;, claritas, & uoluptas beatitudo eſſe iudicatur. B. Quid igitur? B. Hæccine omnia bona, ſufficientia, potentia, cæteraq; ueluti quædam beatitudinis membra ſunt, an ad bonum ueluti ad uerticem cūcta referuntur? B. Intelligo, inquam, quid inueſtigandum proponas, ſed quid conſtituas audire deſidero. P. Huius rei diſcretionem ſic accipe. Si hæc omnia beatitudinis membra forent, à ſe quoq; inuicem diſcreparent. Hæc eſt enim partium natura, ut unum corpus diuerſa componant. B. Atqui hęc omnia idem eſſe mōſtrata ſunt. P. Minimè igitur membra ſunt. Alioquin ex uno mēbro beatitudo uidebitur eſſe coniuncta, quod fieri nequit. B. Id quidem inquam dubium non eſt, ſed id quod reſtat expecto. P. Ad bonum uero cætera referri palàm eſt. Idcirco enim ſufficientia petitur, quoniam bonum eſſe iudicatur. Idcirco potentia, quoniam id quoq; eſſe creditur bonum. Idem de reuerentia, claritudine, iucūditate coniectare licet. Omnium igitur expetendorum ſumma atq; cauſa bonum eſt. Quod enim neq; re, neq; ſimilitudine ullum in ſe retinet bonum, id expeti nullo modo poteſt. Contraq; etiam, quæ natura bona non ſunt, tamen ſi eſſe uideātur, quaſi uera bona ſint, appetuntur. Quo fit, uti ſumma, cardo, atq; cauſa expetendorum omnium, bonitas eſſe credatur. Cuius uero cauſa quid expetitur, id maximè uidetur optari. Velut ſi ſalutis cauſa quiſpiā uelit equitare, nō tam equitandi motum deſiderat quàm ſalutis effectum. Cum igitur omnia boni gratia petantur, non illa potius, quàm bonum ipſum deſiderantur ab omnibus. Sed propter quod cætera optantur, beatitudinem eſſe cōceſſimus, quare ſic quoq; ſola quæritur beatitudo. Ex quo liquido apparet ipſius boni & beatitudinis unam atq; eandem eſſe ſubſtantiam. B. Nihil uideo, cui diſſentire quiſpiam poſſit. P. Sed Deum ueramq; beatitudinem unum atq; idem eſſe monſtrauimus. B. Ita eſt inquam. P. Securè igitur concludere licet, Dei quoq; in ipſo bono, nec uſquam alio ſitam eſſe ſubſtantiam.

Metrum X. Libri tertij.

HVc omnes pariter uenite capti,
Quos fallax ligat improbis catenis
Terrenas hebetans libido mentes.
Hic erit uobis requies laborum,
Hic portus placida manens quiete,
Hoc patens unum miſeris aſylum.
Non

Non quicquid Tagus aureis arenis
Donat, aut Hermus rutilante ripa,
Aut Indus calido propinquus orbi
Candidis miſcens uirides lapillis,
Illuſtrant aciem, magisq; cœcos
In ſuas condunt animos tenebras.
Hoc quicquid placet, excitatq; mentes,
Infimis tellus aluit cauernis.
Splendor quo regitur, uigetq; cœlum,
Vitat obſcuras animæ ruinas.
Hanc quiſquis poterit notare lucem,
Candidos Phœbi radios negabit.

Proſa undecima, Libri III.

ASſentior inquam, Cuncta enim firmiſſimis nexa rationibus conſtant. P. Tū illa: Quanti (inquit) æſtimabis, ſi bonum ipſum quid ſit, agnoueris? B. Infiniti inquam. Siquidem mihi pariter Deū quoq; qui bonū eſt, cōtinget agnoſcere. P. Atqui hoc ueriſſima (inquit) ratione patefaciam. Maneāt modo, quę paulò ante concluſa ſunt. B. Manebunt inquam. P. Nonne, inquit, mōſtrauimus ea, quæ appetuntur à pluribus, idcirco uera perfectaq; bona non eſſe, quoniam à ſeinuicem diſcreparent, cumq; alteri abeſſet alterum, plenum abſolutumq; bonum afferre non poſſet? Tum autem uerum bonum fieri, cum in unam ueluti formam atque effigiem colliguntur, ut quæ ſit ſufficientia eſt, eadem ſit potentia, reuerentia, claritas atque iucunditas. Niſi uero unum atq; idem omnia ſint, nihil habere quo inter experenda numerentur. B. Demonſtratum eſt inquā, nec dubitari ullo modo poteſt. P. Quæ igitur cum diſcrepant, minimè bona ſunt, cum uero unum eſſe cœperint, bona fiunt, nonne hæc ut bona ſint, unitatis fieri adeptione contingit? B. Ita (inquam) uidetur. P. Sed omne quod bonum eſt, boni participatione bonum eſſe concedis, an minimè? B. Ita eſt. P. Oportet igitur idem eſſe unum, atq; bonum ſimili ratione concedas. Eadem namq; ſubſtantia eorum eſt, quorum naturaliter non eſt diuerſus eſſe. B. Negare (inquam) nequeo. P. Noſti nē igitur, inquit, omne quod eſt, tam diu manere atq; ſubſiſtere, quandiu ſit unum, ſed interire, atq; diſſoluí pariter, cum unum eſſe deſiterit? B. Quonam (inquam) modo? P. Vt in animalibus, inquit, cùm in unū cōeunt, ac permanent anima corpuſq;, id animal uocatur. Cum uero hæc unitas utriuſq; ſeparatione diſſoluitur, interire, nec iā eſſe animal liquet. Ipſum quoq; corpus cum in una forma, membrorum cōiunctione permanet, humana uiſitur ſpecies. At ſi diſtributæ ſegregataq; partes corporis diſtraxerint unitatem, deſinit eſſe quod fuerat. Eoq; modo percurrenti cætera proculdio patebit ſubſiſtere unumquodque, dum unum eſt, cum uero unum eſſe deſinit, interire. B. Conſideranti mihi (inquam) plura, minimè aliud uidetur. P. Eſt nē igitur, inquit, quod inquantum naturaliter agat, relicta ſubſiſtendi appetentia, uenire ad interitum corruptionemq; deſideret. B. Si animalia (inquam) conſiderem, quæ habent aliquem uolendi, nolendiq; naturam, nihil inuenio quod nullis extra cogentibus, abijciant manendi intentionem, & ad interitum ſponte feſtinent. Omne namq; animal tuēri ſalutem laborat, mortem uero perniciemq; deuitat. Sed quid de herbis arboribuſq;, quid de inanimatis omnino conſentiam rebus, prorſus dubito. P. Atqui non eſt, quod de hoc poſſis ambigere, cum herbas atque arbores intuearis, primum ſibi conuenientibus innaſci locis, ubi quantum earum queat natura, cito exareſcere atque interire non poſſint. Nam aliæ quidē campis, aliæ montibus oriuntur, aliæ ferunt paludes, aliæ ſaxis hærent, aliarum fœcundæ ſunt ſteriles arenæ, quas ſi in alia quiſpiam loca transferre conetur, areſcant. Sed dat cuiq; natura quod conuenit, & ne (dum manere poſſunt) intereāt, elaborat. Quid dicam, quod omnes ueluti in terras ore demerſo, trahunt, alimenta radicibus,

ac per medullas robur corticemq; diffundunt? Quid quod molliſſimum quodq; ſicuti medulla eſt) in interiore ſemper ſede reconditur, extra uero quadam ligni firmitate tuetur, ultimus autem cortex aduerſum cœli intemperiem, quaſi mali patiens defenſor opponitur? Iam uero quanta eſt naturæ diligentia, ut cuncta multiplicato ſemine propagentur, quæ omnia non modo ad tempus manendi, uerũ generatim quoque quaſi in perpetuum permanendi, ueluti quaſdam machinas eſſe quis neſciat? Ea etiam quæ inanimata eſſe creduntur, nonne quod ſuum eſt, quæq; ſimili ratione deſiderant? Cur enim flammas quidem ſurſum leuitas uehit, terras uero deorſum pondus deprimit, niſi quod hæc ſingulis loca motionesq; conueniunt? Porrò autẽ quod cuiq; conſentaneum eſt, id unumquodq; conſeruat, ſicuti ea quæ ſunt inimica, corrũpunt. Iam uero quæ dura ſunt, ut lapides, adhærent tenaciſſimè partibus ſuis, & ne facile diſſoluantur, reſiſtunt. Quæ uero liquentia, ut aër atq; aqua, facilè quidem diuidentibus cedunt, ſed cito in ea rurſus, à quibus ſunt abciſa, relabuntur. Ignis uero omnem refugit ſectionem. Neq; nũc nos de uoluntarijs animæ cognoſcentis motibus, ſed de naturali intentione tractamus. Sicuti eſt quod acceptas ei cas ſine cogitatione tranſigimus, quod in ſomno ſpiritum ducimus neſcientes. Nã ne in animalibus quidem manendi amor ex animę uoluntatibus, uerum ex naturę principijs uenit. Nam ſæpe mortem cogentibus cauſis, quam natura reformidat, uoluntas amplectitur. Cõtraq; illud (quo ſolo mortalium rerum durat diuturnitas) gignendi opus quod natura ſemper appetit, interdum coërcet uoluntas. Adeò hæc tui charitas non ex animali motione, ſed ex naturali intentione procedit. Dedit enim prouidentia creatis à ſere bus hanc uel maximam manendi cauſam, ut quoad poſſunt, naturaliter manere deſiderent. Quare nihil eſt, quod ullo modo queas dubitare, cuncta quæ ſunt, appetere naturaliter conſtantiam permanendi, deuitare perniciem. B. Confiteor, inquam, nũc me indubitato cernere, quæ dudum incerta uidebantur. P. Quod autem, inquit, ſubſiſtere ac permanere appetit, id unum eſſe deſiderat. Hoc enim ſublato, ne eſſe quidẽ cuiquam permanebit. B. Verum eſt inquam. P. Omnia igitur, inquit, unũ deſiderãt. B. Conſenti. P. Sed unum idipſum monſtrauimus eſſe, quod bonum eſt. B. Ita quidẽ. P. Cuncta igitur bonum petunt, quod quidem ita deſcribas licet, ipſum bonum eſſe, quod deſideretur ab omnibus. B. Nihil, inquam, uerius excogitari poteſt. Nã uel ad nihilũ cuncta referuntur, & uno ueluti uertice deſtituta, ſine rectore fluitabunt. Aut ſi quid eſt, ad quod uniuerſa feſtinent, id erit omniũ ſummum bonorum. P. Et illa animium (inquit) o alumne lætor. Ipſam enim mediæ ueritatis notam mente fixiſti. Sed in hoc patuit tibi, quod ignorare paulò ante dicebas. B. Quid inquam? P. Quis eſſet (inquit) rerum omnium finis. Is eſt enim profectò, quod deſideratur ab omnibus, quod quia bonum eſſe collegimus, oportet rerum omnium finẽ bonũ eſſe fateamur.

Metrum undecimum, Libri III.

Qviſquis profunda mente ueſtigat uerum,
Cupitq; nullis inde deuijs falli,
In ſe reuoluat intimi lucem uiſus,
Longosq; in orbem cogat inflectens motus,
Animumq; doceat, quicquid extra molitur,
Suis retruſum poſſidere theſauris.
Dudum quod atra texit erroris nubes,
Lucebit ipſo perſpicacius Phœbo.
Non omne namq; mente depulit lumen,
Obliuioſam corpus inuehens molem.
Hæret profecto ſemen introrſum ueri,
Quod excitatur uentilante doctrina.
Nam cur rogati ſponte recta cenſetis,

Ni merſus

Ni merſus alto uiueret fomes corde?
Quod ſi Platonis muſa perſonat uerum,
Quod quiſq; diſcit, immemor recordatur.

Proſa duodecima, Libri III.

TVm ego, Platoni, inquam, uehementer aſſentior, nam me horum iam ſecũdo commemoras. Primum, quod memoriã corporea contagione, dehinc, cum mœroris mole preſſus amiſi. P. Tum illa: Si priora, inquit, conceſſa reſpicias, ne illud quidem longius aberit, quin recorderis quod te dudum neſcire confeſſus es. B. Quid inquam? P. Quibus (ait illa) gubernaculis mundus regatur. B. Memini (inquam) me inſcitiam meam fuiſſe confeſſum. Sed quid afferas, liceriam perſpiciam, planius tamen ex te audire deſidero. P. Mundum hunc, inquit, à Deo regi paulò ante minimè dubitandum putabas. B. Ne nunc quidem arbitror inquam, nec unquam dubitandum putabo, quibusq; in hoc rationibus accedam, breuiter exponam. Mundus hic ex tam diuerſis contrarijſq; partibus in unam formam minimè conueniſſet, niſi unus eſſet, qui tam diuerſa coniungeret, coniuncta uero naturarũ ipſa diuerſitas inuicem diſcors, diſſociaret atq; diuelleret, niſi eſſet unus qui quod nexuit, contineret. Non tam uero certus naturæ ordo procederet, nec tam diſpoſitos motus, locis, temporibus, efficiẽtia, ſpatijs, qualitatibus explicaret, niſi unus eſſet, qui has mutationum uarietates manens ipſe diſponeret. Hoc quicquid eſt, quo condita manent atq; agitantur, uſitato cunctis uocabulo Deum nomino. P. Tum illa: Cum hæc, inquit, ita ſentias, paruam mihi reſtare operam puto, ut felicitatis compos, patriam ſoſpes reuiſas, ſed quæ propoſuimus intueamur. Nonne in beatitudine ſufficientiam numeraũimus, Deumq; beatitudinem ipſam eſſe conſenſimus? B. Ita quidem. P. Et ad mundum igitur, inquit, regendum nullis extrinſecus adminiculis indigebit; alioquin ſi quo egeat, plenam ſufficientiam non habebit. B. Id (inquam) ita eſt neceſſarium. P. Per ſe igitur ſolum cuncta diſponit. B. Negari, inquam, non poteſt. P. Atqui Deus ipſum bonum eſſe monſtratus eſt. B. Memini, inquam. P. Per bonum igitur cuncta diſponit, ſi quidem per ſe regit omnia, quem bonum eſſe conceſſimus, & hic eſt ueluti quidam clauus atque gubernaculum, quo mundana machina ſtabilis atq; incorrupta ſeruatur. B. Vehementer aſſentior, inquam, & id te paulò ante dicturã (tenui licet ſuſpicione) proſpexi. P. Credo, inquit, iam enim (ut arbitror) uigilantius ad cernenda uera oculos deducis, ſed quod dicam non minus ad contẽdum patet. B. Quid inquam? P. Cum Deus, inquit, omnia bonitatis clauo gubernare credatur, eademq; omnia (ſicuti docui) ad bonum naturali intentione feſtinent, num dubitari poteſt, quin uoluntarie regantur, ſeq; ad diſponentis nutum ueluti conuenientia contemperata q; rectori ſponte conuertant? B. Ita, inquam, neceſſe eſt, nec beatum regimen eſſe uideretur, ſiquidem detrectantium iugum foret, non obtemperantium ſalus. Nihil eſt igitur, quod naturam ſeruans, Deo contraire conetur. B. Nihil, inquam. P. Quid ſi conetur? ait, num tandem proficiet quicquam aduerſus eum, quem iure potentiſſimum beatitudinis eſſe conceſſimus? B. Prorſus, inquã, nihil ualeret. P. Nõ eſt igitur aliquid, quod ſummo huic bono uel uelit, uel poſſit obſiſtere? B. Non (inquam) arbitror. P. Eſt igitur ſummum, inquit, bonum, quod regit cuncta fortiter, ſuauiterq; diſponit. B. Tum ego quàm, inquam, me nõ modo ea quæ concluſa eſt, ſumma rationum, uerum multo magis hæc ipſa quibus uteris uerba delectant, ut tandem aliquando ſtultitiam magna latrantem ſui pudeat. P. Accepiſti, inquit, in fabulis laceſſentes cœlum Gigantes, ſed illos quoq; (uti condignum fuit) benigna fortitudo depoſuit. Sed uis ne rationes ipſas inuicem collidamus? forſitan ex huiuſmodi conflictatione pulchra quædam ueritatis ſcintilla diſſiliet. B. Tuo, inquã, arbitratu. P. Deum, inquit, eſſe omnipotentem nemo dubitauerit. B. Qui quidem, inquam, mente conſiſtat, nullus prorſus ambigat. P. Qui uero eſt, inquit, omnipotẽs, nihil eſt quod ille nõ poſſit. B. Nihil, inquam. P. Num igitur Deus facere malum poteſt? B.

test? B. Minimè inquam. P. Malum igitur, inquit, nihil est, cum id facere ille non possit, qui nihil non potest. B. Ludis ne, inquam, me, inextricabilem mihi labyrinthum rationibus texens? Quo nunc quidem, qua egrediaris, introeas, nunc uero qua introieris, egrediare. An mirabilem quendam diuinæ simplicitatis orbem complicas? Etenim paulò ante à beatitudine incipiens, eam summum bonum esse dicebas, quã in summo Deo sitam loquebare. Ipsum quoq; Deum summum esse bonum, plenũq; beatitudine disserebas, ex quo neminẽ beatum fore, nisi qui pariter Deus esset, quasi munusculũ dabas. Rursus ipsam boni formã, Dei beatitudinisq; loquebaris esse substantiã. Ipsumq; unũ idipsum esse bonũ dicebas, q; ab omni rerũ natura peteretur. Deum quoq; bonitatis gubernaculis uniuersitatẽ regere disputabas, uolẽtiaq; cuncta parere illi, nec ullã mali esse naturã, atq; hęc nullis extrinsecus sumptis, sed altero ex altero fidẽ trahente, insitis domesticisq; ꝓbationibus explicabas. P. Tũ illa: Minimè, inquit, ludimus, remq; omniũ maximã Dei munere (quem dudũ deprecabamur) exegimus. Ea est enim Diuinæ forma substãtiæ, ut neq; in externa dilabatur, nec in se externum aliquod ipsa suscipiat. Sed sicut de ea Parmenides ait: πάν τοθεν ἐν κύλοιοι φέρειν ἐναλίγκιον ὄγκον. Quod si rationes quoq; non extra petitas, sed intra rei quam tractabamus, ambitum collocatas agitauimus, nihil est quod admirere, cum Platone sanciente didiceris, cognatos de quibus loquimur rebus oportere esse sermones.

Metrum duodecimum, Libri III.

FElix, qui potuit boni
Fontem uisere lucidum,
Felix, qui potuit grauis
Terræ soluere uincula.
Quondam funera coniugis
Vates Thraicius gemens,
Postquam flebilibus modis
Syluas currere mobiles,
Amnes stare coẽgerat,
Iunxitq; intrepidum latus
Sæuis cerua leonibus,
Nec uisum timuit lepus
Iam cantu placidum canem,
Cum flagrantior intima
Feruor pectoris ureret,
Nec qui cuncta subegerant,
Mulcerent dominum modi,
Immites superos querens,
Infernas adijt domos.
Illic blanda sonantibus
Chordis carmina temperans,
Quicquid præcipuis deæ
Matris fontibus hauserat,
Quod luctus dabat impotens,
Quod luctum geminans amor,
Deflet Tænara commouens,
Et dulci ueniam prece
Vmbrarum dominos rogat.
Stupet tergeminus nouo
Captus carmine ianitor.
Quæ fontes agitant metu

Vltrices

Vltrices scelerum deæ,
Iam mœstæ lachrymis madent.
Non Ixionium caput
Velox præcipitat rota,
Et longa site perditus
Spernit flumina Tantalus.
Vultur dum satur est modis,
Non traxit Titij secur.
Tandem, uincimur, arbiter,
Vmbrarum miserans ait,
Donemus comitem uiro
Emptam carmine coniugem.
Sed lex dona coẽrceat,
Ne dum tartara liquerit,
Fas sit lumina flectere.
Quis legem det amantibus?
Maior lex amor est sibi.
Heu noctis propè terminos
Orpheus Eurydicen suam
Vidit, perdidit, occidit.
Vos hæc fabula respicit,
Quicumq; in superum diem
Mentem ducere quæritis.
Nam qui tartareum in specus
Victus lumina flexerit,
Quicquid præcipuum trahit,
Perdit, dum uidet inferos.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE, LIB. IIII.

Prosa prima, Libri IIII.

HAec cum Philosophia dignitate uultus, & oris grauitate seruata, leniter suauiterq; cecinisset, tum ego nõdum penitus insiti mœroris oblitus, intentionem dicere adhuc aliquid parantis abrupi. Et ô, inq̃, ueri præuia luminis, quæ usq; adhuc tua fudit oratio, tũ sui speculatione diuina, tũ tuis rationibus inuicta patuerunt, eaq; mihi & si ob iniuriæ dolorem nuper oblita, non tamen ante hac prorsus ignorata dixisti. Sed ea ipsa est uel maxima nostri causa mœroris, quod cum rerũ bonus rector existat, uel esse omnino mala possint, uel impunita prætereant. Quod solum quanta dignum sit admiratione, profecto considera. At huic aliud maius adiungitur. Nam imperante florenteq; nequitia, uirtus non solum præmijs caret, uerum etiam sceleratorum pedibus subiecta calcatur, & in locũ facinorũ supplicia luit. Quę fieri in regno scientis omnia, potẽtis omnia, sed bona tãtummodo uolentis Dei, nemo satis potest nec admirari nec conqueri. P. Tũ illa, & esset, inquit, infiniti stuporis, omnibusq; horribilius monstris, si uti tu existimas, in

tanti uelut patrisfamilias dispositissima domo, utilia uasa colerentur,preciosa sorde screrent,sed non ita est.Nam si ea quæ paulò ante conclusa sunt, inconuulsa seruant, ipso (de cuius nunc regno loquimur) autore cognosces,semper quidem potentes bonos esse,malos uero abiectos semper,atq; imbecilles,nec sine pœna unquam esse uitia,nec sine præmio uirtutes,bonis felicia,malis semper infortunata cõtingere. Multaq; id genus,quæ sopitis querelis firma te soliditate corroborẽt.Et quoniã ueræ formam beatitudinis me ducum monstrante uidisti,quo etiam sita sit agnouisti,decursis omnibus quæ prætermittere necessarium puto,uiam tibi quæ te domum reuehat, ostendam.Pennas etiam tuæ menti,quibus se in altum tollere possit,affigam,ut perturbatione depulsa,sospes in patriam,meo ductu,mea semita,meis etiam uehiculis reuertaris.

Metrum primum, Libri IIII.

SVnt etenim pennæ uolucres mihi,
Quæ celsa conscendant poli.
Quas sibi cum uelox mens induit,
Terras perosa despicit,
Aeris immensi superat globum,
Nubesq; post tergum uidet.
Quiq; agili motu calet ætheris,
Trancendit ignis uerticem,
Donec in astriferas surgat domos,
Phœboq; coniungat uias,
Aut comitetur iter gelidi senis
Miles corusci sideris,
Vel quocunq; micans nox pingitur,
Recurrat astri circulum
Atq; ubi iam exhausti fuerit satis,
Polum relinquat extimum,
Dorsaq; uelocis premat ætheris
Compos uerendi luminis,
Hic regum sceptrum dominus tenet,
Orbisq; habenas temperat,
Et uolucrem currum stabilis regit,
Rerum coruscus arbiter.
Hunc te si reducem referat uia,
Quam nunc requiris immemor,
Hæc dices (memini) patria est mihi,
Hinc ortus,hic sistam gradus.
Quod si terrarum placeat tibi
Noctem relictam uisere,
Quos miseri toruos populi timent,
Cernes tyrannos exules.

Prosa secunda, Libri IIII.

TVm ego: Papæ (inquam)ut magna promittis,nec dubito quin possis efficere,tu modo quem excitaueris,ne moreris.P. Primum igitur, inquit,bonis semper adesse potentiam,malos cũctis uiribus esse desertos, agnoscas licebit, quorum quidem alterum demonstratur ex altero. Nam cum bonum malumq; contraria sint,si bonum potens esse constiterit,liquet imbecillitas mali,at si fragilitas claruerit mali,boni firmitas nota est. Sed uti nostræ sententiæ fides abundantior sit,alterutro calle procedam,nunc hinc,nunc inde proposita cõfirmãs,

Duo sunt,quibus omnis humanorum actuum constat effectus,uoluntas, scilicet,ac potestas,quorum si alterutrum desit,nihil est quod explicari queat. Deficiente etenim uoluntate,ne aggrediturquidem quisq; quod non uult, at si potestas absit uoluntas frustra fit. Quo fit,ut si quẽ uideas uelle adipisci, quod minimè adipiscatur, huic obtinendi quod uoluerit,defuisse ualentiam dubitare non possis.B. Perspicuum est inquam,nec ullo modo negari potest.P. Quem uero effecisse quod uoluerit uideas, num etiã potuisse dubitabis?B. Minimè.P. Quod uero quisq; potest,in eo ualidus, quod uero non potest,in hoc imbecillis esse cẽsendus est?B. Fateor inquam.P. Meministi igitur (inquit) superioribus rationibus esse collectum, intentionem omnem uoluntatis humanæ,quæ diuersis studijs agitur,ad beatitudinem festinare?B. Memini (inquam) id quoq; esse demonstratum.P. Num recordaris beatitudinẽ ipsum esse bonum,eoq; modo cum beatitudo petitur,ab omnibus desiderari bonum?B. Minimè (inquam) recordor,quoniam id memoriæ fixum teneo.P. Omnes igitur homines boni pariter ac mali,indiscreta intentione ad bonum peruenire nituntur?B. Ita, inquam,cõsequens est.P. Sed certum est adeptione boni,bonos fieri?B. Certum.P. Adipiscuntur igitur boni,quod appetunt?B. Sic uidetur.P. Mali uero si adipiscerentur quod appetunt bonum,mali esse non possent.B. Ita est.P. Cum igitur utriq; bonum petant,sed hi quidem adipiscantur,illi uero minimè,non dubium est,bonos quidem potentes esse,qui uero mali sunt,imbecilles.B. Quisquis (inquam) dubitat, nec rerum naturam,nec consequentiam potest considerare rationum.P. Rursus,inquit, si duo sint,quibus idem secundum naturam propositum sit, eorumq; unus naturali officio idipsum agat,atq; perficiat,alter uero naturale illud officium minimè administrare queat,alio uero modo quàm naturæ conuenit,non quidem impleat propositũ suum,sed imitetur implentem,quem nam horum ualentiorem esse decernis?B. Etsi coniecto,inquam,quod uelis,planius tamen audire desidero.P. Ambulandi (inquit) motum secundum naturam esse hominibus num negabis?B. Minimè, inquam.P. Eiusq; rei pedum officium esse,naturale num dubitas?B. Ne hoc quidem inquam. P. Si quis igitur pedibus incedere ualens ambuler,aliusq; cui hoc naturale pedum de sit officium,manibus nitens ambulare conetur,quis iure horum ualentior existimari potest?B. Conexe (inquam) cætera.Nam quin naturalis officij potens,eo qui idẽ nequeat,ualentior sit, nullus ambigit.P. Sed summum bonum æque malis bonisq; propositum,boni,quidem naturali officio uirtutum petunt,mali uero uariã per cupiditatem (quod adipiscendi boni naturale officium non est) idipsum conantur adipisci. An tu aliter existimas?B. Minimè inquam,nam etiam quod est consequens,patet.Ex his enim quæ concesserim,bonos quidem potentes, malos uero esse necesse est imbecilles.P. Rectè (inquit) præcurris,idq; (uti medici sperare solent)indicium est, erectæ iam resistentisq; naturæ. Sed quoniam te ad intelligendum promptissimum esse conspicio,crebras coaceruabo rationes. Vide enim quanta uitiosorum hominũ pateat infirmitas,qui ne ad hoc quidem peruenire queunt,ad quod eos naturalis ducit ac penè compellit intentio.Et quid, si hoc tam magno ac penè inuicto præeuntis naturæ deseruntur auxilio. Considera uero quanta sceleratos homines habeat impotentia.Neque enim leuia aut ludicra præmia petunt,quæ consequi atque obtinere non possunt,sed circa ipsam rerum summam uerticemq; deficiunt, nec in eo miseris contingit effectus,quod solum dies noctesq; moliuntur.In qua re bonorum uires eminent.Sicut enim eum qui pedibus incedens,ad eum locum usq; peruenire potuisset,quo nihil ulterius peruium iaceret incessui,ambulandi potentissimum esse censeres,ita eum,qui expetendo finem (quo nihil ultra est) apprehendit, potentissimum necesse est iudices.Ex quo fit (quod huic obiacet) ut ijdem scelesti uiribus omnibus uideantur esse deserti.Cur enim relicta uirtute uitia sectantur?inscitíane bonorum? sed quid eneruatius ignorantiæ cœcitate?An sectanda nouerunt?sed transuersos eos libido præcipitat.Sic quoque intemperantia fragiles sunt,qui obluctari uitio ne

queunt. An ſcientes uolentesq; bonum deſerunt, ad uitia deflectuntur? Sed hoc mo
do non ſolum potentes eſſe, ſed omnino eſſe deſinunt. Nam qui communem omni
um quæ ſunt, finem relinquunt, pariter quoq; eſſe deſiſtunt. Quod quidem cuipiam
mirum forte uideatur, ut malos qui plures hominum ſunt, eoſdem nõ eſſe dicamus,
ſed ita ſeſe res habet. Nam qui mali ſunt, eos malos eſſe non abnuo, ſed eoſdem eſſe
pure atq; ſimpliciter nego. Nam uti cadauer hominem mortuũ dixeris, ſimpliciter
uero hominem appellare non poſſis, ita uitioſos, malos quidem eſſe conceſſerim, ſed
eſſe abſolutè nequeam confiteri. Eſt enim quod ordinem retinet, ſeruatq; naturam.
Quod uero ab hac deficit, eſſe etiã quod in ſui natura ſitum eſt, deſerelinquit. Sed poſ
ſunt (inquies) mali, ne ego quidem negauerim, ſed hæc quidem eorum potentia non
à uiribus, ſed ab imbecillitate deſcendit. Poſſunt enim mala, quæ minimè ualerent, ſi
in bonorum efficiẽtia manere potuiſſent. Quæ poſſibilitas eos euidentius nihil poſ
ſe demonſtrat. Nam ſi (uti paulò ante collegimus) malum nihil eſt, cum mala tan
tummodo poſſint, nihil poſſe improbos liquet. B. Perſpicuum eſt. P. Atq; ut intelli
gas, quænam ſit huius potentiæ uis, ſummo bono nihil potentius eſſe, paulò ante de
finiuimus. B. Ita eſt inquam. P. Sed idem, inquit, facere malum nequit. B. Minimè. P.
Eſt igitur, inquit, aliqs, qui omnia poſſe homines putet? B. Niſi quis inſaniat, nemo.
P. Atqui ĩdem poſſunt mala. B. Vtinam quidem, inquam, non poſſent. P. Cum igit
bonorum tantummodo potens poſſit omnia, non uero queant omnia potẽtes etiã
malorum, eoſdem qui mala poſſunt, minus poſſe manifeſtum eſt. Huc accedit, quod
omnem potentiam inter expetenda numerandã, omniaq; expetenda referre ad bo
num uelut ad quoddam naturæ ſuæ cacumen oſtendimus. Sed patrandi ſceleris poſ
ſibilitas referri ad bonum non poteſt. Expetenda igitur non eſt. Atqui omnis poten
tia expetenda eſt. Liquet igitur malorum poſſibilitatem non eſſe potentiam. Ex qui
bus omnibus bonorum quidem potentia, malorum uero minime dubitabilis appa
ret infirmitas. Veramq; illam Platonis eſſe ſententiam, liquet, ſolos eos quod deſide
rent, facere poſſe ſapientes, improbos uero exercere quidem quod libeat, quod ue
ro deſiderent, explere non poſſe. Faciunt enim quæ libet, dum per ea quibus delectã
tur, id bonum quod deſiderant ſe adepturos putant, ſed minimè adipiſcuntur, quo
niam ad beatitudinem probra non ueniunt.

Metrum ſecundum, Libri IIII.

Q Vos uides ſedere celſo
Solij culmine reges,
Purpura claros nitente,
Septos triſtibus armis,
Ore toruo comminantes,
Rabie cordis anhelos,
Detrahat ſi quis ſuperbis
Vani tegmina cultus,
Iam uidebit intus arctas
Dominos ferre catenas.
Hinc enim libido uerſat
Auidis corda uenenis,
Hinc flagellat ira mentem
Fluctus turbida tollens,
Mœror aut captos fatigat,
Aut ſpes lubrica torquet.
Ergo cum caput tot unum
Cernas ferre tyrannos,
Non facit, quod optat ipſe
Dominis preſſus iniquis,

Proſa tertia, Libri IIII.

VIdes ne igitur quanto in cœno probra uoluantur, qua probitas luce reſplẽ
deat? In quo perſpicuum eſt, nunc̃q; bonis præmia, nunc̃q; ſua ſceleribus de
eſſe ſupplicia. Rerum enim quæ gerũtur, illud propter quod unaquæq; res
geritur, eiuſdem rei præmium eſſe non iniuria uideri poteſt, uti currenti in
ſtadio, propter quam curritur, iacet præmium corona. Sed beatitudinẽ eſſe idipſum
bonum, propter quod omnia geruntur, oſtendimus. Eſt igit humanis actibus ipſum
bonum, ueluti præmium cõmune propoſitũ. Atqui hoc à bonis non poteſt ſeparari.
Neq; enim bonus ultra iure uocabitur, qui careat bono, quare probos mores ſua præ
mia non relinquũt. Quantumlibet igit fallant mali, ſapienti tamen corona non de
cidet, non arefcet. Neq; enim probis animis proprium decus aliena decerpit impro
bitas. Quod ſi extrinſecus accepto lætaretur, poterat hoc uel alius quiſpiam, uel ipſe
etiam, qui contuliſſet, auferre. Sed quoniam id ſua cuiq; probitas confert, tũ ſuo præ
mio carebit, cum probus eſſe deſierit. Poſtremo cum omne præmium idcirco appe
tatur, quoniam bonum eſſe creditur, quis boni compotem, præmij iudicet expertẽ?
At cuius præmij omniũ pulcherrimi maximiq;, Memẽto enim illius corollarij, quod
paulò ante præcipuum dedi, ac ſic collige: Cum ipſum bonum beatitudo ſit, bonos
omnes eo ipſo quod boni ſunt, fieri beatos liquet. Sed qui beati ſunt, deos eſſe con
uenit. Eſt igitur præmium bonorum, quod nullus deterat dies, nullius minuat pote
ſtas, nullius fuſcet improbitas, deos fieri. Quę cum ita ſint, de malorum quoq; inſepa
rabili pœna dubitare ſapiens nequeat. Nam cum bonum malumq;, item pœna atq;
præmium aduerſa fronte diſſideant, quæ in boni præmio uidemus accidere, eadẽ ne
ceſſe eſt in mali pœna cõtraria parte reſpondeant. Sicut igitur probis probitas ipſa
ſit præmium, ita improbis nequitia ipſa ſupplicium eſt. Iam uero quiſquis afficit pœ
na, malo ſe affectũ eſſe non dubitat. Si igitur ſeſe ipſi æſtimare uelint, poſſunt ne ſi
biſupplicij expertes uideri, quos omnium malorum extrema nequitia nõ afficit mo
do, uerumetiã uehementer inficit? Vide autem ex diuerſa parte bonorum, quę im
probos pœna comitetur. Omne namq; quodſit, unum eſſe, ipſumq; unum, bonũ eſſe
paulò ante didiciſti. Cui conſequens eſt, ut omne quod ſit, id etiã bonum eſſe uidea
tur. Hoc igitur modo quicquid à bono deficit, eſſe deſiſtit, quo fit, ut mali deſiſtant
eſſe quod fuerant. Sed fuiſſe homines adhuc ipſa humani corporis relicta ſpecies o
ſtentat. Quare uerſi in malitiam, humanam quoq; amiſere naturã. Sed cum ultra ho
mines quenq; prouehere ſola probitas poſſit, neceſſe eſt, ut quos ab humana condi
tione deiecit, infra hominis meritum detrudat improbitas. Euenit igitur, ut quem
transformatum uitijs uideas, hominem æſtimare non poſſis. Auaritia feruet aliena
rum opum uiolentus ereptor? ſimilem lupo dixeris. Ferox atq; inquietus linguam li
tigijs exercet? cani comparabis. Inſidiator occultus ſurripuiſſe fraudibus gaudet?
uulpeculis exequetur. Iræ intemperans fremit? leonis animum geſtare credatur. Pa
uidus ac fugax non metuenda formidat? cerui ſimilis habeatur. Segnis aut ſtupidus
torpet? aſinum uiuit. Leuis ac inconſtans ſtudia permutat? nil ab auibus differt. Fœ
dis immundiſq; libidinibus immergitur? ſordidæ ſuis uoluptate detinetur. Ita fit, ut
qui probitate deſerta homo eſſe deſierit, cum in Diuinam conditionem tranſire
non poſſit, uertatur in beluam.

Metrum tertium, Libri IIII.

VEla Neritij ducis
Et uagas pelago rates
Eurus appulit inſulę,
Pulchra qua reſidens dea,
Solis edita ſemine,
Miſcet hoſpitibus nouis

Tacta carmine pocula.
Quos ut in uarios modos
Vertit herbipotens manus,
Hunc apri facies tegit,
Ille marmaricus leo
Dente crescit & unguibus,
Hic lupis superadditus
Flere cum parat, ululat.
Ille (tigris ut Indica)
Tecta mitis obambulat.
Sed licet uarijs malis
Numen arcadis alitis
Obsitum miserans ducem
Peste soluerit hospitis,
Iam tamen mala remiges
Ore pocula traxerant,
Iam sues cerealia
Glande pabula uerterant.
Et nihil manet integrum
Voce, corpore, perditis.
Sola mens stabilis supersest,
Monstra quę patitur, gemit.
Cleuem nimium manum,
Nec potentia gramina,
Membra qua ualeant licet,
Corda uertere non ualent,
Intus est hominum uigor
Arce condi us abdita.
Hac uenena potentius
Retrahunt hominem sibi
Dira, qua penitus meant
Nec nocentia corpori
Mentis uulnere sæuiunt.

Prosa quarta, Libri IIII.

TVm ego: Fateor inquam, nec iniuria dici uideo uitiosos, tametsi humani corporis speciem seruent, in beluas tamē animorum qualitate mutari. Sed quorum atrox scelerataq; mens bonorum pernicie saeuit, idipsum eis licere noluisse. P. Nec licet, inquit, uti conuenienti monstrabitur loco, sed tamē si idipsum quod eis licere creditur, auferatur, magna ex parte sceleratorum hominum pœna relenetur. Etenim quod incredibile cuiquam forte uideatur, infeliciores esse necesse est malos cum cupita perfecerint, cuā ii ea quę cupiūt, implere non possint. Nam si miserum est uoluisse praua, potuisse miserius est, sine quo uoluntatis miseriq; langueret effectus. Itaq; cum ista singulis miseria sit, triplici infortunio necesse est urgeantur, quos uideas scelus uelle & posse & perficere. B. Accedo inquam, sed uti hoc infortunio cito careant, patrandi sceleris possibilitate deserti, uehementer exopto. P. Carebunt, inquit, ocyus, quàm uel tu forsitan uelis, uel illi sese existimēt esse carituros. Neq; enim est aliquid in tam brevibus uitæ metis ita serum, quod expectare longum immortalis præsertim animus putet. Quorum magna spes & excelsa facinorum machina, repētino atq; insperato sæpe fine destituitur. Quod quidem illis miseria modum statuit. Nam si nequitia miseros facit, miserior sit necesse est diuturnior nequam. Quos infelicissimos esse iudicarem, si non eorum malitiam saltem mors extrema finiret.

Etenim si de prauitatis infortunio uera concluserimus, infinitam liquet esse miseriam, quam esse constat æternam. B. Tum ego, mira quidem (inquā) & concessu difficilis illatio, sed his eam, quæ prius concessa sunt, nimium conuenire cognosco. P. Recte, inquit, existimas, sed qui conclusioni accidere durum putat, æquum est uel falsum aliquid præcessisse demonstret, uel collationem propositionum non esse efficacem necessarię conclusionis ostendat. Alioquin concessis præcedētibus, nihil prorsus est, quod de illatione causetur. Nam hoc quoque quod dicam, non minus mirum uideatur, sed ex his quæ sumpta sunt, æque est necessarium. B. Quidnam inquam? P. Feliciores esse, inquit, improbos supplicia luentes, quā si eos nulla iustitię pœna coērceat. Neq; id nunc molior, quod cuiuis uetiam in mentē, corrigi ultione prauos mores, & ad rectū supplicij terrore deduci, cæteris quoq; exemplum esse culpanda fugiendi. Sed alio quodam modo infeliciores esse improbos arbitror impunitos, tametsi nulla ratio correctionis, nullus respectus habeatur exempli. B. Et quis erit (inq;) præter hos alius modus? P. Et illa, bonos, inquit, esse felices, malos uero miseros nonne cōcessimus? B. Ita est, inquam. P. Si igit, inquit, miseriæ cuiuspiam bonum aliquod addat, nonne felicior est eo, cuius pura ac solitaria sine cuiuspiam boni admixtione miseria est? B. Sic uidet, inquam. P. Quid si eidem misero, qui cunctis careat bonis, præter ea quibus miser est, malum aliud fuerit annexum, nonne multo infelicior eo censendus est, cuius infortunium boni participatione releuatur? B. Quid ni, inquam? P. Habent igitur improbi, cum puniuntur, quidem boni aliquid annexum, pœnā ipsam, scilicet, quę ratione iustitię bona est, isdemq; cum supplicio carent, inest eis aliquid alterius mali ipsa impunitas, quam iniquitatis merito malum esse confessus es. B. Negare non possum. P. Multo igitur infeliciores improbi sunt, iniusta impunitate donati, quā iusta ultione puniti. Sed puniri improbos iustum, impunitos uero elabi, iniquum esse manifestum est. B. Quis id neget? P. Sed ne illud quidem, ait, quisquam negabit, bonum esse omne, quod iustum est, contraq; quod iustum est, malū liquet esse. B. Tum ego: Ista quidem consequentia sunt. Sed quæso (inquam) te, nulla ne animarum supplicia post defunctum morte corpus relinquis? P. Et magna quidē, inquit, quorū alia pœnali acerbitate, alia uero purgatoria clementia exerceri puto. Sed nūc de his differre consilium non est. Id uero hactenus egimus, ut quæ indignissima tibi uidebatur malorum potestas, eam nullam esse cognosceres, quosq; impunitos querebare, uideres nunq; improbitatis suæ carere supplicijs. Licentiam, quā cito finiri precabaris, nec longam esse disceres, infeliciorem q; fore, si diuturnior, felicissimam uero, si esset æterna. Post hęc miseriores esse improbos iniusta impunitate dimissos, quàm iusta ultione punitos. Cui sententię consequens est, ut tum demum grauioribus supplicijs urgeantur, cum impuniti esse creduntur. B. Tum ego, cum tuas (inquā) rationes considero, nihil dici uerius puto. At si ad hominum reuertar iudicia, quis illeest, cui hęc non credenda modo, sed saltem audienda uideantur? P. Ita est, inquit, illa. Nequeunt enim oculos tenebris assueros ad lucem perspicuæ ueritatis attollere, similesq; auibus sunt, quarū intuitū nox illuminat, dies cœcat. Dum enim nō rerum ordinem, sed suos intuentur affectus, uel licentiam, uel impunitatem scelerum putant esse felicem. Vide autem, quid æterna lex sanciat. Melioribus animum si cōfirmaueris, nihil opus est iudice præmium deferente, tu te ipse excellentioribus addidisti. Si studiū ad peiora deflexeris, extrā ne quæsieris ultorem, tu te ipse in deteriora detrusisti, uelut si uicibus sordidam humum, cœlumq; respicias, cunctis extra cessantibus, ipsa cernendi ratione nunc cœno, nunc sideribus interesse uidearis. At uulgus ista non respicit. Quid igitur? his ne accedamus, quos beluis similes esse monstrauimus? Quid si quis amisso penitus usu, ipsum etiam se habuisse obliuiscetur intuitum, nihilq; se sibi ad humanam perfectionem deesse arbitraretur, num uidentes eadem cœcos putaremus? Nonne illud quidem acquiescent, quod æque uanis

fidis rationū nititur firmamentis, infeliciores esse eos qui faciunt, quàm qui patiantur iniuriam? B. Vellem (inquam) has ipsas audire rationes. P. Omnem (inquit) improbum num supplicio dignum negas? B. Minimè inquam. P. Infelices uero esse qui sunt improbi, multipliciter liquet. B. Ita est inquam. P. Qui igitur supplicio digni sunt, miseros esse num dubitas? B. Conuenit inq̄. P. Si igitur cognitor (ait) resideres, cui supplicium inferendū putares, ei ne qui fecisset, an qui pertulisset iniuriam? B. Nec ambigo (inq̄) quin perpesso satisfacerem dolore facientis. P. Misereor igitur tibi iniuriæ illator, quam aceptor esse uideret. B. Consequitur inquam. P. Hac igitur, alijsq̄ de causis ea radice nitentibus (quod turpitudo suapte natura miseros faciat) apparet, illatam cuilibet iniuriam, non accipientis, sed inferentis esse miseriam. Atqui nunc (ait) contra faciunt Oratores. Pro his enim qui graue quid, acerbumq̄ perpessi sunt, miserationem iudicium excitare conātur, cum magis admittentibus iustior miseratio debeatur, quos non ab iratis sed à propicijs potius, miseranti busq̄ accusatoribus ad iudicium, ueluti egros ad medicum duci oporteat, ut culpæ morbos supplicio resecarent, quo pacto defensorum opera uel tota frigeret, uel si prodesse hominibus mallet, in accusationis habitum uerteretur. Ipsi quoq̄ improbi si eis aliqua rimula uirtutem relictam fas esset aspicere, uitiorumq̄ sordes pœnarum cruciatus se deposituros uiderent, compensatione adipiscendæ probitatis, nec hos cruciatus esse dicerent, defensorumq̄ operam repudiarent, ac se totos accusatoribus iudicibusq̄ permitterent. Quo fit, ut apud sapientes nullus prosus odio locus relinquat. Nam bonos quis nisi ultissimus oderit? malos uero odisse, ratione caret. Nam sicuti corporum languor, ita uitiositas quidam est quasi morbus animorū. Cū ægros corpore minimè dignos odio, sed potius miseratiōe iudicemus, multo magis nō insequēdi, sed miserādi sunt, q̄rū mētes omni lāguore atrocior urget improbitas.

Metrum quartum, Libri IIII.

QVid tantos iuuat excitare motus,
Et propria fatum sollicitare manu?
Si mortem petitis, propinquat ipsa
Sponte sua, uolucres nec remoratur equos.
Quos serpens, leo, tigris, ursus, aper
Dente petunt, isdem se tamen ense petunt.
An, distant quia dissidentq̄ mores,
Iniustas acies, & fera bella mouent,
Alternisq̄ uolunt perire telis?
Non est iusta satis sequitię ratio.
Vis aptam meritis uicem referre?
Dilige iure bonos, & misereſce malis.

Prosa quinta, Libri IIII.

HInc ego: Video (inquam) quę sit uel felicitas, uel miseria in ipsis probitatq̄ improborum meritis constituta. Sed in hac ipsa fortuna populari, nonnihil boni maliū inesse perpēdo. Necq̄ enim sapientiū quispiā exul, inops, ignominiosusq̄ esse malit potius quā pollens opibus, honore uerēdus, potentia ualidus, in sua permanens urbe florere. Sic enim clarius testatiusq̄ sapientiæ tractatur officium, cum in cōtingentes populos regentium quodam modo beatitudo transfunditur, cum præsertim carcer, lex, cæteraq̄ legalium tormenta pœnarum perniciosis potius ciuibus (propter quos etiam constituta sunt) debeantur. Cur hæc igitur uersa uice mutentē, scelerumq̄ supplicia bonos premant, præmia uirtutum mali rapiant, uehemēter admiror, quęq̄ tam iniustæ cōfusionis ratio uideat, ex te scire desidero. Minus etenim mirarer, si misceri omnia fortuitis casibus crederem. Nunc stuporem meum Deus rector exaggerat, qui cum sæpè bonis iucunda, malis aspera, cōtraq̄ bonis dura tribuat, malis optata concedat, nisi causa deprehendat, quid est quod à

quod à fortuitis casibus differre uideat? P. Nec mirum, inquit, si quid ordinis ignorata ratione temerarium confusumq̄ credatur. Sed tu quamuis causam tantę dispositionis ignores, tamen quoniam bonus mundum rector temperat, rectè fieri cūcta ne dubites.

Metrum quintum, Libri IIII.

SI quis Arctura sidera nescit
Propinqua summo cardine labi,
Cur legat tardus plaustra Bootes,
Mergatq̄ seras æquore flammas,
Cum nimis celeres explicet ortus,
Legem stupebit ętheris alti,
Palleant plenæ cornua lunę,
Infecta metis noctis opacæ,
Quęq̄ fulgenti texerat ore
Confusa Phœbe, detegat astra
Commouet gentes publicus error,
Lassantq̄ crebris pulsibus æra.
Nemo miratur flamina cori
Littus furenti tundere fluctu,
Nec niuis duram frigore molem
Feruente Phœbi soluier æstu.
Hic enim causas cernere promptum est,
Illic latentes pectora turbant.
Cuncta quæ rara prouehit ætas,
Stupetq̄ subitis mobile uulgus.
Cedat inscitiæ nubilus error,
Cessent profecto mira uideri.

Prosa sexta, Libri IIII.

ITa est inquam. Sed cum tui muneris sit latentium rerum causas euoluere, uelatasq̄ caligine explicare rationes, quæso uti hinc decernas, & quoniam hoc me miraculum maximè perturbat, edisseras. P. Tum illa paulisper arridens, ad rem me omnium, inquit, quæsitu maximam uocas, cui uix exhausti quicquā satis est. Talis namq̄ materia est, ut una dubitatione succisa, innumerabiles aliæ (uelut hydrę capita) succrescāt, nec ullus fuerit modus, nisi quis eas uiuacissimo mentis igne coērceat. In hac enim de prouidentiæ simplicitate, de fati serie, de repētinis casibus, de cognitione ac prędestinatiōe Diuina, de arbitrij libertate quæri solet. Quæ quanti oneris sint, ipse perpendis. Sed quoniam hęc quoq̄ te nosse, quædam medicinæ portio est, quanquam angusto limite temporis septi, tamen aliquid delibare conabimur. Quod si te musici carminis oblectamenta delectant, hanc paulisper oportet differas uoluptatem, dum nexas sibi ordine contexo rationes. B. Vt libet inquam. P. Tum uelut ab alio orsa principio, ita disseruit: Omniū generatio rerū, cūctusq̄ mutabiliū naturarum progressus, & quicquid aliquo mouetur modo, causas, ordinem, formas, ex Diuinæ mentis stabilitate sortitur. Hęc in suę simplicitatis arce posita, multiplicem rebus gerendis modum statuit, qui modus cum in ipsa Diuinæ intelligentię puritate conspicitur, prouidentia nominatur, cum uero ad ea, quę mouet atque disponit refertur, fatum à ueteribus appellatum est. Quæ diuersa esse facilè liquebit, si quis utriusque uim mente cōspexerit. Nam prouidentia est ipsa illa Diuina ratio in summo omnium principe cōstituta, quæ cūcta disponit. Fatum uero inhærens rebus mobilibus dispositio, per quā prouidētia suis quæq̄ nectit ordinibus. Prouidentia nāq̄ cūcta parit, quāuis diuersa, q̄uis infinita, cōplectit. Fatum uero

uero ſingula digerit in motum,locis,formis,ac temporibus diſtributa,ut hęc tẽporalis ordinis explicatio,in Diuinę mẽtis adunata proſpectu,prouidentia ſit,eadem uero adunatio digeſta atq; explicata temporibus, fatum uocetur. Quæ licet diuerſa ſint,alterum tamen pendet ex altero. Ordo namq; fatalis ex prouidentiæ ſimplicitate procedit. Sicut enim artifex faciendę rei formam mente percipiens,mouet operis effectum,& quod ſimpliciter præſentariæq; proſpexerat,per tẽporales ordines ducit,ita Deus prouidentia quidem ſingulariter ſtabiliterq; facienda diſponit,fato uero hæc ipſa,quæ diſponit,multipliciter ac temporaliter adminiſtrat. Siue igit̃ famulãtibus quibuſdam prouidentiæ Diuinis ſpiritibus fatum exercetur,ſeu tota ſeruiente natura,ſeu cœleſtibus ſiderum motibus,ſeu angelica uirtute,ſeu dæmonum uaria ſolertia,ſeu aliquibus horum,ſeu omnibus fatalis ſeries texitur, illud certẽ manifeſtum eſt immobilem ſimplicemq; gerendarum formam rerum eſſe prouidẽtiam,fatum uero eorum(quæ Diuina ſimplicitas gerenda eſſe diſpoſuit) mobilem nexum atq; ordinem temporalem. Quo fit,ut omnia quę fato ſubſunt, prouidentiæ quoq; ſubiecta ſint,cui ipſum etiam ſubiacet fatum. Quædam uero quę ſub prouidẽtia locata ſunt fati ſeriem ſuperant. Ea uero ſunt,quæ primæ propinqua Diuinitati ſtabiliter fixa,fatalis ordinem mobilitatis excedunt. Nam ut orbium circa eundem cardinem ſeſe uertentium qui eſt intimus,ad ſimplicitatem medietatis accedit, ęterorumq; extra locatorum ueluti cardo quidam,circa quem uerſentur,exiſtit,extimus uero maiorem ambitu rotatus, quanto à puncti media indiuiduitate diſcedit, tanto amplioribus ſpatijs explicatur,ſi quid uero illi ſe medio connectat & ſocietˇ,in ſimplicitatem cogitur,diffunditq; ac diffluere ceſſat. Simili ratione,quod longius à prima mente diſcedit,maioribus fati nexibus implicatur. Ac tanto aliquid fato liberum eſt, quanto illum rerum cardinem uicinius petit. Quod ſi ſupernæ mentis hæſerit firmitati motu carens, fati quoque ſupergreditur neceſſitatem. Igitur uti eſt ad intellectum ratiocinatio, ad id quod eſt, id quod gignitur, ad æternitatem tempus, ad punctum medium circulus,ita eſt fati ſeries mobilis ad prouidentię ſtabilem ſimplicitatem. Ea ſeries cœlum ac ſidera mouet,elementa in ſeinuicem temperat, & alterna commutatione transformat. Eadem naſcentia, occidentiaq; omnia per ſimiles ſœtum ſeminumq; renouat progreſſus. Hæc actus etiam,fortunaſq; hominum indiſſolubili cauſarum cõnexione conſtringit,quæ cum ab immobilis prouidentię proficiſcantur exordijs,ipſas quoque immutabiles neceſſe eſt eſſe. Ita enim res optimẽ geruntur, ſi manens in Diuina mente ſimplicitas,indeclinabilem cauſarum ordinem promat, hic uero ordo res mutabiles,& alioquin temere fluituras propria incommutabilitate coërceat. Quo fit, ut tametſi uobis hunc ordinem minimẽ conſiderare ualentibus, confuſa omnia perturbataq; uideantur, nihilominus tamen ſuus modus ad bonum dirigens cuncta diſponat. Nihil eſt enim quod mali caſu ne ab ipſis quidem improbis fiat, quos (ut uberrimẽ demonſtratum eſt) bonum quærentes prauus error auertit,ne dum ordo de ſummi boni cardine proficiſcens,à ſuo quenquam deflectat exordio. Quæ uero (inquies) poteſt ulla iniquior eſſe confuſio, quàm ut bonis tum aduerſa, tum proſpera, malis etiam tum optata, tum odioſa contingãt? Num igitur ea mentis integritate homines degunt, ut quos probos improbosue cenſuerint,eos quoque (uti exiſtimant) eſſe neceſſe ſit? Atqui in hoc hominum iudicia depugnant,& quos alij præmio,alij ſupplicio dignos arbitrantur. Sed concedamus,ut aliquis poſſit bonos malosue diſcernere. Num igitur poterit intueri illam intimam temperiem (uelut in corporibus dici ſolet) animorũ? Non enim diſſimile eſt miraculum neſcienti,cur ſanis corporibus,his quidem dulcia,illis uero amara cõueniant,cur ægri etiã quidã lenibus,quidam uero acribus adiuuantˇ. At hoc medicus,qui ſanitatis ipſius atq; ægritudinis modũ tẽperamentũq; dignoſcit,minimè miratur. Quid uero animorũ aliud ſalus uideˇ eſſe,quã probitas? Quid ægritudo,quã uitia? Quis emˇ alius uel ſeruator bonorũ uel malorũ depulſor, quàm

quàm rector ac medicator mentium Deus? Qui cũ ex alta prouidentiæ ſpecula reſpexerit,quid unicuiq; cõueniat agnoſcit, & quod conuenire nouit, accommodat. Hinc iam fit illud fatalis ordinis inſigne miraculum, cum à ſciente geritur,quod ſtupeant ignorantes. Nam ut pauca (quæ ualet ratio humana) de Diuina profunditate perſtringam, de hoc quem tu iuſtiſſimum,& equi ſeruantiſſimum putas,omnia ſciẽ ti prouidẽtię diuerſum uidetur. Et uictricem quidem cauſam diis,uictã uero Catoni placuiſſe familiaris noſter Lucanus admonuit. Hic igitur quicquid citra ſpem uideas geri,rebus quidem rectus ordo eſt,opinioni uero tuæ peruerſa confuſio. Sed ſit aliquis ita bene moratus,ut de eo Diuinum iudicium pariter humanumq; conſentiat,ſed eſt animi uiribus infirmus,cui ſi quid eueniat aduerſi,deſinet colere forſitã innocentiam,per quam non potuit retinere fortunam. Parcit itaq; ſapiens diſpẽſatio ei,quem deteriorem facere poſſit aduerſitas,ne cui non cõuenit laborare, patiatur. Eſt alius cunctis uirtutibus abſolutus,ſanctuſq; ac Deo proximus,hũc cõtingi quibuslibet aduerſis nefas prouidentia iudicat,adeo ut ne corporeis quidẽ morbis agitari ſinat. Nam ut quidam me quoq; excellentior ait: ἀνδρὸς ἐπεὶ σῶμα δυνάμεις ὀικοδομοῦσι. Fit aũt ſæpè uti bonis ſumma rerũ regenda deferaˇ,ut exuberans retundaˇ improbitas. Alijs mixta quędã pro animorũ qualitate diſtribuit; Quoſdã remordet, ne lõga felicitate luxurient,alios duris agitari ſinit,ut uirtutes animi patiẽtię uſu atque exercitatione confirment. Alij plus ęquo deſpiciunt,q̃d ferre non poſſunt. Hos inexperimentũ ſui triſtibus ducit. Nonnulli uenerandum ſeculi nomen,glorioſæ precio mortis emerunt, quidam ſupplicijs inexpugnabiles exemplum cæteris præbuerunt, inuictam malis eſſe uirtutem. Quæ quàm rectè atq; diſpoſitè,& ex eorum bono(quibus accidere uidentur) fiant,nulla dubitatio eſt. Nam illud quoq;,quod improbis nunc triſtia, nunc optata proueniunt, ex eiſdem ducitur cauſis,ac de triſtibus quidem nemo miratur, quod eos malè meritos omnes exiſtimant,quorũ quidẽ ſupplicia cum cæteros ab ſceleribus deterrent,tum ipſos quibus inuehuntur,emẽdant. Læta uero magnum bonis argumentũ loquunˇ,quid de huiuſmodi felicitate debeãt iudicare,quam famulari ſępe improbis cernant. In qua re illud etiam diſpenſari credo,quo forſitan alicuius tam præceps atq; importuna natura eſt,ut eũ in ſcelera potius exacerbare poſſit rei familiaris inopia,huius morbo,puidentia collatæ pecuniæ remedio medetur. Hic fœdatam probris conſcientiam ſpectans, & ſecum fortunã ſuam comparans,forſitan pertimeſcit,ne rei cuius iucundus uſus eſt,ſit triſtis amiſſio, Mutabit igitur mores,ac dum fortunam metuit amittere, nequitiam derelinquit. Alios in cladem meritam præcipitauit indigne acta felicitas. Quibuſdam permiſſum puniendi ius, ut exercitij bonis, & malis eſſet cauſa ſupplicij. Nam ut probis atque improbis nullum fœdus eſt, ita ipſi inter ſe improbi nequeunt conuenire. Quid ni, cum à ſemetipſis diſcerpentibus conſcientiam uitijs quique diſſentiãt, faciantq; ę̃pè, quæ cum geſſerint, non fuiſſe gerenda diſcernant? Ex quo ſæpè ſumma illa prouidentia protulit inſigne miraculum, ut malos mali bonos facerent. Nam dum iniqua ſibi à peſſimis quidam perpeti uidentur, noxiorum odio flagrantes, ad uirtutis frugem redire, dum ſe eis diſſimiles ſtudent eſſe, quos oderant. Sola eſt enim Diuina uis, cui mala quoq; bona ſunt, cum eis cõpetenter utẽdo, alicuius boni elicit effectum. Ordo enim quidam cuncta cõplectiˇ, ut quod ab aſſignata ordinis ratione diſceſſerit, hoc idẽ, licet in alium tamẽ ordinẽ relabaˇ, ne quid in regno prouidentiæ liceat temeritati, ἄτοπον δὴ ἐμὲ ταῦτα θεὼρ ὡς πάντ' ἄγορεύω. Neq; enim fas eſt homini cunctas Diuini operis machinas, uel ingenio cõprehendere, uel explicare ſermone. Hoc tãtum proſpexiſſe ſufficiat, quod naturarum omnium proditor Deus idem ad bonum dirigens cuncta diſponat, dumq; ea quæ protulit, in ſui ſimilitudine retinere feſtinat, malum omne de reipublicæ ſuæ terminis per fatalis ſeriẽ neceſſitatis eliminat. Quo fit, ut quæ in terris abundare creduntˇ, ſi diſponentẽ, puidentiam ſpe-

tiam ſpectes,nihil uſquam mali eſſe perpendas. Sed uideo iam dudum te & ponderе quæſtionis oneratum, & rationis prolixitate fatigatum,aliquam carminis expectare dulcedinem. Accipe igitur hauſtū, quo refectus,firmior in ulteriora contēdas.

Metrum ſextum, Libri IIII.

SI uis cælſi iura tonantis
Pura ſolers cernere mente,
Aſpice ſummi culmina cœli.
Illic iuſto fœdere rerum
Veterem ſeruant ſidera pacem.
Non ſol rutilo concitus igne,
Gelidum Phœbes impedit axem.
Nec quæ ſummo uertice mundi
Flectit rapidos urſa meatus,
Nunc̄ occiduo lora profundo,
Cætera cernens ſidera mergi,
Cupit Oceano tingere flammas.
Semper uicibus temporis æquis
Veſper ſeras nunciat umbras,
Reuehitc̄ diem lucifer almum
Sic alter nos reficit curſus
Alternus amor,ſic altrigeris.
Bellum diſcors exulat oris.
Hæc concordia temperat æquis
Elementa modis,ut pugnantia
Vicibus cedant humida ſiccis,
Iungantc̄ fidem frigora flammis,
Pendulus ignis ſurgat in altum,
Terraq; graues pondere ſidant.
Hiſdem cauſis uere tepenti
Spirat florifer annus odores,
Aeſtas Cererem feruida ſiccat,
Remeat pomis grauis Autumnus,
Hyemem defluus irrigat imber.
Hęc temperies alit ac profert
Quicquid uitam ſpirat in orbe.
Eadem ſapiens condit,& aufert,
Obitu mergens orta ſupremo.
Sedet interea conditor altus
Rerumc̄ regens flectit habenas,
Rex & dominus,fons & origo,
Lex & ſapiens arbiter æqui
Et quæ motu concitat ire,
Siſtit retrahens,acuaga firmat.
Nam niſi rectos reuocans itus,
Flexos iterum cogat in orbes,
Quę nunc ſtabilis continet ordo,
Diſſepta ſuo fonte fatiſcant.
Hic eſt cunctis communis amor.
Repetuntc̄ boni fine teneri.
Quia non aliter durare queant,

Niſi con-

Niſi conuerſo rurſus amore
Refluant cauſæ,quæ dedit eſſe.

Proſa ſeptima, Libri IIII.

IAm'ne igitur uides,quid hæc omnia quę diximus conſequatur? B. Quid nam inquam? P. Omnem (inquit) bonam prorſus eſſe fortunam. B. Et qui, inquam,fieri poteſt? P. Attende,inquit,cum omnis fortuna uel iucunda uel aſpera, tum remunerandi exercendiue bonos, tum puniendi corrigendiue improbos cauſa deferatur;patet quod omnis bona eſt,quam uel iuſtam cōſtat eſſe,uel utilem. B. Nimis quidem,inquam,uera ratio. Et ſi quam paulò ante docuiſti prouidentiā,fatumue cōſiderem,firmis uiribus eſt nixa ſententia. Sed eandem (ſi placet) inter eas, quas inopinabiles paulò ante poſuiſti,numeremus. P. Et qui,inquit? B. Quia id hominum ſermo communis uſurpat,& quidem crebro,quorundam malam eſſe fortunam. P. Vis ne igitur,inquit,pauliſper uulgi ſermonibus accedamus,ne nimium uelut ab humanitatis uſu receſſiſſe uideamur? B. Vt placet inquam. P. Nónne igitur bonum cenſes eſſe,quod prodeſt? B. Ita eſt inquam. P. Quę uero aut exercet,aut corrigit,prodeſſe? B. Fateor inquam. P. Bona igitur? B. Quid ni? P. Sed hæc eorum eſt, qui uel in uirtute poſiti,contra aſpera bellum gerunt,uel à uitijs declinantes,uirtutis iter arripiunt. B. Negare, inquam,nequeo. P. Quid uero iucunda,quæ in præmium tribuitur bonis, num uulgus malam eſſe decernit. B. Nequaquam. Verum uti eſt,ita quoq; eſſe optimam cenſet. P. Quid reliqua,quæ cum ſint aſpera,& iuſto ſupplicio malos coërceat, num bonam populus putat. B. Imò omnium,inquam,quæ excogitari poſſunt, iudicat eſſe miſ errimam. P. Vide igitur,ne opinionem populi ſequentes; quiddam ualde inopinabile confecerimus. B. Quid inquam. P. Ex his enim,ait, quæ cōceſſa ſunt, euenit eorum quidem,qui ſunt uel in poſſeſſione,uel in adeptione uirtutis,omnem (quæcunq; ſit) bonam, in improbitate uero manentibus, omnem peſſimam eſſe fortunam. B. Hoc, inquam,uerum eſt,tametſi nemo audeat confiteri. P. Quare,inquit, ita uir ſapiens moleſtè ferre non debet,quoties in fortunæ certamē adducitur; & ui ſum fortem non decet indignari,quoties increpuit bellicus tumultus. Vtriq; enim, huic quidem gloriæ propagandæ,illi uero confirmandæ ſapiētię difficultas ipſa materia eſt. Ex quo etiam uirtus uocatur,quod ſuis uiribus nitens, non ſuperetur aduerſis. Neq; enim uos in prouectu poſiti uirtutis; diffluere delicijs & emarceſcere uoluptate ueniſtis,ſed prælium cum omni fortuna nimis acre conſeritis,ne uos aut triſtis opprimat,aut iucunda corrumpat,firmis medium uiribus occupate. Quicquid autē infra ſubſiſtit,aut ultra progreditur,habet contemptum felicitatis,nō habet præmiū laboris. In ueſtra eſt enim ſitum manu, qualem uobis fortunā formare malitis. Omnis enim quæ uidetur aſpera,aut exercet,aut corrigit,aut punit.

Metrum ſeptimum, Libri IIII.

BElla quis quinis operatus annis
VItor Atrides,Phrygiæ ruinis
Fratris amiſſos thalamos piauit.
Ille dum Graiæ dare uela claſſi
Optat,& uentos redimit cruore,
Exuit patrem,miſerumq; triſtis
Fœderat natæ iugulum ſacerdos.
Fleuit amiſſos Ithacus ſodales,
Quos ferus uaſto recubans in antro,
Merſit immani Polyphemus aluo.
Sed tamen cœco furibundus ore,

Hercules duri celebrant labores,
Ille centauros domuit superbos,
Absculit sæuo spolium leoni,
Fixit & certis uolucres sagittis,
Poma cernenti rapuit draconi,
Aureo læua grauior metallo,
Cerberum traxit triplici catena,
Victor immitem posuisse fertur
Pabulum sæuis dominum quadrigis.
Hydra combusto perijt ueneno.
Fronte turbatus Achelous amnis,
Ora demersit pudibunda ripis.
Strauit Antæum Libycis arenis,
Cacus Euandri satiauit iras.
Quosq; pressurus foret altus orbis,
Se tiger spumis humeros notauit.
Vltimus cœlum labor irreflexo
Sustulit collo, preciumq; rursus
Vltimi cœlum meruit laboris.
Ite nunc fortes, ubi celsa magni
Ducit exempli uia, cur inertes
Terga nudatis; superata tellus
Sidera donat.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE, LIB. V.

Prosa prima, Libri V.

DIxerat, orationisq; cursum ad alia quædam tractanda & expedienda uertebat. B. Tum ego: Recta quidem (inquam) exhortatio, tuaq; prorsus autoritate dignissima. Sed quod tu dudum de prouidentia quæstionem pluribus alijs implicitam esse dixisti, re experior. Quæro enim an esse aliquid omnino, & quid nam esse casum arbitrere. P. Tum illa: Festino (inquit) debitum promissionis absoluere, uiamq; tibi, quo in patriam reuocharis, aperire. Hęc autem etsi per utilia cognitu, tamẽ à propositi nostri tramite paulisper auersa sunt. Verendumq; est, ne de uijs fatigatus, ad emetiendum rectum iter sufficere nõ possis. B. Ne id (inq;) prorsus uereare. Nã quietis mihi loco fuerit, ea quibus maximè delector, agnoscere. Simul cũ omne disputationis tuæ latus indubitata fide constiterit, nihil de sequẽtibus ambigam. P. Tũ illa: Morẽ (inquit) gerã tibi, simulq; sic exorsa est. Siquidẽ, inquit, aliquis euentũ temerario motu, nullaq; causarũ cõnexione productũ, casum esse definiat, nihil omnino casum esse cõfirmo, et pręter subiectę rei significationẽ, innanẽ prorsus esse uocẽ decerno. Quis enim coërcente in ordinẽ cuncta Deo, locus esse ullus temeritati reliquus potest? Nã nihil ex nihilo existere uera sententia est, cui nemo unq; ueterũ refragatus est, quanq; id illi nõ de operãte principio, sed de materiali subiecto, hoc est, de natura omniũ rationũ, quasi q̃ddã iecerint fundamẽtũ. At si,

At si nullis ex causis oriatur aliquid, id de nihilo ortum esse uidebitur. Quod si hoc fieri nequit, nec casum quidem huiusce modi esse possibile est, qualem paulò ante definiuimus. B. Quid igitur inquam? Nihil ne est, quod uel casus, uel fortuitum iure appellari queat? An est aliquid (tametsi uulgus lateat) cui uocabula ista conueniãt? P. Aristoteles meus, id (inquit) in Physicis & breui, & ueri propinqua ratione definiuit. B. Quo nam (inquam) modo? P. Quoties aliquid, ait, cuiuspiam rei gratia geritur, aliudq; quibusdam de causis, quàm quod intendebatur, obtingit, casus uocatur, ut si quis colendi agri causa fodiens humum, defossi auri põdus inueniat; Hoc igitur fortuito quidem creditur accidisse, uerum nõ de nihilo est. Nam proprias causas habet, quarum improuisus, inopinatusq; concursus casum uidetur operatus. Nam nisi cultor agri humum foderet, nisi eò loco pecuniam suam depositor obruisset, aurum nõ esset inuentum. Hæ sunt igitur fortuiti causæ compendij, quod ex obuijs sibi & confluentibus causis, non ex gerẽtis intentione prouenit. Neq; enim uel qui aurum obruit, uel qui agrum exercuit, ut ea pecunia reperiretur, intendit, sed (uti dixi) quod ille obruit, hunc fodisse conuenit, atq; concurrit. Licet igitur definire, casum esse inopinatum ex confluentibus causis in his, quæ ob aliquid geruntur, euenttum. Concurrere uero atq; confluere causas, facit ordo ille ineuitabili connexione procedens, qui de prouidentiæ fonte descendens, cuncta suis locis temporibusq; disponit.

Metrum primum, Libri V.

RVpis Achemeniæ scopulis, ubi uersa sequentum
Pectoribus figit spicula pugna fugax,
Tigris & Euphrates uno se fonte resoluunt;
Et mox abiunctis dissociantur aquis.
Sic coëant, cursumq; iterum reuocentur in unum;
Confluat alterni quod trahit unda uadi,
Conueniant puppes & uulsi flumine trunci,
Mixtaq; fortuitos implicet unda modos.
Quos tamen ipsa uagos terræ decliuia casus,
Gurgitis & lapsi defluus ordo regit.
Sicque permissis fluitare uidetur habenis,
Fors patitur frenos, ipsaq; lege meat.

Prosa secunda, Libri V.

ANimaduerto inquam, idq; uti tu dicis, ita esse consentio. Sed in hac hærentiũ sibi serie causarum, est ne ulla nostri arbitrij libertas, an ipsos quoq; humanorum motus animorum fatalis catena constringit? P. Est, inquit. Neq; enim fuerit ulla rationalis natura, quin eidem libertas adsit arbitrij. Nam quod ratione uti naturalis potest, id habet iudicium, quo quodq; discernat per se, igitur fugienda optandaue dinoscit. Quod uero quis optandum esse iudicat, petit, refugit uero, q; existimat esse fugiendũ. Quare quibus ineest ratio, ipsis etiam inest uolendi nolendiq; libertas. Sed hanc non in omnibus æquam esse constituo. Nam supernis diuinisque substantijs & perspicax iudicium, & incorrupta uoluntas, et efficax optatorum præsto est potestas. Humanas uero animas liberiores quidem esse necesse est, cum sementis diuinæ speculatione conseruant, minus uero, cum dilabuntur ad corpora, minusq; etiam, cum terrenis artubus colligantur. Extrema uero est seruitus, cum uitijs dediti, à rationis propriæ possessione ceciderint. Nam ubi oculos à summæ lucis ueritatis ad inferiora & tenebrosa deiecerint, mox insciti æ nube caligant, perniciosis turbantur affectibus. Quibus accedendo cõsentiendoq;, quàm inuexere sibi aduuant seruitutem, & sunt quodammodo propria libertate captiuæ. Quę tamẽ
ille ab æterno cuncta prospiciens, prouidentię cernit intuitus, &
suis quæq; meritis prædestinata disponit.

Metrum secundum, Libri V.

PVro clarum lumine Phœbum
Melliflui canit oris Homerus.
Qui tamen intima uiscera terræ
Non ualet aut pelagi, radiorum
Infirma perrumpere luce.
Haud sic magni conditor orbis,
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terræ mole resistunt,
Non nox atris nubibus obstat,
Vno mentis cernit in ictu
Quæ sint, quæ fuerint, ueniantq;:
Quem (quia respicit omnia solus)
Verum possis dicere solem.

Prosa tertia, Libri V.

TVm ego: En, inquam, difficiliori rursus ambiguitate confundor. P. Quænam, inquit, ista est? iam enim quibus perturbare, coniecto. B. Nimium, inquam, aduersari ac repugnare uidetur, prænoscere uniuersa Deum, & esse ullum libertatis arbitrium. Nam si cuncta prospicit Deus, neq; falli ullo modo potest, euenire necesse est, quod prouidentia futurum esse præuiderit. Quare si ab æterno non facta hominum modo, sed etiam consilia, uoluntates q; prænoscit, nulla erit arbitrij libertas. Neq; enim uel factum aliud ullum, uel quælibet existere poterit uoluntas, nisi quam nescia falli prouidentia diuina præsenserit. Nam si res aliorsum q; prouisæ sunt, detorqueri ualent, non iam erit futuri firma præscientia, sed opinio potius incerta, quod de Deo credere nefas iudico. Neq; enim illam probo rationem, qua se quidam credunt hunc quæstionis nodum posse dissoluere. Aiunt enim non ideo quid esse euenturum, quoniam id prouidentia futurum esse prospexerit, sed è contrario potius, quoniam quod futurum est, diuinam prouidentiam latere non possit, co q; modo necessarium est, hoc in contrariam relabi partem. Neq; enim necesse est contingere, quæ prouidentur, sed necesse esse quæ futura sunt, prouideri. Quasi uero, quæ cuiusq; rei causa sit, præscientia ne futurorum necessitatis, an futurorum necessitas prouidentiæ laboretur. At nos illud demonstrare nitamur, quo modo se habeat ordo causarum, necessarium esse euentum præscitarum rerum, etiam si præscientia futuris rebus eueniendi necessitatem non uideatur inferre. Etenim si quispiam sedeat, opinionem quæ eum sedere coniectat, ueram esse necesse est. At è conuerso rursus si de quopiam uera sit opinio, quoniam sedet, eum sedere necesse est. In utroque igitur necessitas inest, in hoc quidem sedendi, at uero in altero ueritatis. Sed non idcirco quisq; sedet, quoniam uera est opinio, sed hæc potius uera est, quoniam quempiam sedere præcessit. Ita cum causa ueritatis ex altera parte procedat, inest tamen cõmunis in utraq; necessitas. Similia de prouidentia futurisq; rebus ratiocinari oportet. Nam etiam si idcirco, quoniam futura sunt, prouidentur, non uero ideo, quoniã prouidentur, eueniunt, nihilominus tamen à Deo uel uentura prouideri, uel prouisa euenire necesse est, quod ad perimendam arbitrij libertatem solum satis est. Iam uero quàm præposterum est, ut æternæ præscientiæ temporalium rerum euentus causa esse dicatur? Quid est autem aliud arbitrari, ideo Deum futura (quoniam sunt euentura) prouidere, quàm putare quæ olim acciderunt, causam summæ illius esse prouidentiæ? Ad hæc, sicuti cum quid esse scio, idipsum esse necesse est, ita cum quid futurum noui, idipsum futurum esse necesse est. Sic fit igitur, ut euentus præscitæ rei nequeat euitari. Postremo si quid aliquis aliorsum quàm sese res habet, existimet, id nõ modo scientia non est, sed est opinio fallax, à scientiæ ueritate longè diuersa. Quare si quid ita futurum est, ut eius certus ac necessarius non sit euentus, id euenturũ esse præsciri

præsciri qui poterit? Sicut enim scientia ipsa impermista est falsitati, ita id quod ab ea concipitur, esse aliter quàm concipitur, nequit. Ea namq; causa est, cur mendacio scientia careat, quod se ita rem quamq; habere necesse est, uti eam sese habere scientia comprehendit. Quid igitur? Quonã modo Deus hæc incerta futura prænoscit? Nam si ineuitabiliter euentura censet, quæ etiam non euenire possibile est, fallitur, q; sentire non modo nefas est, sed etiam uoce proferre. At si uti sunt, ita ea futura esse decernit, ut æque fieri ea uel non fieri posse cognoscat, quæ est hæc præscientia, quæ nihil certum, nihil stabile comprehendit? Aut quid hoc refert uaticinio illo ridiculo Tiresiæ.

Quicquid dicam, aut erit, aut non?

Quid etiam diuina prouidentia humana opinione præstiterit, si (uti homines) incerta iudicat, quorum est incertus euentus? Quod si apud illum rerum omnium certissimum fontem, nihil incerti esse potest, certus eorum est euentus, quæ futura firmiter ille præscierit. Quare nulla est humanis consilijs actionibusq; libertas, quas diuina mens sine falsitatis errore cuncta prospiciens, ad unum alligat & constringit euẽtum. Quo semel recepto, quantus occasus humanarum rerum consequatur, liquet. Frustra enim bonis malisq; præmia, pœnæue proponuntur, quæ nullus meruit liber ac uoluntarius motus animorum. Idq; omnium uidebitur iniquissimum, quod nunc æquissimum iudicatur, uel puniri improbos, uel remunerari probos, quos ad alterutrum non propria mittit uoluntas, sed futuri cogit certa necessitas. Nec uitia igitur, nec uirtutes quicquam fuerint, sed omnium meritorum potius mista atq; indiscreta confusio. Quoq; nihil sceleratius excogitari potest, cum ex prouidentia rerum omnis ordo ducatur, nihilq; liceat consilijs humanis, fit ut uitia quæq; nostra ad bonorũ omnium referantur autorem. Igitur nec sperandi aliquid, nec deprecandi ulla ratio est. Quid enim uel speret quisquam, uel etiam deprecetur, quando optanda omnia in deflexa series connectit? Auferetur igitur unicum illud inter homines Deumq; cõmercium, sperandi, scilicet, & deprecandi. Si quidem iustæ humilitatis precio inæstimabilem uicem diuinæ gratiæ promeremur, qui solus modus est, quo cum Deo colloqui homines posse uideantur, illiq; inaccessæ luci prius quoq;, quàm impetrent, ipsa supplicandi ratione coniungi, quæ si recepta futurorum necessitate nihil utrium habere credantur, quid erit, quo summo illi rerum principi connecti atque adhærere possimus? Quare necesse erit humanum genus (uti paulò ante cantabas) dissepturn atq; disiunctum suo fonte fatiscere.

Metrum tertium, Libri V.

QVænam discors fœdera rerum
Causa resoluit? quis tanta Deus
Veris statuit bella duobus,
Vt quæ carptim singula constent,
Eadem nolint mista iugaris?
An nulla est discordia ueris,
Semperq; sibi certa cohærent?
Sed mens cœcis obruta membris,
Nequit oppresso luminis igne
Rerum tenues noscere nexus,
Sed cur tanto flagrat amore
Veri tectas reperire notas?
Scit ne, quod appetit anxia nosse?
Sed quid nota scire laborat?
Et si nescit, quid cœca petit?
Quis enim quicquam nescius optet?
Aut quis ualeat nescia sequi?

Quo ue inueniat, quisue repertam
Queat ignarus noscere formam?
An cum mentem cerneret altam,
Pariter summam & singula norat?
Nunc membrorum condita nube,
Non in totum est oblita sui,
Summamq; tenet singula perdens.
Igitur quisquis uera requirit,
Neutro est habitu. Nam neq; nouit,
Nec penitus tamen omnia nescit.
Sed quam retinens meminit, summam
Consulit, alte uisa tractans,
Vt seruatis queat oblitas
Addere partes.

Prosa quarta, Libri V.

TVm illa: Vetus, inquit, hæc est de prouidentia querela: Marcoq; Tullio (cui diuinationē distribuit) uehementer agitata, tibiq; ipsi res diu prorsus multumq; quæsita, sed haud quaquam ab ullo uestrum hactenus satis diligenter ac firmiter expedita. Cuius caliginis causa est, quod humanæ ratiocinationis motus ad diuinæ præscientiæ simplicitatem non potest admoueri. Quæ si ullo modo cogitari queat, nihil prorsus relinquetur ambigui. Quod ita demum patefacere atq; expedire tentabo, si prius ea quibus moueris expediero. Quæro enim, cur illam soluentium rationem minus efficacem putes? quæ quia præscientiam nō esse futuris rebus causam necessitatis existimat, nihil impediri præscientia arbitrij libertatem putat. Num enim tu aliunde argumentum futurorum necessitatis trahis, nisi q̄ ea, quæ præsciuntur non euenire non possunt? Si igitur prænotio nullam futuris rebus adijcit necessitatem (quod tu etiam paulò ante fatebare) quid est, quod uoluntarij exitus rerum ad certum cogantur euentum? Etenim positionis gratia, ut quid cōsequatur, aduertas, statuamus nullam esse præsciētiam. Num igitur (quantū ad hoc attinet) quæ ex arbitrio eueniunt, ad necessitatē coguntur? B. Minimè. P. Statuamus iterum esse, sed nihil rebus necessitatis iniungere, manebit (ut opinor) eadem uoluntatis integra atq; absoluta libertas. Sed præscientia, inquies, tametsi futuris euenientibus necessitas non est, signum tamen est, necessario ea esse uentura. Hoc igitur modo etiam si præcognitio non fuisset, necessarios futurorum exitus esse constaret. Omne etenim signum, tantum quid sit ostendit, non uero efficit, quod designat. Quare demonstrandum prius est, nihil non ex necessitate contingere, ut prænotionem signū esse huius necessitatis appareat. Alioquin si hæc nulla est, ne illa quidem eius rei signum poterit esse, quæ non est. Iam uero probationem firma ratione subnixam constat, non ex signis, neq; petitis extrinsecus argumentis, sed ex conuenientibus necessarijsq; causis esse ducendam. B. Sed qui fieri potest, ut ea non prouenient, quæ futura esse prouidentur. P. Quasi uero nos ea quæ prouidentia futura esse prænoscit, nō euentura credamus, ac non illud potius arbitremur, licet eueniant, nihil tamen ut euenirent, sui natura necessitatis habuisse. Quod hinc facilè perpendas licebit. Plura etenim dum fiunt, subiecta oculis intuemur, ut ea quæ in quadrigis moderandis atq; flectendis facere spectantur auriga, atq; ad hunc modum cætera. Num igitur quicquam illorum ita fieri, necessitas ulla compellit? B. Minimè. P. Frustra enim esset artis effectus, si omnia coacta mouerentur. Quæ igitur cum fiunt, carent existendi necessitate, eadem priusquàm fiant, sine necessitate futura sunt. Quare sunt quædam euentura, quorum exitus ab omni necessitate absolutus sit. Nam illud quidem nullū arbitror esse dicturum, quod quæ nunc fiunt, priusquàm fierent, euentura non fuerint. Hæc igitur etiam præcognita liberos habent euentus. Nam sicut scientia præsentium

sentium nihil his quæ fiunt, ita præscientia futurorum nihil his, quæ uentura sunt, necessitatis importat. Sed hoc (inquis) ipsum dubitatur, an earum rerum quę necessarios exitus non habent, ulla esse possit prænotio. Dissonare etenim uidentur, putas, quę si prouideantur, consequi necessitatem; si necessitas desit, minimè præsciri, nihilq́ue scientia comprehendi posse, nisi certum. Quod si quæ incerti sunt exitus, ea quasi certa prouidentur, opinionis esse caliginem, non scientiæ ueritatem. Aliter enim ac sese res habeat arbitrari, ab integritate scientiæ credis esse diuersum. Cuius erroris causa est, quod omnia quæ quisq; nouit, ex ipsorum tantum ui atq; natura cognosci existimat quæ sciuntur, quod totum cōtra est. Omne enim quod cognoscitur, non secundum sui uim, sed secundum cognoscentium potius comprehenditur facultatem. Nam ut hoc breui liqueat exemplo, unam eandemq; corporis rotunditatem aliter uisus, aliter tactus agnoscit. Ille eminus manens, totum simul iactis radijs intuetur, hic uero cohærens orbi atq; coniunctus, circa ipsum motus ambitum, rotunditatem partibus comprehēdit. Ipsum quoq; hominem aliter sensus, aliter imaginatio, aliter ratio, aliter intelligentia intuetur. Sensus enim figuram in subiecta materia cōsiderat, imaginatio uero solam sine materia iudicat figuram. Ratio uero hanc quoque transcendit, speciemq; ipsam quæ singularibus ineit, uniuersali consideratione perpendit. Intelligentiæ uero celsior oculus extitit. Supergressa namq; uniuersitatis ambitum, ipsam illam simplicem formam pura mentis acie cōtuetur. In quo illud maxime consideradum est. Nam superior uis comprehendendi, amplectitur inferiorem, inferior uero ad superiorem nullo modo consurgit. Neq; enim sensus extra materiam ualet, uel uniuersales species imaginatio contuetur, uel ratio capit simplicem formam, sed intelligentia quasi desuper ipectans concepta forma, quæ subsunt cuncta dijudicat, sed eo modo quo formam ipsam, quæ nulli alij nota esse poterit, comprehendit. Nam & rationis uniuersum, & imaginationis figuram, & materiale sensibile cognoscit. Nec ratione utens, nec imaginatione, nec sensibus, sed illo uno ictu mentis formaliter (ut ita dicam) cuncta prospiciens. Ratio quoque cum quid uniuersale respicit, nec imaginatione, nec sensibus utens, imaginabilia uel sensibilia comprehendit. Hæc est enim, quæ conceptionis suæ uniuersale ita definit. Homo est animal bipes rationale, quæ cum uniuersalis notio sit, tamen imaginabilē sensibilemq; esse rem nullus ignorat, quod illa non imaginatione, uel sensu, sed rationali conceptione cōsiderat. Imaginatio quoq; tametsi ex sensibus uisendi formādiq; figuras sumpsit exordium, sensu tamen absente sensibilia quæq; collustrat, non sensibili, sed imaginaria ratione iudicandi. Vides'ne igitur, ut in cognoscendo cuncta, sua potius facultate quàm eorum quæ cognoscuntur, utantur? Neque id iniuria. Nam cum omne iudicium iudicantis actus existat, necesse est ut suam quisq; operam nō ex aliena, sed ex propria potestate perficiat.

Metrum quartum, Libri V.

QVondam porticus attulit
Obscuros nimium senes,
Quin sensus & imagines
E corporibus extimis
Credant mentibus imprimi,
Vt quondam celeri stilo
Mos est æquore paginæ,
Quæ nullas habeat notas,
Pressas figere literas.
Sed mens si propriis uigens
Nihil motibus explicat,
Sed tantum patiens iacet,

Notis ſubdita corporum,
Caſſasq; in ſpeculi uicem,
Rerum reddit imagines,
Vnde hæc ſic animis uiget,
Cernens omnia notio?
Quæ uis ſingula proſpicit?
Aut quæ cognita diuidit?
Quæ diuiſa recolligit?
Alternumq; legens iter,
Nunc ſummis caput inſerit,
Nunc deſidit in infima,
Tum ſeſe referens ſibi
Veris falſa redarguit?
Hæc eſt efficiens magis
Longè cauſa potentior,
Quàm quæ materiæ modo
Impreſſas patitur notas.
Præcedit tamen excitans,
Acuires animi mouens,
Viuo in corpore paſſio.
Cum uel lux oculos ferit,
Vel uox auribus inſtrepit,
Tum mentis uigor excitus
Quas intus ſpecies tenet,
Ad motus ſimiles uocans,
Notis applicat exteris,
Introrſumq; reconditis
Formis miſcet imagines.

Proſa quinta, Libri V.

QVod ſi in corporibus ſentiendis, quamuis afficiant inſtrumenta ſenſuum forinſecus obiectæ qualitates, animi quoq; agentis uigorem paſſio corporis antecedat, quæ in ſe actum mentis prouocet, excitetq; interim quieſcentes intrinſecus formas, ſi in ſentiendis inquam corporibus, animus nõ paſſione inſignitur, ſed ex ſua ui ſubiectam corpori iudicat paſſionẽ, quãto magis ea, quæ cunctis corporum affectionibus abſoluta ſunt, in diſcernendo non obiecta extrinſecus ſequuntur, ſed actum ſuæ mentis expediunt? Hac itaq; ratione multiplices cognitiones diuerſis ac differentibus ceſſere ſubſtantijs. Senſus enim ſolus cunctis alijs cognitionibus deſtitutus, immobilibus animantibus ceſſit, quales ſunt conchæ maris, quæq; alia ſaxis hærentia nutriuntur. Imaginatio uero mobilibus beluis, quibus iam ineſſe fugiendi appetẽdiue aliquis uidetur affectus. Ratio uero humani tantum generis eſt, ſicuti intelligẽtia ſola diuini. Quo fit, ut ea notitia cæteris præſtet, quæ ſuapte natura non modo proprium, ſed cæterarum quoq; notitiarum ſubiecta cognoſcit. Quid igitur, ſi ratiocinationi ſenſus imaginatioq; refragentur, nihil eſſe illud uniuerſale dicentes, quod ſeſe intueri ratio putat? Quod enim ſenſibile uel imaginabile eſt, id uniuerſum eſſe non poſſe. Aut igitur rationis uerum eſſe iudicium, nec quicquam eſſe ſenſibile, aut quoniam ſibi notum ſit plura ſenſibus & imaginationi eſſe ſubiecta, inanẽ conceptionẽ eſſe rationis, quæ quod ſenſibile ſit ac ſingulare quaſi ꝙddam uniuerſale conſideret. Ad hæc, ſi ratio cõtra reſpondeat, ſe quidẽ & ꝙ ſenſibile, & quod imaginabile ſit, in uniuerſitatis ratione conſpicere, illa uero ad uniuerſitatis cognitionẽ aſpirare nõ poſſe qm̃ eorũ notio corporales figuras nõ poſſit excedere. De rerum uero cognitione, firmiori potius perfectioriq; iudicio eſſe

eſſe credendũ. In huiuſmodi igit̃ lite nos, quibus tã ratiocinãdi quã imaginãdi etiã, ſentiendiq; uis ineſt, nõne rationis potius cauſam probaremus? Simile eſt, ꝙd humana ratio Diuinam intelligentiam futura niſi (ut ipſa cognoſcit) non putat intueri. Nam ita diſſeris, ſi qua certos ac neceſſarios habere non uideantur euẽtus, ea certo euentura præſciri nequeunt. Harum igitur rerum nulla eſt præſcientia, quam ſi etiam in his eſſe credamus, nihil erit quod non ex neceſſitate proueniat. Si igit̃ utì rationis participes ſumus, ita diuinę iudicium mentis habere poſſemus, ſicut imaginationem ſenſumq; rationi cedere oportere iudicauimus, ſic Diuinæ ſeſe menti humanam ſummittere rationem iuſtiſſimum cẽſeremus. Quare in illius ſummæ intelligentiæ eacumen (ſi poſſumus) erigamur. Illic enim ratio uidebit, quod in ſe nõ poteſt intueri. Id autem eſt, quo nam modo etiam, quæ certos exitus non habent, certa tamen uideat ac definita prænotio, neq; id ſit opinio, ſed ſummę potius ſcientię nullis terminis incluſa ſimplicitas.

Metrum quintum, Libri V.

QVàm uarijs terras animalia permeant figuris
Nanq; alia extento ſunt corpore, puluereq; uerrunt,
Continuumq; trahunt ui pectoris incitata ſulcum.
Sunt quibus alarum leuitas uaga, uerberetq; uentos,
Et liquido longi ſpatia ætheris enatet uolatu.
Hęc preſſiſſe ſolo ueſtigia grellibus gaudent,
Veluirides campos tranſmittere, uel ſubire ſyluas.
Quę uarijs uideas licet omnia diſcrepare formis,
Prona tamen facies hebetes ualet ingrauare ſenſus.
Vnica agens hominum celſum leuat altius cacumen,
Atq; leuis recto ſtat corpore, deſpiciq; terras.
Hæc (niſi terrenus male deſipis) admonet figura,
Qui recto cœlum uultu petis, exeriſq; frontem
In ſublime feras animum quoq;, ne grauata peſſum
Inferior ſidat mens corpore celſus leuato.

Proſa ſexta, Libri V.

QVòniam igitur (uti paulò ante monſtratum eſt) omne quod ſcitur, nõ ex ſua, ſed ex comprehendentium natura cognoſcit̃, intueamur nunc, quantum fas eſt, quis ſit Diuinæ ſubſtantiæ ſtatus, ut quæ nam etiam ſciẽtia eius ſit, poſſimus agnoſcere. Deum igitur ęternũ eſſe, cunctorũ ratione degentium commune iudicium eſt. Quid ſit igitur æternitas conſideremus. Hęc enim nobis naturam pariter Diuinam, ſciẽtiamq; patefecerit. Aeternitas igitur eſt interminabilis uitę tota ſimul & perfecta poſſeſſio. Quod ex collatione temporaliũ clarius liquet. Nam quicquid uiuit in tẽpore, id pręſens à præteritis in futura procedit. Nihilq; eſt in tempore conſtitutum, quod totum uitæ ſuæ ſpatium pariter poſſit amplecti. Sed craſtinũ quidẽ nondũ apprehendit, heſternũ uero iam perdidit. In hodierna ꝙq; uita nõ amplius uiuitis, quã in illo mobili trãſitorioq; momento. Quod igit̃ temporis patit̃ conditionẽ, licet illud (ſicut de mundo cenſuit Ariſtoteles) nec cœperit unq; eſſe nec deſinat, uitaq; eius cum temporis infinitate tendatur, nondum tamen tale eſt ut æternum eſſe, iure credatur. Non enim totum ſimul infinitæ licet uitæ ſpatium cõprehendit, atq; cõplectit̃, ſed futura nondum tranſacta iam nõ habet. Quod igitur interminabilis uitæ plenitudinem totam pariter comprehendit ac poſſidet, cui neq; futuri quicquid abſit, nec præteriti fluxerit, id æternum eſſe iure perhibetur. Idq; ue neceſſe eſt, & ſui compos præſens ſibi ſemper aſſiſtere, & infinitatem mobilis temporis habere præſentem. Vnde quidam non rectè, qui cum audiunt uiſum Platoni, mundum hunc nec habuiſſe initium, nec habiturum eſſe defectum, hoc modo conditori conditum mundum fieri coæternum putant.

Aliud eſt enim, per interminabilem duci uitam, quod mundo Plato tribuit, aliud in terminabilis uitæ totam pariter complexam eſſe præſentiam, quod Diuinæ mentis proprium eſt e manifeſtum eſt. Neq; Deus cõditis rebus antiquior uideri debet temporis quantitate, ſed ſimplicis potius proprietate naturę. Hunc enim uitę immobilis præſentariũ ſtatũ, infinitus ille temporaliũ rerũ motus imitatur. Cumq; eũ effingere atq; equare non poſſit, ex immobilitate deficit in motum, & ex ſimplicitate p̃ſentiæ decreſcit in infinitam futuri ac præteriti quantitatem. Et cum totam pariter uitæ ſuæ plenitudinem nequeat poſſidere, hoc ipſo quod aliquo modo nunquam eſſe deſinit, illud quod implere atq; exprimere non poteſt, aliquatenus uidetur æmulari, alligans ſe ad qualemcunq; præſentiam huius exigui uolucriſq; momenti. Quæ quoniam manentis illius p̃ſentiæ quandam geſtat imaginem, quibuſcunq; contigerit, id præſtat ut eſſe uideantur. Quoniam uero manere nõ potuit, infinitum temporis iter arripuit, eoq; modo factum eſt, ut cõtinuaret uitam eundo, cuius plenitudinẽ complecti non ualuit permanendo. Itaq; ſi digna rebus nomina uelimus imponere Platonem ſequentes, Deum quidem æternum, mundum uero dicamus eſſe perpetuum. Quoniam igitur omne iudicium ſecundum ſui naturam, quæ ſibi ſubiecta ſunt, cõprehendit. Eſt autem Deo ſemper æternus ac præſentarius ſtatus. Sciẽtia quoq; eius, omnem temporis ſupergreſſa motionem, in ſuæ manet ſimplicitate præſcientiæ, infinitaq; præteriti ac futuri ſpatia complectens, omnia quaſi iam gerantur in ſua ſimplici cognitione conſiderat. Itaq; ſi præſcientiã penſare uelis, quæ cuncta dignoſcit, non eſſe præſcientiam quaſi futuri, ſed ſcientiam nunquam deficientis inſtantię rectius exiſtimabis. Vnde non p̃uidentia, ſed prouidentia potius dicit̃, quod porro ab rebus infimis conſtituta, quaſi ab excelſo rerum cacumine cuncta proſpiciat. Quid igitur poſtulas, ut neceſſaria fiant, quæ Diuino lumine luſtrent̃, cum ne homines quidem neceſſaria faciant eſſe, quę uideant? Num enim quæ p̃ſentia cernis, aliq; eis neceſſitatẽ tuus addidit intuitus? B. Minimè. P. Atqui ſi eſt diuini humaniq; præſentis digna collatio, uti uos ueſtro hoc temporario præſenti quædã uidetis, ita ille omnia ſuo cernit ęterno. Quare hæc Diuina prænotio naturam rerum proprietatemq; non mutat. Taliaq; apud ſe præſentia ſpectat, qualia in tempore olim futura prouenient, nec rerum iudicia confundit, unoq; ſuæ mentis intuitu tam neceſſario quam non neceſſario uentura dignoſcit. Sicuti uos cum pariter ambulare in terra hominem, & oriri in cœlo ſolem uidetis, quanquam ſimul utrumq; conſpectum, tamen diſcernitis, & hoc uoluntarium, illud eſſe neceſſarium iudicatis. Ita igitur cuncta deſpiciens Diuinus intuitus, qualitatem rerum minimè perturbat, apud ſe quidẽ præſentium, ad conditionem uero temporis futurarum. Quo fit ut hæc non ſit opinio, ſed ueritate potius nixa cognitio, cum exiturum quid eſſe cognoſcit, quod idem exiſtendi neceſſitate carere non neſciat. Hic ſi dicas, quod euenturum Deus uidet, id non euenire non poſſe, quod autem non poteſt non euenire, id ex neceſſitate contingere, meq; ad hoc nomen neceſſitatis aſtringas. Fatebor rem quidem ſolidiſſimę ueritatis, ſed cui uix aliquis niſi Diuini ſpeculator acceſſerit. Reſpondebo namque idem futurum, cum ad Diuinam notionem refertur, neceſſarium, cum uero in ſui natura perpenditur, liberum prorſus atque abſolutum uideri. Duę ſunt enim neceſſitates, ſimplex una, ueluti quod neceſſe eſt, omnes homines eſſe mortales. Altera conditionis, ut ſi aliquem ambulare ſcias, eum ambulare neceſſe eſt. Quod enim quiſque nouit, id eſſe aliter ac notum eſt, nequit. Sed hæc cõditio minimè ſecum illam ſimplicem trahit. Hanc enim neceſſitatem non propria facit natura, ſed conditionis adiectio. Nulla enim neceſſitas cogit incedere uoluntariè gradientem, quamuis eum tamen cum graditur, incedere neceſſarium ſit. Eodem igitur modo ſi quid prouidentia preſens uidet, id eſſe neceſſe eſt, tametſi nullam habeat naturæ neceſſitatem. Atqui Deus ea futura, quæ ex arbitrij libertate proueniunt, præſentia cõtuetur. Hæc igitur ad intuitum relata Diuinum, neceſſaria fiunt per conditionem

tionem Diuinę notionis, per ſe uero cõſiderata, ab abſoluta naturę ſuæ libertate nõ deficiunt. Fiunt igitur proculdubio cuncta, quæ futura Deus eſſe prænoſcit, ſed eorum quædam de libero proficiſcuntur arbitrio, quæ quamuis eueniant exiſtendo, tamen propriam naturam non amittunt, quia prius quã fierent, etiam non euenire poteſſent. Quid igitur refert non eſſe neceſſaria, cum propter Diuinæ ſcientiæ condi tionem modis omnibus neceſſitatis inſtar eueniant? Hoc, ſcilicet, quod ea quę paſſo ante propoſui, ſol oriens & gradiens homo, quæ dum fiunt, non fieri nõ poſſunt; eorum tamen unum prius quoq; quàm fieret, neceſſe erat exiſtere, alterum uero minimè. Ita etiam quæ præſentia Deus habet, proculdubio exiſtunt, ſed eorum hoc quidem de rerum neceſſitate deſcendit, illud uero de poteſtate facientium. Haud igitur iniuria diximus, hæc ſi ad Diuinam notitiam referantur, neceſſaria ſi per ſe conſiderentur, neceſſitatis eſſe nexibus abſoluta. Sicuti omne quod ſenſibus patet, ſi ad rationem referas, uelle eſt, ſi ad ſeipſum reſpicias, ſingulare. Sed ſi in mea (inquies) poteſtate ſitum eſt mutare propoſitum, euacuabo prouidẽtiam, cum quę illa prænoſcit, forte mutauero. Reſpondebo: Propoſitum te quidẽ tuum poſſe deflectere, ſed quoniam & te id poſſe, & an facias, quoue conuertas, præſens prouidentiæ ueritas intuetur, Diuinam te præſcientiã non poſſe uitare, ſicut præſentis oculi effugere nõ poſſis intuitum, quamuis te in uarias actiones libera uoluntate conuertas. Quid igitur inquies? Ex mea'ne diſpoſitione ſcientia Diuina mutabitur, ut cum ego nunc hoc, nunc illud uelim, illa quoq; noſcẽdi uices alternare uidentur? Minimè. Omne namq; futurum Diuinus præcurrit intuitus, & ad præſentiã propriæ cognitionis retorquet atq; reuocat. Nec alternat (ut tu exiſtimas) nunc hoc, nũc illud prænoſcendi uices, ſed uno ictu mutationes tuas manens præuenit atq; complectitur. Quam comprehendendi omnia, uiſendiq; præſentiam, non ex futurarum prouentu rerum, ſed ex propria Deus ſimplicitate ſortitus eſt. Ex quo illud quoq; ſoluitur, quod paulò ante poſuiſti indignum eſſe, ſi ſcientiæ Dei cauſam futura noſtra præſtare dicantur. Hæc enim ſcientiæ uis præſentaria notione cuncta complectens, rebus modum omnibus ipſa conſtituit, nihil uero poſterioribus debet. Quæ cum ita ſint, manet intemerata mortalibus arbitrij libertas. Nec iniquæ leges ſolutis omni neceſſitate uoluntatibus præmia, pœnaſq; proponunt. Manet etiam ſpectator deſuper cunctorum preſcius Deus, uiſionisq; eius preſens ſemper æternitas cum noſtrorum actuum futura qualitate concurrit, bonis præmia, malis ſupplicia diſpenſans. Nec fruſtra ſunt in Deo poſitæ ſpes, preceſq;, quæ cum rectæ ſint, ineffícaces eſſe non poſſunt. Auerſamini igitur uitia, colite uirtutes, ad rectas ſpes animum ſubleuate, humiles preces in excelſa porrigite. Magna uobis eſt (ſi diſſimulare non uultis) neceſſitas indicta probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis.

Finis Lib. V. de Conſolatione Philoſophiæ.

ANITII

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, DE DVABVS NATVRIS ET VNA PERSONA CHRISTI, AD uersus Eutychen & Nestorium.

ANxiè te quidem diúcp̃ sustinui, ut de ea quæ in cõuentu mota est, quæstione loqueremur. Sed quoniã & tu quo minus uenires, occupatione distractus es. Et ego in crastinum cõstitutus negocijs implicabor, mandaui literis quæ coram loquendo seruauerã. Meministi enim cum in concilio legeretur epistola, recitatum. Eutychianos ex duabus naturis Christum consistere confiteri, in duabus negare, Catholicos uero & ex duabus eum naturis consistere, & in duabus æqualiter credi. Cuius dicti nouitate perculsus, harum coniunctionum, quę ex duabus naturis, uel in duabus cõsisterent, differentias inquirebã, multũ, scilicet, referre ratus, nec inerti negligẽtia prętereũdum. Quod episcopus scriptor epistolæ tanctp̃ ualde necessariũ p̃terire noluisset. Hic omnes, apertam esse differentiam, nec quicp̃ in eo esse caliginis cõfusumcp̃ strepere. Nec ullus in tanto tumultu, qui leuiter attingeret quæstionẽ, nedũ qui expediret, inuẽtus est. Abscederã ego ab eo quem maxime intueri cupiebã lõgius, atcp̃ ab eo, si situ sedentiũ recorderis, auersus, pluribuscp̃ oppositis, nec siquidẽ cuperem, uultũ nutumcp̃ eius aspicere poterã. Ex quo mihi aliqua eius darentur signa iudicij. Atcp̃ ego quidem nihil cæteris amplius afferebam, imò uero aliquid etiam minus. Nam de re proposita æquè nihil cæteris sentiebam. Minus uero quàm cæteri ipse afferebam, falsæ, scilicet, scientiæ præsumptionem. Tuli ægerrimè fateor, compressuscp̃ in doctorum grege conticui, metuens ne iure uiderer insanus, si sanius inter furiosos haberi contenderem. Meditabar igitur de hinc omnes animo quæstiones. Nec deglutiebam quod acceperã, sed frequentis consilij iteratione ruminabam. Tandem igitur patuere pulsanti animo fores, & ueritas inuenta quærenti, omnes nebulas Eutychiani recluſit erroris. Vnde mihi maximè subijt admirari, quænam hæc indoctorum hominum esset audacia, qui inscientiæ uitium præsumptionis atque impudentiæ nube conentur obducere. Cum non modo sæpe id quod proponatur inhorrent, uerum in huiusmodi contentionibus, ne id quidem quod ipsi loquantur intelligant, quasi non deterior fiat inscientiæ causa, dum tegitur, sed ab illis ad te transeo, cui hoc quantulũcunctp̃ est, examinandum prius perpendendumcp̃ transmitto. Quod si rectè se habere pronunciaueris, peto ut mei nominis hoc quocp̃ inseras chartis, sin uero uel minuendum aliquid, uel addẽdum, uel aliqua mutatione uariãdũ est, id quocp̃ postulo, remitti meis exemplaribus, ita ut ad te reuertatur transcribendum. Quæ ubi ad calcem ducta constiterint, tum demum eius cuius soleo iudicio censenda transmittam. Sed quoniam semel res à collocutione transfertur ad stilum, prius extremi sibicp̃ contrarij Nestorij atque Eutychis summoueantur errores. Post uero adiuuante Deo Christianæ/ dietatem fidei temperabo. Quoniam uero in tota quęstione contrarium sibimet hęreseon de personis dubitatur, atque naturis, hæc primitus differentijs segreganda. Natura igitur aut de solis corporibus, aut de solis prædicatur substantijs, id est, corporeis & incorporeis, aut de omnibus rebus quæ quocunque modo dicuntur. Cum igitur tribus modis natura dici possit, tribus modis sine dubio definienda est. Nam si de omnibus rebus naturam dici placet, talis definitio dabitur, quæ res omnes quæ sunt possit includere, erit ergo huiusmodi. Natura est earum rerum quæ cum sint, quoquo modo intellecto capi possunt. In hac igitur definitione & accidentia & substantię definiuntur. Hæc enim omnia intellectu capi possunt.

Additum uero quoquo modo, quoniam Deus & natura integro perfectocp̃ intellectu intelligi nõ possunt, sed aliquo tantũ modo cæterarũ rerũ priuatione capiũtur. Idcirco uero adiunximus quæ cũ sint, quoniã etiã ipsum nihil significat aliquid, sed non naturã. Necp̃ enim quod sit aliquid, sed potius non esse significat. Omnis ue ro natura est. Et si de omnibus quidem rebus nam dici placet, hæc sit naturę definitio, quã superius proposuimus. Sin uero de solis substantijs natura dicit̃, quoniã substantiæ omnes, aut corporeæ sunt, aut incorporeę. Dabimus definitionẽ naturæ substantias significanti huiusmodi. Natura est quod facere uel quod pati possit. Pati quidem ac facere, ut omnia corporea atcp̃ corporeorũ anima. Hæc enim in corpore & à corpore & facit & patit̃. Facere uero tantũ ut Deus, cęteracp̃ Diuina. Habes igit̃ definitionẽ eius quocp̃ significationis naturæ, quæ tantum substantijs applicabit̃. Qua in re substantiæ quocp̃ est reddita definitio. Nam si omnem natura substãtiã mõstrat, eam naturam descripsimus, substantięque quocp̃ reddita est descriptio. Quod si naturæ nomen relictis incorporeis substantijs, ad corporales uscp̃ contrahitur, ut corporeæ tantũ substãtiæ naturã habere uideant̃, sicut Aristoteles cæteríscp̃ & eiusmodi & multimodæ Philosophiæ sectatores putant. Definiemus eam ut ij etiam, qui naturã non nisi in corporibus esse posuerũt. Est autem eius definitio hoc modo: Natura est per se motus principium, motus principium dixi, hoc est. Quoniã corpus omne habet proprium motum, ut ignis sursum, terra deorsum. Item quod per se principium motus naturã esse proposui & non per accidens, tale est, quoniam lectum quocp̃ ligneũ deorsum ferri necesse est, sed deorsum per accidens fert̃. Idcirco enim, quia lignũ est, quod est terra, põdere & grauitate deducitur. Non enim quia lectus est, deorsum cadit, sed quia terra est, id est, quia terræ cõtigit ut lectus esset. Vnde fit, ut lignum naturaliter esse dicamus, lectum uero artificialiter. Est etiam alia significatio naturæ per quam dicimus diuersam esse naturam auri atcp̃ argenti, in hoc proprietatem rerum monstrare cupientes. Quæ significatio naturæ definietur hoc modo: Natura est unamquamque rem informans specifica differentia. Cum igitur tot modis uel dicatur, uel definiatur natura. Tam Catholici quã Nestorius secundum ultimam definitionem duas in Christo naturas esse constituũt. Necp̃ enim easdem in Deum atcp̃ hominem differentias conuenire. Sed de persona maximè dubitari potest, quænam definitio possit aptari. Si enim omnis habet natura personã, indissolubilis nodus est. Quęnam inter naturam personamcp̃ possit esse discretio. Aut si non æquatur persona naturę, sed infrà terminũ spatiumcp̃ naturæ persona subsistit, difficile dictu est, ad quas uscp̃ naturas persona perueniat, id est, quas naturas conueniat habere persona, quas à personę uocabulo segregari. Nam illud quidem manifestum est personam subiectam esse naturę, nec præter naturam personam posse prędicari. Vestiganda sunt igitur hæc inquirentibus hoc modo: Quoniam præter naturam non potest esse persona. Quoniamqũe naturę aliæ sunt substantiæ, alię accidentes, & uidemus personam in accidentibus non posse constitui. Quis enim dicat ullam albedinis, uel nigredinis, uel magnitudinis esse personam? Relinquitur ergo ut personam in substantijs dici conueniat, sed substantiarum aliæ sunt corporeę, aliæ incorporeę. Corporearum uero, aliæ sunt uiuentes, alię minimè. Viuentium aliæ sunt sensibiles, alię minimè. Sensibilium alię rationales, aliæ irrationales. Rationalium uero alia est immutabilis atque impassibilis per naturam, ut Deus, alia per creationem mutabilis atque passibilis, nisi passibilis gratia substantiæ ad impassibilitatis firmitudinem mutetur, ut angelorum atque animæ. Ex quibus omnibus neque in non uiuentibus corporibus personam posse dici manifestum est. Nullus enim lapidis ullam dicit esse personam. Neque rursus eorum uiuentium quæ sensu carent. Necp̃ enim ulla persona est arboris, necp̃ uero eius quæ intellectu ac ratione deseritur. Nulla enim est persona equi uel bouis, cæterorũcp̃ animalium, quæ muta ac sine ratione

tione uitam ſolis ſenſibus degũt. At hominis dicimus eſſe perſonam, dicimus Dei, dicimus Angeli. Rurſus ſubſtantiarũ aliæ ſunt uniuerſales, aliæ particulares. Vniuerſales ſunt quæ de ſingulis prædicantur, ut homo, animal, lapis lignum, cæteraq; huiuſmodi, quæ uel genera uel ſpecies ſunt. Nam & homo de ſingulis hominibus, & animal de ſingulis animalibus, lapisq; ac lignum de ſingulis lapidibus ac lignis dicũtur. Particularia uero ſunt, quæ de aliis minimè prædicantur, ut Cicero, Plato, hoc æs, unde hæc Achillis ſtatua facta eſt. Lignum hoc unde hæc mẽſa cõpoſita eſt. Sed in his omnibus nuſq; in uniuerſalibus perſona dici poteſt, ſed in ſingularibus tantũ atque indiuiduis. Animalis enim uel generalis hominis nulla perſona eſt, ſed uel Ciceronis, uel Platonis, uel ſingulorũ indiuiduorũ perſonæ ſingulę nuncupantur. Quocirca ſi perſona in ſolis ſubſtantijs eſt, atq; in his rationalibus, ſubſtantiaq; omnis natura eſt, nec in uniuerſalibus, ſed indiuiduis conſtat, reperta eſt perſonę diffinitio, naturę rationabilis indiuidua ſubſtantia. ſed nos hac definitione eam quã Græci ὑπόστασιν dicunt terminauimus, nomen enim perſonę uidet aliunde traductũ. Ex his, ſcilicet, perſonis qui in Comœdijs Tragœdijsq; eos quorũ intereſt hominis repreſentabãt. Perſona uero dicta eſt à perſonando circunflexa penultima. Quod ſi acuatur antepenultima apertiſſimè à ſono dicta uidebit. Idcirco autem à ſono, quia concauitate ipſa maior neceſſe eſt uoluat ſonus. Græci quoq; has perſonas πρόσωπα uocant ab eo quod perſonantur in facie, atque ante oculos obtegant uultum ταχὰ τοῦ πρὸς τὰς ὄψεις θεσθαι, ſed quoniam perſonis inductis hiſtriones indiuiduos homines, quorũ intererat in Tragœdia uel Comœdia (ut dictũ eſt) repræſentabãt, id eſt, Hecubam, uel Medęam, uel Simonem, uel Chremetem. Idcirco cęteros quoque homines, quorum certa pro ſui forma eſſet agnitio, & Latini perſonas & Græci πρόσωπα nuncupauerunt. Longè uero illi ſignatius naturæ rationabilis indiuiduam ſubſtantiam ὑποστάσεως nomine uocauere, nos uero per inopiam ſignificantium uocũ tranſlatitia retinuimus nuncupationẽ, eam quam illi ὑπόστασιν dicunt, perſonam uocantes, ſed peritior Græcia ſermonum οὐσίωσιν uocat indiuiduam ſubſiſtentiam, atque uti Græca utar oratione in rebus quæ à Græcis agitatæ Latina interpretatione tranſlatæ ſunt. αἱ οὐσίαι μὲν τοῖς καθολικοῖς εἶναι δύνανται, ἔνδεσι δὲ τοῖς κατὰ μέρος μόνοις ὑφίστανται, id eſt eſſentiæ in uniuerſalibus quidem eſſe poſſunt, in ſolis uero indiuiduis & particularibus ſubſtãt. Intellectus enim uniuerſalium rerum ex particularibus ſumptus eſt. Quocirca cum ipſę ſubſtantiæ in uniuerſalibus quidem ſint, in particularibus uero capiant ſubſtantiam, iure ſubſtantias particulariter ſubſiſtentes ὑποστάσεις appellauerunt. Necq; enim penſius ſubtiliusq; intuenti idem uidebitur eſſe ſubſiſtentia quod ſubſtantia, nam quod Græci οὐσίωσιν uel οὐσιῶσθαι dicunt, id nos ſubſiſtẽtiam uel ſubſiſtere appellamus. Quod uero illi ὑποστάσιν uel ὑφίστασθαι id nos ſubſtãtiam uel ſubſtare interpretamur. Subſiſtit enim quod ipſum accidentibus ut poſſit eſſe non indiget. Subſtat autem id quod alijs accidentibus ſubiectum quoddam, ut eſſe ualeant, ſubminiſtrat. Sub illis enim ſtat, dum ſubiectum eſt accidentibus, itaq; genera uel ſpecies ſubſiſtunt tantũ, necq; enim accidentia generibus ſpeciebus ue cõtingunt. Indiuidua uero non modo ſubſiſtunt. Nam neq; ipſa indigent accidẽtibus ut ſint. Informata enim ſunt iam proprijs & ſpecificis differentijs, & accidentibus ut eſſe poſſint miniſtrant, dum ſunt, ſcilicet, ſubſtantia. Quocirca εἶναι atq; οὐσιῶσθαι uero ſubſtare intelligitur, necq; enim uerborum inops Græcia, ut M. Tullius alludit, ſed eſſentiam, ſubſiſtentiam, perſonam, totidem nominibus reddit. Eſſentiam quidem οὐσίαν. Subſiſtentiam uero οὐσίωσιν. Subſtantiam ὑπόστασιν. Perſonã πρόσωπον appellans, ideo autem ὑποστάσεις Græci indiuiduas ſubſtantias uocauerunt, quoniã cæteris ſubſunt. Et quibuſdam quaſi accidentibus ſua poſitæ ſubiectæq; ſunt. Atque idcirco nos quoque eas ſubſtantias nuncupamus, quaſi ſuppoſitas, quas ὑποστάσεις. Cumque etiam πρόσωπα nuncupant eaſdem ſubſtantias, poſſumus nos, quoq; nuncu-

pare perſonas. Idem eſt igitur οὐσίαν eſſe, quod eſſentiam. Idem οὐσίωσιν, qđ ſubſiſtentiam. Idem ὑπόστασιν, quod ſubſtantiam. Idem πρόσωπον, quod perſonam. Quare autem de irrationalibus animalibus Græcus ὑπόστασιν nõ dicat, ſicut nos de eiſdem nomen ſubſtantię prędicamus, hæc ratio eſt, quoniam nomen hoc meliori applicatum eſt, ut aliqua id quod eſt excellentius, tametſi non deſcriptione naturę ſecundum id quod ὑφίστασθαι, atque ſubſtare eſt, at certe ὑπόστασεως uel ſubſtantiæ uocabulis diſcerneretur. Eſt igitur & hominis quidem eſſentia, id eſt, οὐσία & ſubſiſtentia, id eſt, οὐσιῶδες. Et ὑπόστασις, id eſt ſubſtantia. Et πρόσωπον, id eſt, perſona, οὐσία quidem atque eſſentia, quoniam eſt, οὐσίωσις uero atque ſubſiſtẽtia, quoniam in nullo ſubiecto eſt, ὑπόστασις uero atq; ſubſtantia, quoniam ſubeſt cęteris quæ ſubſiſtentię non ſunt, id eſt, οὐσιῶδεις πρόσωπον atq; perſona, quoniã eſt rationabile indiuiduũ. Deus quoq; & οὐσία eſt & eſſentia. Eſt enim, & maximè ipſe eſt, à quo omnium eſſe proficiſcitur. Eſt ὑπόστασις, id eſt, ſubſiſtentia. Subſiſtit enim nullo indigens. Vnde etiam dicimus unam eſſe οὐσίαν uel οὐσίωσιν, id eſt, eſſentiam uel ſubſiſtentiam deitatis. Sed tres οὐσιώσεις, id eſt tres ſubſtantias. Et quidem ſecundũ hunc modum dixere unam Trinitatis eſſentiam, tres ſubſtãtias, tresq; perſonas, niſi enim tres in Deo ſubſtantias Eccleſiaſticus loquẽdi uſus excluderet, uideretur idcirco de Deo dici ſubſtãtia. Non quod ipſe cæteris rebus quaſi ſubiectum ſupponeretur, ſed quod idem omnibus uti præeſſet, ita etiam quaſi principium ſubeſſet rebus, dũ eis omnibus οὐσιῶσθαι uel ſubſiſtere ſubminiſtrat. Sed hæc omnia idcirco ſint dicta, ut differentia naturę atq; perſonæ, id eſt, οὐσίας atq; ὑποστάσεως monſtraremus. Quo uero nomine unũquodq; oporteat appellari Eccleſiaſticæ ſit locutionis arbitriũ. Hoc interim conſtet quod inter naturam perſonamq; differre prædixímus. Quoniam natura eſt cuiuslibet ſubſtantiæ ſpecificata proprietas, perſona uero rationabilis naturæ indiuidua ſubſiſtentia. Hanc in Chriſto Neſtorius duplicem eſſe conſtituit, eo ſcilicet, traductus errore, qđ putauerit in omnibus naturis dici poſſe perſonam. Hoc enim præſumpto, quoniam in Chriſto duplicem naturam eſſe cenſebat, duplicem quoq; perſonã eſſe cõfeſſus eſt. Qua in re eum falſum eſſe, cum definitio ſuperius dicta conuincat, tum hæc argumentatio euidenter eius declarauit errorem, ſi enim hõ eſt Chriſti una perſona, duasq; naturas eſſe manifeſtũ eſt, hominis, ſcilicet, atq; Dei: (Nec tam erit inſipiens quiſquã ut qui utram earũ à ratione ſeiungat) ſequit ut duæ uideanẽ eſſe perſonæ. Eſt enim perſona (ut dictũ eſt) naturæ rationabilis indiuidua ſubſiſtentia, quę eſt igit facta hominis Deiq; coniunctio? Num ita quaſi cũ duo corpora ſibimet apponunt, ut tantũ locis iũcta ſint, & nihil in alterũ ex alterius qualitate perueniat. Quę cõiunctionis Græci modũ κατὰ παράφρασιν uocant, ſed ſi ita Diuinitas humanitati cõiuncta eſt, nihil horum ex utriſq; confectum eſt, ac per hoc nihil eſt Chriſtus. Nomen quippe ipſum unũ quiddam ſignificat ſingularitate uocabuli. At ſi duabus perſonis manentibus, ea coniũctio qualem ſuperius dixímus, facta eſt naturarũ, unũ ex duobus effici nihil potuit. Omnino enim ex duabus perſonis nihil unquam fieri poteſt. Nihil igitur unum ſecundũ Neſtorium Chriſtus eſt, ac per hoc omnino nihil. Quod enim non eſt unũ, nec eſſe omnino poteſt. Eſſe enim atq; unũ conuertitur. Et quodcunq; unum eſt, eſt etiam ea quæ ex pluribus coniunguntur, ut aceruus, chorus, unum tamẽ ſunt, ſed eſſe Chriſtũ manifeſtè ac ueraciter cõfitemur. Vnum igitur eſſe dicimus Chriſtũ, quod ſi ita eſt, unã quoq; Chriſti ſine dubitatione perſonam eſſe neceſſe eſt. Nam ſi duę perſonę eſſent, unus eſſe non poſſet. Duos uero eſſe Chriſtos nihil eſt aliud niſi præcipitatę mentis inſania. Cur enim omnino duos audeat Chriſtos uocare unũ hominẽ, aliũ Deum? Vel cur eum qui Deus eſt, Chriſtum uocat, ſi eum quoq; qui homo eſt, chriſtũ eſt appellaturus. Cum quí ſimile nihil habeant ex copulatione coniunctum, cur ſimili nomine diuerſiſſimis abutatur naturis? cum ſi Chriſtum definire cogit utriſque (ut ipſe dicit) Chriſtis, non poſſit unam definitionis adhibere ſubſtantiam. Si enim Dei atq; hominis diuerſa ſubiecta

iecta est, unumq; in utrisque Christi nomen, nec diuersarum coniunctio substantiarum unam creditur fecisse personam æquiuocum nomen est Christi, & nulla potest definitione concludi. Quibus autem unquam scripturis nomen Christi geminatur. Quid uero noui per aduentum saluatoris effectum est? nam Catholicis & fidei ueritas, & raritas miraculi constat. Quam enim magnum est, quamq; nouū quod semel, nec ullo alio sæculo possit euenire, ut eius qui solus est Deus natura, cum humana quæ ab eo erat diuersissima, conueniret, atq; ita ex distantibus naturis una fieret copulatione personæ. Secundum Nestorij uero sententiam quid cōtingit nouiter, inquit, propriās humanitas Diuinitasq; personas. Quando enim non fuit Diuinitatis propria, humanitatisq́ue persona? Quando uero non erit? uel quid amplius in Iesu generatione contingit. Quam in cuiuslibet alterius. Si discretis utrisque personis discretæ etiam fuere naturę. Ita enim personis manētibus illic nulla naturarum potuit esse coniunctio, ut in quolibet homine, cuius cum propria persona subsistat, nulla est ei excellentissimæ substantiæ coniuncta Diuinitas, sed fortasse Iesum, id est, personam hominis, idcirco Christum uocet, quoniam per eam mira quędam sit operata Diuinitas. Esto uero Deum ipsum Christi appellatione cur uocet. Cur uero non elementa quoq; ipsa simili audeat appellare uocabulo, per quæ Deus mira quædam quotidianis motibus operatur? An quia irrationabiles substātiæ nō possunt habere personam, quæ Christi uocabulum excipere possint. Nonne in sanctis hominibus ac pietate conspicuis apertus Diuinitatis actus agnoscitur? Nihil enim interierit, cur non sanctos quoque uiros eadem appellatione dignetur, si in assumptione humanitatis, non est una ex coniunctione persona. Sed dicat forsitan, illos quoque Christos uocari, fateor, sed ad imaginem ueri Christi. Quod si nulla ex homine atq; Deo una persona coniuncta est. Omnes ita ueros Christos arbitrabimur, ut hunc qui ex uirgine genitus creditur. Nulla quippe in hoc adunata persona est ex Dei atq; hominis copulatione. Sicut nec in eis qui Dei spiritu de uēturo Christo prędicabant. Propter quod etiam ipsi quoque appellati sunt Christi. Iam uero sequitur, ut personis manentibus nullo modo à Diuinitate humanitas credat assumpta. Omnino enim disiuncta sunt quæ eque personis naturisq́ue separantur, prorsus inquam disiuncta sunt. Nec magis inter se homines bouesq; disiuncti quam Diuinitas in Christo humanitasq; discreta est, si māsere personę. Homines quippe ac boues una animalis communitate iunguntur. Est enim illis secundum genus communis substantia, eademq́ue in uniuersalitatis collectione natura. Deo uero atque homini quid non erit diuersa ratione disiunctum, si sub diuersitate naturæ personarum quoq́ue credatur mansisse discretio? Non est igitur saluatum genus humanum, nulla in nos salus Christi generatione processit. Tot Prophetarum scripturę populum illusere credentem. Omnis ueteris testamenti spernatur autoritas, per quā salus mūdo Christi generatione promittitur. Non autē prouenisse manifestum est, si eadem in persona est, quę in natura diuersitas. Eundem quippe saluum fecit, quem creditur assumpsisse. Nulla uero intelligi assumptio potest, si manet æque naturę personæq; discretio. Igitur qui assumi manente persona non potuit, iure nō uidebitur per Christi generationem potuisse saluari. Nō est igitur per generationem Christi hominū saluata natura, quod credi nefas est. Sed quanq; permulta sint, quæ hunc sensum impugnare ualeant atq; perfringere. De argumentorum copia tamen hoc interim libasse sufficiat. Transeundum quippe est ad Eutychem qui cum à ueterum orbitis esset euagatus, in contrarium cucurrit errorem. Asserens tantum abesse, ut in Christo gemina persona credatur, ut ne naturam quidem in eo duplicem oporteat cōfiteri. Ita quippe est assumptum hominē, ut ea sit adunatio facta cum Deo, ut natura humana non māserit. Huius error ex eodem quo Nestorij fonte prolabitur, nam sicut Nestorius arbitratus, non posse esse naturam duplicem quin persona fieret duplex, atq; ideo cū in Christo natura duplicem confiteretur, duplicem credidit esse personam. Ita

quoq; Eutyches non putauit naturam duplicem esse, sine duplicatione personæ. Et cum non confiteretur duplicem esse personam, arbitratus est cōsequens, ut una uideretur esse natura. Itaq; Nestorius rectè tenēs duplicem in Christo esse naturam, sacrilegè confitetur duas esse personas. Eutyches uero rectè tenens unam esse personā, impiè credit unam quoq; esse naturam. Qui conuictus euidentia rerū, quam doquidem manifestum est aliam naturam esse hominis, aliam Dei. Ait duas se confiteri in Christo naturas ante adunationem, unam uero post adunationem. Quæ sententia non aperte quod uult eloquitur, ut tamen eius dementiam perscrutemur. Adunatio hæc aut tempore generationis facta est, aut tempore resurrectionis. Sed si tempore generationis facta est, uidetur putare & ante generationem fuisse humanā carnem nōn à Maria sumptam, sed aliquo modo alio præparatā. Mariam uero uirginem appositam, ex qua caro nasceretur, quæ ab ea sumpta nō esset. Illam uero carnē quæ ante fuerit esse & diuisam atq; à diuinitatis substātia seperatam. Cum ex uirgine natus est, adunatam esse Deo, ut una uideretur esse facta natura, uel si hæc eius sentētia non est, illa esse poterit, dicentis: Duas ante adunationē, unam post adunationē, si adunatio generatione perfecta est, ut corpus quidē à Maria sumpserit, sed antecq; sumeret diuersam deitatis diuinitatisq; fuisse naturā. Sumpta uero unā factā atq; in diuinitatis cessisse substantiā. Quod si hanc adunationē non putat generatione, sed resurrectione factā. Rursus id duobus fieri arbitrabitur modis. Aut enim genito Christo & nō assumente de Maria corpus, aut assumente ab eadem carnē, usq; dum resurgeret quidem duas esse naturas, post resurrectionē unā factā. De quibus illud dissuri cūm nascitur, q; interrogabimus hoc modo: natus ex Maria Christus, aut ab ea carnē humanam traxit, aut minimè, si non confitetur ex ea traxisse, dicat quo homine indutus aduenerit. Vtrum nè eo qui deciderat prævaricatione peccati, an alio. Si eo de cuius semine ductus est homo, quem uestita diuinitas est, nam si ex semine Abrahæ atque Dauid, & postremo Mariæ non fuit caro illa qua natus est. Ostēdat ex cuius hominis sit carne deriuatus. Quoniam post primum hominem caro omnis humana, ex humana carne deducitur. Sed si quē dixerit hominem, à quo generatio sumpta sit saluatoris præter Mariam uirginem, & ipse error cōfundetur, & ascribere mendacij nō tam summæ diuinitati illusus ipse uidebit. Quandoquidē Abrahæ atq; Dauid promittitur in sanctis diuinationibus, ut ex eorum semine toti mundo salus. Cum præsertim si humana caro sumpta est, nō ab alio sumi potuerit, nisi unde etiam procreabatur. Si igitur à Maria non est sumptum corpus humanum, sed à quolibet alio, per Mariam tamē est procreatum quod fuerat prevaricatione corruptum, superius dicto repellitur argumento. Quod si non eo homine Christus indutus est, qui pro peccati pœna sustinuerat mortem. Illud eueniet, ex nullius hominis semine talem potuisse nasci, qui fuerit sine originalis pœna peccati. Ex nullo igitur talis sumpta est caro, unde fit ut nouiter uideatur esse formata. Sed hæc aut ita hominum uisa est oculis, ut humanum putaretur corpus, quod reuera non esset humanū, quippe quod nulli originali subiaceret pœnæ. Aut noua quædam uera nec pœnæ peccati subiacens originalis ad tempus hominis natura formata est, si uero hominis corpus non fuit, aperte arguitur mentita diuinitas, quæ ostenderet hominibus corpus. Quod cum uerū non esset, tum fallerentur hi qui uerum esse arbitrarētur. At si noua ueraq; nō ex homine sumpta caro formata est. Quo tanta tragœdia generationis? ubi ambitus passionis? Ego quippe ne in homine quidem non stultè fieri puto, quod inutiliter factū est. Ad quam uero utilitatem facta probabitur tanta humilitas diuinitatis? Si homo qui per ipsi generatione, à passione Christi saluatus nō est, quoniā negatur assumptus. Rursus igitur sicut ab eodē Nestorij fonte Eutychis error principium sumpsit, ita ad eundē finem relabitur. Vt secūdum Eutychem quoq; non sit saluatū genus humanū. Quoniam nō is qui æger esset & saluatione curaq; egeret, assumptus est. Traxisse autem hanc sententiā uidetur, si tamē huius erroris fuit, ut crederet nō fuisse corpus Christi

uerè ex hominè, ſed extra atq; à Deo in cœlo formatum, quoniam cum eo in cœlum creditur aſcendiſſe. Quod exẽplum continet tale, non aſcendit in cœlum niſi qui de cœlo deſcẽdit. Sed ſatis de ea parte dictum uidetur, ſi corpus quod Chriſtus excepit, ex Maria non credatur aſſumptum, ſi uero aſſumptũ eſt ex Maria, neq; permãſit perfecta humana diuinaq; natura, id tribus effici potuit modis. Aut enim diuinitas in humanitatem translata eſt, aut humanitas in diuinitatẽ, aut utraq; in ſe ita temperate ſunt atq; cõmiſtæ, ut neutra ſubſtantia propriã formam teneret. Sed ſi diuinitas in humanitatem trãslata eſt, factũ eſt, q; credi nefas eſt, ut in humanitate immutabili ſubſtantia permanẽte, diuinitas uerteretur. Et quod paſſibile atq; mutabile naturaliter exiſteret, id immutabile permaneret. Quod uero immutabile atq; impaſſibile naturaliter crediẽ, id in rem mutabilem uerteretur. Hoc igitur fieri nulla ratione cõtingit, ſed humana forſitan natura in deitatem uideatur eſſe conuerſa, hoc uero qui fieri poteſt, diuinas in generatione Chriſti, & humanam animam ſuſcepit, & corpus? Non enim omnis res in rem omnem uerti ac tranſmutari poteſt. Nam cũ ſubſtantiarũ aliæ ſint corporeæ, aliæ incorporeæ, neq; corporea in incorporeã. Neq; incorpoream in eam quæ corpus eſt, mutari poteſt. Nec uero incorporea in ſeinuicem formas proprias mutant. Sola enim mutari transformariq; in ſe poſſunt, qui habent unius materiæ cõmune ſubiectum. Nec hæc omnia, ſed ea quæ in ſe facere & pati poſſunt. Id uero probatur hoc modo. Neq; enim poteſt æs in lapidẽ permutari, nec uero idem es in herbam. Nec quodlibet aliud corpus in quodlibet aliud transfigurari poteſt. Niſi & eadẽ ſit materia rerũ in ſe tranſeuntiũ, & à ſe & facere & pati poſſint, ut cum uinum atq; aqua miſcentur, utraq; ſunt alia, quę actũ ſibi paſſionẽq; cõmunicent. Poteſt enim aquæ qualitas à uini qualitate aliquid pati. Poteſt itẽ uini ab aquę qualitate aliquid pati. Atq; idcirco ſi multũ quidem fuerit aquę, uini uero paululum, nõ dicũtur immiſta, ſed alterũ altetius qualitate corrũpitur. Si quis enim uinũ fundat in mare non miſtum eſt mari uinũ, ſed in mare corruptũ. Idcirco quoniã qualitas aquæ multitudine ſui corporis nihil paſſa eſt à qualitate uini, ſed potius in ſeipſam uini qualitatẽ propria multitudine commutauit. Si uero ſint mediocres, ſibiq; æquales, uel paulò inæquales naturę, quæ à ſe facere & pati poſſunt, illæ miſcentur, & mediocribus inter ſe qualitatibus tẽperantur. Atq; hæc quidẽ in corporibus, neq; his omnibus, ſed tãtum quæ à ſe (ut dictũ eſt) & facere & pati poſſunt, cõmuni atq; eadem materia ſubiecta. Omne enim corpus quod in generatione & corruptione ſubſiſtit, cõmunem uidetur habere materiã, ſed nõ omne ab omni uel in omni, uel facere aliquid uel pati poteſt. Corporea uero in incorporea nulla ratione poterũt permutari. Quoniã nulla cõmuni materia ſubiecta participant. Quæ ſuſceptis qualitatibus in alterutrã permutetur. Omnis enim natura incorporeæ ſubſtãtiæ nullo materię nititur fundamẽto. Nullum uero corpus eſt, cui nõ ſit materia ſubiecta. Quod cum ita ſit, cumq; ne ea quidẽ quæ cõmunem materiã naturaliter habent, in ſe tranſeant, niſi illis adſit poteſtas in ſe & à ſe faciẽdi ac patiendi. Multo magis in ſe non permutabũtur, quibus nõ modo communis materia nõ eſt, ſed cũ alia res materię fundamẽto nititur ut corpus, alia omnino materię ſubiecto nõ egeat, ut incorporeũ. Non igitur fieri poteſt, ut corpus in incorporalem ſpeciẽ permuteẽ. Nec uero fieri poteſt, ut incorporalia in ſeſe cõmiſtione aliqua permutenẽ. Quorũ enim cõmunis nulla materia eſt, nec in ſe uerti, permutari queũt. Nulla aũt eſt incorporalibus materia rebus, nõ poterunt in ſe igitur inuicem permutari. Sed anima & Deus incorporeę ſubſtãtię rectè credanẽ. Nõ eſt igitur humana anima in diuinitatẽ, à qua aſſumpta eſt pmutata. Quod ſi neq; corpus neq; anima in diuinitatẽ potuit uerti, nullo modo fieri potuit, ut humanitas cõuerteretur in Deũ. Multo minus uero credi poteſt ut utraq; in ſeſe cõfunderentur, quoniã neq; incorporalitas tranſire ad corpus poteſt, neq; rurſus è cõuerſo, corpus ad incorporalitatem, quãdoquidem nulla his materia ſubiecta cõmunis eſt, quæ alterutr s ſubſtantiarũ qualitatibus permutetur. At ita aiunt: Ex duabus quidẽ naturis Chriſtum conſiſtere,

conſiſtere, in duabus uero minimè. Hoc, ſcilicet intendẽtes, quoniã quod ex duabus conſiſtit, ita unum fieri poteſt, ut illa ex quibus dicitur conſtare non maneant, ueluti cum mel aquæ cõfunditur, neutrũ manet, ſed alterũ alterius copulatione corruptum quiddam tertiũ fecit, ita illud quidem quod ex melle atq; aqua tertiũ fit, conſtare ex utriſq; dicitur, in utriſq; uero negatur. Non enim poterit in utriſq; conſtare, quando utrorũq; natura non permanet. Ex utriſq; conſtare poteſt, licet ea ex quibus coniungitur, alterutra qualitate corrupta ſint, in utriſq; uero huiuſmodi conſtare non poterit, quoniã ea quæ in ſe tranſfuſa ſunt non manent, ac non ſunt utraq;, in quibus conſtare uideatur, cum ex utriſq; conſtent in ſe inuicem, qualitatũ mutatione transfuſis. Catholici uero utrũq; rationabiliter cõfitentur. Nã & ex utriſq; cõſiſtere, ſed id qua ratione dicatur paulò poſterius explicabo. Nunc illud manifeſtum eſt conuictã eſſe Eutychis ſententiã, eo nomine, quod cum tribus modis fieri poſſit, ut ex duabus naturis una ſubſiſtat, ut aut diuinitas in humanitatẽ translata ſit, aut humanitas in diuinitatem, aut utraq; permiſta ſint. Nullum horũ modũ fieri potuiſſe ſuperius dicta argumẽtatione declaratur. Reſtat ut quemadmodũ catholica fides dicat, & in utriſq; naturis Chriſtũ, & ex utriſq; cõſiſtere doceamus, ex utriſq; naturis aliquid conſiſte re duo ſignificat, unum quidẽ cum ita dicimus aliquid ex duabus naturis iungi, ſicut ex melle atq; aqua. Id autem eſt ut ex quolibet modo confuſis, uel ſi una uertatur in alteram, uel ſi utræq; in ſe miſceantur inuicem, nullo modo tamẽ utræq; permaneãt, ſecundum hunc modum Eutyches ait ex utriſq; naturis Chriſtum conſiſtere. Alter uero modus utriſq; cõſiſtendi, quod ita ex duabus iunctum eſt, ut illa tamen ex quibus iunctum eſſe dicitur, maneãt. Nec in alterutra uertãtur, ut cum dicimus coronã ex auro gemmis q; cõpoſitam. Hic neq; aurum in gemmas translatum eſt, neq; in aurum gemma cõuerſa, ſed utraq; permanent, nec formam propriam derelinquant. Talia ergo ex aliquibus conſtantia & in his cõſtare dicimus, in quibus conſiſtere prędicãtur. Tunc enim poſſumus dicere coronã gẽmis auroq; conſiſtere. Sunt enim gẽmę atq; aurum in quibus corona cõſiſtat. Nam in priore modo, non eſt mel atq; aqua, in quibus illud quod ex utriſq; iungitur conſtet. Cum igitur utraſq; manere naturas in Chriſto fides catholica confiteatur, perfectasq; eaſdem perſiſtere, nec alteram in alteram tranſmutari iure dicit. Et in utriſque naturis Chriſtum, & ex utriſque conſiſtere. In utriſque quidem, quia manent utræque. Ex utriſque uero quia utrarumq; adunatione manentium una perſona fit Chriſti. Non autem ſecundum eam ſignificationem ex utriſq; naturis Chriſtũ iunctum eſſe, fides catholica tenet, ſecundũ quam Eutyches pronunciat. Nam ille talem ſignificationem cõiunctionis ex utraque natura ſumit. Vt non cõfiteatur in utriſq; conſiſtere, neq; enim utraſq; manere. Catholicus uero eam ſignificationem ex utriſque cõſiſtendi ſumit, quæ illi ſit proxima, eamq; cõſeruet, quæ in utriſque cõſiſtere confitetur, æquiuocum igitur ex utriſque conſiſtere, ac potius amphibolum, & gemina ſignificatione diuerſa deſignans, una quidem ſignificatione non manere ſubſtãtias, ex quibus illud quod copulatũ eſt, dicatur eſſe coniunctum. Alio modo ſignificans ita utriſq; coniunctum, ut utraque permaneat. Hoc igitur expedito æquiuocationis atque ambiguitatis modo nihil eſt ultra quod poſſit opponi, quin id ſit quod firma utraque fides catholica continet eundem Chriſtum hominem eſſe perfectum, eundem Deum, eundemq; qui homo ſit perfectus atque Deus. Vnum eſſe Deum ac Dei filium, nec quaternitatem trinitatis aſtrui, dum homo additur ſupra perfectum Deum, ſed unam eandemq; perſonam numerum trinitatis explere. Vt cũ humanitas paſſa ſit, Deus tamen paſſus eſſe dicatur. Non quo ipſa deitas humanitas facta ſit, ſed quod à deitate fuerit aſſumpta. Item qui homo eſt Dei filius appellatur, non ſubſtantia diuinitatis ſed humanitatis, quæ tamen diuinitati naturali unitate coniuncta eſt. Et cũ hæc ita intelligẽtia diſcernãtur, permiſceantur q;, tamen unus idemq; & homo perfectus ſit, & Deus. Deus quidem quod ipſe ſit ex patris ſubſtãtia genitus, homo uero quod ex Maria ſit uirgine procreatus. Itemq;

qui homo, Deus, eo quòd à Deo fuerit assumptus, & qui Deus homo, quoniã uestitus homine sit, cumq; in eadem persona aliud sit diuinitas, quæ suscepit, aliud quã suscepit humanitas, idem tamẽ Deus atq; homo est. Nam si hominem intelligas, idem homo est, atq; Deus. Quoniam homo ex natura. Deus assumptione, si uero Deum intelligas, idem Deus est atque homo, quoniam Deus est natura, homo assumptione, fitq; in eo gemina natura, geminaq; substantia, quoniam homo Deus, unaq; persona, quoniã idem homo atq; Deus, mediaq; est hæc inter duas hæreses uia. Sicut uirtutes quoq; medium tenent. Omnis enim uirtus in medio rerum decore locata consistit. Siquidẽ uel ultrà uel infrà quàm oportuerit fiat, à uirtute disceditur, medietatem igitur uirtus tenet. Quocirca si quatuor hæc neque ultrà esse possunt, ut in Christo, aut duæ naturæ sint, duæq; persone, ut Nestorius ait, una persona unaq; natura, ut Eutyches ait, aut duæ naturę, sed una persona, ut catholica fides credit, aut una natura, duęq; persone. Cumq; duas quidẽ naturas duasq; personas in ea, quæ contra Nestorium dicta est, responsione, cõuicerimus. Vnam uero personam unamq; naturam esse non posse, Eutyche præponente monstrauimus. Neq; tamen tam amens quisq; hucusq; extitit, ut unam in eo naturam crederet, sed geminas esse personas. Restat ut ea sit uera, quã fides catholica pronũciat, geminã substantiã sed unã esse personam. Quia uero paulò ante diximus Eutychen cõfiteri duas quidẽ in Christo ante adunationẽ naturas. Vnam uero post adunationem. Cumq; hũc errorem duplicem interpretamur celare sententiã, ut hæc adunatio aut generatione fieret. cum ex Maria corpus hominis minimè sumeretur, aut sumptũ quidẽ ex Maria per resurrectionẽ fieret adunatio. De utriscq; quidem partibus idoneè (ut arbitror) disputatũ est. Nunc quærendum est quomodo fieri potuerit, ut duæ naturæ in unam substantiã miscerentur. Veruntamen est etiã nunc & alia quæstio, quæ ab his inferri potest, qui corpus humanum ex Maria sumptum esse non credunt. Sed alias fuisse sequestratũ præparatumq; quod in adunatione ex Marię utero gigni ac proferri uideretur. Aiunt enim si ex homine sumptum est corpus, homo uero omnis ex prima præuaricatione, non solum peccato & morte tenebatur, uerum etiam affectibus peccatorũ erat implicitus. Eaq; illi fuit pœna peccati, ut cum morte teneretur obstrictus, tamen esset reus etiam uoluntate peccandi, cur in Christo neque peccatum fuit, neq; peccandi ulla uoluntas? Et omnino habet animaduertẽdam dubitationem, talis quæstio. Si enim ex carne humana Christi corpus assumptum est, dubitari potest, quænam caro hæc quę assumpta sit, esse uideatur. Eum quippe saluauit quem etiam assumpsit, sin uero talem hominem assumpsit, qualis Adam fuit ante peccatum, integram uidetur humanã assumpsisse naturam, sed tamen quæ medicina penitus non egebat. Quomodo autem fieri potest ut talem assumpserit hominem qualis Adam fuit, cum in Adam potuerit esse peccandi uoluntas atque affectio? unde factum est, ut etiam prætergressis diuinis præceptis, inobedientiæ delictis teneretur astrictus. In Christo uero ne uoluntas quidem ulla creditur fuisse peccandi. Cum præsertim, si tale corpus hominis assumpsit, quale Adæ ante peccatum fuit non debuerit esse mortalis, quoniã Adam si non peccasset, mortem nulla ratione sensisset. Cum igitur Christus non peccauerit, quærendum est, cur senserit mortem, si Adę corpus antequã peccaret assumpsit? Quod si talem statum suscepit hominis qualis Adæ post peccatũ fuit. Videtur etiam Christo non defuisse necessitas, ut & delictis subiceretur, & passionibus confunderetur. Obductisq; iudicij regulis, bonũ à malo nõ sincera integritate discerneret, quoniam has omnes pœnas Adam delicti prævaricatione suscepit, cõtra quos respondendũ est res intelligi hominum posse status. Vnum quidem Adæ ante delictũ, in quo tam etsi ab eo mors aberat, nec adhuc ullo se delicto polluerat, poterat tamẽ in eo uoluntas esse peccandi. Alter in quo mutari potuisset, si firmiter in Dei præceptis manere uoluisset. Tunc enim id addendũ foret, ut non modo non peccaret, aut peccare uellet, sed ne posset quidẽ aut peccare, aut uelle delinquere. Tertius status est post delictum

ctum, in quo mors illum necessario subsecuta est, & peccatũ ipsum uoluntasq; peccati, quorum summitatũ atq; cõtrariorum hęc loca sunt, is status qui primũ esset, & in præceptis Dei Adam manere uoluisset, & is qui pœnę fuit, quoniam manere noluit, in illo enim nec mors esse, nec peccatũ nec uoluntas ulla peccati. In hoc uero & mors & peccatum, & delinquendi omnis affectio. Omniaq; in pernitiem prona, nec quicq; in se opis habẽtia, ut post lapsum posset assurgere. Ille uero medius status in quo præsentia quidem mortis uel peccati aberat. Potestas uero utriusq; constabat, inter utrumq; statũ est collocatus. Ex his igitur tribus statibus, Christus corpore naturę suæ singulas quodãmodo indidit. Nam quod mortale corpus assumpsit, ut mortem à genere humano fugaret, in eo statu ponendum est, quod post Adæ prævaricationem pœnaliter inflictum est. Quod uero nõ fuit in eo, uolũtas ulla peccati, ex eo sumptum est statu, qui esse potuisset nisi uoluntate insidiãtis fraudibus applicasset. Restat igitur tertius status, id est, medius. Ille, scilicet, qui eo tẽpore fuit, cũ nec mors aderat, & adesse poterat delinquẽdi uoluntas. In hoc igitur Adam talis fuit, ut manducaret ac biberet, ut accepta digereret, ut laberetur in somnũ, & alia quæ ei non defuerunt. Humana quidem, sed cõcessa, & quæ nullam pœnam mortis inferrent, quæ omnia habuisse Christum dubium non est. Nam & manducauit, & bibit, & humani corporis officio functus est. Neq; enim tãta indigẽtia in Adam fuisse credẽda est, ut nisi mãducasset uiuere nõ potuisset. Sed si ex omni quidẽ ligno escam sumeret, semper uiuere potuisset, hisq; non mori. Idcirco paradisi fructibus indigentiã explebat. Quam indigentiam fuisse in Christo nullus ignorat, sed potestate, nõ necessitate & ipsa indigentia, ante resurrectionem in eo fuit. Post resurrectionẽ uero talis extitit, ut ita illud corpus immutaretur humanum, sicut Adæ præter prævaricationis uinculum mutari potuisset, quodq; nos ipse Iesus Christus uotis docuit optare, ut fiat uoluntas eius, sicut in cœlo & in terra, & ut adueniat eius regnum, & nos liberet à malo. Hæc enim nomina, illa beatissima humani generis fideliter credentium immutatio depreçat. Hęc sunt quę ad te de fidei meæ credulitate scripsi, qua in re siquid perperam dictum est, nõ ita sum amator mei, ut ea quæ semel effuderim, meliori sententiæ anteferre cõtendam. Si enim nihil est ex nobis boni, nihil est quod in nostris sententijs amare debeamus. Quod si ex illo cuncta sunt bona, qui solus est bonus, illud potius bonum esse credendum est, quod illa incommutabilis bonitas, atq; omnium bonorum causa, perscribit.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI AD SYMMACHVM, QVOMODO TRINITAS EST VNVS DEVS, ET NON TRES DII.

INVESTIGATAM diutissimè quæstionẽ quantũ nostrę mentis igniculum illustrare lux diuina dignata est, formatã rationibus literisq; mandatam, offerendam uobis communicandamq; curaui, tam uestri cupidus iudicij, quàm nostri studiosus inuenti. Qua in re quid mihi sit animi quoties stilo excogitata commẽdo, cum ex ipsa materiæ difficultate, tum ex eo quòd charis, id est, uobis tãtum loquor, intelligi potest. Neq; enim famæ iactatione & inanibus uulgi clamoribus excitamur. Sed si quis est fructus exterior, hic non aliam potest, nisi materiæ similem, sperare sententiã. Quocũq; igitur à uobis deiecti oculos, partim ignaua segnities, partim callidus liuor occurrit, ut cõtumeliam uidear diuinis tractatibus irrogare, qui talibus hominum monstris non agnoscenda hic potius, quàm proculcãda proiecerim. Idcirco stilum breuitate cõtraho, & ex intimis sumpta Philosophiæ disciplinis, nouorũ uerbo

rum ſignificationibus,uelo,ut hæc mihi tantum uobiſq́ue,ſi quando ad ea conuerti/
tis oculos,colloquantur. Cæteros uero ita ſubmouimus, ut qui capere intellectu ne
quiuerint, ad ea etiam legenda uideantur indigni. Sanè tantū à nobis quæri oportet,
quantū humanæ rationis intuitus ad diuinitatis ualet celſa cõſcendere. Nam cæteris
quoq; artibus idem, quaſi quidã finis, eſt conſtitutus, quouſq; poteſt uia rationis ac/
cedere. Neq; enim medicina ſemper ægris affert ſalutẽ. Sed nulla erit culpa medẽtis,
ſi nihil eorũ quæ fieri oportebat, omiſerit. Idem quoq; fit in cæteris. At quãtum hæc
difficilior quæſtio eſt, tam facilior debet eſſe ad ueniam. Vobis tamen etiam illud in/
ſpiciendum eſt, an ex beati Auguſtini ſcriptis ſemina rationũ, aliquos in nos uenien
tia fructus intulerint, ac de propoſita quæſtione, hinc ſumamus initium. Chriſtianæ
religionis reuerentiam plures uſurpant, ſed ea fides pollet maximè ac ſolitariè, quæ
tum propter uniuerſalium præcepta regularum, quibus eiuſdem religionis intelligi/
tur autoritas, tum propterea quod eius cultus per omnes penè mundi terminos ema
nauit, catholica uel uniuerſalis uocatus. Cuius hæc eſt de trinitatis unitate ſententia
pater, inquiunt, Deus, filius Deus, ſpiritusſanctus Deus. Igitur pater, filius, ſpiritus
ſanctus, unus Deus, nõ tres dij. Cuius cõiunctionis ratio eſt indifferentia, eos enim
differentia comitatur, qui uel augent, uel minuunt, ut Arriani. Qui gradibus merito
rum trinitatem uariantes diſtrahunt atq; in pluralitatem deducunt. Principium enim
pluralitatis, alteritas eſt, præter alteritatem enim nec pluralitas quid ſit intelligi po/
teſt. Trium namq; rerum in quolibet tum genere, tum ſpecie, tum numero, diuerſitas
conſtat. Quoties idem dicitur, toties diuerſum etiã prædicatur. Idem uero dicitur tri/
bus modis. Aut genere, ut idem homo quod equus, quia idem genus ut animal, aut
ſpecie, ut idem Cato quod Cicero, quia eadem ſpecies, ut homo, uel numero ut, Tul
lius & Cicero, quia unum eſt numero. Quare diuerſum etiam uel genere, uel ſpecie,
uel numero dicitur, ſed numero differentiã, accidentium uarietas facit, nam tres ho/
mines neq; genere, neq; ſpecie, ſed ſuis acidentibus diſtant. Nam uel ſi animo cuncta
ab his accidẽtia ſeparemus, tamẽ locus cunctis diuerſus eſt, quem unũ fingere nullo
modo poſſumus. Duo enim corpora unũ locũ non obtinebũt, qui eſt accidens, atq;
ideo ſunt numero plures, quoniã accidẽtibus plures fiunt. Age igitur ingrediamur,
& unumquodq; ut intelligi atq; capi poteſt, diſcutiamus. Nam ſicut optimè dictũ ui/
detur, eruditi eſt hominis, unumquodq; ut ipſum eſt, ita de eo fidem capere atq; tem/
ptare. Nam cum tres ſint ſpeculatiuæ partes, naturalis, in motu, in abſtracta. Cõſide/
rat enim corporum formas cum materia, quę à corporibus actu ſeparari nõ poſſunt.
Quæ corpora in motu ſunt, ut cum terra deorſum, ignis ſurſum fertur, habetq; motũ
forma materiæ coniuncta. Mathematica ſine motu, in abſtracta. Hæc enim formas
corporum ſpeculatur ſine materia, ac per hoc ſine motu. Quę formæ cum in materia
ſint, ab his ſeparari non poſſunt. Theologia ſine motu, abſtracta atque ſeparabilis.
Nam Dei ſubſtãtia & materia & motu caret. In naturalibus igitẽ rationaliter, in Ma
thematicis diſciplinaliter, in diuinis intellectualiter uerſari oportebit. Neq; deduci
ad imagines, ſed potius ipſam inſpicere formã, quæ uerè forma, neque imago eſt, &
quæ, eſſe ipſum, eſt, & ex qua eſſe eſt. Omne namq; eſſe, ex formã eſt. Statua enim nõ
ſecundum æs, quod eſt materia, ſed ſecũdum formam quæ in eo inſignita eſt, effigies
animalis dicitur, ipſumq; æs non ſecundum terram quæ eſt eius materia, ſed dicitur
ſecundũ æris figurã. Terra quoq; ipſa, non ſecundũ materiam dicitur, ſed ſecundum
ſiccitatẽ grauitatemq; quę ſunt formæ. Nihil igitur ſecundũ materiã eſſe dicitur, ſed
ſecundũ propriã formã. Sed diuina ſubſtantia ſine materia forma eſt, atq; ideo unũ,
& eſt id q̃ eſt, reliqua enim nõ ſunt id quod ſunt. Vnũquodq; enim habet eſſe ſuũ ex
his ex quibus eſt, id eſt, ex partibus ſuis, & eſt hoc atq; hoc, id eſt, partes ſuæ coniun/
ctæ, ſed non hoc uel hoc ſingulariter, ut cum homo terrenus cõſtet ex anima & cor/
pore, corpus & anima eſt, non, uel corpus, uel anima. Igitur in parte nõ eſt id q̃ eſt,
q̃ uero non eſt ex hoc atq; hoc, ſed tantũ eſt hoc. Illud uero eſt id q̃ eſt, pulcherrimũ
fortiſſimumq;

fortiſſimumq;, quia nullo nititur. Quocirca hoc uerè unũ, in quo nullus numerus,
nullum in eo aliud, præterq; id quod eſt, neq; enim ſubiectũ fieri poteſt, forma enim
eſt, formæ uero ſubiectæ eſſe non poſſunt. Nam quod cæteræ formæ, ſubiectæ acci/
dentibus ſint, ut humanitas, non ita accidentia ſuſcipit eo quo ipſa eſt, ſed eo quòd
materia ei ſubiecta eſt, dum enim materia ſubiecta humanitati ſuſcipit quodlibet
accidens, ipſa hoc ſuſcipere uideẽ humanitas, forma uero quæ eſt ſine materia, non
poterit eſſe ſubiectum, nec ineſſe materiæ. Neq; enim eſſet forma, ſed imago. Ex his
enim formis quę præter materiã ſunt, iſtę formæ uenerũt, quę ſunt in materia & cor/
pus efficiunt. Nam cæteris quę in corporibus ſunt, abutimur formas uocantes, dum
imagines ſint. Aſſimulantur enim formis his, quæ nõ ſunt in materia cõſtitutæ. Nul/
la igitur in eo diuerſitas, nulla ex diuerſitate pluralitas, nulla ex accidentibus multi
tudo, atq; idcirco nec numerus, Deus uero à Deo nullo differt, nec uel accidentibus,
uel ſubſtantialibus differentijs in ſubiecto poſitis diſtat, ubi uero nulla eſt differẽtia
nulla eſt omnino pluralitas. Quare nec numerus, igitur unitas tantũ. Nam cum ter/
tio repetitẽ Deus, cum pater & filius & ſpiritus ſanctus nũcupatur, tres unitates non
faciũt pluralitatẽ numeri in eo q̃ ipſæ ſunt. Si aduertamus ad res numerabiles, ac nõ
ad ipſum numerũ. Illic enim unitatum repetitio numerũ facit. Tres enim unitates ter
narium faciunt, quia ipſe numerus ex unitatibus collectus eſt. In eo autẽ numero qui
in rebus naturalibus cõſtat, repetitio unitatũ atq; pluralitas, minimè facit numerabi
lium rerum numeroſam diuerſitatem. Numerus enim duplex eſt: Vnus quidem quo
numeramus, alter uero qui in rebus numerabilibus cõſtat. Etenim unum res eſt uni/
tas quæ unũ dicimus. Duo rurſus in rebus ſunt, ut homines uel lapides dualia mihi,
ſed tum dualitas, qua duo homines uel lapides fiunt duo, & in cæteris eodem modo,
ergo in numero quo numeramus repetitio unitatũ facit pluralitatẽ, in rerũ uero nu/
mero non facit pluralitatẽ unitatũ repetitio, uelut ſi de eodem dicam. Gladius unus.
Mucro unus. Enſis unus, poteſt enim unus tot uocabulis gladius agnoſci. Hęc enim
unitatũ repetitio, iteratio potius eſt q̃ numeratio, uelut ſi ita dicamus, enſis, mucro,
gladius, repetitio quędã eſt eiuſdẽ, non numeratio diuerſorũ. Velut ſi dicam ſol, ſol,
ſol, non tres ſoles effecerim, ſed uno toties prædicauerim. Nõ igitur ſi de patre, filio
& ſpirituſancto, tertio prædicatur Deus, idcirco trina numeratio numerũ facit, hoc
enim illis, ut dictũ eſt imminet, qui inter eos diſtantiã faciũt meritorũ. Catholicis ue
ro nihil in differẽtia cõſtituentibus, ipſamq; formã ut eſt, eſſe ponentibus, neq; aliud
eſſe, q̃ eſt ipſum quod eſt, opinantibus. Repetitio rectè de eodem, q̃ enumeratio di
uerſa uideẽ, cum dicit Deus pater, Deus, filius Deus ſpiritus ſanctus. Atq; hæc trini
tas eſt unus Deus, uelut enſis atque mucro unus gladius, uelut ſol, ſol, ſol, unus ſol.
Sed hic interim ad eam dictum ſit ſignificationem monſtrationemq;, qua oſtenditur
non omnem unitatũ repetitionem, numerum pluralitatemq; perficere. Non uero ita
dicitur, pater, & filius, & ſpiritusſanctus, quaſi multiuocum quiddã. Nam mucro &
enſis & ipſe eſt, & idem. Pater uero ac filius & ſpiritusſanctus idem quidem eſt, non
uero ipſe, in qua re pauliſper conſiderandũ eſt, requirentibus enim ipſe eſt pater qui
filius, minimè inquiunt. Rurſus idem alter qui alter negatur, non eſt igitur inter eos
in re omni indifferentia. Qua ſubintrat quem numerus ex ſubiectorũ diuerſitate con
ficiſuperius explanatum eſt. De qua re breuiter conſiderabimus, ſi prius illud quem
admodum de Deo unumquodq; prędicattur, præmiſerimus. Decem omnino prædi/
menta traduntur, quæ de rebus omnibus uniuerſaliter prædicatur, id eſt, ſubſtantia,
qualitas, quãtitas, ad aliquid, ubi quando, habere, ſitum, facere, pati. Hæc igitur talia
ſint, qualia ſubiecta permiſerint. Nam pars eorum in reliquarum rerum prædicatio
ne ſubſtantia eſt, pars in accidentium numero eſt. Ad hęc cum quis in diuinam uerte
rit prędicationem, cuncta mutãtur quæ prędicari poſſunt, aliquid uero omnino non
poteſt prædicari. Nam ſubſtantia in illo non eſt uerè ſubſtantia, ſed ultra ſubſtanti/
am. Item qualitas, & cætera quæ euenire queunt quorum ut amplior fiat intellectus,

exempla ſubdẽda ſunt. Nam cum dicimus Deus, ſubſtantiã quidem ſignificare uidemur, ſed eam quæ ſit ultra ſubſtãtiam. Cum uero iuſtus, qualitatem quidem ſed non accidentem, ſed eam quæ ſit ſubſtantia. Sed ultra ſubſtantiam. Neq; enim aliud eſt q̃ eſt, aliud eſt quod iuſtus eſt, ſed idem eſt eſſe Deo, quod iuſtus. Item cum dicitur magnus, uel maximus, quãtitatem quidẽ ſignificare uidemur, ſed eam quæ ſit ipſa ſubſtãtia talis, qualem eſſe diximus ultra ſubſtantiam. Idem eſt enim eſſe Deo, quo magnus, de forma enim eius ſuperius demõſtratum eſt, quoniã is ſit forma & unũ uerè nec ultra pluralitas. Sed hæc prædicamẽta talia ſunt, ut in quo ſint, ipſum eſſe fáciãt q̃ dicitur, diuiſè quidem in cæteris, in Deo cõiunctè atq; copulatè, hoc modo. Nam cum dicimus ſubſtãtia, ut homo uel Deus, ita dicitur quaſi illud de quo prædicatur, ipſum ſit ſubſtantia, ut ſubſtãtia homo uel Deus. Sed diſtat. Quoniã homo nõ integrè ipſum homo eſt, ac per hoc nec ſubſtãtia. Quod enim eſt, alijs debet, quæ non ſunt homo. Deus uero hoc ipſum q̃ eſt, Deus eſt. Nec enim aliud eſt, niſi quod eſt, ac per hoc ipſum, Deus eſt. Rurſus iuſtus quod eſt qualitas, ita dicit quaſi ipſe hoc ſit de quo prædicaẽ, id eſt, ſi dicamus homo iuſtus, uel Deus iuſtus, ipſum hominem uel Deũ iuſtũ eſſe proponimus, ſed differunt quod homo alter, alter eſt iuſtus, Deus uero eſt idem ipſum quod iuſtum. Magnus etiã homo uel Deus dicitur, atq; ita qua ipſe ſit homo magnus, uel Deus magnus. Sed homo tantum magnus, Deus uero ipſum magnũ exiſtit, reliqua uero neq; de Deo, neq; de cæteris prædicãtur. Nam ubi uel de Deo, uel de homine prędicare poteſt. De homine, ut in foro, de Deo, ut ubiq;. Sed ita ut non quaſi ipſa ſit res id quod prædicatur, de qua dicitur. Non enim ita homo dicitur eſſe in foro, quemadmodũ eſſe albus, uel longus, nec quaſi circũfuſus, & determinatus proprietate aliqua qua deſignare ſe poſſit, ſed tantũ quod ſit illud alijs informatũ rebus per hanc prædicationẽ oſtẽditur, de Deò uero non ita. Nam quod ubiq; eſt, ita dici uidetur, nõ q̃ in omni ſit loco. Omnino enim in loco eſſe nõ poteſt, ſed quod ei omnis locus adſit ad eum capiendum, cum ipſe non ſuſcipiatur in loco. Atq; ideo nuſquã in loco eſſe dicitur, quoniã ubiq; eſt, ſed non in loco. Quando uero eodẽ prædicaẽ modo, ut de homine, heri uenit, de Deo uero ſemper eſt, hoc quoq; non quaſi eſſe aliquid dicitur illud ipſum, de quo heſternus dicit aduentus. ſed quod ei ſecundũ tempus acceſſit prædicatur. Quod uero de Deo dicitur, ſemper eſt, unum quidẽ ſignificat, quaſi omni præterito fuerit, omni quoquo modo ſit præſenti, omni futuro erit, quod de cœlo & de cæteris immortalibus corporibus ſecundum Philoſophos dici poteſt. At de Deo non ita. Semper enim eſt, quoniã ſemper præſens eſt in eo tempus. Tãtumq; inter noſtratũ rerum præſens, quod eſt nunc intereſt, ac diuinarum, quod noſtrum nunc quaſi currẽs tẽpus, facit ſempiternitatẽ. Diuinum uero nunc, permanens neq; mouens ſeſe, atq; cõſiſtens, æternitatẽ facit. Cui nomini ſi adiícias ſemper, facies eì quod eſt, nũc iugem indefeſſumq; ac per hoc perpetuum curſum, quod eſt ſempiternitas. Rurſus habere uel facere eodem modo. Dicimus enim currit, ueſtitus, de homine, de Deo cũcta poſſidẽs, regit. Rurſus nihil de eo quòd eſt eſſe de utriſq; dictum eſt. Sed hęc omnis prędicatio exterioribus datur, omniaq; hic quodãmodo referunt ad aliud. Cuius p̃dicationis differentiã ſic facilius internoſcimus, q̃ homo eſt, uel Deus, referẽ ad ſubſtantiã qua eſt aliquid, id eſt, homo uel Deus. Qui iuſtus, referẽ ad qualitatẽ, qua, ſcilicet, eſt aliquid, id eſt, iuſtus. Qui magnus, ad quantitatem, qua eſt aliquid, id eſt, magnus. Nã in cęteris p̃dicationibus nihil tale eſt. Qui enim dicit eſſe aliquẽ in foro, uel ubiq;, refer quidẽ ad prædicamentũ quod eſt ubi, ſed nõ in quo aliquid eſt, uelut iuſtitia iuſtus. Item cum dico currit, uel regit, uel nunc eſt, uel ſemper eſt, refertur quidem uel ad facere, uel ad tempus. Si tamẽ interim diuinum illud ſemper tempus dici poteſt. Sed non in quo aliquo aliquid eſt ue uelut magnitudine magnum. Nam ſitum paſſionemq; requiri non oportet in Deo. Neq; enim ſunt, iam ne patet quæ ſit differentia prędicationum? & patet quod aliæ quidem

quidẽ quaſi rem mõſtrent. Aliæ uero quaſi circumſtantias rei. Quodq; illa quidem ita predicantur ut eſſe aliquid rem oſtendant. Illa uero ut non eſſe, ſed potius extrinſecus aliquid quodãmodo affigant. Illa igitur quę aliquid eſſe deſignãt, ſecundũ rem prædicationes uocentur, quæ cum de rebus ſubiectis dicũtur, uocant accidentia ſecundum rem. Cum uero de Deo, qui ſubiectus non eſt, ſecundũ ſubſtantiam rei prædicatio nuncupatur. Age nunc de relatiuis ſpeculemur, pro quibus etiam quod dictũ eſt ſumpſimus ad diſputationẽ. Maximè enim hæc non uidentur ſecundũ ſe facere prædicationem, quæ perſpicuè ex alieno aduentu conſtare perſpiciũtur. Age enim quoniã dominus & ſeruus relatiua ſunt, uideamus utrũ ne ita ſit, ut ſecundũ ſe ſit prędicatio, an minimè. Atq; ſi auferas ſeruum, abſtuleris quoq; dominum. At nõ etiam ſi auferas albedinem, abſtuleris quoq; album. Sed intereſt quod albedo accidit albo, qua ſublata perit nimirum album. At in dominõ, ſi ſeruum auferas, perit uocabulum quo dominus uocabatur. Sed non accedit ſeruus domino, ut albedo albo, ſed poteſtas quædam qua ſeruus coërcetur. Quæ quoniam ſublato deperit ſeruo, cõſtat non eam per ſe domino accidere, ſed per ſeruorum quodãmodo extrinſecum acceſſum. Non igitur dici poteſt, per prædicationem relatiuã quicquã rei de qua dicitur, ſecundum ſe addere, uel minuere, uel mutare, quæ tota non in eo quòd eſt eſſe conſiſtit, ſed in eo quòd eſt in comparatione aliquo modo ſe habere. Nec ſemper ad aliud, ſed aliquoties ad idem. Age enim ſtet quiſquam, igitur ſi accedam dexter, ero ei ſiniſter. Ille ad me comparatus, erit dexter, nõ quod ita ſit per ſe dexter, uelut longus, aut albus, ſed q̃ ego dexter acceſſerim. Rurſus ego ſiniſter accedo, idẽ erit ille dexter, nõ q̃ ille ſit per ſe dexter, uelut albus ac longus, ſed quod me accedente ſit dexter, atq; id q̃ eſt à me, & ex me eſt, minimè uero ex ſe. Quare quoniã ſecũdum rei alicuius quæ in eo quod ipſa eſt, proprietatem non faciunt prædicationem, nihil alternare, uel mutare queunt, nullamq; omnino eſſentiã uariare. Quocirca ſi pater ac filius ad aliquid dicuntur, nihilq; aliud ut dictum eſt, differt niſi ſola relatione. Relatio uero non prędicatur ad id de quo prædicatur quaſi ipſa ſit, & ſecundum rem de qua dicitur, non faciet alteritatem rei, de qua dicitur. Sed ſi dici poteſt, quo quidem modo id quod eſt intelligi potuit, interpretatum eſt perſonarum. Omnino enim magna regulæ eſt ueritas, in rebus incorporalibus, diſtãtias effici differentijs, non locis, neque acceſſiſſe dici poteſt aliquid Deo, ut pater fieret, nõ enim cœpit eſſe unquã pater, eo quòd ſubſtantialis quidẽ ei eſt productio filij. Relatiua uero prædicatio patris, ſi memínimus omnium in prioribus de Deo ſententiarum, ita cogitemus proceſſiſſe quidẽ ex Deo patre filiũ, dictũ, & utriſque ſpiritũ ſanctum, hos quoniam incorporales ſint, minimè, locis diſtare, quoniã uero pater Deus, & filius Deus, & ſpiritus ſanctus Deus. Deus uero quoniam nullas habet differentias, quibus differat à Deo, à nullo eorum differt. Differentiæ uero ubi abſunt, abeſt pluralitas, ubi abeſt pluralitas, adeſt unitas. Nihil autem aliud gigni potuit ex Deo, niſi Deus, & in rebus numerabilibus repetitio unitatum non facit modis omnibus pluralitatem. Trium igitur idoneè conſtituta eſt unitas. Sed quoniã nulla relatio ad ſeipſum referri poteſt, idcirco quod ea ſecundũ ſeipſum eſt prædicatio, quæ relatione caret. Facta quidẽ eſt trinitatis numeroſitas, in eo quod eſt prædicatio relationis, ſed ſeruata eſt ſubſtantiæ unitas, in eo q̃ eſt in differentia, uel ſubſtantię, uel operationis, uel omnino eius quę ſecundũ ſe dicitur prædicationis. Ita igitur ſubſtantia cõtinet unitatẽ, relatio multiplicat trinitatẽ, atq; ideo ſola ſigillatim proferuntur, atq; ſeparatim, quę relationis ſunt. Nam idẽ pater qui filius non eſt, nec idem uterq; qui ſpiritus ſanctus, idẽ tamẽ Deus eſt, & pater, & filius, et ſpiritus ſanctus, idẽ iuſtus, idẽ bonus, idem magnus, idẽ omnia quę ſecundũ ſe poterũt prædicari. Sanè ſciendũ eſt nõ ſemper talẽ eſſe relatiuã prædicationẽ, ut ſemp ad differens, prędiceẽ, ut eſt ſeruus ad dominũ, differt enim. Nã omne æquale, æquali æquale eſt, & ſimile, ſimili ſimile eſt, & idem, ei q̃ eſt idem, idem eſt, ſimilis

est in trinitate relatio patris ad filiū, & utriusq; ad spiritū sanctū, ut eius quod est idē, ad id q; est idē. Quod si in cunctis alijs rebus nō potest inueniri, facit hoc cognata ducis rebus alteritas, nos uero nulla imaginatione deduci, sed simplici intellectu ergi, & ut quodq; intelligi potest, ita aggredi etiā intellectu oportet. Sed de proposita quæstione satis dictum est. Nunc uestri normā iudicij expectat subtilitas quæstionis, quæ utrū rectè diuersa sit an minimè, uestra statuat pronūciationis autoritas. Quod si sententiæ fidei fundamētis, sponte firmissimis opitulante gratia Diuina, idonea argumentorum adiumēta præstitimus, illic perfecti operis lętitia remeabit unde uenit affectus. Quod si ultra se humanitas nequiuit ascendere, quantū imbecillitas subtraxit uota, supplebunt.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, AD IOANNEM ECCLESIAE ROMANAE DIACONVM, VTRVM PATER ET filius ac spiritussanctus de Diuinitate substantialiter prædicentur.

VAERO an pater & filius ac spiritussanctus de Diuinitate substātialiter prædicentur an alio quoquam modo, uiam indaginis hinc arbitror esse sumendā, unde rerum omnium manifestū constat exordiū, id est, ab ipsis catholiocę fidei fundamētis. Si igitur interrogem, an qui dicitur pater substantia sit, respondetur esse substantia. Quod si quæram, an filius substantia sit idem dicitur. Spiritū sanctum quoq; substantiam esse, nemo dubitauerit. Sed cum rursus colligo, patrem, filium, spiritum sanctū, non plures, sed una, occurrit esse, una igitur substantia triū necseparari ullo modo, aut disiungi potest, nec uelut partibus in unū cōiuncta est, sed est una simpliciter. Quæcūq; igitur de diuina substātia prædicanē, ea tribus oportet esse cōmunia, idq; erit signi, quæ sint quæ de diuinitatis substātia prædicentē. Quod quæcumq; hoc modo dicuntur de singulis, in unum collectis tribus singulariter prædicabūtur hoc modo. Si dicimus pater Deus est, filius Deus est, spiritussanctus Deus est, pater, filius ac spiritus sanctus unus Deus. Si igitur eorū una deitas, una substantia est, licet Dei nomē de diuinitate substātialiter prædicari. Ita pater ueritas est, filius ueritas est, spiritus san. ueritas est, pater, filius, spiritussanctus, nō tres ueritates, sed una ueritas est. Si igitē una in his substātia, una est ueritas, necesse est ueritatē substātialiter prædicari de bonitate, de incōmutabilitate, de iustitia, de omnipotētia, ac de cæteris omnibus quæ tam de singulis, q̄ de omnibus singulariter prædicamus, manifestū est substātialiter dici. Vnde apparet ea quęcūq; in singulis separatim dici cōuenit, nec tamē in omnibus dici queūt, non substātialiter p̄dicari, sed alio modo. Qui uero iste sit, posterius quærā. Nam qui pater est, hoc uocabulū non trāsmittit ad filiū, nec; ad spiritū sanctū. Quo fit ut nō sit substātiale nomē hoc inditū. Nam si substantiale est, ut Deus, ut ueritas, ut iustitia, ut ipsa quoq; substātia, de cæteris diceretē. Itē filius solus hoc recipit nomē. Nec; enim cū alijs iungitur, sicut in Deo, sicut in ueritate, sicut in cæteris superius dixi, spiritus quoq; sanctus nō est idem qui pater ac filius. Ex his igitur intelligamus patrem, filiū ac spiritumsanctū, non de ipsa diuinitate substantialiter dici, sed alio quodāmodo. Si enim substātialiter prædicaretē, & de singulis, & de omnibus singulariter diceretur. Hæc uero ad aliquid dici manifestum est, nam & pater alicuius pater est, & filius alicuius filius est, & spiritus alicuius spiritus. Quo fit ut nec trinitas substātialiter de Deo prędicetur, nō enim pater trinitas, qui enim pater est, filius ac spiritussanctus nō est, nec trinitas filius, nec trinitas spiritussanctus secundū eūdem modū. Sed trinitas quidē in personarū pluralitate cōsistit, unitas uero in substantiæ simplicitate. Quod si personæ diuisæ sunt, substantia uero indiuisa sit, necesse est

est uocabulum quod ex personis originem capit, id ad substantiam nō pertinere, ad trinitatē personarum diuersitas facit, trinitas igitur non pertinet ad substantiā. Quo fit, ut ne que pater, nec; filius, nec; spiritussanctus, nec trinitas, de Deo substantialiter prædicētur. Sed ut dictū est ad aliquid. Deus uero ueritas, iustitia, bonitas, omnipotentia, substantia, immutabilitas, uirtus, sapientia, & quicquid huiusmodi excogitari potest, substantialiter de Diuinitate dicitur. Hæc si rectè se ex fide habent, ut me instruas peto. Aut si aliqua re fortè diuersus es, diligentius intuere, quæ dicta sunt, & fidem si poteris rationem; coniungē.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, AN OMNE QVOD EST BONVM SIT.

POSTVLAS ut ex Hebdomadibus nostris eius quæstionis obscuritatem quæ continet modū, quo substantiæ in eo q̄ sint, bonę sint, cum non sint substātialia bona, digeram & paulò euidentius monstrem. Idq; eò dicis esse faciendū, q̄ non sit omnibus notum iter huiusmodi scriptionū. Tuus uero testis ipse sum, q̄ hæc uiuaciter fueris ante cōplexus. Hebdomadas uero ego ipse mihi cōmentor, potiusq; ad memoriā meam speculata conseruo, q̄ cuiquā participo, quorū lasciuia ac petulantia nihil à ioco risuq; patitur esse disiunctum. Prohinc tu nescis obscuritatibus breuitatis aduersus, quæ cum sint arcani fida custodia, tamē id habent cōmodi, q̄ cum his solis qui digni sunt, colloquūtur. Vt igitur in Mathematica fieri solet ceteris q̄ etiam disciplinis, proposui terminos regulas q̄ quibus cuncta quæ sequunē efficiam. Communis animi conceptio est enunciatio quisq; quam probat auditā. Harū duplex modus est. Nam una ita cōmunis est ut omnium hominū sit, ueluti si proponā hanc: Si duobus æqualibus æqualia auferas, quę relinquant, æqualia esse, nullus id intelligēs neget. Alia uero est doctorū tantum, quę tamen ex talibus cōmunibus animi conceptionibus uenit, ut est. Quę incorporalia sunt, in loco nō esse, & cętera, quæ tamen non uulgus, sed docti comprobant, ij. Diuersum est esse, & id q̄ est. Ipsum enim esse nondū est. At uero q̄ est, accepta essendi forma est, atq; cōsistit, iij. Quod est, participare aliquo potest. Sed ipsum esse, nullo modo aliquo participat. Fit enim participatio cū aliquid iam est. Est aūt aliquid, cum esse susceperit, iij. Id q̄ est, habere aliquid præterquā quod ipsum est, potest, ipsum uero esse nihil aliud præter se, habet admixtum, v. Diuersum est autem esse aliquid, & esse aliquid in eo quòd est, illic enim accidens, hic substantia significatur, vi. Omne quod est, participat eo quòd est esse, ut sit, alio uero participat, ut aliquid sit. At per hoc id quod est, participat eo quòd est esse, ut sit. Est uero ut particeps alio quolibet, omne simplex esse suum, & id q̄ est, unum habet, viij. Omni cōposito aliud est esse, aliud ipsum est, omne simplex esse suum, & id quod est, unum habet, viij. Omnis diuersitas est discors, similitudo uero quædam appetenda est. Et quod appetit aliud, tale ipsum esse naturaliter ostenditur, quale est illud ipsum, quod appetit. Sufficiunt igitur quæ præmisimus, à prudente uero rationis interprete, suis unumquodque aptabitur argumentis. Quæstio uero huiusmodi est, ea quæ sunt, bona sunt. Tenet enim cōmunis sententia doctorum, omne quod est, ad bonum tendere. Omne autē tendit ad simile, quę igitur ad bonū tendūt, bona ipsa sunt. Sed quemadmodum bona sunt inquirēdum est, utrum ne participatione, an substantia. Si participatione, per seipsa nullo modo bona sunt. Nam quod participatione album est, per se in eo quòd ipsum est, album non est, & de ceteris qualitatibus, eodem modo. Si igitur participatione sunt bona, ipsa per se nullo modo bona sunt, non igitur ad bona tendunt. Sed concessum est, non igitur participatione

sunt

sunt bona, sed substātia. Quorū uero substantia bona est, id quod sunt, bona sunt. Id autem quod sunt, habent ex eo quòd est esse. Esse igitur ipsorum bonorum est, omnium igitur rerum ipsum esse, bonum est. Sed si esse bonum est, ea quæ sunt in eo quòd sunt, bona sunt, idemq; illud est esse, quod bonum esse. Substantialia igitur bona sunt, quoniam non participāt bonitate. Quod si ipsum esse in eis bonū est, nō est dubiū quinetiam substantialia, cum sint bona, primo sint bono similia, ac per hoc ipsum bona erunt, nihil enim illi præter seipsum simile est, ex quo fit, ut omnia quæ sunt, Deus sint, quod dictu nefas est. Non sunt igitur substantialia bona, ac per hoc non in his est esse bonum. Non sunt igitur in eo quòd sunt bona. Sed neque participant bonitate, nullo enim modo ad bonum tenderēt, nullo igitur modo sunt bona. Huic quæstioni talis poterit adhiberi solutio, multa sunt quę cum separari actu non possint, animo tamen & cogitatione separantur. Vt cū triangulum, uel cætera subiecta materiæ nullus actus separat, mente tamen segregās ipsum, triangulum proprietatemq; eius præter materiā speculatur. Amoueamus igitur primi boni præsentiam paulisper ex animo, quod esse quidem cōtingit, idq; omniū doctorū indoctorumq; sententia Barbararū quoq; gentiū religionibus cognosci potest. Hoc igit paulisper amoto, ponamus omnia esse quę sunt, bona, atq; ea consideremus quemadmodū bona esse possent, si à primo bono minimè defluxissent. Hinc intueor aliud in eis esse quod bona sunt, aliud quod sunt. Ponatur enim una eademq; substātia bona esse, alba, grauis, rotunda, tunc aliud esset ipsa illa substātia, aliud eius rotunditas, aliud color, aliud bonitas. Nam si hæc singula idem essent quod ipsa substātia, idem esset grauitas, quod color, quod bonū, & bonū quod grauitas, q; fieri natura nō sinit. Aliud igitur tunc in eis esset esse, aliud aliquid esse, ac tunc bona quidem essent, esse tamen ipsum minimè haberent bonum. Igitur si nullo modo essent, non à bono, ac bona essent, ac non idem essent quod bona, sed eis aliud est esse, aliud bona esse. Quod si nihil omnino aliud essent nisi bona, neq; grauia, neq; colorata, neq; spatij dimēsione distēta, nec nulla in eis qualitas esset, nisi tantum bona essent, tunc non res sed rerum uiderentur esse principium, nec potius uiderentur, sed uideretur. Vnum enim solumq; est huiusmodi quod tamen est bonū, nihil aliudq; sit. Quæ quoniā nō sunt simplicia, nec esse omnino poterāt, nisi ea id quod solum bonū est, esse uoluisset. Idcirco quoniam esse eorum à boni uoluntate defluxit, bona esse dicuntur, primum enim bonum, quoniā est, eo quòd est, bonum est, secundū uero bonū, quoniā ex eo fluxit, cuius ipsum esse bonū est, ipsum quoq; bonū est, sed ipsum esse omniū rerū ex eo fluxit quod est primū bonū, & q; bonum tale est, ut rectè dicatur in eo quod est esse bonū. Ipsum igitur esse eorū bonum est. Tunc enim in eo quod essent, nō essent bona, si à primo bono minimè defluxissent. Qua in re soluta quæstio est, idcirco enim licet in eo quod sint, bona sint, non sunt tamen similia primo bono. Quoniā nō quoquomodo sint res, ipsum esse earū bonum est. Sed quoniā non potest esse, ut ipsum esse rerū non à primo esse defluxerit, id est, à bono, idcirco ipsum esse bonum est, nec simile ei à quo est. Illud enim quoquo modo sit, bonum est, in eo quod est, non enim aliud est præter q; quod bonū est, hoc autem, non ab illo nisi esset bonū, fortasse esse posset. Sed bonū in eo q; est, esse non posset. Tunc enim participaret forsitan bono, ipsum uero esse q; nō haberent à bono, bonū habere non possent, igitur sublato ab his primo bono mente & cogitatione, ista licet essent bona, tamen in eo q; essent, bona esse non possent. Et quoniam actu non potuere existere, nisi illud ea quòd uere bonum est, produxisset, idcirco & esse eorum bonum est, & non est simile substantiali bono id quod ab eo fluxit, & nisi ab eo fluxissent, licet essent bona, tamen in eo quòd sunt, bona esse non possent, quoniam, & præter bonum, & non ex bono essent, cum illud ipsum bonum primum est & ipsum esse sit, & ipsum bonum, & ipsum esse bonum. At nō etiā alba in eo quòd sunt alba, esse oportebit ea quæ alba sunt, quoniam ex uoluntate Dei fluxerunt ut essent alba minimè. Aliud est enim esse & aliud alba esse,

esse, hæc ideo quoniā qui ea ut essent effecit, bonus quidē est, minimè uero albus, uoluntatem igitur boni comitata sunt, ut essent bona, in eo quòd sunt. Voluntatem uero albi non sunt comitata ut talis eius esset proprietas, ut esset album, in eo quòd est, neq; enim ex albi uoluntate defluxerunt. Itaq; quia uoluit esse ea alba, qui erat nō albus, sunt alba tantū. Quia uero uoluit esse ea bona, qui bonus erat, sunt bona in eo quòd sunt. Secundum hanc igitur rationem, cuncta oportet esse iusta, quoniam ipse iustus est, quia ea esse uoluit, ne hæc quidem, nam bonū esse, ad essentiā, iustum uero esse, ad actum respicit. Idem autem est in eo esse, quòd agere, idem igitur est bonum esse quod iustum, nobis uero non est idem esse quod agere. Non enim simplices sumus, non est igitur nobis idem bonos esse, quod iustos, sed idem est nobis omnibus, in eo quòd sumus, bona igitur omnia sunt, non etiam iusta. Amplius bonum quidem generale est, iustū uero non speciale, nec species descēdit in omnia. Idcirco alia quidem iusta, alia non, omnia uero bona.

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, DE VNITATE ET VNO.

NITAS est qua unaquæq; res dicitur esse una, siue enim sit simplex, siue composita, siue spiritualis, siue corporea res unitate una est, nec potest esse una nisi unitate, sicut alba nisi albedine, nec quanta nisi quantitate. Non solum autem unitate una est, sed etiam tamdiu est quicquid id quod est, quādiu in se unitas est. Cū autem desinit esse unū, desinit esse, id quod est, unde est hoc. Quicquid est, ideo est q; unū est, quod sic ostenditur. Omne enim esse ex forma est in rebus creatis, sed nullū esse ex forma est, nisi cum forma materiæ unita est. Esse enim non est nisi ex coniunctione formæ cū materia. Vnde Philosophi dicunt illud describētes. Esse est existentia formæ in materia. Cum autem forma materiæ unitur, ex cōiunctione utriusq; necessario aliquid unum cōstituitur. In qua cōstitutione illud unum non permanet, nisi quandiu unitas formā cum materia tenet. Sed destructio rei nō est aliud q; separatio formę à materia, sed separatio & unitio cōtraria sunt, igitur separatione si res destruitur, profecto in suo esse nō nisi unitate cōseruatur. Vnitio autē nō fit nisi ab unitate qua est, ab unitione q; erat unū, dissoluit. Soluta aūt unione, destruitur essentia eius, quod ex earū unitione prouenerat, & fit nō unum. Quapropter sicut unitate res ad esse ducitur, sic & in illo esse custoditur. Vnū esse, & unū inseparabiliter comitātur se, & uidentur simul natura, quia enim creator unus est, ideo rebus quas cōdidit hoc in munere dedit, ut unaquæque esset etiā una. Ac per hoc ex quo res habet esse, una est, ideo motus substantiarū est ad unū, & propter unū, & nihil eorū quæ sunt appetit esse, sed omnia sicut appetūt. Habere aūt esse nō possunt nisi unū, ideo omnia ad unū tendūt. Vnitas enim est quæ unit omnia, & tenet omnia diffusa in omnibus quæ sunt. Quapropter quia materia nō habet esse nisi per unionē sui cum forma. Forma autem non tenet unitatem cum materia, nisi unitas sit, ideo materia eget unitate ad uniendum se, & de natura sua habet multiplicari, diuidi, & spargi. Vnitas uero retinet, unit & colligit, ac per hęc ne materia diuidatur, & spargat, necesse est ut ab unitate retineatur. Quicquid autem per se non unitur, per se utiq; spargitur, quia omnis quæ facit aliquam rem contrariā agenti, facit cōtrariam factæ rei. Cōtrariorum enim contrarij sunt effectus, quia unitas facit unum, profecto materia facit diuisionem, ac per hoc unitas per se retinet materiam. Sed quicquid per se retinet, non potest facere separationē. Forma ergo existēs in materia est quę perficit & custodit essentiam cuiuslibet rei. Vnitas est descendens à prima unitate quę creauit eam. Prima enim & una

una unitas, quæ est unitas sibiipsi, creauit aliam unitatẽ quæ est infra eam. Sed quia, omne creatum diuersum est à quo creatum, profectò creata unitas à creante omnino diuersa esse debuit, & quasi oppoſita. Sed quia creatrix unitas nõ habet principium neq; finem, nec permutationem, nec diuersitatem. Ideo creatæ unitati accidit multiplicitas, diuersitas, & mutabilitas, ita ut in quadam materia sit habens principium ut in generatis, & finem, in quodam uero ut in creatis principiũ & finem, quia in quibusdam subiacet permutationi & corruptioni. In quibusdam enim materia est subtilis, simplex, remota à contrarietate, & separatione, perficitur autem ei unitas, & unitur cum ea sicut hæc & illa. Sicut non diuisibile in actu, sicut in cœlestibus corporibus, in quibusdã unitas à materia inseparabilis est, & ideo carẽt fine, quia perpetua sunt. In quibus uero materia fuerit spissa, debilis non adequatur eis unitas, sed debilitatur in uniendo eorum essentiam, & ob hoc dissoluitur essentia eorum, quia non retinetur ab unitate sicut in generatis quæ habent principium & finem. Quãto enim unaquæq; unitas propinquior fuerit primæ & ueræ unitati, tanto materia formata per illam erit magis una, & simplex, & è conuerso, quanto remotior fuerit à prima unitate tãto erit multiplicior, & compoſitior, & ob hoc unitas quæ duxit ad esse materiam intelligẽtiæ est magis una, & simplex, & non multiplex. nec diuisibilis essentialiter, sed si diuisibilis est, hoc siquidem accidentaliter est, & ideo hæc unitas simplicior, & magis una est omnibus unitatibus quæ ducunt ad esse cæteras substantias, eo quòd immediatè adhęret primę unitati quæ creauit eam. Sed quia unitas subsistens in materia intelligentiæ, est unitas simplicitatis, ideo necessario unitas subsistens in materia animę, quia infrà eam est, crescit & multiplicatur, & accidit ei mutatio & diuersitas, & sic paulatim descendendo à superiori per unũ gradũ materiæ inferior unitas augetur, & multiplicatur quousq; peruenietur ad materiã quæ sustinet quantitatem, scilicet, substantiam huius, quæ quia à prima unitate remotissima est, & propter spissitudinem crassitudine sua oppoſita substãtię superiori quæ est subtilis & simplex, quoniam illa est subiectũ principij & initij unitatis. Finis uero multum distat à principio, quoniam finis non est dictus nisi defectus uirtutis principij & terminus, unde secundum descẽsum unitatis à superiore ad inferius fit degeneratio, sitię simplicitatis et mirationis suæ uirtutis ad similitudinem aquæ quæ in ortu suo subtilis & clara nascitur, sed paulatim deorsum fluens in paludibus & stagnis inspissatur & obscuratur, sic paulatim uariatur unitas propter uarietatem materiæ quæ sustinet eam, nam quia aliquid est materiæ, spirituale, & aliquid corporale, est aliquid eius purum & lucidũ, & aliquid eius spissum & obscurum, & hoc propter quantitatem, eius partes in aliquibus sunt rariores ut in aëre. In aliquibus uero strictiores, ut in lapide. Ideo unaquæq; res materiæ secundum gradum suæ elongationis, à prima unitatis origine recipit unitatem, quæ dignior est ex sua aptitudine, inde est quod uidemus partes ignis nimis unitas, simplices, & æquales adeo, quod forma eius uidetur una nõ habens in se diuersitatem. Partes uero aëris & aquæ inuenimus magis diuersificatas & separatas, adeò quod partes eorum & unitates discerni possunt. In duris autem corporibus & spissis unitatis iam maior diuersitas & obscuritas est. Quia igitur materia in supremis formata est intelligentiæ forma, & forma rationalis animæ, deinde postea forma animæ sensibilis, deinde forma animæ uegetabilis, deinde forma naturæ, ad ultimum autem finis est forma corporis, hic non accidit ex diuersitate uirtutis agẽtis, sed ex aptitudine materiæ susciꝑientis. Forma enim est quasi lumen, eo q̃ sicut per lumen res uidẽt, sic per formã cognitio & scientia rei habetur, nõ per materiã, sed hoc lumen in quibusdam est clarius, in quibusdã obscurius prout materia cui infunditur forma est clarior & obscurior. Quo enim materia fuerit sublimior, fit subtilior, & penetrat̃ tota à lumine, & ideo substãtia ipsa sapiẽtior & pfectior, sicut intelligẽtia & rationalis anima. Et è conuerso quo materia fuerit inferior, fit spissior, & obscurior, & nõ ita penetrat̃ à lumine, quo materia magis descẽdit, sicut iã supradictũ est

constringitur,

constringitur, & spissatur & corpulentatur, & partes eius mediꝫ prohibẽt ultimas perfectè penetrari à lumine. Non enim est possibile ut tantũ luminis penetret secundam, quantũ primam, nec ad tertiam tãtum luminis perueniat quantũ ad mediam, & sic paulatim donec peruenietur usq; ad partem materiæ infimã. Quæ quia remotissima est à fonte luminis, lumen debilitatur in illa, nec tamen hoc, sicut dictũ est, propter lumen in se, sed propter multã debilitatem & obscuritatẽ materiæ in se. Quẽadmodum lumen solis cum admiscetur tenebroso aëri, nõ est illius uirtutis cuius est admiſtũ claro aëri, uel quemadmodũ pãnus albus tenuissimus cum induitur à corpore nigro ocultatur candor eius propter abundantiã nigredinis. Vel quemadmodum stres uel plures feneſtrę uitreæ una post aliam rectè contra radiũ solis disponantur in ordine, cõstat siquidem quod secunda minus recipit luminis q̃ prima, & tertia minus qu'am secunda. Et sic usq; ad ultimã fit defectus luminis nõ propter lumẽ in se, sed propter elongationem feneſtræ uitreę à lumine, ita ut lumẽ formæ unitatis quod infusum est materię descendendo fiat debile & obscurũ, ita primũ eius multũ discrepet à medio, & mediũ ab ultimo, & propter hanc diuersitatẽ formæ unitatis, nõ uno modo, sed pluribus, dicit̃ aliquid ab unitate unũ. Vnũ enim aliud est essentiæ simplicitate unũ, ut Deus. Aliud simplicium cognitione unũ, ut angelus & anima, quorũ unumquodq; est unũ cõiunctione materiæ & formæ. Aliud est cõtinuitate unum, ut arbor & petra. Aliud est compoſitione unum, ut ex multis tabulis una arca, uel ex multis parietibus una domus. Alia dicuntur unum aggregatione, ut populus, grex, cõgeries lapidũ, uel aceruus tritici. Alia dicũtur præpoſitione unum ut rector nauis, & gubernator ciuitatis dicuntur unum, similitudine officij. Alia dicuntur unum accidente, ut diuersa subiecta eiusdem qualitatis dicuntur unum in ea qualitate, sicut nix & cygnus unũ sunt albedine. Alia dicũtur unũ numero, ut diuersa accidẽtia quæ eidem subiecto insunt, dicũtur unũ numero, id est, in numerando, ut hoc dulce, & hoc cæruleum, uel hoc longum, uel hoc latũ. Alia dicuntur unum ratione, sed hoc duobus modis, quia ratione cõfortijut, ens intellectus & res, aliquid, & uocabulũ unum genus, uel ratione unius sacramenti, ut spiritus aqua & sanguis dicuntur unum, alia dicuntur natura unum, ut participatione speciei plures homines unus. Alia dicuntur unũ natione uel lingua, ut multi homines dicuntur una gens uel una tribus. Alia dicuntur unũ more, sed hoc duobus modis, uel quia secundũ cõsensum, uirtutis & dilectionis; ut multitudinis credentiũ erat cor unum & anima. Vel secũdum consensum eiusdem uitij plures homines dicunt̃ unum, ut qui adhæret meretrici unũ corpus efficitur. Sic omnia unitatẽ appetunt, ut etiã ea multa sunt quæ unum dici uolunt. Quæcũq; enim sunt idem quod sunt ut uera unitate esse nituntur, ut eam simulando nituntur. Quicquid enim, uel est unum, uel est plura. Pluralitas autẽ non est nisi ex aggregatione unitatum, quę unitates si sunt disgregatæ, faciũt multitudinem. Sin uero fuerint continuæ in materia, faciunt magnitudinem. Quapropter inter unitates quantitatis discretæ, & unitates quantitatis continuæ subsistentis in materia nihil interest, quia illæ disgregatæ sunt & illæ continuæ. Cõtinuum genus non est nisi ex discreto, quia intellectus cõtinuitatis non est in cõtinuo, nisi continuatio disgregatorum. At propter hoc necesse est ut cõtinua quantitas non adueniat in substãtia nisi ex unitatibus. Quando enim partẽ quantitatis signaueris necesse est ut sit unũ uel plura. Sed omnis pluralitas (ut dictũ est) ex unitatibus est. Vnde apertè datur intelligi, q̃ discretæ & cõtinuę quantitatis radix una est, eo quòd cõposita sunt ex una re, & resoluuntur ad unũ. Et etiam quia corporis partes quo magis fuerint sibi cõiunctæ & cõstrictæ, ipsum corpus erit spissius & magis quantum ut lapidis & è conuerso, quo magis fuerint partes corporis dissolutæ, & latæ ipsum erit subtilius & leuis & minus quantum ut aër. Verũ est igitur quod continua quantitas non uenit in substantiam, nisi ex coniunctione & constructione unitatũ in illa. Vnitas igitur est qua unaquæque res una est, & est id quod est.

ANIT.

ANITII MANLII SE-
VERINI BOETHI, DE DISCIPLINA
SCHOLARIVM, LIB. I.

PROOEMIVM.

VESTRA nouit intentio de Scholarium disciplina compendiosum postulare tractatum, utinam à spiritus mei paruitate, prout facultas suppetit, ingenijq; decliuitas, ærũnarumq; tenacitas, amicis uestris, ò Martiane petitionibus tentabo acquiescere. Et licet duplici genere cõmentorum sim impeditus, non tamẽ omnino diuersorum, in quasdam Aristotelis, nec non aliorum Philosophorũ æditiones, propriisq; attenuatus studio, & inhumani regis Gottorũ cruciatu corrosus, Philolophico me præueniente cõsolatu, extremaq; profunde trinitatis perspicatione permollitus. Quid enim gymnasiorũ exercitu lucidius, quàm in artificiali & naturali progressione debita cognitio, & quàm uirium intelligentię gradualis exhibitio. Eloquentiæ enim partes decenti artificialium, & naturaliũ processu, & perspicua intelligentiæ comprehensione nouimus stabiliri. In primis ergo prima, scilicet, puerorum oblectamenta sunt prælibanda. Secũdo uidelicet, qualiter adultorum elatio magistratui subijcienda sit, & disciplinæ connectanda. Tertio de eorum elatione reprimenda, exemplorum commendatione distincte exponendo. Quarto de scholarium sagaci prouisione, eorumq; graduali statione. Quinto qualiter scholarium uenerabilis ac sincera deuotio ad magisterium proferenda sit. Sexto de magistratuum norma trinaq; diuisione statuq; erga subditos modoq; docendi præcognito. Hæc autem ad intelligentiæ cognitionẽ suscepimus peragenda, primũ modũ tractandi fere omittẽtes, nunq; leuiori stilo perusi, quoniã in maiori parte pro rudibus informãdis est executio & tãto leuior dilucidãdi debet esse trãslatio.

CAPVT I.

CVm autem indiscreti impotentis septennis infantia ducitur ad imbuendum, cauendum est, ne membrorum indecens sit dispositio, utpote integraliũ, & aëris intemperies, utpote constringentis hyemis obtusitas, & comburentis æstatis profunditas periculi generet incrementum. Legitur enim Timothei filium lepra incũbente, castratum, loripedem, gibbo tumentem, doctrinæ mancipatum, plebeiam extitisse abiectionem suorumq; sociorum detractionem ridiculosam. Similiter prętoris suburbani filium canicula instigante literis uidimus mancipatum, cum autem solita nõ gauderet umbrella, propria uirtute destitutus ictericię pœna permollitus, uitalibus tãdem spiritibus attenuatus limphatico morbo occubuit. Ecce quantum difficultatis membrorum indecens indispositio, & aëris intemperies teneritati puerili contulerunt.

Cibariorum autem mediocris sit facultas,
Potus autem sit tenuis eiusdemq; parcitas,
Vestium autem similiter absit penuria.

In primis igitur figurarum elementa representantium imprimenda est dilectio, coniungendarumq; literarum non parum artificiosa coniunctio. Nec tali laborioso certamini multum est insistendũ, nec cito ut Seruio placet abeundum, quoniam si uisus est in multis promptior, in alijs reperitur tunc & habilior. Secundũ laborioſi certamínis ſtat ædificium, in Probi, Didimiq; traditionibus, necnon aliorũ Philosophorum quos uenerabilis commẽdat autoritas. Animaduertendum est autem in huiusmodi ut fideli resolutioni subiaceat lata traditio, & à discẽtis idioma uerbotenus explicatum

plicatum sit, fundamẽti enim tenacitatem in his oportet consistere. Nec mẽstruoso saltu Phœbes abeundũ est, nec solari cursu tantum confirmandũ, sed expleto Mercurij interuallo, eodemq; fere duplicato diligenter immorandum. Diligentiã enim cuiuslibet operis obtusitas permollit. Senecæ traditio, inexpletio Lucani, Vergilij prolixitas, & Statij urbanitas, dura Flacci trãslatio, durior Persij æditio, Martiani non indigna læsio, Nasonis discretio, sunt indaganda memorialiq; cellulę commendanda. Cæterorumqũe Philosophorum prout ingenij suppetit capacitas non sub silentio est prætereunda moralitas, ut sic sententiosa dictaminis uigeat serenitas, & metrorum floreat iucunditas. O quàm Tullij uenerabilis facundia summis desiderijs est collocanda. Cauendum autem in huiusmodi ne contingat ut Iotario contingebat, ipse enim triginta annis ignorãtiam suam prædictorum Philosophorum in gymnasijs tradidit imbuendam. Cum uero dies ut præesset mediocribus aduenisset, cuius uxor esset Aeneas dubitasse se diutius asserebat, quem in hemistichiorũ Virgilij serenitate inuenisset. Requisitusq́ue à quodam suorum discipulorum qualiter primam huius dictionis syllabam magister uertere uersu posset: Respondit absurdum esse tanti nominis, primam syllabam abbreuiari, sed potius acuto accentu pronunciari. Ecce quantum duræ ceruicis obtusitas perdidit temporis & expẽsæ. Completo autem non indebite huiusmodi gymnasij rudimento ad maioris inquisitionis scientiæ limina procedendum est. Scientiæ inquam quã ueri falsiq; nouimus indagatricem, solamq; scientiam scientiarum titulo subtilitatis obstipantem subiecta. Hęc est inquam scalaris domina, quæ penetranti uestium natura ad scientiarum quarumlibet fastigia præbet incrementa uirtutum. Quid autem lucidius cognitione quinque uniuersalium, quæ est triuialium scientiarum magistra, quadriualiũq; potentia, collateralium scientiarum plenitudo. Ad huius autem imperialis dominæ apicem scandendum est hoc ordine: In primis igitur terminorum intrinseca cognitio, eorumq; in propositione non latens copulatio, propositionumq; non indigna connexio sunt apponenda. Terminorum autem determinationes quas syncategoremata appellamus, memorialiter menti sunt imprimendæ, utpote quæ Sophisticæ non parum deseruiunt phantasiæ. Horum autem notitiam Trebatium uirum meminimus prudentissimum, sed in hoc imperitum, quasi indignam scientiam relatu sub silentio prętersisse. Die autem conflictus aduenięnte, eundem miserrime ab his Sophistica uincẽte detentum uidimus, & indecenter à suorum collegio sequestratum. Quid ulterius, angustia pudoris confusus, quod prius censebat indignum eloquio, postea sociatim mendicabat. Huius autem imperialis dominæ fimbrijs dotata ars Sophistica, petulanti animo confusa, nugatoriæq; loquacitatis eulogio perusa, mulieris fuco uultu perfusa Barbaras nationes obliquo sidere respiciebat, quã in commentarijs Alexandri & nostris nouimus decoratam, & translatione perfectam summopere esse curandam. Ad istorum & cæterorum perfectionem triplici solemus uti recordatione, quarum prima est uocalis, secunda mentalis, tertia uero communis. Vocalis Sophisticum facit, mentalis iudicium, communis si cõtinuata fuerit facit perfectum. Vocalis cœcitatem, mentalis scientiam, cõmunis usum. Vsus autẽ ad magisterium properare festinat. Sicut enim prudentia sine iustitia parum uel nihil prodest, iustitia autem sine prudentia multum, sic scientia sine usu prodest parum, usus autem sine scientia prodest multum. Si uero bonę indolis scientiæ tirunculus totam nequeat seriatim comprehendere orationem, saltem primam capiat pronunciationem, donec gradatim procedendo continuam producere possit effectum. Visis autem leuitatum scientijs, de speculatione Porphyriana quinque uniuersalium quę ab Aristotele monstra uocantur attendendum est, ad ipsius Categorias necessaria, quæ luce expositionis in commentarijs nostris bis patefecimus. O quantum utilitatis habetur in his si intrinseca habeatur cognitio. Nónne literalis ſo-

ralis ſophronici facultas eſt uitio notanda. Inquam. Noſtra quoque uolumina ſtili ſchemate decorata non ſunt omittenda. Ariſtotelis quoq; tota ſuccincta breuitas, licet uoce tędioſa, nõ tamẽ in fructuoſa, malui enim potius fideli deſeruire trãſlationi quàm arrogantię reprehendi temeritate. Quid enim Ariſtotelis lucida ueritate ſerenius. Nec dum hæc geruntur, Grammaticę fructuoſitas nullatenus eſt obliquenda, per eam enim cuiuslibet artis commendabilis redditur poſſeſſio iucunda. Rhetoricæq; lepos, quadriuialium quoq; honor ſtudij comparatione acquiſita, pro poſſe non debent omitti. In his autem ſtudij proteruitas florem generat, fructumq; parturit, ſi dubitationi permixta fuerit, & tempeſtiua.

CAPVT SECVNDVM.

Viſis autem ſcholarium rudimentis, & uirtutum incrementis, nunc de eorũ ſubiectione erga magiſtros breuiter eſt ordiẽdum, quoniam qui ſe non nouit ſubijci non noſcat ſe magiſtrari. Miſerũ eſt enim eum fore magiſtrum qui nunq; ſe nouit eſſe diſcipulum. Debet autem diſcipuli ſubiectio in tribus conſiſtere, ſcilicet, in attẽtione, beneuolentia, & docilitate. Attentus, inquam, exercitio, docilis ingenio, beneuolus animo. Attentus inquam ad audiendum, docilis ad intelligendum, beneuolus ad retinẽdum. Iſta uero tria ad perfectionem concurrunt permutati. Non ſit autem ſcholaris diſcolus. Dicitur enim diſcolus quaſi à ſchola diuiſus. Schola enim Græcè, dicitur uacatio Latinè, inde diſcolus, quaſi uacatione diuiſus. Diſcolus autem dicitur ille qui diſcurrit per uicos, & plateas, & tabernas, & meretricum cellulas, per publica ſpectacula, per pompas & choreas, & per commeſſationes, & per publicas cœnas, & hoc uagis oculis, & effrena lingua, petulanti animo, uultu incõpoſito, omnibus his ſchola poſtponitur. Quodam uero tempore cum cauſa ſanitatis recuperandæ, & ob aëris intemperiem, ritusq; Gallorum facetos matronarumq; pios affatus, nos ad Galliam tranſtuliſſemus, multos diſcolos, ut meminimus, uiſu percepimus in ciuitate Iulij Cæſaris quę Pariſius dicebatur. Multos autem artes mẽdicare proſpeximus, nullis eis pocula Philoſophię adminiſtrantibus. Flauosq; Britones ſtudij pretio Romam commeantes grauiter indoluimus, quia Athenienſium ſcintillulis minimè paſcebantur. Tandem autem Gallica lingua Græcari inceperũt: Quod ſi aliquid aliud quàm tortuoſa uolumina Lucretij in partibus ſuis inueniſſent, conſilio noſtro non tantum operis perdidiſſent. Germanici furoris paucos inſpeximus intitulari. Magicæ autem deluſionis arte de Hiberia multos uidimus magiſtrari. De noſtris autem lippientibus patet & conuulſis oculis. Sed hæc hactenus de diſcolo ſufficiant. Ne ſit aũtẽ diſcipulus uiolentus erga magiſtraũ. Violentię aũt Albinus Albei filius procedat in exemplum, qui cum eſſet filius dilectionis, magis uero infelicitatis præcurſor, magiſtro ſuo Grillo quandoq; balbutiẽti manus iniecit ſceleratas, ac canitiẽ eius uenerabilẽ fœdo pedũ maculauit acceſſu. Quæ tanti ſceleris cauſa fuit, quia ad primã aëris impreſſionem totam nequiuit cõprehendere conſtitutionẽ. Proh dedecus, proh ſit infelicis diſcipuli in caput felicitatis acceſſus. Tã ſcelerato Nero gaudeat hęrede, tã coinquinato Anetus ſucceſſore. Grillus uero cum Socrate, Senecæ gaudeat appetitu. Non eſt ergo dignus ſcientia, qui ſcientiæ inſurgit p̃ceptori. Luxuriæ à feruore ſtudeat ſe diſcipulus alienare. Quã triplici Satyrici partitione diuiſerũt. Quãdã in ornatu ueſtiũ dicẽtes cõſiſtere. Aliã in coitu. Tertiã uero guloſitatis aſſiſtricẽ. Cuiuslibet uero rabie feculẽta frequẽter nouimus laborare ſubiectos. Cõtumelioſo coitus appetitu ſanguineũ Lucretij filiũ, Zenonisq; diſcipulũ tota Roma fleuit inuiſcatũ, qui tamẽ clariſſimis ortus fuit natalibus, quãtitatis procerę & ſanguineæ qualitatis, mirę ſiquidem eloquentiæ, perſpicacis ingenij, ſed quotidianis

quotidianis et ultra debitum nuptijs gaudebat, patre pœnam deferente, patrimoniũ enim parentumq; cenſus illicitè conſumebat, cũctisq; zelotypis eminebat. Aleis autem & meretricum cellulis ſemper inhiabat. Proprio autem adhuc non deſtitutus pruritu, poſtea à parentibus eiectus, tandem ab amicis & conſortibus deſtitutus, à creditoribus undiq; fatigatus, notis & ignotis furtim ſtuduit aſſiſtere, crucis ab anguſtijs à patre creberrimè redemptus, ultimo tamen parentis pecunia redimi nõ potuit. Cruci ergo adductus eundem ad ſe uenire lachrymis compellebat, oſculumq; uoce querula petebat. Pietatis autem motio ad filij petitionem patrem erexit, erecti q́ue filius naſum morſu ſecuit acutiſſimo dicens: Quare à meis primis erroribus increpitus eua ſi. Vt quid magiſtri mei documentis non obediui, ſocioſq; meos contempſi. Filij patrem neceſſe eſt indulgere caſtigationi, magiſtrumq; diſcipulum mores informare. Ecce quantum deteſtabilis eſt meretricum incurſus. Eſt autem meretrix nonaria inferni ianua, uia iniquitatis, ſcorpionis percuſſio, uiſcarium ſcelerũ, puteus interitus, & ſi qua eſt alterius luxuriæ ignominia, ſpecies qualibet alia grauior ſcelere deteriorq;. Interitus autem Hiacintinus cunctis patet & Iouinus. Et alibi meretricis labia fauum diſtillant, ſed abſinthium eius nouiſſima ſubminiſtrant. Cõmeſſationibus & ebrietatibus ſecunda ſpecies luxuriæ dotata, permutatim tanquã cauſa ad cauſatum cum prædicta gaudet ſuſtineri. Propter coitum enim fit ebrietas relatiuè, nec non et cęterorum uitiorum genera. Vinum autem modicè ſumptum intellectui uidetur conferre acumen, nõ autem modicè ſumptum rationem perturbat, intellectum hebetat; memoriam eneruat, oblitionem immittit, errorẽ infundit, ad ignorantiam perducit. Vbi enim ebrietas, ibi furor dominatur, ubi furor dominatur, ibi nulla ſapientia, ſed inſipientia peruagatur. Huius autem rationis quotidiana patent exempla, & uirtutum detrimenta. Quæ etiam peſtis conſorte uinoſo deteretur, quia ſi ſtudere nequeat cæteros gymnaſijs inhiare uolentes corrodit, errorem litis conſuet, uel pugnis opem orat. O qualis permixtio ſtudentibus eſt cum diſſolutio. Eſſiciat ergo ab integritate conſortij tales prudentium diſcretio ordine irregreſſibili & hoc tempore determinato. Hæc autem ſecunda ſpecies primæ quandoq; præambula, poſterioris autem pediſſequa appetitiua. O quantum erroris immittit ebrietas in mentem diſcipuli, niſi freno ſobrietatis caſtigetur ad unguem. Tertia ſpecies luxurię eſt concupiſcentia quę ornatibus inhiat, parentumq; progeniei maritata cõſiſtit, quibus paupertatis tuta facilitas cedit inuicta. Hæc autem ueſtium gaudet uarietate frequentię, earumq; in ſigillatione membratim, pectinis beneficio cæſariem polire, & calamiſtri tortuoſitate, florumq; diuerſitate ſeriatim laſciuire, gulamq́ue ſuam fuco perfundere, nouaculæq; frequenti caſtigationi inhiare, ſinum aromatibus adimplere, gemmatis colla monilibus, Parthorumq; cingulis uentre caſtigatũ plebi oſtendere, roſtratis tabulatisq; calceis ut regina incedere, colloq; elato gutture, inflato, ſupercilio mutilato, oculo impudico, faſtuoſoq; inceſſu ſemicirculariter incedere gaudet. Raris autem parumq; modeſtis ſermonibus ampullari, appoſitisq; cibarijs omnia faſtidire, litibus ſeruientes, probris affines, cruciatibus ignotos affligere, ultimo raroq́ue ſcholis intereſſe, parumq; prodeſſe, primo eiſdem abeſſe feſtinat. O qualis quantaq; uitiorum eſt permixtio. Cum quodam tempore me Athenis cauſa diſcendi recepiſſem, Ganymedem Pyrrhi dictatoris filium omnibus prædictis laborantem inſpexi, qui quandoq; pedulis limbatis, quandoq; caligis maculatis, per horã cedrinis tibijs elatus, nudisq; pedibus præceſſit Ariopagumq; ut ſtomachatus impetijt. Cauteq; ſæpiſſimè prouidi ne mihi inſurgeret quia alienigena erã. Quid plura dicam, ad tantam licet inuitus deuenit inopiam, quod ea quæ prius faſtidiendo contempſit, mendicans corrogando compoſuerit, fortunæ meatu permutato. Sed hæc hactenus dicta ſufficiant.

CAPVT TERTIVM.

QVm autem discipulus ad perfectionem tendere teneatur, effectiuã cautam perfectionis, utpote continuitatis constantiam prout facultas suppetit, menti dinoscatur imprimere. Qui enim in dilectionis opusculo lucidius constantia, quid inconstantia nequius prima parit, secũda parta dissoluit. Prima procedit, secunda retrocedit. Prima colligit, secunda collecta dispergit. Cum autem gymnasijs insudare decreuissemus, magistratus quę uicem dignũ duximus obtinere, filium inconstantiæ, imò ut uerius dicam ipsam met inconstantiam, fortuna nostris assignabat præceptis imbuendum. Qui satyricis inhiabat atramentis mensurnus, Historiographis persæpe diurnus, Elegiacis annuus. Ratione uero differendi Aristotelem lamentabatur nocturnus, in additionibus Philosophicis mensurnus, duodecimq; tabularum compilationibus quali instantaneus, omnibus siquidem in breui extiterat fastiditus. Si uero librorum inspectionũ eorumq; scripturæ aliquantulum indulsisset, quàm plures per horam inspexisset, nullicq; licet breuissimo tempore manus imponeret perficientes. Tandem mercator incepit esse nauigio. Primæ uero noctis spatio nauseæ in hiatum sentina cogente prouocatus, & demum ponti insultu perterritus inundantis, hortulanus esse cupiebat, deficiente uero legumine militiæ se transtulit exercitui, uisis autem hostium incursibus fuge terga comẽdabat. Cratonisq; studijs tutius inhiabat, cuius semicirculi capacitas multis formidabat quæstionibus. Superioris uero circuli latitudo Zodiaci formata planicie drachmis arrisit septemplicibus. Prima, uero literalis protractio quasiuit utrum cœli empyrei dominatio terrenitatis aliqua participe natura possit obfuscari. Secunda, utrum spirituum uitalis seruitus terrenæ fecis ambitu, queat naturæ subsidio denigrari. Tertia autem an Iudaicę trinæ diuisioni polorum, an Aristotelicę simplici acquiescendum sit partitioni. Quarta, si Iudaicę an termini sint ex ipsis, an in ipsis, an quilibet sigillatum, & si Aristotelicę cum partes totius localiter moueantur, quare totum non mouetur. Quinta, cur cõtinua elementorũ sit transmutatio, & an eadem sunt quæ primo fuerunt elementa, an alia consistant. Sexta, cum unum elementorum contrarium, ut aqua accidentalem accipiat qualitatem, ut caliditatem, quare nõ ignis accidentalem accipiat frigiditatem. Septima, an aliqua zona à nostra sit habitabilis. Quæ habitantium primæua natiuitas, quis accessus eorum, qualisq; recessus permutatio. Circuli uero mappa secundi nouenaria oculos intuentium detinebat inspectione. Quarum prima Zodiaci latitudine modificantẽ, continebat circulorum qualitatem inspectiuè, colurorumq; terminos diffinitiuè, rotiusq; formæ quantitatem progressiuè. Secunda, an stellæ fixæ sint in cœlo superiori, an in proprijs circulis commeantes, planetarum ad instar præuagari discernantur. Tertia, an cometæ prodigialiter rubẽtes, circulariter cum cæteris planetis percurrant, an destructiuè creaturæ in suum chaos reuertantur, natura permissione naturantis. Quarta, an inferioris naturæ complexionata uirtutem siue eclypsim contra contrahant ex planetis, an ex primis generantibus. Si ex planetis, an secundum necessitatem, an secundum euentum. Si uero ex generantibus, cum unum generantium sit album & aliud nigrum, quare generatum ex his album & nigrum non est, & quare generatũ quãdo in extremitatibus assimilat patri, in cęteris parturiẽti, quando neutri generantiũ. Quinta, quę proportio motus ad motũ p planetas, & quę eorũ cõnexio. Sexta, cũ Saturnus inter planetas sit senissimus, Venusq; benignissimus, an benignitas unius malignitatẽ retardet alterius ex opposito aduenientis. Septima cũ chorus naturaliter frigidus & siccus sit, quare nobis cõtrarius apparet. Octaua, quæ sit elementorũ cõnexio, proportionalis. Nona, quis sit solis et lunę meatus & effectus. Vltima

Vltima, semicirculi planities proponebat. Cur tremor in terris. Cur concremat aëra fulgur. Cur maris exundat rabies. Gustusq; malignus. Quæ sit natura pennarum æstiualium, in hyeme deficientium, & conuersim. Quid grandinis rotũditas. Niuis prolixitas. Nebulæ potentia. An uirtus lapidũ ex complexione sit, an ex materia. An adamantina attractio, ex componentibus simul sit, an ex unius incursu tantum. Quid pluuiæ dulcedo. Putei hyemalis caliditas. Aestiualis frigiditas. Visus triplex emissio. Colorumq; concretio. Cum igitur istarum quęstionum difficilium solutio animum mutationis non posset adimplere, uxori proposuit subiugari prædictis postpositis. Visis undiq; uirginibus, in tædium ductus parentibus sic respondit improbo corruptas, lectos detestor aniles. Nil mihi cum torua uirgine, solus eo. Spretisq; prædictis utpote solutionibus quæstionum difficilibus, Ptolemæi de cætero præceptis, inquit, insistam. Sed signorum gradus planetarumq; discursus sine turris altitudine facili uisu comprehendi non possunt, quid de cætero faciam. Miserum est me esse hominem, utinam humanitatem exuere possem, & affinitatẽ inuidere specie hominis permutata. Sit ergo discipuli summa magistratui subiectio, exercitij attentio cum animi beneuolentia, & ingenij docilitate, specierum luxuriæ cuitatio, feliciscq; constantiæ debita professio.

CAPVT QVARTVM.

OMnia siquidem superius expedita de scholarium informatione sunt infixa. Nunc de eorum sagaci prouisione breuiter est tractandum. Cum ergo humani corporis complexio phlegmate, sanguine, cholera, & melancholia consistat suffulta, ab aliquo prædictorum necesse est quemlibet elicere præeminentiam. Melãcholico uero pigriciei timoriq; subiecto, locis secretis & angulosis strepituq; carentibus, lucisq; parum recipiẽtibus, studere est opportunum. Saturitatemq; decliuem serasq; cœnas præcauere. Potibusq; mediocribus gaudere ad naturæ studium, prout studij desiccatio exegerit. Plenaria potus receptione ad mensuram confoueri, ne nimij studij proteruitas Phthisim generet, anhelam thoraciq; strictitudinem. Phlegmaticus uero licet strepitu uigẽtibus ædibus, luciq; capacissimis præceptis studijs potest informari. Poculis plenioribus potest sustentari. Cibarijs omnigenisq; confoueri. Venereoq; accessu si fas est dicere, mẽsurnus permolliri deberet. Sanguineus autem cuius complexionis sanorabilior est compago, omnibus ædibus uel locis potest adaptari, quem ludendo sapius nouimus confoueri grauissima quæstione, quàm si obliquantibus hirquis parietes solus occilaret. Tamen in hoc semper non est confidendum, hunc cibarijs leuioribus potibusq; gratissimis decet hilarari. Colericus uero pallidæ effigiei plerũque subiectus solitudini supponatur, ne nimij strepitus auditu bilem infundat in totam cohortem, si cq; magistratus uenerabilem lædat maiestatem. O quàm magistratus læsio uitanda est. Hunc cœna grandiori nouimus sustẽtari, potuq; fortiori deliniri. Cauendum est autem ne litis horror potus administratione istius rabidis mentibus extrahatur. Si autem qualitates assignare ignorans sit societas, Theoricos cõsulat seq; ue sic cognoscat. Pluribus uero mentibus intimatũ est gnothiselithos. Feliciq; ue discipuli discretio, magistratui gaudeat subijci, eumq; ue metuendo diligat, fidelisq; ue existat. Nec ei sub picturatæ dilectionis obtutu, Albinus existat detrahẽdo. Quid enim detractore nequius. Ve magistratus detractori. Etiam si fuerint mille cum eo uenienti magistro assurgat, pro loco & tempore salutando caputq; ue inclineт, eumq; ue si iubeat assequatur, mansioniq; ue eius si possit se inserat cohabitando, ut sic castigatus non solum se remordeat, uerumetiam si locus affuerit ad eum cõ

fluat inquirendo. Si autem diſcipulus magiſtro ſuo ſemper ut neceſſarium eſt nequeat exhibere præſentiam, tum propter manſionis diſtantiam, tum propter alterius rei cauſam, dicticas ſemper lateri ſuo habeat promptiores ſchedulas, de quibus diligenter imprimat quod conſcientiæ propriæ nouerit intimatum, eiuſq; explicitè inquirat dubitatum. Cum autem indiſcrepans conueniensq; affuerit connexio commenſalium annua, uel citior ſecundum propoſitum commorandi uoluntas, ſalis, lignorumq; in æſtate fragmenta, autumnoq; copiam uindemiæ, meſſe triturам, in capricorno congeriem carnium, ô quam proficiens eſt ſanitatiq; conſentaneum ſecundum facultatem in unum componere, ne artocopi mucore anxionarius anhelitum infirmet, & uini inſipidi acor cordis ſecreta confundat, carnium laniſtæ rancor, ſalisque tritura fœtor incluſus inteſtina corrumpat, lignorumq; defectus membra contrahat, & quod deterius eſt, ne aſſiduis incurſibus ingraſſetur anxionarius. Magna uero diſcipuli eſt commoditas pro ut facultas ſuppetit magiſtratui neceſſaria exhibere, ne dum eius inhiat executioni rerum uenalium indulgeat comparationi. Oq; abſurdum eſt magiſtratus egeſtas. Lotricum autem uetularum remotio ſummopere eſt appreciandа, earumq; acceſſus quanto rarior tanto ſalubrior, ne dum uenerit ſuggerat aliquid inquinatum, uel mancipio aliquid extrahat permollito. Quoniam mancipiorum raro inuenitur clementia, rariorq; in agonia conſtantia reperitur, Ve ſeducenti mancipio in quo plenarie confidit dominantis dilectio. Quid eſt tali fœdius & quid tanto ſcelere grauius. Hoſpitium mundum, ſupellex munda, & thoraldealbatum, mancipij prudentia rerum exitus conſiderantis, ſedulitati dominicæ ſemper aſſiſtentis, decenti uultu ſunt componenda. Quid mancipio ſubtrahente fœdius. Cunctos terreat infelix Elimax, ab elimando dictus, nomen ex re contrahens, qui cum Nichoſtrati munera ſuſcepiſſet, primo ei uultu ſeruiuit blandiori, omnia ad nutum adminiſtrans, fidelisq; per omnia exiſtens, fideliorem ſe promittēs, quicquid Nichoſtrati fidelitas poſſedit ipſius commiſſum eſt infidelitati. Quid plura cum nequiſſimi Elimacis infelix prouidentia cuncta uidiſſet ſibi ſuppeditari, carniū alimenta, piſciumq; fomenta, cæterarum rerum uenalium commertia cuncta in duplo q; eſſent appretiata dominicis auribus intimabat, ſicq; totius ſubſtantiæ exhauſit incrementa, Nichoſtratumq; in ſummam traxit egeſtatem, & creditorum diuturnam exclamationem. Qua nihil amarius menti imprimitur, Ve creditoris inſanici. Maxima uero Nichoſtrati penuria eum in mancipij erroris cognitionem perduxit. Tarde uero Elimacem ſuper errore ſuo conuenit, quo audito ſtatim in cōtumelioſa uerba prorupit, dominiq; in uiſceribus mucronem ſepeliuit, & quæ prius obmiſerat ſecum aſportauit, dominicumq; corpus canibus reliquit deuorandum. En quantū deteſtabilis proditoris impietas ſcelus perpetrauit. Seruus bilinguis procul expellatur, & ipſius nequitia ſtatim deponatur, licet conſanguinitatis proximitate coniunctus exiſtat. Seruorum ſiquidem crudelitate, multos uidimus ſociorum incurrere iacturam. Creditoribus autem ſumma exhibeatur debiti commendatio, dieiq; præfixæ ſemper pro poſſe debiti fiat ſolutio. Scholari uero cui pleno cornu copia nō arriſit, ô quam dulcis eſt creditoris translatio affiniumq; ſuffragij exhibitio. Prudentis etiam ſcholaris conſtantia ſemper aliquo conſorte gaudeat ſpeciali, cui propriā poſſit detegere conſcientiam, qui nubila exiſtente fortuna diligēter ſubueniat, mor boq; uigente ſedulum ſe exhibeat Et ſi terra mortis caligo affuerit ſuperſtites facultates diſponat, ſi uero uiuus euadat, ab eo poſſit ſuſtentari, paſci, deliniri & conſolari, cubitum duci, diuerſis etiam partibus procurari, uigente autem ualetudine libellis gaudeant permutatim, quæſtiunculis certatim commendabili recordatione gradatim, caſtigationis felicitate conuerſim, diuerſis etiam uarijſq; iocorum generibus dulciter obſequēdo. Sicq; inter eos mutuæ dilectionis permaneat integritas, ut primæui temporis ros ſit inſtillans, in medio inundans, in fine uero inebrians exiſtat.

Quid

Quid dulcius, quid præclarius, quid certè melius, præſtantis enim amoris nulla fauoris adoptio præſtat finem. Inuidia uero ſi ſecundum quid euenerit in diſcendo uidelicet gratuita eſt, ſimplex autem proprij autoris conſumptiua eſt. Cum autem patris mei prouidentia eius colloquio ut aſſolet diebus paucis promittēs conſolari, ait, Athenas ſtudij ob cauſam me miſiſſet, unicum cuſtodē uitæ meę inueni nomine Fauonium, non à uento ſed à fauore denominatum. Hic cum me inſpexiſſet itinere fatigatum diuerſa conſiderantem, creberrimè ſuſpirantem, quæſiuit cuias eſſem, ſecūque me adduxit curialiter conſolans, breuiter inquirendo ſi ob ſtudij cauſam illuc ueniſſem, cuiuſq; profeſſionis eſſem, cuiuſq; facultatis, poſt triduum, nomina uicorū oſtendendo angiportorum confraga, dicens: hic uigent præſagia Chaldęorum, Ptolemæi non latens gloria, Ariſtotelis ſincera ueritas, Platonis probata diuinitas, Zenonis concretio, Peribonij dilectio, Pithagoræ promiſſio, Homeri Ilios, et labor Theſeos, Euclidis theoreumata, Daretis poriſmata, Hippocratis ſcrutinia, hic uiget Ariopagi efficatia, legum peritia, Hippodromi confuſa gloria, Circi uictoria, palæſtræ potentia, ceſtus fulminatio, miſſilium elatio, nautarum exclamatio, iuuētæ peruagatio, choreæ conuentio. Cū ergo hæc & alia multa Fauonij mihi intimaſſet liberalitas, quæ nam mihi eſſet facultas quæſiuit, quantæq; expenſæ loculi mihi poſſet ſufficere numeroſitas, cuiuſq; diſciplinæ eſſet mihi promptior mentis intentio. Omnibus ſibi igitur per ordinem reſponſis, quoddam memoria dignū amicis auribus inſtillauit, quod, ſcilicet, parcitati pecuniæ diligenter inſiſterem, quoniam pudori conſentaneū eſt ſtultè cōmiſſa dilapidare, cogētęq; neceſſitate pudore me repatriare cōfuſum. Aliud etiā noua uia rationis exorbitans propalauit, ut ſi alicuius diſciplinæ me inſererem, prius diligenter inſpicerem ſi bonis moribus obediret, liberalium artiumq; ubertate titulis polleret, remotaq; omni negligentia ſuorum profeſſionis ut per triduum eum diligenter audirem, cunctaq; conſiderarem, ut ſi bonus eſſet, licet balbucieris, non tamen ab eo diſcederem. Feliciter autem his & aliis ſecretis inſtructus, annis duobus de uiginti Athenis conualui, quicquid mali expertus ad boni tamen ueſtigia ſemper fui anhelans. Non enim eſt dignus dulcoris acumine qui amaritudinis nequiuit inuiſcari grauamine, Herodiani, Ariſtotelisq; diſciplinæ ſemper adhærens, aliorumq; ſcintillulas diligenter menti meæ commendaui. Ne pauperta tis facultati præſentis operis deroget ſimplicitas, confundat deſperatio, affligat deſolatio, quoddam cunctorum naturæ commune dignum duximus examini cōmittendum. Cum autem ſcholaris egeſtas diuerſo procedat intuitu, tamē propter affinium tenacitatem, tum propter eorum inundantis procellę penuriam, tum propter uitrici iuuaminis inconſtantiam, tum propter germanæ nubilitatis inſtantiam, tum propter ipſius primogeniti militiæ nimiam incuriam, tum propter familiaris aduſtionis uerſutiam, generali ſtemmate peruſi dignum duximus conſulendum. Parentum deteſtabilis adunca tenacitas precum inſtātia permollitur, tædioſisq; affatibus plerunq; diſſoluitur, fletibusq; tempeſtiuis delinitur, promiſſis fallacibus plerūq; excitatur, munuſculis affectuoſis diſſoluitur, adulatione ſi tempeſtiua fuerit perforaē, ſi minus ſolidatur, adamantina licet fuerit exemplari, commonitu deſtituitur, aliorumq; rogatibus excitatur. Inundantis procellę penurię per laboris incremēta proprij obtemperandum eſt ſcriptitando, trituras colligendo, areas mundando, ad tempus ſeruiendo. Si tamen ingenioſa ſcribendi facultas motum coēgerit uoluntariū, neceſſitatis ſtimulum dignum duximus inhibere. Cauendum eſt tamen ne delitioſus mentem excitet appetitus, lucrumq; eneruet Sirenoſum communiter ſcribentiū prodiga raroq; fidelis defraudet adulatio, familiarisq; ſiniſtra uiſu uel auditu ebibat quicquid ſcribentis dextra permollitur. Glebeonis nequitia non obſtante, parente ę gratia quantum diſcendi incommodum uirtutumq; decrementum mihi contulit ſub Herodiano militanti. Deficiente plerunq; paterni ſenſus, igniculo more prætaxato mœrorem cautius duximus mitigare, aliquid imprimēdo arbitrantes tutius

egere, quã uelle longi laboris itinera repatriando inuitus arripere. Affinibus intimauit Glebeonis nequitia me peſtiferis ſcriptorum ſedibus imbui, lucroq; ſeducẽti diutius gloriari. Ad malum plerunque parentis promptior intentio igne euaporauit intrinſeco ſolitoq; priuauit ſubſidio, & priuſquam exitus acta probaſſet, non declinauit amentia, precumq; in nullo profecit inſtantia, poſt bimatum delatoris notoria traditio remanſit, ſed non inulta receſſit. Obſequio uitrici ſi nequeat conſolari facultas, minis derogetur, tractuq; tempeſtiuo comminuatur ut iocoſa Proculi docet tranſactio. Germani feſtiuantis incuria exemplari mitigetur eulogio, ipſiuſq; propinquitatis ammonitu corrigatur ueſutia, uel amentia deprimatur. Germanæ nubilibus annis affini quanto citius obtemperandum eſt, ne per incuriæ uitium roſa primula pollice carpatur indigno. O quam ſororis commendanda pudoris profeſſio, dolendaq; contrarij commiſſio, ueluti uultum deturpantis pudore plena pulpę reſecatio. Ob temperandæ germanitatis inſignia ſecundi Theophraſti Simachum œconomum ſub ſilentio committendum non eſt, qui utroque patentum uiam uniuerſæ carnis ingreſſo, imminentis infamiæ germanæ conſtantiam dotis beneficio maritauit, ſeq; fortunæ meatibus obnixè commendauit. Eliſiæ marito naufragijs ſurrepto Simachum fratrem ſoror inſequebatur, Eliſia in multis ſeruiendo, meritorum ſimulacro cuncta Simacho miniſtrabat. Nam proprię carnis illecebris dum deeſſet facultas ſecretius florem exponebat. Maluit enim incuriæ uitio clam Eliſia ſuccumbere quàm fraternæ fœdus conſtantiæ ſe uiua dirumpere, nec abinceptis retrograda permanſit, quouſque inchoata fine terminauit idoneo. Tenacitatis induſtriæ rudimento acuſtioni domeſticæ ſuccurrendum eſt, ne mutuatæ pecuniæ diligentia bilem infundat, alterius eam ue rei afflictus caſum conferat, quicqd ſub his fiat, cautè conferendum eſt ne puſilla rerum tenacitas uultum ruboris iudicio in poſterum obſtiperi, tabulata enim plerunque fortia unius ſcintillulæ læſione ruere dignoſcuntur. Quid de Caluo milite luce ſapientiæ prædito ſenſerit canities cognoſcatur, qui primæuo militiæ flore tranſitum faciendo latenter ſub Birrho amphoram quandam ſecum detulit, mancipijq; gratiæ commendauit, ſtatuq; leui permutato alterius uicem elegit cohortis, de ollaq; fictili cocum conuenit. Rixæ rancoriſq; freno diſſoluto, indignè cocus rancorem perferẽs canitiem fictili percuſſit, quæ licet poſtmodum hædera decorata eſſet, nullius tamen decætero ſucci cõnexui priſtinum ſtatum potuit reuocare læſionem, ex incurſu fictilis proba ſibi ſimulq; ſtirpi contrahendo. Sit ergo tuta paupertatis facultas, munda, paruoq; contenta, incurſus uiriliter perferens, ad ſumma ſemper anhelans, omnibus obediens. Et ſit prompta famulatui, & ad loquendum tarda, fidelis in obſequio, integra amore, dulciſq; colloquio, cordis tumoroſitate carens, quoniam eius oppoſitum cum eo commorari non appreciatur. Licet enim à multis deſtituitur laboris retributio, tamen ab aliquo promerebitur fauoris adoptio. Nónne in modico plerunq; lapſu contingit, quod annuo nequit produci circulo. Adulatoris officio, delatoriſq; conſortio, pro loco, negocioq; temporis exterminatis.

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

VM ad magiſtratus excellentiã bonæ indolis adoleſcens uelit aſcendere, neceſſarium eſt ut tria genera ſtatuum quæ in aſſignatione probabilitatis innuit Ariſtoteles diligenter intelligat. Sunt autem quidam uehementer obtuſi, alij mediocres, tertij excellenter acuti. Nullũ uero uehementer obtuſorum uidimus unquam Philoſophico nectare uehementer inebriari. Iſtis autem mechanica gaudet maritari, mediocribus politica. Excellẽter uero autorum tres inuenimus partitiones, quorum quidam ſunt excellenter acuti, alij mediocres, tertij excellentiſſimè acuti. Excellenter acutis gaudet Oeconomica, mediocribus uero ſub lunari globo Phyſica, apothecariorũq; practica, Excellentiſſimè acutis, quos maximè Ariſtoteles notos, ſecũdũ Philoſophiã uocat, uniuerſalium per experimenta ſingularium arridet cognitio, hæc triuialium domina eſt, quadriuialium potentia, ô quàm eſt felix exhibitio. Mediocritatis tamen extrema partitio, bonos, perfectoſq; licet ſibi quandoq; comparauit cum ſudore, magiſtratus tamen dotati ſunt honore conſumpto flore iuuentæ. Iſtis ſiquidem prædictis hoc modo eſt ordinandum: Primo ut ſciat quæ quiſq; ad tanti nominis pertineant reuerentiã, ut quæ ſcita ſunt exprimere noſcat, & ne ſcriptorũ cõmiſſioni ſe totaliter cõmittat, ut Lucretius qui cuiuslibet queſtionis nodum propoſitæ inquirendo dimiſſo comitatu ſchedulis confluebat. Secundo ut librorum copiam ſuæ acquirat exercitationi, ut cum opus fuerit eos conſulat. Nec omnino eis credat, ut Iugo qui montani ſui magiſtri monitis in tantum confiſus eſt, quod omne uerbum ab ipſius ore progreſſum quaternullis exarabat, & tanquam ſacrum exiſtimabat, nil aliud quàm magiſtri uicem in ſcholis obtinens prædicabat, unde multotiens pudore confuſus incluſus abibat. Quippe miſerrimi eſt ingenij ſemper inuentis & non inueniendis uti, ſtultius eſt magiſtratus orationibus omnino confidere, ſed primo credendum eſt, donec uideatur quid ſentiat, poſtea fingendum eſt eundem in docendo erraſſe. Vt ſi forte reperire queat quid commiſſæ obijciat ſedulitati. Tertio ut quoſdam habeat quos ſecreta doceat, libroſq; legat, alijſq; rudimentis informet, ut ſic intellecta ſciat, ſcitaq; exprimere diſcat, & expreſſione frequenti uſum comparet, uſus magiſterium propinat, alios namque docere eſt propriè facultati indulgere. Quarto ordinãdum eſt ut hos alioſq; ſibi alliciat, ut cum opportunitas magiſtrandi affuerit, eorum intrinſeco gaudeat aſpectu. Quid turpius quàm primo inceptionis tempore ſolus deſtitui, ut Flauus, qui ob ſui generis imperium gazæq; dominantis opulentiam cũctos ſibi credidit ſubiugari, tempore uerò concurſus elapſo, raro reperit ſodalem qui lege conductionis adhæſit licet inuitus, minas omnigenas regaliter addendo. Generoſitati tamen conſentaneum eſt ſecundum duplicem partitionem affinitatis, magiſtrantis ſaltem ad tempus fouere præſentiam. Quinto ut quorum gratia coronandus eſt, in fauore illorum ſcholas ſemper Peripateticè obambulet, curialiterq; opponat, proteruientesq; acriter remordeat, diligentiusq; pro tempore reſpondeat, ne ſi muta fuerit uoluntas, ignorantiæ imputetur cœcitati uel arrogantiæ temeritati. Multos ſiquidem ob reſponſionis proteruitatem ſpeculantium, licet inuitè, uidimus præcipicio frui, non enim diſcẽtis intereſt probris affatibus & contumelioſis regentem incitare. Nec licet ſumma familiaritate coniunctus fuerit ipſius docentis ſecretis, niſi iuſſus debet inhiare, iuſſus uero inuitè. Nónne Fontini proteruitas, Zenocratis ſcrutinia aperuit, edocta publicè prius inſpexit, ſeq; magiſtrari credidit ſi omnem Zenocratis abſtuliſſet Mineruam, qua ablata Zenocrates ſtudere deſijt, ablatisq; Fontinus uti neſciens Phreneſi laborabat grandiori, proprio ergo diſcipulus labori confiſus, alieno nunquam inuidebit honori

Cum autem dies ſummę promotionis affuerit, breui ſtemmate compendioſoq́ affatu ueneranda commendetur ſociorum collectio, ſicq́ue ad honoris initialis incrementa intrepidè procedendum eſt, decenti ornatu, feſtiuo apparatu, ſi facultas ſuppetat, cunctis uel ad libitum eiuſdem ſaltem profeſſionis ſplendidæ procurato. Cautè tamen conſiderandum eſt cautiuſq́ue inueſtigandum ante magiſterij elationem, ut primi anni decurſu propria poſſit ſuſtentari ſi opus fuerit facultate. Turpè eſt enim ob reuerentiam tanti nominis prima fronte mendicare, ut Strictonius qui omnibus ad magiſterium pertinentibus uenerabiliter executus, luce cœpit tertia mendicare, tantiq́ ausus mox eum pœnituit. Quid mirum, quaſi inſtantaneus deluſus abſceſſit, tanti honoris faſtigia nunquam decætero confeſſus. O quàm felicis exitus ueneranda eſt commendatio.

CAPVT SEXTVM.

EXpeditis his quæ ad ſcholarium eruditionem digeſta ſunt, dilucidandi moderatione obſeruata, nec angariare lectorem ſermonis breuitate curamus, nec dilatione confundere, nunquam lucidiori ſtilo leuioriq́ ſtemmate peruſi, quoniam non ſolum diſcretis uerum etiã rudibus ænigmatis ſerie poſtpoſita commendatur. Nunc ad magiſtrorum uenerabilẽ properandum eſt maieſtatem. Magiſtrorum autem talis habeatur diuiſio. Tantorum quidam duabus urbibus cæteris fulgentioribus, ſcilicet, Romæ & Athenis cõmorantur, ulterius nuſquam procedentes, niſi quantum fortuna ſuccedit eis ut altius uenerentur. Alij prædictorum omittentes faſtigia locorum, oppidorumadiacentium querũt emolumenta, tum propter nouercam diſciplinę egeſtatem, tũ propter natalis patriæ dulcorem renitentem. Tam iſtorum quàm aliorum quidam ratione pulchræ denominationis imperium aſſumunt, ut honorificentur. Alij ratione intelligentię ignorantia eorum ne confundantur. Tertij ſubtilius ſpeculantes propter utriuſque partis incrementa magiſtralia contrahunt paludamenta. Talium namque quicunque uenuſtatis aſſumptę debitiq́ue officij uelit emolumenta proſequi, in uniuerſa morum honeſtate oportet ut polleat præclarius, ut ſit utiq́ in ſermone uerax, in iudicio iuſtus, in conſilio prouidus, & in commiſſo fidelis, conſtans in uultu, pius in affatu, uirtutibus inſignitus, bonitateq́ue laudabilis exiſtat, ſi quid uero contrarij acciderit, humanę fragilitatis appetitu accidere ſolet. Conuerſatione etiam ſit bonus, nulla ſiquidem res eſt magis pernicioſa diſcipulo, uita magiſtri contumelioſa, infuſa enim uidentur fœpiſſime confundi & fœtido uaſe, quia fœtidum uas aquas infuſas corrumpit. Hęc autem ad animæ docentis informationem digeſta ſunt, nunc de cæteris primarijs nõ dico, de primo primis, ſed de ſecundo primis differendum eſt. Tenetur quoq́ Doctor eruditus eſſe, manſuetus, rigidus, antiquus, non annis, non negligens, nec arrogans. Sit, inquam, eruditus. Prius enim oportet ut diſcat quàm doceat. Triuij ſiquidem comparationẽ doctrinæ nouimus aſſiſtricem. Valdè uero abſurdum eſt, & iniquum, ut imperiti peritis, nouelli antiquis, rudeſq́ præferantur emeritis. Manſuetus. Quoniam quando que diſcipulorum elationem pati opportunum eſt, ergo manſuetudine utendũ eſt. Magiſter Franco in immanſuetudine prodeat in exemplum, qui ob diſcipulorũ ſuorum nobilitate ſua utentium, irrefrenabilem arrogantiam laqueo ſe ſuſpendit, ſapiẽtius autem egiſſet ſi manſuetudine uſus fuiſſet. Rigidus. In ſcholarium enim amplexu rigore ruui commodiſſimum eſt, ut ſic errantibus uindictam imponat, Sophiſtarum lites diſſoluat, oblatrantes remordeat, obloquentes reprimat, proteruientes caſtiget,

caſtiget, totamq́ determinationem Dialecticam faciat. Antiquis uero nõ annis, ſed perpetua ſcientia, ſi uero utrumq́ affuerit ſanior conditio erit. Non negligens. Quoniam ſicut in unoquoq́ opere mater inuenitur cõſtantia, ita uniuerſæ doctrinę & diſciplinæ nouerca eſt negligentia. Opportunius enim eſſet mechanicæ deſeruire arti quàm negligentiæ iugo onerari. Non ſit arrogans. Quoniam uiuax paucum ſcintillula extinguitur magiſtrantis arrogantia, uoluntatiq́ue diſcendi diuitibus ſequeſtratur, quoniam arrogantis magiſtri ſedulitas nunquam fideliter hominem inſtruxit. Hi ſunt qui id quod ſciunt humiliter docere contemnunt, & quę ratione ſapiunt rectè monſtrare nequeũt, quoniam in faſtigio poſiti mentes mœrentium deſpiciunt, nec in datorem ſcientiæ cauſam referunt, ſed propriã in ſe reſpiciũt excellentiam. Hi etiã ſunt qui fimbrias dilatant, phylacteria magnificãt, in publicis ſpectaculis eminentiora ſedilia quærunt, & ab omnibus Rabi nomine uocari & ſalutari deſiderant. Tales ſiquidem omnium bonorum collectio iure ſedulitatis ablato à ſe relegabit. Cum autem bonæ inquiſitionis tyro legendi cauſa ſcholas intrauerit, rigore intrinſecus aſſumpto, conſiderandum eſt ut auroræ tẽpore continuo ſubmiſſa uoce incipiat, ore rotundo mediocriter aſcẽdendo, niſi magna urgeat neceſſitas expectando. Quoniam ſi magiſtratus diligentia aliquos ultra debiti temporis ſpatium expectare præſumpſerit, hos ſiquidẽ pigritiei mora cõfundit, iraq́ ſe rancore cominuet. Cum aũt pigritiei diſcipulus, dormitationis artifex, magiſtri nouerit ſedulitatem, aut maturius feſtinabit, aut pudore confuſus in huius opprobriũ dormitabit. Sed non faciat ut Aſſuerus Poëta precipit, quem Dromonis Caſtoris diſcipuli pigrities nequiuit in riſum excitare. Eo uero more, quotidiano ad primam ſtertente, unguibus ſcabris membratim Muſicũ melos agentibus, oculiſq́ lippientibus, lucemq́ explorantibus matutini laboris, in ſcholiſq́ne res peragat conſortibus aduenientibus ſic dicebat: Lucis rubore diei auroræ ne adhuc cõfundit. Illis itaque negantibus mediã partẽ diei creberrimè ſomnolẽtus expleuit gratias Deo agẽdo, maluit enim ſani capitis habere duritiẽ quàm inſani peritiam. Si uero meridiana diſputationi plerũq́ adeſſet, natiuũ morem excedere neſciens, naſo uigilante ſterebat, affinibusq́ ob porcinæ corroſionis ſtrepitũ prebebat faſtidia. Dum aliquando olera ſecundas eius delitias hauriret, ora hiatui lumina ſomno cõmiſit. Manus uero licet ſordida in catino aliquid prẽdebat, ſed ſopor ei nociuus exitit, dum cibaria incarcerare quæſiuit. Ad quem fructum maturitatis ô Marciane ſociorũ chariſſime creditis hunc peruenire, ueſtra ſiquidem nouit intentio. Si differendi cauſa meridianus Doctor ſtudium adierit, cauendũ eſt ne Sophiſtico polleat apparatu, nec teretis moueatur difficultatibus, ſed ſtudioſa prẽmeditatione omnibus armatus, intrepidus, adeat lites, easq́ facili mẽte componat, & illud quod quiſq́ obiecerit ita memoriæ diſponat, ut detegendi tempore à uia rationis non diſcedat, ſed ordine cõperenti ænigmata dilucidandi moderatione aſſumpta explicite diſſoluat. Si uero maxima, ut aſſolet, diſcretorum mentibus contigerit dubitatio in differẽdo, ſtudijs utendum eſt deliberando, & quod naturalibus motibus mens exagitata dictauerit, conſcientię in craſtinum proferendum eſt. Eodemq́ modo ſi difficilimũ quid quiſquis præmeditatus fuerit, diſcretioni eſt commendandum, facilius enim differendo plerũque difficultatis ſcintillula inuenitur quàm ſi ſtudij obſeruationi committeretur, quoniam non in altero tantum ſcientiæ ueritas reperitur, ut dicit Ariſtoteles. Animaduertendum eſt etiam quod tribus modis in traditionibus uti ſolet diſcretorum cognitio. Nouis ſiquidem & inuſitatis æditionibus gloriari, ueteribus tetrisq́ diſcipulorũ mentes palliare, uetuſtiſſimis tamẽ innouatis & tanq́ propriis riuis manãtibus credentiũ intelligentias excitare. Si quis uero horum diſcipulorũ ſagacitate oblectauerit, archiſcholari iũgẽdus eſt, ut uel eis recordatiõis ſeriẽ fideliter imprimat, uel exarandi diligentiã cõmendet. Magnũ ſiquidẽ in his utilitatis fomentũ colliget.

Vt autem

Vt aũt ad magiſtratus apicem tempore perueniat diſcipulus, ſtudio cõtinuitatis im
morandum eſt, receſſuq́ue ſecretiori licet ſanguineus exiſtat inſiſtendum eſt, ne
ſtrepitus aſſiſtentium mentem hebetet, uel migrantium rixa cõfundat intelle
ctum, nullis uinculis uitales ſpiritus impedientibus. Honeſtati enim conſentane
um eſt, ut ſecreta rimando ſolitarius magiſter exiſtat magis quàm libellos extra
hendo cunctis preſentiam ſuam exhibeat, nõnne detractionis filius magiſtri ſedu
litatem libros extrahentem aſpiciens, quid in quantum utiq́ue meditaretur. Si
uero primæuo tempore magiſtrantis diligentia copiam diſcentium non habue
rit, idcirco non tepeſcat, nec ſpe depoſita euaneſcat, ſed tanto acrius ſtudijs inſi
ſtat, ſeq́ue in conflictu ſtrenuè præbeat, ut ſic licet cum paucis honorem contin
gant. Paucorum enim conſortio multos delinitos, profunditatis ſtudio uigente,
frequenter uidimus ſtrenuè intitulari. Nõne Theophraſtus ſubtilitatis artifex, pau
corum ſuffultus ornatu, ſpe defraudatus regendi, curam obiecit, quod tamen in
conſulte egit, conſultius enim egiſſet ſi ſe ſtudij obſeruantiæ commendabilem ex
hibuiſſet. Muneribus tamen magiſtri Leontini diſcretio multorum ſibi acquiſiuit
conſortium. Pulchrius enim ſic egere cenſuit quàm diſcentium cœtu deſtitui. Pie
tatis uero ambitu ſcholarium rector delinitus, diſcipulorũ corda paupertate degen
tium, ſtudioſeq́ue diſcentiũ mulcere tenet, uidelicet cibarijs, calceis, ueſtibus, ſal
tem tritis, ſi facultas ſuppetit, cæterisq́ donatis ſubueniat, conſilioq́ ut decet con
citatiuo. Quę enim præclarior naturæ quæue ſuauior quàm ueris ſcholaribus eroga
tio. Præclarius eſt enim confouere ſcholarem his in quibus eſt minima donãtis ex
hibitio, maxima uero pauperis recipientis promptio, quàm hiſtrionum & meretri
cum deteſtabiles incurſus deliniri. Nubila licet quandoque fortuna exiſtat, non
tamen magiſtrantis cura deſperet, ſed ſemper curialiter ſe regendo incurſus uiriliter perferat, dulcius expectando. Proh Coriandi pudenda tranſactio. Si autem ob feſtiui temporis impulſum delitiarum loca uiſitare placuerit, ſemper cœtus ſui, no
biliores, formaq́ eminentiores, docentis ſecum habeat diſcretio, ne quaſi deſtitu
tos ſolatio à multis uideatur, uel ne in periculum excitetur. Maronis ſaltus felicium
diſcipulorum priuari cœtu indoluit. Licet autem in ſcholis rigidus exiſtere debe
at, tamen ingreſſu ſalutando deuotus permaneat, in ſermone iucũdus tranſmigran
tibus; comes alludentibus, fidelis ammonitu commorantibus, caſtitate cautus affi
nibus, ne ſuſpirantis naſi fœtorem ſi quis affuerit, amicabilis ebibat affinitas. Ex
trema preſentis uoluminis extat compilatio de magiſtrantibus, quos liberalibus no
uerca diſciplinis egeſtas fines compulerit inuadere alienas. Et de illis quos natu
raliter patriæ reuocat dulcedo, aliquid ſub compendio dicamus. Cum ob egeſta
tis cauſam repellendæ lucri quærat quis odorem dulciſſimum, conſiderandum eſt ut
ſaluo magiſtratus honore parcitati quantum queat inſiſtat, ueſtibus mediocribus in
hiat, & ſcholarium regimini præcipuè indulgeat. Pueriſq́ primo prebeat uultum
benignum, parentibusq́ eorum benigniorem affatum, docendiq́ auditum ſpon
deat benigniſſimum, ut ſic non ſolum puerorum corda permolliat, uerum etiam
parentum pecuniam extrahat, famãq́ efferat, ſcholæ uero iura regulariter defen
det, ordine docendi prius edocto putatur. Eiſdem etiam aliquantulum adultis ri
gidum ſe exhibeat, ipſorumq́ ora ad recte loquendum componat, digitosq́ ad ſcri
bendum conſtringat, ad legendum omnino conformet, rigore iuſtitiæ comitan
te, ut ſic non ſolum in doctrina, uerumetiam in facetia conueniat. Ludendiq́ ſpa
tium tempeſtiuè concedat, docendiq́ beneficia nullo caſu ſubtrahat. Si uero cõ
tumacem ſuperbumq́ inuenerit, dulciter caſtiget, exemplaq́ morum proponat qui
bus reprimatur, alioquin parentum aſſenſu uirgis affligetur, ut ſic ad unguem caſti
gatus euadat, ne deſperatus in ignominiam cadat. Cum autem magiſtrãtis dile
ctio ætа

ctio ætate infrigidatos ſtatualesq́ Planeticos ſcholaſtici introitus habuerit partici
pes, ſi correctionis lima apud eos uti nequiuerit, ſenio confectis arridendum eſt, ita
ualibus ingemiſcendum, Planeticisq́ fauoris ſimulachro eſt congaudendum. Ca
ſtamiſtratos cirris hirſutis perurat, fucoq́ perfuſos lachrymis irrigantibus gulam per
fundat. Molleſq́ cautè ejiciat ne mentis ſuæ reatum commoti participent. Animad
uertendum eſt etiam quod quorum erogatione laborioſum delinitur certamen, in
illis doctrinalis comprobetur effectus, rerum namq́ effectus exhibitione operis
declaratur. Ordine autem competenti uiciſſim ſunt conuocandi, ut fideli ſcrutinio
pateat quid ſubminiſtrantium labor diurnus erogauerit. Subminiſtrãtium enim cu
ræ non ſemper eſt confidendum, quoniam illorum cupiditas fractis aſſibus plerun
que permolitur, aut ſpe defraudata tepeſcit fidelitas, aut ut uideantur fideles crude
ſcit poteſtas. Sicuti uero paupertati felici miſericorditer deferendum eſt, ſic nõ mi
nus ipſius eruditionibus attentius eſt inſiſtendum. Cum autem cœna pauperior
affuerit, commenſalibus eſt eroganda facultas, familiaribus complicibuſq́ uici
nitatis inuitę porrigenda, ne familiaris uox ſecreta reuelet detrahendo, uel multipli
citatis anus prodiga propinquat anui annectendo. Quid autem anu conſcia futi
lius. Proterua in minimis procul abſit rapacitas, & fame nouerca & aduncа tena
citas. Cauendum eſt etiam ne puerorum pulueri fœculento plusq́ triennio ibi
dem alludat, licet maxima comitum gazæue affuerit affluentia, conſideranda
amoris opulentia, niſi honoris promotio uigeat in amore uel facultatum elatio in
honore. Cum autem ob dulcoris patriæ delitias, parẽtumq́ uenerabiles aſpectus,
regendi curam quis acceperit in natalis ſoli confinio, pompoſo affatu inſiſtendum
eſt. Cautè ſplendideq́ procurationi uiciſſim eſt arridendum, ueſtiumq́ uarieta
te gaudendum, quoniam ueſtis pollimite uenuſtas, annulorumq́ue inſignia, multos
aliud quàm ueritas exigit cogunt obtinere. Ornatus, fauor, affatusq́ lepos, quàm
plurimos comparatos ſenſu, erroneo Homerum excedere uiſu compellunt, ordi
ne tamen docendi prætaxato diligenter obſeruato. Iocorum quoque damnoſa
libido attentius ablata ſit, ut quod raro contingit prouincialis honor, famam effe
rat in tituli commendationem. Quanto magis uero uenuſtatis titulus ſurrexerit,
tanto magis ſubditorum inſiſtẽdum eſt fauori, ut quod proprij oris nequit efferri
tumultibus, ipſorum tempeſtiuis erogetur affatibus, ut non ſolum in morum dul
cedine, uerumetiam proprię facultatis acumine commendabilis inſpectetur. Cum
autem tam morum quàm facultatis in publicum euenerit commendatio, cauendũ
eſt ne inceſtus caput obſtipet, adulterium ora confundat, illiciteq́ malignitatis fœ
tor famam bonam denigret, ne roſæ uernum emittentes odorem uideantur expira
re, & lilia ſudore caſtitatis quæſita decreſcere uideantur. Venerabilis Cratonis ef
figies propriæ facultatis complicibus, alijs etiam qui eum unico aſpectu attigerant
mœroris cauſam prębuit & incrementum, qui Caſtoris in diuerſorio ob Euphraſiæ
uxoris ſuę delicias obdormiuit, amplexando repertus eſt, capillis tractus, uerbere
caſtigatus, uulnere laceratus, ſale fricatus, urina ſeruorũ perfuſus, angulis electus,
trabibus erectus, tandem laſſatis tortoribus genitalibus priuatus, ſterquilinio ſup
poſitus, tranſeuntibus expoſitus: Plebis abiectio, diſcipulorum deſolatio, commili
tonum opprobrium, crudumq́ ac crudele, miſerum ac miſerrimum cunctis extitit
doloris ſpectaculum, affinitatis gratia parenteleq́ gloria in nullo ſibi
proficientibus. Licet enim prima quandoque ſalua fi
ant indicia, ultima uero alterius ſaporis
inquinamenta permane
bunt &c.

Conſiliabat

Consiliabar item gnatorum soluere carmen,
Obliqua facie surdus ab arce uehor.
Non pudeat struxisse dolos ex aggere fato,
Rumiferos sonitus dum mouet ampla seges.
Aderat interdum rabies contermina ponto.
Dum loquor ex quarto capite confer opus.
Vos precor ô iuuenes quibus est celebranda iuuentus,
Suggerat innocuos nunc mea lyra modos.

De Disciplina scholarium Libri finis.

ANITII MANLII SE

VERINI BOETHI, VIRI CLARISSIMI ET
ILLVSTRISSIMI, EXCONSVLIS ORDINARII PA-
TRITII, AD PATRITIVM SYMMACHVM,

De Arithmetica Lib. II.

DE MVSICA Lib. V.

DE GEOMETRIA Lib. II.

ANITII MANLII SE/VERINI BOETHI ARITHMETICA, DISCRETA LIBRIS DVOBVS.

P R AE F A T I O.

IN dandis accipiendisq; muneribus, ita rectè officia, præcipuè inter eos qui ſeſe magnificiunt, æſtimantur, ſi liquidò cõſtabit, nec ab hoc aliud quod liberalius afferret inuentum, nec ab illo unq; quod iucundius beneuolentia complecteretur acceptum. Hæc ipſe conſiderans, attuli non ignauâ opum pondera, quibus ad facinus nihil inſtructius eſt, cùm habendi ſitis incanduit. Ad meritum nihil uilius, cum ea ſibi uictor animus calcata ſubiecit, ſed ea quę ex Græcarum opulentia literarum, in Romanę orationis thæſaurum ſumpta cõuexim⁹. Ita enim mei quoq; operis mihi ratio conſtabit, ſi quæ ex ſapientiæ doctrinis elicui, ſapientiſſimi iudicio comprobentur. Vides igitur ut tam magni laboris effectus, tuum tantum expectet examen, nec in aures prodire publicas, niſi doctę ſententiæ aſtipulatione nitatur. In quo nihil mirum uideri debet, cum id opus quod ſapientiæ inuenta perſequitur, non autoris ſed alieno incumbit arbitrio. Suis quippè inſtrumentis res rationis expenditur, cum iudiciũ cogitur ſubire prudẽtis. Sed huic munuſculo, non eadem, quæ cæteris imminent artibus, munimenta conſtituo. Neq; enim ferè ulla, ſic cunctis abſoluta partibus, nullius indiga, ſuis tantum eſt ſcientia nixa præſidijs, ut non cæterarum quoq; artium adiumenta deſideret. Nam in effigiandis marmore ſtatuis, alius excidendæ molis labor eſt, alia formandæ imaginis ratio. Nec eiuſdem artificis manus, politi operis nitor expectat. Ac depingẽdæ manibus tabulæ commiſſæ fabrorum, cæræ ruſtica obſeruatione decerptæ, colorum fuci mercatorum ſolertia perquiſiti, lintea operoſis elaborata textrinis, multiplicem materiã præſtant. Nonne idem quoq; in bellorum uſitur inſtrumentis? Hic ſpicula ſagittis exacuit, illi ualidus thorax nigra gemit incude. Aſt alius crudi umbonis tegmina, prij laboris orbi infigenda mercatur, tam multis artibus ars una perficitur. Aſt noſtri laboris abſolutio, longè ad faciliorem currit euentum. Tu enim ſolus manum ſupremo operi impones, in quo nihil de decernentium neceſſe eſt laborare conſenſu. Quamlibet enim hoc iudicium multis artibus probetur excultum, uno tamẽ cumulatur examine. Experiare igitur licet, quantum nobis in hoc ſtudio, longis tractus otijs labor adiecerit. An rerum ſubtilium fugas, exercitatæ mentis uelocitas comprehendat. Vtrum ieiunæ macies orationis, ad ea, quæ ſunt caligantibus impedita ſententijs, expedienda ſufficiat. Qua in re mihi alieni quoq; iudicij lucra queruntur, cum tu utrarumq; peritiſſimus literarum, poſſis Graiæ orationis expertibus, quantum de nobis iudicare audeant, ſola tantum pronunciatione præſcribere. At nõ alterius obnoxius inſtitutis, arctiſſima memetipſe translationis lege conſtringo, ſed paulum liberius euagatus, alieno itineri, nõ ueſtigijs inſiſto. Nam & ea quæ de numeris à Nicomacho diffuſius diſputata ſunt, moderata breuitate collegi. Et quæ tranſcurſa uelocius, anguſtiorem intelligentiæ præſtabant aditum, mediocri adiectione reſeraui, ut aliquando ad euidẽtiam rerum, noſtris etiam formulis ac deſcriptionibus utemur. Quod nobis quantis uigilijs ac ſudore cõſtiterit, facilè ſobrius lector agnoſcet. Cum igitur quatuor Matheſeos diſciplinarum, de Arithmetica, quæ eſt prima, præſcriberem, tu tantum dignus eo munere uidebare, eoq; magis in errato opus eſſe intelligebam. Nã & ſi apud te facilis uenire locus eſſet, aliquando tamen ipſam formidabat facilitatẽ ſuſpecta ſecuritas. Arbitrabar enim nihil tantæ reuerentiæ ob

latum iri oportere, quod nõ elaboratum ingenio, perfectum ſtudio, dignum poſtremo tanto otio uideretur. Nõ igitur ambigo, quin pro tua in me beneuolentia ſuperuacua reſeces, hiantia ſuppleas, errata reprehendas, commodè dicta, mira animi alacritate ſuſcipias. Quæ res impulit pigram conſilij morã. Nimios enim mihi fructus placitura reſtituent. Noui quippe quanto ſtudioſius noſtra quàm cæterorum bona diligamus. Rectè ergo quaſi aureos Cereri culmos, & maturos Bacho palmites, ſic ad te rudimẽta noui operis tranſmiſi. Tu tantum paterna gratia noſtrum prouehas munus, ita & laboris mei primitias doctiſſimo iudicio conſecrabis, & non maiore cenſebitur autor merito quàm probator.

In quo diuiſio Mathematicæ, Cap. I.

INter omnes priſcæ autoritatis uiros, qui Pythagora duce puriore mentis ratione uiguerunt, conſtare manifeſtum eſt, haud quenquam in Philoſophiæ diſciplinis ad cumulum perfectionis euadere, niſi cui talis prudentiæ nobilitas quodam quaſi quadriuio ueſtigatur. Quod rectè ſolertiam intuentis non latebit. Eſt enim ſapientia, rerum quæ ſunt, ſuiq; immutabilem ſubſtãtiam ſortiuntur, comprehenſio ueritatis. Eſſe autem illa dicimus, quæ nec intentione creſcunt, nec rẽtractione minuuntur, nec uariationibus permutantur, ſed in propria ſemper ui, ſuæ ſe naturæ ſubſidijs nixa cuſtodiunt. Hæc autem ſunt qualitates, quantitates, formæ, magnitudines, paruitates, æqualitates, habitudines, actus, diſpoſitiones, loca, tempora, & quicquid adunatum quodãmodo corporibus inuenitur. Quæ ipſa quidem natura incorporea ſunt, & immutabilis ſubſtantiæ ratione uigentia, participatione uero corporis permutantur, & tactu uariabilis rei, in uertibilem inconſtantiam tranſeunt. Hæc igitur (quoniam ut dictum eſt, natura immutabilem ſubſtantiam uimq; ſortita ſunt) uerè proprieq; eſſe dicuntur. Horũ igitur, ideſt, quæ ſunt propriè, quæq; ſuo nomine eſſentiæ nominantur, ſcientiam, ſapientia profitetur. Eſſentiæ autem geminæ partes ſunt, una cõtinua, & ſuis partibus iuncta, nec ullis finibus diſtributa, ut eſt arbor, lapis, & omnia mũdi huius corpora, quæ propriè magnitudines appellantur. Alia uero diſiuncta à ſe, & determinata partibus, & quaſi aceruatim in unum redacta concilium, ut grex, populus, chorus, aceruus, & quicquid eorum quorum partes propriis extremitatibus terminantur, & ab alterius fine diſcretæ ſunt. His, proprium nomẽ eſt multitudo. Rurſus multitudinis alia ſunt per ſe, ut tres uel quatuor, uel tetragonus, uel quilibet numerus, qui, ut ſit, nullo indiget. Alia uero per ſeipſa non conſtant, ſed ad quiddam aliud referuntur, ut duplum, ut dimidium, ut ſeſquialterum, uel ſeſquitertium, & quicquid tale eſt, quod niſi relatum ſit ad aliud, ipſum eſſe non poſſit. Magnitudinis uero, alia ſunt manentia, motuq; carentia, alia uero, quæ mobili ſemper rotatione uertuntur, neculli s temporibus acquieſcunt. Horum ergo, illam multitudinem quæ per ſe eſt, Arithmetica ſpeculatur integritas. Illam uero, quæ ad aliquid, muſici modulaminis temperamenta pernoſcunt. Immobilis uero magnitudinis, Geometrica notitiam pollicetur. Mobilis ſcientiam, Aſtronomicæ diſciplinæ peritia uendicauit. Quibus quatuor partibus ſi careat inquiſitor, uerum inuenire non poſſit, ac ſine hac quidem ſpeculatione ueritatis nulli rectè ſapiendum eſt. Eſt enim ſapientia earum rerum quę uerè ſunt, cognitio & integra comprehenſio. Quod hæc qui ſpernit, ideſt, has ſemitas ſapientię, ei denuncio non rectè Philoſophandum. Siquidem Philoſophia eſt amor ſapientiæ, quam in his ſpernendis ante contempſerit. Illud quoq; addendum arbitror quod cũcta uis multitudinis ab uno progreſſa termino, ad infinita progreſſionis augmenta cõcreſcit. Magnitudo uero, à finita inchoãs quãtitate, modũ in diuiſione nõ recipit. Infinitiſſimas enim ſui corpis ſuſcipit ſectiones. Hanc igitur naturæ infinitatẽ, indeterminatãq; potentiã, Philoſophia ſpõtè repudiat. Nihil enim q infinitũ eſt uel ſcientia poteſt

teſt colligi, uel mente comprehẽdi. Sed hinc ſumpſit ſibi ipſa ratio, in quibus poſſit indagatricem ueritatis exercere ſolertiã. Delegit enim de infinitæ multitudinis pluralitate, finitæ terminum quantitatis, & interminabilis magnitudinis ſectione reiecta, definita ſibi ad cognitionem ſpatia depoposcit. Conſtat igitur quiſquis hæc præterierit, omnem Philoſophiæ perdidiſſe doctrinam. Hoc igitur illud quadriuium eſt, quo ijs uiandum ſit, quibus excellẽtior animus à nobiſcum procreatis ſenſibus, ad intelligentiæ certiora perducitur. Sunt enim quidam gradus certæq; progreſſionum dimenſiones, quibus aſcendi progrediq; poſſit, ut animi illum oculum, qui (ut ait Plato) multis oculis corporalibus ſaluari conſtituiq; ſit dignior, quod eo ſolo lumine ueſtigari uel inſpici ueritas queat. Hunc, inquam, oculum demerſum, orbatũque corporeis ſenſibus, hæ diſciplinæ rurſum illuminent. Quæ igitur ex his prima diſcenda eſt, niſi ea quæ principium matriſq; quodammodo ad cæteras obtinet portionem. Hæc autem eſt Arithmetica. Hęc enim cunctis prior eſt, non modo quod hanc ille huius mundanę molis conditor Deus, primam ſuæ habuit ratiocinationis exemplar, & ad hanc cuncta conſtituit, quæcunq; fabricante ratione, per numeros aſſignati ordinis inuenere concordiam, ſed hoc quoq; prior Arithmetica declaratur, quęcunq; natura priora ſunt, his ſublatis ſimul poſteriora tolluntur. Quod ſi poſteriora pereant, nihil de ſtatu prioris ſubſtãtiæ permutatur, ut animal prius eſt homine. Nam ſi tollas animal, ſtatim quoq; hominis natura deleta ſit. Si hominem ſuſtuleris, animal non peribit. Et econtrario ea ſemper poſteriora ſunt, quæ ſecum aliud quodlibet inferunt, ea priora quæ cum dicta ſunt, nihil ſecum de poſterioribus trahunt, ut in eodem quoq; homine. Nam ſi hominem dixeris, ſimul quoq; animal nominabis. Idem eſt enim homo, quod animal. Si animal dixeris, non ſpeciem ſimul hominis intuliſti. Non eſt enim idem animal, quod homo. Hoc idem in Geometrica uel in Arithmetica uidetur incurrere. Si enim numeros tollas, unde triangulum uel quadratum, uel quicquid in Geometria uerſatur? quæ omnia numerorum denominatiua ſunt. At uero, ſi quadratum triangulumq; ſuſtuleris, omniſq; Geometrica conſumpta ſit, tres & quatuor, aliorumq; numerorum nõ peribunt uocabula. Rurſum cum aliquam Geometricam formam dixero, eſt illi ſimul numerorum nomen implicitũ. Cum numeros dixero, nondum ullam formam Geometricam nominaui. Muſica uero quàm prior ſit numerorum uis, hinc maximè probari poteſt, quod non modo illa natura priora ſunt, quæ per ſe conſtant, quàm illa quæ ad aliquid referuntur, ſed etiã ea ipſa Muſica modulatio, numerorum nominibus annotatur. Et idem in hac euenire poteſt, quod in Geometrica prædictum eſt. Diateſſaron enim, & diapente, & diapaſon, ab antecedentis numeri nominibus nuncupantur. Ipſorum quoq; ſonorum aduerſus ſe proportio, ſolis neq; alijs numeris inuenitur. Qui enim ſonus in diapaſon ſymphonia eſt, idem duplicis numeri proportione colligitur. Quæ diateſſaron eſt modulatio, epitrita collatione componitur. Quam diapente ſymphoniam uocant, hemiolia medietate coniungitur. Qui in numeris epogdous eſt, idem tonus in Muſica. Et ne ſingula perſequi laborẽ, huius operis ſequentia, quãto prior ſit Arithmetica, ſine ulla dubitatione mõſtrabunt. Sphæricam uero atq; Aſtronomicam tanto præcedit, quanto duæ reliquæ diſciplinę hanc tertiam natura precedunt. In Aſtronomica enim, circuli, ſphæra, centrum, paralleliq; circuli, mediuſq; axis eſt, quæ omnia Geometricæ diſciplinæ curę ſunt. Quare eſt etiam ex hoc oſtẽdere ſeniorẽ Geometricæ uim, quod omnis motus eſt poſt quietem, & natura ſemper ſtatio prior eſt. Mobiliũ uero Aſtronomica, immobiliũ Geometrica doctrina eſt, uel quod harmonicis modulationibus motus ipſe celebratur aſtrorum. Quare conſtat quoque muſicę uim, aſtrorum curſus antiquitate precedere, quàm ſuperare natura Arithmeticam dubium non eſt, cum prioribus, quàm illa eſt, antiquior uideatur. Propriè tamẽ ipſa numerorum natura, omnis aſtrorum curſus, omniſq; Aſtronomica ratio cõſtituta eſt. Sic enim ortus occaſuſq́ue colligimus, ſic tarditates uelocitateſq́ue errantium

sideru custodímus,sic defectus & multiplices lunæ uariationes agnoscímus. Qua re quoniã prior,ut claruit,Arithmeticę uis est,hinc disputationis sumamus exordiũ.

De substantia numeri, Cap. II.

OMnia quæcunque à primæua rerum natura constructa sunt,numerorum uidentur ratione formata. Hoc enim fuit príncipale in animo conditoris exẽplar. Hinc enim quatuor elementorum multitudo mutuata est,hinc temporum uices,hinc motus astrorum,cœliq; conuersio. Quæ cũ ita sint,cũq; omnium status,numerorum colligatione fungatur,eum quoque numerum necesse est,in propria semper sese habentem æqualiter substantia,permanere,eumq; compositum non ex diuersis. Quid enim numeri substantiam coniungeret, cum ipsius exẽplum cuncta iunxisset?ed ex seipso uidetur esse compositus. Porrò autem nihil ex similibus cõponi uidetur,nec ex his quæ nulla rationis proportione iunguntur,et à se omni substantia naturaq; discreta sunt. Constat ergo quoniam cõiunctus est numerus,neq; ex similibus esse coniunctum,neq; ex his quæ ad se inuicem nulla ratione proportionis hærent. Erunt ergo,numeros,prima quæ coniungant, ad substantiam quidem quæ constent,semperq; permaneant. Neq; enim ex non existentibus effici quicquam potest,& sunt ipsa dissimilia & potentia componendi. Hæc autẽ sunt quibus numerus constat,par atq; impar. Quæ diuina quadam potentia cũ disparia sint contrariaq;,tamen ex una genitura profluunt,& in unam compositionem modulationemq; iunguntur.

De diffinitione,& diuisione numeri,& diffinitione paris & imparis, Cap. III.

ET primum quid sit numerus,diffiniendum est. Numerus est unitatum collectio,uel quantitatis aceruus ex unitatibus profusus. Huius igitur prima diuisio est,in imparem atq; parem. Et par quidem est, qui potest in æqualia duo diuidi,uno medio non intercidente. Impar uero quem nullus in æqualia diuidit,quin in medio prædictus unus intercidat. Et hęc quidem huiusmodi diffinitio uulgaris est & nota.

Diffinitio numeri paris & imparis secundum Pythagoram, Cap. IIII.

ILla autem secundum Pythagoricam disciplinã talis est. Par numerus est, qui sub eadem diuisione potest in maxima paruissimaq; diuidi. Maxima spatio, paruissima quantitate,secũdum duorum istorum generum contrarias passiones. Impar uero numerus est,cui hoc quidem accidere non potest,sed cuius in duas inæquales summas naturalis est sectio. Hoc est autem exemplar. Vt si quilibet datus par numerus diuidatur,maior quidem (quantum ad diuisionis spatia pertinet) non inuenietur quàm discreta medietas. Quantitate uero nulla minor sit, quàm in gemina facta partitio, ut si par numerus qui est 8, diuidatur in 4, atq; alios 4, nulla erit alia diuisio,quæ maiores partes efficiat. Porrò autem nulla erit alia diuisio,quæ totum numerum minore diuidat quãtitate. In duas enim partes diuisione, nihil minus est. Cũ enim totum quis fuerit trina diuisione partitus,spatij quidem summa minuitur, sed numerus diuisionis augetur. Quod autem dictum est,secundum duorum generum contrarias passiones,huiusmodi est. Prædocuimus enim quantitatem in infinitas pluralitates accrescere,spatia uero,idest,magnitudines,in infinitissimas minui paruitates, atque ideo hic contra euenit,hæc nanq; paris diuisio, spatio est maxima, paruissima quantitate.

Alia secundum antiquiorem modum diffinitio paris & imparis, Cap. V.

SEcundum antiquiorem uero modum,alia est paris numeri definitio. Par numerus est qui in duo æqualia,& in duo inęqualia partitionem recipit, sed ut in neutra diuisione,uel imparitati paritas,uel paritati imparitas miſceat, præter solum paritatis principem binarium numerum,qui inæqualem non recipit sectionem,propterea quod ex duabus unitatibus cõstat, & ex prima duorum quodãmodo paritate. Quod autem dico,tale est: Si enim ponatur par numerus, potest in duo æqualia diuidi,ut denarius diuiditur in quinos. Porrò autem & per inæqualia,ut idem denarius in 3 & in 7. Sed hoc modo, ut cum una pars fuerit diuisionis par, alia quoq; par inueniatur,& si una impar, reliqua ab eius imparitate non discrepet, ut in eodem numero qui est denarius. Cum enim diuisus est in quinos, uel cum in 3 & in 7 utraq; in utraq; portione partes,impares extiterunt. Si autem ipse uel alius numerus par,diuidatur in æquales,ut octonarius in 4 & in 4, & item per inæquales,utidem octonarius in 5 & in 3, in illa quidem diuisione utraq; partes pares factæ sunt, et in hac utraq; impares extiterũt. Neq; unquam fieri potest,ut cũ una pars diuisionis par fuerit,alia impar inueniri queat,aut cum una impar sit,alia par possit intelligi. Impar uero numerus est qui ad quamlibet illam diuisionem,per inęqualia semper diuiditur,ut utrasq; species numeri semper ostendat,nec unquam altera sine altera sit,sed una pars paritati,imparitati alia deputatur,ut 7 si diuidas in 3 & in 4, altera portio par,altera impar erit. Et hoc idem in cũctis imparibus numeris inuenitur. Neq; unquam in imparis diuisione, præter se esse possunt, hę geminæ species, quę naturaliter uim numeri substantiamq; componunt.

Diffinitio paris & imparis per alterutrum, Cap. VI.

QVod si hæc etiam per alterutras species diffinienda sunt, dicetur imparem numerum esse,qui unitate differt a pari, uel incremento, uel diminutione. Item par numerus est,qui unitate differt ab impari,uel incremento,uel diminutione. Si enim pari unum dempseris uel unum adieceris,& impar efficitur, uel si impari idem feceris, par continuo procreatur.

De principalitate unitatis, Cap. VII.

OMnis quoque numerus, circum se positorum & naturali sibimet dispositione iunctorum,medietas est. Et qui super duos illos sunt,qui medio iungũtur,si componãtur,etiam ipsorum supradictus numerus media portio est, & rursus illorum qui sunt super secundo loco iunctos, cum ipsi quoq; sint compositi, prior his numerus medietatis loco est,& hoc erit usq; dum occurrens unitas terminum fecerit. Vt si ponat quis quinariũ numerum,altrinsecus circa ipsum sunt,supra 4, inferius sex. Hi ergo si iuncti sunt, faciunt 10, quorum 5 numerus medietas est. Qui autem circa ipsos,idest,circa 6 & 4 sunt, 3 scilicet & 7, idem si iuncti sunt, eorum quinarius numerus medietas est. Rursus istorum, qui altrinsecus positi sunt, si iungantur, etiam hi quinarij numeri dupli sunt. Nam super 3 sunt 2, super 7 sunt 8. Hi ergo si iuncti sunt faciunt 10, quorum quinarius rursus medietas est. Hoc idem in omnibus numeris euenit,usq; dum ad unitatis terminum peruenire queat. Sola enim unitas circum se duos terminos non habet, atque ideo eius, qui est prope se, solius est medietas. Nam iuxta unum solus est binarius, naturaliter constitutus, cuius unitas media pars est. Quare constat, primam esse unitatem, cunctorum qui sunt in naturali dispositione numerorum, & etiam ritè totius quamuis prolixę, genitricem pluralitatis agnosci.

Diuiſio paris numeri, Cap. VIII.

PAris autem numeri ſpecies ſunt 3. Eſt enim una quæ dicitur pariter par, alia uero pariter impar, tertia impariter par. Et contraria quidem, locaq; obtinẽtia ſummitatum, uidentur eſſe pariter par, & pariter impar. Medietas autem quædam, quæ utrorumq; participat, eſt numerus qui uocatur impariter par.

De numero pariter pari eiusq; proprietatibus, Cap. IX.

PAriter par numerus, eſt qui poteſt in duo paria diuidi, eiusq; pars in alia duo paria, partisq; pars in alia duo paria, ut hoc totiens fiat, uſq; dum diuiſio partium ad indiuiſibilem naturaliter perueniat unitatem. Vt 64 numerus, habet medietatem 32, hic autem medietatem 16, hic uero 8, hunc quoq; quarenarius in æqua partitur, qui binarij duplus eſt, ſed binarius unitatis medietate diuidi tur, quæ unitas naturaliter ſingularis, non recipit ſectionem. Huic numero uidetur accidere, ut quæcunq; eius fuerit pars, cum nomine ipſo uocabuloq; pariter par inueniatur, tũ etiã quãtitate. Sed ideo mihi uidetur hic numerus pariter par uocatus, q; eius omnes partes & nomine et quantitate pares pariter inueniantur. Quomodo autem & nomine & quantitate pares habeat partes hic numerus, poſt dicemus. Horũ autem generatio talis eſt. Ab uno enim quoſcunq; in duplici proportione notaueris, ſemper pares pariter procreantur. Præter hanc autem generationem ut naſcanẽ aliter, impoſſibile eſt. Huius autem rei tale uidetur per ordinem deſcriptionis exemplũ. Sint itaq; cuncti duplices ab uno 1 2 4 8 16 32 64 128 256 512, atq; hinc ſi fiat infinita progreſſio, tales cunctos inuenies. Factiq; ſunt ab uno in duplici proportione, & omnes ſunt pariter pares. Illud autem non minima conſideratione dignum eſt, q; eius omnis pars, ab una parte quacunq;, quæ intra ipſum numerum eſt denominat, tantamq; ſummam quantitatis includit, quota pars eſt alter numerus pariter paris, illius qui eum continet quantitatis. Itaq; fit, ut tibi partes ipſæ reſpondeant, ut quota pars una eſt, tantam habeat altera quantitatem, & quota pars ista eſt, tanta in priore ſummam neceſſe ſit multitudinis inueniri. Et primum fit, ſi pares fuerint diſpoſitiones, ut duæ mediæ partes ſibi reſpondeant, poſt uero quæ ſuper ipſas ſunt ſibi inuicem conuertantur, atq; hoc idem fiat donec utrorumq; terminus extremitates incurrat. Ponatur enim pariter paris ordo, ab uno uſq; 128, hoc modo 1 2 4 8 16 32 64 128, & ea ſit ſumma maxima. In hoc igitur quoniam pares diſpoſitiones ſunt, una medietas non poteſt inueniri. Sunt igitur duæ, ideſt, 8 & 16, quæ conſiderandæ ſunt, quemadmodum ipſæ ſibi reſpondeant. Totius enim ſummæ, ideſt, 128, octaua pars eſt 16, ſextadecima 8. Rurſus ſuper has partes quæ ſunt, ipſæ ſibi inuicem reſpõdebunt, ideſt, 32 & 4. Nam 32, quarta pars eſt totius ſummæ, 4 uero trigeſima ſecunda. Rurſus ſuper has partes 64, ſecunda pars eſt, 2 uero ſexageſima quarta. Donec extremitates limitem faciant, quas dubium non eſt eadem reſponſione gaudere. Eſt enim omnis ſumma, ſemel 128, unus uero, centeſimus uigeſimus octauus. Si autem impares terminos ponamus, ideſt, ſummas (idem enim terminos, quod ſummas, nomino) ſecundum imparis naturam poteſt una medietas inueniri, atq; una ſibi ipſa eſt reſpõſura. Si enim ponatur hic ordo 1 2 4 8 16 32 64, una erit ſola medietas, ideſt, 8. Qui 8 ſummæ totius pars eſt octaua, & ſibi ipſi ad denominationem, quantitatemq; conuertit. Eodemq; modo, ſicut ſuperius circa ipſum qui ſunt termini, donant ſibi mutua nomina, ſecundum proprias quantitates, uocabulumq; permutant. Nam 4 ſextadecima pars eſt totius ſummæ, 16 uero quarta. Et rurſus ſuper hos terminos, 32 ſecunda pars eſt totius ſummæ, 2 uero trigeſima ſecũda, & ſemel tota ſumma 64 ſunt, ſexageſima quarta uero unitas inuenit. Hoc igit eſt q; dictũ eſt, omnes eius partes et nomine & quãtitate pariter pares inueniri. Hoc quoq; multa conſideratione, multáque

q; conſtantia diuinitatis perfectum eſt, ut ordinatim diſpoſitæ minores ſummę in hoc numero & ſuperſeipſas coaceruatę, ſequenti minus uno ſemper æquent. Si enim unum iungas his qui ſequuntur duobus, fiunt 3, id eſt, qui uno minus quaternario cadunt. Et ſi ſuperioribus addas 4, ſunt 7, qui ab octonario ſequente ſola unitate uincuntur. Sed ſi eoſdem 8 ſupradictis adiunxeris, 15 fiẽt, qui par, 16, numeri exiſteret quantitati, niſi minor unitas impediret. Hoc autem prima etiam numeri progenies ſeruat atq; cuſtodit. Namq; unitas quæ prima eſt, duobus ſubſequentibus ſola eſt unitate cõtractior. Vnde nihil mirum eſt, totum ſummæ crementum proprio conſenti re principio. Hęc autem nobis cõſideratio maximè proderit, in his numeris cognoſcẽdis quos ſuperfluos uel imminutos imperfectosq; monſtrabimus. Illic enim coaceruata quantitas, partium numeri totius termino comparat. Illud quoq; nulla poſſumus obliuione tranſmittere, quod in hoc numero reſpondentibus ſibi inuicem partibus multiplicatis, maior extremitas eiuſdem numeri ſummaq; conficitur. Et primum ſi pares fuerint diſpoſitiones mediį multiplicantur, atq; inde qui ſuper ipſos ſunt, uſq; ad ſupradictos extremitates. Si enim fuerint pares diſpoſitiones, ſecundũ naturam paris duos in medio terminos continebunt, ut in ea diſpoſitione numerorum in qua extremus terminus 128 finitur. In hoc enim numero medietates ſunt 8, ſcilicet, & 16 quæ in ſe multiplicatæ, maioris ſummam creſcente pluralitate conficient. Octies enim 16, uel ſedecies 8 ſi multiplices, 128 ſumma concreſcit. Atq; hi numeri qui ſuper eoſdem ſunt, ſi multiplicentur idem faciunt. Nam 4 & 32 in ſe ſi multiplices, ſupradictam facient extremitatẽ, 4 enim trigies & bis, uel quater 32 ducit, 128 immutabili neceſſitate complebunt. Atq; hoc uſq; ad extremos terminos cadit, id eſt, 1 & 128. Semel enim extremus terminus 128 eſt. Centies uigies atq; octies unitate multiplicata, nihil de priore quantitate mutabitur. Si autem impares fuerint diſpoſitiones, unus medius terminus inuenitur, atq; ipſe ſibi propria multiplicatione reſpondet. In eo namq; ordine numerorum, ubi extremus terminus 64 pluralitate concluditur, ſola inuenitur una medietas, id eſt, 8. Quam ſi octies, id eſt, in ſemet ipſam multiplices 64 explicabit. Atq; idem reddunt illi qui ſuper hanc medietatem ſunt, ut dudum hi qui ſuper duas poſiti faciebant. Nam quater 16, 64 ſunt, & ſedeci es 4 idem complent. Rurſus bis 32, facti à 64 non diſcedunt, & trigies bis duo, eoſdem cumulant, & ſemel 64, uel unitas ſexagies quater multiplicata, eundem numerum ſine ulla uarietate reſtituent.

De numero pariter impari eiusq; proprietatibus, Cap. X.

PAriter autem impar numerus, eſt qui & ipſe quidem paritatis naturam ſubſtantiamq; ſortitus eſt, ſed in contraria diuiſione, naturę numerari pariter paris opponitur. Docebitur namque quã lõgè hic diſſimili ratione diuidatur. Nam quoniam par eſt, in partes æquales recipit ſectionem, partes uero eius mox indiuiſibiles, atq; inſecabiles permanebunt, ut ſunt 6 10 14 18 22, & his ſimiles. Mox enim hos numeros ſi in gemina fueris diuiſione partitus, incurris in imparem, quem ſecare non poſſis. Accidit autem his quod omnes partes contrariæ denominatas habent, quam ſunt quantitates ipſarum partium quæ denominantur. Neque unquam fieri poteſt, ut quælibet pars huius numeri, eiuſdem generis denominationem quantitatemq; ſuſcipiat. Semper enim ſi denominatio fuerit par, quantitas partis erit impar, & ſi fuerit denominatio impar, quantitas erit par, ut in 18. Secunda eius pars eſt, id eſt, media, quod paritatis nomen eſt 9, quæ impar eſt quantitas. Tertia uero quæ impar eſt denominatio ſex, cui par pluralitas eſt. Rurſus ſi conuertas, ſexta pars quæ par eſt denominatio, tres ſunt, ſed ternarius impar eſt. Et nona pars, quod impar eſt uocabulum, 2 qui par numerus eſt. Atque idem in alijs cunctis qui ſunt pariter impares inuenitur. Neque unquam fieri

poteſt,ut cuiuslibet partis,ſit eiuſdem generis nomen & numerus. Fit autem horũ procreatio numerorũ,ſi ab uno diſponantur quicunq; duobus differunt,id eſt omnibus imparibus naturali ſequentia,atque ordine conſtitutis. Namq; hi ſi per binariũ numerum multiplicẽtur,omnes pariter impares,ritè pluralitas dimenſa efficiet.Potnatur enim prima unitas,id eſt,& poſt hanc quiab hac duobus differt,id eſt,tres,& poſt hunc qui rurſus à ſuperiore,duobus,id eſt,5,& hocin infinitum. Et ſit huiuſmodi diſpoſitio 1 3 5 7 9 11 13 15 17 19. Hi ergo naturaliter ſequentes impares ſunt,quos nullus in medio par numerus diſtinguit,hos ſi per binarium numerũ multiplices,efficies hoc modo,bis unũ,id eſt,qui diuiditur quidem,ſed eius partes indiuiſibiles reperiuntur propter inſecabilis unitatis naturam. Bis 3, bis 5, bis 7, bis 9, bis 11, & deinceps,ex quibus naſcũtur hi, 2 6 10 14 18 22, Quos ſi diuidas, unam recipiunt ſectionẽ,cæteram repudiantes,quod ſecunda diuiſio ab imparis medietate partis excluditur.His autem numeris ad ſe inuicem quaternarij ſola diſtantia eſt. Namque inter 2 & 6 numeros, 4 ſunt.Rurſus inter 6 & 10, & inter 10 & 14,& inter 14 & 18, idem quaternarius differentiam facit. Hi nãque omnes quaternaria ſeſe numeroſitate tranſcendunt.Quod idcirco contingit,quoniam primi qui poſiti ſunt,hoc eſt,eorum fundamẽta,binario ſe numero præcedebant,quos quoniam per binarium multiplicauimus,in quaternarium numerũ creuit illa progreſſio. Duo enim per bis multiplicati,quaternarij faciunt ſummam.Igitur in naturalis numeri diſpoſitione,pariter impares numeri quinto loco à ſe diſtant, ſolis 4 ſe præcedunt,3 in medio tranſeuntes, per binariũ numerũ multiplicatis imparibus,procreati. Contrariæ uero eſſe dicuntur hæ ſpecies numerorum,id eſt,pariter par,& pariter impar,quod in numero pariter impari ſola diuiſionem recipit maior extremitas,in illo uero ſolus minor terminus ſectione ſolutus eſt, & ꝗd in forma pariter paris numeri ab extremitatibus incipienti,& uſq; ad media progredienti, quod continetur ſub extremis terminis,idẽ eſt illi quod cõtinetur ſub intra ſe poſitis ſummulis. Atq; hoc idem uſq; dum ad duas medietates fuerit uentum,in diſpoſitionibus,ſcilicet,paribus.Si autem fuerint impares diſpoſitiones,quod ab una medietate conficiẽ, hoc idem ſub altrinſecus poſitis partibus procreaẽ. Atq; hoc uſq; dum ad extremitates proceſſio fiat.In ea enim diſpoſitione quæ eſt 2 4 8 16, idẽ reddunt 2 per 16 multiplicati,quod 4 per octonarium numerũ ducti.Vtroq; enim modo 32 fient.Quod ſi impar ſit ordo,ut eſt 2 4 8,idẽ facient extremi quod medietas.Bis enim 8 ſunt 16, quatuor quater ſunt 16, qui numerus à quaternario in ſe ducto perficitur. In numero uero pariter impari,ſi fuerit unus in medio terminus,circum ſe poſitorum terminorum ſi in unũ redigantur,medietas eſt. Et idem eorum quoq; qui ſuper hos ſunt terminos,medietas eſt.Atq; hoc uſq; ad extremos omnium terminorum,ut in eo ordine qui eſt pariter imparium numerorum 2 6 10, iũctus binarius cum denario 12 explet,cuius ſenarius medietas inuenitur.Si uero fuerint duæ medietates iunctæ,ipſæ utræq; æquales erunt ſuper ſe terminis conſtitutis. Vt eſt in hoc ordine 2 6 10 14. Iuncti enim 2 & 14, in 16 creſcunt, quos ſenarius cum denario copulatus efficiet. Atque hoc in numeroſioribus terminis initio ſumpto à mediis euenit, uſque dum ad extrema ueniatur.

De numero impariter pari eiuſq; proprietatibus,& deſcriptionis ad impariter paris,in latitudine, in longitudine,ad pariter paris naturam pertinentis,expoſitio, Cap. XI.

IMpariter par numerus, eſt ex utriſq; confectus, & medietatis loco gemina extremitate concluditur, ut qua ab utroq; diſcrepet,eadem ad alterutrum cognatione iungatur. Hic autem talis eſt qui diuiditur in æquas partes, cuiuſq; pars in alias æquas diuidi poteſt, & etiam aliquando partes partium diuiduntur, ſed nõ uſq; ad unitatẽ progrediaẽ æquabilis illa diſtinctio,ut ſunt 24 & 28. Hi enim poſſunt in medietates diuidi,& eorum rurſus partes in alias medietates, ſine aliqua dubitatione ſoluuntur.Sunt etiam quidam alij numeri,quorum partes alias recipiunt diuiſiones,

diuiſiones,ſed ipſa diuiſio ad unitatem uſq; nõ peruenit.Igitur in eo quod plus quã unam ſuſcipit ſectionem,habet ſimilitudinẽ pariter paris,ſed à pariter impari ſegregatur. In eo uero quod uſq; ad unum ſectio illa non ducitur,pariter imparem nõ reſtituat,ſed à pariter pari diſtungitur. Contingit autẽ huic numero & utraq; habere, quę ſuperiores non habẽt,& utraq; quæ illi recipiunt obtinere.Et habet quidẽ quod utriq; non habent, quod cum in uno ſolus maior terminus diuideretur,in alio uero, ſolus minor terminus non diuideret,in hoc neq; ſolus maior terminus diuiſionẽ recipit, neq; minor ſolus terminus à diuiſione ſeiungit. Nam & partes ſoluuntur, & uſque ad unitatem ſectio illa non peruenit,ſed ante unitatem inuenit terminus,quẽ ſecare non poſſis. Obtinet autem quæ illi quoq; recipiunt,quod quędam partes eius reſpondent, denominãturq; ſecundum genus ſuum ad propriam quantitatem,ad ſimilitudinem,ſcilicet, pariter paris numeri. Aliæ uero partes,contrariam denominationem ſumunt propriæ quãtitatis,ad pariter imparis, ſcilicet, formam. In 24.enim numero,par eſt quantitas partis à pari numero denominata. Nam quarta 6, ſecunda uero 12, ſexta uero 4, duodecima 2, quæ uocabulo partium, à quantitatis paritate non diſcrepant. Contrariæ uero denominantur,cum tertia pars octo, octaua uero 3, uigeſima autem quarta 1, quę denominationes cum pares ſint inueniũtur impares quantitates,& cum ſint pares ſummæ;ſunt impares denominationes. Naſcuntur autem tales numeri ita,ut ſubſtantiam naturamq; ſuam,in ipſa etiam propria generatione deſignent,ex pariter paribus & pariter imparibus procreati. Pariter enim impares, cunctis dudum ordinatim poſitis imparibus,naſcebantur,pariter uero pares ex duplici progreſſione. Diſponanẽ igiẽ omnes in ordinẽ naturaliter impares, & ſub his à quatuor inchoantes omnes duplices,& ſint hoc modo:

	3	5	7	9	11	13
	4	8	16	32	64	128

His igitur ita poſitis, ſi primus primi multiplicatione concreſcat,id eſt,ſi quaternarij ternarius,uel ſi idem primus,ſecundi,id eſt,octonarij ternarius,uel ſi idem primus tertij id eſt, 16 ternarius,& idem uſque ad ultimum,uel,ſi ſecundus primi & ſecundi, uel ſi ſecundus tertij,& eadem uſq; ad extremum multiplicatio proferaẽ,uel,ſi tertius à primo inchoans,uſq; in extremum tranſeat.Atq; ita quartus & omnes in ordinem ſuperiores multiplicent eos qui ſub ipſis in diſpoſitione ſunt, omnes impariter pares procreabunt.Huius autem rei tale ſumamus exemplum,ſi tres quater multiplices 12 fient,uel,ſi 5 quatuor multiplicent, 20 numerus excreſcet,uel,ſi item 7 multiplicent 4, 28 ſuccreſcet,atq; hoc uſq; in finem.Rurſus ſi 8 multiplicent 3, naſcẽtur 24.Si 8 in 5, fiunt 40, ſi 8 in 7, colligẽtur 56. Atq; ad hunc modum ſi omnes inferiores duplices,à ſuperioribus multiplicenẽ,uel,ſi ſuperiores eoſdem inferiores multiplicent,cunctos qui nati fuerint impariter pares inuenies. Atq; hæc eſt admirabilis huius numeri forma,quod cum fuerit ipſa diſpoſitio deſcriptioq; perſpecta numerorum, ad latitudinem pariter imparium,ad longitudinem pariter pariũ numerorũ proprietas inueniẽ.Sunt enim in latitudinẽ duabus medietatibus æquales duæ extremitates,uel una medietate duæ duplices extremitates.In lõgitudinẽ uero,pariter paris numeri rem proprietatemqũe deſignat. Quod enim ſub duabus medietatibus continetur,æquale eſt ei quod ſub extremis conficiẽ,uel quod ab una medietate naſcitur,æquale eſt illi quod ſub utriſque extremitatibus continetur. Deſcriptio autem quę ſuppoſita eſt,hoc modo facta eſt. Quantoſcunque in ordine pariter parium numerorum ternarius multiplicauit, quicunque ex eo procreati ſunt, primo ſunt uerſu diſpoſiti. Rurſus qui eoſdem multiplicante quinario nati ſunt,ſecundo loco conſtituti ſunt. Poſt uero quos ſeptenarius cæteros multiplicando procreauit, eoſdẽ tertio cõſcripſimus loco,atq; idem reliqua deſcriptionis parte pfecimus.

In hac

In hac formula ſequenti, ſimilitudo pariter paris, & pariter imparis, ad impariter parem, oſtenditur.

	3	5	7	9	Impares
	4	8	16	32	Dupli



Deſcriptionis ad impariter paris, in latitudine, in longitudine, ad pariter paris naturam pertinentis expoſitio, Cap. XII.

SVperius igitur digeſtæ deſcriptionis hęc ratio eſt. Sí ad latitudinem reſpicias, ubi eſt duorum terminorum una medietas, ipſoſq; terminos iungas, duplos eos medietate propria reperies, ut 36, & 20 faciunt 56, quorum medietas eſt 28, quí medius eſt inter eos terminus conſtitutus. Et rurſus 28 & 12, ſi iungas, faciunt 40, quorum 20 medietas, medius eorum terminus inuenitur. At uero ubi duas medietates habent, utræq; extremitates iunctæ, utriſq; medietatibus æquales fiunt, ut 12 & 36 cum iunxeris fiunt 48, horum ſi medietates ſibimet applicaueris, id eſt, 20 & 28, idem erit, atq; in alia parte latitudinis, eodem ordine quí fiant numeri, notati ſunt. Neque ulla in re ratio utriuſq; latitudinis diſcrepabit, idemq; in eodem ordine in cæteris numeris pernotabis, & hoc ſecundũ formam pariter im-

iter imparis numeri ſit, in quo hanc proprietatem eſſe ſuprà iam ſcriptum eſt. Rurſum ſi ad longitudinem reſpicias, ubi duo termini unam medietatem habent, quod ſit ex multiplicatis extremitatibus, hoc ſit ſi medius terminus ſuę capiat pluralitatis augmenta. Nam duodecies 48, faciunt 576. Medius uero eorũ terminus, id eſt, 24, ſi multiplicetur, eoſdem rurſus 576 procreabit. Et rurſus ſi 24 in 96 multiplicentur, faciunt 2304. Quorum medius terminus, id eſt, 48, ſi in ſemetipſum ducatur, idem 2304 procreatur. Vbi autem termini duo, duas medietates includunt, quod ſit multiplicatis extremitatibus, hoc idem redditur in alterutram ſummam medietatibus ductis. Duodecies enim 96 multiplicatis, 1152 procreantur, duæ uero eorũ medietates, id eſt, 24 & 48, ſi in ſemetipſas multiplicentur, eoſdem 1152 reſtituent. Atq; hoc eſt, ad imitationem cognationemq; numeri pariter paris, à quo participatione tracta, hæc ei recognoſcitur ingenerata proprietas. Et in alio uero latere longitudinis, eadem ratio deſcriptioq; notata eſt. Quare manifeſtum eſt, hunc numerũ ex prioribus duobus eſſe procreatum, quoniam eorum retinet proprietates.

De numero impari eiusq; diuiſione. Cap. XIII.

IMpar quoq; numerus eſt, qui à paris numeri natura ſubſtantiaq; diſiunctus eſt. Siquidem ille, in gemina membra æqua diuidi poteſt, hic ne ſecari queat, unitatis impedit interuentus. Tres habet ſimiliter ſubdiuiſiones, quarum una eius pars eſt is numerus qui uocatur primus & incompoſitus. Secunda uero, qui eſt ſecundus & compoſitus. Et tertia is qui quadam horum medietate coniunctus eſt, & abutriuſque cognatione aliqd naturaliter trahit, qui eſt per ſe quídem ſecundus & compoſitus, ſed ad alios comparatus, primus & incompoſitus inuenitur.

De primo & incompoſito, Cap. XIIII.

ET primus quidem & incompoſitus eſt, qui nullam aliam partem habet, niſi eam quæ à tota numeri quãtitate denominata ſit, ut ipſa pars non ſit niſi unitas, ut ſunt, 3 5 7 11 13 17 19 23 29 31. In his ergo ſingulis nulla unq; alia pars inuenietur, niſi quę ab ipſis denominata eſt, & ipſa tantum unitas, ut ſuprà iam dictum eſt. In tribus enim, una pars ſola eſt, id eſt, tertia, quæ à tribus, ſcilicet denominata eſt, & ipſa tertia pars unitas. Eodemq; modo quinarij ſola quinta pars eſt, & hæc unitas, atq; idem in ſingulis conſequens reperietur. Dicitur autẽ primus & incompoſitus, quod nullus eum alter numerus metiatur, præter ſolam, quæ cunctis mater eſt, unitatem. Namq; ternarium 2 non numerant, idcirco, quoniam ſi ſolos duos contra tres compares pauciores ſunt. Sin uero binarium bis facias, ampliorem tribus concreſcit in 4. Metitur autem numerus numerorum, quoties uel ſemel uel bis uel tertio uel quotieslibet numerus ad numerum comparatus, neq; diminuta ſumma, neq; aucta, ad comparati numeri terminum uſq; peruenit, ut duo ſi ad 6 compares, binarius numerus ſenarium tertio metietur. Primos ergo & incompoſitos, nullus numerus metietur, præter unitatem ſolam, quoniã ex nullis aliis numeris compoſiti ſunt, ſed tantum ex unitatibus in ſemetipſis auctis multiplicatisque procreantur. Ter enim unus 3, & quinquies unus quinq;, & ſepties unus 7 fecerunt. Et alij quidem, quos ſuprà deſcripſimus eodem modo naſcuntur. Hi autem in ſemetipſos multiplicati, faciunt alios numeros uelut primi, eoſq; primam rerũ ſubſtantiam uimq; ſortitos, cunctorum à ſe procreatorum uelut quædam elementa reperies, quia ſcilicet, & incompoſiti ſunt, & ſimplici generatione formati, atq; in eos omnes, quícunq; ex his prolati ſunt numeri, reſoluuntur, ipſi uero neq; ex aliis producuntur, neq; in alia reducuntur.

De ſecundo

De ſecundo & compoſito, Cap. XV.

SEcundus uero & compoſitus, & ipſe quidem impar eſt, propterea quod eadem imparis proprietate, formatus eſt, ſed nullam in ſe retinet ſubſtantiam principalem, compoſitus q; eſt ex aliis numeris, habet q; ſe partes, & à ſeipſo & ab alieno uocabulo denominatas, ſed à ſe ipſo denominatã partẽ, ſolam ſemper in his inuenies unitatem, ab alieno uero uocabulo, uel unam, uel quodlibet alias, quanti fuerint, ſcilicet, numeri quibus ille compoſitis procreat, ut ſunt hi, 9 15 21 25 27 33 39. Horum ergo ſinguli habẽt quidem à ſe denominatas partes, proprias, ſcilicet, unitates, ut 9, nonam, id eſt, 1. 15, quintãdecimam, eandem rurſus unitatem, & in ceteris quos ſuprà deſcripſimus idem conuenit. Habent etiam ab alieno uocabulo partem, ut 9, tertiam, id eſt, ternarium, & 15, tertiam, id eſt, 5, & quintam, id eſt, 3, 21 uero tertiam, id eſt, 7, ſeptimam, 3, & in omnibus aliis eadem conſequentia eſt. Secundus autem uocatur hic numerus, quoniam non ſola unitate metitur, ſed etiam alio numero à quo, ſcilicet, coniunctus eſt. Nec q habet in ſe quicquam principalis intelligentiæ. Nam ex aliis numeris procreatur, 9 quidem ex tribus, 15 uero ex tribus, & 5, & 21 ex tribus & 7, & ceteri eodem modo. Compoſitus autem dicitur, eo quod reſolui poteſt in eoſdem ipſos, à quibus dicitur eſſe compoſitus, in eos, ſcilicet, qui compoſitum numerum metiuntur. Nihil autem quod diſſolui poteſt incõpoſitum eſt, ſed omni rerum neceſſitate compoſitum.

De eo qui per ſe ſecundus & compoſitus, ad alium primus & incompoſitus eſt, Cap. XVI.

HIs uero cõtra ſe poſitis, ideſt, primo & incõpoſito, & ſecũdo & cõpoſito, & naturali diuerſitate diſiunctis, alius in medio conſideratur, qui ipſe quidem compoſitus ſit, & ſecundus, & alterius recipiens mẽſionem, atque ideo, & partis alieni uocabuli capax, ſed cum fuerit ad alium eiuſdẽ generis numerum comparatus, nulla cum eo communi menſura coniungitur, nec habebunt partes æquiuocas, ut ſunt 9 ad 25, nulla hos communis numerorum mẽſura metitur, niſi forte unitas quæ omnium numerorum menſura communis eſt. Et hi quidem non habent æquiuocas partes. Nam quæ in 9 tertia eſt, in 25 non eſt, & quæ in 25 quinta eſt, in nouenario non eſt. Ergo hi per naturam utriq; ſecundi & compoſiti ſunt, cõparati uero ad ſeinuicem primi incompoſitiq; redduntur, quod utroſq; nulla alia mẽſura metitur, niſi unitas quæ ab utriſque denominata eſt. Nam in nouenario nona eſt, in 25 uigeſima quinta.

De primi & incõpoſiti, ſecundi & compoſiti, & ad ſe quidem ſecundi & compoſiti, ad alterutrum uero primi & incompoſiti procreatione, Cap. XVII.

GEneratio autem ipſorum atq; ortus, huiuſmodi inueſtigatione colligit, quã ſcilicet, Eratoſthenes cribrum nominabat, quod cunctis imparibus in medio collocatis, per eam quã traditurí ſumus artem, qui primi, qui ue ſecundi, qui q; tertij generis uideantur eſſe, diſtinguitur. Diſponantur enim à ternario numero cuncti in ordinem impares, in quamlibet longiſſimã porrectionem 3 5 7 9 11 13 15 17 19 21 23 25 27 29 31 33 35 37 39 41 43 45 47 49. His igitur ita diſpoſitis conſiderandum, primus numerus, quem eorum qui ſunt in ordine poſiti, primum metiri poſſit, ſed duobus prꝛeritis, illum qui poſt eos eſt poſitus, mox metitur. Et ſi poſt eundem ipſum quem menſus eſt, alij duo tranſmiſſi ſunt, illũ qui poſt duos eſt rurſus metitur. Et eodẽ modo ſi duos quis reliquerit, poſt eos qui eſt, à primo numero metiendus eſt. Eodẽq; modo relictis ſemper duobus, à primo in infinitũ pergẽtes metient. Sed id nõ uulgò neq; cõfuse. Nã primus numerus illũ qui eſt poſt duos ſecundum ſe locatos, per ſuam quantitatem metitur. Ternarius enim numerus, tertio 9 metitur. Si autem poſt nouenarium duos reliquero, qui mihi poſt illos incurrerit, à primo metiendus eſt, per ſecundi imparis quantitatẽ, id eſt per quinarium. Nam ſi poſt 9 duos relinquam, id eſt, 11 & 13, ternarius numerus, 15 metietur per

tur per ſecundi numeri quantitatem, id eſt, per quinarij, quoniam ternarius 15, quinquies metitur. Rurſus, ſi à quindenario inchoans, duos intermiſero, qui poſterior poſitus eſt, eius primus numerus, menſura eſt per tertij imparis pluralitatẽ. Nam ſi poſt 15, intermiſero 17 & 19, incurrit 21, quem ternarius numerus ſecundum ſeptenariũ metitur, 21 enim numeri, ternarius ſeptima pars eſt. Atq; hoc in infinitum faciẽs, reperio primum numerum, ſi binos intermiſero, omnes ſequentes poſt ſe metiri ſecundum quantitatem politorum ordine imparium numerorũ. Si uero quinarius numerus, qui in ſecundo loco eſt cõſtitutus, uelit quis cuius prima ac deinceps ſit menſura inuenire, tranſmiſſis 4 imparibus, quintus ei, quem metiri poſſit, occurrit. Intermittantur enim, 4 impares, id eſt, 7 & 9 & 11 & 13, poſt hos eſt quintus decimus, quem quinarius metitur, ſecundum primi, ſcilicet, quantitatem, id eſt, ternarij, quinq; enim 15, tertio metiũtur. Ac deinceps ſi quatuor intermittat, eum qui poſt illos locatus eſt, ſecundus, id eſt, quinarius ſui quantitate metitur. Nam poſt quindecim intermiſſis 17 & 19 & 21 & 23, poſt eos 25 reperio, quos quinarius, ſcilicet, numerus ſua pluralitate metitur. Quinquies enim quinario multiplicato, 25 ſuccreſcunt. Si uero poſt hunc quilibet 4 intermittat, eadem ordinis ſeruata conſtantia, qui eos ſequitur, ſecundum tertij, id eſt, ſeptenarij numeri ſummam; a quinario metietur. Atq; hæ eſt infinita proceſſio. Si uero tertius numerus quem metiri poſſit exquiritur, ſex in medio relinquentur, & quem ſeptimum ordo monſtrauerit, hic per primi numeri, id eſt, ternarij quantitatem metiendus eſt. Et poſt illum ſex aliis interpoſitis, quem poſt eos numeri ſeries dabit, per quinarium, id eſt, per ſecundum, tertij eum menſura percurret. Si uero alios rurſus ſex in medio quis relinquat, ille qui ſequitur, per ſeptenarium numerum ab eodem ſeptenario metiendus eſt, id eſt, per tertij quantitatem. Atq; hic uſq; in extremum ratus ordo progreditur. Suſcipient ergo metiendi uiciſſitudinem, quemadmodum ſunt in ordinem naturaliter impares conſtituti. Metientur autem, ſi per pares numeros à binario inchoantes, poſitos inter ſe impares rata intermiſſione tranſiliant, ut primus duos, ſecundus 4, tertius 6, quartus 8, quintus 10. Vel ſi locos ſuos conduplicent, & ſecundum duplicationem terminos intermittant, ut ternarius qui primus eſt numerus & unus, (omnis enim primus, unus eſt) bis locum ſuum multiplicet, faciatq; bis unum. Qui cum duo ſint, primus duos medios tranſeat. Rurſus ſecundus, id eſt, quinarius, ſi locum ſuũ duplicet, 4 explicabit, hic quoq; 4 intermittat. Item ſeptenarius, qui tertius eſt, locum ſuum duplicet, ſex creabit. Bis enim 3, ſenarium iungunt, hic ergo in ordinem ſex, relinquat. Quartus quoque ſi locum ſuum duplicet, 8 ſuccreſcent, ille quoque 8 trãſiliat, atque hoc quidem in ceteris perſpiciendum. Modum autem menſionis ſecundum ordinem collocatorum ipſa ſeries dabit. Nam primus, primum quem numerat, ſecundum primum numerat, id eſt, ſecundum ſe, & ſecundum, primus quem numerat, per ſecundum numerat, & tertium per tertium, & quartum item per quartum. Cum autem ſecundus menſionem ſuſceperit, primum, quem numerat, ſecundum primum metitur, ſecundum uero quem numerat, per ſe, id eſt, per ſecundum, & tertium per tertium, & in ceteris eadem ſimilitudine menſura conſtabit. Alios ergo ſi reſpicias, uel qui alios menſi ſunt, uel qui ipſi ab alijs metiunt, inuenies omniũ ſimul communem menſurã eſſe nõ poſſe, neq; ut omnes quenq; aliũ ſimul numerẽt, quoſdam autem ex his ab alio poſſe metiri, ita ut ab uno tantũ numerentur, alios uero ut etiã à pluribus, quoſdã aũt ut præter unitatem, eorum nulla menſura ſit. Qui ergo nullam menſuram præter unitatem recipiunt, hos primos & incompoſitos iudicamus, qui uero aliquã menſuram præter unitatem, uel alienigenę partis uocabulum ſortiunt, eos pronunciemus ſecundos atq; compoſitos. Tertiũ uero illud genus per ſe ſecundi & compoſiti, primi uero & incompoſiti ad alterutrũ cõparati, hac inquiſitor ratione reperiet. Si enim quoslibet illos numeros, ſecundũ ſuam in ſemetipſos multiplices quantitatem, qui procreantur

ad alte-

ad alterutrum comparati,nulla mensura communione iunguntur. Tres enim & 5 si multiplices, tres tertio 9 faciunt,& quinquies 5, reddent 25. His igitur nulla est cognatio communis mensuræ. Rursus 5 & 7, quos procreant si compares,hi quoque incommensurabiles erunt. Quinquies enim quinque (ut dictum est) 25, septies 7, faciunt 49. Quorum mensura nulla communis est,nisi forte omnium horum procreatrix & mater unitas.

De inuentione eorum numerorum,qui ad se secundi & compositi sunt, ad alios uero relati,primi & incompositi. Cap. XVIII.

QVa uero ratione tales numeros inuenire possimus, si quis nobis eosdem proponat,& imperet agnoscere utrum aliqua mensura commensurabiles sint,an certè sola unitas utrosq; metiat, reperiendi ars talis est. Datis enim duobus numeris inæqualibus,auferre de maiore minorem oportebit, & qui relictus fuerit,si maior est,auferre ex eo rursus minorem, si uero minor fuerit,eum ex reliquo maiore detrahere. Atque hoc eo usque faciendum, quoad unitas ultima, uscè retractionis impediat,aut aliquis numerus impar necessario,si utrique numeri impares proponantur. Sed eum qui relinquitur numerum,sibiipsi uidebis æqualem. Ergo si in unum incurrat uicissim ista subtractio, primi contra se necessario numeri dicentur, & nulla alia mensura nisi sola unitate coniuncti. Si uero ad aliquem numerũ (ut superius dictum est) finis diminutionis incurrerit, erit eius numerus qui metiatur utrasq; summas,atq; eundem ipsum qui remanserit, dicemus utrorumq; communem esse mensurã. Age enim duos numeros propositos habeamus,quos iubeamur agnoscere,an eos aliqua mensura communis metiatur. Atque hi sint 9, scilicet,& 29, hoc igitur faciemus modo reciprocam diminutionem. Auferamus de maiore minorem,hoc est,de 29 nouenarium,relinquentur 20. Ex his ergo 20 rursus minorem detrahamus,id est, 9,& relinquentur 11. Ex his rursus detraho 9, relicti sunt 2. Quos si detraho nouenario,& relicti sunt 7. Quod si duo rursus septenario dempserim,supersunt 5,atq; ex his alios duos,tres rursum exuberãt, quos alio binario diminutos,sola unitas superstes egreditur. Rursus si ex duobus unum auferam,in uno terminus detractionis herebit,quem duorum illorum numerorum,id est, 9 & 29,solum neque alium constat esse mensuram. Hos ergo contra se primos uocabimus. Sed sint alij numeri nobis eadẽ cõditione propositi, id est, 21 & 9,ut quales hi sint inuestigentur cum sibimet fuerint inuicẽ,comparati. Rursus auferro de maiore minoris numeri quantitatem,id est, 9 de 21, relinquentur 12. Ex his rursus demo 9, supersunt 3. Qui si ex nouenario retrahantur,senarius relinquẽ. Quibus item si quis ternarium demat,3 relinquentur, de quibus tres detrahi nequeunt, atq; hic est sibi ipsi æqualis. Nam 3 qui detrahebanˉ, usq; ad ternarium numerũ peruenerunt,à quo,quoniam æquales sunt, detrahi minuiq; non poterunt. Hos igitur commensurabiles pronunciabimus, & est eorum qui est reliquus ternarius mensura communis.

Alia partitio paris secundum perfectos,imperfectos & ultra quàm perfectos. Cap. XIX.

AC de imparibus numeris, quantum introductionis permittebat breuitas,expeditum est. Rursus numerorum parium, sic fit secunda diuisio. Alij enim eorum sunt superflui, alij diminuti, secundum utrasque habitudines inæqualitatis. Omnis quippe inæqualitas, aut in maioribus, aut in minoribus consideratur. Illi enim immoderata quodammodo plenitudine,proprij corporis modum, partium suarum numerositate præcedunt. Illos autem ueluti pauperta te inopes oppressosq; e, quadam naturæ suæ inopia, minor quàm ipsi sunt partium summa componit,atq; illi quidem quorum partes ultra quã satis est sese porrexerũt, superflui nominantur,ut sunt 12 uel 24. Hi enim suis partibus comparati, maiorẽ partium summã toto corpore fortiuntur. Est enim duodenarij medietas 6,pars tertia 4,pars quarta 3,pars sexta 2,pars duodecima 1 est. Omnisq; hic cumulus redundat in 16,& totius corporis sui multitudinem uincunt. Rursus 24 numeri,medietas est 12,tertia 8,quarta 6,sexta 4,octaua 3, duodecima 2,uicesimaquarta unum, qui omnes triginta et sex rependunt. In qua re manifestum est quod summa partium maior est,& supra proprium corpus exundat. Atq; hic quidem quoniam cõpositæ partes totius summam numeri uincunt,superfluus appellatur. Diminutus uero ille, cuius eodem modo compositę partes totius termini multitudine superantur, ut 8 uel 9,habet enim octonarius partem mediam,ideſt,4,habet et quartam,ideſt,duo,habet & octauam,ideſt,unum, quæ cunctæ in unum redactæ 7 colligũt,minorem, scilicet, summam toto corpore concludentes. Rursus 14 habent medietatem,ideſt,septenarium,habent septimam,ideſt, 2,habent quartamdecimam, ideſt, 1,quæ in unum si collectę sint, denarij numeri summa concrescit,toto,scilicet,termino minor. Atque hi quidem hoc modo sunt,ut prior ille quem suæ partes superant talis uideatur, tanquam si quis multis super naturam manibus natus,ut centimanus Gigas,uel triplici coniunctus corpore,ut Gerion tergeminus,uel quicquid unquam monstruosum natura in partium multiplicatione surripuit. Ille uero ut si naturaliter quadam necessaria parte detracta,aut minus oculo nasceretur,ut Cyclopeæ frontis dedecus fuit,uel quo alio curtatus membro,naturale totius suæ plenitudinis dispendium sortiretur. Inter hos autem,uelut inter æquales intemperantias,medij temperamentum limitis fortitus est ille numerus qui perfectus dicitur,uirtutis,scilicet, emulator,qui nec superuacua progressione porrigitur,nec contracta rursus diminutione remittitur, sed medietatis obtinens terminũ,suis æquus partibus,nec crassiã abundãtia, nec eget inopia,ut sex uel 28. Nanq; senarius habet partem mediam,ideſt,3 & tertiam, ideſt,2, & sextam, ideſt,1,quæ in unam summam si redactæ sint, par totũ numeri corpus suis partibus inuenitur,28 uero habet medietatem 14,& septimam 4, nec caret quarta, ideſt,7,possidet quartamdecimam 2,& reperies in eo uicesimam octauam 1, quæ in unum redactæ, totum partibus corpus æquabunt,28 enim iunctæ partes efficient.

De generatione numeri perfecti, Cap. XX.

EST autem in his quoq; magna similitudo uirtutis & uitij. Perfectos enim numeros raro inuenies,eosq; facilè numerabiles, quippe qui pauci sunt, & nimis constanti ordine procreati,at uero superfluos ac diminutos longè multos infinitosq; reperies,nec ullis ordinibus passim inordinateq; dispositos,& a nullo certo fine generatos. Sunt autem perfecti numeri, intra denarium numerum 6, intra centenarium 28, intra millenarium numerum 496, intra decem milia, 8128. Et semper hi numeri,duobus paribus terminantur 6 & 8, & semper alternatim in hos numeros,summarum fines perueniunt. Nam & primum sex,deinde 28. Post hos 496,idem senarius qui primus,post quem 8128, idem octonarius qui secundus. Generatio autem procreatioq; eorum,est fixa firmaq;,nec quo alio modo fieri possint, nec ut si hoc modo fiant,aliud quiddã ullo modo ualeat procreari. Dispositos enim ab uno omnes pariter pares numeros in ordinem quousq; uolueris, primo secundũ aggregabis,& si primus numerus & incompositus ex illa coaceruatione factus sit, totam summã,in illum multiplicabis,quem posterius aggregaueras. Si uero coacernatione facta,primus & incompositus non inuentus fuerit,sed compositus & secundus,hunc transgredere,atq; alium qui sequitur aggregabis. Si uero nec dũ fuerit primus & incompositus,alium rursus adiunge,& uide quid fiat. Quod si primum incõpositumq; reperies,tunc in ultimæ multitudinem summæ coaceruationem multiplicabis. Disponãt enim omnes pariter pares numeri, hoc modo, 1 2 4 8 16 32 64 128.

Facies ergo ita, pones 1, eiq; aggregabis 2. Tunc reſpicies ex hac aggregatione qui numerus factus ſit, ſunt 3 qui, ſcilicet, primus & incompoſitus eſt, & poſt unitatem ultimum binarium numerum aggregaueras. Si igitur ternarium, ideſt, qui ex coacer uatione collectus eſt, per binariũ multiplices, qui eſt ultimus aggregatus, perfectus ſine ulla dubitatione naſcetur. Bis enim 3, 6 faciunt, qui habent unam quidem à ſe denominatam partem, ideſt, ſextam, tres uero medietatem ſecundum dualitatem, at uero duo ſecundum coaceruationem, ideſt, ſecundum ternarium, quoniam coaceruati tres, multiplicati ſunt. Viginti octo autem eodem modo naſcuntur. Si enim ſuper unum & duo, qui ſunt tres, addas ſequentem pariter parem, ideſt, 4 ſeptenariam ſummam facies, ſed ultimum numerum quaternarium cõſequenter adiunxeras, per hũc igitur ſi illam coaceruationem multiplicaueris, perfectus numerus procreatur. Septies enim 4, 28 ſunt, qui eſt ſuis partibus par, habens unum à ſe denominatũ, ideſt, uigeſimumoctauum, medietatem uero ſecundum binarium 14, ſecundum quaternarium 7, ſeptimam uero ſecundum ſeptenarium 4, ſecundum omnium collectionem, quartumdecimũ, duo, qui uocabulo medietatis opponitur. Ergo cum hi reperti ſint, ſi alios inuenire ſecteris, eadem oportet ratione ut ueſtiges. Ponas enim unum licebit, & poſt hunc 2 & 4, qui in ſeptenariũ cumulantur, ſed de hoc dudum extitit 28 perfectus numerus. Huic igitur qui ſequitur pariter par, ideſt, 8, continens iungatur acceſſio, qui prioribus ſuperueniẽs, 15 reſtituit. Sed hic primus & incompoſitus nõ eſt. Habet enim generis alterius partẽ ſuper illã, quæ eſt à ſemetipſa denominata, gnamdecimam, ſcilicet, unitatem. Hunc igitur, quoniam ſecundus eſt compoſitus preterito, & adiunge ſuperioribus continentem pariter parem numerum, ideſt, 16. Qui cum 15 iunctus, unum ac 30 conficiet. Sed hic primus rurſus & incõpoſitus eſt. Hũc igitur cum extremi aggregati ſumma multiplica, ut fiant ſedecies 31, qui 496 explicant. Hæc autẽ eſt intra millenarium numerũ perfecta, & ſuis partibus æqua numeroſitas. Igitur prima unitas uirtute atq; potentia, non etiam actu uel re, & ipſa perfecta eſt. Nam ſi primam ipſam ſumpſero de propoſito ordine numerorum, uideo primam atq; incompoſitam, quam ſi per ſeipſam multiplico, eadem mihi unitas procreatur. Semel enim unum, ſolam efficit unitatem, quæ partibus ſuis æqualis eſt potentia ſolum, cæteris etiam actu atq; opere perfectis. Rectè igitur unitas propria uirtute perfecta eſt, quod & prima eſt & incompoſita, & per ſeipſam multiplicata ſeſe ipſa conſeruat. Sed quoniam de ea quantitate quæ per ſe ſit dictum eſt, operis ſequẽtiam ad illam que refertur ad aliquid transferamus.

De relata ad aliquid quantitate, Cap. XXI.

AD aliquid uero quantitatis, duplex eſt prima diuiſio. Omne enim, aut æquale eſt, aut inæquale quicquid alterius comparatione metitur. Et æquale quidem eſt, quod ad aliquid comparatum, neq; minore ſumma infrà eſt, neque maiore tranſgreditur, ut denarius denario, uel ternarius ternario, uel cubitũ cubito, uel pes pedi, & his ſimilia. Hæc autem pars relatæ ad aliquid quantitatis, id eſt, æqualitas, naturaliter indiuiſa eſt. Nullus enim dicere poteſt, q̃d æqualitatis hoc quidem tale eſt, illud uero huiuſmodi. Omnis enim æqualitas, unã ſeruat in propria moderatione menſuram. Illud etiam quod quæ ei quantitas comparatur, non alio uocabulo atq; ipſa cui comparatur edicitur. Nam quemadmodum amicus amico amicus eſt, uicinuſq; uicino, ita dicitur æqualis æquali. Inæqualis uero quantitatis, gemina diuiſio eſt. Secatur enim quod inæquale eſt, in maius atq; minus, quæ contraria ſi bimet denominatione funguntur. Namq; maius minore maius eſt, & minus maiore minus eſt, & utraq; non eiſdem uocabulis, quemadmodum ſecundum æqualitatem dictum eſt, ſed diuerſis diſtantibusq; ſignata ſunt, ad modũ diſcentis, ſcilicet, uel docentis, uel cædentis, uel uapulantis, uel quæcunque ad aliquid relata, aliter denominatis contrarijs comparantur.

De ſpecie-

De ſpeciebus maioris inæqualitatis & minoris, Cap. XXII.

MAioris uero inæqualitatis, quinq; partes ſunt. Eſt enim una, quæ uocatur multiplex, alia ſuperparticularis, tertia ſuperpartiens, quarta multiplex ſuperparticularis, quinta multiplex ſuperpartiens. His igitur quinq; maioris partibus, oppoſitæ ſunt aliæ quinq; partes minoris, quemadmodum ipſum maius minori ſemper opponitur, quæ minoris ſpecies, ita ſingillatim ſpeciebus quinq; maioris his quæ ſupradictæ ſunt, opponuntur, ut eiſdem nominibus nuncupentur, ſola tantum ſub præpoſitione diſtantes. Dicitur enim ſubmultiplex, ſubſuperparticularis, ſubſuperpartiens, multiplex ſubſuperparticularis, & multiplex ſubſuperpartiens.

De multiplici, eius q; ſpeciebus, earumq; generationibus, Cap. XXIII.

RVrſus multiplex eſt prima pars maioris inæqualitatis, cunctis alijs antiquior naturaq; præſtantior, ut paulò poſt demonſtrabimus. Hic autem numerus huiuſmodi eſt, ut comparatus cum altero, illum contra quem comparatus eſt, habeat plus quàm ſemel. Quod primum in naturalis numeri diſpoſitione conueniet, namq; ad unum cuncti qui ſequuntur, omnium ordine multiplicitũ ſequentias uarietatesq; cuſtodiunt. Ad primum enim, ideſt, unitatem 2, duplus, 3 triplus, 4 quadruplus, atq; ita in ordinem progredientes, omnes texuntur multiplices quantitates. Quod autem dictum eſt, plus quàm ſemel, id à binario numero principium capit, & in infinitum per ternarium quaternariumq;, & cæterorum ordinem ſequentiãq; progreditur. Contra hunc uero diſcriminatus eſt ille qui uocatur ſubmultiplex, & hæc quoq; prima minoris quãtitatis ſpecies eſt. Hic autem numerus huiuſmodi eſt, qui in alterius cõparatione productus, plus quàm ſemel maioris numerat ſummam, ſua, ſcilicet, quãtitate cum eo æqualiter inchoans, æqualiterq; determinãs. Idem autem dico numerat quod metitur. Si igitur bis ſolum maiorem numerum minor numerus metiatur, ſubduplus uocabitur, ſi uero ter, ſubtriplus, ſi quater ſubquadruplus, et ſit per hæc in infinitũ progreſſio, additaq; eos ſemper ſub ppoſitione nominabis, ut unus duorum ſubduplus, trium ſubtriplus, 4 ſubquadruplus appelletur, & conſequenter. Cum autẽ naturaliter multiplicitas & ſubmultiplicitas infinita ſit, eorum quoq; ſpecies per proprias generationes in infinita conſideratione uerſant. Si enim poſitis in naturali conſtitutione numeris ſingulos per ſuas conſequẽtias pares eligas, omnium ab uno parium atq; imparium ſeſe ſequentium duplices erunt, & huius ſpeculationis terminus non deficit. Ponatur enim naturalis numerus hoc modo, 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20. Horum ergo ſi primum ſumas parem, ideſt, 2, primi duplus erit, ideſt, unitatis. Si uero ſequentem parem, ideſt, 4, ſecundi duplus eſt, ideſt, duorum. Si uero tertium parem ſumas, ideſt, 6, tertij numeri in naturali conſtitutione duplus eſt, ideſt ternarij. Si uero quartum parem inſpicias, ideſt, 8, quarti numeri, ideſt, quaternarij duplus eſt. Idemq; in cæteris in infinitũ ſumẽtibus, ſine aliquo impedimento procedit. Triplices autem naſcuntur, ſi in eadem diſpoſitione naturali duo ſemper intermittãtur, & qui poſt duo ſunt ad naturalem numerum comparentur, excepto ternario, qui ut unitatis triplus ſit, ſolum binariũ prætermittit. Poſt unum & duo, 3 ſunt qui triplus unius eſt. Rurſus poſt 4 & 5, ſunt 6, qui ſecũdi numeri, ideſt, duorum triplus eſt. Rurſus poſt 6, ſunt 7 & 8, & poſt hos 9, qui tertij numeri, ideſt, ternarij triplus eſt. Atq; hoc idem in infinitum ſi quis faciat, ſine ulla offenſione procedit. Quadruplorum uero generatio incipit, ſi quis tres numeros intermittat. Poſt unum quippe & 2 & 3, ſunt 4, qui primi, ideſt, unius quadruplus eſt. Rurſus ſi intermiſero quinarium, ſenarium, & ſeptenarium, octonarius mihi quartus occurrit, tribus, ſcilicet, intermiſſis, qui binarij, ideſt, ſecũdi numeri quadruplus eſt. At uero ſi poſt octo tres terminos intermiſero, ideſt, 9 & 10 & 11, duodenarius qui ſequitur ternarij numeri quadruplus eſt. Atq; hoc idem in infinitũ pro-

greſſis neceſſe eſt euenire, ſemperq; una terminorum intermiſſione ſi creſcat adiectio, ordinatas te multiplicis numeri uices inuenire miraberis. Si enim 4 intermittas, quincuplus inuenitur, ſi quinq; ſexcuplus, ſi ſex ſeptuplus, ſemperq; ipſius multiplicitatis nomine uno minus intermiſſionis uocabulo procreatur. Nam duplus unũ intermittit, triplus 2, quadruplus 3, quincuplus 4. Et deinceps ad eundem ordinem ſequentia eſt. Et omnes quidem dupli ſecundum proprias ſequentias parium numerorum pares ſunt. Tripli uero, unus ſemper par terminus, impar alius inueniẽ. Quadrupli uero, rurſus ſemper parem cuſtodiunt quantitatem. Conſtituunturq; à quarto numero, uno ex prioribus per ordinem poſitis paribus intermiſſo, primo pari binario, poſt hunc 8 intermiſſo ſenario, poſt hunc 12 tranſmiſſo denario. Atq; hoc idem in cæteris. Quincupli uero propoſitio, ſecundum triplicis ſimilitudinem, alternatim paribus atq; imparibus poſitis, ordinatur.

De ſuperparticulari, eiusq; ſpeciebus, earumq; generationibus, Cap. XXIIII.

SVperparticularis uero, eſt numerus ad alterum comparatus, quotiẽs habet in ſe totum minorem & partem eius aliquam. Qui ſi minoris habeat medietatem, uocatur ſeſquialter, ſi uero tertiam partem, uocatur ſeſquitertius, ſi uero quartam, uocatur ſeſquiquartus, & ſi quintã, uocatur ſeſquiquintus. Atq; his nominibus in infinitum ductis, in infinitũ quoq; ſuperparticularium forma progreditur. Et maiores quidẽ numeri hoc modo uocantur, minores uero qui habentur toti & eorũ aliqua pars, unus ſubſeſquialter, alter ſubſeſquitertius, alius ſubſeſquiquartus, alius uero ſubſeſquiquintus, atq; idem ſecundum maiorum normam multitudinemq; protenditur. Voco autem maiores numeros duces, minores comites. Superparticularium quoq; infinita eſt multitudo, ob eam rem quod eiuſdem ſpecies interminabili progreſſione fungũtur. Nãq; ſeſquialter habebit quidẽ duces omnes poſt ternarium numerum naturaliter triplices. Comites uero, omnes poſt binarium naturaliter pares, hoc modo, ut primus primo, ſecundus ſecundo, tertius tertio comparetur, & deinceps. Deſcribantur enim longiſſimi uerſus triplicium naturalis numeri atq; duplicium, & ſit hoc modo:

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
3	6	9	12	15	18	21	24	27	30
2	4	6	8	10	12	14	16	18	20

Primus igitur uerſus continet numerum naturalem, ſecundus eius triplicem, tertius uero duplicem, atq; in eo ſi ternarius binario, uel ſi ſenarius quaternario, uel nouenarius ſenario comparetur, uel omnes triplices ſuperiores ſi duplicibus numeris conſequentibus opponantur, hemiolia, ideſt, ſeſquialtera proportio naſcetur, tres enim habent intra ſe duo, & eorum mediam partem, ideſt, 1, ſex quoq; continent intra ſe 4, & eorum medietatem, ideſt, 2, & nouem intra ſe ſenarium claudunt, & eius mediam partem, ideſt, 3 eodemq; modo in cæteris. Dicendum uero ſi quis ſecundam ſpeciẽ ſuperparticularis numeri conſiderare deſideret, ideſt, ſeſquitertiam, quali ratione reperiat. Ac diffinitio quidẽ huius comparationis talis eſt. Seſquitertius eſt, qui minori comparatus, habet eum ſemel & eius tertiam partem, ſed hi inueniuntur ſi omnibus à quaternario numero continuatim quadruplis conſtitutis, à ternario numero triplices cõparentur, eruntq; duces quadrupli, comites tripli. Sit enim in ordine hoc modo numerus naturalis, ut ſub eo quadrupli, & ſub eo tripli ſint, ſupponaẽ ſub primo quadruplo primus triplus, ſub ſecundo ſecundus, ſub tertio tertius, & eodem modo cuncti eiuſdem primi uerſus tripli in ordinem dirigantur.

1	2	3	4	5	6	7	8
4	8	12	16	20	24	28	32
3	6	9	12	15	18	21	24

Igitur primum primo ſi compares, ſeſquitertia ratio continebitur. Nam ſi 4 tribus compares, habebunt in ſe 4, totum ternarium & eius tertiam partem, ideſt, 1, & ſi ſecundum ſecundo, ideſt, octonarium ſenario compares, idem inuenies, habebit enim octonarius ſenarium totum, & eius tertiam partem, ideſt, 2, & per eandem ſequentiã uſq; in infinitum progrediendum eſt. Notandum quoq; eſt, quod 3 comites ſunt, duces 4. Rurſus 6 comites, duces 8, & in eodem ordine cæteri ſimili modo uocãtur duces ſeſquitertij, comites ſubſeſquitertij, & in cunctis ſecundum hunc modum poſita conuenit ſeruare uocabula.

De quodam utili ad cognitionem ſuper particularibus accidente, Cap. XXV.

HOc autem admirabile profundiſſimumq; in iſtorum ordinibus inuenitur, quod primus dux, primusq; comes ad ſe inuicem nulla numeri intermiſſione copulantur. Nam primi ſe nullo in medio poſito tranſeunt, ſecundi interponunt 1, tertij duos, quarti 3, & deinceps una ſemper minore quam ipſi ſunt intermiſſione ſuccreſcũt. Atq; hoc uel in ſeſquialteris, uel in ſeſquitertijs, uel in aliis ſuperparticularis partibus neceſſe eſt inueniri. Nanq; ut quaternarius contra ternariũ comparetur, nullum intermiſimus, poſt 3 enim mox 4 ſunt. At uero 6 cõtra 8, in ſecundo, ſcilicet, ſeſquitertio, una facta eſt intermiſſio. Inter 6 enim & 8, ſolus eſt ſeptenarius qui tranſmiſſus eſt numerus. Rurſus ut 9 contra 12 comparemus, qui ſunt in diſpoſitione tertij, duorum mediorum eſt facta tranſmiſſio. Inter 9 enim & 12, ſunt 10 & 11, ſecundum hũc modũ quarta diſpoſitio 3, quinta 4 interimittit.

Deſcriptio per quam docetur cæteris inæqualitatis ſpeciebus antiquiorem eſſe multiplicem, & digeſtæ formulæ ratio & expoſitio, Cap. XXVI.

QVoniam autem naturaliter & ſecundum propriam ordinis conſequentiã, multiplicem inæqualitatis ſpeciem cunctis præpoſuimus, primamq; ſpeciem eſſe monſtrauimus, licet hoc nobis poſterioris operis ordine clareſcat, hic quoq; perſtringentes id quod propoſuimus planiſſimè breuiterq; doceamus. Sit enim talis deſcriptio, in qua ponatur in ordinem, uſq; ad denarium numerum, continui numeri ordo naturalis, & ſecundo uerſu, duplus ordo reperiatur, tertio triplus, quarto quadruplus, & hoc uſq; ad decuplũ. Sic enim cognoſcemus quemadmodum ſuperparticulari & ſuperpartienti, & cunctis alijs princeps erit ſpecies multiplicis, & quædam alia ſimul in ſpiciemus & ad ſubtilitatem tenuiſſima, & ad ſcientiam utiliſſima, & ad exercitationem mentis iocundiſſima.



Ratio atq; expositio digestæ formulæ, Cap. XXIX.

Si igitur duo prima latera propositæ formulæ quæ faciũt angulum, ab uno ad 10, & 10 procedentia respiciantur, & his subteriores ordines comparentur, qui, scilicet, à 4 angulum incipientes, in uigenos terminum ponunt, duplex, id est, prima species multiplicitatis ostenditur, ita ut primus primum sola superet unitate; ut duo unum, secundus secundum binario superuadat, ut quaternarius binarium, tertius tertium tribus, ut senarius ternarium, quartus quartum, quaternarij numerositate transcendat, ut 8 quaternarium, & per eandem cuncti sequentiã sese minoris pluralitate ptereãt. Si uero tertius angulus aspiciat, q ab 9 inchoans, lõgitudinẽ latitudinẽq; tricenis altrinsecus numeris extẽdit, & hic cũ prima latitudine & longitudine comparetur, triplex species multiplicitatis occurrit, ita ut ista comparatio per X literam fiat. Hique se numeri superabunt secundum paritatis factam naturaliter connexionem. Primus enim primum duobus superat, ut unum 3, secundus secundum quaternario, ut binarium senarius, tertius tertium sex, ut ternarium nouenarius, & ad eundem cæteri modum progressionis augescunt.

Quam rem nobis, scilicet, & ipsa naturalis obiecit integritas, nihil nobis extra

extra machinantibus, ut in ipso modulo descriptionis apparet. Si quis autem quarti anguli terminum qui sedecim numeri quantitate notatus est, & longitudinem latitudinemq; in quadragenos determinat, uelit superioribus comparare, per X literæ formam proportione collata, quadrupli multitudinem pernotabit. Hisq; est ordinabilis super se progressio, ut primus primum tribus superet, ut 4 unitatem. Secundus secundum senario uincat, ut octo binarium. Tertius tertium nouenario transeat, ut duodenarius ternarium, & sequentes summulæ trium se semper adiecta quantitate transiliãt. Et si quis subteriores aspiciat angulos, idem per omnes multiplicitatis species, usque ad decuplum dispositissima ordinatione perueniet. Si quis uero in hac descriptione, superparticularis species requirat, tali modo reperiet. Si enim secundum angulum notet, cuius est initium quaternarius, eiq; superiacet binarius, atq; hunc sequẽtem quis accomodet ordinem, sesquialtera proportio declarabitur. Nam tertius secundi uersus, sesquialter est, ut tres ad duo, uel sex ad quatuor, uel 9 ad 6, uel 12 ad 8. Itemq; in cæteris qui sunt in eadem serie numeri, si talis coniugatio misceatur, nulla uarietatis dissimilitudo surripiet. Eadem tamẽ summarum supergressio est in hoc quoq; quæ in duplicibus fuit. Primus enim primum, ideſt, ternarius binarium uno superat, secundus uero secundum, duobus tertius, tertium tribus, & deinceps. Si uero quartus ordo tertio comparetur, ut 4 ad 3, & eodem cæteros ordine consecteris, sesquitertia comparatio colligitur, ut 4 ad 3, uel 8 ad 6, & 12 ad 9, uidesne ut in omnibus his sesquitertia comparatio conserueture? Præterea eos qui sub ipsis sunt, si idem faciens sequentes uersus alterutris comparaueris, omnes sine ullo impedimẽto species superparticularis agnosces. Hoc autem in hac est dispositione diuinum, quod omnes angulares numeri tetragoni sunt. Tetragonus autẽ dicitur, ut breuissime dicam, quod post latius explicabitur, quem duo æquales numeri multiplicãt, ut in hac quoq; descriptione est, unus enim semel, unus est, & est potestate tetragonus. Itẽ bis duo, 4 sunt. Ter 3 9, quos in semetipsas multiplicationes primi ordinis perfecere. Circum ipsos uero qui sunt, ideſt, circum angulares, longilateri numeri sunt. Longilateros autem uoco, quos uno se supergredientes numeri multiplicant. Circum 4 enim 2 sunt & 6, sed duo nascuntur ex uno & duobus, cum unum bis multiplicaueris, sed unitas à binario unitate præcedit. Sex uero à duobus & tribus, bis enim tres, senarium reddunt. Nouenarium uero, sex & 12 claudunt, qui 12 ex tribus nascũtur & 4. Ter enim 4 fiunt 12. Senarius uero, ex duobus & tribus, bis enim 3 faciunt 6. Qui omnes, uno maioribus lateribus procreati sunt. Nam cum 6 ex binario ternarioq; nascuntur, tres binarium numerum uno superãt. Cũctiq; alij eiusdẽ modi sunt, ut primo & secundo ordine ad alterutrum multiplicatis terminis procreentur, ita ut quod nascitur ex duobus longilateris altrinsecus positis, & bis medio tetragono, tetragonus sit. Et rursus quod ex duobus altrinsecus tetragonis, & uno medio longilatero bis facto nascitur, ipse quoque tetragonus sit. Et ut angulorum totius descriptionis ad angulares tetragonos positorum unius anguli sit prima unitas, alterius uero qui contra est tertia. Bini uero altrinsecus anguli, secundas habeant unitates, & duo angularium tetragonorum anguli, æquum faciunt quod sub ipsis continetur, illi quod fit ab uno illorum qui est altrinsecus angulorum. Multa enim sunt alia quæ in hac descriptione utilia possunt, admirabiliaq; perpendi, quæ interim propter castigatam introducendi breuitatem, ignota esse permittimus. Nunc uero ad sequentia propositum conuertamus.

De tertia inæqualitatis ſpecie, quæ dicitur ſuperpartiens, deq; ſpeciebus eius, earumq; generationibus, Cap. XXVIII.

IGitur poſt duas primas habitudines multiplices & ſuperparticulares, et eas quæ ſub ipſis ſunt ſubmultiplices, & ſubſuperparticulares, tertia inequalitatis ſpecies inuenitur, quæ à nobis ſuperius ſuperpartiens dicta eſt. Hæc eſt autem, quæ fit cũ numerus ad alium comparatus, habet eum totum infra ſe, & eius inſuper aliquas partes, uel duas, uel 3, uel 4, uel quot ipſa tulerit comparatio. Quæ habitudo incipit à duabus partibus tertijs. Nam ſi duas medietates habuerit, qui illum intra ſe totum coẽrcet, duplus pro ſuperpartiente componitur. Habebit autem, uel duas tertias, uel duas quintas, uel duas ſeptimas, uel duas nonas, & ita progredientibus ſi duas ſolas partes minoris numeri ſuperhabuerit, per eaſdem partes imparibus numeris minorem maior ſumma tranſcendit. Nam ſi eum habeat totũ & duas eius quartas, ſuperparticularis neceſſario reperitur. Nam duę quartæ medietas eſt, & fit ſeſquialtera comparatio. Si uero duas ſextas, rurſus eſt ſuperparticularis. Duę enim ſextę, pars tertia eſt. Quod ſi in comparatione ponatur, ſeſquitertię habitudinis efficiet formã. Poſt hos naſcuntur comites, qui ſubſuperpartientes uocantur, hi autem ſunt qui habentur ab alio numero, & eorum uel duę, uel 3, uel 4, uel quotlibet aliæ partes. Si ergo numerus alium intra ſe numerum habens, eius duas partes habuerit, ſuperbipartiens nominatur, ſi uero tres, ſupertripartiens, quod ſi 4 ſuperquadripartiens, atque ita progredientibus *in infinitum* fingere nomina licet. Ordo autem eorum naturalis eſt, quoties diſponuntur à tribus omnes pares atq; impares numeri naturaliter conſtituti, & ſub his aptantur alij qui ſunt à quinario numero incipientes omnes impares. His igitur ita diſpoſitis, ſi primus primo, ſecundus ſecũdo, tertius tertio, & cæteri cęteris cõparentur, ſuperpartiẽs habitudo procreaẽ. Sit enim diſpoſitio hoc modo:

	3	4	5	6	7	8	9	10	
	5	7	9	11	13	15	17	19	

Si igitur quinarij numeri ad ternarium comparatio conſideretur, erit ſuperpartiens ille qui uocatur ſuperbipartiens. Habet enim quinarius totos in ſe tres, & eorum duas partes, ideſt, 2. Si uero ad ſecundum ordinem ſpeculatio referatur, ſupertripartiens proportio cognoſcetur, atq; in ſequentibus per omnes diſpoſitos numeros, omnes in infinitum ſpecies huius numeri conuenientes ordinatasq; reſpicies. At uero quemadmodum ſinguli procreẽtur, ſi in infinitum quis curet agnoſcere, hic modus eſt. Habitudo enim ſuperbipartientis, ſi utriſq; terminis duplicetur, ſemper ſuperbipartiens proportio procreatur. Si enim quis duplicet 5 faciet 10, ſi tres faciet 6, qui 10 contra ſenarium comparati, ſuperbipartientem faciunt habitudinẽ, & hos ipſos rurſus ſi duplicaueris, idem ordo proportionis accreſcit. Id emq; ſi in infinitum facies, ſtatim prioris habitudinis non mutabit. Si uero ſupertripartientes inuenire contẽdas, primos ſupertripartientes, ideſt, 7 & 4 triplicabis, & huiuſmodi naſcentur. Si uero qui ex his nati fuerint, ternarij multiplicatione produxeris, idem rurſus efficiẽt. Quod ſi ſuperquadripartientes quemadmodum in infinitum progrediantur optes addiſcere, primas eorum radices in quadruplum multiplices licet, ideſt, 9 & 5, & eos qui illa multiplicatione proferentur, rurſum in quadruplum, & eandem fieri proportionẽ inoffenſa nimirum ratione reperies. Et cæterę ſpecies, una ſemper plus multiplicatione creſcentibus radicibus oriuntur. Radices autem proportionum uoco, numeros in ſuperiore diſpoſitione deſcriptos, quaſi quibus omnis ſumma ſupradictæ cõparationis innititur. In hoc quoq; uidendum eſt, quoniam cum duæ partes minore plus in maioribus ſunt, tertij ſemper uocabulum ſubauditur. Vt ſuperbipartiens qui dicitur, quoniam duas minoris numeri tertias partes habet, dicatur ſuperbipartiẽs tertias. Et cum dico ſupertripartiens, ſubaudiri neceſſe ſit ſupertripartiẽs quartas, quoniam tribus ſuperquartis exuberat. Et ſuperquadripartiẽti, ſubauditur ſuperquadripartiens quintas, & ad eundem modum in cæteris, uno ſemper adiecto ſuper habitas partes, ſubauditio facienda eſt, ut eorum germana conuenientiaq; his nomina hęc ſint, ut qui dicitur ſuperbipartiens, idem dicatur ſuperbitertius. Qui dicitur ſupertripartiens, is ſit ſupertriquartus. & qui dicitur ſuperquadripartiens, idem dicatur ſuperquadriquintus, eademq; ſimilitudine uſq; in infinitum nomina producantur.

De multiplici ſuperparticulari, Cap. XXIX.

IGitur relatæ ad aliquid quantitatis, ſimplices & primæ ſpecies hæ ſunt, Duæ uero aliæ, ex his uelut ex aliquibus principijs componunt̃, ut multiplices ſuperparticulares, & multiplices ſuperpartientes, horumq; comites ſubmultiplices ſuperparticulares, & ſubmultiplices ſuperpartiẽtes. Namq; in his ut in prædictis proportionibus, minores numeri, & eorum quoq; ſpecies omnes, addita, ſub, præpoſitione dicũtur. Quorum diffinitio talis reddi poteſt: Multiplex ſuperparticularis eſt, quotiens numerus ad numerum comparatus, habet eum plusq; ſemel & eius unam partem, hoc eſt, habet eum aut duplum, aut triplum, aut quadruplum, aut quotienſlibet, & eius quamlibet aliquam partem, uel mediam, uel tertiã, uel quartam, uel quęcunq; alia partium exuberatione contigerit. Hic ergo & multiplici & ſuperparticulari cõſiſtit. Quod enim comparatum numerum plusq; ſemel habet, multiplicis eſt. Hoc uero quod minorem in habenda parte tranſcẽdit, ſuperparticularis. Ita ex utroque nomine facto uocabulo, eſt, ſpecies q; illius ad illarum, ſcilicet, fiunt imaginem proportionum, ex quibus ipſe numerus originem trahit. Nam prima pars huius uocabuli quę multiplicis nominæ poſſeſſa eſt, multiplicis numeri ſpecierum uocabulo nominanda eſt. Quę uero ſuperparticularis eſt, eodem uocabulo nũcupabitur, quo ſuperparticularis numeri ſpecies uocabantur. Dicetur enim qui duplicem habuerit alium numerum, & eius mediam partem, duplex ſeſquialter, qui uero tertiã, duplex ſeſquitertius, qui quartam, duplex ſeſquiquartus, & deinceps. Si uero ter eum totum contineat & eius mediam partem, uel tertiam, uel quartam, dicitur triplex ſeſquialter, triplex ſeſquitertius, triplex ſeſquiquartus, & eodem modo in cæteris. Dicetur q; quadruplus ſeſquialter, quadruplus ſeſquitertius, quadruplus ſeſquiquartus, & quotiens totum numerum in ſemetipſo cõtinuerit, per multiplicis numeri ſpecies appellatur, quam uero partem comparati numeri clauſerit, ſecundum ſuperparticularẽ comparationem habitudinemq; uocabitur. Horum autẽ exempla huiuſmodi ſunt: Duplex ſeſquialter eſt, ut quinq; ad duo, habẽt enim 5, binarium numerũ bis & eius mediam, id eſt, 1. Duplex uero ſeſquitertius eſt, ſeptenarius ad ternarium comparatus. At uero nouenarius ad quaternarium, duplex ſeſquiquartus. Si uero 11 ad 5, duplex ſeſquiquintus. Et hi ſemper naſcentur, diſpoſitis in ordinem à binario numero omnibus naturaliter paribus imparibusq; terminis, ſi contra eos omnes à quinario numero impares comparentur, ut primum primo, ſecundum ſecundo, tertium tertio, cautè & diligenter apponas, ut ſit diſpoſitio talis:

2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	
5	7	9	11	13	15	17	19	21	23	

Si uero à duobus paribus omnibus diſpoſitis terminis, illi qui à quinario numero inchoantes, quinario numero rurſus ſeſe tranſiliunt comparentur, omnes duplices ſeſquialteros creant, ut eſt ſubiecta deſcriptio.

2	4	6	8	10	12
5	10	15	20	25	30

Si uero à tribus inchoẽnt diſpoſitiones,& tribus ſeſe tranſiliant,& ad eos aptentur qui à ſeptenario inchoantes,ſeptenario ſeſe numero tranſgrediuntur,omnes duplices ſeſquitertij,habita diligẽter cõparatione,naſcunt, ut ſubiecta deſcriptio monet.

3	6	9	12	15	18	21
7	14	21	28	35	42	49

Si uero omnes in ordinem quadrupli diſponãtur, hi qui naturalis numeri quadrupli ſunt,ut unitatis quadruplus,& duorum,triumq; & quatuor,atq; quinarij,& cæterorum ſeſe ſequentium,ut ad eos aptentur à nouenario numero inchoantes,ſemper ſeſe nouenario præcedentes,tunc duplicis ſeſquiquartæ proportionis forma texetur.

4	8	12	16	20	24	
9	18	27	36	45	54	

Ea uero ſpecies huius numeri,quæ eſt triplex ſeſquialtera,hoc modo procreatur,ſi diſponãtur à binario numero omnes in ordinem pares,& ad eos ſeptenario numero inchoantes,ſeptenario ſeſe ſupergredientes,ſolito ad alterutrum modo comparationis aptentur.

2	4	6	8	
7	14	21	28	

Si autem à ternario numero ingreſſi,cũctos naturalis numeri triplices diſponamus, & eis à denario numero denario ſeſe ſupergredientes ordine comparemus, omnes triplices ſeſquitertij in ea terminorum continuatione prouenient.

3	6	9	12
10	20	30	40

De eorum exemplis in ſuperiore formula inueniendis, Cap. XXX.

Horum autem eorũq; qui ſequunt exempla integrè planeq; poſſumus pernotare,ſi in priorem deſcriptionẽ,quã fecimus cum de ſuperparticulari & multiplici loqueremur,ubi ab uno uſq; in denarium multiplicationum ſumma concreuit,diligens uelimus acumen intendere. Ad primum enim uerſum omnes qui ſequuntur collati, ordinatas conuenientesq; multiplicis ſpecies reddẽt. Si uero ad ſecundum cunctos qui tertij ſunt ordinis aptaueris,ordinatas ſpecies ſuperparticularis agnoſces. Quod ſi tertio ordini,quicunq; ſunt in quinto uerſu cõpares, ſuperpartientis numeri ſpecies poſitas cõuenienter aſpicies. Multiplex uero ſuperparticularis oſtendit, cum ad ſecundũ uerſum omnes qui ſunt quinti uerſus ſerie cõparant, uel qui ſunt in ſeptimo,uel q ſunt in nono,atq; ita ſi in infinitũ ſit iſta deſcriptio,in infinitum huius proportionis ſpecies procreabuntur. Manifeſtum aũt etiam hoc eſt,quod horũ comites ſemper cum ſub præpoſitione dicent, ut eſt ſubduplex ſeſqualter,ſubduplex ſeſqtertius,ſubduplex ſeſqquartus & cæteri qdẽ adhũc modũ.

De multiplici ſuperpartiente, Cap. XXXI.

Multiplex uero ſuperpartiens eſt, quoties numerus ad numerũ cõparatus, habet in ſe alium numerum totũ plus q̃ ſemel, & eius uel duas,uel 3, uel quotlibet plures particulas,ſecundũ numeri ſuperpatiẽtis figurã. In hoc quoq;

quoq; propter cauſam ſuperius dictam,non erunt duæ medietates,neq; duę quartæ, neq; duæ ſextæ,ſed duæ tertiæ,uel duæ quintæ,uel duæ ſeptimæ,ad priorem ſimilem cõſequentiam. Non eſt aũt difficile ſecundũ priorũ exempla politorũ, hos quoq; & præter noſtra exempla numeros inuenire. Vocabunturq; hi,ſecũdum proprias partes,duplex ſuperbipartiens,uel duplex ſupertripartiens,uel duplex ſuperquadripartiens. Et rurſus triplex ſuperbipartiens,& triplex ſupertripartiens, & triplex ſuperquadripartiens,& ſimiliter. Vt 8 ad 3 comparati,faciunt duplicem ſuperbipartiẽtem,& 16 ad 6,& omnes quicunq; ab 8 incipiẽtes,octonario ſeſe numero tranſgrediuntur,comparati ad eos qui à tribus inchoantes,ternarij ſeſe quantitate prætereunt. Nec erit difficile alias eius partes ſecundum prædictum modum diligentibus reperire, Hic quoq; illud meminiſſe debemus quod minores & comites non ſine,ſubpoſitione nominant, ut ſit ſubduplex ſuperbipartiens,ſubduplex ſupertripartiẽs.

Demonſtratio quemadmodum omnis inæqualitas ab æqualitate proceſſerit, Cap. XXXII.

Reſtat autem nobis,profundiſſimam quandam tradere diſciplinam,quæ ad omnẽ naturæ uim rerũq; integritatẽ maxima ratione pertineat. Magnus quippe in hac ſcientia fructus eſt,ſi quis non neſciat quod bonitas diffinita eſt & ſub ſcientiã cadens,animoq; ſemper imitabilis & perceptibilis prima natura eſt,& ſuæ ſubſtãtiæ decore perpetua. Infinitum uero malicię dedecus eſt, nullis proprijs principijs nixum,ſed natura ſemper errans à boni diffinitione principij,tanq; aliquo ſigno optimę figurę impreſſa componitur,& ex illo erroris fluctu retinetur. Nam nimiam cupiditatem,iræq; immodicam effrenationem, quaſi quidã rector animus,pura intelligentia roboratus,aſtringit,& has quodammodo inæqualitatis formas,temperata bonitate conſtituit. Hoc aũt erit perſpicuũ,ſi intelligamus omnes inæqualitatis ſpecies,ab æqualitatis creuiſſe primordijs, ut ipſa quodammodo æquitas,matris & radicis obtinens uim,ipſa omnes inæqualitatis ſpecies ordinesq; profundat. Sint enim nobis tres æquales termini,id eſt,tres unitates,uel 3 bini,uel tres terni,uel tres quaterni,uel quantos ultra libet ponere. Quod enim in unis tribus terminis euenit,idem contingit in cæteris. Ex his igitur ſecundum præcepti noſtri ordinem, uideas primum naſci multiplices,& in his duplices prius de hinc triplos,deinde quadruplos,& ad eundem ordinem conſequentes. Rurſus, multiplices ſi conuertantur,ex his ſuperparticulares orientur,& ex duplicibus quidem, ſeſquialteri,ex triplicibus ſeſquitertij,ex quadruplis ſeſquiquarti,& cæteri in hunc modũ. Ex ſuperparticularibus uero cõuerſis,ſuppartiẽtes naſci neceſſe eſt,ita ut ex ſeſquialtero naſcatur ſuperbipartiens,ſupertripartientem,ſeſquitertius gignat, & ex ſeſquiquarto,ſuperquadripartiẽs. Rectis aũt poſitis,neq; conuerſis prioribus ſuperparticularibus, multiplices ſuperparticulares oriuntur. Rectis uero ſuperpartientibus, multiplices ſuperpartientes efficientur. Præcepta autem tria,hæc ſunt,ut primũ numerum primo facias parem, ſecundum uero primo & ſecundo,tertium primo,duobus ſecundis,& tertio. Hoc igitur cum in terminis æqualibus feceris,ex his qui naſcentur duplices erunt. De quibus duplicibus ſi idem feceris,triplices procreãtur,& de his quadruplices,atq; in infinitum omnes formas numeri multiplices explicabit, iaceant igitur 3 termini æquales.

1	1	1	

Ponatur itaq; primo primus æqualis,id eſt,unus. Secundus uero,primo & ſecundo, id eſt,2,tertius uero primo,duobus ſecundis & tertio par ſit,id eſt,uni & duobus unis & uni,qui ſunt 4, ut eſt deſcriptio:

1	1	1	
1	2	4	

Videſ-

Vides'ne ut duplici proportione ſequens ordo texatur. Fac rurſus idem de duplicibus, ut ſit primus primo æqualis, id eſt, uni, ſecundus, primo & ſecundo, id eſt uni & duobus qui ſunt 3, tertius primo, id eſt, uni, duobus ſecundis, id eſt, 4 & tertio, id eſt, quatuor, qui ſimul 9 fiunt, & uenit hæc forma:

1	1	1	
1	2	4	
1	3	9	

Rurſus, ſi de triplicibus idem feceris, continuus quadruplus procreabitur. Sit enim primus primo equus, id eſt, unus, ſit ſecundus primo & ſecundo equalis, id eſt, 4, ſit tertius primo, duobus ſecundis & tertio æqualis, id eſt 16.

1	1	1	
1	2	4	
1	3	9	
1	4	16	

Et in cæteris quidem ad hanc formam, tribus his præceptis utemur. Si uero qui ex æqualibus nati ſunt multiplices, eos diſponamus, & ſecundum hæc præcepta uertamus, ita ut conuerſo ſint ordine, ſeſquialter ex duplici procreabitur, ſeſquitertius ex triplici, ſeſquiquartus ex quadruplo. Sint enim 3 duplices termini, qui ex æqualibus creati ſunt, & qui ultimus eſt, primus ponatur huiuſmodi:

4	2	1	

Et conſtituatur primo in hoc ordine, primus par, id eſt, 4, ſecundus uero, primo & ſecundo par, id eſt, 6, tertius uero primo, duobus ſecundis & tertio, id eſt, 9.

4	2	1	
4	6	9	

Ecce tibi illa ſeſquialtera quantitas ex termino duplicitatis exoritur. Videamus nũc ad eundem modum ex triplici qui naſcatur, diſponantur enim triplices ſuperiores, cõuerſo, ſcilicet ordine ſicut duplex; hic eſt quoq; ordo diſpoſitus:

9	3	1	

Ponatur ergo primus, primo equus, id eſt, 9 ſecundus, primo & ſecundo, id eſt, 12, tertius, primo duobus ſecundis & tertio equus, id eſt, 16.

9	3	1	
9	12	16	

Rurſus ſecũda ſpecies ſuperparticularis numeri, id eſt, ſeſquitertius procreatus eſt. Quod ſi idem de quadruplo quis facere uelit, ſeſquiquartus cõtinuo naſcetur, ut mõſtrabit ſubiecta deſcriptio:

16	4	1	
16	20	25	

Ac ſi quis

Ac ſi quis idem de cunctis in infinitum partibus multiplicatis faciat, conueniente ordinem ſuperparticularitatis inueniet. Quod ſi conuerſos ſuperparticulares aliquis ſecundum hæc præcepta conuertat, continuo uideat ſuperpartientes accreſcere, & ex ſeſquialtero quidem ſuperbipartiens, ex ſeſquitertio ſupertripartiens procreatur, & cæteri ſecundum cõmunes denominationis ſpecies, ſine ulla ordinis interpollatione naſcentur. Diſponantur igitur ſic:

9	6	4	

Superioris igitur deſcriptionis, primo primus æquus numerus aſcribat, id eſt, 9, ſecundus uero primo & ſecũdo, id eſt, 15. tertius uero primo, duob. ſecũdis & tertio, id eſt 25.

9	6	4	
9	15	25	

Si ergo ſeſquitertium eodem modo uertamus, ordo ſupertripartiens inuenitur. Sit enim prima propoſitio ſeſquitertij.

16	12	9	

Ponatur ſecundum priorem modum, primo par primus, id eſt, 16, ſecũdus primo & ſecundo, id eſt, 28, tertius primo, duobus ſecundis & tertio, id eſt. 49. Omnis ergo ſumma diſpoſita ſupertripartientes efficiet.

16	12	9	
16	28	49	

Rurſus ſi ſeſquiquartum eodem modo uerteris, ſuperquadripartiens ſtatim quantitas procreabitur, ut eſt ea forma quam ſuppoſitam uides.

25	20	16	
25	45	18	

Reſtat quemadmodum ex ſuperparticularibus & ſuperpartientibus multiplices ſuperparticulares & multiplices ſuperpartientes naſcantur, oſtendere. Quorũ binas tantum faciã deſcriptiones, namq; ſi rectum & non conuerſum ſeſquialterum ponimus, duplex ſuperparticularis excreſcit, fit enim hoc modo:

4	6	9	

Ponat ſecundum ſuperiorem modũ primo, primus equalis, id eſt, 4, ſecũdus primo & ſecũdo, id eſt, 10, tertius primo, duobus ſecundis & tertio æqualis, id eſt, 25.

4	6	9	
4	10	25	

Atq; hęc quidem duplex ſeſquialtera ſumma producta eſt. Si uero ſeſquitertiũ non cõuerſum ponamus, duplus ſeſquitertius inuenit, ut ſubiecta deſcriptio docet.

9	12	16	
9	21	49	

At uero

At uero si ad superpartientes animum conuertamus, eosq; ordinatim secundum superiora præcepta disponamus, multiplices superpartientes ordinatim progenitos reperiemus. Disponatur enim superpartientis hæc formula:

9	15	25

Ascribatur ergo primus, primo æquus, id est, 9. Secundus, primo & secũdo, idest, 24, tertius, primo, duobus secundis, & tertio, id est, 64.

9	15	25
9	24	64

Vides'ne, ut ex superbipartiente duplus superbipartiens exortus sit. At uero si supertripartientem ponam, duplex sine dubio tripartiẽs inuenitur, ut in subiecta descriptione perspicuum est:

16	28	49
16	44	121

Sic ergo de superparticularibus uel de superpartientibus, multiplices superparticulares uel multiplices superpartientes oriuntur. Quare constat omnium inæqualitatum æqualitatem esse principium, ex eadem enim inæqualia cuncta nascuntur. Ac de his quidem hactenus differẽdum esse credidimus, ne uel infinita sectemur uel circa res obscurissimas ingredientium animos detinentes, ab utilioribus moraremur.

ANITII MANLII TORQVATI SEVERINI BOETHI, LIB. II.

Quemadmodum ad æqualitatem omnis inæqualitas reducatur, Cap. I.

Vperioris libri disputatione digestũ est, quemadmodũ tota inæqualitatis substantia, à principe sui generis æqualitate processerit. Sed quę rerum elementa sunt, ex eisdem principaliter omnia componuntur, & in eadem rursus resolutione facta resoluuntur. Vt quoniam articularis uocis elementa sunt literę, ab eis est syllabarum progressa coniunctio, & in easdem rursus terminat extremas, eãdemq; uim obtinet sonus in musicis. Iam uero mũdum 4 corpora non ignoramus efficere. Namq; (ut ait) ex imbri terraq; omnia gignunt & igni, sed in hæc rursus eius 4 elementa fit postrema resolutio. Ita igit, quoniã ex æqualitatis margine cunctas inæqualitatis species proficisci uidemus, omnis à nobis inæqualitas ad æqualitatem rursus, uelut ad quoddam elementũ proprij generis resoluatur. Hoc autẽ trina rursus imperatione colligitur, eaq; resoluendi ars. Datis quibuslibet tribus terminis, inæqualibus quidem sed proportionaliter cõstitutis, id est, ut eandem medius ad primũ uim proportionis obtineat, quàm qui est extremus ad medium in qualibet inæqualitatis ratione, uel in multiplicibus, uel in superparticularibus, uel in superpartientibus, uel in ijs quæ ex his procreantur, hoc est, multiplicibus superparticularibus, uel multiplicibus superpartientibus, eadem atque una ratione indubitata constabit. Propositis enim tribus (ut dictum est) terminis, æquis

nis, æquis proportionibus ordinatis, ultimum semper medio detrahamus, & ipsum quidem ultimum, primum terminum collocemus, quod de medio relinquitur, secundum. De tertia uero propositorum terminorũ summa, auferemus unũ primũ, & duos secundos eos qui de medietate relicti sunt, & id quod ex tertia summa relinquit, tertium terminum constituemus. Videbis igitur hoc facto, in minorem modũ summas reuerti, & ad principaliorem habitudinem comparationes proportionesq; reduci, ut si sit quadrupla proportio, primo ad triplam, inde ad duplam, inde ad equalitatem usq; remeare. Et si sit superparticularis sesquiquartus, primo ad sesquitertium, inde ad sesquialterum, postremo ad tres equales terminos redire. Hoc aũt nos exempli gratia, in multiplici tantum proportione docebimus. Solertem uero, in alijs quoque inæqualitatis speciebus id experiẽtem, eadem ratio præceptorum iuuabit. Constituantur enim tres ad se termini quadrupli,

8	32	128

Auser igitur ex medio minorem, id est, ex triginta duobus octonarium, relinquuntur 24, & primum octonarium terminum pones, secundum uero, quod reliquũ fuerit ex medio, id est, 24, ut sint hi duo termini, 8 & 24. De tertio uero, id est, 128, auser unum primum, id est, 8, & duos secundos qui sunt reliqui, id est, bis 24, & relinquuntur 72. His dispositis terminis, ex quadruplis propinquior equitati proportio, tripla redacta est. Sunt enim termini.

8	24	72

Ex his autem ipsis idem si feceris, ad duplũ rursus comparatio remeabit. Pone enim primum minori æquum, id est, 8, & ex secundo auser primum, 16 relinquentur. Sed ex tertio, id est, ex 72, auser primũ, id est, 8, & duos secundos, id est, bis 16 & erit reliqua pars 32. Quibus positis, ad duplas proportiones habitudo redigitur.

8	16	32

Idem uero ex his si fiat, rem omnẽ ad æqualitatis summas eliquabimus. Pone enim primum minori æquum, id est, 8, & auser ex 16 octonarium, remanent 8, quibus dispositis, ex tertio, id est, 32, sumptis primo, idest, 8, & duobus secũdis, idest, duobus octonarijs, supersunt 8. Quibus dispositis, prima nobis æqualitas cadit, ut subiectæ summulę docent:

8	8	8

Hinc igitur si quis ad alias inæqualitatis species animum tendat, eandem conuenientiam intitubanter inueniet. Quare pronunciandum est, nec ulla trepidatione dubitandum, quod quemadmodum per se constantis quantitatis unitas principium & elementum est, ita & ad aliquid relatæ quantitatis æqualitas mater est. Demonstrauimus enim quod hinc & eius procreatio prima foret, & in eam rursus postrema solutio est.

De inueniendo in unoquoque numero, quot numeros eiusdem proportionis possit præcedere, eorumq; descriptio, descriptionisq; expositio, Cap. II.

Est aũt quædã in hac re, pfunda & mirãda speculatio, & (ut ait Nicomachus) ἐννοιόφρατον θεώρημα, pficiẽs, & ad Platonicã in Timęo animę generationẽ, & ad interualla harmonicę disciplinæ. Ibi em̃ iubemur, pducere atq; extẽdere tres uel

tres uel quatuor ſeſquialteros, uel quotlibet ſeſquitertias ꝓportiones, & ſeſquiquartas comparationes, easq; ſecundum propoſitum ordinem, ſæpe continuas iubemur extendere. Ne autē hoc, labore quodam ſemper quidem maximo, frequentius inferaci fiat, hac nobis ratione, in quot numeris quanti poſſint eſſe ſuperparticulares, inueſtigandum eſt. Omnes enim multiplices, tantarum ſimilium ſibimet proportionum principes erūt, quoto ipſi loco ab unitate diſceſſerūt. Quod autē dico, ſibimet ſimiliū tale eſt, ut dupli ſemper multiplicitas (ut ſuperius dictū eſt) ſeſquialteros creet, & triplex ſit dux ſeſquitertiorum, quadruplus ſeſquiquartis. Primus ergo duplex, unum ſolum habebit ſeſquialterum, ſecundus duos, tertius tres, quartus 4, & ſecundum hunc ordinem, eadem ſit in infinitū progreſſio. Neque unquā fieri poteſt, ut uel ſuperet proportionum numerum, uel ab eo ſit diminutior æquabilis ab unitate locatio. Primus ergo duplex, eſt binarius numerus, qui unum ſolum ſeſquialterū recipit, id eſt, ternarium. Binarius enim contra ternarium comparatus, ſeſquialterā efficit proportionem. Ternarius uero, quoniam medietatem non recipit, non eſt alter numerus ad quem in ratione ſeſquialtera comparetur. Quaternarius uero numerus, ſecundus duplex eſt, hic ergo duos ſeſquialteros præcedit. Eſt enim ad ipſum quidem comparatus ſenarius numerus, ad ſenarium uero, quoniam medietatem habet nouenarius, & ſunt duo ſeſquialteri, ad 4 ſcilicet, 6, ad ſex uero 9. Nouenarius uero, quoniam medietate caret, ab hac comparatione ſecluſus eſt. Tertius uero duplex, eſt 8, hic ergo 3 ſeſquialteros antecedit. Comparatur enim ad ipſum duodenarius numerus, ad duodenarium 18, ad 18 rurſus 27. At uero 27 medio carent. Idem quoque in ſequentibus euenire neceſſe eſt, quod nos cum propria ordinatione ſubdidimus. Semper enim hoc, Diuina quadam nec humana conſtitutione, ſpeculationibus occurrit, ut quotienſcunque ultimus numerus inuenitur, qui loco duplicis ab unitate ſit par, talis ſit ut in medietates diuidi ſecariq; non poſſit.

Latitudo

1	2	4	8	16	32	
	3	6	12	24	48	
	An	9	18	36	72	
		gu	27	54	105	
			la	81	162	
				ris	143	

Idem contingit etiam in triplicibus, ex illis enim ſeſquitertij procreantur. Nā quoniam primus triplex eſt ternarius numerus, habet unum ſeſquitertium, id eſt 4. Cuius quaternarij tertia pars non poteſt inueniri, atq; ideo hic epitrito caret. Secundus uero, qui eſt nouem, habet ad ſe duodenarium numerum ſeſquitertium. Duodenarius autem, quoniam habet tertiam partem, in ſeſquitertia proportione comparatur ad eum numerus ſedecim, qui tertiæ partis ſectione ſolutus eſt. Vigintiſeptem autē, quoniam tertius eſt triplex, habet ad ſe ſeſquitertiū triginta ſex, & hic rurſus, ad quadragintaocto eadem proportione cōparatur. Cui ſi ſexagintaquatuor appoſiti fuerint, eandem rurſus uim proportionis explebunt. Quos ſexagintaquatuor ad nullū ſeſquitertium rurſus aptabis, quoniam parte tertia non tenentur. Atq; hoc in cūctis triplicibus inuenitur, ut extremus eiuſdem proportionis numerus, tātos ante ſe præcedentes habeat, quanto primus eorū ab unitate diſceſſerit. Et qui tot ſuper ſe eiuſdem proportionis habuerit numeros, quotus ab unitate primus eorum iacet, eius pars qua illi comparatus numerus, poſſit eandem facere proportionem, inueniri ne queat. Et triplicis quidem hæc eſt deſcriptio:

Latitudo

1	3	9	27	81	243	
	4	12	36	108	324	
	An	16	48	144	432	
		gu	64	192	576	
			la	256	768	
				ris	1024.	

At quadrupli ſecundum hanc formam deſcriptio eſt, ad quam, ſcilicet, qui à prioribus inſtructus acceſſerit, nulla ratione trepidabit, & de cæteris quidē multiplicibus, eandem conuenientiam pernotabit.

Latitudo

1	4	16	64	256	1024	
	5	20	80	320	1280	
	An	25	100	400	1600	
		gu	125	500	2000	
			la	625	2500	
				ris	2125	

Hinc quoq; perſpicuum eſt, ſuperparticulariū (quemadmodum prius oſtenſum eſt) primos eſſe multiplices. Siquidem duplices ſeſquialteros, triplices ſeſquitertios, & cuncti multiplices cūctos in ordinem ſuperparticulares creant. Eſt etiam in his hoc quoq; mirabile. Namq; ubi prima latitudo fuerit duplex, & ſub eiſdem qui ſunt uerſus continui alternatim poſiti, ſecundū ſeriem latitudinis duplices erunt. Si uero fuerint triplices, & inferiores ordines, tripla ſe in ſuis terminis multiplicatione ſuperabūt. At in quadrupla, quadrupli, atq; hoc infinita ductum ſpeculatione nō fallit. Angulares autem omnium multiplices euenire neceſſe eſt. Erunt autē duplicium quidem triplices, triplicium quadruplices, quadruplorū uero quincupli, & ſecundū eandem ordinis incommutabilem rationem, ſibimet cuncta conſentient, quibus expoſitis, ad ſequentem operis ſeriem competens diſputatio conuertatur.

Quod multiplex interuallum ex quibus ſuperparticularibus medietate poſita, interuallis fiat, eiuſq; inueniendi regula, Cap. III.

Si igitur duæ primæ ſuperparticulares ſpecies cōiungantur, prima ſpecies multiplicitatis exoritur. Omnis autē duplex ex ſeſquialtero ſeſquitertioq; cōponitur, & omnis ſeſquialter & ſeſquitertius duplicem iungūt. Nam ternarius, ſeſquialter eſt duorū, quatuor uero, ſeſq; tertius ternarij, ſed 4. duplus duorū.



Sic igitur ſeſquialter & ſeſquitertius, unum duplicem componunt. At uero ſi fuerint medietas & duplus, inter duplicē & medium poteſt una medietas talis inueniri, quæ

ad alterã extremitatẽ ſequiãltera ſit, ad alteram ſeſquitertia. Altrinſecus enim poſtis ſenario & ternario, id eſt, duplici & medietate, ſi quaternarius in medio collocetur, ad ternariũ numerum ſeſquitertiã continet rationem, ad ſenarium uero ſeſquialterã.



Rectè igitur dictum eſt, & duplicem à ſeſquialtero ſeſquitertioque cõiungi. & has duas ſuperparticularis ſpecies, duplicem procreare, id eſt, primam ſpeciem multiplicis quantitatis. Rurſus ex prima multiplicis ſpecie, id eſt, ex duplici, & prima ſuperparticulari, id eſt, ſeſquialtera, cõtinens multiplicis ſpecies, id eſt, tripla cõiungitur. Nanq; 12 ſenarij numeri, duplus eſt, decem uero & octo, ad duodenarium ſeſquialter, qui ad ſenarium numerum triplus eſt.



Et poſitis eiſdem, 6 & 18, nouenarius in medietate ponatur, erit ad ſenariũ ſeſquialter, qui ad 18. Subduplus eſt, & ad ſenarium 18 triplus eſt.



Ex duplici igitur & ſeſquialtero, triplex ratio proportionis exoritẽ, & in eas rurſus reſolutione facta reuocatur. Si autem hic, id eſt, triplus numerus, qui eſt ſpecies ſecunda multiplicis, ſecundæ ſpeciei ſuperparticularis aptetur, quadrupli cõtinuo forma cõtexitur, & in eaſdem rurſus partes naturali partitione ſoluetur, ſecundum modum quem ſuperius demonſtrauimus.

Si uero



Si uero quadruplus ſeſe ac ſeſquiquartus agglomerent, quincuplus continuo fiet:



Et ſi quincuplus cum ſeſquiquinto, mox ſeſcupli proportio coniugabitur.



Atq; ita ſecundum hanc progreſſionem cunctæ multiplicitatis ſpecies ſine ulla rati ordinis permutatione naſcẽtur. Ita uero ut duplus cum ſeſquialtero triplicem creet, & triplus cum ſeſquitertio, quadruplũ, quadruplus cũ ſeſquiquarto, quincuplum, & cæteri eodem modo, ut nullus hanc continuationem finis impediat.

De per ſe conſtante quantitate, quæ in figuris Geometricis conſideratur, communis ratio omnium magnitudinum. Cap. IIII.

HAec quidem de quantitate quam ſecundum ad aliquid ſpeculamur, ad preſens dicta ſufficiant. Nunc aũt in hac ſequentia, quædã de ea quantitate quę per ſeipſam cõſtat, neq; ad aliquid refertur expediam, quæ nobis ad ea prodeſſe poſſunt, quæ poſt hæc rurſus de relata ad aliquid quantitate tractabimus. Amat enim quodammodo enim Matheſeos ſpeculatio alterna probationũ ratione cõſtitui. Nunc autem nobis de his numeris ſermo futurus eſt, qui circa figuras

Geometricas & earum ſpatia dimẽſiones{q;} uerſantur, id eſt, de linearibus numeris, & de triangularibus uel quadratis, cæteriſ{q;} quos ſola pãdit plana dimẽſio, nec non de inæquali laterum cõpoſitione coniunctis. De ſolidis etiam, id eſt, cubis, & ſphæricis, uel pyramidis, laterculis etiam uel tignulis & cuneis, quæ omnia quidem Geometricæ propri{e;} conſiderationis ſunt. Sed ſicut ipſa Geometricæ ſcientia ab Arithmetica uelut quadam radice ac matre producta eſt, ita etiam eius figurarum ſemina in primis numeris inuenimus. Planũ ſiquidem fecimus quod omnes diſciplinas hæc interempta conſumeret, quas minimè conſtituta infirmaret. Hoc autem cognoſcendum eſt quod hæc ſigna numerorum poſita quæ nunc quoq; homines in ſummarum deſignatione deſcribũt, nõ naturali inſtitutione formata ſunt, ut enim quinarij ſubiectam notulã ſignant de v, uel denarij, quã deſcripſimus de x, & alias huiuſmodi, nõ natura poſuit, ſed uſus affinxit. Quinque enim uel decẽ, uel quotlibet alios illis notulis pro compendio notare uoluerunt, ne quotiens unitates quis monſtrare uellet, totiens ei uirgulæ ducerentur. Nos autem quotienſcũque aliquid monſtrare uolumus, in his præſertim formulis, ordinatarum uirgularum multitudinem non grauamur apponere. Cum enim quinq; uolumus demonſtrare, facimus quinque uirgulas, ducimus{q;} eas hoc modo, ı ı ı ı ı. & cum 7 totidẽ, & cũ 10 nihilominus, quia naturalius eſt quemlibet numerum quãtas in ſe retinet, tot unitatibus deſignare quam notulis. Eſt igitur unitas uicem obtinens pũcti, interualli, longitudinis{q;} principiũ, ipſa uero nec interualli, nec longitudinis capax, quemadmodũ punctum principium quidem lineæ eſt atque interualli, ipſum uero nec interuallum nec linea. Neque enim punctum puncto ſuperpoſitum ullum efficit interuallum, uelut ſi nihil nulli iungas. Nihil enim eſt quod ex nullorum procreatione naſcatur. Eadem quippe etiam circa æqualitates proportio manet. Nam ſi quotlibet fuerint termini pares, tantũ quidem eſt à primo ad ſecundum, quantum à ſecundo ad tertium. Sed inter primum & ſecundum, uel ſecũdum & tertium, nulla eſt interualli longitudo uel ſpatium. Si enim tres ſenarios ponas hoc modo σ, σ, σ, quemadmodum primus eſt ad ſecundum, ſic eſt ſecundus ad tertium. Sed inter primum & ſecundũ nihil intereſt, σ enim & σ nulla ſpatij interualla diſiungunt. Ita etiam unitas in ſeipſa multiplicata nihil procreat. Semel enim in unũ nihil aliud ex ſe gignit quàm ipſa eſt. Nam quod interuallo caret, etiam uim gignendi interualla nõ recipit, q; in alijs numeris nõ uidet euenire. Omnis enim numerus in ſeipſum multiplicatus, alium quẽdam efficit maiorem quàm ipſe eſt, idcirco quoniam interualla multiplicata maiore ſeſe ſpatij prolixitate diſtẽdunt. Id uero quod ſine interuallo eſt, plus q; ipſa eſt, pariendi non habet poteſtatem. Ex hoc igitur principio, id eſt, ex unitate prima omnium longitudo ſuccreſcit, quæ à binarij numeri principio in cunctos ſeſe numeros explicat, quoniam primum interuallum linea eſt, duo uero interualla ſunt longitudo & latitudo, id eſt, linea & ſuperficies. Tria ergo interualla ſunt, longitudo, latitudo, altitudo, id eſt, linea, ſuperficies, atq; ſoliditas. Præter hæc autem alia interualla inueniri non poſſunt. Aut enim unum interuallum erit quod longitudo eſt, aut aliquid quod duobus interuallis expoſitum eſt, ut ſi qua res longitudinem habeat & latitudinem, uel trina interualli dimenſione porrigit, ſi longitudine, altitudine, latitudine{q;} cẽſetur, ſupra que adeò nihil inueniri poteſt, ut ipſorum ſex motuum formę ad interuallorum naturas & numerũ cõponantur. Vnũ enim interuallum duos in ſe continet motus, ut in tribus interuallis ſex ſeſe motuum ſumma cõficiat hoc modo. Eſt enim in longitudine ante & retro; in latitudine ſiniſtra & dextra, in altitudine ſurſum ac deorſum. Neceſſe eſt autẽ, ut quicquid fuerit ſolidum corpus, hoc habeat longitudinem, latitudinem{q;} & altitudinẽ, & quicquid hęc tria in ſe continet, illud ſuo nomine ſolidum uocetur. Hæc enim tria circa omne corpus inſeparabili coniunctione uerſantur, & in natura corporum conſtituta ſunt. Quare quicquid uno interuallo caret, illud corpus ſolidum nõ eſt. Nam quod duo ſola interualla retinet, illud ſuperficies appellat. Omnis enim ſuperficies ſola

ſola longitudine & latitudine continetur, & hic eadẽ illa conuerſio remanet. Omne enim quod ſuperficies eſt, longitudinem & latitudinem retinet, & quod hæc retinet, illud eſt ſuperficies. Hæc autem ſuperficies unò tantũ interuallo ſolidi corporis dimenſione ſuperatur, quæ uno rurſus interuallo lineam uincit, quæ longitudinis naturam retinẽs, latitudinis expers eſt. Quæ linea eo quòd unius eſt interualli ſortita naturam, à ſuperficie uno interuallo, à ſoliditate duobus ſpatijs uincitur. Punctũ igitur alio rurſus interuallo à linea uincitur, ipſa, ſcilicet, quę reliqua eſt lõgitudine. Quare ſi punctũ uno quidem interuallo à linea ſupergreditur, idem à ſuperficie uincit duobus, tribus uero interualli dimenſionibus à ſoliditate relinquitur, conſtat punctum ipſum ſine ulla corporis magnitudine uel interualli dimẽſione, cũ & lõgitudinis & latitudinis, & profunditatis expers ſit, omniũ interuallorũ eſſe principiũ, & natura inſecabile, quod Græci atomon uocant, id eſt, ita diminutum atq; partiſſimũ, ut eius pars inueniri non poſſit. Eſt igitur punctum primi interualli principium, non tamen interuallum, & lineæ caput, ſed nondũ linea. Sicut linea quoq; ſuperficiei principium eſt, ſed ipſa ſuperficies non eſt, & ſecundi interualli caput eſt, ſecundum tamen interuallum ipſa nõ retinet. Idem quoque & in ſuperficiei rationem cadit, quæ & ipſa ſolidi corporis & triplicis interualli naturale ſortitur initiũ, ipſa uero nec trina interualli dimenſione diſtenditur, nec ulla craſſitudine ſolidatur.

De numero lineari. Cap. V.

Sic etiam in numero unitas quidem cum ipſa linearis numerus nõ ſit, in longitudinem tamen diſtenti numeri principium eſt. Et linearis numerus cum ipſe totius latitudinis expers ſit, in aliud tamen ſpatium latitudinis extenti numeri ſortitur initium. Superficies quoq; numerorum cum ipſa ſolidũ corpus non ſit, addita tamen altitudini ſolidi corporis caput eſt. Hoc autẽ planius his exemplis liquebit. Linearis numerus eſt à duobus inchoans, adiecta ſemper unitate in unum eundem{q;} ductum quantitatis explicata congeries, ut eſt id quod ſubiecimus.



De planis rectilineis figuris, quodq; earum principium ſit triangulus. Cap. VI.

Plana uero ſuperficies in numeris inuenitur, quotiens à tribus inchoatione facta addita deſcriptionis latitudine, in ſequentium ſe naturalium numerorum multitudine anguli dilatãtur, ut ſit primus triangulus numerus, ſecũdus quadratus, tertius qui ſub quinque angulis continetur, quem pentagonum Græci nominant, quartus hexagonus, id eſt, qui ſex angulis includitur, quintus heptagonus, ſextus ogdogonus, id eſt, qui 7 uel 8 angulorum terminis dilatantur, & cæteri eodem modo ſingillatim per naturalem numerum angulos augeant in plana, ſcilicet, deſcriptione figurarum. Hi uero idcirco à ternario numero inchoant, quod latitudinis & ſuperficiei ſolus ternarius principium eſt. In Geometrica quoq; idem planius inuenitur. Duæ enim lineæ rectę ſpatium non continent, & omnis triangularis figura, uel tetragoni, uel pentagoni, uel hexagoni, uel cuiuslibet qui pluribus angulis continetur, ſi à medietate per ſingulos angulos lineæ producantur, tot eum diuidunt trianguli, quot ipſam figuram angulos habere cõtigerit. Quadratum enim ita ductæ lineæ in 4, pentagonum in 5, hexagonum in 6, heptagonum in 7, & cæteros in ſuorum angulorum modo menſuraque per triangulos partiuntur, ut eſt ſubiecta deſcriptio.



At uero triangula figura cum eam quis ita diuiſerit, in alias figuras non reſoluitur niſi in ſeipſam, in tria enim triangula diſſipatur.



Adeo hæc figura princeps eſt latitudinis, ut cæteræ omnes ſuperficies in hanc reſoluantur, ipſa uero quoniam nullis eſt principijs obnoxia, neq; ab alia latitudine ſumpſit initium, in ſeſe ipſa reſoluatur. Idem autem & in numeris fieri ſequens operis ordo monſtrabit.

Diſpoſitio triangulorum numerorum, Cap. VII.

EST igitur primus triangulus numerus qui ſolis tribus unitatibus diſſipatur, ſecundum ſuperficiei poſitionẽ triãgula, ſcilicet, deſcriptione, & poſt hunc quicunq; æqualitatem laterum, in trina laterum ſpatia ſegregant.



De late

De lateribus triangulorum numerorum, Cap. VIII.

AD hunc modũ in infinita progreſſio eſt, omnesq; ordine trianguli æquilateri procreabũtur, & primum omnium ponent, id quod ex unitate naſcitur, ut hæc ui ſua triangulus ſit, non inde etiam opere atq; actu. Nam ſi cunctorũ eſt mater numerorum, quicquid in ijs qui ab ea naſcũtur numeris inuenitur, neceſſe eſt ut ipſa naturali quadam poteſtate contineat, & huius trianguli latus eſt unitas. Ternarius uero qui primus eſt opere & actu ipſo triangulus, creſcente unitate binarium numerum latus habebit. Vi enim & poteſtate primi anguli, id eſt, unitatis, unitas latus eſt, actu uero & opere trianguli primi, id eſt, ternarij dualitas, quam Græci dyada uocant. Secundi uero trianguli qui opere atq; actu ſecundus eſt, id eſt, ſenarij, creſcẽte naturali numero in lateribus ternarius inuenit. Tertius uero, id eſt, denarij, quaternarius latus cõtinet, & quarti uero, id eſt, 15 quinarius latus tenet, & quinti ſenarius. Idemq; uſq; in infinitum.

De generatione triangulorum numerorum, Cap. IX.

NAſcuntur autem triangulí diſpoſita naturali quantitate numerorũ, ſiprioribus ſemper multitudo ſequentium congregetur. Diſponatur enim naturalis numerus hoc modo:



Ex his igitur ſi primum numerum ſumam, id eſt, unitatem, habeo primum triangulum, qui eſt ui & poteſtate, nõdum etiam actu nec opere. Huic ſi ſecundum aggregauero qui in naturali numerorũ diſpoſitione deſcriptus eſt, id eſt, binarium, primus mihi triangulus opere & actu naſcitur, id eſt, ternarius. Si uero huic tertium ex naturali numero adiecero, ſecundus mihi opere & actu triangulus procreatur. Super unum enim & duo ſi tertium, id eſt, ternarium aggregauero, ſenarius extenditur, ſecũdus, ſcilicet, triangulus. Huic uero ſi conſequentẽ quaternarium ſuperpoſuero, denarius explicatur, qui eſt tertius actu triangulus, quos per latera diſponẽs ad ſuperioris deſcriptionis exemplar, cũctos triangulos numeros ſine ullius dubitationis erroribus pernotabis, & quantas ultimus numerus in ſe unitates habet, quem ſuperioribus aggregabis, tot ipſe qui ſit triãgulus unitates habebit in latere. Nam ternarium qui eſt primus actu triangulus adiecto binario unitati feceramus, at hic duos habet in latere, & ſenarium his adiecta ternarij quantitate produximus, cuius latus ſoli tres continent, & idem in alijs cunctis quot unitates habentem numerum ſuperioribus aggregabis, tot unitatibus eius latera continebuntur.

De quadratis numeris, Cap. X.

QVadratus uero numerus eſt, qui etiam ipſe quidem latitudinem pandit, ſed non in tribus angulis ut ſuperior forma, ſed quatuor. Ipſe quoque æquali laterum dimenſione porrigitur. Sunt autem huiuſmodi:



De eorum lateribus, *Cap.* XI.

SEd in his quoque ſecundum naturalem numerum, laterum augmenta ſuccreſcunt. Primus enim ui & potentia quadratus, id eſt, unitas, unum habet in latere. Secundus uero qui actu primus, id eſt, 4, duobus per latera poſitis continetur. Tertius uero, id eſt, nouem qui ſecundus eſt opere, tribus in latere poſitis aggregatur. Et ad eandem ſequentiam cuncti procedunt.

De quadratorum generatione rurſuſq; eorum lateribus, *Cap.* XII.

NAſcuntur autē tales numeri ex naturalis numeri diſpoſitione, non quemadmodum ſuperiores trianguli, ut ordinatis ad ſe inuicem numeris congregentur, ſed uno ſemper intermiſſo, qui ſequitur, ſi cum ſuperiori uel ſuperioribus colligat, ordinatos ex ſe quadratos efficiet. Diſponatur enim naturalis numerus hocmodo:

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

Ex his igitur ſi unū reſpiciam, primus mihi natus eſt poteſtate quadratus. Quod ſi uno relicto priori tertiū iunxero, ſecūdus mihi quadratus efficit. Nam ſi uni relicto binario quinariū appoſuero, quaternarius mihi quadratus exoritur. Quod ſi rurſus relicto medio quaternario, quinariū ſimiliter aggregauero, quadratus mihi tertius, id eſt, nouenarius procreatur. Vnus enim & 3 & 5 nouem colligunt. At uero ſi his intermiſſo ſenario ſeptenarium iūgam, tota in 16 eius ſumma concreſcit, id eſt, quarti quadrati numeroſitas. Et ut breuiter huius forma procreationis appareat, ſi cuncti impares ſibimet apponantur, collocato, ſcilicet, naturali numero, quadratorū ordo texetur. Eſt etiam in his hæc naturæ ſubtilitas & immobilis ordinatio, quòd tot unitates unuſquiſque quadratorum retinebit in latere, quanti fuerint numeri ad cōiunctionem propriam congregati. Nam in primo quadrato quoniam ex uno fit, unus eſt in latere. In ſecundo, id eſt, quaternario, quoniam ex uno & tribus procreatur, qui duo ſunt termini, binario latus texitur, & in nouenario, quoniam tribus numeris procreatur, latus ternario continetur. Atq; idem in aliis uideri licet.

De pentagonis eorumq; lateribus, *Cap.* XIII.

PEntagonus uero numerus eſt, qui ipſe quidem in latitudinem ſecūdum unitatem deſcriptis quinque angulis cōtinetur, cunctis, ſcilicet, lateribus æquali dimenſione diſpoſitis. Sunt autem hi.

1	5	12	22	35	51	70

Eodem

Eodem quoque modo eorum latera ſuccreſcunt. Nam primi poteſtate pentagoni, id eſt, unius, idem unus ſpatium lateris tenet. Secundi uero quinarij qui eſt actu ipſo atq; opere primus pentagonus, bini per latera fixi ſunt. Tertius uero, id eſt, 12 tribus in latus auctus eſt. Quartus 22. 4. numerorum in latere quantitate diſtenditur. Atque idem in cæteris ſecundū unitatis progreſſionem, in naturali, ſcilicet, numero ſecundum ſuperiorem figurarum incrementa tenduntur.



De generatione pentagonorum, *Cap.* XIIII.

NAſcuntur autem hi numeri qui extenſi in latitudinē, quinq; angulos pandunt, ab eadem naturalis numeri quantitate in ſeſe coaceruata, ita ut duobus ſemper interiectis numeris ſuperiori uel ſuperioribus, uincēs ternario eum cui iungēdus eſt aggregeſ. Nāq; unitati intermiſſis duobus & tribus ſi quatuor iungas, qui tribus ipſam ſuperēt unitatē, quinarius pētagonus procreabitur. Poſt 4 uero ſi intermiſſo quinario & ſenario, 7 aggreges, duodenarium pentagonum procreabis. Nanq; unus & 4 & 7 numeri 12 explebunt. Hoc etiam in alijs fiet. Nam ſi 10, uel 13, uel 16, uel 19, uel 22, uel 25 ſuperioribus cūctis adiūxeris, eodem quo ſuperius modo pentagoni fient, ſecundum ſuperiorem deſcriptionem.

22	35	51	70	92	117

De hexagonis eorumq; generationibus, *Cap.* XV.

HExagoni autem, qui ſex angulis, & hēptagoni, qui 7 rurſus lateribus continentur, ſecundū hunc modum eorum laterum augmenta ſuccreſcūt. Nanque in trianguli numeri natura procreationeq; ipſos numeros iūgebamus, qui ſeſe in naturali diſpoſitione ſequerent, & ſe tantū unitate tranſirēt quadrati uero numeri, id eſt, tetragoni procreatio, fiebat ex numeris qui uno intermiſſo copulabātur cū ſe binario ſuperarent, pētagoni uero natura, fuit ex duobus interpoſitis relictiſq; qui ſe ternario uincerent. Secundū quoque talia augmenta hexagonorum,

rum,uel octogonorum,uel 9 laterum figura,uel 10,uel quotlibet aliorum,competenti progreſſione conficitur. Vt enim in pentagono,duobus intermiſſis eos iungebamus qui ſe ternario ſuperarent,ita nunc in hexagono,tribus intermiſſis eos iungemus qui ſe quaternario tranſeant, & erunt quidem eorum radices & fundamẽta, ex quibus iunctis omnes hexagoni naſcuntur.

	1	5	9	13	17	21

Et ad eundem ordinem conſequentes, atq; ab his ſexangulorum formæ naſcuntur.

1	6	15	28	45	66

Quos ad ſuperiorem modum,ſcilicet, deſcriptos,in proprijs ordinibus pernotabis.

De heptagonis eorumq; generationibus,& communis omnium figurarum inueniendæ generationis regula,deſcriptionisq;, Cap. XVI.

SEptem uero angulorũ figura eſt,cum ad eundem ordinem progreſſionis uno plus quàm in ſexangulorum figura numero intermiſſo ſuperiori coniunxeris.Nam ſi quatuor interpoſitis,qui ſeſe quinario uincãt,aggregaueris,heptagoni continuo figura naſcetur, ut hi numeri ſint eorũ radices, &(ut ſuperius dictumeſt) fundamenta.

1	6	11	16	21
Qui uero ex his conſtant,hi ſunt.				
1	7	18	34	55

Nouem uero angulorum ſecundum eundem ordinem forma procreatur,ita ut ſecundum æqualem progreſſionem,primi quoq; eorum numeri diſtent.Nam in triangulo qui ſunt numeri,quæ prima ſuperficiei figura eſt,uno ſeſe tantum numeri præcedũt, qui ſcilicet, eorũ naturam deſcriptionemq; perficiunt. In tetragono uero qui ſecundus eſt,duobus ſeſe iuncti numeri uincũt, & in pẽtagono,tribus, & in hexagono 4, & in heptagono 5, huiuſq; rei nullus eſt modus. Hoc autem nos ſubiectarum formarum deſcriptiones docebunt.





Deſcriptio figuratorum numerorum in ordine, Cap. XVII.

SImiliter autem licebit & aliarũ formarũ,quæ pluribus angulis continẽtur,quantitates aſcribere. Sed quoniam facilius oculis ſubiecta retinẽtur,ſupradictarum formarum numeroſitas in ſubteriore deſcriptione ponatur.

Trianguli

Trianguli	1	3	6	10	15	21	28
Quadrati	1	4	9	16	25	36	49
Pentagoni	1	5	12	22	35	51	70
Hexagoni	1	6	15	28	45	66	91
Heptagoni	1	7	18	34	55	81	112

Qui figurati numeri ex quibus figuratis numeris fiant, atq; quod triangulus numerus omnium reliquorum principium sit, Cap. XVIII.

His igitur ita sese habentibus, quid in hac re sit consequens inuestigemus. Omnes enim tetragoni qui sub triangulis sunt naturali ordinatione dispositi, ex superioribus triangulis procreãtur, illorumq; collectione quadrati figura cõponitur. Quatuor enim tetragonus, fit ex uno & tribus, id est, ex duobus superioribus triãgulis. Nouẽ uero, ex tribus & 6, sed utriq; sunt trianguli. At 16, ex 6 & 10, & 25 ex 10 & 15. Idemq; in sequenti ordine quadratorũ, cõstans atq; immutabile reperiẽ. Pentagonorũ uero summæ, cõficiunt ex uno super se tetragono, & altrinsecus triangulo constituto. Nanq; 5 pentagonus, ex quatuor super se posito tetragono, & ex uno qui in triangulorũ ordine ponitur, aggregatur. Duo decim uero pentagonus, ex nouenario super se quadrato, & tribus secundo triangulo nascit. Viginti duo uero, ex 16 & 6 quadrato, scilicet, atque triangulo, & 35 ex 25 & 10, & in ordinem ad eundem modum intuentem nulla cunctatio contrarietatis impediet. At uero si hexagonos librata examinatione perspicias, ex eisdem triangulis & super se positis pẽtagonis procreãtur. Nanq; sex hexagonus, ex quinario pentagono & uno qui est in triangulorum ordine dispositus nascitur. Nec alia est origo 15 hexagoni, nisi ex duodenario pentagono & ternario triangulo. Quod si 28 rursum hexagonum ex quibus superioribus, nascatur addiscas, nullos inuenies nisi 22 pentagonum senariumq; triangulum. Atque hoc in cæteris. Nec hunc genituræ ordinem heptagonorum procreatio refutabit. Nanque ex super se hexagonis, & ex eminus positis triangulis procreantur. Septem enim heptagonus nascitur ex senario hexagono, & uno potestate triangulo, 18 uero heptagonus ex 15 hexagono & ternario triangulo coniungatur, & 34 ex 28, scilicet hexagono & senario triangulo, atq; hoc in cunctis inoffensum reperire licet. Vides'ne igitur ut primus omnium triangulus cunctorum summas efficiat, & omnium procreationibus misceatur.

Pertinens ad figuratorum numerorum descriptionem speculatio, Cap. XIX.

Hi uero omnes si ad latitudinem fuerint cõparati, id est, trianguli tetragonis, uel tetragoni pentagonis, uel pentagoni hexagonis, uel hi rursus heptagonis, sine aliqua dubitatione triangulis, sese superabunt. Nanq; si ternarium triangulum, quaternario, uel quaternarium tetragonum, quinario, uel quinarium pentagonum, senario hexagono, uel senarium septenario heptagono compares, primo se triangulo, id est, sola transeunt unitate. At uero si senarius cõtra nouenarium, uel hic contra 12, uel hic contra 15, uel 15 contra 18 pro inueniendis differentijs comparentur, secundo se triangulo, id est, ternario superabunt. Decem uero ad 16, & 16 ad 22, & 22 ad 28, & 28 ad 34 si componas, tertio se triangulo uincent, id est, senario. Atque hoc rite notabitur in alijs cunctis sequentibus sese perspectum, omnesq; se triangulis antecedent. Quare perfectè, ut arbitror demonstratum est omnium formarum principium elementumque, esse triangulum.

De numeris

De numeris solidis, Cap. XX.

Hinc uero ad figuras solidas facilior uia est. Præcognito enim quid in planis numerorum figuris, uis ipsa quantitatis naturaliter operetur, ad solidos numeros non erit ulla cunctatio. Sicut enim longitudini numerorum aliud interuallum, id est, superficiem, ut latitudo ostenderetur, adiecimus, ita nunc latitudini si quis addat eam quæ alias altitudo, alias crassitudo, alias profunditas appellatur, solidum numeri corpus explebit.

De pyramide quod ea sit solidarum figurarum principium, sicut triangulus planarum, & de speciebus, Cap. XXI.

Videtur autem quemadmodum in planis figuris triãgulus numerus primus est, sic in solidis qui uocatur pyramis profunditatis esse principiũ. Omniũ quippe ratarum in numeris figurarum, necesse est inuenire primordia. Fit autem pyramis, alias à triangula basi in altitudinem sese erigens, alias à tetragona, alias à pentagona, & secũdum sequẽtium multitudines angulorũ ad unum cacuminis uerticem subleuata. Posito enim triangulo atque dispositis, si per tres angulos singulæ rectę lineæ stantes ponantur, hæq; tres inclinentur ut ad unũ medium punctũ uertices iungant, fit pyramis. Quæ cum à triangula basi profecta sit, tribus triangulus per latera concluditur hoc modo: Sit, a, b, c, triangulum, si huic igitur triangulo per tres angulos erigantur lineæ, & ad unũ punctũ cõuertantur, quod est d, ita ut d punctum nõ sit in plano sed pendẽs, illæ, scilicet, lineæ ad ipsum erectę uertices, & quodammodo cacumen d facient, & erit basis a, b, c, unum triangulum, per latera uero, tria triangula, id est, unum triangulum a, d, b, aliud uero, b, d, c, tertium uero, c, d, a.



De his pyramidis quæ à quadratis uel à cæteris multiangulis figuris proficiscuntur, Cap. XXII.

Item si à tetragona basi proficiscatur, & ad unũ uerticem eius lineæ dirigantur, erit pyramis quatuor triangulorum per latera, uno tantum tetragono in basi posito, super quam figura ipsa fundata est, & si à pentagono surgant quinq; lineæ, quinque rursus pyramis triangulis continebitur, & si ab hexagono, sex triangulis nihilominus, & quantoscũque angulos habuerit figura super quam pyramis residet, tot ipsa per latera triangulis cõtinetur, ut in subiectis descriptionibus palam est.

Pyramis

Pyramis ex tetragono



Pyramis ex pentagono



Pyramis ex hexagono



Pyramis ex ogdogono



Pyramis ex heptagono



Solidorum generatio numerorum. Cap. XXIII.

DIcuntur autẽ huiuſmodi pyramides hoc modo: Prima pyramis, de triangulo, ſecũda pyramis, de tetragono, tertia pyramis, de pentagono, quarta pyramis, de hexagono, quinta pyramis de heptagono. Idem in cæteris cõſtat numeris. Nam quoniam lineares numeros eſſe diximus, qui ab uno profecti in infinitum currerent, ut ſunt:

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

His autem ordinatim cõpoſitis, & in ſe inuicẽ cum diſtãtia iunctis, ſuperficies naſcebantur. Vt ſi unũ & duo iungeres, primus triangulus naſceretur, id eſt, 3, & cum his adiungeremus tertiũ, id eſt, ternarium, ſenarius triangulus rurſus occurreret, & poſt hos, tetragoni, uno intermiſſo, pentagoni uero, duobus, hexagoni tribus, heptagoni, relictis quatuor naſcebantur. Nunc uero ad ſolidorum corporũ procreationem, ipſę nobis ſuperficies naturaliter figuratæ prouenient, & ad faciendas quidem pyramidas à triangulo ipſi nobis trianguli cõponendi ſunt. Ad procreãdas uero pyramidas à tetragono, tetragoni, ad eas uero quæ ſunt à pentagono, pentagoni copulandi ſunt, & illę quæ ſunt ab hexagono uel heptagono, non niſi hexagonorum uel heptagonorum copulatione naſcentur. Primus ergo poteſtate triangulus, unitas eſt, eandemq; etiam ponemus uirtute pyramidem, ſecundus uero triangulus, eſt ternarius, quem ſi cum primo coniunxero, id eſt, cum unitate, quaternaria mihi profunditas pyramidis excreſcit. At uero ſi iſs tertium ſenarium iunxero, denaria pyramidis procreabitur altitudo. His ſi denarium iunxero, 20 numerorum pyramis ueniet, atq; ita in cunctis alijs eadem ratio copulationis eſt.

Trianguli

Trianguli.

1	3	6	10	15	21	28	36	45	55

Pyramides à triangulis.

1	4	10	20	35	56	84	120	165	220

In hac igitur coniunctione neceſſe eſt, ut ſemper qui ultimus ſit coniugatorum numerorum, is quaſi quodammodo baſis ſit. Cunctis enim latior inuenitur, & qui ante ipſum numeri cõiunguntur, minores eſſe neceſſe eſt, uſq; dum ad unitatem detractio rata perueniat, quę puncti quodãmodo & uerticis obtineat locum. Nanq; in 10 pyramide ſuper ſex additi ſunt 3 atq; unus, qui ſenarius ſuperat ternariam quantitatem, ipſi uero tres unum pluralitate tranſcendunt, qui unus extremum terminũ progreſſionis offendit. Similis quoque ratio in cęteris proſpici poteſt, ſi eorum procreationes diligentius uolueris perſcrutari. Illę uero quæ ſunt à tetragono pyramides, eadem tetragonorum ſuper ſe compoſitione naſcuntur. Deſcriptis enim cunctis tetragonis, id eſt:

1	4	9	16	25	36	49	64	83	100

Si unitatem primã ex hac diſpoſitione præſumam, erit mihi poteſtate & ui pyramis ipſa unitas, nõdum etiam opere atq; actu. At ſi huic tetragonũ ſuperponam, id eſt, 4 naſcet pyramis quinq; numerorum, quę duobus tantũ numeris per latera poſitis cõtinetur. Sin uero his ſequẽtes 9 adiecero, fiet mihi 14-numerorum forma pyramidis, quę per latera tribus unitatibus cõcludatur. Atq; huic ſi ſequentem tetragonum 16 ſuperponam, tricenaria mihi pyramidis forma, producitur. In his quoque omnibus pyramidibus, tot erunt unitates per latera, quantę in ſe fuerint numerorum aggregatæ quantitates. Nam unitas, quæ prima pyramis eſt, unum ſolum, id eſt, ſeipſam geritin latere. Quinq; uero, quæ conſtant ex uno & 4, duobus per latera deſignatur, & 14, quę ex tribus numeris compoſitis fit, ternario numero in latere poſito conſtituitur. Hanc autem pyramidum generationem monſtrat ſubiecta deſcriptio:

Tetragoni.

1	4	9	16	25	36	49	64	81	100

Pyramides à tetragonis.

1	5	14	30	55	91	140	204	285	385

Et ad eundem modum cunctę à cæteris multiangulis profectæ formę, in altioris ſummæ ſpatia producuntur. Omnis enim multorum angulorum forma, ex ſui generis figura unitati ſuperpoſita, ab uno ingredientibus ad pyramidum conſtituendas figuras, uſq; in infinita progreditur. Et ex hoc equidem apparere neceſſe eſt triangulas formas cæterarum figurarum eſſe principiũ, quod omnis pyramis à quacumq; baſi profecta, uel à quadrato, uel à pentagono, uel ab hexagono, uel ab heptagono, uel a quocumq; ſimilium, ſolis triangulis uſq; ad uerticem continetur.

De curtis pyramidis, Cap. XXIIII

SCire autem oportet quæ ſunt curtæ pyramides, uel quæ bis curtæ, uel quæ ter curtæ, uel quater, & deinceps ſecundũ numerorũ adiectionem. Perfecta enim pyramis eſt, quę à qualibet baſi profecta uſq; ad primam ui & poteſtate pyramidũ peruenit unitatẽ. Sin uerò à qualibet baſi profecta, uſq; ad unitatẽ altitudo illa nõ uenerit, curta uocabit. Recteq; huiuſmodi Pyramis tali nuncupatione ſignatur, ſi uſq; ad extremitatẽ punctũq; non uenerit. Hæc autem eſt, ut ſi quis 16 tetragono

gono adiiciat 9, atq; huic 4, & ab ulterioris sese adiectione unitatis suspendat: Pyramis quidem figura est, sed quoniam usq; ad cacumen uerticis non excreuit, curta uocabitur, & habebit summitatem non iam punctum quod unitas est, sed superficiem, quod est quilibet numerus secũdum basis illius angulos porrectus, atq; ultimus aggregatus. Nam si tetragona fuerit basis, quadrata diminutione semper ascẽdit, & si pentagona basis, similiter, & si hexagona, illa quoq; ultima superficies erit hexagona. Ergo in curta pyramide, tot erit angulorum superficies, quot fuerit basis. Si uero illa pyramis nõ solum ad unitatem extremitatemq; non peruenit, sed nec ad primum quoq; opere & actu multi angulum eius generis cuius fuerit basis, bis curta uocabitur, ut si à 16 tetragono proficiscens, usq; in 9 terminũ ponat, necq; excrescat ad 4, & quotcũq; tetragoni defuerint, totiens eam curtam esse dicemus. Vt si unitas defuerit primus quadratus, curtam, quam Græci koluron uocãt. Si uero duobus tetragonis deficit, id est, unitate & eo qui sequitur, uocatur bis curta, quam Græci dikoluron appellant. Quod si tribus tetragonis, ter curta dicitur quã Græci trikoluron nominãt, & quotcũq; tetragoni fuerint minus, totiens illam pyramidem curtam esse proponimus. Hoc autẽ non solum à tetragono pyramidis, sed in omnibus ab omni multiangulo progredientibus speculari licet.

De *cubis, uel, asseribus, uel laterculis, uel cuneis, uel sphæricis, & parallele pipedis numeris,* Cap. XXV.

AC de solidis quidẽ, quę pyramidis formam obtinent æqualiter crescentibus, & à propria uelut radice multianguli figura progredientibus, dictum est. Est alia rursus quædam corporum solidorũ ordinabilis compositio, eorum qui dicũtur cubi uel asseres, uel laterculi, uel cunei, uel sphęræ, uel paralleli pipedi, quæ sunt quotiens superficies contra se sunt, & ductæ in infinitum nunquam concurrent. Dispositis enim in ordinem tetragonis.

1	4	9	16	25

Quoniã hi solam longitudinem latitudinemq́ue sortiti sunt, & altitudine carent, si per latera solam unam multiplicationem recipiant, æqualem prouehunt profunditatem. Nam quatuor tetragonus, duos habet in latere, & natus est ex bis duobus. Bis enim duo, quatuor faciũt. Hos ergo duos ex ipsius latere si multiplices æqualiter, cubi forma nascẽ. Nam si bis binos bis facies, octonaria quãtitas crescit, & est primus hic cubus. Nouẽ uero tetragonus, quoniam 3 habet in latere, & factus est ex tribus in se multiplicatis, si enim unam lateris multiplicationem adiunxeris, rursus alius cubus æquali laterum formatione crescit. Ter enim tres si tertio duxeris, 27 cubi figura producitur. Et 16 qui est ex 4 si quater augescat, sexaginta quatuor cubus pari laterum dimensione crassabitur, & sequentes quidem tetragoni, secundum eundem modum multiplicatione facta, prouehuntur. Tot autem necesse est unitates cubus habeat in latere, quot habuit primus ille tetragonus ex quo ipse productus est. Nam quoniam 4. tetragonus, duos tantũ numeros habet in latere, duos quoq; habet octonarius cubus, & quoniam nouem tetragonus, tribus per latus unitatibus figurabat, solo ternario 27 cubi latus urgetur. Et quoniam 16 tetragonus, quatuor unitatum latus habebat, totidem 64 cubus in latere gestabit unitates. Quare etiam ui & potestate cubi, quod est unitas, unus erit in latere. Omnis enim tetragonus, una quidẽ superficies est quatuor angulorum, totidemq; laterum. Omnis autem cubus qui ex tetragonorũ superficie in profunditatem corporis creuit, per tetragoni, scilicet, latus multiplicatus, habebit quidem superficies 6, quarum singula planitudo tetragono illi priori æqualis est. Latera uero 12, quorum unumquodq; singulis his, quæ superioris fuere tetragoni, æquũ est, & ut superius demonstrauimus, tot unitatum est. Angulos uero 8, quorũ singulus sub tribus huiusmodi cõtinetur, quales priores fuere tetragoni unde cubus ipse productus est. Ergo ex naturaliter profuso numero, qui in subiecta

subiecta forma descripti sunt, subiecti tetragoni nascuntur, & ex his tetragonis qui subnotati sunt, cubi prouehuntur.

Numerus naturalis.

1	2	3	4	5	6	7

Tetragoni.

1	4	9	16	25	36	49

Cubi.

1	8	27	64	125	216	343

Et quoniam omnis cubus ab æquilateris quadratis profectus, æquus ipse omnibus partibus est. Nam & latitudini longitudo, & his duobus compar est altitudo, & secundum sex partes, ideſt, sursum, deorsum, dextera, sinistra, ante, post, sibi æqualem esse necesse est. Huic oppositum contrariumq; esse oportebit, qui necq; longitudinẽ latitudini, necq; hæc duo profunditati gerat æqualia, sed cunctis inæqualibus, quamuis solida figura sit, ab æqualitate cubi longissimè distare uideatur. Hi autem sunt, ut si quis faciat bis tres quater, uel ter quater quinquies, & alia huiusmodi, quę per inæquales spaciorum gradus inæqualiter prouehuntur. Hæc autem forma Greco nomine scalenos uocatur, nos uero gradatam possumus dicere, quod à minore modo uelut gradibus crescat ad maius. Vocant autem eandem figuram Græci quidam sperniscon, nos autem cuneum possumus dicere. Etenim quos ad quamlibet illam rem constringendam cuneos formant, necq; latitudinis, necq; longitudinis, necq; altitudinis habita ratione, quantum commodum fuerit, tantum uel altitudini minuitur uel crassitudini profunditatis augetur. Atq; ideo hos plerunq; necesse est omnibus partibus inæqualibus inueniri. Quidam uero hos bomiscos uocant, ideſt, quasdam arulas quę in Ionica Græciæ regione (ut ait Nicomachus) hoc modo formatæ fuerunt, ut necq; altitudo latitudini, necq; hæc longitudini conuenirent. Vocatur autem alijs quibusdam nominibus, quæ nunc prosequi superuacuum iudicamus. Igitur cubi æqualibus spatijs se porrigentibus & huius formę, quam diximus, gradata distributione dispositæ, mediętates sunt, quæ necq; cunctis partibus equales sunt, necq; omnibus inæquales, quos Græci parallelepipedos uocãt. Latini nomen hoc, ita uniformiter compositum habere nõ possunt. Vt tamen idem pluribus dictum sit, ea nanq; hoc nomine uocatur figura, quæ alternatim positis latitudinibus continetur.

De *parte altera longioribus numeris, antelongioribus, eorumq; generationibus,* Cap. XXVI.

HViusmodi uero formas quales sunt quæ uocantur à Græcis heteromikeis, nos dicere possumus parte altera longiores, quarum figurarum numerus quoq; hoc modo diffiniendus est. Parte altera longior est numerus, quem si in latitudinẽ describas, & ipse quidem 4 prouenit laterum & 4 angulorũ, sed non cunctis æqualibus sed semper minus uno. Nanq; nec latera lateribus, cuncta cunctis æqua sunt, nec longitudini latitudo, sed (ut dictũ est) cum hinc altera pars maior fuerit, uno tantum minorem præcedit ac superat. Si enim numerum naturalem disponas in ordinem, & secundum per primum multiplices, talis nascetur numerus, uel si secundum per tertium, uel si tertium per quartum, uel si quartum per quintum, omnesq; hi unitate tantum addita multiplicentur, nascentur parte altera longiores. Disponatur enim numerus naturalis.

1	2	3	4	5	6	7

Et tunc quidem hactenus. Si quis igitur faciat unum bis, faciet duo. Et rursus bis tres

faciet 6,ter quater faciet 12,quater 5 faciet 20,& hoc modo ad eundem ordinem. Quicunq; igitur ita facti sunt,procreabuntur parte altera longiores,ut subiecta descriptio docet.In qua,ex quibus numeris multiplicati nascuntur parte altera longiores,suprà ascripti sunt.Qui uero nascantur,subterius subnotati.



De antelongioribus numeris,& de uocabulo numeri parte altera longioris, Cap. XXVII.

ERgo si ab unitate tantum discrepent qui multiplicantur, descripti superius numeri protendentur.Si uero aliquo numero,ut ter septem,uel ter quinque, uel aliquo modo alio,& non eorum latera sola discrepent unitate,non uocabitur hic numerus parte altera longior, sed antelōgior. Alterum enim apud Pythagoram uel sapientiæ eius heredes, nulli alij nisi tantum binario ascribebatur. Hunc alteritatis principium esse dicebant.Eandem autem naturam, & semper sibi similem,consentientemq;,nullam aliam nisi primæuam ingeneratamq; unitatem.Binarius autem numerus,primus est unitati dissimilis,idcirco quod primus ab unitate disiungitur,atq; ideo alteritatis cuiusdam principium fuit, quod ab illa prima & semper eadem substantia,sola tantum est unitate dissimilis.Merito ergo dicentur hi numeri parte altera longiores,quod eorum latera unius tantum sese adiecta numerositate præcedunt.Argumentum est autem alteritatem in binario numero iustè cōstitui,quod non dicitur alterum nisi è duobus ab his in quos bene loquendi ratio nō negligitur. Amplius quod impar numerus,sola unitate perfici monstratus est, par uero sola dualitate,idest,solo binario numero.Nam cuiuscunq; medietas est unus, ille impar est,cuius uero 2,hic paritate recepta,in gemina æqua disiungitur. Quare dicēdum est,imparem numerum,eiusdem atq; in sua se natura tenentis, immutabilisq;e substantiæ esse participem, idcirco quod ab unitate formetur, parem uero, alterius plenum esse naturæ,idcirco quod à dualitate completur.

Quod ex imparibus quadrati,ex paribus parte altera longiores fiant, Cap. XXVIII.

AT uero positis in ordinem ab unitate imparibus,& sub his à dualitate paribus descriptis,coaceruatio imparium tetragonos facit,coaceruatio parium superiores efficit parte altera longiores. Quare,quoniam tetragonorum hęc natura est,ut & ab imparibus procreentur,qui sunt unitatis participes,idest, eiusdem immutabilisq; substantiæ,cunctisq; partibus suis æquales sint, quod & anguli angulis,& latera lateribus,& longitudini compar est latitudo,dicendum est hu iusmodi numeros eiusdem naturæ atq; immutabilis substantiæ participes. Illos uero numeros,quos parte altera longiores paritas creat,alterius dicemus esse substantię.

Nam quemadmodum unus à duobus uno tantum alter est,sic horum latera à se tantum uno sunt altera,& una tantum differunt unitate. Quare disponantur in ordinē omnes ab uno impares,& sub his omnes à binario numero pares.

1	3	5	7	9	11	13	
2	4	6	8	10	12	14	

Est ergo princeps imparis ordinis,unitas,quæ ipsa quidem effectrix & quodammodo forma quædam est imparitatis.Quæ intantum eiusdem nec mutabilis substantiæ est,ut cum uel seipsam multiplicauerit,uel in planitudine,uel in profunditate, uel si alium quemlibet numerum per seipsam multiplicet,à prioris quantitatis forma non discrepet.Nanq; si unum semel facies,uel si semel unum semel,uel si duo semel,uel si tres semel,uel si quatuor semel,uel si quemlibet alium numerum multiplicet,à quantitate sua is quem multiplicat numerus non recedit,quod circa alium numerum non potest inueniri.Paris uero ordinis,binarius numerus princeps est,quæ dualitas cum in eodem ordine paritatis sit,tum principiū totius est alteritatis. Nanq; si seseipsam multiplicet,uel per latitudinem,uel etiam profunditatem,uel si quem numerū in suā conglobet quantitatem,continuo alter exoritur.Nam bis duo,uel bis duo bis,si facias,uel bis tres,uel bis 4,uel bis 5,uel quemlibet aliū multiplicet, quisquis hinc nascitur,alius quàm primo fuerat,inuenitur.Nascuntur autem ex superiore descriptione,& ex primo ordine omnes tetragoni hoc modo:Vnū enim si respexeris, primus potestate tetragonus est.Sin uero unum tribus coaceruaueris,4 tetragonus exoritur.Huic si quinarium iungam,nouenarius rursus occurrit,Huic si copules 7,16 quadrati forma se suggerit,Idemq; si in cæteris facias,omnes competenter quadratos uideas procreari.At uero ex secundo paritatis ordine,isdem cuncti parte altera longiores fiūt.Nanq; si duos primos respexero,huiusmodi mihi numerus occurrit qui fit ex bis uno.Cum uero duobus sequentes 4 iunxero,parte altera longior rursus erit senarius, scilicet,qui fit ex bis tribus.Cui si sequentem aggregauero, nascetur mihi duodenaria forma,quæ fit ex quater tribus.Quod si continuatim quis faciat, cūctos huiusmodi numeros in competenti ordine procreatos uidebit. Quam descriptionem, scilicet,inferior forma demonstrat:

Radices.

1	1, 3	1, 3, 5	1, 3, 5, 7	1, 3, 5, 7, 9

Tetragoni,idest quadrati

1	4	9	16	25

Radices.

2	2, 4	2, 4, 6	2, 4, 6, 8	2, 4, 6, 8, 10

Parte altera longiores.

2	6	12	20	30

De generatione laterculorum,eorumq; diffinitione, Cap. XXIX.

QVos autem superius laterculos diximus,quæ sunt & ipsæ quidem solidæ figuræ,hoc modo fiunt. Quotiens æqualibus spatijs in longitudinem latitudinēq; porrectis,minor his additur altitudo. Vt sunt huiusmodi 3 ter bis,q sunt 18,uel 4 quater bis,uel alio quolibet modo, ut his in longitudinem, latitudinemq; æquis,minor altitudo ducatur.Hi definiūtur hoc modo: Laterculi sunt,qui fiunt ex æqualibus æqualiter in minus. Asseres uero & ipsæ quidē figuræ sunt solidæ,sed hoc modo ut ex æqualibus æqualiter ducantur in maius. Nam

si æqua fuerit latitudo longitudini,& maior sit altitudo,illæ figuræ à nobis asseres, à Græcis clocides nominantur,ut si quis hoc modo faciat 4 quater nouies,qui inde procreant,asseres nominati sunt.Spheniſci uero,quos cuneolos superius appellauimus,hi sunt,qui ex inæqualibus inæqualiter ducti,per inequalia creuere.Cubi uero, qui ex æqualibus æqualiter per æqualia producti sunt.

De circularibus uel Sphæricis numeris, Cap. XXX.

IPsorum uero cuborũ quanticũq; fuerint ita ducti,ut à quo numero cubice quantitatis latus cœperit,in eundem altitudinis extremitas terminetur, numerus ille cyclicus uel sphæricus appellat,ut sunt multiplicationes quę à quinario uel senario proficiscuntur.Nam quinquies quinq; qui fit 25,ab 5 progressus,in eosdem 5 desinit. Et si hos rursum quinquies ducas, in eosdem 5 eorum terminus uenit.Quinquies enim 25 fiunt 125, & si hos rursus quinquies ducas,in quinariũ numerum extremitas terminabitur.Atq; hoc usq; in infinitũ idem semper euenit. Quod in senario quoq; cõuenit cõsiderari.Hi autem numeri idcirco cyclici uel sphærici uocant̃,quod sicut sphæra uel circulus,in proprij semper principij reuersione formantur.Est enim circulus posito quodam puncto & alio eminus defixo,illius puncti qui eminus fixus est æqualiter distans à primo puncto circunductio, & ad eundem locum reuersio unde moueri cœperat. Sphæra uero est,semicirculi, manente diametro,circunductio,& ad eundẽ locum reuersio,unde prius cœperat ferri.Vnitas quoque,uirtute & potestate,ipsa quoq; circulus uel sphæra est, quoties enim punctum in se multiplicaueris,in seipsum unde cœperat terminatur.Si enim faciat semel unũ, unus redit,& si hoc rursus semel,idem est. Igitur si una fuerit multiplicatio, solam planitudinem reddit, & fit circulus. Si secunda,mox sphæra conficitur.Et enim seq̃da multiplicatio,effectrix semper est profunditatis.Ex 5 igitur & 6, paucas huiusmodi formas subscripsimus:

1	5	6	
1	25	36	
1	125	216	
1	625	1296	
1	3125	7776	

De natura rerum quæ dicitur eiusdem naturæ,& de ea quæ dicitur alterius naturæ,& qui numeri cui naturæ coniuncti sunt, Cap. XXXI.

AC de solidis quidem figuris,hæc ad præsens dicta sufficiant. Qui autem de natura rerum propinquis inuestigantes rationibus,quiq; in Matheseos dispuratione uersati, quid in quaq; re esset proprium,subtilissimè peritissimeq; ædiderunt,hi rerum omnium naturas in gemina diuidentes,hac speculatione distribuunt, Dicunt enim omnes omnium rerum substantias constare ex ea quæ propriæ suæq; semper habitudinis est,nec ullo modo permutatur,& ea,scilicet, natura quæ uariabilis motus est sortita substantiã.Et illã primo immutabilẽ naturã, unius eiusdemq; substãtiæ uocant. Hãc uero,alterius,scilicet,q̃d à prima illa immobili discedens prima sit altera.Quod nimirũ ad unitatẽ pertinet,& ad dualitatẽ, qui numerus primus ab uno discedẽs,alter factus est. Et q̃niã cũcti secũdũ unitatis speciẽ naturãq; impares numeri formati sunt,qq; ex his coaceruatis tetragoni fiũt,duplici modo eiusdẽ substãtię participes esse dicuntur, quod uel ab æqualitate formantur tetragoni,uel coaceruatis in unũ numeris imparib. procreant̃.Illi uero q sunt pares, quoniã binarij numeri formę sunt,quiq; ex his coaceruati collectiq; in unã cõgeriẽ, parte al-

parte altera longiores numeri nascunt̃,hi secũdum ipsius binarij numeri naturam,ab eiusdem substantiæ natura discessisse dicuntur,putaturq; alterius naturæ esse participes,idcirco quoniam cum latera tetragonorum ab æqualitate progressa, in æqualitatem proprię latitudinis ambitum tendant, hi adiecto uno ab æqualitate laterum discesserunt,atq; ideo dissimilibus lateribus et quodammodo alteris à se coniũguntur. Quare nobis notum est,quod ex his ea quæ sunt in hoc mundo,cõiuncta sunt. Aut enim propriæ,immutabilis,eiusdemq; substantiæ est,quod Deus,uel anima,uel mẽs est,uel quodcunq; propriæ naturæ incorporalitate beatur,aut mutabilis, uariabilisq; naturæ,quod corporibus indubitanter uidemus accidere,Vnde nunc nobis mõstrandum est,hac gemina numerorum natura,quadratorum,scilicet, & parte altera longiorum,cunctas numeri species cunctasq; habitudines,uel relatæ ad aliquid quãtitatis,ut multiplicium uel superparticularium & cæterorum,uel ad seipsam consideratæ,ut formarum quas dudum in superiore disputatione descripsimus informari, ut quemadmodum mundus ex immutabili,mutabilisq; substãtia,sic omnis numerus ex tetragonis,qui immutabilitate perficiuntur,& ex parte altera lõgioribus, qui mutabilitate participant,probetur esse cõiunctus. Et primo quidem distribuẽdum est, qui sunt hi quos promecas uocant,idest,anteriore parte longiores, uel qui quos heteromikeis,idest,parte altera longiores.Est enim parte altera longior numerus, qui cunq; unitate tantum lateri crescit adiecta,ut sunt 6 scilicet bis 3, uel 12 tres quater, & consimiles. Anteriore uero parte longior est,qui sub duobus numeris huiusmodi continetur,quorum latera non possidet unitatis differentia,sed aliorum quorumcunq; numerorum,ut ter 5,uel ter sex,uel quater 7.Quodammodo enim longitudine in prolixiorem modum porrecta,merito anteriore parte longior dicitur.Cur autem parte altera longiores numeri dicantur,suprà iam dictũ est.Quadrati uero,quoniam æquam latitudinem longitudini gerunt,propriæ longitudinis uel eiusdem latitudinis aptissime uocabuntur,ut bis 2,ter 3,quater 4,& cæteri.Parte altera uero lõgiores,quod non eadem longitudine tendantur,alterius quodammodo longitudinis,& parte altera longiores uocantur.

Quod omnia ex eiusdem natura & alterius natura consistunt,idq; in numeris primum uideri, Cap. XXXII.

OMne autem quicquid in propria natura substantiaq; est immobile,terminatum definitumq; est,quippe quod nulla uariatione mutetur,nunquam esse desinat,nunquam possit esse quod non fuit. At hæc, unitas sola est, & quæ unitate formantur,comprehensibilis & determinatæ & eiusdem substãtiæ esse dicuntur.Ea uero sunt, quæ uel ab æqualibus crescunt uelut quadrati, uel quos ipsa unitas format,idest,impares. At uero binarius & cũcti parte altera lõgiores,qui à finita substantia discesserunt,uariabilis infinitæq; substantię nominantur.Constat ergo numerus omnis ex his quæ longè disiuncta sunt atq; contraria, ex imparibus, scilicet,& paribus. Hic enim stabilitas,illic instabilis uariatio,hic immobilis substantiæ robur,illic mobilis permutatio,hic definita soliditas,hic infinita congeries multitudinis.Quę,scilicet,cum sint cõtraria, in unam tamen quodammodo amicitiam cognationemq; miscentur, & illius unitatis informatione atq; regimento,unum numeri corpus efficiunt,Non ergo inutiliter neq; improuidè,qui de hoc mundo,deque hac communi rerum natura ratiocinabantur,hanc primam totius modi substantiæ diuisionem fecerunt.Et Plato quidem in Timæo eiusdem naturæ, & alterius nominat,quicquid in mundo est,atq; aliud in sua natura permanere putat indiuiduum in coniunctumq; & rerum omnium primum.alterũ,diuisibile & nũquam in proprij statu ordinis permanens.Phyloaus uero,necesse est,inquit, omnia quę sunt uel infinita uel finita esse.Demonstrare, scilicet,uolens,omnia quæcunq; sunt,ex his duobus cõ-

ſiſtere, aut ex infinita, ſcilicet, eſſe, aut ex finita, ad numeri ſine dubio ſimilitudinem. Hic enim, ex uno & duobus, & impari atq; pari cõiungitur. Quæ manifeſta ſunt, æqualitatis atq; inæqualitatis, eiuſdem atq; alterius, definitæ atq; indefinitæ eſſe ſubſtãtiæ. Quod uidelicet non ſine cauſa dictum eſt, omnia quæ ex contrarijs conſiſterent, harmonia quadam coniungi atq; componi. Eſt enim harmonia, plurimorum aduna tio, & diſſentientium conſenſio.

Ex eiuſdem atq; alterius numeri natura, qui ſunt quadratus & parte altera longior, omnes proportionum habitudines conſtare, Cap. XXXIII.

DIſponantur ergo in ordinem non iam pares atq; impares, ex quibus quadrati uel parte altera longiores fiunt, ſed hi ipſi qui illis coaceruatis in unumq; redactis, & quadrati & parte altera longiores prodeunt. Ita enim uidebimus iſtorum quendam conſenſum, & ad cęteras numeri partes procreandas amicitiam, ut non ſine cauſa hoc in omnibus rebus ab numeri ſpecie natura rerum ſumpſiſſe uideatur. Sint igitur duo uerſus tetragonorum ab unitate omnium, & à binario numero parte altera longiorum.

	1	4	9	16	25	36	49
	2	6	12	20	30	42	56

Horum igitur ſi primum compares primo, dupli quantitas inuenitur, quæ eſt prima multiplicitatis ſpecies. Si uero ſecundũ ſecundo, hemiolię quantitatis habitudo producitur. Si tertium tertio, ſeſquitertia proportio procreantur. Si quartũ quarto, ſeſquiquarta, & ſi quintum quinto, ſeſquiquinta. Et hinc ſuperparticularium normam in quoduis longiſſimum ſpatium progrediens, integram inoffenſamq; reperies. Ita ut in prima dupli proportione unitatis ſolius ſit differentia. Duo nanq; ab uno ſola ſemper diſcrepant unitate. In ſeſquialtera uero, duorum eſt differentia, in ſeſquitertia, trium, in ſeſquiquarta, 4 & deinceps ſecundum ſuperparticulares formas numerorũ, q̃d ad differentias attinet, uno tantũ creſcit adiecto numerũ explicãs naturalẽ.

Tetragonum



Altera parte longiores.

Sin uero ſecundum tetragonum, primo parte altera longiori compares, & tertium ſecundo, & quartum tertio, & quintum quarto, eaſdem rurſus proportiones effici pernotabis quas in ſuperiore forma deſcripſimus. Sed hic differentię ab unitate non inchoant, ſed à binario numero in infinitum per eoſdem calculos progrediuntur. Eritq; ũe ſecundus, primi duplus, tertius, ſecundi ſeſquialter, quartus, tertij ſeſquitertius, ſecundum eandem conuenientiam quæ ſuperius demonſtrata eſt.

Tetragonum

Tetragonum.



Altera parte longiores.

Rurſus quadrati inuicem imparibus differunt, parte altera longiores, paribus.

Differentię impares.

		3		5		7		9		11		13	
	1		4		9		16		25		36		49

Quadrati.

Differentię pares.

		4		6		8		10		12		14	
	2		6		12		20		30		42		56

Parte altera longiores.

Ãt uero ſi inter primum & ſecundum tetragonum, primum parte altera longiorem ponimus, ad utroſq; eos una proportione coniungitur. In utriſq; enim proportionibus dupli multiplicitas inuenitur. Sin uero inter ſecundum tertiumq; tetragonum, ſecundum parte altera longiorem ponas, ſeſquialteræ comparationis ad utroſq; forma componitur. Et ſi inter tertium & quartum tetragonum, tertiũ parte altera longiorem conſtituas, ſeſquitertia ſpecies naſcetur, & idem ſi in cunctis feceris, cunctas ſuperparticulares ſpecies inuenire miraberis.

Tetragoni		Parte altera longiores		Tetragoni	
primus	1	primus	2	secundus 4	duplus
secundus	4	seeundus	6	tertius 9	ſeſquialter
tertius	9	tertius	12	quartus 16	ſeſqtertius
quartus	16	quartus	20	quintus 25	ſeſquartus

Et ad eundem modum in cæteris conuenit intueri. Rurſus ſi ponantur duo tetragoni ex ſuperius deſcriptis, ideſt, primus & ſecundus, & in unum colligantur, & medius eorum parte altera longior bis multiplicetur, tetragonus fit. Namq; unus & 4 ſi iungantur, 5 faciunt, eorum binarius parte altera longior ſi bis ducatur, quatuor faciunt, qui iuncti, 9 ſine ulla dubitatione conficient, qui eſt numerus quadratus. Et ad eundem modum in alijs hoc modo diſpoſitis numeris, quos ſuprà deſcripſimus, idem conſtat intelligi. Si uero conuertas, & inter duos primum & ſecundum parte altera longiores ſecundum tetragonum ponas, qui in ordine quidem ſecundus eſt, ſed actu & opere primus, ex duobus parte altera longioribus congregatis, et bis multiplicato medio tetragono, rurſus tetragonus conficitur. Nanq; inter 6 & binariũ numerum, qui ſunt primus & ſecundus parte altera longiores, ſi ponatur quaternarius ordine ſecundus, primus actu tetragonus, & coniungantur duo & ſex, faciũt, 8.

Tum ſi bis ducantur medij, quatuor faciunt rurſus octonarium, qui cum ſuperi oribus iuncti, ſedecim tetragonum pandunt.



Illud quoq; nõ oportet minore admiratione ſuſcipere, quod ſecũdum proprias naturas, ubi alterinſecus duo tetragoni ſtant, & unus parte altera longior in medio ponitur, tetragonus qui naſcitur, ille ſemper ab impari procreatur. Nam ex ſuperioribus, uno & 4 & bis multiplicato binario, factus eſt nouenarius tetragonus, qui, ſcilicet à tribus procreatur. Ter enim tres, 9 faciunt, qui ternarius impar eſt numerus. Et ſequens qui ex quatuor & 9, & bis multiplicato ſenario coniunctus, eſt 25 tetragonus, & ipſe ex impari quinario naſcitur continenti poſt ternarium, impar eſt numerus. Et in ſequenti quoq; eadẽ ratio eſt. Nam qui ex 9 & 16 & bis ducto 12 quadratus 49 producitur, ille a ſeptenario impari fit poſt quinarium cõtinenti. Septies enim 7 49 creant. At uero ubi duo alterinſecus parte altera longiores unum medium tetragonum claudunt, omnes ex his qui fiunt tetragoni, à paribus producuntur. Nam qui ex duobus & 6 parte altera longioribus & quaternario bis multiplicato, 16 tetragonus factus eſt, ille à quaternario numero, ideſt, pari producitur. Quater enim 4, 16 ſunt. Et in ſequenti quoq; ordine ubi ex ſenario & duodecim, & bis in ſuam ſummam ducto nouenario, 36 fiunt, ex continenti pari ſenario copulantur, Sex enim ſexies, 36 reſtituunt. Nec minus in eandem rationem cadet, ex 12 & 20 & bis 16 factus 64 tetragonus. Hic enim ex octonario cõtinenti poſt ſenarium naſcitur. Octies enim octo, 64 tetragonum iungunt. Et in alijs quoq; ſecundum eundem modum ſi idem facias, rationis ordo non diſcrepat.

Quod ex quadratis & parte altera longioribus, omnis formarum ratio conſiſtat, Cap. XXXIIII.

Illud uero, quod ex his duobus tota omnium formarũ uidetur orta prolatio, nõ minore conſideratione notandum eſt. Nanq; trianguli qui cunctas alias formas, ſicut ſuperius docuimus collecti producunt, his iunctis uelut ex quibuſdam elementis oriuntur. Nanq; ex uno primo tetragono, & binario primo parte altera longiore, ternarius triangulus copulatur. Et ex binario uel quaternario, ideſt, ex ſecundo tetragono ſenarius triangulus procreatur. Ex quaternario quoq; & ſenario, denarius triangulus naſcitur. Et ad eundem ordinem, cuncta triangulorum ratio cõſtabit. Diſponantur enim alternatim inter ſe tetragoni, & parte altera longiores, qui ut melius pernotarentur, prius in duobus eos uerſibus diſpoſuimus, poſt autem eoſdem permiſcuimus, & qui exinde trianguli naſcerentur adſcripſimus.

Tetragoni.



Quemadmodum quadrati ex parte altera longioribus, uel parte altera longiores ex quadratis fiant, Cap. XXXV.

Omnis uero tetragonus ſi ei proprium latus addatur, uel eodẽ rurſus dematur, parte altera longior fit. Namq; 4 tetragono ſi quis duo iũgat, uel duo detrahat, 6 addendo perficiet & duo detrahendo, at uteriq; figuram continet parte altera longiorem, quæ, ſcilicet, magna eſt alteritatis uis. Omnis enim infinita & indeterminata potentia, ab æqualitatis natura, & à ſuis ſe finibus cõtinenti ſubſtantia diſcedens, aut in maius exuberat, aut in minora decreſcit.

Quod principaliter eiuſdem quidem ſit ſubſtantiæ unitas, ſecundo uero loco impares numeri, tertio quadrati, & quod principaliter dualitas alterius ſit ſubſtantiæ, ſecundo uero loco pares numeri, tertio parte altera longiores, Cap. XXXVI.

Conſtat igitur primo quidem loco, unitatem propriæ immutabilisq; ſubſtãtiæ eiuſdẽq; naturæ, dualitatem uero, primã, alteritatis mutationisq; eſſe principium. Secundo uero loco, omnes impares numeros propter unitatis cognationem, eiuſdẽ atq; immutabilis ſubſtãtiq; eſſe particípes, pares uero ob binarij numeri conſortium, alteritatibus eſſe permixtos. Tetragonos quoq; ad eundem modum conſiderari manifeſtum eſt. Nam quod eorum cõpoſitio & cõiũctio ex imparibus fit, immutabili eos naturæ, pnunciabo cõiũctos. Qd' uero parte altera lõgiores ex copulatione pariũ, pcreant, nũq; ab alteritatis uarietate ſeparanẽ.

Alternatim poſitis quadratis, & parte altera longioribus, qui ſit eorum conſenſus, in differentia & in proportione, Cap. XXXVII.

Illud igitur perſpiciẽdum eſt, quod ſi idem tetragoni & parte altera lõgiores diſponãtur, ita ut alternatim ſibi permixti ſint, tanta in his eſt cõiunctio, ut alias ſibi in eiſdem proportionibus cõmunicent, diſcrepent aũt differentijs. Alias uero differentijs, pares ſint, proportionibus diſtent. Diſponãtur enim in ordinem ijdem illi ſuperiores tetragoni, & parte altera longiores ab uno.

1	2	4	6	9	12	16	20	25	30

Ergo in ſuperiore formula, hoc maximè intuẽdũ eſt. Nãq; inter unũ qui eſt tetragonus, & 2, dupla proportio eſt inter 2 & 4, dupla. Hic ergo tetragonus, cum parte altera longiore, atq; hic cum ſequente tetragono, eadem proportione iunguntur, differentijs uero non iiſdem. Namq; duorum atq; uniuſ, ſola unitas differentia eſt, ſed ijdem duo à quaternario ſolo binario relinquuntur. Rurſus, ſi 2 ad 4 ſpeculeris, dupla eſt proportio, ſi quatuor ad ſex, habitudinẽ ſeſquialteram recognoſces. Hic ergo in proportionibus diſcrepant, in differentijs pares ſunt. Namque & quatuor à duobus, & 6 à quatuor, eodem binario diſtant. In ſequentibus etiam eodem modo,

ſicut in primis fuit,ratio conſtat. Nam eadem proportio eſt differentijs nõ eiſdem. Nam 4 ad 6, & ſex ad nouem,ſeſquialtera proportione iunguntur, 6 autem quaternarium duobus, 9 uero ſenarium tribus prætereunt.In ſequẽtibus etiam eadem ratio ſpeculabitur,& ſemper alternatim,nunc quidem eædẽ proportiones,aliꝫ differentiæ ſunt,nunc autem ordine permutato,ijſdem differentijs aliæ proportiones. Semperꝫ in quibus differunt,ſecundum naturalis numeri ordines tetragoni & parte altera longiores ſeſe ſuperabunt,tantum quod geminatis ſummulis naturalis numeri fit progreſſio.Quod mirum uideri non debet,nos enim ipſas ſummas tetragonorum & parte altera longiorum geminamus ad primas ſecundasꝫ proportiones.



Differentiæ.

Eædem quoꝫ differentiæ,mirabilem in modum à toto per ſequentes partes, & per eaſdem unitates quibus ſuperius creuerũt,progrediuntur.Namꝫ inter unũ & duo, tantum unitas intercedit,quæ unitati cui æqualis eſt totum eſt,binarij uero,medietas.Eodem modo inter 2 & 4 tantum duo ſunt,quũ binarij totum ſunt, quaternarij medietas.Inter quaternarium uero & ſenarium ijdem duo ſunt,ad quaternariũ medietas,ad ſenarium,pars tertia.Tres uero qui ſequuntur qui inter 6 & 9 conſtituti ſunt medij,ſunt quidem ſenarij dimidium,pars uero tertia nouenarij.Et rurſus,ternarius qui nouenarij tertia pars eſt,duodenarij quarta eſt,& ad eundem modum uſque in finem deſcriptionis,geminatis huiuſmodi partibus,ſicut ipſa quoꝫ ſummarum comparatio geminata eſt,æquas partium progreſſiones aſpicies.

Probatio, quadratos eiuſdem eſſe naturæ. XXXVIII.

ILlud autem apertiſſimum ſignum eſt,omnes tetragonos imparibus eſſe cognatos,quod in omni diſpoſitione ab uno,uel in duplicibus,uel in triplicibus talis naturæ ordo conſeritur,ut nunc ſi nisi ſecundum imparem locum tetragonus inueniatur. Diſponamus enim in ordinem numeros,primo quidem duplos,deinde triplos.

	1	2	4	8	16	32	64	128	256	
	1	3	9	27	81	243	729	2187	6561	

Si igitur in utriſcꝫ uerſibus primos aſpicias, ſingulos quos inuenis, quoniam tetragoni ſunt, in impare loco ſunt conſtituti,quoniam primi ſunt. Si uero tertium locum reſpexeris, 4 & 9 notabis,quorum hic à duobus proficiſcitur, illum ternarius creat,qui ſunt loco impari conſtituti.Quintum deinde ſi uideas locum, 16 & 81 reſpicies,

reſpicies,ſed unus à quaternario naſcitur, alterum nouenarius creat. Et ſi nonum locum rurſus aſpicias,tetragonos pernotabis 256, 6561, quorum ſuperior fit à 16, inferior uero ab 81. Idẽ ſi in infinitum facere libeat,indiſcrepanter incurrit.

Cubos eiuſdem participare ſubſtantiæ quod ab imparibus naſcantur, Cap. XXXIX.

IPſi uero cubi,qui quanquam tribus interuallis ſublati ſunt, tamẽ propter æqualem multiplicationem participant immutabilis ſubſtãtiæ, eiuſdẽꝫ naturæ ſunt ſocij,non aliorum quã imparium coaceruatione produnt,nuncꝫ uero pariũ. Nam ſi omnes,ab unitate impares diſponantur,iuncti figuras cubicas explicabunt.

1	3	5	7	9	11	13	15	17	19	21

In his igitur qui primus eſt poteſtate,& uirtute, primũ cubum faciet. Iuncti uero duo qui ſequuntur ternarius,ſcilicet,& quinarius,ſecundum efficiunt cubũ, qui eſt octonarius.Iuncti autem 3 qui ſequunt̃,ſeptenarius,nouenariusꝫ & 11, cubũ faciunt,qui 27 numero continet̃,qui eſt tertius.Et ſequẽtes quatuor,quartum,& qui ſequunt̃ 5, quintum,& ad eundem modum quotus quiſcꝫ cubus efficitur, tot coniunctione imparis apponuntur.Hoc autem diligentius ſubiecta deſcriptio docet:

1	3	5	7	9	11	13	15	17	19
1	8		27			64			
primus ab uno	Secundus à bis duobus bis		Tertius à ter tribus ter			Quartus à quater quatuor quater			

De proportionalitatibus, Cap. XL.

ET de his quidem ſufficienter dictum eſt, nunc res admonet, quædam de proportionibus diſputãtes, quę nobis uel ad muſicas ſpeculationes,uel ad Aſtronomicas ſubtilitates,uel ad Geometricæ conſiderationis uim, uel etiam ad ueterum lectionum intelligentiam prodeſſe poſſint. Arithmetica introductione commodiſſimè terminare. Eſt igitur proportionalitas,duarũ uel trium uel quotlibet proportionum,aſſumptio ad unum atcꝫ collectio. Vt autem communiter definiamus,proportionalitas eſt,duarum uel plurium proportionum ſimilis habitudo,etiam ſi non eiſdem quantitatibus & differentijs conſtitutæ ſint. Differentia uero eſt,inter numeros quantitas.Proportio eſt,duorũ terminorũ ad ſe inuicẽ quædam habitudo, & quaſi quodammodo continentia.Quorum compoſitio qꝫ efficit, proportionale eſt.Ex iunctis enim proportionibus,proportionalitas fit. In tribus autem terminis,minima proportionalitas inuenitur.Fit etiam in pluribus ſed longior,ut binarius ad unum,quoniam duo ſunt termini,duplam obtinet proportionem, ſin uero quatuor contra 2 cõpares,& hic quoꝫ dupla proportio eſt,quos tres terminos ſi cõtinuẽ cõſideres,ex duabus proportionibus fit proportionalitas.Et eſt proportionalitas,unũ ad duo,& duo ad quatuor.Eſt enim proportionalitas, ut dictum eſt,collectio proportionũ in unumꝫ redactio. Fit etiã & in lõgioribus. Nam ſi quatuor illis octo uelis adiũgere,& his 16, & his 32, & deinceps duplos qui ſequuntur, fit in omnibus dupla proportionalitas ex proportionibus duplis.Igitur quoties unus atque idem terminus, ita duobus circũ ſe terminis communicat, ut ad unum dux ſit

dux ſit, ad alium comes, hęc proportionalitas continua uocatur, ut unus, duo, quatuor. Eſt enim equalitas in his proportionis, & quemadmodum ſunt 4 ad 2, ſic ſunt duo ad unum. Et rurſus, quemadmodum unus ad duo, ſic duo ad quatuor. Et ſecundum quantitatem quoq; numeri, eodem modo eſt. Quantum enim tres ſuperant binarium, tantum binarius unitatem, & quantum unus à duobus minor eſt, tantũ binarius à ternario ſuperatur. Sin uero alius ad unum refertur terminus, alius uero ad alium, neceſſe eſt habitudinem diſiunctam uocari. Vt ad æqualitatem quidem proportionis ſunt, 1 2 4 8. Sic enim ſunt quemadmodum duo ad unũ, ſi octo ad quatuor, & conuerſim, quemadmodum unus ad duo, ſic quatuor ad octo. Et permutatim, quemadmodum quatuor ad unum, ſic octo ad binarium. Secundum quantitatem uero numeri, ut ſunt 1 2 3 4, quantum enim unus à duobus uincitur, tantũ ternarius à quaternario ſuperatur. Et quantum duo unum uincunt, tanto ternariũ quaternarius tranſit. Permixtim etiam, quanto unus tribus minor eſt, tãto binarius quaternario, uel quãto ternarius unitatẽ ſuperat, tãto binariũ trãſgrediẽ quaternarius.

Quæ apud antiquos proportionalitas fuerit & quas poſteri addiderint, Cap. XLI.

COnfeſſæ quidem & apud antiquiores notæ, quęq; ad Pythagoræ uel Platonis uel Ariſtotelis ſcientiam peruenerũt, hæ tres medietates ſunt Arithmetica, Geometrica, Harmonica. Poſt quas proportionum habitudines, tres aliæ ſunt quæ ſine nomine quidem feruntur. Vocantur autem quarta, quinta, uel ſexta, quæ ſuperius dictis oppoſitæ ſunt. At uero poſteri propter denarij numeri perfectionem, quod erat Pythagoræ cõplacitus, medietates alias quatuor addiderunt, ut in his proportionalitatibus, denariæ quantitatis corpus efficerent. Secundum quem numerum & priores quinq; habitudines comparationesq; deſcriptę ſunt, ubi quinq; maioribus proportionibus, quos uocauimus duces, minores aptauimus alios terminos quos comites diximus. Inde etiam in Ariſtotelica atq; Archytę priſus 10, prædicamentorum deſcriptione, Pythagoricum denarium manifeſtũ eſt inueniri. Quandoquidem & Plato ſtudioſiſſimus Pythagoræ ſecundum eam diſputationem ciuidit, & Archytas Pythagoricus antè Ariſtotelem (licet quibuſdam ſit ambiguum) decem hæc prędicamenta conſtituit. Inde etiam 10 membrorum partículæ, inde alia permulta, quæ omnia perſequi non eſt neceſſe.

Quod primum de ea quæ uocatur Arithmetica, proportionalitate dicendum eſt, Cap. XLII.

NVnc uero de proportionalitatibus, deq; medietatibus dicendum eſt. Et primum quidem de ea medietate tractabimus, quę ſecundum quantitatis equalitatem, neglecta proportionis parilitate, cõſtitutorum terminorum habitudines ſeruat. In his autem quantitatibus medietas iſta uerſatur, in quę his ſpeculanda eſt, in quibus à ſeipſis termini differunt. Quid autem eſſet differentia terminorum, ſuperius diffinitum eſt. Hanc autem eſſe Arithmeticam medietatem, numerorum ipſa ratio declarabit, quoniam eius proportio in numeri quantitate conſiſtit. Quæ igitur cauſa eſt, huiuſmodi terminorum habitudinem, id eſt, Arithmeticã cunctis aliis proportionalitatibus anteponere? primũ quod hanc nobis in principio ipſa numerorum natura, & uis naturalis quãtitatis opponit. Huiuſmodi enim proportiones quæq; ad terminorum differentias pertinent, ut paulò poſt demonſtrabitur, in naturalis primum numeri diſpoſitione cognoſcimus. Deinde, q̃d ſuperiore libro diſputantibus nobis apparuit, Arithmeticam uim Geometrica atq; Muſica eſſe antíquiorem, & quod illata, has ſimul inferret, ſublata uero perimeret. Quare ordine diſputatiõ progreditur, ſi ab ea prius inchoandum ſit medietate, quæ in numeri differentia, non in proportionis ſpeculatione uerſatur.

De Arithe

De Arithmetica medietate eiusq; proprietatibus, Cap. XLIII.

ARithmeticam medietatem uocamus, quoties uel tribus uel quotlibet terminis poſitis, æqualis atq; eadem differentia inter omnes diſpoſitos terminos inuenitur. In qua neglecta proportionis equalitate, terminorum tãtum differentiarumq; ſpeculatio cuſtoditur, ut 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10. In hac enim naturalis numeri diſpoſitione, ſi quis continuatim differentias terminorũ curet aſpicere, ſecundum Arithmeticam medietatem, æqua terminorũ inter ſe diſcrepantia eſt. Aequales enim ſunt differẽtię, ſed eadẽ proportio atq; habitudo non eſt. Si igitur in tribus terminis conſideratio ſit, continua proportionalitas dicitur. Sin uero hic alius dux & alius comes, illic uero utriq; ſint alij, uocabitur diſiuncta medietas. Si igitur in tribus tantum terminis ſecundum continuam medietatem conſpexeris, uel in quatuor, uel in quolibet alijs ſecundum diſiunctam, eaſdem ſemper differentias terminorum uidebis, tantum ſolis proportionibus permutatis. Id ſi in uno qs nouerit, reliqua eum ratio non latebit. Sit cõtinua medietas 1 2 3. Hic unus à duobus, & duo à tribus, ſolis tantum ſingulis diſtãt, & ſunt eædem differentiæ, pportiones uero alię. Nanq; duo ad unum duplus eſt, tres ad duo, ſeſquialter, & in cæteris idem uidebis. Sin autem permiſcens & aliquos præteriens eligas, & in his aliquam ſpecularionem ponas, idem poterit euenire. Nam ſi æquales terminos intermittas, & ſeſe in priore diſpoſitione prętereant, ſi ſingulos intermittas, ſolius binarij nota bitur differentia, ſin uero duo prætereas, ternarij, ſi tres, quaternarij, & ad eundem modum uno plus quàm intermiſeris, erit illa quam quærimus differẽtia terminorũ. Nanq; ſi in tribus terminis ſinguli relinquantur, binarius ſemper intererit.



Vides'ne ut cum ſuperius in naturalis numeri diſpoſitione ſe termini ſingulis præterirent, prætermiſſis duobus & 4, unus ad tres, & 3 ad quinarium comparati, bina num ſolum in differentia retinuerint. Nec non etiam in diſiuncta eadem uerſabitur obſeruatio.



Talibus igitur ueſtigijs inſiſtẽtem, nullus ab eadẽ ſimilitudine error abducet. Nanque ſi duos intermittas, ternarius differentiam continebit, ſi tres, quaternarius, ſi quatuor

ſi quatuor, quinarius, æque in continuis proportionibus atq; diſiunctis. Qualitas autem proportionis eadem non erit, quamuis ſint æquis termini differẽtijs diſtributi. Quod ſi conuerſim ponãtur, ut non eiſdẽ differentijs eadem qualitas proportionis eueniat, Geometrica talis proportionalitas non Arithmetica nominatur. Eſt autem proprium huius medietatis, quod ſi in tribus terminis ſpeculatio ſit, compoſitis extremitatibus, illa ſumma quæ inter extremitates eſt, non loco tantum, uerũ etiam ſit quantitate medietas. Vt ſi ponantur 1 2 3, unus & tres quatuor reddunt. Duo uero qui medius inter utroſq; eſt, quaternarij medietas inuenitur. Quod ſi bis medietatem ducas, æquus erit extremitatibus. Bis enim duo, quatuor creant. Sin uero diſiuncta ſit, quod ſit ex utriſq; extremitatibus cõpoſitis, hoc ex duabus medietatibus redditur. Si enim ſunt 1 2 3 4, unus & quatuor, quinarium creant, duo & tres medij, in eundem rurſus quinarium ſurgunt.

Continua



bis duo

4

Diſcontinua



5

Eſt illi hoc quoq; ſolida proprietate coniunctum, quod quemadmodum ſunt omnes termini huiuſmodi diſpoſitionis ad ſeipſos, ita ſunt differentiæ ad differentias conſtitutæ. Nanq; omnis terminus ſibiipſi æqualis eſt, & differentiæ differentijs ſunt æquales. Illud quoq; ſubtilius, quod multi huius diſciplinæ periti, niſi Nicomachus nunquam antea perſpexerunt, quod in omni diſpoſitione, uel continua, uel diſiuncta, quod cõtinetur ſub duabus extremitatibus, minus eſt eo numero qui ex medietate conficitur, tantum quantum poſſunt duæ ſub ſe differentiæ continere, quæ inter ipſos ſunt terminos conſtitutæ. Ponamus enim tres terminos huiuſmodi 3 5 7. Si igitur tres ſepties augeantur, in 21 numerum cadũt. Quod ſi medium terminum, id eſt 5 in ſemetipſum multiplicaueris, quinquies quinq; faciunt 25. Et hic numerus ab eo quem extremitates colligũt, quaternario maior eſt, quem, ſcilicet, differentiæ conficiunt. Inter tres enim & 5 & 7 bini interſunt, quos ſi in ſeſe multiplices, 4 reddunt, bis enim duo, quatuor fiunt. Rectè igitur dictum eſt, in hac huiuſmodi diſpoſitione quod continetur ſub extremitatibus, minus eſſe illo numero qui fit ex medietate tantum, quantum differentiæ in ſe multiplicatæ reſtituunt.

Quartum



5 21

Quartum uero proprium huiuſmodi diſpoſitionis notatur, quod antiquiores quo que habuere notiſſimũ, quod in hac proportionalitate uel medietate, in minoribus terminis maiores proportiones, in maioribus minores comparationes neceſſe eſt inueniri. Nanq; in diſpoſitione hac 1 2 3, minores ſunt termini, 1 & 2, maiores 2 & 3, & 2 ad unũ, duplus eſt, 3 uero ad duos ſeſquialter, ſed maior eſt proportio duplí quàm ſeſquialtera. In harmonica autem medietate, econtrario euenire contingit. In minoribus enim terminis, minores proportiones, in maioribus, maior proportionis quantitas cuſtoditur. Harum uero medietatũ, id eſt, Arithmeticę atq; harmonicę, Geometrica proportionalitas media eſſe notata eſt, quæ uel in maioribus uel in minoribus terminis, æquas numerorum qualitates in proportionalitate cuſtodit. Inter maius uero & minus, æqualitas loco ponitur medietatis. Et de Arithmetica quidem medietate ſatis dictum eſt.

De Geometrica medietate eiuſq; proprietatibus, Cap. XXXIIII.

NVnc uero, quæ hanc ſequitur Geometrica medietas, expediatur, quæ ſola uel maximè proportionalitas appellari poteſt, propterea quod in ea eiſdem proportionibus terminorum, uel in maioribus uel in minoribus ſpeculatio ponitur. Hic enim æqua ſemper proportio cuſtoditur, numeri quantitas multitudoq; neglígitur contrariè quàm in Arithmetica medietate, ut ſunt 1 2 4 8 16 32 64. Vel in tripla proportione 1 3 9 27 81. Vel ſi quadrupla, uel ſi quincupla, uel ſi in quamlibet multiplicitatem numerorum ſit conſtituta diſtenſio. In his enim quotlibet terminos ſumpſeris, explebũt Geometricam medietatem, quemadmodum ante prior ad ſequentem, ita ſequens ad alium. Et rurſus, ſi permixte facias, idẽ erit. Si enim ponãtur tres termini 2 4 et 8, quemadmodũ ſunt 8 ad 4, ita 4 ad 2. Atq; hoc ſi cõuertas, quemadmodũ ſunt 2 ad 4, ita erunt 4 ad 8.



Dupla Dupla

Vel ſi in quatuor terminis, ut ſunt 2 & 4, 8 & 16 quemadmodum eſt primus ad tertium, ideſt, 2 ad 8, ſic erit ſecundus ad quartum, ideſt, 4 ad 16. Vtraq; enim proportio quadrupla eſt. Et conuerſim, quemadmodum quartus eſt ad ſecũdum, ita tertius notatur ad primum. Hoc uero etiam diſiunctè licet. Nam quemadmodũ eſt primus ad ſecundum, id eſt, 2 ad quatuor, ſic tertius ad quartum, id eſt, 8 ad 16, & conuerſim, quemadmodum ſecundus ad primum, id eſt, 4 ad duos, ita quartus ad tertium, id eſt, 16 ad 8, i d'q; in omnibus rata conſideratione perſpicies.

Dupla



Habet autem proprium huiuſmodi medietas, quod in omni diſpoſitione ſecundū hanc proportionalitatem terminorum differentiæ in eadem proportione contra ſe ſunt, qua fuerint ipſi termini quorum ſunt ipſæ differentiæ. Siue enim dupli contra ſe ſint termini, duplæ erunt etiam differentiæ, ſiue tripli, triplæ, ſiue ſecundum quam libet multiplicitatem, eadem in differentijs multiplicitas erit, quā prima conſideratio inuenit in terminis, ut ſubiecta deſcriptio monet.

Differentiæ duplæ.

	1	2	4	8	16	32	64	128	
1	2	4	8	16	32	64	128	256	

Termini dupli

Nulli igitur dubium eſſe poteſt, quod cum omnes termini dupli ſint, ita differentiæ quoq; eorum terminorum duplæ eſſe uideantur, ut uno minus termino in differentijs, omnes penè diſpoſitos ſubter terminos quorum ſunt ipſæ differentiæ, ſuperior ordo reddiderit. Eſt etiam aliud proprium, quod omnis ad minorē maior terminus comparatus, ipſum minorem retinet differentiam. Namq; binarius ad unitatem, ipſa unitate differt, & quaternarius binario, ipſo binario, & octonarius quaternario, ipſo quaternario, & deinceps maiores alij, ipſis minoribus ab eiſdem ipſis differūt quos numeroſitate prætereunt. Et hoc quidem in duplici proportione cadit. Sin uero ſint triplices proportiones, maior terminus à minore termino, duplicato minore termino differt. Vt ſi ſint 1 3 9, tres ab uno, binario differūt, in quem unitas, id eſt, minor terminus duplicatus exundat, & 9 à tribus, ſenario differunt, quem ternarius duplicatus educit. Et in alijs cunctis eiuſmodi ratio reperietur. Sin uero quadruplices ſint, triplicato minore termino, maior terminus à minore diſtabit. Et ſi quincupli, quadruplicato, & ſi ſexcupli, quincuplicato, & una minus multiplicatione quā eſt ipſa minorum ad maiores comparatio terminorum, minorē numerus maior exuperat.

Differentiæ duplę.

	1	2	4	8	16	32	64	128	
1	2	4	8	16	32	64	128	256	

Termini dupli.

Differentiæ triplæ.

	2	6	18	54	162	486	1458	
1	3	9	27	81	243	729	2187	

Termini tripli.

Differentiæ

Differentiæ quadruplæ.

	3	12	48	192	768	3072	12288	
1	4	16	64	256	1024	4096	16384	

Termini quadrupli.

Hæc autem proportionalitas & in alijs omnibus, uel ſuperpartícularibus, uel ſuperpartientibus inuenitur, huiuſmodi proprietate in omnibus conſeruata, ut in continua proportione, quod fit ſub extremitatibus ſi tres fuerint termini, hoc à medietate multiplicata conſurgat. Si enim ſint 2 4 8, quod fit ex bis 8, idem fit ex quater 4. Vel ſi ſit in quatuor terminis diſiuncta proportio, quod fit ſub utriſq; extremitatibus, id duarum medietatum multiplicatione concreſcat. Vt ſi ſint 2 4 8 16, quod fit ex bis 16, id ex quater 8 reddatur. Exemplar autē nobis maximum certiſſimumq; ſit illud ubi ex æqualitate diximus omnes inæqualitatis ſpecies fundi. Illic enim, in omnibus uel multiplicibus, uel ſuperpartiētibus, uel ſuperpartícularibus, uel in cæteris coniūctis, Geometrica proportionalitas cuſtoditur, has omnes proprietates quas ſupràdiximus continens. Quarta uero eſt proprietas huiuſce medietatis, quod uel in maioribus uel minoribus terminis æquales ſemper proportiones ſunt. Nanq; ſi ponantur 2 4 8 16 32 64, inter hos omnes dupla proportio eſt. Apparet etiam hęc proportionalitas in binis proportionibus, ab unitate alternatim parte altera longioribus quadratiſq; diſpoſitis, à prima multiplicitatis habitudine, ideſt, à duplici per cūctas ſuperparticulares habitudines proportionesq; diſcurrens, quod ſubiecta deſcriptione ſignatum eſt.

Tetragonus	1	
Parte altera longior	2	Dupla
Tetragonus	4	Dupla
Parte altera longior	6	Seſquialtera
Tetragonus	9	Seſquialtera
Parte altera longior	12	Seſquitertia
Tetragonus	16	Seſquitertia
Parte altera longior	20	Seſquiquarta
Tetragonus	25	Seſquiquarta
Parte altera longior	30	Seſquiquinta
Tetragonus	36	Seſquiquinta
Parte altera longior	42	Seſquiſexta
Tetragonus	49	Seſquiſexta

Quæ medietates, quibus rerum publicarum ſtatibus comparentur, Cap. XXXV.

Atq; ideo Arithmetica quidem ei reipublicæ comparatur quæ paucis regitur, idcirco quod in minoribus eius terminis maior proportio ſit. Muſicam uero medietatem optimatum dicunt eſſe rem publicam, ideo quod in maioribus terminis maior proportionalitas inuenitur. Geometrica medietas, popularis quodammodo et ex æqualitate ciuitatis eſt. Nanq; uel in maioribus, uel in minoribus, æquali omnium proportionalitate componitur, & eſt inter omnes, paritas quædam medietatis æquum ius in proportionibus conſeruantis.

Quod ſuperficies, una tantum in proportionalitatibus medietate iungantur, ſolidi uero numeri, duabus medietatibus in medio collocantur, Cap. XXXVI.

POſt hæc igitur tempus eſt, ut expediamus nunc quiddam nimis utile in Platonica quadam diſputatione, quæ in Timæi coſmopeia haud facili cuiquã uel penetrabili ratione uerſatur. Omnes enim planæ figuræ quæ nulla altitudine creſcunt, una tantum medietate Geometrica continuantur, alia quæ iungat non poteſt inueniri, unde duo tantum in his interualla ſunt conſtituta à primo, ſcilicet, ad medium, & à medio ad tertium. Si uero fuerint cubi, duas tantum habebunt medietates, ubi tertia inueniri non poterit, ſecundum Geometricam, ſcilicet, proportionem. Vnde formæ ſolidæ tria interualla dicuntur habere. Eſt enim unum interuallũ à primo ad ſecundũ, & à ſecundo ad tertiũ, & à tertio ad quartũ, quæ eſt, ſcilicet, poſtrema diſtantia. Rectæ igitur & planæ figuræ, duobus interuallis, & ſolidæ tribus contineri dicuntur. Sint enim duo tetragoni 4, ſcilicet, & 9, horum igitur unus tantum medius, in eadem proportione cõſtitui poteſt. Nanq; ſenarius ad 4 ſeſquialter eſt, & 9 ad ſenarium eodem modo ſeſquialiter. Hoc autem idcirco euenit, quod ſingula latera, ſingulorum tetragonorum efficiunt ſenariam medietatẽ. Nãq; quaternarij tetragoni latus, binarius eſt, nouenarij, ternarius, hi ergo multiplicati ſenarium perfecerunt. Bis enim tres, ſenarius eſt. Et quotienſcunq; datis duobus tetragonis, eorum medietatem uolumus inuenire, latera eorum multiplicãda ſunt, & qui ex his procreabuntur, medietas eſt. Si autem cubi ſint, ut 8 & 27, duæ tantum inter hos eadem proportione medietates conſtitui queunt, 12, ſcilicet, & 18, nanq; 12 ad 8, & 18 ad 27, ſeſquialtera tantum proportione iunguntur. In his quoq; eadem laterum ratio eſt. Nanq; ex uno cubo qui propinquior eſt, una medietas duo latera colligit, ex alternatim uero poſito, unum. In alia quoq; medietate idem eſt. Ponanẽ enim duo cubi, & in medio eorum duæ medietates quas ſuperius diximus, 8 12 18 27, octonarij igitur latus, eſt binarius, bis enim bini, bis octonarium fecerunt. Ternarius uero 27 cubi latus eſt. Ter enim tres ter, 27 reſtituunt. Medietas igitur quæ iuxta octonarium eſt, ideſt, 12 mutatur duo latera ex propinquo ſibi octonario, et aliud unũ latus ex altrinſecus poſito 27 cubo. Bis enim bini ter, 12 pandunt. Et 18 eadem ratione duo latera à propinquo ſibi 27 cubo colligit, & unum ab altrinſecus poſito octonario. Tres enim ter bis, 18 concludunt. Hoc autem uniuerſaliter ſpeculandum eſt, ſi tetragonus tetragonũ multiplicet, ſine dubio tetragonus prouenit. Sin uero parte altera longior tetragonum multiplicet, uel tetragonus parte altera longiorem, nũquam tetragonus, ſed ſemper antelongior creſcit. Rurſus ſi cubus cubum multiplicauerit, cubi forma conficitur. Si uero parte altera longior cubum, uel cubus parte altera longiorem, nunquam cubus procreabitur, hoc, ſcilicet, ſecundum ſimilitudinẽ paris atq; imparis. Par enim, parem ſi multiplicet, ſemper par naſcitur, et impar imparem ſi multiplicet, impar continuo procreatur. Si uero impar parem, uel ſi par imparem multiplicet, par ſemper exoritur. Hoc aũt facilius cognoſcitur ex lectione Platonis in libris de republica, eo loco qui nuptialis dicitur, quem ex perſona muſarum Philoſophus introducit. Sed nunc ad tertiam medietatem redeundum eſt.

De harmonica medietate eiuſq; proprietatibus, Cap. XXXVII.

HArmonica autem medietas eſt, quæ neq; eiſdem differentijs, nec æquis proportionibus conſtituitur, ſed illa in qua quemadmodum maximus terminus ad paruiſſimum terminum ponitur, ſic differentia maximi & medij, cõtra differentiã medij atq; paruiſſimi cõparatur. Vt ſi ſint 3 4 6, uel ſi 2 3 6. Senarius enim, quaternariũ ſua tertia parte ſupat, ideſt, duobus, quaternarius uero, ternariũ ſua quarta parte ſuperuenit, ideſt, uno. Et ſenarius, ternariũ ſua medietate, ideſt, tribus, ternarius uero, binariũ ſua parte tertia, ideſt, unitate trãſcendit. Quare in his neq; eadẽ ꝓportio terminorũ eſt, neq; ſunt eædẽ differẽtiæ. Eſt aũt quemadmodũ maximus

maximus terminus ad paruiſſimũ terminum, ſic differentia maximi & medij, ad differentiam medij atq; poſtremi. Nanq; in hac proportione quæ eſt, 3 4 6 maior terminus, ideſt, ſenarius ad paruiſſimum terminum ternarium duplus eſt, & differentia maximi & medij, ideſt, ſenarij & quaternarij duo, ſcilicet, ad differentiam medij & ultimi, ideſt, quaternarij atq; ternarij, quæ eſt unitas dupla perſpicitur. Sed hoc quoque ſubiecta deſcriptione monſtratur.



Habet autem proprietatem, quemadmodum dictum eſt, contrariam Arithmeticæ medietati. In illa enim, in minoribus terminis maior erat proportio, in maioribus, minor, in hac uero, in maioribus quidẽ terminis maior eſt proportio, in minoribus uero, minor. Nanq; in hac diſpoſitione 3 4 6, tres ad quatuor comparati, ſeſquitertiam habitudinem, ſex uero ad quatuor, ſeſquialteram reddunt, ſed maior eſt ꝓportio ſeſquialtera à ſeſquitertia, tantum quantum pars tertia medietate tranſcenditur. Iuſte igitur medietas quædam Geometrica proprieq; eſſe proportionalitas iudicatur, ſcilicet, inter eam ubi in maioribus terminis minor eſt proportio, & minoribus maior, & inter eã ubi in maioribus maior eſt, in minoribus minor. Illa eſt enim uere proportionalitas, quæ medietatis quodammodo locum obtinens, & in maioribus & in minoribus, æqualibus proportionum comparationibus continetur. Hoc quoque ſignum eſt, duarum extremitatum mediam eſſe quodammodo Geometricã proportionem. Nanq; in Arithmetica proportione, medius terminus eadem ſua parte, & minorem præcedit & à maiore præceditur, ſed alia parte minoris, alia uero parte maioris. Sit enim Arithmetica diſpoſitio 2 3 4. Ternarius igitur numerus, binarium tertia ſua parte præcedit, ideſt, uno, & à quaternario tertia ſua parte præceditur, ideſt, uno. At uero ternarius non eadem parte minoris minorem uincit, uel maioris à maiore ſuperatur. Nanq; minorem, ideſt, binarium uno ſuperat, ideſt, ipſius medietate binarij, à quaternario uero uno relinquitur, quę pars quaternarij quarta eſt. Rectè igitur dictum eſt, medium terminum in huiuſmodi medietate, eadem ſui parte & minorem uincere & à maiore ſuperari, ſed non eiſdem partibus, uel minoris minorem tranſgredi, uel maioris à maiore tranſcendi. Contrarie harmonica medietas proportiones habet. Nãq; nõ eadem parte ſua, medius terminus in hac proportione uel minorem uincit, uel à maiore ſuperatur, ſed eadem parte minoris minorẽ ſuperat, qua parte maioris à maiore ſuperatur. In hac enim diſpoſitione harmonica, quæ eſt 2 3 6, ternarius binariũ tertia ſui parte uincit, idem ternarius à ſenario tota ſui quantitate ſuperaẽ, ideſt, tribus. Idemq; ipſe ternarius, medietate minoris uincit minorẽ, ideſt, uno, & medietate maioris à maiore termino uincitur, ideſt, tribus. Senarij enim medietas, ternarius eſt. In Geometrica uero medietate, neq; eiſdem ſuis partibus medius uel uincit minorem, uel à maiore uincitur, neq; eadem parte uel minoris minorem ſuperat, uel maioris à maiore relinquitur, ſed qua parte ſua medius terminus minorẽ ſuperat, eadem parte ſua maior terminus medium uincit. Quod eſt ut medietas atq; extremitas, æqualibus medietatem & extremitatem reliquam ſuis partibus ſuperuadant. In hac enim diſpoſitione, quæ eſt 4 6 9, tertia ſui parte medius ſenarius qua-

ternarium ſuperat,ideſt,duobus,& tertia ſui parte rurſus nouenarius ſenarium uincit,ideſt,tribus.Habet autem aliam proprietatem harmonica medietas,ut cum duas extremitates in unum redactas,medietas multiplicauerit, dupla quantitas colligitur, quam ſi ſe multiplicent duæ extremitates,Sint enim hi termini; 4 6.Si igitur ternarium & ſenarium iungas,nouenarium facies, qui per quaternarium ductus, 36 efficit. Quod ſi ſe ipſæ extremitates multiplicent, & fiant tres ſexies, 18 conficiunt, quod eſt prioris ſummæ dimidium.



Quare dicta ſit harmonica medietas ea quæ digeſta eſt, Cap. XXXVIII.

COnſiderandum forſitan uideatur, cur hanc harmonicam medietatem uocemus.Cuius hæc ratio eſt,quoniã Arithmetica diſpoſitio,æquas tantũ differentias diuidit quantitates,Geometrica uero,terminos æqua proportione coniungit.At uero harmonica ad aliquid quodammodo relata conſideratione,neq; ſolum in terminis ſpeculationem proportionis habet,neq; ſolum in differentiſs,ſed in utriſq; cõmuniter.Quærit enim ut quemadmodum ſunt ad ſe extremi termini,ſic maioris ad medium differentia,contra differentiam medietatis ad ultimum.Ad aliquid autem,conſiderationem harmoniæ propriè eſſe,in primi libri rerum omnium diuiſione monſtrauimus.Ipſarum quoq; muſicarum conſonantiarum quas ſymphonicas nominant proportiones, in hac penè ſola medietate frequenter inuenias. Nanq; ſymphonia diateſſaron,quæ princeps eſt & quodammodo uim obtinens elementi,conſtituta,ſcilicet,in epitrita proportione, ut eſt quaternarius ad ternariũ, in eiuſmodi harmonicis medietatibus inuenitur.Sint enim eiuſmodi harmonicæ medietatis termini quorum extimi dupli ſint,& rurſus alia huiuſmodi diſpoſitio quorum extimi tripli.



Senarius igitur,ad ternarium duplus eſt.Idem autem in alia diſpoſitione,ſenarius ad binarium triplus.Horum igitur ſi differentias colligamus,& ad ſe inuicem comparemus,epitrita proportio colligitur,unde diateſſarõ ſymphonia reſonabit. Inter tres enim

enim & 6 ternarius eſt,& inter binarium & ſenariũ quaternarius, qui ſibimet comparati,ſeſquitertiam efficient proportionem.



In eadem quoq; medietate,& diapẽte ſymphonia componitur,quam ſeſquialtera habitudo reſtituit.Nam in utriſq; diſpoſitionibus his quæ ſubiectæ ſunt,in duplici ſenarius ad quaternariũ ſeſquialter eſt, in triplici,ternarius ad binarium,ex quibus utriſque,diapente ſymphonia coniungitur.

Seſquialtera.
Diapente.



Seſquialtera.
Diapente.

Poſt hanc autẽ,diapaſon conſonantia, quæ fit ex duplici,ut eſt in ſubiecta formula.

Duplex.
Diapaſon.



In triplici quoq; diſpoſitione, ſimul diapente & diapaſon ſymphonia componitur, ſeruans ſeſquialteram & duplicem rationem, quod ſubiecta deſcriptio docet.

Seſquialtera. Duplex.
Diapente. Diapaſon.



Et quoniam triplus duas continet consonantias, diapente, scilicet, & diapason, in huius triplicis positione in differentijs eundem rursus triplum reperiemus, secundum subter descriptum modum.

Triplus diapente & diapason

Termini.

In dupla uero dispositione, maior terminus ad medij termini contra se differentiam, triplus est, & rursus minor terminus ad medij contra minorem terminum comparati differentiam, triplus est.

Differentiæ.



Termini.

Illa autem maxima symphonia quæ uocatur bis diapason, uelut bis duplum, quoniam diapason symphonia ex duplici proportione colligitur, huic se iunctura harmonicæ medietatis interserit. Nam in duplici proportione, medius terminus ad minoris suique differentiam quadruplus inuenitur.

Differentia.



Termini.

In tripli-

In triplicibus quoq; extremitatibus, maior differentia ad minorem differētiam quadrupla est, & bis diapason symphoniam emittit. Nanq; in dispositione 2 3 6, extremorum differentia est, idest, senarij & binarij, 4 minor uero differentia, idest, ternarij & binarij, unus 3 4 autem uno quadrupla maior est relatione, quæ comparatio bis diapason consonantiam tenet.

Quadruplus bis diapason.



De Geometrica harmonia, Cap. XLIX.

VOcant autem quidam harmonicam huismodi medietatem, idcirco quod semper hæc proportionalitas Geometricæ harmoniæ cognata est, harmoniam autem geometricam, cubum dicunt. Ita enim ex longitudine in latitudinem distentus est, & in altitudinis cumulum creuit, ut ex æqualibus proficiens, ad æqualia perueniens, æqualiter totus sibi conueniens creuerit. Hæc autē medietas, in omnibus cubis quæ est Geometrica harmonia perspicitur. Omnis enim cubus, habet latera 12, angulos octo, superficies sex. Hic autē ordo & dispositio harmonica est. Disponantur enim 6 8 12, hic ergo quemadmodum est maior terminus ad paruissimum, ita differentia maioris & medij ad paruissimam comparatur.

Differentiæ duplæ.



Dupli termini.

Perpensi nanq; 12, ad sex dupli sunt, differentia uero 12 & octonarij, quaternarius est, octonarij uero & senarij, duo, dupla autem ratione distabunt duobus quatuor cōparati. Rursus octonarius qui medietas est alia sua parte minorem præcedit, & alia sua parte à maiore præceditur, eadem autem parte minoris minorem superat, qua parte maioris à maiore superatur. Rursus si extremitates in unum redigantur & à medietate octonario multiplicentur, duplus erit abeo numero quem solæ extremitates multiplicatæ perfecerint. Omnes autem in hac dispositione symphonias musicas inuenimus. Diatessaron quidem, est octo ad sex, quoniam proportio sesquitertia est. At diapente, 12 ad 8, quoniam ea quæ sesquialtera comparatio dicitur, in ea diapente consonantia reperitur. Diapason uero quæ ex duplici nascitur, ex 12 ad sex compositione producitur. Diapason uero & diapente, quæ triplicis obtinet rationem, fit ab extremitatum differentia, ad differentiam minorem. Nanq; duodenarij & senarij sex differentia est, minor uero, est differentia octonarij & senarij, idest, 2. Qui senarius ad binarium triplus est, & diapason simul &

diapente conſonantiã ſonant. Illa uero maior conſonantia quæ eſt bis diapaſon, quæ ex quadruplo fit in mediũ termini, ideſt, octonarij, & eius differentiæ comparatione perſpicitur, quæ inter octonarium ſenariumq; reperitur. Quare propriè atq; conuenienter huiuſmodi proportionalitas harmonica medietas appellatur.

Quemadmodũ conſtitutis altrinſecus duobus terminis, Arithmetica, Geometrica, et Harmonica inter eos medietas alternetur, atq; de eorum generationibus, Cap. L.

NOs autem præſtare debemus, quatenus quemadmodum dato calamo, extremis foraminibus manentibus muſicis mos eſt, ut medium foramẽ permutantes, atq; aliud aperientes, aliud digitis occludentes, diuerſos emittant ſonos, uel cum duabus altrinſecus protenſis chordis, mediã neruũ ſonum muſicus uel aſtringendo tenuat, uel remittendo grauat, ita quoq; datis duobus numeris, nunc quidem Arithmeticam, nunc uero Geometricã, nunc autem Harmonicam medietatem experiamur inferere, ut rectũ propriumq; medietatis nomẽ ſit, quod manentibus extremitatibus huc atq; illuc ferri permutariq; uideat. Poterimus autem hanc in duobus altrinſecus poſitis terminis, uel paribus uel imparibus permutare, ita ut cum Arithmeticam ponimus medietatem, differentiarum tantum ratio, qualitasq; ſeruetur. Cum uero Geometricam, rata ſe proportionum iunctura cuſtodiat. Sin autẽ Harmonica fiat differentiarum comparatio, ab terminorum proportione non diſcrepet. Et ſint quidem primo pares poſitæ quædam extremitates, inter quas has omnes medietates oporteat internectere, 10 & 40. Priùs igitur Arithmetica medietas aptetur. Inter hos ergo ſi 25 poſuero, erit mihi Arithmetica proportio differentiarum quantitate immutabiliter cuſtodita, in huiuſmodi, ſcilicet, diſpoſitione 10 25 40. Vides enim ut quindenę ſeſe ſummulæ quantitate tranſcendant.



Omnesq; proprietates, quas ſuprà diximus in medietate Arithmetica conuenire, ab hac huiuſmodi diſpoſitione non reperies alienas. Nanq; quemadmodum unuſquiſque eorum terminus ad ſeipſum eſt, quoniam ſibi æqualis eſt, ita ſunt ad ſe inuicem differentię, quoniam ſibi ſunt æquales. & quanto maior terminus medium tranſit, tanto medius uincit minorem. Et extremitatum aggregatio duplex eſt medietate. & minorum terminorum proportio maior eſt illa cõparatione, quæ inter maiores terminos continetur. Et tanto minor eſt numerus qui fit ex multiplicatis extremitatibus, ab eo qui fit ex multiplicata medietate, quantum eorũ differentiæ multiplicatæ reſtituunt. Illud quoq; quod medietas eadem ſui parte & à maiore uincitur, & minorem ipſa ſuperuenit, non eadem autem parte minoris minorem tranſit, uel maioris à maiore relinquitur, quę omnes, ſcilicet, proprietates, nõ alterius niſi Arithmeticæ medietatis ſunt. Quod ſi ſuperius dicta meminerit lector, ita eſſe indubitanter intelliget. Rurſus ſi inter eoſdem 10 & 40 uiginti conſtituam, ſtatim Geometrica medietas cum ſuis proprietatibus cunctis exoritur, Arithmetica medietate pereunte. In hac enim diſpoſitione 10 20 40, quemadmodum eſt maior ad medium, ſic medius ad extremum. Et quod continetur ab extremitatibus, æquum eſt ei quod à multiplici medietate completur. Differentiæ quoq; eorum in eadem ſunt proportione qua termini. Crementum uero & imminutio proportionum ſecundum terminos nulla eſt, ſed maiorum terminorum proportio à minorum terminorum proportione non diſcrepat. Si uero harmonicam medietatem coniungere uelim, 16 mihi numerus inter extremitates utraſque ponendus eſt, ut ſit hoc modo 10 16 40. Nunc igitur licet in huiuſmodi

huiuſmodi diſpoſitione omnes harmonicas proprietates agnoſcere, quã enim maximus ad paruiſſimum terminus proportione iungitur, eadem proportione differẽtiæ ad ſe inuicem comparantur. Et quibus partibus maioris à maiore medius uincitur, eiſdem partibus minoris præterit minorem. Suis uero non eiſdem uel à maiore uincitur, uel tranſit minorẽ. Et in maioribus terminis, maior eſt proportio, in minoribus minor. Et ſi in unum extremitates redigantur, & medietatis quãtitate concreſcant, duplus inde conficitur numerus ab eo qui ex ſolis multiplicatis extremitatibus procreatur. Atq; hoc quidem in terminis paribus conſtitutũ eſt. At uero ſi impares proponantur, ut ſunt 5 & 45, aptatus medius 25, Arithmeticam proportionem medietatẽq; conſtituit. Nam ſi ſint 5 25 45, eadem ſeſe numerorũ quantitate termini tranſgredientur, & omnis ſuperius dicta proprietas Arithmethicæ medietatis, in his terminis cuſtodiẽ. Sed ſi 15 numerũ mediũ ponã, ut ſint 5 15 45 in Geometricam medietatẽ termini relabuntur, æqualibus terminorum ad ſe inuicem proportionibus cuſtoditis. Nouem uero ſi inter utroſq; terminos ponam. ut ſint 5 9 45 fit harmonica medietas, ut qua ſumma maximus numerus paruiſſimũ præcedit, eadem maior differentia minorem differentiã uincat. Qua uero diſciplina huiuſmodi medietates reperiri poſſimus, expediẽdũ eſt. Datis duobus terminis, ſi Arithmeticam medietatem conſtituere oportebit, utraq; eſt extremitas coniungenda, quodq; ex ea copulatione colligitur, diuidẽdum, iſq; ue numerus qui ex diuiſione reductus eſt, Arithmeticam medietatẽ inter extremitates locatus efficiet, ut 10 & 40 ſi iunxero, efficiunt 50, quos ſi diuidam 25 redduntur. Hic erit medius terminus ſecundum Arithmeticam proportionem. Vel ſi illum numerũ quo maior minorem ſuperat diuidas, eumq; minori ſuperponas, quodque inde concreſcit mediũ ponas, Arithmetica medietas informatur. Nam 40 denariũ tricenario ſuperat, quem ſi diuidas, 15 fiunt, hunc ſi minori, id eſt, denario ſuperpoſueris 20, & 5 naſcẽtur, quem ſi mediũ conſtituas, Arithmeticæ medietatis ordo formatur. Geometricã uero ſi rationem ueſtiges, eius numeri qui ſub utriſq; extremitatibus continetur, tetragonicũ latus inquire, & hunc mediũ pone. Nam ſub 40, & denario numero, 400 continetur. Si enim denarium in 40 multiplices, hic numerus creſcit. Horũ igitur quadringentorum require tetragonicum latus, hi ſunt 20. Vicies enim 20, 400 efficiuntur. Repertum ergo latus quadratum, medium cõſtitues. Vel ſi eam proportionẽ quam inter ſe dati termini cuſtodiunt diuidas, & id quod relinquetur medium terminũ ponas. Nanq; 40 ad denarium quadruplus eſt. Igitur quadruplum ſi diuidas, duplum facies, qui eſt, ſcilicet, 20. Nam 20, ad denarium duplus eſt. Hunc ſi mediũ conſtituas, medietatem Geometricam perferet Harmonicam uero medietatem, tali modo reperies, differentiam terminorum in minorem terminũ multiplica, & poſt iunge terminos, & iuxta eum qui inde confectus eſt, committe illum numerum qui ex differentijs & termino minore productus eſt. Cuius cum latitudinem inueneris, adas eam minori termino, & quod inde colligitur mediũ terminum pones, 10 enim & 40, 30 ſunt, quem ſi multiplicas in denarium, id eſt, in minorem, decies 30, oportet 300 efficias. Quos 300 iuxta eum committe qui ex iunctis utriſq; confectus eſt, id eſt, iuxta 50, facient enim quinquagies ſenos & inuenitur latitudo ſenarius. Hũc igitur ſi minori termino addas, facient 16, & hic numerus medius conſtitutus inter 10 & 40, harmonicã proportionem medietatemq; ſeruabit.

De tribus medietatibus quæ Harmonicæ & Geometricæ contrariæ ſunt, Cap. LII.

HAe quidẽ ſunt apud antiquiores inuentæ probatæq; medietates, quas idcireo lõgius enodatiusq; tractauimus, quod hæ maximè in antiquorum lectionibus inueniuntur, & ad omnẽ penè uim cognitionis eorum uerſatur utilitas. Cæteras aũt

prætereundo tranſcurrimus, idcirco quod non multũ nobis in lectionibus proſunt; ſed tantum ad implendam denarij numeri quantitatem. Quæ, ne lateant, ne ue ſint aliquibus ignoratæ, depromimus. Videntur enim hæ ſupradictis medietatibus eſſe contrariæ, ex quibus originem trahunt. Ex his enim etiam iſtæ ſunt conſtitutæ. Eſt autem quarta medietas quę oppoſita uidetur harmonicæ, in qua tribus terminis poſitis, quemadmodum eſt maximus terminus ad paruiſſimum, ſic differentia minorũ ad differentiã maximorum. Vt ſun 3 5 6, ſex ad ternarium duplus. Et ſunt minores 5 & 3, maximi uero huius diſpoſitionis 6 & 5. Differentia uero minorum, quinarij, ſcilicet, & ternarij 2 ſunt, maiorum, quinarij & ſenarij, 1, qui 2 ad unum comparati, duplum faciunt. Ergo quemadmodũ eſt maximus terminus ad paruiſſimũ, ſic minorum terminorum differentia eſt ad differentiam maximorum.

Differentiæ duplæ.



Termini extremi dupli.

Liquet autem oppoſitam & quodammodo contrariam eſſe hanc medietatem harmonicæ medietati, idcirco, quod in illa quemadmodum eſt maximus terminus ad paruiſſimum, ſic maiorum terminorum differentiam ad differentiam minorum. Hic autem, econtrario. Eſt autem proprium huius medietatis, quoniam quod continetur ſub maximo termino & medio, duplum eſt eo quod continetur ſub medio atq; paruiſſimo, Sexies enim quinq;, 30 ſunt, quinquies uero tres 15. Duæ uero aliæ medietates, quinta, ſcilicet, & ſexta Geometricæ medietati contrariæ ſunt, & eidem uidentur oppoſitæ. Eſt autem quinta medietas, quotiens in tribus terminis, quemadmodum eſt medius terminus ad minorem terminum, ita eorum differẽtia ad differentiam medij atq; maioris. Nam in hac diſpoſitione 2 4 5, quaternarius ad binarium duplus eſt, ſed inter quaternarium & binarium duo ſunt, inter quaternarium uero & maiorem terminum, id eſt, quinq;, 1, & duo, ad unum dupli ſunt.

Differentiæ duplę.



Numeri dupli.

Contrarium autẽ Geometricæ medietati in hac proportione eſt, quod in illa quemadmodum maior terminus ad minorem eſſet, ſic maiorum differentia ad differentiam minorũ. Hic uero cõtrariè, quemadmodũ minores ad ſe termini ſunt, ſic minorum differentia terminorũ ad maiorum differẽtiam comparatur. Eſt aũt proprium in hac quoq; diſpoſitione, quod illud quod cõtineẽ ſub maiore termino & medietate, duplũ eſt eo quod ſub utriſq; extremitatibus cõtinetur. Nam quinquies quatuor, ſunt 20, quinqes uero 2 ſunt 10, & 20 denarij duplus eſt. Sexta uero medietas eſt, quando tribus terminis cõſtitutis, quẽadmodũ eſt maior terminus ad mediũ, ſic minorum terminorũ differẽtia ad differentiã maximorũ. In diſpoſitione enim quæ eſt 1 4 6, maximus terminus ad medium ſeſquialter eſt, differentia uero minorum, id eſt, unius & 4, ternrius eſt, maiorum uero, id eſt, quaternarij & ſenarij, binarius.

Ternarius

Differentiæ ſeſquialteræ.



Ternarius autem binario comparatus, ſeſquialteram habitudinẽ proportionis efficiet. Eodem aũt modo hæc q̃q; medietas Geometricæ contraria eſt, quẽadmodũ & quinta, propter proportionẽ differentiarũ à minoribus ad maiores terminos cõuerſam.

De quatuor medietatibus, quas poſteri ad implendum denarium, limitem adiecerunt, Cap. LII.

ET hæ quidem ſunt ſex medietates, quarum tres à Pythagora uſq; ad Platonem Ariſtotelemq; manſerunt. Poſt uero qui inſecuti ſunt, has tres alias, de quibus ſupra diſſeruimus, ſuis commentarijs addidere. Sequẽs autem ætas, quemadmodum diximus, ad implendam denariam quantitatem, alias quatuor medietates appoſuit, quas non adeò quis in ueterũ libris inueniat. Has igitur nos, quàm poſſumus breuiſſimè, diſponamus. Prima enim quæ eſt earum, in ordine uero ſeptima medietas, hoc modo coniungitur, cum in tribus terminis, quemadmodum eſt maximus terminus ad ultimum, ſic maximi & paruiſſimi termini differentia, ad minorum differentiam terminorum, ut in hac diſpoſitione 6 8 9. Nouenarius igitur, ad ſenarium ſeſquialter eſt, quorum eſt differentia ternarius. Minorum uero terminorum, id eſt, octonarij & ſenarij, binarius differentia eſt, qui ad ſuperiorẽ ternarium comparatus, facit ſeſquialteram proportionem.

Differentia ſeſquialtera.



Terminus ſeſquialter

Secũda uero inter quatuor, ſed octaua in ordine, proportionalitas eſt, quotiẽs in tribus terminis, quemadmodum ſunt extremitates ad ſe inuicem comparatæ, ſic eorũ differentia ad maiorum terminorum differentiam, ut ſunt 6 7 9. Nouem igitur ad 6 ſeſquialter eſt, & eorum differentia ternarius eſt, qui comparatus contra maiorum differentiam, id eſt, ſeptenarij & nouenarij qui binarius eſt, reddit ſeſquialteram proportionem.



Tertia uero inter has ſequentes quatuor, nona aũt in ordine proportio eſt, quando tribus terminis poſitis, quam proportionem medius terminus ad paruiſſimum cuſtodit, eam retinet extremorum differentia ad minorum differentiam comparata, ut 4 6 7. Etenim 6 ad 4 ſeſquialter eſt, quorum eſt differentia binarius,

ſeptenarij

ſeptenarij uero & quaternarij, ternarius differentia eſt, quem ſi ad ſuperiorem binarium comparemus, ſeſquialtera proportione coniungitur.



Quarta uero, quæ in ordine decima eſt, conſideraſ in tribus terminis, cum tali proportione medius terminus, ad paruiſſimum comparatur, quali extremorum differẽtia contra maiorum terminorum differentiã proportione coniungitur; ut ſunt tres, quinq; octo. Quinarius enim medius terminus, ad ternarium ſuperbipartiens eſt. Extremorum uero differentia, octonarij, ſcilicet, & ternarij, quinarius, qui comparatus contra maiorum terminorum differentiam, ſcilicet, quinarij & octonarij qui eſt ternarius, & ipſe quoq; ſuperbipartiens inuenitur.

Diſpoſitio decem medietatum. Cap. LIII.

DIſponamus igitur cũctas medietates in ordinẽ, ut cuiuſmodi omnes ſint, facilimè poſſint intelligi.

Arithmetica	Prima	1	2	3	
Geometrica	Secunda	1	2	4	
Harmonica	Tertia	3	4	6	
Cõtraria Harmonicæ	Quarta	3	5	6	
Contraria Geometricę	Quinta	2	4	5	
Contraria Geometricæ	Sexta	1	4	5	
Inter 4 prima	Septima	6	8	9	
Inter 4 ſecunda	Octaua	6	7	9	
Inter 4 tertia	Nona	4	6	7	
Inter 4 quarta	Decima	3	5	8	

De maxima & perfecta ſymphonia, quæ tribus diſtenditur interuallis, Cap. LIIII.

REſtat ergo de maxima perfectaq; harmonia diſſerere, quæ tribus interuallis conſtituta, magnam uim obtinet in Muſici modulaminis tẽperamẽtis, & in ſpeculatione naturaliũ quæſtionũ. Etenim perfectius huiuſmodi medietate nihil poterit inueniri, quæ tribus interuallis producta, perfectiſſimi corporis naturam ſubitantiamq; ſortita eſt. Hoc enim modo, cubum quoq; trina dimenſione craſſatum, plenam harmoniam eſſe monſtrauimus. Hæc autem huiuſmodi inuenietur, ſi duobus terminis conſtitutis, qui ipſi tribus creuerint interuallis, longitudine, latitudine, & profunditate, duo huiuſmodi termini medij fuerint conſtituti, & ipſi tribus interuallis notati, qui uel ab æqualibus per æquales æqualiter ſint, producti, uel ab inæqualibus ad inæqualia æqualiter, uel ab inæqualibus ad æqualia æqualiter, uel quolibet alio modo atq; ita cum harmonicam proportionem cuſtodiant, alio tamen modo comparati, faciũt Arithmeticam medietatem, hiſq; Geometrica medietas, quæ inter utraſque uerſatur, deeſſe non poſſit. In quatuor enim terminis, ſi fuerit quemadmodum primus ad ſecundum, ſic tertius ad quartũ, proportionum

ſium ratione, ſcilicet, cuſtodita, Geometrica medietas explicatur. Et quòd continetur ſub extremitatibus, æquum erit ei quod ſub utraq; medietate ad ſe inuicem multiplicata conficitur. Rurſus, ſi maximus quatuor terminorum numerus, ad eum qui ſibi propinquus eſt talem habeat differentiam, qualem idem eſſe maximo propinquus ad paruiſſimum, huiuſmodi proportio in Arithmetica conſideratione ponitur. Et extremorum coniunctio duplex erit propria medietate. Si uero inter quatuor qui eſt tertius terminus, à qua parte quarti, quartum terminum ſuperet, & æqua primi à primo ſuperetur, harmonica huiuſmodi proportio medietasq; perſpicitur: Et quod continetur ſub extremorum aggregatione & multiplicatione medietatis, duplex eſt eo quod ſub utraq; extremitate conficitur. Sit autem quoddã huius diſpoſitionis exemplar hoc modo: 6 8 9 12. Has igitur omnes ſolidas quantitates eſſe non dubiũ eſt. Sex enim naſcunt ex uno bis ter, 12 autem ex bis duo ter. Horum autem medietates, octonarius ſit ſemel duo quater. Nouenarius uero, ſemel tres ter. Omnes igitur termini cognati ſibi, & tribus interuallorum dimenſionibus notati ſunt. In his igitur Geometrica proportionalitas inuenitur, ſi 12 ad 8, uel 9 ad ſe rium comparemus. Vtraq; enim comparatio ſeſquialtera proportio eſt, & quod cõtinetur ſub extremitatibus, idem eſt, ei quod fit ex mediis. Nanq; quod fit ex duodecies ſex, æquum eſt ei quod fit ex octies 9, Geometrica ergo proportio, huiuſmodi eſt. Arithmetica autem eſt, ſi duodenarius ad nouenarium, & nouenarius ad ſenarium comparetur. In utriſq; enim, ternarius differentia eſt, & iunctæ extremitates medietate duplæ ſunt. Si enim iunxeris ſenarium & duodecim, facies 18, qui eſt nouenario medio terminо duplus. In his ergo Geometricam, Arithmeticãq; medietatẽ perſpeximus. Hic quoq; Harmonica medietas inuenitur, ſi 12 ad 8, & rurſus 8 ad ſenarium comparemus. Qua enim parte ſenarij octonarius ſenarium ſuperat, ideſt, parte tertia, eadem duodenarij parte, octonarius ſuperatur. Quatuor enim quibus octonarius à duodenario uincit, duodenarij tertia pars eſt. Et ſi extremitates iũgas 6, ſcilicet, & 12, easq; per octonarium mediũ multiplices, 144 ſunt. Quod ſi ſe extremitates multiplicent, ſex, ſcilicet, & 12 facient 72, quo numero 144 duplus eſt. Inuenimus hic quoq; omnes Muſicas conſonantias. Nanq; 8 ad 6, & 9 ad 12 comparati, ſeſquitertiam proportionem reddunt, & ſimul diateſſaron conſonantiam. Sex uero ad 9, uel 8 ad 12 cõparati, reddunt ſeſquialteram proportionem, ſed Diapente ſymphoniam. Duodecim uero ad ſenarium cõſiderati, duplicem proportionem, ſed diapaſon ſymphoniam canunt. Octo uero & 9 ipſi contra ſe medij conſiderati, epogdoum iungunt, qui in muſico modulamine tonus uocatur, quæ omnium muſicorum ſonorum menſura communis eſt. Omnium enim eſt ſonus iſte paruiſſimus. Vnde notum eſt, quod diateſſaron & diapente conſonantiarum, tonus differentia eſt, ſicut interſeſquitertiam & ſeſquialterã proportionem, ſola eſt epogdous differẽtia. Eius autem deſcriptionis, ſubter exemplar adiecimus.

Proportionalitas Geometrica.
Seſquialteræ proportiones.



72

Extremorum mediorumq; multiplicationes

Proportio

Proportionalitas Arithmetica.

Differentię æquales.



Extremitates iunctæ ad nouenarium medium duplæ sunt.

Proportionalitas harmonica.

Partes minoris maiorisq́ terminorum.



Iunctæ extremitates & per medium multiplicatæ.

Consonantiæ Musicæ.

Sesquitertia Sesquitertia

Epogdous

Diatessaron Diatessaron.



Dupla

Diapason.

Finis Arithmeticæ.

ANITII

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, DE MVSICA LIBER I.

Musicam naturaliter nobis esse coniunctam, & mores uel honestare uel euertere, Cap. I.

OMnium quidem perceptio sensuũ, ita spontè ac naturaliter q̃busdam uiuentibus adest, ut sine his animal non possit intelligi. Sed non æque eorundẽ cognitio, ac firma perceptio animi inuestigatione colligit̃. Illaboratũ est enim, quod sensum percipiendis sensibilibus rebus adhibemus. Quæ uero sit ipsorum sensuũ, secundum quos agimus, natura, & quæ rerum sensibilium proprietas, id non obuium, neq́ cuilibet explicabile esse potest, nisi quẽ conueniens inuestigatio ueritatis contemplatione direxerit. Adest enim cunctis mortalibus uisus, qui utrum uenientibus ad uisum figuris, an ad sensibilia radijs emissis efficiatur, inter doctos, quidẽ dubitabile est, uulgus quoq́ ipsa dubitatio præterit. Rursus cum quis triangulum respicit, uel quadratum, facilè id quod oculis inuenit̃, agnoscit. Sed quænam trianguli uel quadrati sit natura, à Mathematico necesse est petat: † Idemq́ de cæteris † sensibus dici potest, maximeq́ de arbitrio aurium, quarum uis ita sonos captat, ut non modo de his iudicium capiat, differentiasq́ cognoscat, uerum etiam delectetur sæpius, si dulces coaptatiq́ modi sint, angatur uero, si dissipati atq́ incohęrentes † feriant sensum. Vnde fit, ut cum sint quatuor matheseos disciplinæ, ceteræ quidem ad inuestigationem ueritatis laborent, Musica uero non modo speculationi, uerum etiam moralitati coniuncta sit. Nihil † est enim tam propriũ † humanitati, quàm remitti dulcibus modis, astringiq́ contrarijs. Idq́ non modo sese in singulis uel studijs uel ętatibus tenet, uerum per cuncta diffunditur studia, & infantes, ac iuuenes, necnon etiam senes, ita naturaliter affectu quodam spontaneo modis Musicis adiungunt̃, ut nulla omnino sit ętas, quæ à cãtilenæ dulcis delectatione seiuncta sit. Hinc etiam internosci potest, quod non frustra à Platone dictũ † est, mundi animam, musica conuenientia fuisse cõiunctã. Cum enim † ex eo, quod in nobis est iunctum cõuenienterq́ coaptatũ, illud excipimus, quod in sonis aptè conuenienterq́ coniunctum est, eoq́ delectamur, nos quoq́ ipsos eadem similitudine † cõpactos esse cognoscimus. Amica est enim similitudo. Dissimilitudo † uero odiosa atque contraria. Hinc etiam morũ quoq́ maximè permutationes fiunt. Lasciuus quippe animus, uel ipse lasciuioribus delectatur modis, uel sæpe eosdem audiens cito emollitur, at frãgitur. Rursus asperior mens uel incitatioribus gaudet, uel incitatioribus asperatur. Hinc est etiam quod modi Musici gentium uocabulo designati sunt, ut Lydius modus, & Phrygius. Quo enim quasi unaquæq́ gens gaudet, eodem modus ipse uocabulo nuncupatur. Gaudet † enim gens modis morum similitudine. Neq́ enim fieri potest, ut mollia duris, dura molliorib. adnectant̃, aut gaudeãt. Sed amorẽ delectationẽq́ (ut dictũ est) similitudo cõciliat. Vnde Plato etiã maximè cauendum existimat, ne de benè morata Musica aliquid permutet̃. Negat enim esse ullam tantã morũ in repub. labem, quàm paulatim de pudẽti ac modesta Musica inuertere. Statim enim idẽ quoq́ audientiũ animos pati, paulatimq́ discedere, nullumq́ue honesti ac recti retinere uestigium, si uel per lasciuiores modos inuerecundum aliquid, uel per asperiores ferox atq́ immane mentibus illabatur. Nulla enim magis ad animum disciplinis uia, quàm auribus patet. Cum ergo per eas rithmi modiq́ue ad animum usque descenderint, dubitari non potest, quin æquo modo mẽtem atq́ ipsa

† Idem quoq́
† sensibilibus
† feriem
† est non legitur
† humanitati
† sit
† ex non legitur
† cõparatos
† uero non legitur
† uero.

† *afficiant.* atq; ipſa ſunt † efficiant, atq; conforment. Id uero etiam intelligi in gentibus poteſt. Nam quæ aſperiores ſunt Getarum, duriorib⁹ delectantur modis. Quæ uero man ſuete, mediocribus, quanq; id hoc tempore penè nullum eſt. Quod uero laſciuũ ac molle eſt genus humanum, id totum ſcenicis ac theatralibus modis tenetur. Fuit ue ro pudens ac modeſta Muſica, dum ſimplicioribus organis ageretur. Vbi uero uarie permixteq; tractata eſt, amiſit grauitatis atq; uirtutis modum, & penè in turpitudi nem prolapſa, minimum antiquam ſpeciem ſeruat. Vnde Plato præcipit, minimè oportere pueros ad omnes modos erudiri, ſed potius ad ualentes ac ſimplices. At que hic maximè illud eſt retinendum, quod ſi quoquo modo per paruiſſimas mu tationes hinc aliquid permutaretur, recens quidem minimè ſentiri, poſt uero ma gnam facere differentiam, & per aures ad animum uſq; delabi. Idcirco magnam eſſe cuſtodiam reipub. Plato arbitratur, Muſicam optimè moratam, pudenterq; cõiun ctam, ita ut ſit modeſta ac ſimplex, & maſcula, nec effœminata, nec fera, nec uaria. Quod Lacedæmonij maxima ope ſeruauêre, dum apud eos Taletas Cretenſis † Gor tinus magno precio accitus, pueros diſciplina Muſicæ artis imbueret. Fuit enim id antiquis in † morem, diuq; permanſit. Quoniam uero eis Thimotheus Mileſius ſu per eas, quas antè repererat, unum addidit neruum, ac multipliciorem Muſicam fe cit, exegêre de laconica. Conſultumq; de eo factum eſt. Quod quoniam ſinſigne eſt Spartiatarum lingua S literam in R uertentium, ipſum de eo conſultum eiſdem uerbis Græcis appoſui.

† *Gortinius.*
† *more.*

Ἐπεὶ δὲ Τιμόθεος ὁ μιλήσιος ἐλθὼν ἀμετέραν πόλιν τὰν παλαιὰν μολπὰν ἀτιμάσας εἰς τὰν διπλασιαζοῦσαν ἐπτὰ χορδίαν κιθαρίζειν ἀποστρεφόμενος πολυφωνίαν ἐπὶ τὰν λιμαίνεται τὰς ἑκκαίδεκα τέτρακα πολυχορδίας καινὰν τούτων μέλεος ἄγγενες. καὶ ποικιλίαν ἀντὶ ἁπλόας, καὶ πεπαγμέναν ἀμφιαχύαν μολπὰν ἐπὶ χρώματον στωείσαμεν τούτα μέλεος δάσασεν. Ἀντὶ γὰ ἐναρμονίω ποιᾶν ἀντιστροφον ἀμοιβᾶν. Παρακαλαβὼς δὲ ἐν τοι ἀγῶνα τᾶς Ἐλευσινίας δάμαζος ἄσχος ἐνέφρισατο ταν τῶ μυθῶ κίθυνσιν τὰν γὰρ Σεμίλα σὺν ἐνδεκάτος Νεοπλίδιος ἐδίδαξε. Ἔστα περὶ τούτων τᾶν Βασιλέαν καὶ τᾶν ἐντόρων μέμψασθαι Τιμόθεον. Ἐπανατίθεται δὲ τὰν ἑνδεκα χόρδαν ἐκτανὼν τὰς περισσὰς, ἐπιλείπομενος τὰν ἐπτάχορδον ἄσσος. Τὸ γὰρ λίαν βαρὺς ὄντον τετάρθηται ἐς τὰν Σωαστὰν ἐπιφέρειν. Τί μὰν μὰ καλῶν νήτων. Μήποτε παράπηται κλέος ἀγόρων.

Quod conſultum, id, ſcilicet, continet. Idcirco Timotheo Mileſio Spartiatas ſuc cenſuiſſe, quod multiplicem Muſicam reddens puerorum animis, quos acceperat eruditendos, officeret, & à uirtutis modeſtia præpediret, & quod harmoniam, quã modeſtam ſuſceperat, in genus chromaticum, quod eſt mollius, inuertiſſet. Tanta igitur fuit apud eos Muſicæ diligẽtia, ut eam animos quoq; obtinere arbitrarentur. Vulgatum quippe eſt, quã ſæpe iracundias cantilena repreſſerit, quàm multa uel in corporum, uel in animorum affectionibus miranda perfecerit. Cui enim eſt il lud ignotum, quod Pythagoras ebrium adoleſcentem Tauromenitanum ſub Phry gij modi ſono incitatum, ſpondeo ſuccinente reddiderit mitiorem & ſui compotẽ. Nam cum ſcortum in riualis domo eſſet clauſum, atq; ille furens domum uellet am burere, cumq; Pythagoras ſtellarũ curſus (ut ei mos nocturnus erat) inſpiceret, ubi intellexit ſono Phrygij modi incitatum, multis amicorum † admonitionibus à faci nore noluiſſe deſiſtere, mutari modum præcepit atq; ita furentis animum adoleſcen tis ad ſtatum mentis pacatiſſimè temperauit. Quod, ſcilicet, Marcus Tullius com memorat in eo libro, quem de conſilijs ſuis compoſuit, aliter quidem, ſed hoc mo do. Sed ut aliqua ſimilitudine adductus maximis minima cõferam, ut cum uinolen ti adoleſcentes tibiarum etiam cantu (ut fit) inſtincti, mulieris pudicæ fores frange rent, admonuiſſe tibicinam ut ſpondeum caneret Pythagoras dicitur, quod cum illa feciſſet tarditate modorum & grauitate canentis, illorum furentem petulãtiam conſedaſſe. Sed ut ſimilia breuiter exempla conquiram, Terpander, atq; Arion Me thimneus, Lesbios, atq; Iones, grauiſſimis morbis, cantus eripuere præſidio. Hiſmenias uero Thebanus Boëtiorum pluribus, quos ſchiatici doloris torméta uexabãt, modis fertur cunctas abſterſiſſe moleſtias. Sed & Empedocles, cum eius hoſpitem quidam glacio furibundus inuaderet, quod eius patrem ille accuſatione damnaſſet, inflexiſſe dicitur modum canendi, itaque adoleſcentis iracundiam temperaſſe. In tantum uero priſcæ Philoſophiæ † ſtudijs uis muſicæ artis innotuit, ut Pythagorici cum diurnas in ſomno reſoluerent curas, quibuſdam cãtilenis uterentur, ut eis le nis & quietus ſopor irreperet. Itaq; expergefacti, alijs quibuſdam modis ſtuporem ſom ni confuſionemq; purgabant. Id nimirum ſcientes, quod tota noſtræ animę corpo risq; compago muſica coaptatione coniuncta ſit. Nam ut ſeſe corporis habet affe ctus, ita etiam pulſus cordis motibus incitantur. Quod, ſcilicet, Democritus Hippo crati medico tradidiſſe fertur, cum eum quaſi inſanum cunctis Democriti ciuibus id opinantibus, in cuſtodia medendi cauſa uiſeret. Sed quorſum iſta hæc? Quia non po teſt dubitari, quin noſtræ animę & corporis ſtatus, eiſdem quodammodo propor tionibus uideatur eſſe compoſitus, quibus harmonicas modulationes poſterior diſ putatio coniungi copulariq; monſtrabit. Inde eſt enim quod infantes quoq; cãtilena dulcis oblectat. Aliquid uero aſperum atq; immite, ab audiendi uoluptate ſuſpendit. Nimirum id etiam omnis etas patitur, omniſq; ſexus. Quæ licet ſuis actibus diſtribu taſint, una tamen Muſicæ delectatione coniuncta ſunt. Quid enim fit, cum in fleti bus luctus ipſos modulantur dolentes? Quod maximè muliebre eſt, ut cum cantico quodam dulcior † fiat cauſa flendi. Id uero etiam fuit † antiquis in morem, ut can tus tibiæ luctibus præiret. Teſtis eſt Papinius Statius hoc uerſu: Cornu graue mu git adunco, Tibia cui teneros ſuetum producere manes. Et qui ſuauiter canere non poteſt, ſibi tamen aliquid canit, non quod eum aliqua uoluptate id quod canit affici at, ſed quod quandam inſitam ducedinem ex animo proferentis quoquomodo pro ferant, delectantur. Nonne illud etiam manifeſtum eſt, in bellum pugnantium ani mos tubarum carmine accendi? Quod ſi ueriſimile eſt, ab animi pacato ſtatu, quenq; ad furorem atq; iracundiam poſſe proferri. Non eſt dubium, quod conturbatæ men tis iracundiam, uel nimiam cupiditatem modeſtior modus poſſit aſtringere. Quid quod cum aliquis cãtilenam libentius auribus atq; animo capit, ad illud etiam non ſponte conuertitur, ut motum quoq; aliquem ſimilem auditæ cãtilenæ corpus effin gat, & quod omnino aliquod melos auditum ſibi memor animus ipſe decerpat? Vt ex his omnibus perſpicuè, nec dubitanter appareat, ita quidem nobis muſicam natu raliter eſſe coniunctam, ut ea ne ſi uelimus quidem carere poſſimus. Quocirca inten denda uis mentis eſt, ut id quod natura eſt inſitum, ſcientia quoq; poſſit comprehen ſum teneri. Sicut enim in uiſu quoq; non ſufficit eruditis colores formasq; conſpice re, niſi etiam que ſit horum proprietas, inueſtigauerint. Sic nõ ſufficit cantilenis mu ſicis delectari, niſi etiam, quali inter ſe coniunctæ ſint uocum proportione diſcatur.

† *Ad non habe tur.*

† *studioſis*

† *inſtituta*

† *ſit*
† *in antiquis moris.*

Tres eſſe Muſicas, in quibus de ui Muſicæ narratur. Cap. II.

PRincipio igitur de Muſica differenti, illud interim dicendum uidetur, quot Muſicæ genera ab eius ſtudioſis comprehenſa eſſe nouerimus. Sunt autem tria. Et prima quidem mundana eſt. Secunda uero humana. Tertia quę in qui buſdã † cõſtituta eſt inſtrumentis, ut in cithara uel in tibijs, cæteriſq; quę can tilenæ famulantur. Et primum ea quæ eſt mundana, in his maximè perſpicienda eſt, quæ in ipſo cœlo, uel compage elementorum, uel temporũ uarietate uiſuntur. Qui enim fieri poteſt, ut tam uelox cœli machina tacito ſilẽtioq; curſu moueatur? Et ſi ad noſtras aures ſonus ille non peruenit. Quod multis fieri de cauſis neceſſe eſt, non po terit tamen motus tam uelociſſimus ita magnorũ corporum, nullos omnino ſonos ciere, cum præſertim tanta ſint ſtellarum curſus coaptatione coniuncti, ut nihil æ que compaginatum, nihil ita commixtum poſſit intelligi. Nanq; alij excelſiores, alij

inferiores feruntur, atq; ita omnes æquali incitatione uoluuntur, ut per diſpares inæqualitates ratus curſuum ordo ducatur. Vnde non poteſt ab hac cœleſti uertigine ratus ordo modulationis abſiſtere. Iam uero quatuor elementorum diuerſitates contrariasq; potentias, niſi quedam harmonia coniungeret, qui fieri poſſet, ut in unum corpus ac machinam conuenirent? Sed hæc omnis diuerſitas ita & temporum uarietatem parit & fructuum, ut tamen unum anni corpus efficiat. Vnde ſi quid horũ, quæ tantam uarietatem rebus miniſtrant, animo & cogitatione † diſcerpas, cuncta pereant, nec (ut ita dicam) quicquam conſonum ſeruẽt. Et ut in grauibus chordis ita uocis eſt modus, ut non ad taciturnitatem grauitas uſq; deſcendat, atq; in acutis ille cuſtoditur acuminis modus, ne nerui nimium tenſi uocis tenuitate rumpantur, ſed totum ſibi ſit conſentaneum atq; conueniens. Ita etiam in mũdi Muſica peruidemus, nihil ita nimium eſſe poſſe, ut alterum propria nimietate diſſoluat. Verũ quicquid illud eſt, aut ſuos † affert fructus, aut aliis auxiliatur, ut afferant. Nam quod conſtringit hyems, uer laxat, torret æſtas, maturat autumnus, tẽperatq; uiciſſim uel ipſa ſuos afferunt fructus, uel aliis ut afferant ſubminiſtrant. De quibus poſterius ſtudioſius diſputandum eſt. Humanam uero muſicam, quiſquis in ſeſe ipſum deſcendit, intelligit. Quid eſt enim quod illam incorpoream rationis uiuacitatem corpori miſceat, niſi quædam coaptatio, & ueluti grauium, leuiumq; uocum, quaſi unam conſonantiã efficiens, temperatio? Quid eſt autem aliud quod ipſius inter ſe partes animæ coniũgat, quæ (ut Ariſtoteli placet) ex rationabili, irrationabiliq́ue coniuncta eſt? Quid uero quod corporis elementa permiſceat, aut partes ſibimet rata coaptatione conti neat? Sed de hac quoq; poſterius dicam. Tertia eſt Muſica, quæ in quibuſdam conſiſtere dicitur inſtrumentis. Hæc uero adminiſtratur, aut intentione, ut neruis, aut ſpiritu, ut tibijs, uel his quæ ad aquam mouentur, aut percuſſione quadam, ut in his, quæ in concaua quædam uirga ærea feriuntur, atq; inde diuerſi efficiuntur ſoni. De hac igitur inſtrumentorum Muſica primum hoc opere diſputandum uidetur. Sed præmij ſatis eſt. Nunc de ipſis Muſicæ elementis eſt diſſerendum.

† decerpas

† effert

De uocibus ac de Muſicæ elementis, Cap. III.

CONſonantia, quæ omnem muſicæ modulationem regit, præter ſonum fieri non poteſt. Sonus uero præter quendam pulſum percuſſionemq; nõ reddit. Pulſus uero atq; percuſſio nullo modo eſſe poteſt, niſi præceſſerit motus. Si enim cuncta ſint immobilia, non poterit alterum alteri concurrere, ut alterum impellatur ab altero. Sed cuuctis ſtantibus motúque carentibus, nullum fieri neceſſe eſt ſonum. Idcirco definitur ſonus, aëris percuſſio indiſſoluta uſq; ad auditum. Motuum uero alij ſunt uelociores, alij tardiores, eorundemq; motuum alij rariores ſunt, alij ſpiſſiores. Nam ſi quis in continuum motum reſpiciat, ibi aut uelocitatem, aut tarditatem neceſſe eſt comprehendat. Sin uero quis moueat manum, aut frequenti eam motu mouebit aut raro. Et ſi tardus quidem fuerit ac rarior motus, graues neceſſe eſt ſonos effici ipſa tarditate, & raritate pellendi. Sin uero motus ſint celeres ac ſpiſſi, acutos reddi neceſſe eſt ſonos. Idcirco enim idem neruus ſi intenda tur amplius, acutum ſonat. Si remittatur graue. Quando enim tenſior eſt, uelociorẽ pulſum reddit, celeriuſq́ue reuertitur, & frequentius ac ſpiſſius aërem ferit. Qui uero laxior eſt, ſolutos ac tardos pulſus effert, raruſq́ue ipſa imbecillitate feriẽdi, nec diutius tremit. Neq; enim quotiens chorda pellitur, unus ædi tantum putãdus eſt ſonus, aut unam in his eſſe percuſſionem, ſed totiens aër ferítur, quotiens eum chorda tremebunda percuſſerit. Sed quoniam iunctæ ſunt uelocitates ſonorum, nulla intercapedo ſentitur auribus. Et unus ſonus ſenſum pellit uel grauis, uel acutus, quamuis uterq; ex pluribus conſtet, grauis quidem ex tardioribus & rarioribus, acutus uero ex † celeribus

ex † celeribus ac ſpiſſis, ueluti ſi conum, quem turbonem uocant, quis diligenter † exornet, eiq; unam uirgulam coloris rubri uel alterius ducat, & eum qua poteſt celeritate conuertat, tunc totus conus rubro colore uidetur infectus, non quo totus ita ſit, ſed quod partes puras rubræ uirgæ uelocitas comprehendat, & apparere non ſinat. Sed de his poſterius. Igitur quoniã acutæ uoces ſpiſſioribus & uelocioribus motibus incitantur, graues uero tardioribus ac raris. Liquet additione quadam motuũ ex grauitate acumen intendi, detractione uero motuum laxari ex acumine grauitatem. Ex pluribus enim motibus acumen, quàm grauitas conſtat. In quibus autẽ pluralitas differẽtiam facit, eam neceſſe eſt in quadam numeroſitate conſiſtere. Omnis uero paucitas ad pluralitatem ita ſeſe habet, ut numerus ad numerum comparatus. Eorum uero quæ ſecundum numerum conferuntur, partim ſibi ſunt æqualia, partim inæqualia. Quocirca ſoni quoq; partim ſunt æquales, partim uero ſunt inæqualitate diſtantes. Sed in his uocibus, quæ nulla inæqualitate diſcordant, nulla omnino conſonantia eſt; etenim conſonantia eſt diſſimilium inter ſe uocum in unum redacta concordia.

† celeribus

† exornet

De ſpeciebus inæqualitatum, Cap. IIII.

QVæ uero ſunt inæqualia, quinq; inter ſe modis inæqualitatis momenta cuſtodiunt. Aut enim alterum ab altero multiplicate tanſcenditur, aut ſingulis partibus, aut pluribus, aut multiplicitate & parte; aut multiplicitate & partibus. Et primum quidem inæqualitatis genus multiplex appellatẽ. Eſt uero multiplex, ubi maior numerus minorem numerum habet in ſe totum, uel bis, uel ter, uel quater, ac deinceps, nihilq; deeſt, nihilq; exuberat, appellatq; uel duplum, uel triplum, uel quadruplum, atq; ad hunc ordinem in infinita progredi tur. Secundum uero inæqualitatis genus eſt, quod appellatur ſuperparticulare, ideſt, cum maior numerus minorem numerum habet in ſe totum, & unam eius aliquam partem, eamq; uel dimidiam, ut tres duorum, & uocatur ſeſquialtera proportio, uel tertiam, ut quatuor ad tres, & uocatur ſeſquitertia. Adhunc etiam modum in poſterioribus numeris pars aliqua à maioribus ſuper minores numeros continetur. Tertium uero genus inæqualitatis eſt, quotiens maior numerus totum intra ſe minorem continet, & eius aliquantas inſuper partes, & ſi duas quidem ſuprà continet, uocabitur proportio ſuperbipartiens, ut ſunt quinq; ad tres. Sin uero tres ſuper ſe cõtinet, uocabitur ſupertripartiens, ut ſunt ſeptem ad quatuor. Et in cæteris † quidem eadem ſimilitudo eſſe poteſt. Quartum uero eſt inæqualitatis genus, quod ex multiplici, & ſuperparticulari coniungitur, cum ſcilicet maior numerus habet in ſe minorẽ numerum, uel bis, uel ter, uel quotieslibet, atq; eius unam aliquam partem. Et ſi eum bis habet, et eius dimidiam partẽ, uocabitur duplex ſeſquialter, ut ſunt quinq; ad duo. Sin uero bis minor continebitur, & eius tertia pars, uocabitur duplex ſeſquitertius, ut ſunt ſeptem ad tres. Sin uero tertio continebitur, & eius dimidia pars, uocabitur triplex ſeſquialter, ut ſunt ſeptem ad duo. Atq; ad eundem modum in cæteris & multiplicitatis, & ſuperparticularitatis uocabula uariantur. Quintum eſt genus inæqualitatis, quod appellatur multiplex ſuperpartiens, quando maior numerus minorẽ numerum habet in ſe totum pluſquàm ſemel, & eius pluſquàm unam aliquam partem. Et ſi bis maior numerus minorem numerum continebit, duasq; eius inſuper partes, uocabitur duplex ſuperbipartiens, ut ſunt tres ad octo, & rurſus triplex ſuperbipartiens, ut ſunt tres ad undecim. Ac de his idcirco nunc ſtrictim ac breuiter explicamus, quoniam in libris, quos de Arithmetica inſtitutione conſcripſimus, diligentius enodauimus.

† non eſt

Quæ inæqualitatis ſpecies conſonantijs aptentur, Cap. V.

EX his igitur inæqualitatis generibus poſtrema duo, quoniam ex ſuperioribus mixta ſunt, † relinquamus. De tribus uero prioribus ſpeculatio facienda eſt. Obtinere igitur maiorem ad conſonantias poteſtatem uidetur multiplex, conſequenter autem ſuperparticularis. Superpartiens uero ab harmoniæ concinentia ſeparatur, ut quibuſdam præter Ptolemæum uidetur.

† *exequamur*

Cur multiplicitas, & ſuperparticularitas conſonantijs deputentur, Cap. VI.

EA nanq; probantur comparationi cõſentanea, quæ ſunt natura ſimplicia. Et quoniam grauitas & acumen in quantitate conſiſtunt, ea maximè uidebuntur ſeruare naturam concinentiæ, quæ diſcretæ proprietatem quantitatis poterunt cuſtodire. Nam cum ſit alia quidem diſcreta quantitas, alia uero continua, ea quæ diſcreta eſt, in minimo quidem finita eſt, ſed in infinitũ per maiora procedit. Nanq; in ea minima unitas eademq; finita eſt. In infinitum uero modus pluralitatis augetur, ut numerus qui cum à finita incipiat unitate, creſcendi nõ habet finẽ. Rurſus quæ eſt continua, tota quidẽ finita eſt, ſed per infinita minuitur. Linea enim quæ continua eſt, in infinita ſemper partitione diuiditur. Cũ ſit eius ſumma, uel bipedalis, uel quæcũq; alia definita menſura. Quocirca numerus ſemper in infinita cõcreſcit, continua uero quantitas in infinita minuitur. Multiplicitas igitur quoniam creſcendi finem non habet, numeri maximè ſeruat naturã. Superparticularitas autem, quoniam in infinitum minorem minuit, proprietatem ſeruat continuæ quantitatis. Minuit autem minorem, cum ſemper eum continet, & eius uel dimidiam partem, uel tertiam, uel quartam, uel quintam. Nam ſemper pars à maiore numero denominata, ipſa decreſcit. Nam cum tertia à tribus denominata ſit, quarta uero à quatuor, cum quatuor tres ſuperent, quarta potius quàm tertia minutior inuenitur. Superpartiens uero iam quodammodo à ſimplicitate diſcedit. Duas enim uel tres uel quatuor habet inſuper partes, & à ſimplicitate diſcedens exuberat ad quandam partium pluralitatem. Rurſus multiplicitas omnis in integritate ſe continet. Nam duplum bis, habet totum minorem. Triplum item tertio continet totum minorem, atq; ad eundem modũ et cætera. Superparticularitas uero nihil integrum ſeruat, ſed uel dimidio ſuperat, uel tertia, uel quarta, uel quinta. Sed tamẽ diuiſionem ſingulis ac ſimplicibus partibus operatur. Superpartiens autem inæqualitas nec ſeruat integrum, nec † ſingulis adimit partes. Atq; † ideo ſecundum Pythagoricos, minimè muſicis cõſonãtijs adhibetur. Ptolemæus tamen etiam hanc proportionem inter conſonantias ponit, ut poſterius oſtendam.

† *ſingulas*
† *iccirco*

Quæ proportiones quibus conſonantijs muſicis aptentur, Cap. VII.

ILlud tamen eſſe cognitum debet, quod omnes muſicæ conſonantiæ, aut in duplici, aut in triplici, aut in quadrupla, aut in ſeſquialtera, aut in ſeſquitertia proportione conſiſtũt. Et uocabiſ quidẽ quę in numeris ſeſquitertia eſt, diateſſaron inſonis. Quæ in numeris ſeſquialtera, diapẽte appellatur in uocibus. Quę uero in proportionibus dupla eſt, diapaſon in conſonantijs. Tripla uero diapente, ac diapaſon. Quadrupla autem bisdiapaſon. Et nunc quidem uniuerſaliter, atq; indiſcretè dictum ſit. Poſterius uero omnis ratio proportionum lucebit.

Quid ſit ſonus, quid interuallum, quid concinentia, Cap. VIII.

SOnus igitur eſt uocis caſus, emmeles, ideſt, aptus melo, in unam intẽſionem. Sonum uero non generalem nunc uolumus definire. Sed eum qui Græcè dicitur phthongus, dictus à ſimilitudine loquendi φθέγγεσθαι. Interuallum uero eſt ſoni acuti, grauiſq; diſtantia. Conſonantia eſt acuti ſoni grauiſq; mixtura ſuauis,

tura, ſuauiter uniformiterq; auribus accidens. Diſſonantia uero eſt duorum ſonorum ſibimet permixtorum ad aurem ueniens aſpera, atq; iniocunda percuſſio. Nam dum ſibimet miſceri nolunt, & quodammodo integer uterq; nititur peruenire, cũque alter alteri officit, ad ſenſum inſuauiter uterq; tranſmittitur.

Non omne iudicium dandum eſſe ſenſibus, ſed amplius rationi eſſe credendum, in quo de ſenſuum fallacia, Cap. IX.

SEd de his ita proponimus, ut non omne iudicium ſenſibus demus, quãquam à ſenſu aurium huiuſce artis ſumatur omne principium. Nam ſi nullus eſſet auditus, nulla omnino diſputatio de uocibus extitiſſet. Sed principium quodammodo, & quaſi admonitionis uicem tenet auditus. Poſtrema † ergo perfectio, agnitionisq; uis in ratione conſiſtit, quæ certis regulis ſeſe tenens † nullo unquã errore prolabitur. Nam quid diutius dicendũ eſt de errore ſenſuum, quãdo nec omnibus eadẽ ſentiẽdi uis, nec eidem homini ſemp æqualis eſt? Fruſtra autẽ uario iudicio quiſq; cõmittet, qđ ueraciter affectat inqrere. Idcirco Pythagorici medio qđã ferũtur itinere. Nã nec omne iudiciũ dedunt auribus & quædã tamẽ ab eis nõ niſi auribus, exploranẽ. Ipſas etenim conſonãtias aure metiunẽ. Quibus uero inter ſe diſtantijs conſonantiæ differant, id iam non auribus, quarum ſunt obtuſa iudicia, ſed regulis rationiq; permittunt, ut quaſi obediens quidem, famulusq; ſit ſenſus, iudex uero atq; imperans ratio. Nam licet omniũ penè artium, atq; ipſius uitæ momenta, ſenſuum occaſione producta ſint, nullũ tamen in his iudicium certum, nulla ueri eſt comprehenſio, ſi arbitrium rationis abſcedat. Ipſe enim ſenſus æquè maximis minimiſq; corrumpitur. Nam neq; minima ſentire propter ipſorum ſenſibilium paruitatem poteſt, & maioribus ſæpe confunditur. Vt in uocibus quæ ſi minimę ſint, difficilius captat auditus, ſi ſint maximę, ipſius ſonitus intentione ſurdeſcit.

† *ergo*
† *unquã nullo*

Quemadmodum Pythagoras proportiones conſonantiarum inueſtigauerit, Cap. X

HAec igitur maxima cauſa fuit, cur relicto auriũ iudicio Pythagoras ad regularum mometa migrauerit, qui nullis humanis auribus credens, quæ partim natura, partim etiam extrinſecus accidentibus permutantur, partim ipſis uariantur ætatibus, nullis etiam deditus inſtrumentis, penes quæ ſæpe multa uarietas atque inconſtantia naſceretur, dum nunc quidem ſi neruos uelis aſpicere, uel aër humidior pulſus obtunderet, uel ſiccior exiccaret, uel magnitudo chordæ grauiorem redderet ſonum, uel acumen ſubtilior tenuaret, uel alio quodammodo ſtatum prioris conſtantiæ permutaret. Et cum idem eſſet in cæteris inſtrumentis, omnia hæc inconſulta minimeq; æſtimans fidei, diuq; æſtuans inquirebat, qua nam ratione firmiter, & conſtanter conſonantiarum momenta † perdiſceret. Cum interea diuino quodam motu præteriens fabrorum officinas, pulſos malleos † exaudiuit, ex diuerſis ſonis unam quodammodo concinentiam perſonare. Ita igitur ad id quod diu inquirebat, attonitus, acceſſit ad opus. Diuq; conſiderans arbitratus eſt, diuerſitatem ſonorum ferentium uires efficere. Atq; ut id apertius colligeret † mutarent inter ſe malleos imperauit. Sed ſonorum proprietas non in hominum lacertis hærebat, ſed mutatos malleos comitabatur. Vbi igitur id animad uertit, malleorum pondus examinat. Et cum quinq; eſſent fortè mallei, dupli reperti ſunt pondere, qui ſibi ſecundum diapaſon conſonantiam reſpondebãt. Eundem etiam qui duplus eſſet alio, ſeſquitertium alterius comprehendit, ad quem, ſcilicet, diateſſaron ſonabat. Ad alium uero quendam, qui eidem diapente conſonantia iungebatur, eundẽ ſuperioris duplũ reperit eſſe ſeſquialterum. Duo uero hi, ad quos

† *permiſceret*
† *exaudit*
† *mutarẽ*

ſuperior duplex ſeſquitertius & ſeſquialter eſſe probatus eſt, ad ſe inuicem ſeſquioctauam proportionem perpenſi ſunt cuſtodire. Quintus uero eſt reiectus, qui cunctis erat inconſonans. Cum igitur ante Pythagoram conſonantiæ muſicæ, partim diapaſon, partim diapente, partim diateſſaron, quæ eſt conſonantia minima, uocatẽ tur. Primus Pythagoras hoc modo reperit, qua proportione ſibimet hæc ſonorum chorda iungeretur. Et ut ſit clarius, quod dictum eſt. Sint uerbi gratia malleorũ quatuor pondera, quæ ſubterſcriptis numeris contineãtur, 12, 9, 8, 6. Hi igitur mallei, qui
† concinentia 12 & 6 ponderibus uergebant, diapaſon in duplo † concinentiam perſonabãt. Malleus uero 12 ponderum ad malleum 9. Et malleus 8 ponderum ad malleum 6 ponderum, ſecundum epitritam proportionem diateſſaron conſonantia iungebatur. Nouem uero ponderum ad 6, & 12 ad 8 diapente conſonantiam permiſcebãt. Nouem uero ad 8, in ſeſquioctaua proportione reſonabant tonum.

Hæc ultima figura & in ſuprema calce Arithmeticæ.



Quibus modis uariè à Pythagora proportiones conſonantiarum perpenſæ ſint. Cap. XI.

† Hæc HInc igitur domum reuerſus, uaria examinatione perpendit, an in his proportionibus ratio ſymphoniarum tota conſiſteret. † Hunc quidem æqua pondera neruis aptans, eorumq; conſonantias aure dijudicans. Nunc uero in longitudine calamorum duplicitatem medietatemq; reſtituens, cæteraſq; proportiones aptans, integerrimam fidem diuerſa experientia capiebat. Sæpe
† etiam † & pro menſurarum modo ciathos æquorum ponderum acetabulis immittens. Sæpe ipſa quoq; acebula diuerſis formata ponderibus, uirg auel ærea, ferreaue percutiẽs, nihil eſſe diuerſum inueniſſe lætatus eſt. Hinc etiã ductus, longitudinẽ craſſitudinemq; chordarum, ut examinaret aggreſſus eſt. Itaq; inuenit regulam, de qua poſterius loquemur, quæ ex re uocabulum ſumpſit, † non quod regula ſit linea, per quã
† non quod linea ſit regula magnitudines chordarum ſonumq; metimur, ſed quod regula quædam ſit huiuſmodi inſpectio fixa firmaq;, ut nullum inquirentem dubio fallat iudicio.

De diuiſione uocum, earumq; explanatione, Cap. XII.

SEd de his hactenus, nunc uocum differẽtias collígamus. Omnis enim uox aut ſynches eſt, quæ cõtinua, aut diaſtematice, quę dicit cũ interuallo ſuſpenſa. Et cõtinua quidẽ eſt, qua loquentes, uel pſam orationẽ legẽtes uerba pcurrimus. Feſtinat

Feſtinat enim tunc uox non inhærere in acutis & grauibus ſonis, ſed quam uelociſſimè uerba percurrere, expediendis q; ſenſibus, exprimendisq; ſermonibus continuè uocis impetus operantur. Diaſtematicè autem eſt ea, quam canendo ſuſpendimus, in qua non potius ſermonibus, ſed modulis inſeruimus. Eſtq; uox ipſa tardior, & per modulandas uarietates quoddam faciens interuallum, non taciturnitatis, ſed ſuſpenſæ ac tardæ potius cantilenæ. His (ut Albinus autumat) additur tertia differẽtia, quæ medias uoces poſſit includere, ſed Heroum poëmata legimus, neq; continuo curſu, ut proſam, neq; ſuſpenſo ſegnioriq; modo uocis, ut canticum.

Quod infinitatem uocum humana natura finierit, Cap. XIII.

SEd quæ continua uox eſt, & ea rurſus qua decurrimus cãtilenam, naturaliter quidem infinitæ ſunt. Conſideratione enim accepta, nullus modus uel euoluẽdis ſermonibus fit, uel acuminibus attollendis, grauitatibusq; laxandis, ſed utriſq; natura humana fecit proprium finem. Continuè enim uoci terminũ humanus ſpiritus fecit, ultra quem nulla ratione ualet excedere. Tantũ enim unuſquiſque loquitur continuè, quãtum naturalis ſpiritus ſinat. Rurſus diaſtematice uoci natura hominum facit terminum, quæ acutam eorum uocem grauemq; determinat. Tãtum enim unuſquiſq; uel acumen ualet extollere, uel deprimere grauitatem, quantum uocis eius naturaliter patitur modus.

Quis modus ſit audiendi, Cap. XIIII.

NVnc quis modus audiendi ſit diſſeramus. Tale enim quiddam fieri cõſueuit in uocibus, quale cum paludibus uel quietis aquis iactum eminus mergitur ſaxum. Priùs enim in paruiſſimum orbem undam colligit, deinde maioribus orbibus undarum globos ſpargit, atq; eo uſq; dum fatigatus motus ab eliciendis fluctibus conquieſcat. Semperq; poſterior, & maior undula pulſu debiliore diffundit. Quod ſi quid ſit, quod creſcentes undas poſſit offendere, ſtatim motus ille reuertitur, & quaſi ad centrum, unde profectus fuerat, eiſdẽ undulis rotundatur. Ita igitur cum aër pulſus fecerit ſonum, pellit alium proximũ, & quodammodo rotundum fluctum aëris ciet. Itaq; diffunditur & omnium circunſtantium ſimul ferit auditum, atq; illi eſt obſcurior uox, qui longius ſteterit, quoniam ad eum debilior pulſi aëris unda peruenit.

De ordine theorematum, ideſt, ſpeculationum, Cap. XV.

HIs igitur ita propoſitis dicendum uidetur, quot generibus omnis cantilena texatur, de quibus harmonicæ inuentionis diſciplina conſiderat. Sunt autẽ hæc Diatonicum, Chromaticum, Enharmonicum. De quibus ita demum explicandum eſt, ſi priùs de tetrachordis diſſeramus, & quemadmodum auctus neruorum numerus, ad id quo nunc † pluralitas eſt, uſq; peruenerit. Id autem ſi † pluralitatis
et, ſi priùs commemoremus, quibus proportionibus ſymphoniæ muſicę miſceanẽ.

De conſonantijs proportionum, & tono, & ſemitonio, Cap. XVI.

DIapaſon † conſonantia eſt, quæ fit in duplo ut hæc eſt, 1, 2. Diapente uero † ſymphonia
quæ conſtat his numeris, 2, 3. Diateſſaron uero eſt, quæ in hac proportione cõſiſtit, 3, 4. Tonus uero ſeſquioctaua pportione cõcluditur, ſed in hoc nondum eſt conſonantia, ut, 8, 9. Diapaſon uero & diapente tripla comparatione colligitur hoc modo, 2, 4, 6. Biſdiapaſon quadrupla collatione perficitur, 1, 4, 8. Diateſſaron uero ac diapente unum perficiunt diapaſon hoc modo: 2, 3, 4.







Nam ſi uox uoci duplo ſit acuta uel grauis, diapaſon conſonantia fiet. Si uox uoci ſeſquialtera proportione † ſit uel ſeſquitertia, uel ſeſquioctaua, acutior grauiorq; diapente, uel diateſſaron, uel tonum conſonantiam reddet. Item ſi diapaſon, ut, 2 & 4, & diapente, ut, 4 & 6 coniungantur, triplam, & quæ eſt diapaſon & diapente, efficiant ſymphoniam. Quod ſi bis diapaſon fiãt, ut duo ad quatuor, & quatuor ad octo, quadrupla fiet cõſonãtia, quæ eſt biſdiapaſon. Quod ſi ſeſquialtera, & ſeſquitertia, id eſt, diapente, & diateſſaron, ut duo ad tres, & tres ad quatuor cõiungantur, dupla id eſt, diapaſon nimirum naſcitur cõcinentia. Quatuor enim ad tres ſeſquitertiã obtinent proportionem. Tres uero ad binarium ſeſquialtera collatione iungũtur, & idem quaternarius ad binarium appoſitus dupla ei cõparatione copulatur. Sed ſeſquitertia diateſſaron, ſeſquialtera proportio diapente conſonantiam creãt. Dupla uero diapaſon efficit ſymphoniam. Diateſſaron igitur ac diapẽte unam diapaſon conſonantiam iungunt. Rurſus tonus in æqua diuidi non poteſt, cur autem poſteriꝰ liquebit. Nunc hoc tantum noſſe ſufficiat, quod nunq; tonus in gemina æqua diuiditur. Atq; ut id facilimè cõprobetur, ſit ſeſquioctaua proportio 8 & 9. Horum nullus naturaliter medius numerus incidet. Hos igitur ſi binario multiplicemus, fiuntq; bis 8 16, bis 9 18, inter 16 autẽ & 18 unus numerus† naturaliter† incidit qui eſt, ſcilicet, 17. Qui diſponantur in ordinem 16, 17, 18. Igitur 16 ac 18 collati, ſeſquioctauam retinent proportionem, atq; idcirco tonum. Sed hanc proportionem 17 numerus medius non in æqualia partitur. Comparatus enim ad 16, habet in ſe torum 16, & eius ſextamdecimam partem, ſcilicet, unitatem. Si uero ad eum, id eſt, 17, tertius, id eſt, 18 numerus comparetur, habet eum totum, & eius decimam ſeptimam partem. Non igitur iiſdem partibus & minorem ſuperat, & à maiore ſuperatur. Eſt enim minor pars ſeptimadecima, maior ſextadecima. Sed utraque

† *ſit*

† *naturalis*
† *intercidit.*

ſemitonia nuncupãtur. Non quod omnino ſemitonia ex æquo ſint media, ſed quod ſemum dici ſolet, quod ad integritatem uſq; non peruenit. Sed inter hæc unum maius ſemitonium nuncupatur, aliud minus.

In quibus primis numeris ſemitonium conſtet, Cap. XVII.

QVod uero integrum ſit ſemitonium, aut in quibus primis numeris cõſtet, nunc euidentius explicabo. Id enim quod de diuiſione toni dictũ eſt, non ad hoc pertinet, ut ſemitoniorũ modos uoluerimus oſtendere. Sed ad id potius quod tonum in gemina æqua diceremus non poſſe diſiungi. Diateſſaron, quæ eſt cõſonantia, uocum quidem eſt quatuor, interuallorum trium. Conſtat autem ex duobus tonis, & non integro ſemitonio. Sit enim ſubiecta deſcriptio 192, 216, 243, 256. Si igitur 192 numerus, 256 comparetur, ſeſquitertia proportio fiet, ac diateſſaron concinentiam reſonabit. Sed ſi 216 ad 192 comparemus, ſeſquioctaua proportio eſt, eſt enim eorum differentia 24, quæ eſt octaua pars 192 eſt igitur tonus. Rurſus ſi 243 ad 216 comparetur, erit altera ſeſquioctaua proportio. Nam eorum differentia 27, pars 216, probatur octaua, reſtat cõparatio 256 ad 243, quorum differentia eſt 13. Qui octies facti, medietatem 243 non uidentur implere. Non eſt igitur ſemitonium, ſed minus à ſemitonio. Tunc enim integrũ eſſe ſemitonium iure putaretur. Si eorum differentia, quæ eſt 13 facta octies, medietatem 243 numerorum potuiſſet æquare. Eſtq; uerum ſemitonium minus 243 ad 256 comparatio.



Diateſſaron à diapente tono diſtare, Cap. XVIII.

RVrſus diapente cõſonãtia, uocũ quidẽ eſt quinq;, interuallorũ quatuor, trium tonorũ, & minore ſemitonio. Ponat enim idẽ numerus 192, & eius ſeſquialter ſumatur, qui ad eum diapente faciat cõſonantiam. Sit igitur numerus 288. Igitur horum & ſuperius deprehenſorum 192, ponantur in medio numeri hi 216, 243, 256, & ſit hoc modo formata deſcriptio, 192, 216, 243, 256, 288.



In ſupe-

In ſuperiore igitur deſcriptione 192 & 256 duos tonos & ſemitoniũ cõtineri monſtrati ſunt. Reſtat igitur comparatio 256 ad 288, quæ eſt ſeſquioctaua, id eſt, tonus eorumq; differentia eſt 32, quæ eſt octaua pars 256. Itaq; monſtrata eſt diapente cõſonantia ex tribus tonis ſemitonioq; † conſtare. Sed † dubiũ diateſſaron conſonantia à centum nonaginta duobus numeris uſq; ad 256 uenerat. Nunc uero diapente ab eiſdem 192 numeris uſq; ad 288 diſtẽditur. Superatur igitur diateſſaron cõſonantia à diapente, ea proportione, quæ inter 256 & 288 numeros cõtinetur, at eſt hic tonus. Diateſſaron igitur ſymphonia à diapente tono tranſcenditur.

† *conſiſtere.*
† *duduin*

Diapaſon quinq; tonis, & duobus ſemitonijs iungi, Cap. XIX.

DIapaſon conſonantia conſtat ex quinq; tonis, & duobus ſemitonijs, quæ tamen unũ nõ impleãt tonũ. Quoniã enim monſtratũ eſt diapaſon ex diapente & diateſſarõ cõſiſtere, diateſſarõ uero probata eſt ex duobus tonis, & ſemitonio cõſtare, diapente ex tribus tonis ac ſemitonio, ſimul iũcta effi ciũt quinq; tonos. Sed quoniã illa duo ſemitonia non erant integræ medietatis, eorũ coniunctio ad plenum uſq; non peruenit. Sed medietatem quidem ſuperat, ab integritate relinquit. Eſtq; diapaſon ſecũdũ hanc rationẽ ex quinq; tonis, & duobus ſemitonijs. Quæ ſicut ad integrum tonum non aſpirant, ita ultra integrum ſemitonium prodeunt. Sed quæ horum ſit ratio, uel quemadmodum ipſe muſicæ cõſonantiæ reperiantur, poſtea liquidius explanabitur. Interea præſenti diſputationi ſub mediocri intelligentia † credulitatis adhibenda eſt, tunc uero firma omnis fides ſumenda eſt, cum † propria unumquodq; demonſtratione claruerit. His igitur ita diſpoſitis pauliſper de cytharæ neruis, ac de eorum nominibus, quoq; modo † ſunt additi differamus, quæq; eorum cauſa ſit nominum. His enim primum ad noticiam uenientibus facile erit ſcientiam, quæ ſequuntur, amplecti.

† *credulitas*
† *propriè*
† *ſint*

De additione chordarum, earumq; nominibus, Cap. XX.

SImplicem principio fuiſſe muſicam refert Nicomachus, adeò ut quatuor neruis tota conſtaret. Idq; uſque ad Orpheum duravit, ut primus quidẽ neruus, & quartus diapaſon conſonãtiam reſonarent. Medij uero ad ſe inuicem, atq; ad extremos diapente ac diateſſaron, ac tonum, nil uero in eis eſſet inconſonum, ad imitationem, ſcilicet, Muſicæ mundanæ, quæ ex quatuor conſtat elementis. Cuius quadrichordi Mercurius dicitur inuentor.



Quintam uero chordam poſt Chorebus Athys filius adiunxit, qui fuit Lydorũ rex. Hyagnis uero Phryx ſextum his appoſuit neruum. Sed ſeptimus neruus à Terpãdro Lesbio adiunctus eſt, ſecundum ſeptẽ, ſcilicet, planetarum ſimilitudinem. Inq; his quæ grauiſſima quidẽ erat, uocata eſt hypate, quaſi maior atq; honorabilior. Vn

de Io-

de Iouem etiam Hypaton uocant, Consulem eodem quoq; nuncupant nomine propter excellẽtiam dignitatis, eaq; Saturno est attributa propter tarditatem motus, & grauitatem soni. Parhypate uero secunda, quasi iuxta hypaten posita & collocata. Lichanos tertia idcirco, quoniam lichanos digitus dicitur, quem nos indicem uocamus. Græcus à lingendo lichanon appellat. Et quoniam in canendo ad eam chordã, quæ erat tertia ab hypate, index digitus, qui est lichanos inueniebatur, idcirco ipsa quoq; lichanos appellata est. Quarta dicitur mese, quoniam inter septẽ semper est media. Quinta est parameſe, quasi iuxta mediam collocata. Septima autem dicitur nete, quasi neate, id est, inferior. Inter quam neten, & parameſen est sexta, quæ uocatur paranete, quasi iuxta neten locata. Parameſe uero quoniam tertia est à nete, eodem quoq; uocabulo trite, id est tertia nuncupatur, ut sit descriptio hæc.



His octauam Samius Lichaon adiunxit, atq; inter parameſen, quæ etiam trite dicitur, & paraneten neruum mediam coaptauit, ut ipse tertius esset à nete. Et parameſe quidem uocata est † solum, quæ post mediam collocabatur. Trites uero nomen perdidit, postea quã inter eam atq; paraneten tertius à nete locatus est neruus, qui digne trites nomẽ exciperet, ut sit octochordum secundum Lichaonis additionem hoc modo:

† sola



In ſuper-

In superioribus igitur duabus dispositionibus heptachordi, & octochordi. Heptachordum quidem dicitur synemmenon, quod est coniunctum. Octochordum uero diezeugmenon, quod est disiunctum. In heptachordo enim est unum tetrachordũ, hypate, parhypate, lichanos, meſe. Aliud uero meſe, parameſe, paranete, nete, dum meſen neruum secundo numeramus, atq; ideo duo tetrachorda per meſen coniunguntur. In octochordo uero quoniam octo sunt chordæ, superiores quatuor, idest, hypate, parhypate, lichanos, meſe unum tetrachordum explent. Ab hoc uero disiũctum atq; integrum inchoat à parameſe, progreditur q; per triten, & paraneten & † finitũ ad neten, & est disiũctio, quæ uocatur † diezeuxis. Tonus q; est distantia meſes, & parameſes. Hic igitur meſe tantum quidem nomen obtinuit. Non enim est media positione, quia in octochordo duæ quidem semper mediæ reperiunt, sed una media non potest inueniri. Prophrastus autem periotes ad grauiorem partem unã addidit chordã, ut faceret totum enneachordũ. Quæ quoniam super hypaten est adita, hyperhypate est nuncupata. Quæ prius quidem dum nouem chordarum tantum esset cythara, hyperhypate uocabatur. Nunc autem lichanos hypaton dicitur aliis superadditis. In quo ordine, atq; instructione, quoniam ad indicem digitum uenit, lichanos appellata est. Sed hoc posterius apparebit. Nunc uero enneachordi ordo sic se habet.

† finitur
† diezeuxis



Hestiæus Colophonius decimam in grauiorem partem coaptauit chordam. Timotheus uero Milesius undecimam. Quæ quoniam super hypaten, atque parhypaten sunt additæ, hypate quidem hypaton uocatæ sunt quasi maximæ magnarum, & grauissimę grauium, aut excellentes excellentium. Sed uocata est prima inter undecim hypate hypaton. Secunda uero parhypate hypaton, quoniam iuxta hypaten hypaton collocata est. Tertia quæ dudum in enneachordo hyperhypate uocabatur, lichanos hypaton est nuncupata. Quarta uero hypate antiquum tenuit nomen. Quinta parhypate. Sexta lichanos antiquum, scilicet, habens uocabulum. Septima meſe. Octaua parameſe. Nona trite. Decima paranete. Vndecima nete. Est igitur unũ tetrachordum hypate hypaton, parhypate hypaton, lichanos hypaton, hypate. Aliud uero hypate, parhypate, lichanos, meſe, & hæc quidem coniuncta sunt. Tertium uero est parameſe, trite, paranete, nete. Sed quoniam inter superius tetrachordum, quod est hypate hypaton, parhypate hypaton, lichanos hypaton, hypate meson, & inter infimum, quod est parameſe, trite, paranete, nete, sit

nete, sit positione medium tetrachordum, quod est hypate, parhypate. Lichanos, mese, totum hoc medium tetrachordum meson uocatum est, quasi mediarum, uocatur & cum additamento hoc hypate meson, parhypate meson, lichanos meson, mese. Quoniã uero inter hoc meson tetrachordum, & inferius, quod est netarum, disiũctio est, meses, scilicet, & parameses, inferius omne tetrachordum disiunctarum, id est, diezeugmenon uocatum est, cum additamento, scilicet hoc. Parameſe diezeugmenon, trite diezeugmenon, paranete diezeugmenon, nete diezeugmenon ut sit descriptio, hoc modo:



Est igitur hic inter parameſen ac meſen disiũctio atq; ideo diezeugmenõ tetrachordum hoc uocatũ est. Quod si parameſe auferat, & sit meſe trite, paranete, nete, tũc coniuncta, id est, synẽmena erunt tria tetrachorda, uocabiturq; ultimũ tetrachordũ sinẽmenon hoc modo:



Sed quoniã in hac uel in superiore hendecachordi dispositione meſe, quæ propter mediam collocationem ita uocata est, nete proxima accedit, & longe ab hypatis ultimis distat, nec proprium distantiæ retinet locum, aliud unum tetrachordum adiunctum est, super neten diezeugmenon, quæ quoniam superuadebat acumine netas superius collocatas, omne illud tetrachordum hyperboleon uocatum est, hoc modo:

Hypate



Sed quoniam rursus meſe non erat loco media, sed magis hypatis accedebat. Idcirco super hypatas hypaton addita est una chorda, quæ dicitur proslambanomenos, ab aliquibus autem prosmelodos dicitur, tono integro distans ab ea quę est hypate hypaton. Et ipsa quidem, id est, proslambanomenos à meſe octaua est, resonans cum ea diapason symphoniam, eademq; ad lychanon hypaton resonat diatessaron ad quartam, scilicet, quæ lychanos hypaton ad meson resonat diapente symphoniam & est ab ea quinta. Rursus meſe à parameſe distat tono, quæ eadem meſe ad neten diezeugmenon quintam facit diapente consonantiam.

Quæ nete diezeugmenon ad neten hyperboleon quartam, facit diatessaron cõsonantiã. Et proslambanomenos ad neten hyperboleon reddit bisdiapason consonantiã hoc modo:

Proslamba-



De generibus cantilenarum, Cap. XXI.

HIs igitur expeditis, dicendum eſt de generibus melorum. Sunt autem tria diatonum, chroma, enharmonium, & diatonicum quidem, aliquanto durius & naturalius. Chroma uero eſt iam quaſi ab illa naturali intentione † deſcendens, & in mollius decidens. Enharmonium uero optimè atq; aptè coniũctum. Cum ſint igitur quinq; tetrachorda, hypaton, meſon, ſynemmenon, diezeugmenon, hyperboleon. In his omnibus ſecundum diatonum cantilenæ procedit uox per ſemitonium, tonum ac tonum, in uno tetrachordo. Rurſus in alio tetrachordo per ſemitonium tonum & tonum, ac deinceps. Ideoq; uocatur diatonicum quaſi quod per tonum ac per tonum progrediatur. Chroma autẽ quod dicitur color, quaſi iam ab huiuſmodi intentione prima mutatio cantatur per ſemitoniũ & ſemitonium & tria ſemitonia. Tota enim diateſſaron conſonantia eſt duorum tonorum ac ſemitonij, ſed non pleni. Tractum eſt aũt hoc uocabulum ut diceretur chroma à ſuperficiebus, quę cum permutantur in aliũ trãſeunt colorem. Enharmonium uero quod eſt magis coaptatum, eſt quod cantatur in omnibus tetrachordis per diesin & † diatonum. Dieſis autem eſt ſemitonij dimidium, ut ſit trium generum deſcriptio, per omnia tetrachorda diſcurrens, hoc modo:

† *diſcedẽs*

† *ditonum*

Diatoni-



De ordine chordarum nominibus q; in tribus generibus, Cap. XXII.

NVnc igitur ordo chordarum diſponendus eſt omnium quæ per tria genera uariantur, uel inconſtanti ordine diſponũtur. Prima eſt igitur proslambanomenos, quæ eadem dicitur proſmelodos. Secũda hypate hypaton. Tertia parhypate hypaton. Quarta uero uniuerſaliter quidem lichanos appellaſ. Sed ſi in diatono genere † aptet, dicitur lichanos hypaton, diatonos. Si uero in chromate, dicit diatonos chromaticę, uel lichanos hypaton chromaticæ. Si autem in enharmonio, dicitur lichanos hypaton, enharmonios uel diatonos, hypaton enharmonios. Poſt hanc uocatur hypate meſon. De hinc parhypate meſon. Atque † hic lichanos meſon ſimpliciter. In † diatonico quidem genere, diatonos meſon. In chromate, lichanos meſon chromaticę, uel diatonos meſon chromaticæ. In enharmonio diatonos meſon enharmonios, uel lichanos meſon enharmonios. Has ſequit meſe. Poſt hãc ſunt duo tetrachorda partim ſynemmenon, partim diezeugmenon. Et ſynemmenon eſt quod poſt meſen ponit, id eſt, trite ſynemmenon. De hinc lichanos ſynemmenon, eadem † indiatonico diatonos ſynemmenon. In chromate uero uel diatonos ſynemmenon chromaticæ, uel lichanos ſynemmenon chromaticę. In enharmonio uero uel diatonos ſynemmenon enharmonios, uel lichanos ſynemmenon enharmonios. Poſt has nete ſynemmenon. Si uero meſe neruo non ſit ſynemmemon tetrachordũ adiunctum, ſed ſit diezeugmenon, eſt poſt meſen parameſe. De hinc trite diezeugmenon, inde lichanos diezeugmenon, quæ in diatono, diatonos diezeugmenon. In chromate, tum diatonos diezeugmenon chromaticæ, tum lichanos diezeugmenon chromaticæ. In enharmonio uero tum diatonos diezeugmenon enharmonios, tum lichanos diezeugmenon enharmonios. Eadem uero dicitur, & paranete, cum additione uel diatoni, uel chromatis, uel enharmonij. Super has nete diezeugmenon, trite hyperboleon, paranete hyperboleon, nete hyperboleon, & quæ eſt paranete hyperboleon, eadẽ in diatono diatonos hyperboleon. In chromate uero chromaticæ hyperboleon. In enharmonio uero enharmonios hyperboleon. Harum ultima ea eſt quæ eſt nete hyperboleon, & ſit deſcriptio eiuſmodi ut trium generum contineat diſpoſitionem, in quibus & ſimilitudinem nominum & differentiam pernotabis, ut ſi neruí ſimiles in omnibus, cum eis qui ſunt diſſimiles colligantur, fiant ſimul omnes octo & uiginti. Hoc autem monſtrat ſubiecta deſcriptio.

† *coaptetur*

† *hinc*

† *diatono*

† *indiatono*

Diatonicum	Chromaticum	Enharmonium
Proslambanomenos	Proslambanomenos	Proslambanomenos
Hypate hypaton	Hypate hypaton	Hypate hypaton
Parhypate hypaton	Parhypate hypaton	Parhypate hypaton
Lichanos hypaton diatonos	Lichanos hypaton chromaticæ	Lichanos hypaton enharmon.
Hypate meſon	Hypate meſon	Hypate meſon
Parhypate meſon	Parhypate meſon	Parhypate meſon
Lichanos meſon diatonos	Lichanos meſon chromaticæ	Lichanos meſon enharmonios
Meſe	Meſe	Meſe
Trite ſynemmenon	Trite ſynemmenon	Trite ſynemmenon
Paranete ſynemmenon diaton.	Paranete ſynemenon chromaticæ	Paranete ſynemmenon enhar.
Nete ſynemmenon	Nete ſynemmenon	Nete ſynemmenon
Parameſe	Parameſe	Parameſe
Trite diezeugmenon	Trite diezeugmenon	Trite diezeugmenon
Paranete diezeugmen. diatonos	Paranete diezeugmen. chromaticæ	Paranete diezeugmen. enhar.
Nete diezeugmenon	Nete diezeugmenon	Nete diezeugmenon
Trite hyperboleon	Trite hyperboleon	Trite hyperboleon
Paranete hyperboleon diaton.	Paranete hyperboleon chromat.	Paranete hyperboleon enhar.
Nete hyperboleon	Nete hyperboleon.	Nete hyperboleon

Quæ ſint inter uoces in ſinguris generibus proportiones, Cap. XXIII.

HOc igitur modo per ſingula tetrachorda in generũ proprietates partitio facta eſt, ut omnia quidẽ diatonici generis quinq; tetrachorda, duobus tonis ac ſemitonio partiremur. Dicit in hoc genere tonus incõpoſitus, idcirco quoniã integer ponitur, nec aliquod ei aliud interuallũ adiungit. Sed in ſingulis interuallis integri inſunt toni. In chromate uero ſemitonio, ac ſemitonio incõpoſitoq; trihemitonio poſita diuiſio eſt. Idcirco autem incompoſitum hoc trihemitonium appellauimus, quoniã in uno collocatum eſt interuallo, poteſt † autem appellari trihemitonium in diatono genere ſemitonium ac tonus, ſed non eſt incompoſitum, duobus enim id perficitur interuallis, & in enharmonio genere idem eſt. Conſtat autẽ ex dieſi, & dieſi, & † ditono incõpoſito, quod, ſcilicet, propter eãdem cauſam incompoſitum nuncupamus, quoniam in uno collocatum eſt interuallo.

† *enim*

† *diatono*

Quid ſit ſynaphe, Cap. XXIIII.

SEd in his ita diſpoſitis cõſtitutisq; tetrachordis ſynaphe eſt. Quam coniunctionem dicere latina ſignificatione poſſumus, quotiens duo tetrachorda unius termini medietas continuat atq; coniungit, ut in hoc tetrachordo:



Hoc

Hoc † igitur eſt unum † tetrachordum hypate hypaton, parhypate hypaton, lichanos hypaton, hypate meſon. Aliud uero hypate meſon, parhypate meſon, lichanos meſon, meſe. In utriſq; igit tetrachordis hypate meſon adnumerata eſt. Superioriſq; tetrachordi ea eſt acutiſſima, poſterioris uero grauiſſima. Eſtq; iſta coniunctio una eademq; chorda hypate meſon, duo tetrachorda cõiungens, ut eadẽ hypaton ac meſon tetrachorda in ſuperiore deſcriptione adiunxit. Eſt igitur ſynaphæ, quæ coniunctio dicitur, duorum tetrachordorum uox media, ſuperioris quidem acutiſſima, poſterioris uero grauiſſima

† *Hic ergo*

† *tetrachordorum*

Quid ſit diezeuxis, Cap. XXV.

DIezeuxis uero appellatur, quę diſiunctio dici poteſt, quotiẽs duo tetrachorda toni medietate ſeparantur, ut in his duobus tetrachordis.



Duo igitur eſſe tetrachorda euidenter apparet, quoniamquidem octo ſunt chordæ. Sed diezeuxis eſt, id eſt, diſiunctio inter meſen & parameſen, quæ inter ſe pleno differre tono, de quibus euidẽtius explicabit, cum unũquodq; ſtudioſius explanandũ poſterior tractatus aſſumpſerit. Sed diligentius intuenti quinq;, non amplius tetrachorda reperiuntur, hypaton, meſon ſynemmenon, diezeugmenon, hyperboleon.

Quibus nominibus neruos appellauerit Albinus, Cap. XXVI.

ALbinus autem earum nomina latina oratione ita interpretatus eſt, ut hypatas principales uocaret, meſas medias, ſymemmenas cõiunctas, diezeugmenas diſiunctas, hyperboleas excellentes. Sed nobis in alieno opere non erit immorandum.

Qui nerui quibus ſyderibus comparentur, Cap. XXVII.

ILlud tamen interim de ſuperioribus tetrachordis addẽdum uidetur, quod ab hypate meſon uſq; ad neten quaſi quoddam ordinis diſiunctionisq; cœleſtis exemplar eſt. Nãq; hypate meſon Saturno eſt attributa, parhypate uero Iouiali circulo conſimilis eſt, lichanon meſon Marti tradidere, Sol meſon obtinuit, trite ſynemmenon Venus habet, paranete ſynemmenon Mercurius regit, nete autẽ Lunaris circuli tenet exemplum. Sed Marcus Tullius contrariũ ordinem facit. Nam in 6. lib. de Republica ſic ait: Et natura fert ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera

autem acutè ſonent. Quam ob cauſam ſummus ille cœli ſtellifer curſus, cuius conuerſio eſt cōcitatior acuto, & excitato mouetur ſono, grauiſſimo autem hic lunaris atq; infimus. Nam terra nona, immobilis manēs ima ſede ſemper hæret, hic igitur Tullius terrā quaſi ſilentiū ponit, ſcilicet, immobilem. Poſt hanc † ſui proximus à ſilentio eſt, dat Lunæ grauiſſimū ſonum, ut ſit Luna proslambanomenos, Mercurius hypate hypaton, Venus parhypate hypaton, Sol lichanos hypaton, Mars hypate meſon, Iuppiter parhypate meſon, Saturnus lichanos meſon, Cœlū ultimū meſe. Quæ uero ſint harum immobiles, quæ uero in totum mobiles, quę autem immobiles mobiles que conſiſtant, cum de monochordi regularis diuiſione tractauero, erit locus aptior explicandi.

† qui

Quæ ſit natura conſonantiarum, Cap. XXVIII.

† conſonantias

† Conſonantiā uero licet aurium quoq; ſenſus dijudicet, tamē ratio perpendit. Quotiens enim duo nerui, uno grauiore, intenduntur, ſimulq; pulſi reddunt permixtum quodammodo & ſuauem ſonum, duæq; uoces quaſi coniunctæ in unum coaleſcūt, tunc fit ea quę dicitur conſonantia. Cum uero ſimul † pulſi, ſibi quiſq; ire cupit, nec permiſcent ad aurem ſuauem atq; unum ex duobus compoſitum ſonum, tunc eſt quæ dicitur diſſonantia.

† pulſis

Vbi conſonantiæ reperiuntur, Cap. XXIX.

IN his autem cōparationibus grauitatis atq; acuminis has conſonantias neceſſe eſt inueniri, quæ ſibi commenſuratæ ſint, id eſt, quę notam poſſunt communem habere menſuram, ut in multiplicibus duplum, quod eſt, illa pars metitur, quæ inter duos eſt terminos differentia, ut inter duos & quatuor binarius utroſque metitur, inter duos atq; ſex quę tripla eſt, binarius utroſq; metiatur, inter nouem atque octo eadem unitas eſt, quæ utroſque metiatur. Rurſus in ſuperparticularibus ſi ſeſquialtera ſit proportio, ut quatuor ad ſex, binarius eſt qui utroſq; metiatur, qui, ſcilicet, utrorumque eſt differentia. Quod ſi ſeſquitertia ſit proportio, ut ſi octo ſenario comparentur, idem binarius utroſq; metitur, id uero non euenit in ceteris generibus inæqualitatum, quæ ſuprà retulimus, ut in ſuperpartiētē. Nam ſi quinarium ad ternarium comparemus, binarius qui eorum differētia eſt, neutrum metitur. Nam ſi ſemel ternario comparatus, minor eſt, duplicatus excedit. Item bis quinario cōparatus, minor eſt, tertio uero, ſupergreditur. Atque idcirco hoc primum inæqualitatis genus à conſonantię natura diſiungitur † amplius quod in his, quæ cōſonantias formant, multa ſimilia ſunt, in † his uero minimē, id probatur hoc modo: Nanq; duplū nihil eſt aliud niſi bis ſimplum. Triplum nihil aliud, niſi tertio ſimplum. Quadruplū uero, idem eſt quod quarto ſimplum. Seſquialterum, bis medietas. Seſquitertium uero ter pars tertia, quod haud facilè in cæteris inæqualitatum generis inuenitur.

† amplius dicam † illis

Quemadmodum Plato dicat fieri conſonantias, Cap. XXX.

† autem

† offenſaq;

PLato † uero hoc modo fieri in aure conſonantiam dicit. Neceſſe eſt, inquit, † uelociorē quidem eſſe acutiorem ſonū. Hic igitur cum grauem præceſſerit, in aurem celer ingreditur, † oſtenſaque extrema eiuſdem corporis parte quaſi pulſus iterato motu reuertitur. Sed iam ſegnior, nec ita celeri, ut primo impetu emiſſus cucurrit, quocirca grauior quoque. Cum igitur iam grauior rediens, nunc primum graui ſono ueniēti ſimilis occurrit, miſcetur ei, unamq;, († ut ait Plato) conſonantiam miſcet.

† non habetur

Quid contra Platonem Nicomachus ſentiat, Cap. XXXI.

SEd id Nicomachus non arbitratur dictum ueraciter. Neq; enim ſimilium eſſe † conſonantiam, ſed diſſimilium potius in unum eandemq; † conſonantiā uenientium, grauius † uero graui ſi miſceatur, nullam facere cōſonantiam, quoniam hanc canendi, cōcordiam ſimilitudo non efficit, ſed diſſimilitudo. Quæ cum diſtet in ſingulis uocibus, copulat in mixtis. Sed hinc potius Nicomachus con-

† cōſonantias
† concordiā
† enim

ſonantiam

ſonantiā fieri putat. Non, inquit, unus tantū pulſus eſt, qui ſimplicem modum uocis emittat, ſed ſemel percuſſus neruus ſæpius aērem pellens multas efficit uoces. Sed quia ea uelocitas eſt percuſſionis, † ut ſonus ſonum quodammodo cōprehendat, diſtantia non ſentitur, & quaſi una uox auribus uenit. Si igitur percuſſiones grauiū ſonorum commenſurabiles ſint percuſſionibus acutorum ſonorum, ut in his proportionibus, quas ſuprà retulimus, non eſt dubium quin ipſa commenſuratio ſibimet miſceatur, unamq; uocum efficiat conſonantiam.

† ut ſonus ſonū cōprehendat diſtantia

Quæ conſonantia quam merito præcedat, Cap. XXXII.

SEd inter omnes quas retulimus cōſonantias, habendum iudicium eſt, ut in aure ita quoq; in ratione quam harū meliorem oporteat arbitrari. Eodem, nanq; modo auris afficitur ſonis, uel oculus aſpectu, quo animi iudiciū numeris, uel continua quātitate. Propoſito enim numero, uel linea nihil eſt facilius, quàm eius duplum oculo uel animo contueri. Item poſt dupli iudiciū ſequitur dimidij, poſt dimidium tripli, poſt † triplum partis tertiæ. Quæ ideo quoniam facilior eſt dupli deſcriptio, optimam Nicomachus putat diapaſon conſonantiam, poſt hanc diapente, quæ medium tenet, hinc diapente ac diapaſon, quæ triplum. † Cæteraq; ſecundum eundem modum formamq; dijudicat. Non uero hoc Ptolemęus eodem modo, cuius omnem ſententiam poſterius explicabo.

† tripli

† cæteraſq;

Quo ſint modo accipienda quæ dicta ſunt, Cap. XXXIII.

OMnia tamen quæ de hinc diligentius expedienda ſunt, ſummatim nunc ac breuiter attentemus, ut interim in ſuperficie quadam animum hæc lectoris aſſuefaciant, qui ad interiorē ſcientiam poſteriore tractatione deſcendet. Nunc uero quod erat Pythagoricis in morem, ut cum quid à magiſtro Pythagora diceretur, hinc nullus rationes petere audebat, ſed erat ei ratio docentis auctoritas, idq; fiebat † quādiu diſcentis animus firmiore doctrina roboratus, ipſe † eandem rerum rationem nullo etiam docente reperiret, ita etiam nunc lectoris fidei, quę præponimus, cōmendamus, ut arbitretur diapaſon in dupla, diapente in ſeſquialtera, diateſſaron in ſeſquitertia, diapēte ac diapaſon in triplici, bis diapaſon in quadrupla propoſitione cōſiſtere. † Poſt uero & hoc ratio diligentius explicabit, & quibus modis aurium quoq; iudicio cōſonantiæ Muſicæ colligantur, cæteraq; omnia, quę ſuperius dicta ſunt amplior tractatus ediſſeret, & tonum ſeſquioctauā facere proportionem, eumq; in duo æqua diuidi non poſſe, ſicut nullam eiuſdem generis † proportiones, id eſt, ſuperparticularis, diateſſaron etiam conſonantiam duobus tonis ſemitonioq; conſiſtere, ſemitonia uero eſſe duo, maius ac minus, diapente autem tribus tonis ac ſemitonio minore contineri. Diapaſon uero quinq; tonis ac duobus minoribus ſemitonijs expleri, neq; ad ſex tonos ullo modo peruenire. Hæc omnia poſterius & numerorum ratione & aurium iudicio comprobabo, atq; hæc hactenus.

† ut ſonus ſonū cōprehendat diſtantia

† tripli

† cæteraſq;

† Poſt uero et ratio diligentius explicabitur

† proportionem

Quid ſit Muſicus. Cap. XXXIIII.

NVnc illud eſt intuendum, quod omnis ars, omnisq; etiā diſciplina honorabiliorē naturaliter habeat rationē, quā artificium, quod manu atq; opere artificis exercetur. Multo enim eſt maius atq; † altius ſcire quod quiſque faciat, quàm ipſum illud efficere, q̄ ſciat, & enim artificiū corporale, quaſi ſeruiens famulatur. Ratio uero quaſi domina imperat, & niſi manus ſecundum id q̄ ratio ſancit, efficiat, fruſtra ſit. Quāto igitur præclarior eſt ſcientia Muſicæ in cognitione rationis, quā in opere efficiendi atq; actu tantū, ſcilicet, quantū corpus mente ſuperatur. Quod, ſcilicet, rationis expers ſeruitio degit, illa uero imperat, atque ad rectū deducit, q̄ niſi pareat eius imperio, & expers rationis opus titulabit. Vnde ſit ut ſpeculatio rationis operandi actu nō egeat. Manuum uero opera nulla ſint, niſi ratione ducantur. Iam uero quanta ſit gloria meritumq; rationis hic intelligi poteſt, quod cæteri (ut ita dicā) corporales artifices nō ex diſciplina, ſed ex ipſis potius inſtrumentis

† auctius

e auleus

ſtrumentis cœpere uocabula. Nam citharœdus ex cithara, uel † tibicen ex tibia, cæteriq; ſuorum inſtrumentorũ uocabulis nuncupantur. Is uero eſt Muſicus, qui ratione perpenſa, canendi ſcientiã, non ſeruitio operis, ſed imperio ſpeculationis † aſſumit. Quod, ſcilicet, in ædificiorũ bellorumq; opera uidemus, & in contraria, ſcilicet, nuncupatione uocabuli. Eorũ nanq; nominibus uel ædificia inſcribuntur, uel ducuntur triũphi, quorũ imperio ac ratione inſtituta ſunt, non quorũ opere ſeruitioq; perfecta. Tria ſunt igitur genera, quę circa artem Muſicã uerſantur. Vnum genus eſtq; inſtrumentis agitur, aliud fingit carmina, tertium quod inſtrumentorum opus carmenq; dijudicat. Sed illud quidem, quod in inſtrumẽtis poſitũ eſt, ibiq; totã operam cõſumit, ut † ſunt citharœdi, quiq; organo cæteriſq; Muſicæ inſtrumentis artificium probant, à Muſicæ ſcientiæ intellectu ſeiuncti ſunt, quoniã famulantur (ut dictũ eſt) nec quicquã afferunt rationis, ſed ſunt totius ſpeculationis expertes. Secundũ uero Muſicam agentium eſt genus Poẽtarũ. quod nõ potius ſpeculatione ac ratione quã naturali quodam inſtinctu fertur ad carmen, atq; idcirco hoc quoq; genus à Muſica ſegregandum eſt. Tertiũ eſt, quod iudicandi peritiam ſumit, ut rithmos, cantilenasq; eorumq; carmen poſſit perpendere. Quod, ſcilicet, quando totum in ratione ac ſpeculatione poſitum eſt, hoc propriè Muſicæ deputabitur. Iaq; Muſicus eſt cui adeſt facultas ſecundum ſpeculationem rationemũe propoſitam, ac Muſicæ conuenientem de modis ac rithmis, deq; generibus cantilenarũ, ac de permixtionibus, ac de omnibus, de quibus poſterius explicandum eſt, ac de Poẽtarum carminibus, iudicandi.

† ſint

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, DE MVSICA, LIB. II.

PROOEMIVM. CAP. I.

† demonſtranda

SVPERIVS uolumen cuncta digeſſit, quæ nunc diligentius † explicãda eſſe propoſui, itaq; priuſquã ad ea ueniã, quæ propriis rationibus perdocẽda ſunt, pauca præmittam, quibus elucubratior animus auditoris ad ea quæ dicenda ſunt, accipienda perueniat.

Quid Pythagoras eſſe Philoſophiam conſtituerit, Cap. II.

PRimus omnium Pythagoras ſapientiæ ſtudiũ Philoſophiam nuncupauit, quam, ſcilicet, eius rei notitiam ac diſciplinam ponebat, quæ propriè uereq; eſſe diceretur. Eſſe autẽ illa putabat, quæ nec intentione creſcerẽt, nec diminutione decreſcerẽt, nec ullis accidentibus mutarentur. Hæc autem eſſe formas, magnitudines, qualitates, habitudines, ceteraq;, quę per ſe ſpeculata immutabilia ſunt, iuncta uero corporibus permutantur, & multimodis uariationibus mutabilis rei cognatione uertuntur.

De differentijs quantitatis, & quæ cui diſciplinæ ſit deputata, Cap. III.

OMnis uero quãtitas ſecundum Pythagoram uel continua, uel diſcreta eſt. Sed quæ continua eſt, magnitudo appellatur. Quæ diſcreta eſt multitudo. Quorũ hæc eſt diuerſa & contraria penè proprietas. Multitudo enim à finita inchoans quãtitate, creſcẽs in infinita progreditur, ut nullus creſcendi finis occurrat. Eſtq; ad minimum terminata, interminabilis ad maius, eiusq; principiũ unitas eſt, qua minus nihil eſt. Creſcit uero per numeros atque in infinita † protendi-

† progreditur

tur, nec ullus numerus, quo minus creſcat, terminũ facit. Sed magnitudo finitam rurſus ſuæ menſurę recipit quantitatem, ſed in infinita decreſcit. Nam ſi ſit † pedalis linea, uel cuiuslibet alterius modi, poteſt in duo æqua diuidi, eiusq; medietas in medietatem ſecari, eiusq; rurſus medietas in aliam medietatẽ, ut nũquam ullus ſecandi magnitudinem

† bipedalis

gnitudinem terminus fiat. Ita magnitudo quantũ ad maiorem modũ terminata eſt, fit uero cum decreſcere cœperit infinita. At cõtra numerus, quantũ ad minorem modũ finitus eſt, infinitus aũt incipit eſſe cum creſcit. Cũ igitur hæc ita ſint infinita, tamen quaſi de rebus finitis Philoſophia pertractat, inq; rebus infinitis reperit aliquid terminatũ, de quo poſſit ſure acumen propriæ ſpeculationis adhibere. Nanq; magnitudinis alia ſunt immobilia, ut terra, ut quadratũ, uel triangulũ, uel circulus. Alia † ſunt mobilia, ut ſphæra mundi, & quicquid in † eo rata celeritate cõuertitur. Diſcretę uero quantitatis alia ſunt per ſe, ut tres uel quatuor, uel cæteri numeri. Alia uero ad aliud, ut duplum, triplum, aliaq; quæ ex † cõparatione naſcuntur. Sed immobilis magnitudinis Geometria ſpeculationẽ tenet. Mobilis uero ſciẽtiam Aſtronomia perſequitur. Per ſe uero diſcretę quantitatis, Arithmetica autor eſt. Ad aliquid uero relatæ Muſica probatur obtinere peritiam.

† uero
† ea
† relatione

De † relatæ quantitatis differentijs, Cap. IIII. † relatiue

AC de ea quidem quantitate diſcreta quæ per ſe eſt in Arithmetica ſufficienter diximus. Relatæ uero ad aliquid quãtitatis ſimplicia quidẽ genera tria ſunt. Vnum quidem multiplex, aliud uero ſuperparticulare, tertiũ ſuperpartiẽs. Cũ uero multiplex ſuperparticulari ſuperpartiẽtiq; miſcetur, fiunt duæ aliæ ex his, id eſt, multiplex ſuperparticularis, & multiplex ſuperpartiens. Horum igitur omnium talis eſt regula, ſi unitatẽ cunctis in naturali numero uolueris cõparare, ratus multiplicis ordo texetur. Duo enim ad unũ duplus eſt, tres ad eundem triplus, quatuor quadruplus, & in cæteris eodem modo, ut ſubiecta deſcriptio docet.

Differentiæ unius ab alio numero. Ordo naturalis



Si uero ſuperparticularem proportionem quæras naturalem ſibi cõpara numerum, detracta, ſcilicet, unitate, ut tres duobus, ſeſquialter eſt, quatuor tribus, qui ſeſquitertius eſt, quinarius quaternario ſeſquiquartus eſt, & in cæteris eodẽ modo quod monſtrat ſubiecta deſcriptio.



Superpartientes autẽ tali modo reperies, diſponas naturalem numerũ à ternario, ſcilicet, inchoantem. Si unũ igitur intermiſeris, ſuperbipartiẽtem effici pernotabis, q; ſi duo, ſupertripartientem, quod ſi tres, ſuperquadripartientem, idemq; in cæteris.



Ad hunc ordinem ſpectans & cõpoſitas ex multiplici & ſuperparticulari, & ex multiplici & ſuperpartienti proportiones, lector diligẽs ſpeculabitur. Sed de his tamen omnibus in Arithmeticis expeditius dictum eſt.

Cur multiplicitas antecellat. Cap. V.

SEd in his illud eſt cõſiderandum, quod multiplex inæqualitatis genus, longẽ duobus reliquis uidetur antiquius. Naturalis enim numeri diſpoſitio, in multiplicibus unitati quæ prima eſt, comparatur. Superparticularis uero non unitatis cõparatione perficitur. Sed ipſorum, qui poſt unitatem ſunt diſpoſiti numerorum, ut ternarij ad binarium, quaternarij ad ternarium, & in cæteris ad hũc modum. Superpartientiũ uero longẽ retro formatio eſt, quæ nec continuis numeris cõparatur, ſed intermiſſis, nec ſemper æquali intermiſſione. Sed nunc quidem una, nũc uero duabus, nunc tribus, nunc quatuor, atque ita in infinita ſuccreſcit. Amplius multiplicitas ab unitate incipit, ſuperparticularitas à binario, ſuperpartiens proportio à ternario initiũ capit. Sed de his hactenus, nunc quędã quæ quaſi axiomata Græci uocant, præmittere oportebit, quæ tum demum quo ſpectare uideantur † intelligemus, cum de unius cuiuſq; rei demonſtratione tractabimus.

† *intelligimus*

† *quæ de ijs*

Qui ſint quadrati numeri † deq; his ſpeculatio. Cap. VI.

QVadratus numerus eſt, qui gemina dimẽſione in æqua concreuerit, ut bis duo, ter tres, quater quatuor, quinquies quinque, ſexies ſex, quorum eſt iſta deſcriptio:

2	3	4	5	6	7	8	9	10
4	9	16	25	36	49	64	81	100

Superius igitur diſpoſitus numerus naturalis, latus eſt quadratorum inferius deſcriptorum. Continuum enim naturaliter ſunt quadrati, qui ſeſe in ſubiecto ordine conſequuntur ut, 4, 9, 16, & cæteri.



Baſes quadratorum

Si igitur

gnitudinem terminus fiat. Ita magnitudo quantũ ad maiorem modũ terminata eſt, ſit uero cum decreſcere cœperit infinita. At cõtra numerus, quantũ ad minorem modũ finitus eſt, infinitus aũt incipit eſſe cum creſcit. Cũ igitur hæc ita ſint infinita, tamen quaſi de rebus finitis Philoſophia pertractat, inq; rebus infinitis reperit aliquid terminatũ, de quo poſſit iure acumen propriæ ſpeculationis adhibere. Nanq; magnitudinis alia ſunt immobilia, ut terra, ut quadratũ, uel triangulũ, uel circulus. Alia † ſunt mobilia, ut ſphæra mundi, & quicquid in † eo rata celeritate cõuertitur. Diſcretę uero quantitatis alia ſunt per ſe, ut tres uel quatuor, uel cæteri numeri. Alia uero ad aliud, ut duplum, triplum, aliaq; quæ ex † cõparatione naſcuntur. Sed immobilis magnitudinis Geometria ſpeculationẽ tenet. Mobilis uero ſciẽtiam Aſtronomia perſequitur. Per ſe uero diſcretę quantitatis, Arithmetica autor eſt. Ad aliquid uero relatæ Muſica probatur obtinere peritiam.

† *uero*

† *ea*

† *relatione*

De † relatæ quantitatis differentijs. Cap. IIII. † *relatiue*

ACde ea quidem quantitate diſcreta quæ per ſe eſt in Arithmetica ſufficienter diximus. Relatæ uero ad aliquid quãtitatis ſimplicia quidẽ genera tria ſunt. Vnum quidem multiplex, aliud uero ſuperparticulare, tertiũ ſuperpartiẽs. Cũ uero multiplex ſuperparticulari ſuperpartiẽtiq; miſcetur, fiunt duæ aliæ ex his, id eſt, multiplex ſuperparticularis, & multiplex ſuperpartiens. Horum igitur omnium talis eſt regula, ſi unitatẽ cunctis in naturali numero uolueris cõparare, ratus multiplicis ordo texetur. Duo enim ad unũ duplus eſt, tres ad eundem triplus, quatuor quadruplus, & in cæteris eodem modo, ut ſubiecta deſcriptio docet.

Differentiæ unius ab alio numero. Ordo naturalis

1	1	1	1	1	1	1	1	1	1
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10



Si uero ſuperparticularem proportionem quæras naturalem ſibi cõpara numerum, detracta, ſcilicet, unitate, ut tres duobus, ſeſquialter eſt, quatuor tribus, qui ſeſquitertius eſt, quinarius quaternario ſeſquiquartus eſt, & in cæteris eodẽ modo quod monſtrat ſubiecta deſcriptio.



Superpartientes autẽ tali modo reperies, diſponas naturalem numerũ à ternario, ſcilicet, inchoantem. Si unũ igitur intermiſeris, ſuperbipartiẽtem effici pernotabis, q; ſi duo, ſupertripartientem, quod ſi tres, ſuperquadripartientem, idemq; in cæteris.



Ad hunc ordinem ſpectans & cõpoſitas ex multiplici & ſuperparticulari, & ex multiplici & ſuperpartienti proportiones, lector diligẽs ſpeculabitur. Sed de his tamen omnibus in Arithmeticis expeditius dictum eſt.

Cur multiplicitas antecellat. Cap. V.

SEd in his illud eſt cõſiderandum, quod multiplex inæqualitatis genus, longè duobus reliquis uidetur antiquius. Naturalis enim numeri diſpoſitio, in multiplicibus unitati quæ prima eſt, comparatur. Superparticularis uero non unitatis cõparatione perficitur. Sed ipſorum, qui poſt unitatem ſunt diſpoſiti numerorum, ut ternarij ad binarium, quaternarij ad ternarium, & in cæteris ad hũc modum. Superpartientiũ uero longè retro formatio eſt, quæ nec continuis numeris cõparatur, ſed intermiſſis, nec ſemper æquali intermiſſione. Sed nunc quidem una, nũc uero duabus, nunc tribus, nunc quatuor, atque ita in infinita ſuccreſcit. Amplius multiplicitas ab unitate incipit, ſuperparticularitas à binario, ſuperpartiens proportio à ternario initiũ capit. Sed de his hactenus, nunc quedã quæ quaſi axiomata Greci uocant, præmittere oportebit, quæ tum demum quo ſpectare uideantur † intellige mus, cum de unius cuiuſq; rei demonſtratione tractabimus.

† *intelligimus*

† *quæ de ijs*

Qui ſint quadrati numeri † deq; his ſpeculatio. Cap. VI.

QVadratus numerus eſt, qui gemina dimẽſione in æqua concreuerit, ut bis duo, ter tres, quater quatuor, quinquies quinque, ſexies ſex, quorum eſt iſta deſcriptio:

2	3	4	5	6	7	8	9	10
4	9	16	25	36	49	64	81	100

Superius igitur diſpoſitus numerus naturalis, latus eſt quadratorum inferius deſcriptorum. Continuum enim naturaliter ſunt quadrati, qui ſeſe in ſubiecto ordine conſequuntur ut, 4, 9, 16, & cæteri.



Baſes quadratorum

Si igitur

Si † igitur cõtinuum quadratum minorem à continuo quadrato maiore ſuſtulero, q̃ relinquitur tantum erit quantum eſt quod ab utrorumq; quadratorum lateribus ſumitur, ut ſi quatuor auferam à nouenario, quinque ſunt reliqui, qui ex duobus & tribus, qui ſunt utrorũq; quadratorũ latera, cõiunguntur. Item ſi nouenariũ auferò, de eo qui ſede cim numeris aſcriptus eſt, 7 ſunt reliqui, qui, ſcilicet, ex ternario quaternarioq; c õiunctus eſt, qui † prædictorũ quadratorũ latera ſunt. Idẽq; eſt in cæteris. † *uero* † *utrorumq;*



Quod ſi non ſint cõtinui quadrati, ſed unus inter eos tranſmiſſus ſit, fit eius quod relinquitur medietas, id quod ex utriuſque lateribus efficitur, ut ſi quaternarium, de 16 quadrato auferamus 12 relinquuntur, quorũ 12 medietas eſt is numerus, qui ex utrorumq; lateribus conuenit. Sunt autem utrorũq; latera, duo & quatuor, quę ſenarium iuncta perficiunt. Atque in cæteris idem modus eſt. Sin uero duo intermittantur, tertia pars erit eius quod relinquitur, id quod utrorumque latera coniungunt, ut ſi quatuor de 25 auferam, intermiſſis duobus quadratis, reliqui 21 ſunt. Eorum uero latera ſunt 2 & 5 qui efficiũt 7, qui ſunt pars tertia numeri 21. Atq; hæc regula eſt, ut ſi tres intermiſſi † ſint, pars quarta ſit, id quod ex utrorumq; lateribus efficitur eius quod ſubtracto minore à maiore relinquitur. Sin quatuor tranſmittantur, quinta, atq; uno plus uocabulo numeri partes uenient, quam ſit intermiſſio numerorum. † *ſunt*

Omnem inæqualitatem ex æqualitate procedere eiusq; demonſtratio. Cap. XII.

ESt autem quemadmodum unitas pluralitatis numeriq; principium, ita æqualitas proportionum. Tribus enim præceptis (ut in Arithmetica dictũ eſt) multiplices proportiones ex æqualitate producimus, ex conuerſis uero multiplicibus ſuperparticulares habitudines procreamus. Item ex cõuerſis ſuperparticularibus, ſuperpartientes comparationes efficimus. Ponãtur enim trés unitates, uel tres binarij, uel tres ternarij, uel quotlibet æqui termini, & ſit primus, primo æquus inſequẽti, ſcilicet, ordine cõſtitutus. Secundus uero primo ac ſecundo, tertius primo, duobus ſecundis ac tertio, ita enim numero progreſſo, fit duplex multiplicitatis prima proportio, ut hæc ſubiecta deſcriptio monet.

	1	1	1
	1	2	4

Nam unitas in ſecundo ordine conſtituta, æqua eſt primæ unitati, in ſuperiore loco diſpoſitæ. Item binarius æquus eſt unitati primæ ac ſecũdæ. Item quaternarius æquus eſt unitati primæ, ac duabus unitatibus ſecundis atq; unitati tertiæ, & eſt 1, 2, 4, dupla proportio. Quod ſi de his idem feceris tripla comparatio procreabitur, ac de tripla quadrupla, de quadrupla quincupla, ac deinceps talis currit habitudinũ procreatio. Rurſus hiſdẽ tribus præceptis ſuperparticulares † fiunt, ut uno probamus exemplo. Cõuertamus nunc & priorem maiorem numerum diſponamus 4, 2, 1, ponatur igitur primus primo æquus, id eſt, 4, ſecundus primo ſcilicet, & ſecundo, id eſt, 6, tertius primo, duobus ſecundis, & tertio, id eſt, 9. quibus diſpoſitis ſeſquialtera notatur eſſe proportio. † *fient*

	4	2	1
	4	6	9
	Seſquialtera	Seſquialtera	

Atq; id ſi de triplis fiat, ſeſquitertia, ſi de quadruplis ſeſquiquarta, conſimilibusq; in alterutra parte uocabulis proportionalitas ex multiplicitate naſcetur, ex ſuperparticularitate uero conuerſa ducitur ſuperpartiens habitudo. Diſponatur enim cõuerſim ſeſquialtera comparatio, 9, 6, 4. Ponatur enim primus primo æquus, id eſt, 9. Secundus primo & ſecundo, id eſt, 15. Tertius primo duobus ſecundis ac tertio, id eſt, 25, ac diſponantur in ordinem hoc modo:

	9	6	4
	9	15	25
	Superbipartiens		Superbipartiens

Superbipartiens igitur ex cõuerſis ſeſquialteris habitudo producta eſt, q; ſi quis ad hanc ſpeculationem, diligens ſcrutator accedat, ex ſeſquitertijs cõuerſis ſupertripartientẽ producit, cæteriſq; ſimilibus uocabulis adequatis cunctas ex ſuperparticulari tate ſuperpartientis ſpecies procreari mirabitur. Ex non cõuerſis autẽ ſuperparticularibus, ſed ita ut ex multiplici procreati ſunt, manentibus, neceſſe eſt multiplices ſuperparticulares creari. Ex manẽtibus uero ſuperpartientibus, ita ut ex ſuperparticularibus prodierũt, nõ alij niſi multiplices ſuperpartiẽtes procreabunt, ac de his quidem hactenus, diligẽtius enim in Arithmet. libris de hac cõparatione eſt diſputatũ.

Regula quotlibet continuas proportiones ſuperparticulares inueniendi, Cap. VIII.

SAepe autem accidit, ut tres, uel quatuor, uel quotlibet æquas ſuperparticularium proportiones de Muſica diſputator inquirat. Sed ne id caſu atq; inſcitia facientes, error ullus difficultatis impediat, hac regula quotlibet æquas proportiones ex multiplicitate ducemus. Vnuſquiſq; multiplex ab unitate, ſcilicet, cõputatus, tot ſuperparticulares habitudines præcedit, ſuæ, ſcilicet, in cõtrariam partem denominationis, quotus ipſe ab unitate † diſceſſerit. Hoc modo, ut duplex ſeſquialteras antecedat, triplex ſeſquitertias, quadruplex ſeſquiquartas, ac deinceps in hunc modum, ſit igitur duplorum ſubiecta deſcriptio.

† *deſceſſerit*

1	2	4	8	16	32	
	3	6	12	24	48	
		9	18	36	72	
			27	54	108	
				81	162	
					243	

In ſuperiore igitur deſcriptione binarius primus multiplex, unum ad ſe ternariũ habet, qui poſſit facere ſeſquialteram proportionem. Ternarius uero non habet alium qui eius poſſit eſſe ſeſquialter, quoniã medietate deficit. Rurſus quaternarius ſecundus eſt duplex, hic duos ſeſquialteros antecedit ſenarium & nouenariũ, qui medietate caret. Atq; idcirco nullus ei habitudine ſeſquialtera cõparatur, & in cæteris idẽ eſt. Tripli uero eodẽ modo ſeſquitertios creant, ſit enim ſimilis in triplo deſcriptio.

Latitudo

In latitudine & unoquoq; ordine tripli	1	3	9	27	81	Supni ad proximos inferos ſeſquitertij
		4	12	36	108	
			16	48	144	
				64	192	
					256	

Quadruplares omnes & diagonij

In ſuperiore igitur deſcriptione ſeſquitertias proportiones ita natas uidemus, ut primus † triplex unum ſeſquitertium antecedat. Secundus duos, tertius tres, ſemperq; par

† *ternarius*

Si † igitur cõtinuum quadratum minorem à continuo quadrato maiore ſuſtulero, q; relinquitur tantum erit quantum eſt quod ab utrorumq; quadratorum lateribus iungitur, ut ſi quatuor auferam à nouenario, quinque ſunt reliqui, qui ex duobus & tribus, qui ſunt utrorũq; quadratorũ latera, cõiunguntur. Item ſi nouenariũ aufero, de eo qui ſede cim numeris aſcriptus eſt, 7 ſunt reliqui, qui, ſcilicet, ex ternario quaternarioq; c õiunctus eſt, qui † prædictorũ quadratorũ latera ſunt. Idẽq; eſt in cæteris. † *utrorumq;*

† *uero*

7 25 Senarius Tonus 16 Tonus ſedecimus Tonus nouenarius

4 21 4 12 9 7 4 5

Quod ſi non ſint cõtinui quadrati, ſed unus inter eos tranſmiſſus ſit, fit eius quod relinquitur medietas, id quod ex utriuſque lateribus efficitur, ut ſi quaternarium, de 16 quadrato auferamus 12 relinquuntur, quorũ 12 medietas eſt is numerus, qui ex utrorumq; lateribus conuenit. Sunt autem utrorũq; latera, duo & quatuor, quę ſenarium iuncta perficiunt. Atque in cæteris idem modus eſt. Sin uero duo intermittantur, tertia pars erit eius quod relinquitur, id quod utrorumque latera coniungunt, ut ſi quatuor de 25 auferam, intermiſſis duobus quadratis, reliqui 21 ſunt. Eorum uero latera ſunt 2 & 5 qui efficiũt 7, qui ſunt pars tertia numeri 21. Atq; hæc regula eſt, ut ſi tres intermiſſi † ſint, pars quarta ſit, id quod ex utrorumq; lateribus efficitur eius quod ſubtracto minore à maiore relinquitur. Sin quatuor tranſmittantur, quinta, atq; uno plus uocabulo numeri partes uenient, quam ſit intermiſſio numerorum.

† *ſunt*

Omnem inæqualitatem ex æqualitate procedere eiuſq; demonſtratio, Cap. XII.

EST autem quemadmodum unitas pluralitatis numeriq; principium, ita æqualitas proportionum. Tribus enim præceptis (ut in Arithmetica dictũ eſt) multiplices proportiones ex æqualitate producimus, ex conuerſis uero multiplicibus ſuperparticulares habitudines procreamus. Item ex cõuerſis ſuperparticularibus, ſuperpartiẽtes comparationes efficimus. Ponãtur enim tres unitates, uel tres binarij, uel tres ternarij, uel quotlibet æqui termini, & ſit primus, primo æquus in ſequẽti, ſcilicet, ordine cõſtitutus. Secundus uero primo ac ſecundo, tertius primo, duobus ſecundis ac tertio, ita enim numero progreſſo, fit duplex multiplicitatis prima proportio, ut hæc ſubiecta deſcriptio monet.

1	1	1	
1	2	4	

Nam unitas in ſecundo ordine conſtituta, æqua eſt primæ unitati, in ſuperiore loco diſpoſitæ. Item binarius æquus eſt unitati primæ ac ſecũdæ. Item quaternarius æquus eſt unitati primæ, ac duabus unitatibus ſecundis atq; unitati tertiæ, & eſt 1, 2, 4, dupla proportio. Quod ſi de his idem feceris tripla comparatio procreabitur, ac de tripla quadrupla, de quadrupla quincupla, ac deinceps talis currit habitudinũ procreatio. Rurſus hiſdẽ tribus præceptis ſuperparticulares † fiunt, ut uno probamus exemplo. Cõuertamus nunc & priorem maiorem numerum diſponamus 4, 2, 1, ponatur igitur primus primo æquus, id eſt, 4, ſecundus primo ſcilicet, & ſecundo, id eſt, 6, tertius primo, duobus ſecundis, & tertio, id eſt, 9. quibus diſpoſitis ſeſquialtera notatur eſſe proportio.

† *fiunt*

4	2	1	
4	6	9	
Seſquialtera		Seſquialtera	

Atq; id ſi de triplis fiat, ſeſquitertia, ſi de quadruplis ſeſquiquarta, conſimilibusq; in alterutra parte uocabulis proportionalitas ex multiplicitate naſcetur, ex ſuperparticularitate uero conuerſa ducitur ſuperpartiens habitudo. Diſponatur enim cōuerſim ſeſquialtera comparatio, 9, 6, 4. Ponatur enim primus primo æquus, id eſt, 9. Secundus primo & ſecundo, id eſt, 15. Tertius primo duobus ſecundis ac tertio, id eſt, 25, ac diſponantur in ordinem hoc modo:

	9	6	4
	9	15	25
	Superbipartiens		Superbipartiens

Superbipartiens igitur ex cōuerſis ſeſquialteris habitudo producta eſt, q; ſi quis ad hanc ſpeculationem, diligens ſcrutator accedat, ex ſeſquitertijs cōuerſis ſupertripartientē producit, ceteriſq; ſimilibus uocabulis adequatis cunctas ex ſuperparticularitate ſuperpartientis ſpecies procreari mirabitur. Ex non cōuerſis autē ſuperparticularibus, ſed ita ut ex multiplici procreati ſunt, manentibus, neceſſe eſt multiplices ſuperparticulares creari. Ex manētibus uero ſuperpartientibus, ita ut ex ſuperparticularibus prodierūt, nō alij niſi multiplices ſuperpartiētes procreabunt, ac de his quidem hactenus, diligētius enim in Arithmet. libris de hac cōparatione eſt diſputatū.

Regula quotlibet continuas proportiones ſuperparticulares inueniendi, Cap. VIII.

SAepe autem accidit, ut tres, uel quatuor, uel quotlibet æquas ſuperparticularium proportiones de Muſica diſputator inquirat. Sed ne id caſu atq; inſcitia facientes, error ullus difficultatis impediat, hac regula quotlibet æquas proportiones ex multiplicitate ducemus. Vnuſquiſq; multiplex ab unitate, ſcilicet, cōputatus, tot ſuperparticulares habitudines præcedit, ſuæ, ſcilicet, in cōtrariam
† deſceſſerit partem denominationis, quotus ipſe ab unitate † diſceſſerit. Hoc modo, ut duplex ſeſquialteras antecedat, triplex ſeſquitertias, quadruplex ſeſquiquartas, ac deinceps in hunc modum, ſit igitur duplorum ſubiecta deſcriptio.

1	2	4	8	16	32	
	3	6	12	24	48	
		9	18	36	72	
			27	54	108	
				81	162	
					243	

In ſuperiore igitur deſcriptione binarius primus multiplex, unum ad ſe ternariū habet, qui poſſit facere ſeſquialteram proportionem. Ternarius uerò non habet alium qui eius poſſit eſſe ſeſquialter, quoniā medietate deficit. Rurſus quaternarius ſecundus eſt duplex, hic duos ſeſquialteros antecedit ſenarium & nouenariū, qui medietate caret. Atq; idcirco nullus ei habitudine ſeſquialtera cōparatur, & in cæteris idē eſt. Tripli uero eodē modo ſeſquitertios creant, ſit enim ſimilis in triplo deſcriptio.

Latitudo

In latitudine & unoquoq; ordine tripli	1	3	9	27	81
		4	12	36	108
			16	48	144
				64	192
					256

Supni ad proximos inferos ſeſquitertij

Quadruplares omnes & diagonij

In ſuperiore igitur deſcriptione ſeſquitertias proportiones ita natas uidemus, ut pri
† *ternarius* mus † triplex unum ſeſquitertium antecedat. Secundus duos, tertius tres, ſemperq; par

pars tertia in ultimo numero naturali quodam fine claudatur. Quod ſi quadruplum † *ternarius*
ſtatueris eodem modo ſeſquiquartos inuenies, ſi quincuplū ſeſquiquintos. Ac deinceps ſinguli † denominationis multiplicis tot ſuperparticulares precedūt, quoto lo † *denominationis multiplices*
co ipſi à ſe unitate diſceſſerint. Vnam uero tantū quadrupli diſpoſitionē ponemus, ut in ea ſicut in cæteris lector diligens acumen mentis exerceat.

Latitudo

Quadrupli in latitudine	1	4	16	64	256
		5	20	80	320
			25	100	400
				125	500
					625

Seſquiquarti ſuperni ad inferos proximos

Quincupli omnes diagonij

Hæc igitur ſpeculatio ad hanc utilitatē uidetur inuenta, ut quotienſcūq; 4 uel 5, uel quotlibet ſeſquialteros, uel ſeſquitertios, uel ſeſquioctauos, uel quotlibet alias proportiones quis inueſtigare uoluerit, nullo errore labat, utq; nō ei numero primo tales proportiones quærat, aptare, qui quanti † ſint propoſiti, tot præcedere, & poſt ſe † *ſunt*
habere nō poſſit. Sed diſponat potius multiplices, uideatq; quātos ſuperparticulares requirit, eumq; multiplicem reſpiciat, qui eo loco ab unitate receſſerit, ut eſt in ſu
† *ſeſquialteras* perioribus deſcriptionibus, ſi tres † ſeſquialteros fortaſſe quæſierit, non à quaterna-
rio ingrediatur inueſtigationem. Hic enim, quoniā ſecundus eſt duplus, duos tātum præcedit, tertiūq; ei aptare nō poterit, ſed ut ab octonario medietates tentet appone re. Hic enim quoniā tertius eſt, tres quas querit ſeſquialteras proportiones efficiet, & in cæteris eodē modo. Eſt etiam alia augendi proportiones uia hoc modo: Radices proportionū dicuntur in eiſdem comparationibus minimę proportionis. Diſponatur enim numerus naturalis, unitate multiplicatus.

	2	3	4	5	6	7	

Minimę igitur proportiones ſunt, ut in ſeſquialtera 3 ad 2, in ſeſquitertia 4 ad 3, in ſeſquiquarta 5 ad 4, & deinceps in infinitū, & quæcūq; ſe proportiones unitate præceſſerint. Propoſitū igitur ſit duas ſeſquialteras proportiones continua cōparatione producere. Sumo radicē ſeſquialterā, eamq; diſpono, 2 & 3. Multiplico igitur binarium per binarium, fiunt 4. Item ternarius per binariū creſcat, erunt 6. Rurſus ternarium in ſemetipſum ducemus, fiunt 9, qui diſponuntur hoc modo.

	2	3	4	6	9	

Inuenimus igitur duas propoſitas ſeſquialteras proportiones 6 ad 4, & 9 ad 6. Sit
† *inquirendis* nūc propoſitum tres inuenire. Diſpono eoſdem numeros quos ſupra in † exquiren-
dis duabus ſeſquialteris habitudinibus propoſuerā, ipſaſq; ſeſquialteras proportiones. Multiplico binario quaternarium, fiunt octo. Rurſus ſenarium binario, fiunt 12. Rurſus nouenarium binario, fiunt 18. Rurſus nouenarium ternario, fiunt 27, diſponantur igitur hoc modo:

2	3			
4	6	9		
8	12	18	28	

Atq; hic modus erit in cæteris, ut † ſi ſeſquitertias proportiones uelis extendere, po
† *qui* nas ſeſquitertiorū radices, quę ſunt quaternarius atq; ternarius ad ſe inuicē cōparati.

3	4			
9	12	16		
27		27	48	64

Atq;

Atq; ad hunc modum multiplices, quod ſi ſeſquiquartas ſeſquiquartorum diſpones radices, eademq; multiplicatione ſeſquiquartos quotlibet † extendes. Quantum autem nobis hæ conſiderationes profint, ſequens ordo monſtrabit. † extendas

De proportione numerorum qui ab aliis metiuntur, Cap. IX.

SI duos numeros eorum differentia integrè fuerit permenſa, in eadẽ ſunt proportione numeri, quos ſua differẽtia menſa eſt, in qua erũt proportione etiam hi numeri, ſecũdum quos eos ſua menſa eſt differentia. Sint enim numeri, 50, 55, hi † ergo ad ſe inuicem ſeſquidecima habitudine cõparantur, & eſt eorum differentia quinarius, qui, ſcilicet, eſt pars decima numeri 50. Hic igttur metietur quidem 50 numerum decies, 55 uero undecies, ſecundum decem igitur atq; 11 numeros 55, & 50 propria differentia, id eſt, quinarius permetietur, & ſunt 11 ad 10 ſeſquidecima comparatione cõpoſiti, in eadẽ igitur ſunt proportione numeri, quos propria differentia † integra permenſa eſt, in qua ſunt hi, ſecundũ quos eos propria diffferentia eſt permenſa, q; ſi qua differentia numerorum ita eos numeros, quorũ eſt differentia metiatur, ut eandem menſuram numerorum pluralitas excedat, idemq; in utriſq; ſit exceſſus, & ſit diminutior differentiæ menſura, quam eſt pluralitas numerorum, maiorem obtinebunt proportionem ad ſe inuicem numeri, ſi eis illud quod relinquitur poſt menſionem, retractum ſit, quàm fuerunt integri, cum eos propria differẽtia metiebatur. Sint enim numeri duo 53, 58, hos igitur quinarius, qui eſt eorum differentia, † metiatur. Metitur igitur, 53 quinarius decies, uſq; ad 50, relinquit uero ternariũ Rurſus 58. numerũ metitur idem undecies uſq; ad 55, atque in eo iterum ternariũ, derelinquit. Auferat igit ex utriſq; ternarius, fiunt 50 & 55, qui diſponat hoc modo: † integre † metiebatur

53	58	50	55

In hoc igitur manifeſtum eſt maioris eſſe proportionis inter ſe, 50 & 55 quàm 53 & 58. In minoribus enim numeris maior ſemper proportio reperitur, quod paulò poſterius demonſtrabimus. Sin uero illa differentiæ permenſio numerorum multitudinem ſuperuadat, eademq; utroſq; numeri pluralitate prætereat, minores erunt proportiones numeri ſuperius menſi cũ additione eius ſummæ, qua utroſq; metiens differentia ſuperuadit, quàm fuerunt antè, cum eos propria differentia metiebatur. Sint enim numeri, 48 & 53, horũ quinarius differentia eſt. Metiatur igitur 48 numerum, quinarius decies fiũt 50. Superuadit igitur 50 numerus 48 numerum binario, idem quinarius 53 undecies metiatur fiunt 55, qui eiſdem rurſus duobus 53 numerum ſuperuadit, addatur utriſq; binarius & diſponantur hoc modo:

48	53	50	55	

Minores igitur ſunt proportiones, 50 ad 55 cõparati, cum additione, ſcilicet, binarij quo differẽtia eos metiens ſuperuadit, quã 48 & 53 numeri quos eadẽ, quæ tamẽ in eis ſupercreuit, quinarij differẽtia permenſa eſt. Maiores uero & minores proportiones hoc modo intelliguntur. Dimidia pars maior eſt quàm tertia. Tertia pars eſt maior, quàm quarta. Quarta pars maior eſt, quàm quinta, ac deinceps eodẽ modo. Vnde fit ut ſeſquialtera proportio maior ſit ſeſquitertia, & ſeſquitertia ſeſquiquartã uincat. Atq; idem in ceteris, hinc euenit ut in numeris maioribus minor, & minoribus maior ſemper uideat, pportio ſuperparticulariũ numerorũ. Quod apparet in numero naturali, diſponat enim numerus naturalis, 1, 2, 3, 4. Binarius igitur ad unitatẽ duplus eſt. Ternarius ad binariũ ſeſquialter eſt. Quaternarius uero ad ternariũ ſeſquitertius. Maiores uero ſunt numeri † tres & 4. Minores uero binarius & unitas, in maioribus igitur minor, & in minoribus maior proportio continet, hinc apparet quod ſi aliquibus numeris proportionem cõtinentibus ſuperparticularem, æqua pluralitas addatur, maiorem eſſe proportionem ante æquè pluralitatis augmentum, quàm poſteaquã eis æqua ſit addita pluralitas. † ternarius & quaternarius

Quæ

Quæ ex multiplicibus & ſuperparticularibus † multiplicitates fiant, Cap. X. † multiplicatis

ILlud etiam prætermittendũ nõ uidetur, quod paulò poſt demõſtrabitur. Si multiplex interuallum binario fuerit multiplicatũ, id etiam quod ex illa multiplicatione naſcetur multiplex eſſe. Quod ſi id quod ex tali multiplicatione procreatũ ſit, non fuerit multiplex, tunc illud non eſſe multiplex, quod binario fuerit multiplicatum. Item ſi ſuperparticularis proportio binario multiplicetur, id quod fit † neque ſuperparticulare eſſe, † neq; multiplex. Quod ſi id quod ex tali multiplicatione naſcetur, neq; multiplex, neq; ſuperparticulare eſt, tunc illud quod binario multiplicatum eſt, uel ſuperparticularis uel alterius generis eſt, non uero multiplicis. † uel † uel

Qui ſuperparticulares quos multiplices efficiant, Cap. XI.

HIs illud eſt addendum duos primos ſuperparticulares primam efficere multiplicem proportionẽ, ut ſeſquialter & ſeſquitertius coniungantur duplicẽ creant. Sint enim numeri 2, 3, 4, † 3 ad 2 ſeſquialter eſt, 4 ad 3 ſeſquitertius, quatuor ad duo duplus. Rurſus primus multiplex primo additus ſuperparticulari ſecundum multiplicẽ creat. Sint enim numeri 2, 4, 6. 4 nanq; ad 2 duplex eſt, primus, ſcilicet multiplex. At 6 ad 4 ſeſquialter, qui eſt primus ſuperparticularis, 6 ad duos triplus, qui ſecundus eſt multiplex, quod ſi triplum ſeſquitertio addas, quadruplus efficitur, ſi quadruplũ ſeſquiquarto quincuplus. Atq; in hunc modum iunctis proportionibus multiplicium, ac ſuperparticularium, in infinitum multiplices procreantur. † ternarius ad binarium

De Arithmetica, Geometrica, Harmonica medietate, Cap. XII.

QVoniam uero de proportionibus quæ erãt interim tractanda prædiximus, nunc de medietatibus eſt dicendum. Proportio enim eſt duorum ad ſe terminorum quædam cõparatio, terminos autem uoco numerorũ ſummas. Proportionalitas eſt æquarũ proportionum collectio. Proportionalitas uero in tribus terminis minimis conſtat. Cõſtat autem plerunq; in pluribus, ut in quatuor, uel in ſex terminis. Cum enim primus ad ſecundũ terminum eandem retinet proportionem, quam ſecundus ad tertiũ, dicitur hæc proportionalitas. Eſtq; inter tres terminos medius, qui ſecũdus eſt. Has igitur proportiones medij termini cõiungentis, trina partitio eſt. Aut enim æqua eſt, differentia minoris termini ad medium, & medij ad maximum, ſed non æqua proportio, ut in his numeris 1, 2, 3, inter unum quippe ac duo & inter duo & tres tantum unitas differentiã tenet. Non eſt autem æqua proportio. Duo quippe ad unum dupli ſunt, ternarius ad duo ſeſquialter. Aut eſt æqua proportio in utriſq;, non uero æqualibus differentijs conſtituta, ut in his numeris 1, 2, 4. Nam duo ad unum ita ſunt dupli, quemadmodum quaternarius ad binarium. Sed inter quaternariũ binariumq; binarius, inter binariũ atq; unitatem unitas differẽtiam facit. Eſt uero tertium medietatis genus, quod neque eiſdem proportionibus neq; eiſdem differentijs cõſtat. Sed quemadmodũ ſe habet maximus terminus ad minimum, ita ſeſe habet maiorũ terminorũ differentia ad minorum differẽtiam terminorum, ut in his numeris 3, 4, 6. Nam ſex ad 3 duplus eſt, inter ſex uero & 4 binarius intereſt. Inter quaternariũ uero ac ternarium unitas. Sed binarius cõparatus ad unitatem rurſus duplus eſt, ergo ut eſt maximus terminus in numeris ad minimum, ita maiorũ differẽtia ad minorũ differentiam terminorum. Vocatur igitur illa medietas, in qua æquę ſunt differẽtiæ, Arithmetica. Illa uero in qua æquæ proportiones, Geometrica. Illa autem quã tertiã deſcripſimus, Harmonica. Quarum hæc ſubiũciamus exempla:

Arithmetica			Geometrica			Harmonica		
1	2	3	1	2	4	3	4	6
æquæ differentiiæ			æquæ proportiones			diuerſę differ. & ꝓpor.		

Non uero ignoramus alias quoque eſſe proportionum medietates, quas quidem in Arithmetica

Arithmetica diximus, ſed ad præſentem tractatũ hæ ſunt interim neceſſariæ. Sed inter has tres medietates proportionalitas quidẽ proprie, & maxime Geometrica nuncupatur, idcirco, quoniam æquis proportionibus tota contexitur. Sed tamẽ eodem utemur promiſcuè uocabulo, proportionalitates etiam cæteras nuncupantes.

De continuis medietatibus & diſiunctis, Cap. XIII.

SEd in his alia continua eſt proportionalitas, alia diſiuncta. Continua quidem ut ſuperius diſpoſuimus. † Vnus enim idemq; numerus medius, nunc quidem maiori ſupponit̃, nunc quidem minori præponitur. Quotiens uero duo ſunt medij, tunc diſiuncta proportionalitas nũcupatur, ut in Geometrica hoc modo, 1, 2, 3, 6. Nam ut eſt binarius ad unitatem, ita ſenarius ad ternarium, & uocatur hæc diſiuncta proportionalitas, unde intelligi poteſt continuam quidem proportionalitatem, in tribus & † minimis terminis inueniri, diſiunctam uero in 4. Poteſt autẽ in 4. & in pluribus cõtinua eſſe proportionalitas, ſiquidẽ hoc modo ſit, 1, 2, 4, 8, 16. Sed hic non erunt duæ proportiones ſed plures, ſemperq; una minus, quam ſint termini conſtituti.

† *in tribus conſtat terminis*

† *minimam*

Curita appellatæ ſint digeſtæ ſuperius medietates, Cap. XIIII.

IDcirco autem una † eorum medietas Arithmetica nuncupatur, quod inter terminos, ſecundum numerum æqua eſt differentia. Geometrica uero ſecunda dicitur, quod ſimilis eſt qualitas proportionis. Harmonica autem uocatur, quoniam ita eſt coaptata, ut in differentijs ac terminis æqualitas proportionum cõſideretur. Et de his quidẽ diligentius in Arithmeticis diſputatum eſt, nunc uero ut commemoremus, tantum iſta percurrimus.

† *earum*

Quemadmodum ab æqualitate ſupradictæ proceſſerant medietates, Cap. XV.

SEd pauliſper quemadmodũ iſtæ proportionalitates ab æqualitate † procreantur dicẽdum eſt. Prædictũ eſt enim quod in numero ualet unitas. Idem in proportionibus æqualitatem ualere. Et ſicut numeri caput eſt unitas, ita proportionum æqualitatem eſſe principium. Quocirca hoc modo Arithmetica medietas ab æqualitate naſcetur, poſitis enim tribus æquis terminis. Hi duo modi ſunt, quibus hæc proportionalitas producatur. Ponatur enim primus primo æquus. Secundus primo & ſecundo. Tertius primo ſecundo ac tertio, quod hoc monſtratur exẽplo: Sint unitates tres. Ponatur igitur primus primo æquus, id eſt, unus. Secundus primo ac ſecundo, id eſt, duo. Tertius primo ſecundo ac tertio, id eſt, tres, eritq; † *hæc* diſpoſitio † talis.

† *procreentur*

1	1	1	
1	2	3	

Rurſus ſint tres binarij inæqualitate conſtituti, 2, 2, 2, ponatur primus primo æquus, id eſt, 2. Secundus primo & ſecundo, id eſt, 4. Tertius primo ſecũdo ac tertio, id eſt, 6, & erit diſpoſitio hæc.

2	2	2	
2	4	6	

† *Rurſus idem de ternario*

† *Sin*

† *numeros*

† Sed in his hoc ſpeculandum eſt, quod ſi unitas fuerit ad æqualitatis principiũ conſtituta, unitas etiam erit in differentijs numerorum, ipſi uero numeri inter ſe nullum intermittunt. † Si uero binarius teneat æqualitatem, binarius eſt differentia, & unus inter terminos ſemper numerus intermittit̃. Sin uero ternarius idẽ, differẽtia eſt, inter † terminos uero duo naturaliter cõſtituti intermittent̃, ac deinceps in hũc modũ.

3	3	3	
3	6	9	

Eſt etiam alia proportionalitatem Arithmeticã procreandi uia. Ponantur enim tres æqui

æqui termini, cõſtituaturq; primus primo ac ſecũdo æquus, ſecundus primo ac duobus ſecundis, tertius primo, & duobus ſecundis ac tertio, ut ſi ſint tres unitates. Sit † primo primo ac ſecundo æquus, id eſt, ſecũdo. Secũdus uero primo, ac duobus ſecũdis, id eſt, tertio. Tertius autem primo duobus ſecundis ac tertio, id eſt, quatuor.

† *primus*

1	1	1	
2	3	4	

Hic igitur terminorũ differentiã unitas tenet, inter binarium enim & unitatem atque inter ternariũ ac binarium, unitas intereſt. Nullus uero naturalis numerus intermitti tur. Poſt unitatem enim mox binarius eſt, ac poſt binarium ternarius naturaliter conſtituitur, idem rurſus in binario fiat. Sintq; tres binarij, & ſit primus primo ac ſecũdo æquus, id eſt, quaternarius, ſecundus uero primo & duobus ſecundis, id eſt, ſenarius, tertius autem primo duobus ſecundis ac tertio, id eſt, octonarius.

2	2	2	
4	6	8	

Hic quoque binarius tenet differentiam terminorum, uno inter eos naturaliter intermiſſo. Nam inter 4 & 6 quinarius naturaliter intermittitur. inter 6 atque 8 ſeptenarius collocatur. Quod ſi ternarius æqualitatis principium ſit, fiet ternarius differentia, uerbi gratia: Sint † termini tres ad regulas ſuperiorum ſubtus.

† *tres numeri*

3	3	3	
6	9	12	

In his ergo ternarius eſt differentia, & duo numeri intermiſſi, id eſt, uno minus quàm ſit differẽtia ſemper numeris intermiſſis, atq; idem & in quaternario, quinarioq; perſpicitur, & quæ nos propter breuitatem tacemus, iſdem regulis ex ſemetipſo diligẽs lector inueniet. Geometrica uero proportionalitas tũc quemadmodum inueniri ab æqualitate poſſit oſtendimus, quando quẽadmodũ ab æqualitate omnis inæqualitas † profluit mõſtrabamus, niſi tamen faſtidium eſt nunc quoq; breuiter repetendũ eſt. Conſtitutis enim tribus æquis terminis, ponatur primus primo æquus. Secundus primo ac ſecũdo. † Tertio primo duobus ſecũdis ac tertio. Idemq; fiat continuè, atq; ita ex æqualitate Geometrica proportionalitas principium ſumat. Sed de harũ proportionum proprietatibus quàm diligentiſſimè in Arithmeticis diximus, quod ſi ad hęc illis inſtructus lector accedat, nullo dubitationis errore turbabit̃. Harmonica uero medietas de qua nunc paulò latius tractandum eſt, hac ratione procreatur. Cõſtituatur enim, ſi quidẽ duplices curamus effingere, tribus æquis terminis poſitis, primus primo ac duobus ſecundis æqualis. Secũdus duobus primis & duobus ſecũdis. Tertius ſemel primo, bis ſecundo, & ter tertio. Atq; hoc modo ſint unitates.

† *profluat mõſtrabimus*

† *Tertius*

1	1	1	
1	2	3	

Conſtituatur igitur primus primo ac duobus ſecundis æqualis, id eſt, ternarius. Secundus uero duobus primis & duobus ſecũdis, id eſt, quaternarius. Tertius uerò primo ac duobus ſecundis & tribus tertijs, id eſt, ſex. Et ſi in binarijs æqualitas † cõſtruatur, uel in ternarijs eadem ratio medietatis apparet, duplo à ſe terminis differentijsq; diſtantibus, ut ſubiectæ deſcriptiones mouent.

† *conſtituatur*

1	1	1	
3	4	6	
2	2	2	
6	8	12	
3	3	3	
8	12	18	

Quod ſi facienda eſt in extremitatibus tripla proportio, tribus æquis terminis conſtitutis,

ſtitutis. Primus quidem faciendus eſt ex primo ac ſecundo. Secũdus uero ex primo ac duobus ſecundis, tertius autem ex primo, duobus ſecundis ac tribus tertijs, ut eſt ſubiecta deſcriptio.

	1	1	1
	2	3	6
	2	2	2
	4	6	12
	3	3	3
	6	9	18

Sed ingreſſi harmonicã diſputationẽ quæ de ea diligentius dici poſſunt tacitè præ/tereunda eſſe non arbitror. Collocetur igitur harmonica proportionalitas, in cp ea deſcriptione ſuperiore ordine terminorum inter ſe differentiæ diſponantur.

Diffe	1	2	rentiæ	
Ter	3	4	6 mini	



Vides'ne igitur, ut quatuor ad tres diateſſaron conſonantiam prodant, ſex ad quatuor diapente concordent, ſex uero ad tres diapaſon miſceant ſymphoniam, ipſaq; earum differẽtiæ rurſus eandem ſtatuant conſonantiam. Binarius enim ad unitatẽ duplus eſt in diapaſon cõſonantia conſtitutus, cp ſi ſe extremitates multiplicent, itemq; medius ſui † multiplicitate ſuccreſcat, comparati numeri toni habitudinem concordiamq; ſeruabunt. Ter enim ſex efficiunt 18, quater 4 † fient 16. Sed 18 numerus, 16 numerũ minoris parte octaua tranſcendit. Rurſus minimus terminus ſi ſe ipſe multiplicet, efficiet 9. Quod ſi maior terminus ſui multiplicatione cõcreſcat efficiet 36. qui ſibimet cõparati quadruplam, id eſt, bis diapaſon cõcinentiam ſeruãt. Quod ſi hæc diligentius inſpiciamus, hæc erit omnis † rei differentiarum uel terminorum in ſe inuicem multiplicatio. Minimus enim terminus, ſi medio multiplicetur † fient 12. Itẽ minimus terminus ſi maximo multiplicet, fient 18. Medius † uero terminus ſi maximi numeroſitate augeatur, fiant 24. Rurſus terminus minimus ſi ſeipſo cõcreſcat, fient 9. † Eodem modo ſi medius, fiant 16. Senarius uero qui maximus eſt, ſi ſe ipſum multiplicet, 36 reddet, hæc igitur in ordinẽ diſponantur, 36, 24, 18, 16, 12, 9.

† multiplicatione
† fiunt
† uel
† fiunt
† enim
† eodemq;



Sunt igitur diateſſaron conſonantiam reſonantes 24 ad 18, & 12 ad 9, diapente uero 18 ad 12, & 24 ad 16, & 36 ad 24. Tripla autem quæ eſt diapaſon & diapente 36 ad 12. Quadrupla uero quæ eſt bis diapaſon 36 ad 9. Epogdous uero qui tonus eſt 18 ad 16 comparatione ſeruatur.

Quemadmodum



Quemadmodum inter duos terminos ſupradictæ medietates uicißim collocentur, Cap. XVI.

SOlent autem duo termini dari proponiq;, ut inter eos nunc quidem Arithmecam, nunc uero Geometricam, nunc Harmonicam medietatem ponamus, de quibus in Arithmeticis quoq; diximus, id tamen ipſum nunc etiã breuiter explicemus. Si Arithmetica medietas quæritur datorum terminorum uidenda differentia eſt, † eademq; diuidenda ac minori termino adiiciẽda. Sint enim decem & 40 altrinſecus termini conſtituti, horumq; medietas ſecundum Arithmeticam proportionalitatem quæratur. Differẽtiam prius utrorumq; reſpicio, quæ eſt 30 hanc diuido, fiunt 15, hanc minori termino, ideſt, † decem appono, fiunt 25. Sic igitur hic inter 10 & 40 medius collocetur, ſit Arithmetica proportionalitas hoc modo, 10, 25, 40. Item inter eoſdem terminos medietatem Geometricam collocemus. Extremos propria numeroſitate multiplico, ut 10 in 40 fiunt 400, horum tetragonale latus aſſumo, fiunt uiginti. † Vicies enim uiginti fiunt 400. Hos igitur 20 medios inter 10 ac 40 ſi † collocem, fit Geometrica medietas ſubiecta deſcripti one formata, 10, 20, 40. Si uero harmonicam medietatẽ quæramus, ſibimetipſos copulamus extremos, ut 10 & 40 fient 50. Eorum differentiam quæ eſt 30. In minorem terminũ † multiplicemus, ſcilicet, in 10 ut fiant decies, 300 qui ſunt 300, hos ſecũdum 50 partimur fiunt 6. Quos cum minori termino addiderimus † fient 16, hũc igitur numerum ſi inter 10 ac 40 medium collocemus, harmonica proportionalitas expedietur 10, 16, 40.

† denario
† 40 & 10
† uigies
† collocemus
† multiplicamus

De conſonantiarum modo ſecundum Nicomachum, Cap. XVII.

SEd † his hactenus, nunc illud addendum uidetur quemadmodũ Pythagorici probant conſonãtias muſicas in prædictis proportionibus inueniri, in qua re ſcilicet, eis Ptolemæus nõ uidetur † aſſenſus, de quo paulò poſterius dicemus. Hæc enim ponenda eſt maximè eſſe prima ſuauiſq; conſonantia, cuius proprietatem ſenſus apertior comprehendit. Quale enim eſt unumquodq; per ſemetipſum, tale & deprehenditur ſenſu. Si igitur cunctis notior eſt ea conſonantia, quę in duplicitate conſiſtit, non eſt dubium primam eſſe omnium diapaſon conſonantiã, meritoq; excellere, quoniam cognitione præcedat. Reliquæ uero hunc neceſſario ſecundum Pythagoricos ordinem, tenent, quem dederint multiplicitatis augmẽta & ſuperparticularis habitudinis detrimenta. Monſtratum quippe eſt, quod multiplex

† de his
† conſentiens

inequalitas ſuperparticulares proportiones meriti antiquitate tranſcendat. Quocir
ca naturalis numerus ab unitate uſq; ad quaternarium diſponatur, 1, 2, 3, 4. Igitur uni
binarius comparatus proportionem duplicem facit, & reddit diapaſon conionanti-
† & am eam, quæ eſt maxima, † ei ſimplicitate notiſſima. Si uero unitati ternarius com-
paretur, diapaſon ac diapente concordiã perſonabit. Quaternarius uero unitati cõ-
paratus quadruplam tenet, ſcilicet, bis diapaſon efficiens ſymphoniam, quod ſi ter-
† cõcinentiam narius binario comparetur diapente. Si uero quaternarius ternario diateſſaron † cõ
ſonantiam ſupplet, iſq; eſt horum ordo cunctis ad ſe inuicem comparatis. Nam cõ-
paratio quæ reſtat, ſi quaternarium binario comparemus, cadet in duplicem propor
tionem, quam tenebat ad unitatem binarius comparatus, itaq; maxime diſtant ſoni
in bis diapaſon, cum à ſe quadrupla interualli dimenſione diſcedunt. Minimum ue-
ro, cum acutior grauiorem tertia grauioris parte tranſcendit, ac ſtat deincepsconci-
nentiarum modus, qui neq; ultra quadruplam poſſit extendi, neq; intra partem terti-
am coartari, et ſecundum Nicomachum quidem hic conſonantiarum eſt ordo, ut ſit
prima diapaſon, ſecunda diapaſon & diapente, tertia bis diapaſon, quarta diapente,
quinta diateſſaron.

De ordine conſonantiarum ſententia Eubulidis & Hippaſi, Cap. XVIII.

SEd Eubulides atq; Hippaſus alium conſonantiarum ordinem ponunt, aiunt
enim multiplicitatis augmenta ſuperparticularitatis diminutioni rato ordi-
† Igitur ne reſpondere. † Itaq; non poſſe eſſe duplum niſi dimidium, nec triplum pre-
ter tertiam partem. Quoniam igitur ſit duplum, ex eo diapaſon conſonantiã
reddi. Quoniam uero ſit dimidium, ex eo quaſi contraria diuiſione ſeſquialteram, id
eſt, diapente effici proportionem. Quibus mixtis, ſcilicet, diapaſon ac diapente, tri-
plicem procreari, quæ utranq; contineat ſymphoniam, ſed rurſus triplicis partẽ ter
tiam contraria diuiſione partiri. Ex qua rurſus diateſſaron ſymphonia naſcetur. Tri
plicem uero atq; ſeſquitertium iunctos quadruplam cõparationem proportionis
efficere, unde fit ut ex diapaſon & diapente quæ eſt una conſonantia, & diateſſaron
concinentia una † continentia coniungatur, quæ in quadruplo conſiſtens bis diapaſon nomen
accepit. Secundum hos quoq; hic ordo eſt. Diapaſon, diapente, diapaſon ac diapen-
te, diateſſaron, bisdiapaſon.

Sententia Nicomachi quæ quibus conſonantijs apponantur, Cap. XIX.

SEd Nicomachus non eandem eſſe eis arbitratur contrariam poſitionem. Sed
potius ut unitas in Arithmeticis crementi erat diminutionisq; principium,
† in ita etiam diapaſon ſymphoniam reliquarum eſſe principium, illas uero ſibi †
† peruideatur contraria diuiſione poſſe conſtitui, id uero facilius erit cognitu ſi prius † pre-
uideatur in numeris. Conſtituatur igitur unitas, duæq; par
tes ab ea fluant una multiplicis, alia diuiſio-
nis. Sitq; hæc formula.

Dimid.



Et ad hunc modum ad infinita progreſſio eſt. Binarius enim unitatis † duplex eſt. † duplus
Contraria uero eius pars † eiſdem dimidium unitatis oſtendit. Tres triplus & con- † eiuſdem
traria pars tertia. Quatuor quadruplus, parsq; & contraria quarta. Atq; ita creſcen-
di & decreſcendi in ſimplici eſt unitate principium. Idem igitur nunc ad conſonan-
tias conuertamus. † Eſt igitur diapaſon quæ dupla eſt ſupremi loco principij, quæ † Erit
uero reliquæ ſunt, in contraria diuiſione hoc modo. Seſquialter quidem triplo, ſeſqui
tertius uero quadruplo, quod tali argumentatione probabitur. Idem enim † primum † primus
eſt ſeſquialter, qui primus triplus principalis, ſcilicet, unitatis. Nã ternarius idem pri-
mus triplus eſt, ſcilicet, unitati. Idem primus ſeſquialter, ſi binario comparetur. Rur
ſus idem ternarius eiuſdem differentiæ quam ad binarium facit, cuius naturaliter po
ſitus probatur eſſe ſeſquialter, triplus eſt. Cum igitur iure ſeſquialter triplici † oppo † apponitur
natur, diapente conſonantia, diapente ac diapaſon conſonantiæ rationabiliter puta
tur opponi. Rurſus quadruplus ſeſquitertij contrariam diuiſionem tenet. Nã qui eſt
primus quadruplus, idem rurſus primus ſeſquitertius inuenitur hoc modo. Quater-
narius quippe, primus eſt quadruplus, ſi unitati primus ſeſquitertius, ſi ternario cõ-
paretur. Rurſus eius differẽtiæ, quam inter ſe ac ternarium tenet, ipſe fit quadruplus.
Vnde fit ut ſeſquitertia proportio, quæ eſt diateſſaron, quadruplæ proportioni quæ
eſt bis diapaſon in contrarium diuidatur. Dupla uero quoniam nullam habet oppo-
ſitam proportionem nec ullius ipſa ſeſquialtera eſt, aut extat numerus, cui poſſit bi-
narius qui primus eſt duplus, ſuperparticulari proportione coniungi, ta
lem formam contrariæ proportionis excedit. Atq; idcirco
ſecundum Nicomachum diapaſon conſonantiarum
principium teneat hoc modo:



Sed quamuis ita sese habeat, inquit tamen omnes melius multiplices proportiones consonantiarum præcedere, superparticulares sequi, sicut paulò ante descriptimus. Cum igitur consonantia sit duarum uocũ rata permixtio, sonus uero modulatæ uocis casus, una intentione productus, sitq; idem minima particula modulationis, omnis uero sonus † constet impulsu. Pulsus uero omnis ex motu † fiat, cumq; motuum † aliqui sint æquales, alij uero inæquales, inæqualium uero alij sint multo inæquales, alij uero minus, alij uero mediocriter inæquales. Ex æqualitate quidem nascitur sonorum æqualitas. Ex inæqualitate uero † ea quæ secundum mediocritatem distantiæ inæquales sunt, manifestę, primæq; ac simpliciores eueniunt proportiones, quæ sunt, scilicet, multiplices † aut superparticulares, dupli, tripli, quadrupli, sesquialteri, atq; sesquitertij consonantiæ. Ex his uero † quæ in reliquis proportionibus, uel multimodis, uel non ita claris, uel longè omnino à se distãtibus inæqualitates fiunt, dissonantiæ existunt. Nulla autem sonorum concordia procreatur.

† constat
† sit
† alij
† hæc
† ac
† reliquisq;

Quid oporteat præmitti ut diapason in multiplici genere demonstretur, Cap. XX.

HOc igitur ita distincto, demonstrabitur diapason consonantiam, quæ cunctarum optima est in multiplici inæqualitatis genere, & in duplicitatis habitudine reperiri. Ac primum quidem illud demonstrãdum, quemadmodũ in multiplicitatis genere diapason consonantia possit agnosci. Præcurrendum est igitur ad breue quiddam, quo prius cognito facilior demonstratio fiat, ab omni superparticulari, si continuam ei superparticularem quis auferat proportionẽ, quę est, scilicet, minor, id quod relinquitur minus est eius medietate, quę detracta est proportionis, ut in sesquialtera ac sesquitertia. Quoniam sesquialtera maior est, sesquitertiam de sesquialtera detrahamus, relinquitur sesquioctaua proportio, quæ duplicata non efficit integram sesquitertiam proportionem, sed ea distantia minor est quæ in semitonio reperitur, quod si duplicata sesquioctaua comparatio non est in tegra † sesquitertiæ, simplex sesquioctaua non est sesquitertiæ proportionis plena medietas, quod si sesquiquartum sesquitertio auferas, id quod relinquitur medietatem sesquiquartí non efficit, idemq; in cæteris.

† sesquitertia

Demonstratio per impossibile diapason in multiplici genere esse, Cap. XXI.

AGe nunc ad diapason consonantiam redeamus, quod si ea non est in multiplici genere inæqualitatis, cadet in superparticulare inæqualitatis genus. Sit igitur superparticularis proportio diapason cõsonantia. Auferatur ab ea cõtinua consonantia, ideſt, diapente, relinquitur diatessaron. Bis igitur diatessaron minus est uno diapente, & † ipsum diatessaron non implet diapente consonãtiæ medietatem quod est impossibile. Monstrabitur enim bisdiatessaron tono ac semitonio consonantiam diapente transcendere. Quocirca nec diapason quidem in superparticulari inæqualitatis genere poni potest.

† ipsam



Dè monstrat

Demonstratio per impossibile, diapente, diatessaron, & tonum in superẽ particulari esse, Cap. XXII.

REstat igitur ut diapente ac diatessaron, & tonum in superparticularitãte ponenda esse monstremus. Nam & si id in prima quoq; probatione ea qua diapason in superparticulari genere non esse ponenda mõstrauimus, id quoque quodam rationis modo perclaruit. Sigillatim tamen de eo ac diligentius pertractemus. Nam si in superparticulari quis has habitudines ponẽdas esse nõ dixerit, in multiplici genere fatebitur collocandas. Nam in superpartienti uel cæteris mixtis cur poni non possint, superius (ut arbitror) explanatum est. Ponantur igitur si fieri potest in multiplici genere. Et quoniam diatessaron consonãtia minor est, diapente maior, diatessaron duplici, diapente uero triplici proportioni multiplicitatis aptetur. Verisimile est enim ut est consonantia diatessaron consonantiæ, diapente continua, ita si diatessaron in duplici statuitur, diapente incontinua duplicis poni, ideſt, tripli. Tonus autem quoniam in habitudinibus musicis post diatessaron locatur, nimirum in ea proportione ponatur, quæ est minor duplici. Hæc autẽ in multiplicitatis genere nõ potest inueniri. Restat igitur ut in superparticularitatis habitudinem cadat. Sit igitur prima, ideſt, sesquialtera toni proportio. Nam si duplicem auferamus, tripli, quod relinquitur, sesquialter est. Quod si diatessarõ quidem duplex est, diapente uero triplum, † sublato diatessaron à diapente tonus reliquus fit, nullo modo dubitari potest, quin tonus in sesquialtera debeat proportione constitui. Sed duæ sesquialterę proportiones duplicem uincunt, quemadmodum ex Arithmeticis instructus sibi potest quisq; colligere. Duo igitur toni diatessaron superabunt, quod est inconueniens, diatessaron enim duos tonos semitonij spatio transcendit. Non igitur fieri potest, ut non diapente ac diatessaron in superparticulari inæqualitatis genere collocetur. Quod si quis tonũ quoq; in multiplici genere esse † perscribat, quoniam quidem totus minor est, quam diatessaron. Diatessaron uero minus est, quam diapente, diapente quidem ponatur in quadrupla, diatessaron in tripla, tonus in duplici. Sed diapente cõstat ex diatessaron & tono. Quadruplum igitur secundũ hanc rationem constabit, ex triplo ac duplo, quod fieri nequit. Rursus statuatur diatessaron quidem in tripli, & diapente in quadruplo. Si igitur auferamus triplum à quadruplo, sesquitertius relinquetur. Rursus si diatessaron diapente consonantiæ subtrahas, fit reliquus tonus. Tonus igitur secundum hanc rationem in sesquitertia proportione constabit. Sed tres sesquitertij uno tripli sunt minores. Tres igitur toni unum diatessaron nulla ratione supplebunt, quod est falsissimum. Duo enim toni ac semitonium minus diatessaron consonantiam supplent. Ex his igitur demonstratur diatessaron consonantiam non esse multiplicem. Dico autem quoniam nec diapente consonantia, in multiplici genere poterit collocari. Nam si † in eo statuatur, quoniam est ei minor continua, ideſt, diatessaron non locabitur diapẽte in minimo multiplici, ideſt, duplici, scilicet, ut sit locus, quo diatessaron consonantia possit aptari. Sed diatessaron consonantia multiplicis generis non est. Quo circa nec diapẽte, in maiore habitudine multiplicis, quam est dupla quæ minima est, aptari potest. Si igitur diapente in minima, scilicet, dupla, diatessaron uero quæ minor est, in multiplici quidem aptari non potest. Non est enim quicquam minus à se duplici. Sit igitur sesquialtera, tonus uero sesquitertia, in continua enim proportione locabitur. Sed duo sesquitertij ampliores sunt uno sesquialtero. Duo igitur toni unam diatessaron consonantiam uincent, quod nulla ratione continget. Ex his igitur approbatur diapente ac diatessaron in multiplici genere collocari non posse. quocirca in superparticulari inæqualitatis genere iure ponentur.

† perscribat
† sublatoq;
† in eo genere statuitur

Demonſtratio diapente & diateſſaron in maximis ſuperparticularibus collocari, Cap. XXIII.

† *neceſſarium* ILlud quoq; addendum † neceſſario eſt, quoniam ſi diapẽte ac diateſſaron ſuperparticulares proportiones tenent, in maximis ſuperparticularibus proportionibus collocantur. Sunt autem maximè ſeſquialtera & ſeſquitertia. Hoc uero † approbatur probabitur hoc modo. Nam ſi in minoribus proportionibus quam ſeſquialtera uel ſeſquitertia diapente ac diateſſaron conſonantiæ collocentur, non eſt dubium quin ſicut aliæ quelibet proportiones ſuperparticulares præter ſeſquialterã et ſeſquitertiã iunctæ non efficiunt unũ duplũ, ita diapente ac diateſſaron unũ diapaſon nulla ratione concludunt. Quoniam enim diapaſon in duplici proportione eſſe monſtratum eſt, duplex uero proportio ex ſeſquialtero ſeſquitertioq; componitur. Diapaſon uero ex diateſſaron ac diapente copulatur, non eſt dubium quin ſi totum diapaſon in duplici † ſtatuatur diapente & diateſſaron in ſeſquialtera ſeſquitertiaque proportione ſint locandę. Aliter enim non poterunt diapaſon iunctæ perficere, quę conſonantia in duplici proportione conſiſtit, niſi in his duabus proportionibus ſteterint ſeſquialtera, ſcilicet, ac ſeſquitertia. Aliæ enim proportiones ſuperparticulares † *ſtatuamus* † *duplicem* † hanc nulla ratione coniungent.



Diapente in ſeſquialtera, diateſſaron in ſeſquitertia eſſe, tonum in ſeſquioctaua, Cap. XXIIII.

DIco autem quoniam propriè diapente in ſeſquialtera, & diateſſaron in ſeſquitertia proportione conſiſtit. Quoniam enim inter utraſq; proportiones ſeſquialteram, ſcilicet, & ſeſquitertiam, ſeſquialtera eſt maior & ſeſquitertia minor, quoniamq; in conſonantijs diapente maior, diateſſaron minor, apparet maiorem proportionem maiori, & minorem minori eſſe conſonan † *aptandam* tiæ † aptandum. Erit igitur diapente quidem in ſeſquialtera, diateſſaron uero in pro † *conſonantia* portione ſeſquitertia collocanda. Quod ſi diateſſaron à diapente † conſonantiam ſubtrahamus, relinquitur ſpatium, quod dicitur tonus. Seſquitertium uero ſi proportioni ſeſquialterę minuamus, relinquitur ſeſquioctaua proportio. Quo fit ut tonus, † *cõparatione* in ſeſquioctaua debeat † ratione conſtitui.

Diapaſon ac diapente, in tripla proportione eſſe, bis diapaſon in quadrupla, Cap. XXV.

† *& illud* SEd quoniam demonſtratum eſt diapaſon quidem duplam, diapente uero ſeſquialteram, iunctas uero duplam ac ſeſquialteram triplicem proportionem procreare, ex his † etiam apparet diapente ac diapaſon in triplici proportione conſtitui. Sed ſi quis triplici proportioni ſeſquitertiam habitudinem iungat, quadruplam facit. Igitur ſi diapente ac diapaſon conſonantijs diateſſaron ſymphonia iungatur, fit quadruplum ſpatium uocum, quod bis diapaſon ſuprà eſſe monſtrauimus.

Diateſſaron ac diapaſon nõ eſſe conſonantiam ſecundum Pythagoricos, Cap. XXVI.

SEd in his illud diligens lector agnoſcat, quod conſonantiæ conſonantijs ſuppoſitæ alias quaſdam † conſonantes efficere. Nam diapẽte ac diateſſaron iũ † *cõſonantias* ctæ, diapaſon (ut dictum eſt) creant, huic uero, ideſt, diapaſon rurſus ſi diapente ſymphonia iungatur, fit conſonantia, quæ ex utriſq; uocabulis nũcupatur, diapaſon, ſcilicet, ac diapente. Cui ſi diateſſaron addatur, fit bis diapaſon, quæ quadruplam proportionem tenet. Quid igitur, ſi diateſſaron ac diapaſon conſonãtias iungamus, ullamne ſecundum Pythagoricos efficient conſonãtiam? Minimè. Mox enim in ſuperpartiens inæqualitatis genus cadit, nec ſeruat uel multiplicitatis ordinem, uel ſuperparticularitatis ſimplicitatem. Age enim ſtatuantur numeri quibus id facilius approbemus, ſit enim ternarius, cuius ſit ſenarius, duplus, ſcilicet, in diapaſon proportione cõſiſtens. Huic aptetur ſeſquitertia quam diateſſaron eſſe prædiximus, ut octonarius. Is enim ad ſenarium diateſſaron proportionem tenet, qui octonarius ad ternarium comparatus habet eum bis. Sed ne ſit multiplex, habet etiam eius aliquas partes, neq; eas ſimplices. Duabus enim eum ſuperuenit unitatibus, quæ ſunt duæ tertiæ partes ternarij, quem primum terminũ minimumq; locamus. Sint † igiſ † *ergo* termini hi, 3, 6, 8.

Multiplex ſuperbipartiens tertias.



Dupla Seſquitertia.

Illud quoq; quæ inter duas ſibi continuas conſonantias cadit, etenim neq; duplũ eſt integrum, ut diapaſon conſonantiam prodat, neq; triplum, ut diapaſon ac diapente efficiat ſymphoniam. Cui ſi tonus addatur, mox triplum modum proportionis efficiet. Quoniam enim diapaſon ac diapente † ſibi iunctæ efficiunt triplum. Diateſſa- † *ſibimet* ron uero & tonus diapente conſonantiam iungunt, ſi diapaſon † conſonantia ad- † *conſonantiæ* datur diateſſaron, inconſonum fit, quoniam inter duplicem ac triplicem nulla poteſt naturaliter proportio multiplicitatis intelligi. Quod ſi ei adijcio tonũ, † fit dia- † *fiet* paſon, diateſſaron, & tonus, quod nihil diſtabit utrum diapaſon ac diapente ſit. Diateſſaron enim & tonus diapente conſtituunt. † Sit enim diapaſon quidem 3 & 6. † *Sint* Diateſſaron 6 & 8. Tonus 8 & 9. Diapente 6 & 9. Diapaſon ac diapente 3 ac 9. Erit igiſ ſic tripla proportio 3, 6, 8, 9. Sed quanquã de his multa Nicomachus, nos tamen qua potuimus breuitate partim ea ipſa quæ Pythagorici affirmant promentes, partim ex eiſdem quædam conſequentia argumentantes, probauimus, ſi diateſſaron conſonantię diapaſon addatur, conſonantiam ex his coniungi non poſſe. Quid uero ſentiat de his Ptolemæus, poſterius apponam. Sed de his hactenus, nunc de ſemitonijs conſiderandum eſt.



De ſemitonio in quibus minimis numeris conſtet, Cap. XXVII.

VIdentur enim ſemitonia nuncupata, non quod uerè tonorum ſint medietates, ſed quod ſint non integri toni. Huiuſq; ſpatij quod nunc quidem ſemitonium nuncupamus, apud antiquiores autem limma uel diesis uocabat, hic modus eſt. Cum enim ex ſeſquitertia proportione quæ diateſſaron eſt, duæ ſeſquioctauæ habitudines, quæ toni ſunt, auferuntur, relinquitur ſpatium quod ſemitonium nuncupatur. Quæramus igitur duos tonos continua diſpoſitione deſcriptos. Sed quoniam hi (ut dictum eſt) in ſeſquioctaua proportione conſiſtunt, duasq; ſeſquioctauas proportiones continuas adhibere non poſſumus, niſi multiplex ille, à quo † hæ deriuari poſſint, reperiatur ſit unitas prima † eiſq; octonarius octuplus primus. Ab hoc igitur unum ſeſquioctauũ potero deriuare. Sed quía duos quæ rimus fient octies octo, atq; ex eo 64 explicentur. Erit igitur ſecundus octuplus à quo poſſumus duas ſeſquioctauas proportiones educere. Nanq; octo quæ eſt octaua pars, 64 unitatum eiſdem additi totam ſummam 72 perficiunt, his uero ſi ſua octaua ſimiliter opponatur, quæ eſt nouenarius 81 reddunt. Eruntq; hi duo toni continui principali diſpoſitione conſcripti 64, 72, 81.

† hæc
† eiusq;



Seſquioctaua Seſquioctaua

Nunc igitur 64 unitatum ſeſquitertium conquiramus. Sed quoniam 64 probantur partem tertiam non habere, ſi omnes hi numeri ternario multiplicentur, mox eis pars tertia contingit, & omnes in eadem proportione durabunt, in qua fuerunt ante quàm his ternarius multiplicator accederet, fiant igitur ter 64, ideſt, 192 horum tertia 64 eiſdem addita 256 redder. Erit igitur hæc ſeſquitertia proportio diateſſaron conſonantiam tenens. Nunc igitur duas ſeſquioctauas proportiones ad 192 duobus ſe numeris continentes rato ordine collocemus, fiant igitur ter 72, ideſt, 216. Rurſus ter 81, qui ſunt 243, qui inter duos ſupraſcriptos terminos collocentur hoc modo:

192, 216, 243, 256.

Tonus



In hac diſpoſitione proportionũ, primus numerus ad poſtremum diateſſaron conſtituit conſonantiam. Idem uero primus ad ſecundum, & ſecundus ad tertium gemi nos † conſtituunt tonos. Conſtat igitur ſpatium quod relinquitur ex 243 ad 256, in quibus minimi ſemitonij forma conſiſtit. † conſtituit

Demonſtrationes non eſſe, 243 ad 256 toni medietatem, Cap. XXVIII.

APprobo igitur, 243 ad 256 diſtantiam non eſſe integram toni medij dimenſionem. Etenim ducentorum quadraginta trium & ducentorum 56, differẽtia 13 tantum unitatibus continetur. Qui tredecim minus quidẽ quã minoris octauam decimam, plus uero quã nonamdecimam obtinent partem. Si enim octies decies tredecim ducas, efficies 234, qui 243, nullo modo æquabit, ſi decies nouies multiplices, ſuperuadent, cum oporteat omne ſemitonium, ſi tamen integrum toni dimidium tenet, inter ſextamdecimam partem ac ſeptimamdecimam collocari. Quod poſterius demonſtrabitur. Nunc illud liquebit talem ſemitonij diſtantiam ſibimet geminatam, unum toni ſpatium non poſſe complere. Age enim ut ſeſe 256 ad 243 habent, tales duas ſibimet continuas proportiones, ſecundum ſuperius deſcriptam regulam diſponamus, 200 enim & 50 & 6 inſemetipſos multiplicemus, & ſit maximus terminus 65536. Item 243 propria numeroſitate concreſcant & ſit minimus terminus 59049. Rurſus igitur 256 ad ducentorum 43 † multitudinem cõcreſcant. Erit igitur numerus 62208, hic igitur medius colloceẽ hoc modo: † multitudinẽ



In eadem igitur ſunt proportione ducenti 56 & 243. In qua 65536 ad 62208. Et item 62208 ad 59049. Sed maximus eorum terminus qui eſt 65536 ad minimum qui eſt 59049. Vnũ integrũ nõ † efficit tonum, quod ſi primi ad ſecundũ proportio quæ eſt æqua ſecũdi ad tertiũ proportioni, integri eſſe ſemitonij probareẽ, duo dimidia iuncta unum neceſſario efficerent tonum. Nunc aũt cum non ſit extremorũ terminorũ ſeſquioctaua proportio, manifeſtũ eſt hæc duo ſpatia propriè tonorũ dimidia non uideri. Quicquid eñ cuiuſcũq; eſt dimidium, id ſi duplicetur illud efficit, † cuius dicitẽ eſſe dimidiũ. Si uero illud implere non poſſit geminata partícula, minus eſt parte dimidia. Si uero ſuperfluat, ac ſuperuadat, plus eſt parte dimidia † præterea, probabuntur 65536 non facere ſeſquioctauam proportionem. Si 59049 unitatibus comparentur, ſi octaua pars 59049, eiſdem ſecundũ eas quæ in Arithmeticis dictæ ſunt regulas aggeratur. Quę quoniã in integris numeris non cõſiſtit. Idcirco eandẽ octauam partem relinquimus lectorum diligentiæ computandam. Liquet igitur eã proportionem quæ in 256 & 243 eſt conſtituta, non eſſe integrum dimidiũ toni, quocirca id quod uerè ſemitonium nuncupatur, pars toni minor eſt quàm dimidia. † efficiet † cius † propterea



Differentiæ

13196	3328	3159	
78732	65536	62208	59049

Semiditonus cum commate — Semitonium minus — Semitonium minus

Diatessaron Sesquiter.

Hen Glar. Pinxissem totum spacium toni. At minimus terminus puta 59049 precedentem
auditio. sesquioctauam non habet, quum ipse sit quintus sesquioctauus, quinti octupli. Vt id in figurula antè picta comperies.

De maiore parte toni in quibus minimis numeris constet, Cap. XXIX.

Reliqua igitur pars quæ maior est, apotome nũcupat̃ à Græcis, à nobis uero potest uocari decisio. Id enim natura fert, ut quotiẽs aliquid secatur, ita ut non æquis partibus diuidatur, quãto minor pars dimidio minor est, tanto maior pars eadem, quæ auctior est dimidium uincat. Quantum igitur semitonium minus integro dimidio toni minus est, tanto apotome toni integrum superat dimidium & uincit. Et quoniam docuimus semitonium in 256 & 243 principaliter stare, nunc ea quæ apotome dicitur. In quibus possit minimis constare numeris approbemus. Si igitur 243 partem recipere octauã possent cum ad eum sesquioctauus numerus comparetur, tunc 256 habitudo ad sesquioctauam summam minimi numeri comparata, aptomen necessaria ratione monstraret. Nunc uero quoniam ei pars octaua deesse monstratur, utriq; numeri octies fiant. Et ex 243, quidem octies multiplicatis fit numerus 1944. Quibus si propria cõferatur octaua qui sunt 243, fient 2187. Rursus 256 per octonarium crescant, fient igitur 2048. Atq; hic supra scriptorum terminorum in medio collocetur.

Semitonium minus	Apotome	
104	139	
1944	2048	2187

Primus Secundus Tertius

Tonus Sesquioctaua



Tertius igitur terminus ad primum toni retinet proportionem. Secundus ad primũ semitonij minoris. Apotomes uero tertius ad secũdum. Atq; in hisdem primis Apotomes uidetur constare proportio, cũ semitonij in 256 & 243, minimis numeris spatium cõtineatur. Idcirco autem 1944, & 2048 in eadem proportione sunt, qua 243 ad ducentos 56, quoniam 256 & 243 octonario multiplicati sunt. Si enim unus numerus duos quoslibet numeros multiplicet, qui ex ea multiplicatione nascunt̃. In eadem erunt proportione, qua fuerũt hi numeri, quos prior numerus multiplicauit.

Quibus proportionibus diapente, diapason, constent, & quoniam diapason sex tonis non constet, Cap. XXX.

Sed quoniam de diatessaron consonantia latius diximus, breuius & penè puris numeris de diapason ac diapente consonantijs disseramus. Diapẽte enim constat ex tribus tonis ac semitonio, idest, ex diatessaron & tono. Disponantur enim numeri quos superior descriptio comprehendit 192, 216, 243 256.

Diatessa-

Diatessaron ex duobus tonis & Hemitonio minore

192	216	243	256

Tonus — Tonus — Hemitonius



In hac igitur dispositione primus terminus ad secundũ, & secundus ad tertium tonorum † retinet proportiones. Sed tertius ad quartũ semitonij minoris, ut suprà mõstratum est. Si igitur 256 octaua eisdem quorum octaua est apponatur, fient 288. Quibus 192 comparati, sesquialterum spacium proportionis efficiunt. † retinent

192	288

Diapẽte secupla



Quocirca tres quidem toni sunt, si primus ad secundum, secundus ad tertium, quintus conferatur ad quartum. Semitoniũ uero minus tertij, ad quartum terminũ comparatio tenet, quod si diatessaron quidem duorum tonorũ est, ac semitonij minoris, diapente uero trium tonorum ac semitonij minoris, iunctæ uero diatessaron ac diapẽte unum diapason uidentur efficere, erunt quinq; toni & duo spacia semitoniorũ minora, quæ unum tonum non uideantur implere. Non est igitur diapason consonantia constans sex tonis ut Aristoxenus arbitratur, quod in numeris quoq; dispositum euidenter apparet. Sex enim toni in ordinem disponantur, scilicet, in sesquioctauis proportionibus constituti, sex uero sesquioctauæ proportiones à sexto octuplo procreantur. Disponantur igitur sexoctupli, hoc modo:

1	8	64	512	4096
32768		262144		

Ab hoc igit̃ ultimo numero sex toni in sesquioctaua proportione constituti locentur, hoc modo dispositis, primum octuplis terminis, ut octauæ terminorum partes ipsorum terminorum lateribus adiungantur, sit autem descriptio talis:

Sex octupli	1	8	64	512
4096	32768		262144	

Sesquioctaui	Partes octauæ
262144	32768
294912	36864
331776	41472
373248	46656
419904	52488
472392	59049
531441	

Huius igitur dispositionis hæc ratio est. Continuus enim uersus, qui limes † dicitur, octuplos numeros tenet. A sexto uero octuplo sesquioctauæ proportiones † ducitur

ducun

ducuntur. Vbi uero octauas partes ſcripſimus, octauæ ſunt eorum numerorum partes, quibus adiacẽt. Quæ ſi eiſdem quibus adiacent apponantur, poſteriores numeros creant, ut in primo qui eſt 262144. Huius octaua 32768, hi ſibimet ſi coniungantur poſteriorẽ efficit numerũ qui eſt 294912. Idemq; in cæteris † inuenitur. Si igitur ultimus numerus qui eſt 531441 duplus eſſet prioris numeri qui eſt 262144, rectè diapaſon ſex tonis conſtare uideretur. Nunc autẽ ſi minimi numeri, id eſt, prioris duplicem conquiramus, minor erit eo numero, qui eſt maximus ac ſupremus. Nam 262144 numeri duplus eſt qui ad eum, ſcilicet, diapaſon conſonantiam tenet 524288, hic igitur minor eſt eo numero qui ſextum retinet tonum eo, ſcilicet, qui eſt 531441. Minor eſt igitur diapaſon conſonantia ſex tonis. Atq; id quod ſex toni diapaſon cõſonantiam ſuperuadũt, uocõ comma, quod conſtat in minimis numeris, 524288 & 531441.



Sed de his quid Ariſtoxenus ſentiat. Qui auribus dedit omne iudicium, aliàs commemorabo. Nunc uoluminis ſeriem faſtidij uitator aſtringam.

Sex,		(Latitudo.)			octupli.		
1	8	64	512	4096	32768	262144	Omnes ſeſquioctaui inferni ſupernorũ qui ſex Tonos efficiunt.
	9	72	576	4808	36864	294912	
		81	648	5184	41472	331776	
			729	5832	46656	373248	
				6561	52488	419904	
					59049	472392	
						531441	

Nouem cupli omnes Diagonij

ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, DE MVSICA, LIB. III.

Aduerſus Ariſtoxenum demonſtratio ſuper particularem proportionem dimidij in equa non poſſe, atq; ideo nec tonum, Cap. I.

Vperiore uolumine demonſtratum eſt diateſſaron conſonantiam ex duobus tonis †copulari ac ſemitonio, diapẽte uero ex tribus tonis ac ſemitonio conſtare. Sed ea ſemitonia dimidium toni integrum non poſſe perficere, ſi ſigillatim cõſiderata tractentur, atq; ideo diapaſon ad ſex tonos nullo modo peruenire. Sed quoniam Ariſtoxenus muſicus, iudicio aurium cuncta permittens, hæc ſemitonia non arbitratur eſſe ſecũdum Pythagoricos contractiora dimidio, ſed ſicut ſemitonia dicuntur, ita eſſe dimidietates tonorum. De † eiſdem rurſus paulíſper eſt diſputandum, demonſtrãdumq; prius nullam ſuper † his particularem habitudinem noto numero poſſe diuidi in integram medietatem. Inter duos enim numeros ſuperparticularem proportionem continentes, ſiue illi ſint principales, quorũ eſt unitas † differentia, ſiue poſteriores, nullus ita poterit medius numerus collocari, ut quam minimus proportionem tenet ad medium, eam medius teneat ad extremum, ſcilicet, ut in Geometrica proportione, ſed aut differentias æquas facere poteſt, ut ſit æqualitas ſecũdum Arithmeticam medietatẽ, aut Harmonicam inter eoſdem terminos medius numerus collocatus faciet medietatem, aut quamlibet aliam, quarum in Arithmeticis ſecimus mentionem. Quod ſi id demonſtrabit, nec illud quidem cõſtare poterit, ſeſquioctauam proportionem, quæ totius eſt in dimidia poſſe diſcerni, quandoquidem ſeſquioctaua omnis in ſuperparticulari inequalitatis genere conſiſtit. Id uero melius inductione mõſtrabitur. Nam ſi per ſingulas proportiones conſideratione deducta, ſcilicet, ſuperparticulares nulla prorſus occurrit, quæ interpoſito medio termino, æquis proportionibus diuidatur, non eſt dubiũ quod ſuperparticularis cõparatio nõ poſſit in æqua partiri. Quod ſi uideẽ conſonũ auribus aliqd canere, cũ cuilibet uoci duobus tonis ac ſemitonio integro diſtãs uocula compareẽ, id non eſſe conſonũ natura monſtrat. Sed quoniã ſenſus omnis quæ minima ſunt, cõprehendere nequeat, idcirco hanc differentiã, quæ ultra conſonũ, pcedit, ſenſum auriũ nõ poſſe diſtinguere, fore autẽ ut deprehẽdatur, ſi frequentiſſimè talis particula per eoſdem creſcat errores. Nã q̃d in minimo haud ſane cerniẽ, compoſitũ coniunctũq; cũ iam magnũ eſſe cœperit peruideẽ. A qua igitur proportione eſt ordiendũ † an cõpendiũ damus quæſtioni, ſi ab eo de quo quæriẽ † ac ordiamur. Id uero eſt tonus, in duo æqua poſſit partiri nec'ne. Nunc igitur de tono eſt pertractandũ, & quemadmodũ nõ poſſit in duo æqua diuidi demõſtrandũ eſt. Quã demonſtrationẽ ſi qs ad reliquas ſuperparticulares cõparationes trãsferat, ſimiliter demonſtrabit, ſuperparticularem in equa noto atq; integro numero ſeparari non poſſe. Primi igitur tonũ continẽtes numeri ſunt, 8 atq; 9. Sed quoniã ſe iſti ita naturaliter conſequũtur, ut medius inter eos numerus non ſit, eoſdem binario quo, ſcilicet, minimo poſſum multiplico. Fiũt igitur, 16 ac 18, inter hos uero † naturaliter numerus † naturalis cadit q eſt 17, igitur 18 ad 16 tonus eſt. Sed 10 & 8 ad 10 & 7, comparatus habet eum tonum, & eius ſeptimamdecimam partem. Septimadecima uero pars minor eſt ſextadecima naturaliter. Maior eſt igitur, pportio q̃ ſub 16 ac 17 numeris continẽ, quã ea quæ ſub 17 ac 18. Qui diſponant hoc modo, & ſit A 16, C 17, B 18. Medietas igitur † integra toni inter C ac B nullo modo cadet. Minor eſt eñ C B, pportio C A proportione. Ad maiorẽ igitur partẽ medietas rata ponenda eſt. Sit uero medietas D. † integrę

Quoniam

Quoniam igitur D B quidem proportio, quod eſt integrum dimidium toni, maior eſt C B proportione, quæ eſt minor pars toni, A C autem proportio quæ eſt maior pars toni A D proportione maior eſt, quod eſt dimidium toni. Eſt autem A C proportio ſeſquiſextadecima, C B autem ſeſquiſeptimadecima, nõ eſt dubiũ quin integra medietas inter ſeſquiſextamdecimam, ac ſeſquiſeptimamdecimã cadat. Sed hoc in integro numero nullo modo poterit inueniri.



Tonus ſeſquioctaua proportio Totũ hoc ſpacium

Quoniam uero ad 16 numerum 17 numerus comparatus, ſuper ſeſquiſextãdecimã obtinet proportionẽ, ſi eiuſdẽ 17 numeri ſextamdecimã requiramus, erit unitas, atq; unitatis pars 16, hanc ſi eidẽ 17 numero cõiungamus, fiunt 18, & pars ſextadecima.
† 17 Si igitur 18, & pars ſextadecima † 16 numero comparetur, recte toni menſurã uidẽt excedere. Cũ ad eum ſolus 18 numerus ſeſquioctauã cuſtodiat proportionẽ. Vnde fit, ut quoniã ſuper ſeſquiſextadecima proportio tonũ bis aucta trãſcendit, nõ ſit integrum toni dimidium. Quicquid enim bis ductum tranſcendit aliquid, id ultra dimidium illius eſſe uidebitur, quod tranſcendit. Quocirca ſuper ſeſquiſextadecima, nõ erit toni dimidium. Ac per hoc, nec alia ulla maior ſeſquiſextadecima proportione, toni poterit eſſe dimidium, cum ipſa ſeſquiſextadecima integro toni dimidio ſit maior. Sed quoniam ſeſquiſextamdecimam proportionem continua ſequitur ſeſquiſeptimadecima, uideamus an ea tonum bis multiplicata non impleat, 17 igitur numeri ſeſquiſeptimamdecimam partem tenet terminus 18. In eadem igitur proportione ſi ad 18 numerum alium comparemus, erit 19 & ſeptimadecima pars. Quod ſi ad 17 terminum in ſeſquioctaua proportione poſitum numerum comparemus, fiẽt 19, & pars octaua. Maior uero eſt pars octaua parte ſeptimadecima. Maior † igitur eſt proportio numerorum 17 ac 19 & octaua, quam ea quæ in 17 ac 19 & parte ſeptimadecima cõtinetur, quæ ſunt, ſcilicet, bis ſeſquiſeptimẽdecimæ proportiones.

† non habetur

Duæ igitur ſeſquiſeptimædecimæ unum tonum non uidentur implere. Non eſt igitur ſeſquiſeptimadecima toni dimidium, quoniam quę duplicata non † implet integrum, nõ † continet dimidium. Semper enim dimidium duplicatum ei cuius dimidiũ eſt coæquatur.

† implent
† tenent

Superſeſ-

Superſeſquiſextadecima proportio Superſeſquiſextadecima proportio



Totum huius toni ſpatiũ ex duobus Apotomis.



Tonus non integer ex duabus dieſibus deficiẽs à tono integro commate.

Proportio ſeſquioctaua Tonũ integrũ ex Dieſi & Apotome habens.



Superſeſquiſedecima proportio Proportio ſeſquioct. & 8 non ſeſquiſeptimadecima

Ex ſeſquiſ-

Ex ſeſquitertia proportione ſublatis duobus tonis, toni dimidium non relinqui, Cap. II.

TAm uero ſi eos numeros diſponamus, qui de ſeſquitertia proportione duobus tonis retractis relinquuntur, in his conſiderare poſſumus, utrum ea proportio quæ eſt poſt duos tonos relinquitur, integri loco ſemitonij cẽſeatur, quod ſi ita repertum ſit, illud quoq; eſt comprobatum diateſſaron conſonantiam duobus tonis atq; integro ſemitonio copulari. Erat igit̃ ſuperius terminus primus 192. Ad hunc ſeſquitertiam proportionem tenebant 256. Sed ad primum terminum 216 faciunt tonum. Ad 216 rurſus 243 toni obtinent locum. Eſt igitur quod relinquitur ex diateſſarõ tota proportione, ea, ſcilicet, habitudo, quæ in 243 & 256 unitatibus conſtat. Hæc igitur ſi probatur integri toni eſſe dimidium, dubitari non poteſt diateſſaron ex duobus tonis ſemitonioq; † conſtare. Quoniam igitur demonſtratũ eſt toni dimidium inter ſeſquiſextamdecimam & ſeſquiſeptimamdecimam proportionem locari, ab hac comparatione etiam hæc proportio metienda eſt. Ne enim lõgius progrediamur, ſumo ex 243 octauamdecimam partem, ea ſit 13 & ſemis. Hãc ſi eiſdem appoſuero, fiunt 256 & ſemis. Apparet igitur minorẽ proportionem eſſe 256 ad 243 ſeſquioctauadecimæ habitudine. Quod ſi dimidius tonus maior quidẽ eſt in ſeſquiſextadecima, minor uero in ſeſquiſeptima decima proportione. Seſquioctauadecima uero minor eſt ſeſquiſeptimadecima habitudine, ducentorũ uero 56 ad ducentos 43 comparatio, quę, ſcilicet, relinquitur ex diateſſaron duobus retractis tonis, minor eſt ſeſquioctauadecima. Non eſt dubium quin hæc duorum numerorum proportio ſemitonio longiſſimè diminutior ſit.

† conſistere

Aduerſum Ariſtoxenum demonſtrationes diateſſaron conſonantiam ex duobus tonis & ſemitonio non conſtare, nec diapaſon ſex tonis, Cap. III.

QVod ſi (ut ait Ariſtoxenus) diateſſaron conſonantia ex duobus tonis ſemitonioq; coniungitur, duæ diateſſaron conſonantiæ neceſſario quinque tonos efficient, & diapente ac diateſſaron iũctæ, ſicut unum diapaſon iungunt, ita ſex tonis continua proportione coæquantur. Et quoniã paulò ante ſex diſpoſuimus tonos, quorum minimus erat numerus 262 144, ad hũc uero ultimus in ſexto collocabatur tono numerus, 531 441 quintum uero retinebãt tonum 473292, diſponantur hoc modo:



Nunc igit̃



Nunc igitur de minoribus numeris, ideſt, quinq; tonis loquamur. Si ergo diateſſarõ duobus tonis ac ſemitonio, bis uero diateſſaron quinq; conſiſteret tonis, cũ ex 262144 44 diateſſaron intenderem. Cunq; de 472392 aliud diateſſaron remitterem. Idem interutrãq; intentionẽ remiſſionemue numerus inueniretur. Id autem fit hoc modo: A numero qui eſt 262144 beſſe diateſſarõ intendo, ideſt, ſeſquitertium, qui fit in 349525 & triente. Rurſus de 472392 numeris remitto ſeſquitertiam proportionẽ, quæ ſit in 354294, has igitur proportiones diſponamus, hoc modo, & ſit primus quidem numerus A, ſecundus uero B, tertius C, quartus D.



Quoniam igitur A terminus ab D termino quinq; remotus eſt tonis, quoniamq; diateſſaron in duobus tonis ac ſemitonio iungitur, ut Ariſtoxenus arbitratur, unumq; diateſſaron, inter A atq; B, aliud uero inter C atq; B poſitum eſt, B & C terminos non oportet eſſe diuerſos, ſed unos atque eoſdem, ut integrè quinq; toni ex duabus diateſſaron conſonantijs conſtare uideantur. Nunc uero quoniam eſt differẽtia 4768 & beſſe, arguitur diateſſaron minimè tonis duobus ac ſemitonio coniungi.

Diapaſon conſonantiam à 6 tonis commate excedi, & qui ſit minimus numerus commatis, Cap. IIII.

SEd hanc ſi quærimus † in integris numeris differentiam collocare, quoniam in ea parte, quæ eſt beſſe pars tertia ſi addatur, plenam efficit unitatẽ, quę pars tertia eiuſdem beſſe dimidium eſt, ſi totius differentiæ dimidium eidem adiecero, quod eſt 2384 & triens ſit omnis ſumma 7153. Quæ dudum commatis proportionem tenebat. Comma enim eſt quo ſex toni ſuperant diapaſon conſonantiam, quod in primis 7153 unitatibus continetur. Vt igitur differentię dimidiũ proprium adiecimus, ut in 7153 excreſceret, ita etiam cunctis A B C D terminis medietates proprias adiungamus, & eadem erit in omnibus, quæ ſuprà proportio, fietq; eadem inter quinq; tonos ac bis diateſſaron differentia, quæ eſt inter ſex tonos ac diapa

† *non legitur*

ſon conſonantiam differentia, ſcilicet, 7153 unitates. Vnde colligitur quinq; tonos bis diateſſaron, & ſex tonos unum diapaſon tamen commate ſuperare. Quod in primis 7153 unitatibus † inuenitur. Id autem patefaciet hæc ſubiecta deſcriptio:

† *inuenictur*



Sex Toni
Excedunt ergo Sex toni Diapaſon commate.



Quemadmodum Philolaus tonum diuidat, Cap. V.

PHilolaus uero Pythagoricus alio modo tonũ diuidere tẽtauit. Statuens, ſcilicet primordiũ toni ab eo numero, q̃ primus cubũ à primo impari, (q̃d maximè apud Pythagoricos honorabile fuit,) efficeret. Nã cũ ternarius numerus, primus ſit impar tres tertio 9 atq; id ter ſi duxeris 27 neceſſario exurgent, qui ad 24. numerum tono diſtat

ſtat, eandem ternarij differentiam ſeruans. Ternarius enim 24 ſummæ octaua pars eſt. Quæ eiſdem addita primum à ternario cubũ 20 ac 7 reddit. Ex hoc igitur Philolaus duas efficit partes, unam quæ dimidio ſit maior, eamq; apotomen uocat. Reliquam quæ dimidio ſit minor, eamq; rurſus dieſim dicit, quam poſteri ſemitonũ minus appellauere. Harum uero differentiam comma, ac primum dieſim, in 13 unitatibus conſtare arbitratur, eo quod † hoc inter 256 & 243 peruiſa ſit differentia. Quod † *hæc* quę idem numerus, ideſt, 13 ex nouenario ternario, atq; unitate conſiſtat, quæ unitas puncti obtineat locum. Ternarius uero primæ imparis lineæ. Nouenarius primi imparis quadrati. Ex his igitur cauſis cum 13 dieſim ponat, quod ſemitonium nuncupatur, reliquam 27 numeri partem quæ ex 14 unitatibus continẽ, † apotome eſſe conſtituit. Sed quoniam inter 13 & 14 unitas differentiam facit, unitatem loco commatis cenſet eſſe ponendam, totum uero tonum in 27 unitatibus locat, eo quod inter 216 ac 243 qui inter ſe diſtant tono 27 ſit differentia. † *apotomen*

Toni diuiſio ſecundum Philolaum.



Tonum ex duobus ſemitonijs ac commate conſtare, Cap. VI.

EX quibus facilè apparet tonum duobus ſemitonijs minoribus & commate conſtare. Nam ſi totus tonus ex apotome conſtat ac ſemitonio, ſemitonium uero ab apotome differt commate, nihil eſt aliud apotome, niſi ſemitoniũ minus & comma. Si igitur duo ſemitonia minora de tono quis auferat, comma ſit reliquum.

Demonſtratio tonum duobus ſemitonijs commate diſtare, Cap. VII.

IDem uero hoc quoq; probabitur modo. Nam ſi diapaſon quinq; tonis ac duobus minoribus ſemitonijs continetur, ſuperantq; ſex toni diapaſon conſonantiam uno commate, non eſt dubium quin tonis quinis ab utroq; ſpatio ſublatis fiãt reliqua ex diapaſon quidem duo ſemitonia minora, de ſex uero tonis tonus. Atq; hic tonus hæc duo ſemitonia, quæ relinquuntur, † uincit commate. Quod ſi duobus eiſdem ſemitonijs comma reponatur, æquabunt tonum, cõſtat igitur unum tonum duobus ſemitonijs minoribus & commati, quod in 7153 primis unitatibus inuenitur, æquari. † *uincet*

De minoribus ſemitonij interuallis, Cap. VIII.

PHilolaus igitur hæc atq; his minora ſpatia talibus diffinitionibus includit. Dieſis, inquit, eſt ſpatium, quo maior eſt ſeſquitertia proportio duobus tonis. Comma uero eſt ſpatium quo maior eſt ſeſquioctaua proportio duabus dieſibus, ideſt, duobus ſemitonijs, minoribus. Schiſma eſt dimidium commatis. Diaſchiſma uero dimidium dieſeos, ideſt, ſemitonij minoris. Ex quibus illud colligitur, quoniam tonus quidem diuiditur principaliter in ſemitoniũ minus atq; apotomen. Diuiditur etiam in duo ſemitonia & comma, quo fit ut diuidatur in quatuor diaſchiſmata & comma. Integrum uero dimidium toni quod eſt ſemitoniũ, conſtat ex duobus diaſchiſmatibus † quod eſt unum ſemitonium minus, & ſchiſmate quod eſt dimidium commatis. Quoniam † cum totus tonus ex duobus ſemitonijs † *enim* † *non habetur*

minoribus & commate coniunctus est, si quis id integrè diuidere uelit, faciet unum semitonium minus commatis q̃ dimidium. Sed unum semitonium minus diuiditur in duo diaschismata. Dimidium uero commatis unum schisma est. Rectè igitur dictum est integrè dimidium tonum in duo diaschismata atq; unũ schisma posse partiri. Quo fit ut integrum semitonium à minore semitonio uno schismate differre uideatur, apotome autem à minore semitonio duobus schismatibus differt, differt enim commate, sed duo schismata unum perficiunt comma.



De toni partibus per consonantias sumendis. Cap. IX.

SEd de his quidem hactenus. Nunc uero illud uidetur esse dicendum, quemadmodum per consonantias musicas imperata possimus spatia nunc extẽdere, nunc uero remittere. Id autem † linealiter fiat, lineæq; quas describimus uocis † accipiuntur loco. Sed sese iam ratio ipsa demonstret. Sit propositum toni spatium per cõsonantiam sumere, in acutum, scilicet, atq; grauem. Sit sonus B, ab hoc intendo alium sonum qui diapente spatio ab eo quod est B distet ad eum qui est C. Ab hoc remitto diatessaron consonantiam ad id quod est D, & quoniam inter diapente ac diatessaron tonus differentiam facit, D B spatium tonus repertus est.

† linealiter
† accipiantur



Ad grauiorem uero partem ita modulabimur tonum. Ab eo quod est B diatessaron intẽdo ad F, & ab F diapẽte remitto ad K. Erit K B tonus. Animaduertet igitur diligẽs lector ad D B quidẽ ad acutã partem effectum tonũ, ad K B autem ad grauem.



Sit

Sit propositum minorem toni partem per consonantiam sumere in acutam partem atq; grauem. Minor uero toni pars est spatium, quo duos tonos diatessaron consonantia transcendit. Sit enim sonus A, intendo ab A diatessaron ad B. Rursus intendo ab B diatessaron ad C, ab C remitto diapente ad D. Tonus est igitur B D. Rursus ab D intendo diatessaron ad E. Remitto iterum ab E diapente ad F. Tonus est igitur D F. Duo igitur sunt toni B D D F. Et erat B A integrum diatessaron. Erit igitur F A minor toni pars, quod semitonium nuncupatur.



Ad grauiorem uero partem hoc modo: Sit sonus A, intendo duos tonos per consonantiam ad G, diatessaron uero ab G remitto ad K, erit igitur K A minor semitonij pars, quod oportebat efficere.



Si † ergo à tribus tonis diatessaron auferamus, apotome fit reliqua. Sint enim tres toni A B, B C, C D, ab his auferatur A E diatessaron. Erit igitur E C semitonium minus, apotome igitur est E D.

† Si igitur tribus



Hanc igitur apotomen ſi ſit commodum ſic ſumemus. Ac primum quidem ad acutum intendo tres tonos, ab A eos qui ſunt ad B, & ab eo † quod eſt B ad C diateſſaron conſonantiam remitto, fit C A apotome reliqua.

† qui



Quod ſi idem ſpatium ad grauem ſonum uelimus efficere ſit hoc modo, ſit ſonus A. intendo ſemitonium minus, id quod eſt A D, remitto ab D tonum qui eſt D E. Erit igitur E A ea quam requirimus apotome.



† ad Sit propoſitum † in acutam partem comma ſumere, ſit ſonus A, intendo apotomē A B, remitto ſemitonium minus B C, & quoniam ſemitonium apotome minus eſt commate. Comma erit C A.



Rurſus ad grauem partem hoc modo intẽdo, ab A ſono ſemitonium minus, id quod eſt A D, ab D uero remitto apotomen, id quod eſt D E. Erit igitur comma C A.

Comma



Regula ſumendi ſemitonij, Cap. X.

OPortet uero has omnes conſonãtias rite eſſe animo atq; auribus notas, fruſtra enim hæc ratione & ſcientia colliguntur, niſi fuerint uſu atq; exercitatione notiſſima. Vt uero id quod inſtitutione muſicę adorſi ſumus non mox auribus, quod iam prouectorum in muſica eſt. Sed ratione interim cẽſeatur. Vnum dabimus exemplum inueniendi ſpatij, quod uideatur eſſe paulò difficilius, ſcilicet, ſemitonij minoris, ut in utranq; partem acutam, ſcilicet, atq; grauem, rato poſſit ordine reperiri. Sit diateſſaron A B, oportet igitur circa A B † conſonã minus ſemitoniũ ad grauiorẽ partẽ acutioremq; deducere, intẽdo igit̃ B C diateſſaron. Remitto rurſus diapẽte C D. Erit igit̃ tonus B D, diateſſaron enim cõſonantia à diapẽte conſonãtia tono ſuperatur, & C B ſpatiũ ab C D ſpatio B D ſpatio tranſcẽdit̃. Rurſus intendo diateſſaron D E, remitto aũt diapente E F. Tonus eſt igitur D F. Sed D B tonus erat, Semitonium igitur minus eſt A F, quod ſubtractis duobus tonis F D, E D ab A E diateſſaron ſpatio relinquit̃. Rurſus remitto diateſſaron A G, intẽdo diapente G H. Erit igitur A H tonus, ſed erat A F ſemitonium. Erit igitur F H apotome. Rurſus remitto diateſſaron H K, intendo diapente K L, tonus igitur eſt H L. Erat autem tonus H A. Semitonium igitur minus eſt L B. Sed erat tonus B D. Erit igitur L D apotome. Rurſus intendo diateſſaron F M. Semitonium igitur eſt B M. Remitto diateſſaron L N, ſemitonium igitur eſt N A. Per conſonantiam igitur ſumpta ſunt circa A B diateſſaron, duo ſemitonia, B M quidẽ ad acutũ. N A uero ad grauem partẽ totumq; M N minus eſt q̃ diapẽte. Cõſtat enim ex quinq; ſemitonijs, & apotome gemi nata ex duobus igit̃ tonis & tribus ſemitonijs minoribus, & quoniã duo ſemitonia unũ tonũ implere nequeũt. Sed relinquitur cõma, totũ. M N ſpatiũ minus eſt ſpatio diapente conſonantię uno commate. Quod facilimè diligens lector † intelliget.

† conſonantiã

† intelligit



Sed quoniam paululum de commatis ratione prædiximus, non est diffugiendum & in quali proportione idem ipsum cõma contineatur ostendere. Est enim cõma quod ultimum comprehendere possit auditus, dicendumq; est semitonium minus ac semitonium maius, quantis sigillatim commatibus constare uideantur. Ipse quoq; tonus quantis rursus commatibus † coniungitur. Ac primum hinc conuenientia summatur initium.

† coniungatur

Demonstratio Architæ superparticularem in æqua diuidi non posse, eiusq; reprehensio, Cap. XI.

SVperparticularis proportio scindi in æqua medio proportionaliter interposito numero non potest. Id uero posterius firmiter demonstrabitur. Quatenim demonstrationem ponit Architas, nimium fluxa est. Hæc uero est huiusmodi: Sit, inquit, superparticularis proportio A B. Sumo in eadem proportione minimos C E. Quoniã igitur sunt minimi in eadem proportione C E, & sunt superparticulares, E numerus C numerum parte † una sua eiusq; transcendit. Sit autẽ hæc D. Dico quoniã D non erit numerus, sed unitas. Si enim est numerus D & pars eius est qui est E † metietur D numerus E numerum. Quocirca & E numerum metietur. Quo fit ut C quoq; metiatur, utrunq; igitur C & E numeros metietur D, numerus, quod est impossibile. Qui enim sunt minimi in eadem proportione quibuslibet alijs numeris, hi primi ad se inuicem sunt, & solam differentiam retinent † unitatem, unitas igitur est D, igitur E numerus C numerum unitate transcendit. Quocirca nullus incidet † medius numerus, qui eam proportionẽ æqualiter scindat. Quo fit ut nec inter eos qui eandem his proportionem tenent, medius possit numerus collocari, qui eandem proportionem æqualiter scindat.

† non habetur

† metitur

† unitate

† non habet



Et secundum Architæ quidem rationem idcirco in superparticulari nullus medius terminus cadit, qui æqualiter diuidat proportionem, quoniam minimi in eadem proportione sola differunt unitate. Quasi uero non etiã in multiplici proportione minimi eandem unitatis differentiam sortiantur. Cum plures uideamus esse multiplices præter eos, qui in radicibus collocati sunt, inter quos medius terminus scindens æqualiter eandem proportionem possit aptari. Sed hæc qui Arithmeticos nostros diligenter inspexerit, facilius intelliget. Addendum uero est id ita euenire, ut Architas putat, in sola superparticulari proportione. Non autem uniuersaliter est dicendum. Nunc † autem ad sequentia conuertamur.

† non habetur

In qua numerorum proportione sit comma, & quoniam in ea quæ maior sit quàm 75 ad 74, minor quàm 74 ad 73, Cap. XII.

PRimum igitur dico quoniam hi numeri qui comma continent maiorem inter se retinent proportionem, quàm 75 ad 74, minorem quàm 74 ad 73. Id uero ita demonstrabitur, ac primo quidem illud reminiscendum est, quod sex toni diapason com-

son commate transcendunt. Sit igitur A quidem 262144, B autem diapason ad eũ contineat consonantiam in duplici, scilicet, constituta 524288, C uero sex tonis ab A numero discedat, & sit 531441. Quæ omnia ex secũdi uoluminis tonorum dispositione sunt colligẽda. Inter B igit atq; C cõmatis proportio cõtinet. Aufero igit B numerũ de numero C, & relinquit D in 7153 unitatibus collocatus. † Quid numerus minor D est, quã sit septuagesima tertia pars B numeri, maior uero † est quã septuagesima quarta sit. Nam si eundẽ D numerũ, qui est in 7153, septuagies ter multiplicẽ † fiet mihi E numerus in 522169 unitatibus constitutus. Si † eũ septuagies quater multiplicem, fit numerus F 529322. Quorũ quidẽ E qui per septuaginta tres auctus est, minor est B numero, F aũt qui per 74 maior est B numero. Recte igit dictũ est D, eius quod est B, minorem quidem esse quã septuagesimã tertiam partem, maiorem uero quàm septuagesimam quartam. Quocirca & C numerus B numerum † minore quidẽ parte eius quod est B, eundem B superat, quam septuagesima tertia, maiore uero quàm septuagesima quarta. Eius igitur quod est C proportio ad id quod est B, maior quidẽ est, quã 75 ad 74, minor uero quã 74 ad 73. Nam in priore unitas septuagesima quarta est minoris, in posteriore uero eadem unitas septuagesima tertia.

† non habet

† minorem



Differentia E & F quæ erat B & C numerus commatis.

Idem aliter explicandũ, illo prius præsumpto, quod si cui proportioni propria numerorum differentia æqualiter augeatur, minor inter eos qui post additionem fiunt proportio continebit, eã; inter priores, qui ante additionẽ illã quadã proportione distabant. Vt sex & quatuor si utrisq; binarius, quæ est differentia sua apponatur, fient 8 & 6, sed inter 6 & 4, sesquialtera, inter 8 & 6, sesquitertia proportio cõtinet, minor uero est proportio sesquitertia sesquialtera proportione, hoc igit ita prædicto disponantur superiores numeri qui proportionẽ cõmatis continebãt, id est, 531441, & ut A. Sit etiam B 524288, horum differentia sit C 7153. C igitur numerus maiorem numerum † eo qui est A septuagies quinquies metiatur. Si igitur C numerum † septuagies quinquies multiplices, fiet mihi D qui est 536475. Igitur D numerus eum qui est A, numero eo qui est E antecedit, id est, 5034. Rursus C numerus eũ qui est B metiatur septuagies quater † multiplicetur, fiet igitur numerus F 529322. Qui F eo qui est B, maior est eodem E numero, qui est 5034. Ergo D numerus eũ qui est A transcendit E numero, B autem numerus ab eo qui est F uincitur eodem E numero. Si igitur A numero eundẽ E apponamus, fiet D. Si uero B numero eundem E appo-

† non habetur

† multiplicetur

namus fiet F. Sed D numerus ſeptuagies quinquies auctus eſt, per C, ſcilicet, multiplicatum. F autem ſeptuagies quater multiplicato C creuit, obtinent igitur inter ſe proportionem D atq; F quam habent 75 ad 74. Sed D atq; F ſunt A atq; B uno eis addito E, maiorem igit̃ † neceſſarie eſt proportionem contineri inter A atq; B, quã inter D atq; F. Nanq; A atq; B numerus uno E addito, effecti ſunt D atq; F. Minor igitur proportio eſt inter D atq; F, quàm inter A atq; B. Sed inter D atq; F eadẽ proportio eſt, quæ inter 75 & 74. Inter A igitur atq; B maior proportio eſt, quàm inter 75 & 74. † Ac A atq; B comma continent. Maior igitur proportio eſt commatis, quàm 75 atq; 74.

† neceſſe

† At



† Minor proportio 74 ad 73.

Quoniam igitur oſtendimus commatis proportionem maiorem eſſe quã eam quã 75 continent ad 74 comparati. Nunc oſtendendum eſt, quemadmodum minorem inter ſe proportionem contineant numeri ſpacium commatis continentes, quã 74 ad 73 comparati. Id uero † monſtrabitur hoc modo: Reminiſcendum prius eſt, quod ſecundo uolumine dixerimus, cum de menſura differentiæ loquebamur. Si enim ex qualiber proportione differentiam eorum numerorum, qui eam continent, auferamus, hi qui relinquuntur maiorem obtinebunt proportionem, his numeris qui erãt ante differentiæ diminutionem. Sint enim 8 & 6. Ab his propriam aufero differentiam, id eſt, 2 fiũt 6 & 4. Sed in ſuperioribus ſeſquitertia, in hac ſeſquialtera proportio continetur. Maior uero eſt ſeſquialtera proportio ſeſquitertia proportione. Sint igitur iſdem A atq; B. Qui ſunt ſuperius deſcripti, quorum eſt differentia C. Multiplico differentiam C numeri ſeptuagies quater ſit mihi numerus F, ſcilicet, 529322. Qui A numero comparatus, uincitur numero G, ſcilicet, 2119. Rurſus idem C multiplicetur ſeptuagies ter efficiet numerum K, id eſt, 522169. Qui comparatus B numero uincitur eodẽ G, ſcilicet, 2119. Sublato igitur G de numeris, A atq; B effecti ſunt F atq; K. Minorem igitur proportionem retinebit A atq; B quàm F, atque K. Sed F atque K, eam retinent proportionem quam 74 ad 73, hi enim multiplicato C effecti ſunt. Minor eſt igitur proportio A atque B numerorum comma continentium quàm 74 ad 73. Sed paulò ante monſtratum eſt eandem commatis proportionẽ maiorem eſſe quã 75 ad 74. Monſtrati ſunt igitur numeri, qui comma continent, maiorem quidem inter ſe habere proportionem quã 75 ad 74. Minorem uero quàm 74 ad 73 quod oportebat oſtendere.

† demonſtratur

proportio



† Maior 75 ad 74.

Quod ſemitonium minus maius quidem ſit quàm 20 ad 19, minus quàm 19 $\frac{1}{2}$ ad 18 $\frac{1}{2}$. Cap. XIII.

QVod ſi ad ſemitonium minus talis ſpeculatio conuertaẽ, eius quoque proportionem facilimè reperiemus. Quæ conſtat inter 256 A, 243 B, horum differentia 13 C. Dico quoniam A ad B minorem retinet proportionem, quàm 19 $\frac{1}{2}$ ad 18 $\frac{1}{2}$, metiatur enim C 19 ſemis, id quod eſt A, fiunt 253 $\frac{1}{2}$ quod ſit D, qui ſcilicet comparatus ad A, eodem A duobus ſemiſq; transenditur. Sitq; hæc differentia F, ſcilicet, duo, & $\frac{1}{2}$, rurſus eadem C differentia B numerum metiatur octies decies ſemis, fient 249 $\frac{1}{2}$ quod ſit E. Igitur E comparatus ad ad B, eodem F transenditur, id eſt, duobus & ſemis. D igitur ab eo quod eſt A, & rurſus E ab eo quod eſt B, eadem F differentia ſunt minores. Subtracto igitur F ab eo quod eſt A atque B, facti ſunt D atque E. Maiorem igitur proportionem tenent inter ſe D atque E, quã A atque B. Sed D atque E eandem retinẽt proportionem inter ſe, quàm 19 $\frac{1}{2}$ ad 18 $\frac{1}{2}$ A igitur ad B minorem retinet proportionẽ quàm 19 $\frac{1}{2}$ ad 18 $\frac{1}{2}$ quod oportebat oſtendere.



† Maior aliàs

Videtur

Videtur tamen eadem proportio 256 ad 243 maior esse ab ea quam cõtinent 20 & 19. Sint enim A B C, idem qui superius descripti sunt. Metiatur igitur C differentia † sit A terminum uigies, fient 260, qui † sunt D, qui comparati ad id quod est A eundem quaternario transcendunt, hic sit F. Rursus idem C metiatur B decies nouies fient 247, hic sit E qui comparati ad B eodem F transcendunt. D igitur numerus, A numerum, & E numerus numerum B, eodem F transcendũt. Adiecto igitur F his qui sunt A atq; B, facti sunt D atq; F, Maior igitur est proportio eorũ qui sunt A atq; B, quàm eorũ qui sunt D atq; E. Sed D atq; E uigies atq; decies nouies multiplicatus, C numerum efficit. Maior igitur est proportio eorum qui sunt A atq; B, qui, scilicet, semitonium continent, quàm ea quæ est 20 ad 19. Demonstratum igitur est semitonium minus maiorem quidem habere proportionem, quàm 20 ad 19, minorem uero quàm 19 1/2 ad 18 1/2. Nunc idem minus semitonium cõmati comparemus quod est ultimum. Auditui subiacens, ultimaq; proportio.



† Minor alias

Semitonium minus maius quidem esse tribus commatibus, minus uero quatuor, Cap. XIIII.

IGitur demonstrandum proponimus semitoniũ minus, maius quidem esse commatibus tribus, minus uero quatuor, quod hinc facilime possis agnoscere. Sint tres numeri ita dispositi, ut inter se proportionem contineant diapason, & eam quæ dicitur sex tonorum. Sint enim A 262144. Intendantur igitur ad B quidem quinq; toni continui, & sit B 472392, ad C autem diapason consonantia referatur, & sit C 524288. Ad D au.em sex toni intendantur, sitq; D 531441. His ita dispositis & constitutis manifestum est inter C atq; D comma constitui, eorũq; differentiam esse 7153, id autem sit K, remittantur igitur duo toni ab eo quod est B, ad id quod est E, & sit E 373248. Rursus ab eo quod est E intẽdo diatessarõ ad id quo est F 497664. Quoniam igitur inter E atq; B duo sunt toni, inter E atq; F diatessaron, inter B igit̃ atq; † de F minus semitonium reperitur. Sublatis enim † à diatessaron consonantia duobus tonis fit reliquum semitonium minus, quod in primis numeris constare prædixi 256 & 243. Quos eosdem numeros similes noningẽties quadragiesquatercq; multiplices † necesse B atq; F, numeros explicabis. Quos † necessarie est eandem proportionem superius dictis numeris continere, qui uno atq; eodem numero, id est, 1944 pariter multiplicati creuere. Item ab eo quod est F, intendo diatessaron, scilicet, ad G, & sit G 663552. † necesse Rursus ab eodem G remitto ad P duos tonos, & fit P 524288. Quod P † necessarie est, ut eundem sonum quem C numerus exhibeat. Ad æqualitatem nanq; eius talis ratione progressus est. Etenim ea quæ est A C diapason cõsonãtia, quę constat quinq; tonis ac

tonis ac duobus semitoniis minoribus, ab G tonis commate superatur. Ab eodẽ igitur A termino numerus P, quinq; tonis ac semitoniis duobus recessit hoc modo. Ab eo quod est A usq; ad id quod est B, quinq; nimirum colliguntur toni, ab eo autem quod est B, usq; ad id quod est F, minus esse semitonium pernotatur; F uero atq; P; idem rursus semitonium minus includunt. A igitur usq; ad P quinq; tonos ac duo semitonia minora produxit. Iure igitur P atq; C eisdem numeris conscribuntur. Sed quoniam inter F atq; C semitonium minus est, uideamus hæc quæ sit eorum differentia, ut eam commati comparemus. Est autem eorum differentia 26624; & sit hæc M. Igitur K commatis differentia est; M autem semitonij minoris. Si igitur K numerum tertio auxerimus, fiet numerus 21459. Et sit hic L. Si uero quater eundem numerum K multiplicare uoluerimus, fient 28612, & sit hoc N, igitur M maior quidẽ est ab L. Idem autem M minor est ab N. Sed N quater aucto commate succreuit. L autem tertio, M uero semitonij minoris obtinet differentiã Iure igitur dictũ est minus semitonium minus quidem esse quàm quatuor commata, maius uero quàm tria;



Apotome maiorẽ esse quã 4 cõmata, minorẽ quã 5. Tonũ maiorẽ quã 8, minorẽ quã 9, Cap. XV.

EAdem hac ratione & semitonium maius quod apotomen dici suprà retulimus, quot cõmatũ sit possumus inuenire hoc modo: Sit A 262144. Quinq; uero ab eo distans tonis sit B 472392. Sex uero distans tonis ab eo q̃d est A, sit D, scilicet 531441, inter B igit̃ atq; D tonus est, B uero ab eo q̃d est C distat per semitonium minus, & sit C 497664. Relinquitur ergo inter C atq; D apotome proportio. Nã cũ sit tonus B D, ex eo si auferas B C, semitoniũ minus, C D relinquitur maius, quod apotomen esse suprà retulimus, inter D igit̃ atq; C est differentia, 33777, hæc aũt sit E, sed erat cõmatis differẽtia 7153, hæc sit F. Si igitur F, id q̃ est comma quinqes multiplicẽ, fiẽt mihi 35765, & sit hoc G. Si uero idẽ F quater multiplicẽ, fit K numerus qui est 28612. G igit̃ ab eo q̃ est E maius est, K minus. Sed G quinqes auctũ est cõma, K uero quater, F aũt apotomes differẽtia est. Iure igit̃ dictũ est apotomẽ minorẽ quidẽ esse q̃ quinq; cõmata, maiorẽ uero quã quatuor, ex hoc igit̃ cõprobaẽ tonũ maiorẽ q̃dẽ esse q̃ sunt octo cõmata, minorẽ uero quã nouẽ. Nam si minus semitoniũ, maius q̃dẽ est quã tria cõmata, minus uero quã quatuor, apotome aũt maior q̃dẽ est q̃ quatuor cõmata, minor uero q̃ q̃nq;, iũctũ semitoniũ minus semitonio maiori, q̃ est apotome, erit omne maius q̃dem 8 cõmatibus, minus uero quã 9, sed apotome atq; semitoniũ minus unũ efficiũt tonũ. Tonus igit̃ maior q̃dẽ est, 8 cõmatib. minor uero 9.

Quinq;

ANITII MANLII SE-
VERINI BOETHI, DE MV-
SICA, LIB. IIII.

Vocum differentias in quantitate consistere, Cap. I.

IT si omnia quæ demonstranda erunt superioris libri tractatione digessimus, non pœnitet tamen rursus eadem breuiter memoriæ recolligenda præstare, cum quadam diuersitate tractatus, ut his rursus ad memoriam redeuntibus ad regulę diuisionem, quo tota tendit intentio, ueniamus. Si foret rerum omniũ quies, nullus auditum sonus feriret. Id autem fieret, quoniam cessantibus cunctis motibus nullæ inter se res pulsum cierẽt, ut igitur sit uox, pulsu est opus. Sed ut sit pulsus, motus necesse est antecedat. Vt ergo sit uox, motũ esse necesse est. Sed omnis motus habet in se tum uelocitatem, tum etiam tarditatẽ. Si igitur sit tardus in pellendo motus, grauior redditur sonus. Nam ut tarditas proxima stationi est, ita grauitas contigua taciturnitati. Velox uero motus acutam uocem præstat. Præterea, quæ grauis est, intensione decrescit ad medium. Quæ uero acuta, remissione decrescit ad medium. Vnde fit ut omnis sonus quasi ex quibusdam partibus compositus esse uideatur. Omnis autem partium coniunctio quadã proportione committitur. Sonorum igitur coniunctio proportionibus constituta est. Proportiones autem principaliter in numeris considerãtur, proportio uero simplex numerorum uel in multiplicibus, uel in superparticularibus, uel in superpartientibus inuenitur. Secũdum uero multiplices proportiones, uel superparticulares, consonæ uel dissonæ uoces exaudiuntur. Consonæ quidem sunt, quę simul pulsæ suauem permixtum̃q; inter se coniungunt sonum. Dissonæ uero quæ simul pulsæ non reddunt suauem neq; permixtum sonum. His igitur ita prædictis, de proportionibus pauca dicamus.

Diuersæ de interuallis speculationes, Cap. II.

SI interuallũ multiplex binario multiplicet̃, id quod fit ex hac multiplicatione erit interuallum, multiplex est. Sit multiplex interuallum B C, & B multiplex eius quod est C, & fiat ut est C ad B, ita B ad D. Quoniam igitur B multiplex est, eius quod est C metitur C terminus, id quod est B, uel bis, uel tertio, uel deinceps, & est, ut C ad B, ita B ad D. Metitur igitur B terminus id quod est D. Quocirca quia C terminus id quod est B metitur, metietur etiam D. Multiplex est igitur D eius quod est C, & est C D interuallum, effectum ex composito bis copulato̅q; sibimet & per binarium multiplicato B C interuallo. In numeris quoq; idem probatur. Sit enim B ad C duplum, ut binarius ad unitatem, & fiat ut C ad B, ita B ad D. Erit igitur D quaternarius. Multiplex est aũt B ad C, id est, binarius ad unitatem. Multiplex est D ad B, id est, quaternarius ad binarium. Multiplex est igitur D quaternarius ad C unitatem. Est autem quadruplus quaternarius unitatis, & binario multiplicata medietas quod est inter uallum B C.

Multiplex



Si interuallum binario multiplicatũ, multiplex effecerit, interuallũ ipsum quoq; multiplex erit. Sit interuallum B C, & fiat ut C ad B, ita B ad D, & D sit ad C multiplex. Dico quia B eius quod est C multiplex est. Quoniã enim D eius quod est C multiplex est, metietur C id quod est D, metietur & B. Ostensum est uero, quoniam † si sint termini proportionaliter constituti, cum primus fuerit ultimo comparatus, si primus ultimum fuerit mensus, metietur & medium. C igitur metietur id quod est B. Multiplex est igitur B eius quod est C. Id rursus ex numeris, sit C unitas, D uero ex duplicata proportione, B C sit quaternarius, & est multiplex eius quod est C. Est enim quadruplus. Quoniã igitur quadruplus ex duplicata B C proportione generatur, B C proportio dimidiũ eius erit, igitur B C proportio dupla est. Sed duplum multiplex est. Erit igitur B C proportio multiplex.

† *si sint proportionaliter ter-mini*



Superparticularis interualli medius numerus, neq; unus, neq; plures proportionaliter interueniẽt. Sit enim B C proportio superparticularis, & in eadẽ proportione minimi sint D F & G. Quoniã D F & G minimi sunt in eadẽ proportione, sunt eiusdẽ, proportionis primi. Quo† circa eos unitas metiet̃. Auferaẽ igitur G ab D F & relinquaẽ D, hic est igitur utrorũq; mẽsura cõmunis, hæc igitur erit unitas. Quo circa nullus inter F D atq; G incidet numerus, qui sit ab F D quidẽ minor, maior uero ab G. Sola enim interest unitas, quanti uero in superparticularibus proportionibus proportionaliter inter eiusdẽ proportionis minimos† intercidẽt, tot etiam inter cæteros eiusdem proportionis incident. Sed nullus inter F D atq; G minimos eiusdẽ proportionis interuenire potest. Nullus igit̃ inter B atq; C proportionaliter cadet, & in numeris sit quælibet superparticularis, proportio, ut sesquialtera, hi uero sunt 10 & 15, in eadem uero proportione minimi, 2 & 3, aufero de 3 binariũ, fit reliqua unitas † eadem utrosq; metitur. Nullus erit igitur inter binariũ ternariumq; numerus,

† *sola*

† *incident*

† *eadem que utrosq;*

CC numerus,

numerus, qui sit binario maior minor, uero ternario. Alioquin unitas diuidet quod est inconueniens. Quare ne inter 10 quidem atq; 15 quisquam inuenietur numerus, qui talem ad 10 obtineat proportionem quidem ad eum tenent 15.



† *In uetusto codice non est.*

Si interuallum † non multiplex binario multiplicetur, id quod fit ex hac multiplicatione, nec multiplex est, nec superparticulare. Sit enim interuallum non multiplex B C, & fiat ut C ad B, sic B ad D. Dico quoniã D eius quod est C, neque multiplex est, neque superparticularis. Sit enim si fieri potest primum D eius quod est C multiplex, & quoniam cognitum est. Si interuallum binario multiplicatum sit, & multiplex interuallum creatum, id quod multiplicatum est bis interuallum esse multiplex. Erit igitur B C multiplex, sed non est positum. Non igitur erit D eius quod est C multiplex, nec uero superparticulare. Nam superparticularis proportionis medius proportionaliter terminus nullus interuenit. Inter D uero & C est proportionaliter terminus constitutus, id est, B. Nam ut est C ad B, ita B ad D, impossibile igitur erit D eius quod est C, uel multiplicem esse, uel superparticularem, quod oportebat ostẽdere. Et in numeris sit non multiplex interuallum 6 ad 6, fiatq; ut sunt 4 ad 6, ita sex ad alium quemlibet numerũ. Hic erit igitur nouenarius, qui quaternarij neq; multiplex, neq; superparticularis est.



Si interuallum binario multiplicet, atq; id quod ex ea multiplicatione creabitur multiplex nõ fit, ipsum quoq; non erit multiplex. Sit enim interuallum B C, fiatq; ut C ad B, ita B ad D, & non fit D eius quod est C multiplex. Dico quoniam nec B eius quod est C erit multiplex. Si enim est & D eius quod est C, est multiplex. At non est, non erit igitur B eius quod est C multiplex.

Non



Duplex interuallum ex duobus maximis superparticularibus, coniungitur sesquialtero & sesquitertio. Sit enim A quidem eius q̃ est B sesquialter, B uero eius quod est C sesquitertius. Dico quoniam A eius quod est C, duplex est. Quoniam igitur sesquialter est A eius quod est B, igitur A habet in se totũ B eiusq; dimidiũ. Duo igitur A æqui sunt tribus B. Rursus quoniam B eius quod est C sesquitertius est, † B igitur habet in se totũ B igitur habet C, & eius tertiam partem. Tres igitur B æqui sunt ad quatuor C. Tres autem B æqui erãt duobus A. Duo igitur A æqui sunt ad quatuor C, unus igitur A æquus est duobus CC. Duplex erit igit A eius qui est C, & in numeris. Sit enim sesquialter 12 ad 8. Sesquitertius uero 8 ad 6. Ergo 12 ad 6 duplices sunt.



Ex duplici interuallo atque sesquialtero triplex nascitur interuallũ. Sit enim A eius quod est B duplex, B autem eius quod est C sesquialter. Dico quoniam A eius quod est C triplex est. Nam quoniã A eius quod est B, duplex est, A igitur æquus est duobus B. Rursus quoniam B eius quod est C sesquialter est, B igitur habet in se totum C & eius dimidiam partem. Duo igitur b æqui sunt tribus C. Sed duo B æqui erant uni A, & unus igitur A æquus est tribus C, igitur A uno C triplex est. Et in numeris sit duplex quidẽ senarius ternario, sesquialter uero ternarius, binario. Senarius igitur triplex est binario.



Si sesquialtero interuallo sesquitertium demptum fuerit interuallum, erit quod relinquitur sesquioctauum. Sit enim A quidem eius quod est B sesquialter. At uero C eius quod est B sesquitertius. Dico quoniã A eius quod est C sesquioctauus est. Quoniam enim A eius quod est B sesquialter est. A igitur habet in se B & eius dimidiam partem. Octo igitur A æqui sunt ad duodecim B. Rursus quoniã C eius quod est B sesquitertius est. C igitur habet in se B & tertiam eius partem. Nouem igitur C æqui sunt ad duodecim B. Duodecim B æqui erant ad octo A. Et octo igitur A æqui sunt ad nouem C. Igitur A æquus est ei quod est C, & octauæ eius parti. A igitur eius quod est C sesquioctauus est. Et in numeris sesquialterum quidem interuallum sit nouenarius ad senarium, sesquitertium uero octonarius ad senarium. Nouem igitur ad octo sesquioctaua proportio est.



Sex proportiones sesquioctauæ maiores sunt uno duplici interuallo. Sit enim quidem numerus A, huius autem sit sesquioctauus B, † huius sesquioctauus C, & huius sesquioctauus D, & huius sesquioctauus F, eiusq; sesquioctauus G, atq; huius sesquioctauus K. Id autem fiat secũdum descriptum in Arithmetica modum, & sint numeri A B C D F G K, & sit A 262144, huius autem sesquioctauus qui est B, 294912, huius autẽ sesquioctauus qui est C 331776, huius autẽ sesquioctauus qui est D 373248, huius autem sesquioctauus qui est F 419904, huius autẽ sesquioctauus qui est G 472392, huius autem sesquioctauus qui est K 531441. Et sunt 531461 quod est k, plusquàm duplices † ad ducẽta 60 duomilia 144 quod est A. Sex igitur sesquioctauæ proportiones, ampliores sunt uno duplici interuallo

† huius autem

† à ducẽtis sexaginta duob. millibus 144. Sed hæc lectio nõ placet Glareano.

Sex



Duplex interuallum est ad 524288.

Musicarum per Græcas ac Latinas literas notarum † nuncupatio, Cap. III.

† descriptio

Restat quoniam sumus neruum secundum prædictas consonantias per regulam diuisuri, quoniamq; necessarios sonos tribus generibus cantilenæ exhibebit ista partitio, Musicas interim notas apponere, ut cum diuisam lineam ijsdem notulis signauerimus, quod unicuiq; sit nomen, facilime possit agnosci. Veteres enim Musici propter compendium scriptionis, ne integra semper nomina necesse esset apponere, excogitauere notulas quasdam, quibus neruorum uocabula notarentur, easq; per genera modosq; diuisere, simul etiam hac breuitate captãtes, ut si quando melos aliquod Musicus uoluisset ascribere, super uersum Rithmica metri compositione distentum, has sonorum notulas ascriberet, ita miro modo reperientes, ut non tantum carminũ uerba, quæ literis explicarentur, sed melos quoq; ipsum, quod his notulis signaretur, in memoriam posteritatemque duraret, sed ex his omnibus modis unum interim Lydium eiusq; notulas per tria genera disponamus, in reliquis modis idem facere in tempus aliud differentes. Sanè si quando dispositionem notarum Græcarum literarũ nuncupatione descripsero, lector nulla nouitate turbetur. Græcis enim literis † fiunt in quamlibet partem imminutis, nũc etiam inflexis, tota hæc notarum descriptio cõstituta est. Nos uero cauemus aliquid ab antiquitatis autoritate transuertere. Erunt igitur priores ac superiores notulæ dictionis, id est, uerborum, secundæ uero atque inferiores percussionis. Proslambano menos qui acquisitus dici potest ⊐ non integrum & tau iacens ⊐. Hypate hypaton, quæ est principalis principalium r conuersum, & r rectum ⊤ Parhypate hypaton, id est, sub principalis principalium B non integrum, & r supinum ⊥B Hypaton enharmonios, quę est † principaliũ enharmonios v supinum, & r cõuersum, retro habens uirgulam V Hypate chromaticæ quæ est principalium extenta ∀ supinum habens lineam & r conuersum duas habens lineas ⊐A Hypaton diatonos quę est principaliũ extenta Φ græcum & digammon Φ^F. Hypate meson quæ est principalis

† non habetur

† principalis principalium

cipalis mediarũ, C &c C Parhypate meſon quæ eſt ſub principalis mediarũ P & C ſupinũ P O Meſon enharmonios quæ eſt mediarũ enharmonios, P græcũ & C conuerſum Ɔ Meſon chromaticæ quę eſt mediarum chromatica, P greçũ habens uirgulam, & C cõuerſum per mediũ habẽs uirgulam Meſon diatonos quæ eſt mediarum extenta M græcũ & P greçum diductũ Meſe quę eſt media P & Λ iacẽs Trite ſynemmenon quæ eſt tertia coniunctarum Θ & Λ ſupinum Synnẽmenon enharmonios quæ eſt coniunctarum enharmonios H græcum & Λ iacens conuerſum per medium habens uirgulam Synemmenon chromaticæ, quę eſt cõiunctarũ chromatica H greçum habens uirgulã, & Λ conuerſum habens uirgulã Synemmenon diatonos quæ eſt cõiunctarũ extẽta P & N Nete ſynemmenon quę eſt ultima coniunctarum Ω quadratum ſupinum, & Z Parameſe quę eſt ſub media Z & P græcum iacens Trite diezeug. quæ tertia diuiſarũ eſt E quadratũ & P greçũ ſupinũ Diezeugmenon enharmonios, quæ eſt diuiſarũ enharmonios Λ & P græcũ iacens cõuerſum Diezeugmenon chromaticę quę eſt diuiſarũ chromatica Λ habens uirgulam & P greçum iacens conuerſum, habens lineam angularem Diezeugmenon diatonos quę eſt diuiſarum diatonos Ω quadratum ſupinum & Z Nete diezeugmenon quæ eſt ultima diuiſarum Φ iacẽs, & N inuerſum diductum Trite hyperboleon quę eſt tertia excellentium P deorſum reſpiciens dextrum & ſemi Λ ſiniſtrum ſurſum reſpiciens Hyperboleon enharmonios quę eſt excellentiũ enharmonios T ſupinum & ſemi Λ dextrũ ſupinum Hyperboleon chromaticę quę eſt excellentium chromatica T ſupinũ habens lineam & ſemi Λ dextrum ſupinum habens retro lineam Hyperboleon diatonos quę eſt excellentiũ extẽta M greçũ habens acutã & P diductũ habens acutã Nete hyperboleon I habens acutam, & Λ iacens habens acutam

Proslambano-

Z	*Proslambanomenos*		*Lychanos meſon diatonos*		*Paranete diezeug. enhar.*
P	*Hypate hypaton*		*Meſe*		*Paranete diezeug. chro.*
B	*Parhypate hypaton*		*Trite ſynemmenon*		*Paranete diezeug. diat.*
V	*Lychanos hyp. enhar.*		*Paranete ſynem. enhar.*		*Nete diezeugmenon*
F	*Lychanos hyp. chro.*		*Paranete ſyn. chromat.*		*Trite hyperboleon*
OF	*Lychanos hyp. diato.*		*Paranete ſynem. diaton.*		*Paranete hyper. enhar.*
C	*Hypate meſon*		*Nete ſynem. extenta*		*Paranete hyper. chrom.*
P	*Parhypate meſon*		*Nete ſynem. ultima*		*Paranete hyper. diaton*
Ɔ	*Lychanos meſ. enhar.*		*Parameſe*		*Nete hyperboleon*
P	*Lychanos me. chrom.*		*Trite diezeugmenon*		

Muſicarum notarum per uoces conuenientes in tribus diſpoſitio generibus.

Monochordi regularis partitio in genere diatonico, Cap. IIII.

SEd iam tempus eſt ad regularis monochordi diuiſionem uenire. De qua re illud eſt prædicendum, quod ſiue in mẽſura nerui, ſiue in numeris, atq; in eorum proportione ſtatuatur deſcribenda diuiſio, maius ſpatiũ chordæ, & maior numeri multitudo ſonos grauiores efficiet. At ſi fuerit nerui longitudo contractior, & in numeris æquè non multa pluralitas, acutiores uoces ædi neceſſe eſt. Atq; ex hac comparatione, quantum una quæq; fuerit uel longior uel plurium numerorũ, alia q; uel cõtractior uel paucioribus ſignata numeris, tanto uel grauior uel acutior inuenitur. Nec lectorem res illa conturbet, quod intendentes ſæpe ſpatia proportionum numero maiore ſignauimus, remittẽtes uero minore, cum intenſiõ acumen faciat, remiſſio grauitatem. Illic enim tantũ proportionũ ſpatia ſignabamus. Nihil de grauitatis aut acuminis proprietate laborãtes, atq; ideo & in acumen maioribus numeris intendimus, & minoribus in grauitatem ſæpe remiſimus. Hic uero ubi chordarum ſpatia ſonoſq; metiemur, naturã rerum ſequi neceſſe eſt, maioricq; longitudini chordarum ex qua grauitas exiſtit, ampliores, minori uero ex qua uocis acumen naſcitur, dare breuiores. Sit chorda intenſa A B, huic æqua ſit regula quæ propoſitis partitionibus diuidat, ut ea regula chorda appoſita, eædem diuiſiones in nerui longitudine ſignẽtur, quas ante aſſignaueramus in regula. Nos uero nunc diuidimus ita, quaſi ipſam chordam & non regulam partiamur. Diuidatur igitur A B in quatuor partes, per tria puncta quæ ſunt C D E. Erit igitur tota quidem A B dupla ab his quæ ſunt D B, A D, ſigillatim uero A D, D B duplæ ſunt ab his quę ſunt A C, C D, D E, E B. Erit igitur A B quidem grauiſſima, id eſt, proslambanomenos, D B autẽ meſe. Eſt enim dimidia totius, & ſicut A B ab ea quæ eſt B D, dupla eſt ſpatio ita B D ab ea quæ eſt A B, dupla eſt acumine. Nam ut ſuperius dictũ eſt ſpatij & acuminis ſemper ordo conuerſus eſt. Nam tanto eſt chorda maior in acumine, quãto fuerit minor in ſpatio, quocirca erit & E B. Nete hyperboleon quoniã E B eius quę eſt D B, dimidia quidẽ in quãtitate, dupla uero in acumine. Rurſus quoniã

eadem E B eius quæ eſt A B quarta pars eſt in ſpatio, quadrupla erit ab eadem in acumine. Erit igitur (ut dictũ eſt) nete hyperboleon dupla in acumine, ab ea quæ eſt meſe. Meſe autem dupla in acumine ab ea quæ eſt proslambanomenos. Nete uero hyperboleon quadrupla in acumine ab ea quę eſt proslambanomenos, conſonabit igitur proslambanomenos ad meſen diapaſon, meſe ad neten hyperboleon diapaſon, proslambanomenos ad neten hyperboleon bis diapaſon. Rurſus quoniã æque ſunt partes A C, C D, D E, E B: Eſt autem A B quatuor earundem partium, C B autem trium, A B ſeſquitertia eſt, ab ea quæ eſt C B. Rurſus quia trium eſt æqualium partiũ C B, ſed D B duarum, erit igitur C B ſeſquialtera eius quæ eſt D B. Rurſus quoniã C B eſt triũ partiũ æqualiũ, qualis eſt una E B, tripla igitur eſt C B ab ea quę eſt E B, erit igit̃ C B lychanos hypaton diatonos, cõſonabitq; proslambanomenos quidem ad lychanon hypaton diatonon diateſſaron cõſonantiam. Eadem uero lychanos hypaton diatonos conſonabit ad meſen conſonantiam diapente. Eademq; lychanos diatonos conſonabit ad neten hyperboleon, diapaſon & diapente. Rurſus ſi de tota A B nonam partem auferam, eam quæ eſt A F, erunt partes octo F B. Erit igitur F B hypate hypaton, ad quam ſeſquioctauã cõtineat proportionem A B, id eſt, proslambanomenos, in Muſica uero tonum.



Figura Henrici Glareani

Quanto ſpatium maius erit tanta maior grauitas, ubi uero minus ibi maior acuties. Dum ergo A B in quadruplo ſpatio excedit E B, erit rectè proslambanomenos in quadruplo grauior, & C B acutior in quadruplo, & eadem chorda A B ad F B, eſt ſeſquioctaua ſpatio, quare tono ab F B uincitur, erit ergo hypate hypaton. Eadẽ rurſus

rurſus ad C B ſeſquitertia eſt ſpatio, erit ergo C B lychanos hypaton diatonos. Vincetq; C B in acumine ipſum A B conſonantia diateſſaron. Inſuper idem A B ſpatio duplũ eſt ad D B, erit idcirco acumine duplum ipſum D B ad A B. Et ſic C B neten hyperbol. cõſtituet, q̃ d octus lector facilẽ cõſpicit dũ acutius contẽplatur.

Superior uero deſcriptio inferiora ſigna quæ continet, eius ſunt deſcriptionis, ubi chordis notulas appoſuimus, quoniã earũ nomina longũ fuit aſcribere. Itẽ ſi A B tribus inciſionibus partiamur, erit pars tertia A G. † Duæ igitur eiuſdẽ erunt G B. † Quæ Cõſonabit igitur A B proslambanomenos ad G B quæ eſt hypate meſon, diapente conſonantiã in proportione ſeſquialtera cõſtitutam, C B autẽ ad G B erit † ſeſquioctaua, & cõtinebit tonum, idq; ordine cadit. Nam lychanos hypaton diatonos, id eſt, C B ad eam quæ eſt hypate meſon, id eſt, G B continet tonum. Rurſus A B quidẽ proslambanomenos ad C B lichanon hypaton diatonos conſonantiam habet diateſſaron, A B autem proslambanomenos ad G B hypate meſon habet conſonantiã diapente. Itẽ C B ad D B, id eſt, lychanos hypaton diatonos ad meſen habet cõſonantiam diapente, G B autẽ ad D B, id eſt, hypate meſon ad meſen habet cõſonantiam diateſſaron. Lychanos aũt hypaton id eſt, C B ad hypaten meſon cõparata, id eſt, G B diſtabit tono. Si aũt eius quæ eſt C B quartã partẽ ſumpſero, erit C K. Igitur C B ad K B † obtinet ſeſquitertiã proportionem, K B autẽ ab eaquæ eſt D B ſeſquioctaua, proportione diſtabit. Erit igitur K B quidẽ lychanos diatonos meſon, & erit C B, id eſt, lychanos hypaton diatonos ad K B, id eſt, lychanos diatonon meſon diateſſaron cõſonantiã cõtinens. Rurſus ſi eius quę eſt D B, nonã partẽ ſumpſero, erit mihi D L. Igitur L B erit parameſe. Si autẽ eius quæ eſt D B quartã partem ſumpſero, erit D M. Igitur M B erit nete ſynemmenon. Si autẽ eius quę eſt D B tertiã partẽ ſumpſero, erit D N. Igitur N B erit nete diezeugmenon. Si autẽ K B in duas partes æquas fuerit diuiſa, erit K X, eritq; X B paranete hyperboleon. † obtinẽbit



Monochordi netarum hyperboleon per tria genera partitio. Cap. V.

NVnc igit̃ diatonici generis deſcriptio facta eſt in eo, ſcilicet, modo qui eſt ſimplicior ac prínceps, quem lydium nũcupamus. De quibus modis nunc diſſerendũ nõ eſt, ut uero per tría genera currat mixta deſcriptio, & omnibus propria numerorum pluralitas apponatur ad conſeruandas, ſcilicet, proportiones, uel tonorum atque dieſeon excogitatus eſt numerus, qui hæc omnia poſſet explere, ut maximus quidẽ ad proſlambanomenon deſcribatur, qui ſit 9216. Minimus uero, 2304. Reliquorum uero ſonorum proportiones in horum medietate texentur. Sanè ab inferiore procedimus omniumq; nomina chordarum nõ ſolum nominibus, uerum etiam † oppoſitis literis demonſtramus. Sed ita ut quoniã triũ generum eſt facienda partitio, neruorumq; modus literarum excedit numerum, ubi defecerint literæ, eaſdem geminamus rurſus hoc modo, ut quando ad Z fuerit uſque peruẽtum, ita deſcribamus reliquos neruos. Bis A, id eſt A A, & bis B, id eſt, BB, & bis C, id eſt C C. Sit igitur primus quidem numerus maximusq;, qui proſlambanomenon obtineat locum 9216. Sitq; totius chordæ modus, ab eo quod eſt A, uſq; ad id quod eſt LL, hanc, id eſt, A proſlambanomenon 9216 diuido, dimidiam ad O, ut ſit tota A dupla ab ea quæ eſt O. Item O ſit dupla ab ea quæ eſt LL. Erit igit̃ A quidem proslambanomenos, O autẽ meſe, & LL nete hyperboleon, habebit igitur A quidem 9216, O uero horum dimidium, id eſt, 4608 ut meſe ad proslambanomenon diapaſon cõſonantia cõueniat. Ea uero quę eſt LL dimidiũ eſt meſes, ut ſit proslambanomenos ab ea quæ eſt nete hyperboleon quadrupla, & bis diapaſon ad eã cõſonet ſymphoniã, ſitq; LL 2304. Si igit̃ ex 2304 octauã † abſtulero partem, id eſt, 288 eiſdẽq; adiecero, fient mihi 2592, eritq; NN 2592 quæ ſit paranete hyperbol. ad neten hyperbol. obtinẽs diſtantiã tonũ. Rurſus eius quæ eſt, NN, id eſt, 2592 aufero octauam quę eſt 324, eãq; eis quorũ eſt octaua ſubiũgo, erũt 2916, fietq; mihi FF trite hyperboleon diatonos in diatonico, ſcilicet, genere 2916 totũ quidẽ diſtans ab ea quæ eſt paranete hyperboleon, † diatonũ uero ab ea quę eſt nete hyperboleon, eadẽ uero FF erit in chromatico genere trite hyperboleon chromatica. In enharmonio uero paranete hyperbol. enharmonios, q̃ facilius agnoſcet̃ cur eueniat, cũ trium generũ tria prima tetrachorda à nete hyperboleon inchoãtia deſcripſerimus. Quoniã uero ſi A ſeſquitertia proportione duas ſeſquioctauas abſtulero relinquitur mihi ſemitonium minus, ſumo tertiã eius quæ eſt LL, id eſt, neten hyperboleon & ſunt 768. Hos eiſdem adiicio, fient mihi 3072. Quorũ eſt DD nete diezeugmenon cõtinens ad triten hyperboleon ſemitonium minus. Nam quoniã nete diezeugmenon ad neten hyperboleon diateſſaron continet conſonantiam, trite autem hyperboleon diatonos † ab ea ditonum diſtat, relinquitur ſpatiũ quod eſt inter neten diezeugmenon & triten hyperboleon ſemitonij minoris.

† extulero

† non legitur

† ad neten hyperboleon



Quoniam

Quoniã igitur tetrachordũ hyperboleon diatonici generis expleuimus, nunc chromatici & enharmonij tetrachorda ſupplenda ſunt hoc modo: Quoniam enim paranete hyperboleon ad neten hyperboleon in diatonico quidem genere tono diſtat, in chromatico uero tribus ſemitonijs, in enharmonio uero duobus tonis, ſi diſtantiã paranetes hyperboleon & netes hyperboleõ diatonici generis ſumpſerimus, eiusq; dimidium paranete hyperboleon, quę eſt diatonici generis apponamus, habebimus numerum tribus ſemitonijs ab hyperboleon nete diſtantem, & erit hæc in chromatico genere paranete hyperboleon. Aufero igitur de 2592, id eſt, de paranete hyperboleon diatonici generis 2304, id eſt, nete hyperboleon relinquuntur mihi 288, hos diuido erunt mihi 144, eoſdem adijcià 2592, id eſt, paranete hyperboleon diatonici generis, & erũt mihi 2736, hæc erit paranete hyperboleon chromatica. Rurſus quoniã trite hyperboleon, uel diatonica, uel chromatica duos tonos diſtat à nete hyperboleon, & in enharmonio genere paranete hyperboleõ duobus tonis diſtat ab ea quæ eſt nete hyperboleon † eadẽ erit in enharmonico genere paranete hyperboleon, quę eſt in diatonico uel chromatico trite hyperboleon. Sed quoniam trite hyperboleon diatonici generis & chromatici ad nete diezeugmenon minus ſemitoniũ ſeruãt, conſtat autẽ tetrachordũ enharmonij generis ex duobus integris tonis, & dieſi, ac dieſi, quę ſunt dimidia ſpatia ſemitonij minoris, diſtantiã eam quæ eſt inter neten diezeugmenon, & paraneten hyperboleon enharmoniũ ſumo, ſed quoniã nete diezeugmenon eſt 3072, paranete autem hyperboleon enharmonios 2916, horum diſtantia erit 156, horũ ſumo dimidiam partem, qui ſunt 78. Hos adijcio 2916 fient 2994, hęc erit E E trite hyperboleon enharmonios, deſcriptũ eſt igitur ſecundum tria genera tetrachordum quod eſt hyperboleon, cuius formam ſubter adiecimus.

† non habetur



Tetrachor



Figura Henrici Glareani.

Quæ hic latè tribus figuris dicuntur, hæc unica perſpicacius conſtituit.

Ratio

Ratio ſuperius digeſtæ deſcriptionis, Cap. VI.

TRia igitur tetrachorda tali nobis ratiõe deſcripta ſunt. Tetrachordũ enim omne diateſſaron † retinet cõſonantiam. Igitur nete hyperboleon, & nete diezeugmenon in tribus generibus, id eſt, uel in diatono, uel in chromate, uel in enharmonio diateſſaron cõtinent ſymphoniam. Diateſſaron autem conſonantia conſtat duobus tonis & ſemitonio minore. Id hoc modo per tria genera in † ſupradictis tetrachordis diuiſum eſt. In diatonico enim genere quod eſt primum paranete hyperboleon, id eſt, 2592 ad neten hyperboleon, id eſt, 2304 obtinet diſtantiam tonum, quod tali notula inſcripſimus ♆. Rurſus trite hyperboleon diatonici generis quæ eſt 2916 ad paraneten hyperboleon diatonici generis, quæ eſt 2592, rurſus obtinet differentiam quam ſimili nota inſigniuimus †. Nete autẽ diezeugmenon ad trite hyperboleon, id eſt, 3072 ad 2916 ſemitonium refert, quod tali notula ſignauimus ♃, hoc eſt totum ſpatiũ netes diezeugmenon, & netes hyperboleon duorum tonorum, ac ſemitonij. Sed idem duo toni ac ſemitonium in chromatico genere hac ratione diuiſi ſunt. Secũdum enim genus quod eſt chromaticum hoc modo deſcriptum eſt, paranete enim chromatice hyperboleon quæ eſt 2736 ad neten hyperboleon quæ eſt 2304 comparata, continet ſpatium paranetes hyperboleon diatonici generis ad netẽ hyperboleon † quod eſt unus tonus, id eſt, duo ſemitonia, maius ac minus, & diuiſum rurſus ſpatium paranetes hyperboleon diatonici, ad netes hyperboleon. Ita enim factum eſt, qui eſt dimidius tonus, ſed non integrè, quia (ut ſupra uberrimè monſtratum eſt) non poteſt tonus in duo æqua partiri. Cõſignabimus igitur hoc ſpatium trium ſemitoniorũ, id eſt, toni ac ſemitonij hoc modo, ♆ ♆ ♆. Rurſus paranete hyperboleon chromatica ad triten hyperboleon retinet partẽ toni, id eſt, ſemitonium, quod reliquum fuit ex duobus tonis, qui continentur inter triten hyperboleon diatonicam, & neten hyperboleon. Subtractis uero quatuor ſemitonijs, reliquum ex toto tetrachordo ſpatium ſemitonij eſt, quod cõtinetur inter neten diezeugmenon, & trite hyperboleon. Conſtat igitur & hoc tetrachordum ex duobus tonis ac ſemitonio, diuiſum in uno quidem ſpatio tribus ſemitonijs. In duobus autẽ ſpatijs, duobus ſemitonijs. Tria uero ſpatia neruis quatuor cõtinentur. In enharmonio uero genere ſumma eſt id pernoſcendi † facilitas, ab ea enim quæ eſt nete hyperboleon, id eſt, 2304, paranete hyperboleon enharmonios, id eſt, 2916, duos tonos integros diſtat, quos hoc modo notabimus ♆ ♆. Relinquitur † igitur ex totius tetrachordi duobus tonis ac ſemitonio unum quidem ſemitonium quod continetur inter neten diezeugmenon, & paraneten hyperboleon enharmonion. Quod, ſcilicet, diuiſimus in duas dieſes trite hyperboleon enharmonion. Media interiecta, ſpatiumq; dieſeos hoc modo ſignauimus ♌ ita igitur nobis hyperboleon tetrachordũ deſcriptum eſt. Quo peracto ad diezeugmenon tetrachordum ueniamus. Nec immorandum eſt eiſdem cõmemorationibus in cæteris. Cum ab hac deſcriptione etiam in aliis ſumi poſſit exemplum.

† reſonat

† ſupraſcriptis

† quæ

† facultas

† uero

Monochordi netarum diezeugmenon per tria genera partitio, Cap. VII.

NEtes igitur diezeugmenon quæ eſt 3072 ſi dimidiũ ſumã, erunt, 1536. Qui eiſdem additi fiunt 4608 quæ eſt meſe, quam O litera deſignauimus, ꝙ ſi eiſdem netes diezeugmenon, id eſt, DD, ſcilicet, 3072 auferam tertiam partem, erunt 1024. Qui eiſdem coniuncti facient 4096 quæ uocabitur parameſe X litera ſubnotata. Nete igitur diezeugmenõ, id eſt, 3072 ad meſen, id eſt, 4608, quoniam in ſeſquialtera comparatione conſiſtit, diapente cõſonabit ſymphoniam. Eadem uero nete diezeugmenon, id eſt, 3072 ad parameſen, id eſt, 4096, quę ad eam in ſeſquitertia proportione compoſita eſt, diateſſaron retinet conſonantiam. Si igi-

cus

tur ab ea quæ eſt nete diezeugmenon 3072 octauam auferam partem, id eſt, 384 eiſq; adiiciam, fient 3456, eritq; paranete diezeugmenon † diatonos CC literis pernota- ta ad neten diezeugmenon obtinens tonũ. Ab hac uero ſi octauam auferã partẽ, id eſt, de 3456. Quæ eſt 432 eoſq; eidẽ adiungã, erũt 3888. Eritq; ea Y trite diezeugme non diatonos. Sed quonã nete diezeugmenon ad parameſen ſeſquitertiã obtinebat proportionem, trite aũt diezeugmenon diatonos à nete diezeugmenon duos tonos abeſt, continebiſ intẽr triten diezeugmenon & parameſen ſemitoni umminus. Dia tonicum igitur genus, in hoc quoq; tetrachordo ac pentachordo ita expletum eſt, ut tetrachordi quidem eius, quod eſt netes diezeugmenon ad parameſen, diateſſaron conſonantia ſit. Pentachordi uero eius quod eſt netes diezeugmenon ad meſen, dia pente ſit conſonantia.

† diatonos duabus CC literis



Enharmonium uero atq; chromaticum genus hac ratione texemus: Sumo diſtãtiam netes & paranetes diezeugmenon diatoni, id eſt, 3072 & 3456 eſt eorum differentia 384. hanc diuido, erãt 192. hãc ſi ſumam & ei quæ eſt paranete diezeugmenon diato nos adiungã, id eſt, 3456 fiẽt 3648, hæc erit paranete diezeugmenon chromatica BB geminatis literis annotata † diſtãs nete diezeugmenon tono & ſemitonio, id eſt, tri bus ſemitonijs, continens ad triten diezeugmenon dudum quidem diatonicã. Nunc uero chromaticã, id eſt, 3888 ſemitonium reliquum ab eo tono, quod diuiſum eſt in ter paraneten diatonon diezeugmenon, & triten diatonon diezeugmenon, & ſit re liquum aliud ex tetrachordo ſemitonium inter triten diezeugmenon chromaticam & parameſen, quod, ſcilicet, ex diateſſaron cõſonantia relinquiſ, ea quæ eſt inter ne ten diezeugmenõ & parameſen ſubtractis duobus tonis, quos nete diezeugmenon chromatica, & trite diezeugmenon chromatica continebãt. Quæ autem in diatoni co genere trite diezeugmenon diatonica eſt. In chromatico autem diezeugmenon chromatica, ea in enharmonio genere paranete diezeugmenon enharmonios dici tur.

† diſtans à nete

tur, integros enim duos tonos diſtat ab ea quę eſt nete diezeugmenon & notatur A A. Et inter neten diezeugmenon & paraneten enharmonion diezeugmenon nul la intereſt chorda, atq; ideo paranetes uocabulo nuncupatur. Semitoniũ uero quod eſt inter paraneten enharmonion diezeugmenon & parameſen, id eſt, inter A A & X hac ratione partimur, ut fiant duæ dieſes. Sumo differentiam paranetes enharmo nij diezeugmenon & parameſes, id eſt, 3888 & 4096, ea eſt 208, hãc diuido, fiẽt 104, hos appono 3888, fiẽt 3992. Ea erit trite diezeugmenon enharmonios Z littera per notata. Huius igiſ tetrachordi per tria genera deſcriptionẽ ſubter adieci, ſuperiusq; diſpoſitum hyperboleon tetrachordũ aggregaui, uti eſſet utrorumq; una deſcriptio, & paulatim iuncta diſpoſitionis totius forma conſurgeret.





Monochordi netarum ſynemmenon per tria genera partitio. *Cap.* VIII.

DVo quidem tetrachorda quę ſibimet quidē cōiuncta ſunt, à meſe uero diſ-
† *illud* iuncta, triū generū ſuperior deſcriptio, quemadmodum locarētur oſtēdit. Nunc ad † aliud tetrachordum ueniendum eſt, quod ſynemmenon uocaſ, cp iunctū eſt ei, quæ eſt meſe. Quoniam enim inter neten diezeugmenon & meſen diapente conſonantiam eſſe prædiximus, eſt autem diapente conſonantia trium tonorum ac ſemitonij. Tres uero ſunt toni in hoc pētachordo, quorum unus quidē netes diezeugmenon ad paraneten diezeugmenon diatonon. Alter uero pa-
† *diatoni* raneten diezeugmenon † diatonon ad triten diezeugmenon diatonon. Tertius autē parameſes ad meſen, reliquumcp ſemitonium trites diezeugmenon diatoni ad paramеſen, quoniāc netes diezeugmenon & parameſes tetrachordum ab ea quę eſt meſe, eo tono diſiunctum eſt, quod eſt inter parameſen ac meſen. Si ex eo pētachordo, quod eſt à nete diezeugmenon ad meſen, unū abſtulerimus tonum, eum, ſcilicet, qui continet inter neten diezeugmenon & paraneten diezeugmenon diatonon, poterimus aliud tetrachordū ad meſen iungere, ut fiat ſynemmenon, quod eſt cōiunctum
† *non habetur* hoc modo. †Nam quoniam paranetes diezeugmenon diatoni, quę eſt CC, numerus
† *igitur* eſt 3456. horum tertia eiſdem addita faciet meſen. Hic † ergo numerus in diezeugmenon tetrachordo CC literis annotatus, tono diſtabat à nete diezeugmenō in genere diatonico, & paranete diezeugmenon diatonos uocabatur, in ſynemmenon autem tetrachordo, id eſt, coniunctarum ſit nete ſynemmenon in tribus generibus conſtituta Y litera pernotata, & ab ea octaua pars auferat quæ eſt 432 eiſcp apponatur, fiens

fient 3888 quæ eſt paranete ſynemmenon & T † litera pernotata. Huius pars ſu- † *non legitur*
matur octaua ea quæ eſt 486, hæc ſumma ſi eiſdem, quorum octaua eſt, aggregetur, fient 4374 quæ eſt trite ſynemmenon diatonos, ideſt, E. Sed quoniam nete ſynemmenon ad meſen, ideſt, 3456 ad 4608 ſeſquitertiam obtinet proportionem, quæ eſt diateſſaron, trite autem ſynemmenon ad netem ſynemmenon, ideſt, 4374 ad 3456 duorum tonorum obtinet proportionem, relinquitur trites ſynemmenō diatoni ad meſen proportio ſemitonij, & coniunctum eſt hoc tetrachordum cum meſe, atque ideo ſynemmenon quaſi continuum & coniunctum uocatur. Et diatonici quidē generis hoc modo eſt facta proportio. Chromatici uero talis diuiſio eſt: Sumo netes ſynemmenon & paranetes ſynemmenon diatonici, ideſt, 3456 & 3888 differētiam, ea eſt 432, hanc ſi diuido ut ſemitonium fiat, fiunt 216, hanc adjcio ad 3888 ut tria ſemitonia fiant, erunt 414 quæ eſt paranete ſynemmenon chromatica, cui litera S ſuperappoſita eſt. Ab hac igitur, ideſt, paranete ſynemmenon chromatica ad triten ſynemmenō prius quidem diatonica, nunc uero chromaticam ſemitonium eſt. A qua trite ſynemmenon chromatica uſcp meſen aliud ſemitonium reperitur. Sed quoniā à nete ſynemmenon uſcp ad triten ſynemmenon diatonicam uel chromaticam duo toni ſunt, quæ eſt in diatonico uel chromatico generibus trite ſynemmenon diatonos uel chromatica, eadem in genere enharmonio paranete ſynemmenon enharmonios eſt, habens ſummam 4374 quæ ſit B, A qua uſcp ad meſon ſemitonium eſt, hoc partior in duas dieſes hoc modo: Sumo differentiam paranetes ſynemmenon enharmonij & meſes, ideſt, 4374 & 4608 † facit 234, hāc diuido fient 117, hanc adij- † *ea eſt*
cio paranete ſynemmenon enharmonios, ideſt, 4374, fient 4491, quę P litera pernotatur, & ſit ea trite ſynemmenon enharmonios. Eritcp ſemitonium quod continetur inter paraneten ſynemmenon enharmonion, & meſen, ideſt, inter 4374 & 4608 diuiſum per triten ſynemmenon enharmonion † eam, ſcilicet, quæ eſt 4491. Quo- † *ea*
circa huius quocp tetrachordi expedita ratio eſt. Nunc autem facienda † *nō legitur*
eſt deſcriptio, iuncta tamen cum cæteris † tetrachordis, id-
eſt, hyperboleon ac diezeugmenon, ut pau-
latim fiat deſcriptionis rata
progreſſio.

DD Hemitonium



Diapaſon totius diſtantiæ duorum tetrachordorum puta diezeugmenon & hyperbolæon in tribus modulandi generibus. Quanquam ex duobus tetrachordis non niſi diſdiateſſaron, ubi & tamẽ tonus appoſitus eſt. Qui eſt quidem à parameſe ad Meſen ratio uerę diſtãtiæ dupla eſt: Vt id pernotatur facilimẽ.

Monochord

Monochordi meſon per tria genera partitio, Cap. IX.

EX his igitur quæ prædicta ſunt, in cæteris non arbitror diutius laborandum eſſe. Ad horum enim exemplar etiam reliqua tetrachorda meſon atq; hypaton texenda ſunt. Ac primum quidem diatonici generis meſon tetrachordõ hoc ordine deſcribemus. Meſes enim quæ eſt O 4608 ſumo tertiam partem, ea eſt 1536, hanc eidem copulo fient 6144 ea ſit H hypate meſon diateſſaron ad meſen continens conſonantiam, hæc duobus tonis ac ſemitonio ita diuiditur. Sumo enim meſes, ideſt, 4608 octauam partem, quæ eſt 576, hanc eidem adiungo fient 5184, ea eſt lychanos meſon diatonos, ideſt, M Cuius † interim pars † ſumitur octaua ea eſt 648, hánc eidem adiungo, fient 5832. Ea ſit I parhypate meſon diatonos tonum obtinens ad lychanon meſon diatonon, duobus autem tonis diſtans à meſe. Relinquitur igitur ſemitonium inter hypaten meſon diatonon & parhypaton meſon diatonon conſtitutum, ideſt, inter 6164 & 5832. Idem uero tetrachordum meſes atq; hypates meſon in chromatico genere tali ratione partimur. Sumo meſes differentiam ad lychanon meſon diatonon, ideſt, 4608 ad 5184. Ea eſt 576, hanc dimidiam partior, fient 288 † eadem adiicio numero maiori, ideſt, 5184, fient 5472 quę fit N lychanos meſon chromatice. Relinquuntur igitur duo ſemitonia, unum inter lychanon meſen chromaticen & parhypaten meſon chromaticen, ideſt, inter 5472 & 5832 & aliud inter parhypate meſon chromaticen & hypaten meſon, ideſt, inter 5832 & 6144. Enharmoniũ uero genus hoc modo diuidimus, quoniam ea quæ erat parhypate meſon diatonos, uel ea quæ erat parhypate meſon chromatice duos tonos diſtabat à meſe obtinens numerum 5832, ea in enharmonio genere erit lychanos meſon enharmonios L litera pernotata duos nihilominus ad meſen obtinens tonos. Reliquum igitur ſemitonium quod eſt inter lychanos meſon enharmonion & hypaten meſon, ideſt, inter 5832 & 6144 in duas dieſes hoc modo diuidimus. Aufero differentiã 5832, ad 6144, ea eſt 312, hanc dimidiam partior, fient 156, hanc ad 5832 iũgo, fient 5988, & hęc ſit K parhypate meſon enharmonios. Duę uero ſunt dieſis inter lychanon meſon enharmonion et parhypate meſon enharmonion, ideſt, inter 5832, et 5988 & inter parhypaten meſon enharmonion & hypaten meſon, id eſt, inter 5988, & 6144. Diuiſum eſt igitur meſon tetrachordon. Quod ita in deſcriptione ponatur, ut ſuperius deſcriptis tetrachordis aggregetur.

† *iterum ſumatur*

† *eandem*



Monochordi

Monochordi hypaton per tria genera partitio, & totius dispositio descriptionis, Cap. X.

NVnc uero hypaton tetrachordum per tria genera diuidendum est. Sumo hypates meson, ideſt, 6144, dimidiam partem, quæ ſit 3072, hanc eidem ſi adiecero, fient 9216 quæ eſt proslambanomenos ad hypaten meſon diapē te conſonantiam ſeruans. Eiuſdem autem hypaten meſon † 6154. Si au- † 6144
feram tertiam partem quæ eſt, 2048 eidemq; adiecero, fient 8192. Et hæc eſt B hy-
pate hypaton. Igitur hypaten meſon ad proslambanomenon diapente eſt conſonan
tia, ad hypaten uero hypaton diateſſaron. Ab hac igitur hypate meſon, ideſt, 6144,
pars auferatur octaua, erunt 768, hanc eiſdem ſi quis adiungat, fient 6912. Quæ eſt
E lychanos hypaton diatonos ad hypaten meſon toni obtinens proportionem. Rur
ſus de 6912 pars auferatur octaua, erunt 864, hoc ſi eiſdem copuletur, fient 7776,
quæ eſt C parhypate hypaton, diatonos ad lychanon hypaton diatonon toni, ad hy-
paten meſon duorū tonorū diſtantiam ſeruans. Relinquitur igitur ſemitoniū inter
perhypaten hypaton diatonon & hypaten hypaton, ideſt, inter 7776 & 8192, & dia
tonici quidem generis hypaton tale tetrachordum eſt, chromaticum uero tali ratio-
ne diuidimus. Sumo enim differentiam hypaten meſon, & eius quæ eſt lychanos hy-
paton diatonos, ideſt, 6144 & 6912, ea eſt 768, hanc dimidiam partior ut duo eſti-
ciam ſemitonia fient, 384, hanc adiicio 6912 ut tria ſemitonia fiant, erunt 7296 hęc
erit F lychanos hypaton chromatice ab ea quæ eſt hypate meſon tribus ſemitoniis
diſtans. Relinquuntur ergo duo ſemitonia, unum quidem inter lychanos hypaton
chromaticē & parhypatē hypaton chromaticē, ideſt, inter 7296 et 7776. Aliud uero
inter parhypatē hypaton chromatice & hypaten hipaton, ideſt, inter 7776, & 8192.
Reſtat enharmonium genus, cuius ad ſuperius exemplar talis diuiſio eſt. Quoniam
enim parhypate hypatō diatonos uel parhypate hypaton chromatice, qua 7776 uni
tatibus inſignita eſt duobus tonis diſtat ab ea quæ eſt hypate meſon, eadem erit in
genere enharmonio lychanos hypatō enharmonios quæ ab hypate meſon duobus
integris † differant tonis. Reſtat igitur ex diateſſaron conſonantia ſemitoniū quod † diſtat
eſt inter lychanos hypaton enharmonion & hypaten hypaton, ideſt, inter 7776 &
† inter 8192, hoc in duas dieſes ita diuidimus. Sumo differentiam eius quæ eſt lycha † non legitur
nos hypatō enharmonios, & hypaten hypaton, ideſt, 7776 & 8192 ea eſt 416 huius
dimidiam ſumo, ſunt 208, hanc adiicio 7776, fient † 7884 quæ ſit D parhypate hi- † 9084
paton enharmonios. Sunt igitur duæ dieſes, una quidem quæ eſt inter lychanon hy-
paton enharmonion & parhipaten hypaton enharmonion, ideſt, inter 7776, & 798
4. Altera uero quę eſt inter parhypaten hypaton enharmonion, & hypaten hipatō,
ideſt, inter 7984, & 8192. Tonus uero ultimus inter proslambanomenon & hipatē
hypaton, ideſt, inter 9216, & 8192 continetur. Diuiſum eſt igitur hypaton tetrachor
dum ſecundum tria genera diatonicum chromaticum enharmonion. Quod ſi ſupe-
rioribus tetrachordis hyperboleon diezeugmenon ſinemmenon me-
ſon adiungatur, ſit integra perfectaq; deſcriptio diuiſi per
omnia monochordi regularis.

Tetra. hypaton Diatonicæ

Tetra. hypaton Chromaticum

Tetra. hypaton Enharmonicum

Tetra. meſon Diatonicæ

Tetra. meſon Chromaticum

Tetra. meſon Enharmonicum

Tetra ſyneme. Diatonicæ

Tetrachordos Hypaton

Diatonicum			
Proslambanomenos	A	9216	Tonus
Hypate hypaton	B	8192	Hemitonium
Parhypate hypaton	C	7776	Tonus
Lychanos hypaton	E	6912	Tonus
Hypate meſon	B	6144	
Chromaticum			
Hypate hypaton	G	8192	Hemitonii minus
Parhypate hypaton	C	7776	Hemitonii maius
Lychanos hypaton	F	7296	Tria hemitonia
Hypate meſon	E	6144	
Enha monium			
Hypate hypaton	B	8192	Dieſis
Parhypate hypaton	D	7984	Dieſis
Lychanos hypaton	F	7776	Ditonus
Hypate meſon	E	6144	
Diatonicum			
Hypate meſon	H	6144	Hemiton. minus
Parhypate meſon	I	6832	Tonus
Lichanos meſon	M	5194	Tonus
Meſe	O	4608	
Chromaticum			
Hypate meſon	H	6144	Hemiton. minus
Parhypate meſon	I	5832	Hemitonii maius
Lychanos meſon	N	5442	Tria hemitonia
Meſe	O	4608	
Enharmonium			
Hypate meſon	H	6144	Dieſis
Parhypate meſon	K	5988	Dieſis
Lychanos meſon	L	5832	Ditonus
Meſe	O	4608	
Diatonicum			
Meſe	O	4608	Hemiton. minus
Trite ſynemmenon	E	4374	Tonus
Paranete ſynemmenon	T	3888	Tonus
Nete ſynemmenon	Y	3456	

Tetrachordos Meſon

Chroma

Tetra. ſynēmenō Chromaticum

Tetra. ſinēmen. Enharmonicum

Tetra. diezeug. Diatonicum

Tetra. diezeug. Chromaticum

Tetra. diezeug. Enharmonicum

Tetra. hyper. Diatonicum

Tetra. hyper. Chromaticum

Tetra. hyper. Enharmonicum

Chromaticum			
Meſe	O	4068	Hemitonium
Trite ſynemmenon	E	4374	Hem. maius
Paranete ſynemmenon	S	4014	Tria Hem.
Nete ſynemmenon	Y	3456	
Enharmonium			
Meſe	O	4069	Dieſis
Trite ſynemmenon	P	4491	Dieſis
Paranete ſynemmenon	R	4374	Ditonus
Nete ſynemmenon	Y	3456	
Diatonicum			
Parameſe	X	4096	Hem. minus
Trite diezeugmenon	Y	3888	Tonus
Paranete diezeugmenon	CC	3456	Tonus
Nete diezeugmenon	I D	372	
Chromaticum			
Parameſe	X	4096	Hem. minus
Trite diezeugmenon	Y	3888	Hem. maius
Paranete diezeugmenon	BB	3648	Tria Hem.
Nete diezeugmenon	DD	372	
Enharmonium			
Parameſe	X	4096	Dieſis
Trite diezeugmenon	Z	399	Dieſis
Paranete diezeugmenon	AA	388	Dieſis
Nete diezeugmenon	DD	37	
Diatonicum			
Nete diezeugmenon	DD	372	Hem. minus
Trite hyperboleon	FF	2916	Tonus
Paranete hyperboleon	NN	2592	Tonus
Nete hyperboleon	LL	2034	
Chromaticum			
Nete diezeugmenon	DD	372	Hem. minus
Trite hyperboleon	FF	2916	Hem. maius
Paranete hyperboleon	kk	2736	Tria Hem.
Nete hyperboleon	LL	2034	
Enharmonium			
Nete diezeugmenon	DD	372	Dieſis
Trite hyperboleon	EE	2994	Dieſis
Paranete hyperboleon	NN	2916	Ditonus
Nete hyperboleon	LL	2034	

HENRICI GLAREANI SPECVLATIO.

Plana Monochordi regularis partitio in tribus generibus.



Proslambanomenos		9216
Hypate hypaton		8192
Parhypate hypaton		7776
Lychanos hypaton		6912
Hypate meſon		6144
Hypate hypaten		8192
Parhypate hypaten		7776
Lychanos hypaton		7296
Hypate meſon		6144
Hypate hypaton		8192
Parhypate hypaton		7984
Lychanos hypaton		7776
Hypate meſon		6144



Hypate meſon		6144
Parhypate meſon		5832
Lychanos meſon		5184
Meſe		4608
Hypate meſon		6144
Parhypate meſon		5832
Lychanos meſon		5472
Meſe		4608
Hypate meſon		5144
Parhypate meſon		5988
Lychanos meſon		5832
Meſe		4608



Meſe		4608
Trite ſynemmenon		4374
Paranete ſynemmenon		3888
Nete ſynemmenon		3456
Meſe		4608
Trite ſynemmenon		4374
Paranete ſynemmenon		4104
Nete ſynemmenon		3456
Meſe		4608
Trite ſynemmenon		4491
Paranete ſynemmenon		4374
Nete ſynemmenon		3456

Parameſe



Parameſe		4096
Trite diezeugmenon		3888
Paranete diezeugmenon		3456
Nete diezeugmenon		3072
Parameſe		4096
Trite diezeugmenon		3888
Paranete diezeugmenon		3648
Nete diezeugmenon		3072
Parameſe		4096
Trite diezeugmenon		3992
Paranete diezeugmenon		3888
Nete diezeugmenon		3072



Nete diezeugmenon		3072
Trite hyperboleon		2916
Paranete hyperboleon		2592
Nete hyperboleon		2304
Nete diezeugmenon		3072
Trite hyperboleon		2916
Paranete hyperboleon		2736
Nete hyperboleon		2304
Nete diezeugmenon		3072
Trite hyperboleon		2994
Paranete hyperboleon		2916
Nete hyperboleon		2304

Ratio ſuperius diſpoſitæ deſcriptionis, Cap. XI.

IN ſuperiore igitur forma obtinet quidem conſonantiam diapaſon proslambanomenos ad meſen, meſe autem ad neten hyperboleon. Bis diapaſon autē proslambanomenos ad neten hyperboleon, Diateſſaron autem conſonantiam ſeruat hypate hypaton ad hypaten meſon. Hypate meſon ad meſen meſe, ad neten ſynemmenon, parameſe ad neten diezeugmenon, nete diezeugmenon ad neten hyperboleon. Atq; hoc ita † fit ut his conſonantijs integra tetrachorda numeremus. Atq; ut clarius omnis in hac forma † reſpiciatur ordo neruorum, ſecundum tria genera v tantum notantur eſſe tetrachorda. Primum atq; grauiſſimum hypaton, cuius eſt princeps hypate hypaton, ultima autem hypate meſon, ſecundum uero meſon cuius eſt princeps hypate meſon, extrema uero meſe. Tertium ſynemmenon, cuius eſt princeps meſe, finalis nete ſynemmenon. Quartum diezeugmenon, cuius eſt † prima parameſe, nete uero diezeugmenō extrema. Quintū uero eſt hyperboleō cuius eſt quidē princeps nete diezeugmenō, ad netē uero hyperboleō terminatē extrema.

† *nō habetur*
† *cōſpiciatur*
† *princeps*

De ſtantibus & mobilibus uocibus, Cap. XII.

HArum uero omniu uocū partim ſunt in totū immobiles, partim in totū mobiles, partim uero nec in totū immobiles, nec in totū mobiles. In totū immobiles ſunt proslambanomenos, hypate hypatō, hypate meſon, meſe, nete ſynemmenon, parameſe, nete diezeugmenon, nete hyperboleon. Idcirco quoniā in omnibus tribus generibus eædem ſunt, nec nomina nec loca permutātes,

ſiue pentachorda, ſiue tetrachorda contineant. Pentachorda quidem ut proſlambanomenos ad hypaten meſon, & meſe ad neten diezeugmenon. Tetrachorda uero, ut hypate hypaton ad hypatē meſon, & hypate meſon ad meſen. Mobiles uero ſunt quæ ſecundū ſingula genera permutant hoc modo, ut paranete & lychanos diatonici & chromatici, trite & parhypate enharmonici. Alia eſt enim paranete hyperboleon diatonos, alia paranete hyperboleon chromatica, alia † trite enharmonios. Diuerſæ ſunt etiam paranete diezeugmenon diatonos, atq; chromatica. Nec eſt eadem quæ in generibus cæteris trite diezeugmenon enharmonios, neq; eędē ſunt paranete ſynēmenon diatonos & chromatica † & trite ſynēmenon enharmonios, his qui ſunt in reliquis generibus trite. Diſtāt etiam lychanos meſon diatonos & lychanos meſon chromatice, † & parhypate meſon enharmonios nulli aliorum generum parhypate ſimilis inuenitur. Nec eoſdem locos ac numeros ſeruant lychanos hypaton diatonos & lychanos hypatō chromatice. † Nam parhypate hypaton enharmonios aliorum generum parhypatis reperitur eſſe diſſimilis. Non in totū uero immobiles aut mobiles ſunt, quæ in duobus quidē generibus manent, id eſt, chromatico & diatonico, ſed in enharmonio permutantur. Id autem ſic conſiderā trite hyperboleō, diatonos, & trite hyperboleon chromatice eadē in ſuperiori forma deſcripta eſt, † hiſdē numeris 2829. At uero cum enharmoniū genus aſpicimus tritē aliā reperimus, id eſt, 2916. Quę igitur uox duobus fuit generibus cōmunis, eadem in tertio permutata eſt. Idem eſt & in diezeugmenon tetrachordo. Nā trite diezeugmenon diatonos & trite diezeugmenon chromatica eædem ſunt, ſibiq; conſentiūt, trite aūt diezeugmenon enharmonios à † ſuperiore diſtat. In ſynēmenis etiā idem eſt. Trite enim ſynēmenon diatonos & trite ſynēmenon chromatice eadē ſunt. Sed trite ſynēmenon enharmonios eſt diuerſa. Item parhypate meſon diatonos, & parhypate meſon chromatica eadē notantur. Sed in enharmonio genere ſicut ſuperius trite, ita hic parhypate iuxta † hypates meſon quidem inueniūtur, uſi autem ac ſoni acumine diuerſæ ſunt cæteris. Rurſus parhypate hypaton diatonos & parhypate hypaton chromatica eadem eſt. Sed non eadē eſt cum in harmonio genere quęritur. Sed ut † harum non plena mutabilitas clarius colliqueſcat ad hyperboleō tetrachordum redeamus, in hoc igit quæ in diatonico atq; in chromatico genere, trite hyperboleon eſt, eadem mutaē in enharmonio, & ſit paranete. Item quæ trite diezeugmenon in diatonico uel chromatico genere uocabatur, paranete in enharmonio dicit, quæ trite ſinēmenon in chromatico, uel diatonico fuit, in enharmonio in paranetē tranſit. Quæ uero parhypate meſon in chromatico uel diatonico uidebatur, eadem lychanos meſon in enharmonio reperitur. Quæ autem parhypate hypaton, uel in diatonico uel in chromatico dicebaē, lychanos hypaton in enharmonio nuncupaē. Sunt igitur quidem immobiles, proslambanomenos, hypate hypaton, hypate meſon, meſe, nete ſynemmenon, parameſe, nete diezeugmenon, nete hyperboleon. Mobiles uero, quas lychanos, uel paranetas uel diatonicas, uel chromaticas, uel enharmonicas † nominamus. Non in totū mobiles, aut immobiles, quas parhypatas tritas in diatonico uel chromate, lychanas autem uel paranetas in enharmonico genere dicimus.

† paranete hyperboleon enharmonios, alia trite diatonos, & chromatice, alia † & enharmonios † & lychanos meſon enharmonios † & lychanos hypate enharmonios † eiſdem † ſuperioribus † hypaten † hæc † nocamus † meſonq;

De conſonantiarum ſpeciebus, Cap. XIII.

NVnc de ſpeciebus primarum conſonantiarum tractandum eſt, primæ autem conſonantiæ ſunt diapaſon, diapente, diateſſaron. Species aūt eſt quędam poſitio propriam habens formam ſecundum unum quodq; genus in uniuſ cuiuſq; proportionis conſonantiam facientis terminis conſtituta, ut in diatonico genere. Nam ſi diezeugmenon tetrachordū inter hyperboleon tetrachordum, † meſenq; ponamus, ſubtracto, ſcilicet, ſynēmenon tetrachordo erūt 15 nerui. At ſi ab his proslambanomenos detrahatur, erunt quatuordecim. Hi ergo diſponanē hoc modo. Sit A hypate hypaton, B parhypate hypaton, C hypate lychanos

nos, D hypate meſon, E parhypate meſon, F lychanos meſon, G meſe, H parameſe I trite diezeugmenon, K paranete diezeugmenon, L nete diezeugmenon, M trite hyperboleon, N paranete hyperboleon, O nete hyperboleon. Ab hypate igitur ad parameſen diapaſon conſonantia eſt. A meſe uero ad hypaten meſon diateſſaron, ab eadem uero meſe ad lychanon hypaton diapente. Erit igitur diapaſon quidem octo chordarum. Diateſſaron uero quatuor, diapēte autem quinq;. Ac per hoc habebit diateſſaron quidem ſpecies tres, diapente autem ſpecies quatuor, diapaſon uero ſpecies ſeptem. Semperq; una minus ſpecies erit, quàm fuerint uoces, ut enim à meſe cæteras † ordinamus diateſſaron conſonantiæ ſpecies tres ſunt, hoc modo. Vna quidem ſpecies erit ab G ad D. Secunda uero ab F ad C. Tertia uero ab E ad B, & huc uſq; diateſſaron ſpecies progrediūtur. Idcirco quía huc uſq; ſpecies binos continet neruos, eiuſdem diateſſaron, ut G D quidem eos qui ſunt E F † continent, † nō habetur F C eos qui ſunt E D, & E B eos † continent qui ſunt C D, ſi uero his adiecero diateſſaron D A, diuerſa non erit ab ea quæ eſt G D, unum enim ſolum G D conſonantiæ neruum continebit, ideſt, D ſolum. Exceſſit igitur G D conſonantiam, atq; ideo diateſſaron tres ſpecies habere perhibetur. Et in cæteris quidem conſonantijs idem eſt. Diapente autem erunt ſpecies quatuor hoc modo: Vna quidem eſt H ad D. Alia uero ab eo quod eſt G ad C. Alia ab eo quod eſt F ad B. Alia autem ab eo quod eſt E ad A, díapaſon uero conſonantiæ 7 erūt ſpecies, hoc modo: Prima ab eo quod eſt O ad G, Secunda ab eo quod eſt N ad F. Tertia ab eo quod eſt M ad E. Quarta ab eo quod eſt L ad D. Quinta ab eo quod eſt K ad C. Sexta ab eo quod eſt I ad B. Septima ab eo quod eſt H ad A. Liquet igitur ex his quæ dicta ſunt, diateſſaron conſonantiam ſemel tantum in immobilibus ac ſtatutis uocibus contineri. Nam ſi ab hypate hyparon incipiam, erit A D, ideſt, ab hypate hypaton in meſon hypaten ea quæ eſt in ordine prima. Nam cæteræ non ſtatutis uocibus terminātur, ut B E C F. Nā † parhypate hypaton & parhypate meſon, lychanos hypaton & lychanos meſon mobiles eſſe monſtratæ ſunt. Quod ſi rurſus ab hypate meſon diateſſaron conſonantiam inchoēmus, erit ſpecies diateſſaron ſtatutis uocibus terminata G D, ea quę eſt prima, ideſt, ab hypate meſon in meſen. Reliquæ minimē, ut E H & F I. Nam parhypate meſon & lychanos meſon & trite diezeugmenon non probantur immobiles. Rurſus ſi eandem diateſſaron parameſe ſuſcipiant ordiendā erit † quoq; quæ ſtatutis coērceatur ſonis, diateſſaron ſpecies H L, ideſt à parameſe in nete diezeugmenō, quæ eſt prima. Nam cæteræ quæ ſunt I M, & K N mobilibus terminantur ſonis. Nam triten diezeugmenon & paraneten diezeugmenon, & triten hyperboleon, & paraneten hyperboleon mobiles uoces eſſe prædiximus. Item diapente conſonantia duas tantummodo ſpecies tenet, quæ ſtatutis uocibus includūtur. Vt ſi ab hypate meſon ordiamur, una quidem eſt D H, ideſt, ab hypate meſon in parameſen, ea quæ eſt prima. Altera uero G L, ideſt, à meſe in neten diezeugmenon, hæc uero eſt quarta. Reliquę uero, ideſt, E I, & F K minimē ſtatutis uocibus clauſæ ſunt. Nam parhypate, & lychanos, & trite, & paranete inſtabiles approbantur. Similis autem ratio erit ſi à nete diezeugmenon in grauiorem partem, ideſt, ad meſen conſonantiæ huius ſpecies conſiderentur, eiſdem enim immobilibus uocibus, quæ ſuperius dictæ ſunt, continebuntur. Siue autem ab hypate meſon ſeu à meſe, ſeu à parameſe, ſiue etiam à nete hyperboleon conſonantias † ad grauiorem partem ducamus. Duarum quæ ſtatutis uocibus coērceantur, non poterit eſſe † deſtructio. Diapaſon uero cōſonantiæ ſiue ab hypate hypaton in parameſen, ſiue à nete hyperboleon in meſen ordo ſumatur, tres tantummodo ſpecies obtinebit, quæ immobilibus uocibus coērceantur. Nam ab hypaten hypaton ordientibus una eſt A B, ea quæ eſt prima ab hypate hypaton in parameſe. Altera D L ea quæ eſt quarta ab hypate meſon in nete diezeugmenon. De hinc G O hæc ſeptima eſt, ideſt, à meſe in neten hyperboleon. Reliquarum uero ſpecierum uoces extimę nullo modo † immobilibus uocibus conſtitutæ

† non legitur † in † diſtinctio † non legitur

tutæ ſunt. Nam parhypate, & lychanos, & trite, & paranete (ut ſuprà quoq; dictum eſt) immobiles non ſunt. Similiter autem & per eaſdem uoces ſi ab hyperboleon ne te ordiamur, ſpecierum ordo contexitur, quorum omnium intelligentiam ſubiecta deſcripto † docet.

† faciet eſſe notiorem

Stabiles	A	Hypate hypaton	
Mobiles	B	Parhypate hypaton	
Mobiles	C	Lychanos hypaton	
Stabiles	D	Hypate meſon	
Mobiles	E	Parhypate meſon	
Mobiles	F	Lychanos meſon	
Stabiles	G	Meſe	
Stabile	H	Parameſe	
Mobiles	I	Trite diezeugmenon	
Mobiles	K	Paranete diezeugmenō	
Stabiles	L	Nete diezeugmenon	
Mobiles	M	Trite hyperboleon.	
Mobiles	N	Paranete hyperboleon	
Stabiles	O	Nete hyperboleon	



De modorum

De modorum exordijs, in quo diſpoſitio notarum per ſingulos modos ac uoces, Cap XIIII.

EX diapaſon igitur conſonantiæ ſpeciebus exiſtūt qui appellātur modi, quos eoſdem tropos uel tonos nominant. Sunt autem tropi conſtitutiones in totis uocum ordinibus, uel grauitate, uel acumine differentes, conſtitutio uero eſt plenum ueluti modulationis corpus ex conſonantiarum cōiunctione conſiſtens, quale eſt uel diapaſon, uel diapaſon & diapente † & diateſſaron, uel bis diapaſon. Eſt enim diapaſon conſtitutio, à proslambanomenos in meſon cæteris quæ ſunt mediæ uocibus annumeratis, uel à meſe rurſus in neten hyperboleon cū uocibus interiectis, uel ab hypate meſon in netē diezeugmenō, cum his quas extremæ uoces medias claudunt. Diapaſon & † diateſſaron uero cōſtitutio ea eſt, quæ à proslambanomenos in neten ſynemmenon, cum his quæ mediæ ſunt interiectæ conſtat. Bis diapaſon autem à proslambanomenon in neten hyperboleō, cum his quæ in medio ſunt interpoſitæ conſideratur. Has igitur conſtitutiones ſi quis totas faciat acutiores uel in grauius totas remittat, ſecundum ſupradictas diapaſon cōſonantiæ ſpecies efficiet modos ſeptem, quorū nomina ſunt hęc, hypodorius, hypophrygius, hypolydius, dorius, phrygius, lydius, myxolydius, horum uero ſic ordo procedit. Sit in diatonico genere uocum ordo diſpoſitus à proslambanomene in neten hyperboleon, atq; hic ſit hypodorius modus. Si quis proslambanomenon in acumen intendat tono, hypatenq; hypaton eodem tono attenuet, cæterasq; phthongorum omnes faciat acutiores, acutior totus ordo proueniet, quàm fuit prius quā toni ſuſciperet intenſionem. Erit igitur tota conſtitutio acutior effecta hypophrygius modus, quod ſi in hypophrygio toni rurſus intenſionem uoces acceperint, hypolydij modulatio naſcetur. At ſi hypolydium quis ſemitonio intendat, doriū faciet, & in alijs quidem ſimilis eſt in acumen intenſionemq; proceſſus. Quorum, non ut † intelligentiæ tellígentiam ſolūmodo ratio comprehēdatur, uerū oculis quoq; forma poſſit agnoſci ab antiquis tradita Muſicis deſcriptio ſupponenda eſt, ſed quoniam per ſingulos modos à ueteribus muſicis unaquæq; uox diuerſis notulis inſignita eſt, deſcriptio prius notularum uidetur eſſe ponenda, ut his primum per ſe cognitis in modorum deſcriptione facilis poſſit eſſe diſpectio.

† non legitur

† diapente

† intelligentiæ

Hypermix

Hypermyxolydius	Myxolydius	Lydius	Phrygius	Dorius	Hypolydius	Hypophrygius	Hypodorius	
ω Λ/	V ⊣	ϟ ⊢	⊳ L/	N Π	♀ N	♭ ω	♂ ♂	Proslambanomenos A
Φ E	ω Λ	⅂ ◁	Z ⊢	↖ E	W H	♀ H	♭ ω	Hypate hypaton B
ẏ Ш	V ẏ	B L	F ⊢	Λ ш	V ⊔	ϒ H	b ω	Parhypate hypaton C
Ш ↄ	T ⊐	Φ F	ω Λ	V ⊣	Z ⊢	↖ E	N H	Lychanos hypaton D
M Π	Π 9	C C	Φ ⊏	ω Λ	⅂ Γ	ϟ ⊢	↖ E	Hypate meson E
⅄ ◁	O K	P C	γ Ш	ↄ ⊁	R L	F ⊥	Λ Ш	Parhypate meson F
H ⊳	K ι.	M ⊓	Π 9	T ⊐	Φ F	ω Λ	△ ⊣	Lychanos meson G
Γ N	H ⊳	I ẏ	M Π	Π ↄ	⋐ C	Φ F	ω Λ	M E Σ H a
B ↖	ϟ ⊏	⊖ ẏ	Λ ◁ ∀	O K	P ∪	Y Ш	+ ϟ	Trite synemmenon b
⅄ ⅂	a ↖	Γ ϟ	H ⊳	IC ⅂	M ⊓	Π ↄ	T ⊐	Paranete synemmenon c
⊥ ẏ	⅄ Λ	⌣ ϟ	Γ N	H Λ	I ẏ	M ⊓	Π ↄ	Nete synemmenon d
⌣ ϟ	Γ N	ϟ ⊏	I ẏ	M Π	O K	C C	Φ F	Parameſe
Λ γ	B ⊏	Π	⊖ γ	λ ◁	⋐ L	P 9	Y Ш	Trite diezeugmenon c
⊥ γ	⅄ Λ	⌣ ϟ	Γ N	N ⊳	I Λ	M ⊓	Π ↄ	Paranete diezeugmenon d
M′ Π′	⊥ γ	⊖ N	⌣ Z	Γ ϟ	ϟ ⊏	⅂	M Π	Nete diezeugmenon e
a′ ◁	ↄ K′	Λ Y	Λ Vv	R′	E Ш	⊖ V	λ γ	Trite hyperboleon f
N ⊳	K′ γ	M Π	T γ	⅄ Λ	⌣ ϟ	Γ N	H ⊳	Paranete hyperboleon g
⊢ N′	H′ ⊳	I′ Ý	M′ Π	⊥ Y	⊖ N	⌣ Z	Γ N	Nete hyperboleon Aa

Deſcriptio continens modorum ordinem ac differentias, Cap. XV.

SVperior igitur deſcriptio chordarum nomina tenet aſcripta, notulas uero iuxta poſitas, & quæ cuiuſq; ſit modi, ſiue Lydij, ſiue Phrygij, ſiue Dorij uocabulorum ſignat adiectio. Sed quoniam hos modos diximus in ſpeciebus diapaſon conſonantiæ reperiri, age eoſdem in diatonico tantum genere deſcribamus, ut qui eorum ordo ſit, ſub aſpectu cadens intelligentiam non moretur.

Acutiſſi-



Superius dispositæ modorum descriptionis, Cap. XVI.

SEptem quidem prædiximus esse modos, sed nihil uideatur incõgruum, quod octauus super annexus est. Huius enim adiectionis rationem paulò posteri us eloquemur. Nunc illud est considerandum, quod hæ paginulæ, quas inter se rectus linearum ordo distinguit, aliç quidem habent notulas Musicas, aliæ uero minimè, uelut in eo modo, qui scribitur hypermixolidius. Prima quidem pagi
† notulis nula ω tertia Φ literis annotatur. Secũda † notula uacat. In hac igitur intercapedine notularum tonus interesse monstratur. Quod uero Φ tertiæ atq; ŷ quartæ paginæ notam non paginula diuidit, sed uersus recto ordine diductus, semitoniũ eas differre pronuntiat, quod probatur hoc modo: Nam si ω proslambanomenos est, Φ hypate hypaton, ŷ parhypate hypaton, necesse est inter proslambanomenõ quod est ω & inter hypaten hypaton, quod est Φ toni esse distantiam, inter hypaten autem hypaton quod est Φ & parhypaten hypatõ, quod est ŷ semitonij differentiam
† itaq; contineri † iamq; hoc regulariter in cunctis est considerandum, ut si uocũ notulas integra pagina disgregauerit, toni inter eas sciamus esse distantiã. Sin uersus notulas, ac non pagina distinguit, semitonij non ignoremus esse distantiam. His igit̃ ita præmissis, si duo ordines in bis diapason cõsonantia cõstituti sibi inuicem comparent̃,
† non legitur ut qui ordo sit grauior possit agnosci, si proslãbanomenos † proslãbanomene fuerit grauior uel quælibet alia uox eiusdẽ loci uoce grauior pernotetur, in eodem, scilicet, genere constituta, totum quoq; ordinem necesse est esse grauiorem. Tamen id
† ordinem melius sumetur ad mediam quæ est mese. Duorum enim † ordinum bis diapason consonantium cuius mese fuerit grauior, eiusdem totus ordo quoq; grauior erit. Nam cæteræ singulæ singulis comparatæ nihilominus grauiores inuenientur, itaq; si media ab alia media tono aut acutior uideatur, aut grauior, omnes quoq; neruili
† singulis in eodem genere sint, singuli † sibimet comparati tono acutiores aut grauiores esse uidebuntur. Quatuor autem mediis si prima ad quartam diatessaron distantiam seruet, prima uero à secunda tono differat, secũda quoq; à tertia eodem differat tono, tertia ad quartam semitonij faciet differentiam hoc modo: Sint 4 mediæ A B C D, & A ei quæ est D comparata seruet ad eam sesquitertiam proportionẽ, quæ est diatessaron. Item A à B distet tono, B à C distet tono, relinquitur ut C ad D semitonij distantiam seruet.

Sesquitertia ratio.



† desiterit Et si quinq; sint mediæ eodem modo. Si enim prima à quinta sesquialtera † distéterit
† desiterint proportione, primaq; à secunda, ac secunda à tertia, quartaq; à quinta, singulis † distéterint tonis, tertia ad quartam semitonij faciet differentiam. Item quęcunque mediæ aliorum modorum proslambanomenos accedunt hæ grauiores modos ope-
† Quæcunq; rantur. † Quæ netis, illę acutiores efficiunt. Quoniam igitur in superiore pagina descriptis modis partem sinistram legentis proslambanomeni primi tenent. Dex-
† modus tera uero legentis extremis claditur netis, erit omnibus quidẽ acutior † modis, qui inscribit̃ hypermixolidius, omnib. uero grauior is qui hypodorius. Nos uero à grauissimo hypodorio inchoantes, cæteros quam inter se habent differentiam designabimus.

bimus. Namq; in hypodorio modo mese quæ est ω ab ea mese quæ est in modo hypo
phrygio tono † distabit. Quod in hoc facilè perspicietur, si quis ad mesen hypophry † distat
gij, quæ est Φ eiusdem hypophrygij ω comparet, quæ est hypodorij quidem mese, in hypophrygio autem lichanos meson. Nam φ atq; ω tono differunt, quod pagina interiecta demõstrat. Item mese hypolydij ab ea quę est mese hypophrygij toni differentiã facit. Namq; C quæ est mese hypolydij tono distat à φ, quæ est hypolydij quidem lychanos mesen, in hypophrygio autẽ mese. Item mese hypolydij quæ est C ab ea quę est mese dorij semitonio distat. Quod hinc poterit agnosci, quoniã ordinẽ sursum prodeũtem eius meses, quę est hypolydij, atq; eum ordinem in sursum prodeuntem eius meses, quę est dorij, unus uersiculus, non pagina distinguit. Quo fit ut mese hypodorij ab ea mese quæ est dorij, integra diatessaron consonantia distet, idq; probatur hoc modo: Nam quæ est mese ω in hypodorio, eadẽ est ω in dorio hypate meson est, ab ea quę est mese, in quo uis modo uel genere diatessaron cõsonantia differẽs. Itẽ mese dorij quę est π ab ea mese quæ est phrygij, id est, M distat tono. Nã quę est mese in dorio, π eadẽ in phrygio lychanos meson. Rursus mese phrygij quæ est M, ab ea mese quę est lydij, id est, ι distat tono. Nã quæ in phrygio est My mese, in lydio est lychanos mesen. Rursus mese lydij modi ab ea mese quę est myxolydij, id est, † is
H semitonio distat. Etenim † si ordo, qui rectus lydij cõtinet mesen, ei ordini rectus myxolidij mesen habet cõparatus nõ paginula, sed uersu † dissiungit. Ea quoq; mese quæ est myxolidij H ad eam mesen quæ est hypermixolidij, id est, ι toni differentiã † distinguitur
facit, idcirco quoniam H quæ in myxolidio mese est, eadem in hypermixolidio lychanos meson est. Vnde fit ut mese dorij ab ea, mese quę est myxolidij, diatessaron cõsonãtia distet. Id probatur hoc modo: Nam meson quæ est dorij, id est, † π eadem est † N
myxolidij, id est, † π hypate meson, quæ ad cuiuslibet modi mesen diatessaron cõso † N
nãtiam seruat. Item mese dorij, id est, † π ad eam mesen quæ est hypermyxolidij quæ † N
est ι diapente cõsonantiam seruat. Ea enim mese quæ est dorij, id est, † π. In ordine † N
hypermyxolidij lychanos hypaton est. lychanos autem hypaton ad mesen in diatonico genere in quolibet modo si comparetur, diapente consonantia distat. Cur autẽ octauus modus, qui est hypermixolidius, adiectus est, † hic patet. Sit bis diapason cõ † hinc
sonantia hæc.

| A | B | C | D | E | F | G | H | I | K | L | M | N | O | P |

Ratio superius dispositæ modorum descriptio, Cap. XVII.

DIapason igitur consonantiam seruat A ad id quod est H, octo enim uocibus cõtinetur, primam igitur dicimus esse speciem diapason ea, quæ est A H, secundam uero B I, tertiam C K, quartã D L, quintam E M, sextam F N, septimam G O. Relinquitur igitur extra H P, quæ ut totus ordo impleatur adiecta est, atq; hic est octauus modus, quem Ptolemæus super annexuit.

Quemadmodum indubitanter Musicæ consonantiæ aure dijudicari possint, Cap. XVIII

VT † uero indubitanter consonantiarum ratio colligatur, tali breuissimo ac † ergo
simplici effici poterit instrumento. Sit † igitur regula diligẽter extẽsa A D, cui duo hemispheria, quas magadas Græci uocant, insuper apponãtur, ita ut ab ea quæ est E curuatura ad id q̃ est B deducta línea rectos circa se angulos reddat, item ab ea quæ est F curuatura ad id quod est C punctum deducta línea rectos circũ se angulos efficiat. Sint uero hæ æqualiter undiq; perpolitæ ad eosdem usus sint eisdem alię æquales paratæ, super has intendatur neruus æqualis undique, is qui est A E F D. Si † igitur diatessaron cõsonantiam qualis sit reperire uo † non legitur
luero, hoc modo faciam ab E puncto, quo neruus semisphærium tangit, usq; ad F pũctum, quo rursus ab alia parte altero neruus semisphærio iungitur, diuido spatiũ,

quod est E F septem partibus, & ad partem quartam septimarum appono punctũ quod est K, est igitur E K ad eam quæ est K F sesquitertia. Si igitur ad K æquũ superioribus semisphærijs apposuero, atq; alterutra uicissim E K & K F plectro adhibito pellantur, diatessaron distantiam consonabit. Sin uero simul partes idem C K & K F utrasq; percussero, diatessaron cõsonantiam nosco. Quod si diapente efficere uolumus, quinque partibus totam chordam, id est, spatium ab E ad F diuido ac tres uni proportioni, duas uero reliquæ dabo, atq; ita posito semisphærio, secũdum superius dictũ modum consonantias dissonantiasq; perpendo, item si diapason consonantiã temptare uoluero, totũ tribus partibus seco, atq; in unã duasq; distribuens
† quod easdem simul uel alterutram pulsans †quid cõsonet, uel quod dissonet utraq; cognosco. Tripla uero quæ ex permixtis cõsonantijs nascitur, ita redditur, ut † si totam in
† partiamur quatuor partium diuisionibus, † partiamus atque in tres & unam tota nerui prolixitas diuidatur, itaque semisphærium tribus appositum triplæ proportionis dissonantiam & consonantiam reddat.



ANITII MANLII SEVERINI BOETHI, DE MVSICA, LIB. V.

PROOEMIVM.

POST monochordi regularis diuisionẽ adijciẽda arbitror esse ea, in quibus ueteres Musicæ doctores sententiæ diuersitate discordant, habendumq; de omnibus subtile iudiciũ, atq; id q; proposito deest operi, mediocris doctrinæ † dispositione supplendum est. Potest enim alia quoq; esse diuisio, in qua nõ unus tantummodo neruus assumitur, qui positis
† dispensatione
† diuidatur proportionibus † diuidat. Verũ octo, atq; eiusmodi cythara fiat, † aut in pluribus, &
† ut quanti necessarij sunt nerui, tota proportionũ ratio quasi oculis subiecta cernatur.



De ui harmonicæ & quæ sint eius instrumenta iudicij, & quo nam usq; sensibus oporteat credi. Cap. I.

SEd de his paulò pòst loquemur, nunc dicendum est quæ sit uis harmonicę, de qua tractare instituẽtes, quatuor libros impleuimus. Naturã uero eius † unoq; † unusq;
exprimendam in huius quinti uoluminis seriem distulimus. Harmonica est facultas differentias acutorum & grauium sonorũ sensu ac ratione perpendẽs. Sensus enim ac ratio, quasi quædam facultatis harmonicæ instrumenta sunt. Sensus namq; confusum quiddam ac proximè tale, quale est illud quod sentit, aduertit. Ratio † autem dijudicat integritatem, atq; unas persequitur differentias. Itaq; sensus in- † uero
uenit quidem confusa ac proxima ueritati, accipit uero ratione integritatẽ. Ratio uero ipsa quidem inuenit integritatem, accipit uero † sensu confusam ac proximam ue- † non legitur
ri similitudinem. Namq; sensus nihil concipit integritatis, sed usq; ad proximum uenit. Ratio uero dijudicat, uelut si quis manu circulum scribat, fortasse eum circulũ uerè oculus arbitretur. Ratio uero nullo modo esse id quod simulatur intelligit. Hoc uero idcirco est, quoniam sensus circa materiam uertitur, speciesq; in ea comprehenditur, quæ ita sunt fluidè, atq; imperfectè. † Neque determinatè, & † usq; ad unguem † nec † atq;
expolitè, sicut est ipsa materia. Quare † ipsum quoque confusio sequitur, mentem † sensum
uero atque rationem, quoniam materia non moratur, species quas præuidet, præter subiecti communionem intuetur, atq; ideo eam integritas cõmitatur ac ueritas, † potiusq; in sensum quod peccatur, aut minus est, aut emendat, aut cõplet. Fortasse † potius quę
nũc id quod sensus non integrè, sed confusè, atq; ueritate minus quasi quidam incal- quod in sensu
lidus æstimator agnoscit, in singulis minus habeat errati. Collecta uero multiplican- aut peccatur
tur in summam, atq; idcirco † magnam faciunt differentiam. Nam si duas uoculas to- † maximam
no sensus distare arbitretur, neq; distent, rursusq; ab una earum † tono putet distare † tonum
tertiam, neque sit integra ac uera toni sit distantia. Item tertiæ quartæq; toni sensus differentiam putet, atq; in eadem quoq; errent, neq; sit differentia toni, ab hac etiam quarta, quintam distare semitonium putet, neque uerè, neque integrè æstimet, in singulis fortasse minus uideatur erratum. Quod uero in primo tono sensus reliquit, atque id quod in secundo & tertio atque in quarto semitonio peccatum est, in unũ congregatum atq; collectum efficiet, ut prima uox ad quintam uocem diapente nõ contineat cõsonantiam, quod oportebat fieri si tres tonos ac semitonium sensus integrè iudicasset. Quod igitur in singulis tonis minus peruidebatur, id collectum in consonantiam euidenter apparuit. Atq; ut peruideatur sensum quidem confusa colligere, nullo modo autem ad integritatem rationis ascẽdere, sic consideremus: Datæ enim lineę maiorem minorem † ne aliam reperire, nihil est difficilè sensui. Proposita uero † ue
mensura, ut tãto maiorem, tantoue minorẽ reperiat, id non faciet sensus prima conceptio, sed solers rationis inuentio. Vel si rursus datã lineam propositum sit uel duplicare, uel dimidiam secare, id fortasse licet paulò difficilius quàm confusè maiorem minoremue reperire, poterit tamen sensus inuentione constituí. Si uero imperetur, ut propositæ lineę tripla ponatur, uel ab ea pars tertia recidatur, uel quadrupla cõstituatur, uel pars quarta resecetur nónne impossibile sit sensui, nisi integritas rationis accedat, hoc ideo, quia per processus quidẽ rationi locus accrescit, deficit sensui. Si enim octauam partem propositæ lineę auferre aliquis imperetur, uel eiusdem octuplam dare cogatur, totius quidem † dimidiam sumere compellitur, dimidiæq; di- † dimidietatẽ
midiã, ut sit quarta, quartæ † tq; dimidiũ, ut sit octaua. Rursusq; totius duplam, duplęq; † non legitur
duplam, ut sit quadrupla, quadruplæq; duplam, ut sit octupla. Itaque in tanta rerum numerositate nihil efficit sensus. Cuius omne iudicium subitum, atq; in superficie positum integritatẽ persecutionemq; non explicat. Idcirco non est aurium sensui dandum omne iudicium, sed exhibenda est etiã ratio quę errantem sensum regat ac teneret, qua labens sensus deficiensq; ueluti baculo innitatur. Nam ut singulę artes habent

† asciculũ Calepinus Asciũ c post s abscindendo carpẽtoriũ instrumentũ est. Huius diminutiuũ asciola. Inde textũ hic coruptũ opinor.

bent instrumenta quędam quibus partim confuse aliquid informent, ut † asciculum, partim uero quod est integrum deprehendat, ut circinũ. Ita etiam harmonica uis habet duas iudiciȝ partes, unam quidem huiusmodi, per quam sensus cõprehendit subiectorum differentias uocum. Aliam uero per quam ipsarum differentiarum modum mensuramq; considerat.

Quid sit harmonica regula, uel quam intentionem harmonici † Pythagorici uel Aristoxenus, uel Ptolemæus esse dixere, Cap. II.

† Pythagorei

† multa

HViusmodi igitur instrumẽtum in quo rationis adhibito modo, sonorũ differentiæ perquiruntur, uocatur harmonica regula, in qua re † multorũ doctorum sentẽtiæ discordia fuit. Quidam enim qui Pythagoricis disciplinis maxime crediderunt. Hanc intentionem harmonicæ esse dicebãt, ut cuncta rationi consentanea sequerentur. Sensum enim dare quædam quodã modo semina cognitionis, rationem uero perficere. Aristoxenus uero è contrario rationem quidem comitem ac secundariũ esse dicebat, cuncta uero sensus iudicio terminari, & ad eius modulationem consensumq; esse † tenendũ. A Ptolemęo autem quodam modo harmonicę definitur intentio, ea scilicet, ut nihil auribus rationiq; possit esse contrariũ. Id enim secundum Ptolemęum harmonicus uidetur intendere, ut id quod sensus iudicat ratio quoq; perpẽdat, & ita ratio proportiones inueniat ut ne sensus reclamet, duorumq; horum concordia omnis harmonicæ intentio misceatur. Atq; in eo maxime Aristoxenum ac Pythagoricos reprehẽdit, quod Aristoxenus nihil rationi, sed tantum sensibus credit, Pythagoricos autem † quod minimum sensibus, plurimũ tamen proportionibus rationis inuigilent.

† tendendum

† quia

In quo Aristoxenus uel Pythagorici uel Ptolemæus grauitatem atque acumen constare posuerunt, Cap. III.

QVoniam uero sonum esse omnes consentiunt aëris percussionem, grauitatis atq; acuminis differentiam diuersa ratione ponebant. Aristoxenum secuti, & Pythagorici. Aristoxenus quippe sonorum differentias secũdum grauitatẽ, atq; acumen † arbitratur in qualitate consistere. Pythagorici uero in quantitate ponebãt. Ptolemæus autem Pythagoricis propior uidetur. Idcirco quoniam ipse quoq; grauitatẽ atq; acumen nõ in qualitate putat, sed in quantitate constitui. Et enim spissiora ac subtiliora corpora acumen rariora & uastiora ædere grauitatem, ut nihil nunc de intensionis relaxationisq; modo dicatur. Quãquam etiam cum relaxatur † aliqua quasi sit rarius atque crassius, cum uero intenditur spissius redditur, subtiliusq; tenuatur.

† arbitrabatur

† aliquid

De sonorum differentijs Ptolemæi sententia, Cap. IIII.

† non legitur

‡ diuisit

HIs † igitur ita expeditis differentias sonorũ Ptolemæus ‡ diuidit hoc modo: Vocum aliæ sunt unisonæ, aliæ minimæ. Vnisonę sunt, quarum unus sonus est, uel in graui, uel in acuto. Non unisonę uero, quãdo alia est grauior, alia acutior. Harũ partim ita sunt, ut earum inter se differentia cõmuni fine iungatur. Nõ enim discreta est, sed à graui in acutum ita deducitur, ut cõtinua uideatur. Aliæ uero sunt non unisonæ, quarum differentia silentio interueniente distinguitur, ut uero uoces communi fine iungantur, fit hoc modo: Sicut enim cum in nubibus arcus aspicitur, ita colores sibimet sunt proximi, ut non sit certus finis, cum alter ab altero † disgregetur. Sed ita uerbi gratia à rubro discedit ad pallidum, ut per continuã mutationẽ in sequentẽ uertatur colorẽ, nullo medio certoq; interueniẽte, qui utrosq; distinguat, ita etiã fieri solet in uocibus, ut si quis percutiat neruum eumq; dum percutit torqueat, euenit ut in principio pulsus grauior sit, dum torquetur uero uox illa tenuetur, continuisq; fiant grauis uocis sonitus & acutæ.

† disgregatur

Quæ

Quæ uoces enharmoniæ sunt aptæ, Cap. V.

CVm igitur non unisonarũ uocum aliæ sint continuæ, aliæ disgregatæ. Cõtinuæ quidem tales sunt, ut inter se earũ differentia cõmuni fine iungatur, nec habeat locũ designatũ uox acuta grauisq; quem teneant. Discretæ uero habent proprios locos, uel uti colores impermixti, quorum differẽtia uisitur suo quodam loco constituta. Continuę quidem non unisonę uoces ab harmonica facultate separantur. Sunt enim sibi ipsis dissimiles, nec unum aliquid personantes. Discretæ uero uoces harmonicę subijciuntur arti. Potest enim distantium sibiq; dissimilium uocum differẽtia deprehendi, in quibus quæ iunctæ efficere melos possint, ἐναρμόνια dicuntur, ἐκμελῆ autem quibus iunctis effici non potest.

Quem numerum proportionum Pythagorici statuunt, Cap. VI.

COnsonæ autẽ uocantur, quę copulatæ mixtos suauesq; efficiunt sonos. Dissonæ uero quæ minimè. Et hoc quidem est Ptolemæi de sonorum differentia iudicium. Nunc autem quid à cæteris Musicis in consonantiarũ positione differterit, dicendum uidetur, Pythagorici enim consonantias diapente ac diatessaron simplices arbitrantur, atq; ex his unam diapason consonantiã iungunt, esse etiam diapente ac diapason, & bis diaposon, illam † triplicis, hanc quadrupli. Diapason uero ac diatessaron consonantiam esse non æstimant, idcirco quoniam non insuper particulari uel multiplici cadit cõparatione, sed in multiplici superpartiente. Est enim hæc ꝓportio uocũ, ut octo ad 3, si quis enim horũ in medio quatuor ponat efficit terminos hos 8 4 3. Quorum octo ad 4. diapason efficiunt consonantiam, 4 ad 3. diatessaron, octo uero ad 3, in multiplici superpartiente constituiẽ. Quæ autẽ sit multiplex superpartiens comparatio, ex Arithmeticis libris cognoscẽdum est, & ex his quæ secundo huius institutionis libro digessimus. Pythagorici autem consonantias in multiplicibus ac superparticularibus ponũt sicut in eodẽ libro secundo, quartoq; prædictũ est. A superpartientibus uero ac multiplicibus superpartientibus cõsonantiam separant. Quibus autem modis diapason quidem duplici, diatessaron uero sesquitertio, ac diapente sesquialtero † iungũt Pythagorici, ex secundo huius institutiõnis musicę libro quarto petendum est.

† triplici

† coniungunt

Quod reprehendat Ptolemæus Pythagoricos in numero propositionum, Cap. VII.

REprehendit autẽ Pythagoricos Ptolemęus, totamq; eam quam prædictis libris exposuimus demonstrationẽ pluribus modis, in quo totũ illud etiam quod diatessaron ac diapente sesquialtero & sesquitertio cõiungunt, in reliquis uero superparticularibus cum eiusdẽ sint generis, nullas omnino applicent consonantias.

Demonstratio secundum Ptolemæum diapason & diatessaron consonantiæ, Cap. VIII.

PRobat autem ex diapason & diatessaron quãdam symphoniam fieri hoc modo. Quoniam † enim diapason consonantia talem uocis efficit coniunctionem, ut unus atq; idem neruus esse uideatur. Idq; Pythagorici quoq; consentiunt. Quocirca si qua ei cõsonantia fuerit addita integra inuiolataq; seruatur. Ita enim diapason cõsonantię additur tanquã uni neruo. Sit igitur diapason consonantia quę cõtineatur inter hypaton meson & neten diezeugmenon. Vtraq; hæc ita sibi consentit, † at cõiungitur sono, ut una uox quasi unius nerui, non quasi duorum mixta pellat auditũ. Quam cũq; igitur huic diapason consonantię consonantiã iunxerimus, seruaẽ integra, quia ita iungunẽ tanq; uni uoculæ ac neruo. Si igitur hypate meson, & neten diezeugmenon duæ in acutũ diatessaron fuerint iunctæ † si cõiungiẽ nete quidẽ diezeugmenon ea quæ est nete hyperboleon, hypate autẽ meson, ea quę est mese, utraq; ad utramq; cõsonabit, & mese ad neten diezeug. & eadẽ mese ad hypaten meson. Item nete hyperboleon ad neten diezeugmenon, & ad hypaten meson. Item si ad grauiorẽ partem † utriusq; diatessaron consonantiæ relaxen-

† non legitur

† atq;

† sicut igitur

† utriusq;

†mesen tur, erit ad †meses quidem hypaton diatessaron retinens cōsonantiam hypate hypaton, ad neten aūt diezeug. parameſe. Conſonabitq; & hypate hypaton ad hypaten †à nete meſon, & †ad neten diezeugmenon ad parameſen & nete diezeugmenon, & ad hypaten meſon. Sed eo modo ut grauior, quæ eſt, ad ſibi quidē proximā diateſſaron retineat conſonantiam, ad ulteriorem uero diateſſaron ac diapaſon, ut hypate hypaton, ad hypaten meſon diateſſaron, ad neten diezeugmenon diateſſaron ac diapaſon. Item nete hyperboleon, quæ eſt acutior, ad ſibi proximā neten diezeugmenon diateſſaron conſonantiam, ad hypaten meſon diateſſaron ac diapaſon.







Quæ ſit proprietas diapaſon conſonantiæ, Cap. IX.

†inuiolatusq; HOc uero idcirco euenire contendit, quoniam diapaſon penè una uocula eſt, talisq; conſonantia eſt, ut unum quodāmodo effingat ſonum, & ſicut denario numero, qui fuerit additus intra eum poſitus integer †inuiolatus ſeruatur, cum in cæteris ad ita minimè eueniat, ita etiam in hac conſonantia. Nam ſi duo tribus adiicias, quinque cōtinuo reddis, & numeri ſpecies immutata eſt. Si uero eoſdē denario addas, duodecim feceris, & binarius iunctus denario conſeruatus eſt. Item

Item ternarius cæteriq; eodē modo, ita igitur ſymphonia diapaſon quācunq; aliam ſuſceperit conſonantiā ſeruat, nec immutat, nec ex cōſona diſſonam reddit. Nam ſicut diapente ſymphonia iuncta diapaſon cōſonantiæ in tripla, ſcilicet, proportione diapaſon ac diapente conſonantiam ſeruat, ita etiam diateſſaron cum ſit conſonantia iuncta cum diapaſon, aliam conſonantiam reddit, & fit ſecundum Ptolemæū alterius cōſonantiæ additio †eiusq; eſt diapaſon ac diateſſaron in multiplici ſuperpartiente cōſtituta. Eſtq; ea proportio dupla ſuperbipartiēs, ut octo ad tres, habēt enim ternarium octo bis, duasq; eius partes, id eſt, duas unitates. †eius quæ

Quibus modis Ptolemæus conſonantias ſtatuat, Cap. X.

ET de Pythagoricorū quidem opinione Ptolemæus ita dijudicat: Quibus uero modis ipſe conſonantiarū proportiones numerosq; ueſtiget, hinc ordiendum eſt. Voces, inquit, inter ſe uel uniſonæ ſunt, uel non uniſonę. Nō uniſonarum autem uocū aliæ quidem ſunt æquiſonæ, †aliæ emmelis, aliæ diſſonæ, aliæ ecmelis. Et uniſonæ quidem ſunt, quæ unum atque eundem ſigillatim pulſæ reddunt ſonum. Æquiſonę uero, quæ ſimul pulſæ unum ex duobus atq; ſimplicē quodammodo efficiunt ſonū, ut eſt diapaſon, eaq; duplicata, quæ eſt bis diapaſon. Cōſonæ autem ſunt quæ compoſitum permixtumq; ſuauem tamen efficiunt ſonum, ut diapente ac diateſſaron. Emmelis autem ſunt, quæcunque quidem conſonæ non ſunt, poſſunt aptari tamen rectè ad melos, ut ſunt hę quæ cōſonantias iungunt. Diſſonæ uero ſunt, quæ non permiſcent ſonos, atq; inſuauiter feriunt ſenſum. Ecmelis uero quæ nō recipiūtur in cōſonantiarum coniunctione, de quibus paulò poſterius in diuiſione tetrachordorum dicemus. Quoniam igitur uniuocis quidem comparationibus proximè ſunt æquiuocę, neceſſariè eſt ut æquis numeris ea numerorum inæqualitas adiungatur, quæ eſt proxima æquis. Eſt autem iuxta æqualitatem numerorū ea quæ eſt dupla. Nam & prima multiplicitatis ſpecies eſt, & maior numerus cum †minori numerū ſuperuenit, æquo cum ipſi minori tranſcendit, ut duo unū uno tranſgrediuntur, qui eidē unitati æqualis eſt, iure igitur duplex proportio æquiſonis aptatur, id eſt, diapaſon. Bis diapaſon uero bis duplici, id eſt, quadruplo. Quæ autē proportiones diuidūt duplicem proportionem primæ ac maximę, his aptandæ ſunt conſonantijs quæ diuidunt diapaſon †æqui conſonantiam. Vndē fit, ut diapente quidem ſeſquialteræ, diateſſaron uero ſeſquitertię cōparationi copulentur. Iunctæ uero, †cōſonantiæ cum æquiſonis alias efficiunt conſonantias, ut diapente ac diapaſon in triplo, diateſſaron ac diapaſon in ea proportione quæ eſt octo ad tres. Emmelis autē ſunt quę diapente ac diateſſaron diuidūt, ut tonus cęteræq; proportiones, de quibus paulò poſterius in diuiſione tetrachordorū loquemur, ſimplices earū ſcilicet partes. †minorē †æquiſonan †conſonas

Quæ ſunt æquiſonæ, uel quæ conſonæ, uel quæ emmelis, Cap. XI.

IGitur æquiſonæ quidem ſunt diapaſon ac bis diapaſon, quoniam earum temperamento mixturaq; unus atque ſimplex quodammodo efficitur ſonus. Conſonantię autem ſunt, primæ quidem inſuperparticularibus ſeſquialtera & ſeſquitertia, id eſt, diapentè ac diateſſaron, & diapaſon ac diapente, & diapaſon ac diateſſaron, hæ ſunt compoſitæ atq; coniunctæ ex æquiſonis & conſonantibus †Emmelis autem reliqui inter has poni poſſunt, ut inter diateſſaron ac diapentè differentia tonus, iunguntur q; quodāmodo æquiſonæ quidem ex conſonantibus, ut diapaſon ex diateſſaron & diapentè. Conſonantię aūt ex his qui emmelis ſoni uocantur, ut eadem diapente & diateſſaron tonis cęterisq; poſterius dicendis proportionibus, ſed quomodo quidem horum omnium proportio colligi poſſit, ex eo loco ſumendum eſt, quem quarto uolumine in fine deſcripſimus, ubi †numerus ſuper ſemiſphæria tenebatur. Ibi enim deprehenditur æquiſonantia, diapaſon ac bis diapaſon, & conſonantiæ ſimplices diapentè ac diateſſaron, & cōſonantiæ compoſitæ, diapaſon ac dia pente, & diapaſon ac diateſſaron & qui ſunt emmelis ſoni, ut in toni differentia conſiſtentes. †Emmelis aūt ſunt reliqui †neruus

Quemadmodum Aristoxenus interuallum consideret, Cap. XII.

†Ipse

QVid uero de his Aristoxenus sentiat, breuiter aperiendũ est. †Ille enim quoniam minimè tractatũ rationi constituit, sed auriũ iudicio permittit. Idcirco uoces ipsas nullis numeris notat, ut earũ colligat proportiones, sed earum in medio differentiam sumit, ut speculationem non in ipsis uocibus, sed in eo quod inter se differunt, collocet, nimis improuidè, qui differentiã se scire arbitretur earum uocum, quarum magnitudinem nullam, mensuram'ue constituat. Hic igitur & diatessaron cõsonantiam duorum tonorum ac semitonij esse proponit, & diapente trium tonorum ac semitonij, & diapason sex tonorum, quod fieri non posse superioribus uoluminibus demonstratum est.



Descriptio octochordi, qua ostẽditur diapason consonantiã minorem esse sex tonis, Cap. XIII.

DOcet autem Ptolemæus per cuiusdã octochordi diuisionẽ diapason intra sex tonos cadere hoc modo: Intendantur enim octochordæ, id est, A B C D E F G H, fiatq; sesquioctaua A K eius quæ est B L, & B L eius quæ est C M, & C M eius quę est D N, & D N eius quę est E X, & E X eius quæ est F O, & F O eius quę est G P. Erũt igitur sex toni. Rursus inter F O & G P H ducat medius neruus ad R. Erit igit A K dupla ab eo q est H R. Pulsæ igitur simul A K H R diapason æquisonantiã consonabunt. Si uero aliquis G P percutiat, semper erit paulò acutior q̃ est H R. Ac per hoc transcendũt sex toni diapason consonantiã. Si enim A K & G P diapason pulsati resonarent, tonorũ sex esset diapason cõsonantia. Si uero his idem A K & G P nõ cõsonantibus A K & H R diapason cõsonarent, & H R acutior esset q̃ G P diapason cõsonantia sex tonos excederet. Nunc uero quia cõsonantibus A K & H R eadẽ H K ab ea quę est G P grauior inuenit, non potest dubitari, quin sex toni diapason cõsonantiam excedant. Atq; ita sensu quoq; potest colligi diapason consonantiam †inter sex tonos cadere. Sic igitur Aristoxeni error sine dubitatione conuincitur.

†intra



Diatessaron

Diatessaron consonantiam tetrachordo contineri, Cap. XIIII.

NVnc de tetrachordorum diuisione dicendum est. Etenim diatessaron consonantia quatuor efficitur neruis, idcirco eiam diatessaron nuncupatur, ut igitur duobus neruis altrinsecus positis †ad diatessaron symphoniam consonantibus tetrachordum fiat, duos necesse est statui in medio neruos, qui ad se inuicem, atq; ad extremos tres proportiones efficiant.

†ac

Quomodo Aristoxenus uel tonum diuidat, uel genera eiusq; diuisionis dispositio, Cap. XV.

HOc igitur diatessaron Aristoxenus per genera tali ratione partitur. Diuidit enim tonum in duas partes, atq; id semitoniũ uocat. Diuidit in tres partes, cuius tertiam diesin uocat chromatis mollis, diuidit in 4, cuius quartam cum propria medietate, id est, cum octaua totius toni appellat diesin chromatis hemiolij. † Rursus solam quartam eius uocat diesin enharmonios.

† hæc non leguntur

FIGVRA GLAREANI.



Omnium interuallorum quæ in tono sunt secundum Aristoxenum diuisio.

Ad Lectorem.

Minutas diuisiones pingere non potuimus chare lector. Nam Aristoxenus tonum in duodecim partes scindit. Diesis ergo enharmonios habebit tres. Diesis autem Chromatis mollis habebit quatuor, demum hemitonium sex, Diesis uero Chromatis hemioli quatuor & semis obtinebit. Quod si dupletur spatium, ut paulò post Boëthius, erunt quæ diximus interualla omnia duplanda ob numeros commodiores quod doctus facilè uidet, Vale.

Cum igitur hæc ita sint, cumq; generum diuisio secundum eum sit duplex, unum quidem genus est mollius. Aliud uero incitatius. Et mollius quidem est enharmonium, incitatius uero diatonicum. Inter hęc uero consistit chromaticum incitatione mollitieq; participans, fiunt igitur secundum hunc ordinem differentiæ permixtorum

generũ ſex. Vna quidem enharmoniꝫ, 3 autẽ chromatici, id eſt, chromatici mollis, & chromatici hemioliꝫ, & chromatici thoniæi. Duæ uero reliquę diatonici mollis, atq; incitati. Quorũ omnium talis ſecundũ Ariſtoxenũ diuiſio eſt. Quoniã enim quarta pars toni dieſis enharmonios nuncupari prædicta eſt, quoniãq; Ariſtoxenus nõ uoces ipſas inter ſe cõparat, ſed differentiã uocũ intervallumq; metit, & ſecundũ eum tonus eſt duodecim unitatum, huius igitur erit pars quarta dieſis enharmonios tres, Quoniã uero ex duobus tonis ac ſemitonio diateſſaron cõſonantia iungit, erit tota diateſſaron ex his duodecim ac ſex unitatibus cõſtituta. Sed quoniã ſæpe fit, ut ſi uſque ad octauas uelimus deducere partes, nõ in integros numeros, ſed in aliquas par-
† non legitur ticulas incurramus, idcirco † quidẽ facienda eſt tota diateſſaron conſonantia 60. At uero 24 tonus, ſemitoniũ duodecim, pars quarta, quę dieſis enharmonios dicit, ſex, octaua aũt tres, iuncta uero octaua cum quarta, ſex, ſcilicet, cũ tribus, ut faciat dieſin chromatis hemioliꝫ erunt nouem. His igitur ita conſtitutis tria genera enharmonicum, chromaticũ, diatonicũ, has Ariſtoxeno uident haberepropriętates, ut alia eo-
† qua rum dicãtur ſpiſſa, alia minimè. Spiſſa ſunt, † quorum duę grauiores proportiones: Vnam eam, quę ad acutum, appoſita eſt, magnitudine non uincunt. Non ſpiſſa ue-
† qua ro † quorum duę proportiones unam reliquã poterunt ſuperare, eſt autẽ enharmonium & chromaticũ ſpiſſum, diatonicum uero non ſpiſſum. Itaq; enharmoniũ ſecundum Ariſtoxenum diuidit ſic 6, 6, 48, ut inter grauem neruum, ac prope grauem, ſit quarta pars toni, quę dicitur dieſis enharmonios, cum ſit tonus 24 unitatibus conſti-
† 6 tutus. Item ſecundum intervallum à graui neruo ad tertium, ſit eadem quarta † pars toni. Reliqui uero qui reſtant ex ſexaginta qui totius proportionis ſunt inter tertiũ à graui neruo atq; acutiſſimũ quartum ponũtur 48 & duæ proportiones ad grauem poſitæ, id eſt, 6 ac 6, unam reliquã ad acutum locatã, id eſt 48 non uincunt. Chromatis uero mollis hanc facit diuiſionẽm 8, 8, 44, ut octo atq; octo ſint tertiæ partes toni, eſt enim tonus (ut dictũ eſt) 24 unitatum, & dicitur toni pars tertia dieſis chro-
† enim matis mollis. Item chromatis hemioliꝫ diateſſaron ita partitur, 9, 9, 42. Eſt † aũt dieſis chromatis hemioliꝫ pars octaua toni cum quarta, id eſt, ex 24 ſex cum tribus. Item chromatis thoniæi talis ſecũdum Ariſtoxenũ partitio eſt, 12, 12, 36. Scilicet, ut in duobus intervallis ſingula ſemitonia conſtituat, & q reliquum eſt in ultimo. Atq; in his omnibus duæ proportiones, quæ grauiori neruo ſunt proximę, reliquã quæ ad acu-
† magnitudi- tum poſita eſt, † magnitudine minimè ſuperant, ſunt enim (ut dictũ eſt) ſpiſſorũ gene-
nem rũ. Spiſſa quippe genera ſunt enharmoniũ atq; chromaticũ. Diatonica uero diuiſio ipſa quoq; eſt duplex. Et mollis quidẽ diatonici diuiſio eſt hoc modo 12, 18, 30, ut 12
† 30 ſemitonium ſit, decem & octo ſemitoniũ, & quarta pars toni † 32 uero q reliquũ eſt. Quorum decẽ & octo & 12 efficiunt 30, nec ſuperant ab ea arte quę reliqua eſt. Item diatonici incitati talis partitio eſt, ut ſemitonium ac duos habeat integros tonos 12, 24, 24, ex quibus 24 & 12, id eſt, 36 non ſuperant à reliqua parte quę ad acutũ eſt, ſed potius uincunt. Eſt igitur ſecundum Ariſtoxenum tetrachordorum prędicta partitio, quę ſubiecta deſcriptione monſtratur.



Diuiſio

AREANVS AD LECTOREM.

…tum negotiũ in tetrachordi hyperboleon ita (ut …declarauimus, ut facilè Lector conſideret quid …ces uoluit elaborare. Multa tamen ex ſuperiorì …ſupponenda ſunt, ut quomodo ſe diuiſio generũ …, alioqui inutilis erit labor. Cætera mi lector …mentioni cõſiderãda relinquo, uale et me ama, id …ſpote ammoneri in applicatiõe, grauiores chor… …eriſſe ad maiorem numerum, cum tamen hic nu…mus ſit chordarum, ſed potius intervallorum. …gq nete diezeugmenon erat, ibi aptè potuit po… …hyperboleon. Attamen credo parum erroris …ominis enim nõ omnino ſpeculationẽ impediũt.



Quomodo Architas tetrachorda diuidat eorumq; deſcriptio. Cap. XVI.

ARchitas uero cuncta † in ratione cõſtituens nõ modo † ſenſum auriũ in primis cõſonantijs obſeruare neglexerit, uerũ etiã maximè in tetrachordorũ diuiſione rationem ſecutus eſt. Sed ita, ut neq; ea quam quærebat efficaciter expediret, neq; ſenſui poſita ab eo ratio cõſentiret. Ille enim tria eſſe genera arbitrat, enharmoniũ, chromaticũ, diatonicũ. In quibus eoſdẽ grauiſſimos ſtatuit atq; acutiſſimos ſonos, in omnibus quidem generibus grauiſſimos ſonos faciẽs 2016, acutiſſimos uero 1512 inter hos in tribus generibus neruũ grauiſſimo proximũ collocat, eum, ſcilicet, qui ſit, 1944, ut ad eũ 2016, † ſeſquiuiceſimã ſeptimã obtineãt proportionẽ. Poſt hæc uero infrà acutum neruũ, tertiũ uero à grauiſſimo eum collocat in enharmonio genere, qui ſit 1890 ad quẽ 1944 ſeſquitriceſima quinta proportione iungãtur. Idẽq; 1890 ad acutiſſimũ 1512 in ſeſquiquarta poſitione ſit conſtitutus. Item in diatonico genere tertiũ quidem à grauiſſimo neruo, ſecundũ uero ab acutiſſimo eam ponit, qui ſit 1701, ad quos 1944 ſeſquiſeptima proportione cõiuncti ſunt. Ipſi autem 1701 ad acutiſſimũ, 1512 ſeſquioctaua. In chromatico uero genere tertiũ à grauiſſimo, & ſecundũ ab acutiſſimo eum ponit, qui ad 1701 qui eſt tertius à grauiſſimo in diatonico genere † eam obtineat proportionẽ, quã obtinent 256 ad 243, hic autẽ eſt 1792 qui eſt ſecundus ab acutiſſimo appoſitus, habetq; proportionem ſecũdus ab acutiſſimo in diatonico genere, id eſt, 1701 ad ſecundum ab acutiſſimo in chromatico genere, id eſt, 1762 eam quam habent 243 ad 257, eorumq; tetrachordorum ſecundum Archytæ ſententiam diuiſorum formam monſtrat ſubiecta deſcriptio.

† non legitur
† ſenſu
† ſeſquingeſimam
† eandem

Enharmonium



Quemadmodũ Ptolemæus & Aristoxeni & Architæ tetrachordorũ diuisiones deprehẽdat, Cap. XVII.

SEd utraq; tetrachordorum diuisiones Ptolemæus ita reprehendit. Architam quidẽ primo, quoniã secũdus ab acutissimo neruus chromatico genere, id est, 1792 ita est collocatus, ut nec ad acutissimũ 1512, nec ad pximũ grauiori 1944 ullam superparticularẽ efficiat proportionem, cũ Architas tantã superparticularibus cõparationibus† habuit dignitatem, ut eas etiã in consonantiarum ratione susceperit. Dehinc q; primã à grauissimo neruo proportionem in chromatico quidem † maiorẽ sensus deprehẽdat, quã fecit Architas, hic namq; in chromatico genere 1944 ad 2016 distare fecit † sesquiuicesimã septimã proportionem, cum secundum consuetã chromatici generis modulationem † sesquiuicesima prima esse debuerit. Item enharmoniũ genus ea proportio, quam primã à grauissimo secundũ Architę retinet diuisionẽ, talis est, ut lõgè minor esse debeat, quã in cæteris generibus inuenit, hic aũt æquã eã cæteris generib. statuit, dũ primas à graui proportione in tribus generib. † sesquiuicesimas septimas ponit. Aristoxenũ uero culpat, quoniã in chromate molli & in chromate hemiolio tales posuerit primas secũdas; q; à graui neruo proportiones, quę à se à minimo & quantũ sensus nõ possit internoscere, distarẽt. Est q;ppe proportio prima in chromatis mollis, † prima diuisione secundũ Aristoxenũ octo, at in chromate hemiolio nouẽ. Sed octo ad nouẽ unitatis differentia distãt. Est aũt tonus totus, 24 unitatib. secundũ positionẽ uel propositionẽ quorũ unitas 24 est. Primæ igit̃ à graui inter se proportiones chromatis mollis, & chromatis hemiolij 24 parte toni distãt, q; propter breuitatẽ differẽtiæ nullo modo sentit auditus. Idẽ etiam Aristoxenũ reprehẽdit, cur diatonici generis duas tantũ fecerit diuisiones, ut in molle incitatum; q; diuideret, cum possint aliæ quoque diatonici generis species inueniri.

† *habuerit*
† *sensus esse*
† *sesquingesimam*
† *sesquingesima*
† *sesquigesimas*
† *non legitur*

Quemadmodum

Quemadmodum tetrachordorum diuisionem fieri dicat oportere. Cap. XVIII.

PTolemeus † tetrachorda diuersa ratione partit̃. Illud in principio statuens, ut inter duos altrinsecus sonos tales uoculæ aptentur, quæ se superparticularibus proportionibus excedant, inæqualibus tamen, quoniam superparticularis proportio nõ potest in æqua diuidi. De hinc ut omnis comparatio, quæ fit ad eum neruũ qui est grauissimus, in tribus minor sit cæteris, quæ acutis uocibus coniunguntur. Sed in his ea quæ spissa nominamus, talia esse debent, ut duæ proportiones, quę grauitati sunt proximę, minores sint ea proportione, quę relinquunt ad acutum, † in non spissis uero ut in diatonicis generibus nusquam una.

† *enim*

† *non legimus*

Anitij Manlij Seuerini Boëthi Lib. V. Musices per Henrichum Glareanum & emendatæ, & multis figuris demonstrationibusq; luculentissimis auctæ, quod intelliget lector, si hæc nostra cum editionibus aliorum conulerit, Finis.

NICOLAVS IVDE
CVS VENETVS DONATO CL
VALELLO VIRO RETHORICO S.

RECOGNOSCENS superioribus diebus Donate Musarũ cultor elegantissimè quosdam diui Boëthi de Geometria libros, cõsulto Euclidis Græco exemplari, cuius ille compluscula theoremata ad uerbum Latina fecit, animaduerti eminentissimum Geometram Euclidem à nostris & mendosè admodum legi, & (ut mea quidem fert opinio), non satis rectè exponi. Sed prius illud ferè traductoris culpa accidisse uidetur. Is enim quicunq; tandem fuerit, è barbara lingua Græca uolumina transferens semilatina reddidit. Nam uocabula quędam ita, ut iacent barbara dimittit, cum tamen Latini sua habeãt & quidẽ optima ac probatissima. Quam enim quadrilateram figurã Rhombũ & Græci & nostri appellant, ille uerbo quodã (ut ita dicam) exotico helmuaim uocat, & huic affinem, quam Græci Rhomboiden dicunt, similem helmuaim. Sunt & aliæ quædam quadrilateræ figuræ, quas Græci trapezia, nostri mensulas nominant.



Has noster hic interpres Latini atq; Græci uocabuli peræquè ignarus, helmuarifas dicere non ueretur. Sed sint sanè hęc leuia & nõ multa animaduersione digna. Illud certè (ni fallor) defendi nulla excusatione potest, quod rerũ definitiones, quibus ut principijs totius scientiæ utimur, & confundendo falsas facit, & quas Euclides minimè somniauit in earũ locum quæ illius erãt, temerario quodam ausu supponit. Nam statim in initio operis lineã huiusce modi definitionis termino claudit. Linea est longitudo sine latitudine, cuius quidẽ extremitates sunt duo puncta. Hæc uero finitio ei lineę accõmodari minimè potest, q; peripheriã Græci nominãt, cũ illa extremis nullis finiatur, quanq; quidã ex recentioribus falsa translatione decepti, hanc tanq; Euclidis uerã definitionẽ defendere conãtur, dicentes peripheriã quidẽ extremis & finibus actu carere, aptitudine uero (ut eorũ utar uocabulo) fines & terminos agnoscere, quod perridiculũ est. Siquidẽ eodem exemplo lineã ipse definiã longitudinẽ citra latitudinẽ, quę quidẽ extremis careat, q; si reclamabis & lineam obijcies rectã finitã, respondebo

Reſpõdebo eam finibus habilitate potentiaq; uacare, quãuis actu non uacet. Quam obrem aut utraque definitio recipienda eſt, quo nihil poteſt eſſe abſurdius, aut utraque reijcienda. Quod rectiſſima ratione fieri cõſtabit, ſi quis animaduertat quàm incuriosè egregius iſte interpres duas rerum longè aliarum definitiones in unam quaſi formam coniunxerit, atque ad unam tantum rem definiendam aſſumpſerit. Nam Euclides cum lineam diſſiniuiſſet longitudinem citra latitudinem, eſſentq; ex lineis quædã finitè & terminatè, mox declarauit, qui eſſent lineę fines & termini, inquiẽs, lineæ uero extrema puncta ſunt. At hic noſter tam lepidæ traductionis autor ex duarum definitionum permixtione confuſioneq; unum quaſi corpus definitionis collegit, ac ſoli lineæ congruere aptarique poſſe putauit. Ad plenam igitur lineæ definitionem nihil aliud corrogandum eſt, præter id quod dictum eſt lineam longitudinem eſſe citra latitudinem. Sic enim circumcurrentes lineas rectas, & flexuoſas complectitur, item finitas pariter atque infinitas. Ex quibus quidem infinitas lineas prior nobis iam infirmata definitio manifeſtiſſimè non recipiebat. Age oſtendamus nunc etiam Euclidis definitiones ab hoc noſtro interprete (ut eſt in omnibus eq̃uè diligentiſſimus) prætermitti quandoque, & alias quaſdam pro illis adhiberi, in quo quidem non multum inquirendo laborabimus. Nam ſtatim poſt dictas deſcriptiones lineam rectam his uerbis definit: Linea recta eſt ab uno puncto ad alium breuiſſima extenſio, in extremitates ſuas utrũq; eorum recipiens. Non ita Euclides, ſed definitionem uniuerſam breuiſſimè colligit in hunc modum: Recta linea eſt, quæ ex æquo ſua puncta interiacet. Non ſecus in definitione planè ſuperficiei aberrat, nam cum Euclides ſic definiat: Plana ſuperficies eſt, quę ex æquo ſuas lineas interiacet. Ille quãdam longè aliam commentus eſt definitionem hoc modo: Plana ſuperficies eſt ab una linea ad aliam extenſio in extremitates ſuas recipiens. Sed hæc atq; alia huiuſcemodi plura partim inſcitè & indoctè tranſlata, partim etiam immutata & inuerſa. Si utrũque diligenter legere aliquando tibi contigerit, per te ipſe facilimè deprehendes. Nunc quæ in expoſitore Campano in primum elementorum librum notaui, explicare tibi aggrediar. In qua quidem re ab omnibus uiris doctis, quibus hæc noſtra legere otiũ erit, petitũ impetratumq; eſſe uelim, ne eos uiri autoritas magis moueat, quàm ratio ipſa & ueritas. Leguntur itaque (ut ad rem ipſam iam ueniam) apud Euclidem in primo elementorum libro duo theoremata, quorum alterum reciprocat, atque recurrit ad alterum. Ambo uero deductione ad incommodum à Campano demõſtrata ſunt. Sed ut quid ordiar, planius intelligas, accipe primum theoremata ipſa cum eorũ deductionibus, ita ut illa legit, atque aſtruit Campanus. Deinde quid fortaſſe peccauerit ille, quidq; nos ſentiamus, breuiter audies, theoremata igitur hæc ſunt.

Omnis trianguli longius latus maiori angulo oppoſitum eſt.

Sit ut triangulo A B C, angulus A ſit maior angulo C. Dico quod latus C B maius erit latere A B, ſi enim ſit æquale, erit per 5 angulus A æqualis angulo C, quod eſt cõtra hypotheſim. Si autem A B ſit maius, reſecetur ad æqualitatem C B per 3. Sitq; D B æquale C B, erit ergo per 5 angulus D C B æqualis angulo B D C, ſed B D C eſt maior angulo B A C per 16. Ergo B C D eſt maior B A C, quare multo fortius maior A C B pars toto, quod eſt impoſſibile.

Omnis



Omnis trianguli maiori angulo longius latus oppoſitum eſt.

Sit ut in triãgulo A B C latus B C ſit maius latere A B. Dico quod angulus A erit maior angulo C, & eſt cõuerſa præcedentis. Si enim ſit æqualis, tunc per 5 latus A B eſt æquale lateri B C quod eſt cõtra hypotheſim. Si autem C ſit maior, tunc per præcedentem latus A B eſt maius latere B C quod eſt contra hypotheſim, quare aſtruitur propoſitum.



Sic Campanus: Sed ut in quo nobis minus rectè ſenſiſſe uideatur, facilius percipias, pauca quædam ex Dialectica facultate partim prænotare, partim intermiſcere oportet. Sũt igitur in omni queſtione (ut Philoſopho in poſtremis analyticis placet) duo, quorũ alterum datum eſt, quæſitum alterum, ut ſi poſitum in quæſtione fuerit, an cœlum datum eſt, ſed an rotũdum ſit quæritur. At Campanus propoſita theoremata in datum atq; quæſitum nequaquam rectè ſoluiſſe uidetur. Nam in priore theoremate maiorem angulum ſibi dari poſtulat, & ſubinde quærit, an illi maius latus ſit è regione conſtitutum. Contraq; in poſteriore maius quidem latus dari uult, an uerò ſit maiori angulo obuerſum, quærit, quod contra faciendum eſt. Nam quiuis in Dialectica mea quidem ſententia uel mediocriter eruditus facilè uidere poteſt, in eo theoremate, quo omnis trianguli longius latus maiori angulo cõtra reſpondere proponitur, longius quidem latus trianguli dari ſubijciq; oportere, an uero maiori angulo ſit è regione poſitum, queri ac prædicari. Contraq; in conuerſo theoremate maiorẽ quidem angulum concedi, longius uero latus inquiri. Ob hoc uero peccatum conſecutum eſt, & aliud longè maius. Nullũ enim ex propoſitis theorematis aſſertoria demonſtratione Cãpanus aſtruxit, ſed utrũq; ad incõmodum ducẽte oſtendit, quod in Geometria, ubi fieri poteſt, uel maximè uitandum eſt in qua ſolent demonſtrationes afferri ex prioribus notioribusq; naturę non nobis modo, quales ſunt, quæ aſſertoriæ rectæq; appellantur. Huius uero erroris origo atque initium huiuſmodi fuit. Nam Campanus priori theoremati prædicationem præter naturam dedit, maiorem enim angulum trianguli ſubijcit, & prædicat longius latus, ſiquidem in omni quæſtione ſubiectus terminus eſt, quod datur prædicatus, quod quæritur. Eſt autẽ priu[s] per naturam, triangulum latera habere, quoque angulos, nam ex laterum cõtio[ne] angu[li]

anguli proficiſci procreariq; intelliguntur, qui igitur ſubiiſcit angulum triãguli, & latus prædicat, is illud quod alteri accidit, eius prædicationi ſubiiſcit, cui accidit, ac ob id prædicationem præpoſteram & naturæ contrariam facit. Quam Ariſtoteles aut modo prædicationẽ cenſet appellandam, aut prædicationem quidem nõ ſimpliciter, ſed peraccidens, ubi igitur prædicatio præter naturam habetur aut difficile, aut certè impoſſibile eſt aſſertoriam demonſtrationem accommodare. In huiuſcemodi namque demonſtratione neceſſe eſt & maioris extremitatis quæ in concluſione prædicatur, & minori extremitati, quæ in eadem ſubiiſcitur cauſam eſſe mediũ. At fieri nullo modo poteſt, ut ei quod accidit, eius cui accidit, quippiam cauſa eſſe ſtatuatur. Hic coactus eſt Campanus in priore theoremate, quod in datum atque quæſitum imperitè ſecuiſſet, demonſtratione uti ad incommodum ducente, & quia illud putabat principale poſterius, quod ad ipſum commearet, non alia collectione, quàm ad incõmodum ducente aſtruxit. Atq; ita nullam demonſtrationem rectam aſſertoriamq; ad ea quæ dicimus theoremata colligẽda Campanus adhibuit, quod tamen oportuit cum ipſa ſit ad incõmodum ducente potior. Hæc ſunt mi Donate, quę quantum ad propoſita theoremata attinet, in Cãpano reprehẽdenda, cenſuimus, ſed hæc quæ ſtricti diſputauimus, illos nõ exactè ſubtiliterq; intellecturos certò ſcio, qui poſtremos analyticos Ariſtotelis non diligentiſſimè legerint. Reliquum igitur eſt, ut illa ipſa theoremata (quẽadmodum polliciti ſumus) demonſtremus, traducta tamen prius, ut traducenda erant. Soluemus igitur & ſeparabimus theorema principale in datum atq; quæſitum, ut oportet, & ad ipſum aſtruendum aſſertoria demõſtratione utemur. Poſterius uero theorema, quod ad principale recurrit, cum prædicationem præter naturam ſortiatur demonſtratione ad incõmodum perducente breuiter colligemus. Demonſtrationes igitur ipſas aggredimur, intende.

Omnis trianguli maius latus ſub maiore angulo protenditur.

SIt enim triangulũ A B C, habens latus quod eſt A C, maius eo latere cui eſt A B, aio angulum quoq; A B C ſub quo latus A C protenditur maiorem eſſe angulo B C A, cui contra reſpondet latus A B, nam quia maius eſt latus A C quàm A B, cõſtituatur ipſi A B æquale ipſum A D, & protrahatur ipſum B D latus, & quoniã trianguli cui B D C, exterior angulus eſt is qui eſt A D B, maior utiq; erit interior & ex aduerſo conſtituto angulo D C B, æqualis uero eſt angulus A D B, ipſi A B D angulo, nam latus quoq; A B lateri A D æquum erat. Maior itaq; eſt angulus A B D ipſo A C B angulo, multò igitur maior erit angulus A B C, angulo A C B. Omnis igitur triãguli maius latus ſub maiore angulo protenditur. Quod oportebat demonſtrare.



Omnis trianguli ſub maiore angulo maius latus protenditur.

SIt triangulũ A B C, maiorẽ habens A B C angulum, eo qui eſt B C A. Aio latus quoque A C, ipſo A B latere maius eſſe, nam ſi maius non ſit, aut æquale erit

erit ipſum A C, ipſi A B, aut minus æquale, ſanè nõ eſt ipſum A C ipſi A B, æqualis enim foret etiam angulus A B C angulo A C B atqui nõ erat, nõ igitur æquale eſt ipſum, A C latus, ipſi A B lateri. Neq; uero minus eſt ipſum A C ipſo A B, minor enim foret angulus A B C angulo A C B, atqui non erat, ſi igitur minus eſt ipſum A C, latus ipſo A B latere demonſtratum autem eſt neq; æquale illi eſſe, maius itaq; erit ipſum A C latus ipſo A B latere. Omnis igitur trianguli ſub maiore angulo maius latus protenditur, quod oportebat demonſtrare.



Hæ ſunt igitur huiuſcemodi theorematũ demonſtrationes cum faciles, tũ ueriſſimè & quæ maximè quadrent. Sed antequàm te dimittam, uolo audias et aliud quoddam huius hominis erratum leuiuſculum fortaſſe, turpe tamen & uiro Philoſopho nõ negligendum. Habetur enim in eodem elementorum primo problema iſtiuſmodi, ad datam rectam lineam, datumq; in ea punctum, dato angulo rectilineo æquum angulum rectilineum conſtituere, hoc uero ſic legit, deducit Campanus.



Data recta linea ſuper terminum eius cuilibet angulo propoſito æquum angulum deſignare.

SIt data linea F E, & ſint lineæ B A continentes angulum datum cui ſubtendam baſim C. Super punctum F lineæ E F iuberem facere æqualem angulũ angulo dato, ad lineam E F adiungo F D æqualem lineæ A, & ex F E ſumo F G æqualem B, & ex G E ſumo G H æqualem C & ſuper puncta F & G deſcribo duos circulos D K & K H ſecundum quantitatem duarum linearum F D & G H, & interſecantes ſe in puncto K, ſicut docuit præcedens, ductiſq; lineis K F & K G erunt æqualia duo latera K F & F G trianguli, K F G duobus lateribus A & B trianguli, A B C & baſis G K æqualis baſi C, ergo per octauam angulus K F G æqualis erit angulo contento ab A & B quod eſt propoſitum.



Hæc deſcriptio primiore aſpectu ſatis ſcitè ſatisq; ſollicitè facta uidetur, ſed ſi curioſe attenteq; lectites, inuenies eam à ſeria doctrina Philoſopho probari non decere, nam cum artẽ naturæ æmulam eſſe oporteat ipſaq; natura ſuperuacaneis nõ abũdet, non artificioſe deſcribere iudicandus eſt, qui plura in deſcribendo cõgerit, quaque quibus ad demonſtrationem uti neceſſarium ſit, quod Campanus neſcio quomodo non deuitat, ſed apertiſſimè incurrit, quid enim ſibi uult illa duorum circulorum deſignatio, quid illa tot eadem quãtitate linearum tam ſollicita ductio. Nonne poterat, ac maximè debebat, dato angulo, qui A & B lineis contineretur, & baſi C adiecta, anxietate illa, & quaſi moroſitate deſcriptionis prætermiſſa, ſtatim aſſumptis tribus lineis, qua eſſent deſignatis æquales, triangulum conſtituere. Quod fieri licere ex ſuperiore problemate abundè conſtabat. Quare qui iſtiuſmodi problema diligentius preſſiusq; oſtendere uolet, is (ut opinor) ſic demonſtrabit.



Ad datam rectam lineam, datumq; in ea punctum, dato angulo rectilineo æquum angulum rectilineum conſtituere.

Sit data recta linea A B, datumq; in ea punctum A. Datus uero angulus rectilineus D C E, oportet igitur ad datam rectam lineam A B, & ad datum in ea punctũ A, dato angulo rectilineo D C E, æqualem angulum rectilineum conſtituere ſumantur in lineis E D & C E, puncta (ſi lubet) D & E, & protrahatur D E & ex tribus rectis lineis A F & A G & F G, quæ ſunt datis rectis lineis tribus C D & C E & D E æquales. Triangulum conſtituatur A F G, ita ut æqualis ſit ipſa C D linea, ipſi A F, ipſa uero C E ipſi A G, poſtremo ipſa D E ipſi F G. Quoniam igitur duæ lineæ rectæ D C & C E duabus rectis lineis F A & A G æquales ſunt altera alteri, & baſis D E, baſi F G æqua habetur, angulus quoq; D C E angulo F A G quæ æqualis erit. Ad datam itaq; rectam lineam A B datumq; in ea punctum A, dato angulo rectilineo D C E, æqualis angulus rectilineus F A G cõſtitutus eſt. Quod oportebat facere. Addidiſſem quoque alia plura longè etiam grauiora errata niſi me epiſtolam ſcribere meminiſſem. Sed Euclidem ipſum aliquando fortaſſe unà perlegimus, annotabimusq; omnia, in quibus noſtri à recta ratione diſcedere uidebuntur. Interim hæc pauca tibi mi Donate ſcripſimus, ut eſſent apud te eius beneuolentiæ atq; obſeruantiæ pignus, qua te proſequebar (& nunc quoq; proſequor) cum noſtræ Patauinæ Philoſophorum academiæ Rector hic ageres. Vale ex Patauina Philoſophorum palæſtra.

EVCLIDIS

EVCLIDIS MEGARENSIS GEOMETRIAE, AB ANITIO MANLIO SEVERINO BOETHIO TRANSLATVS.

Liber I.

QVia uero mi Patrici Geometrarum exercitatiſſime, Euclidis de artis Geometricæ figuris obſcurè prolata, te adhortante exponenda & lucidiore aditu expolienda ſuſcepi. In primis quid ſit menſura definiendum opinor.

De menſura.

Menſura uero eſt quicquid pondere, capacitate, longitudine, altitudine, latitudine, animoq; finitur. Principium autem menſuræ punctum uocatur. Punctum eſt, cuius pars nulla eſt. Linea uero ſiue latitudine lõgitudo eſt, lineæ uero fines pũcta ſunt.

De generibus linearum.

Recta linea eſt, quæ æqualiter in ſuis protenditur punctis. Superficies uero eſt, quod longitudine, latitudineq; cenſetur. Superficiei autem fines lineæ ſunt.

Recta linea

Plana ſuperficies, dicitur quæ æqualiter in rectis ſuis lineis continetur.

Superficies plana



De generibus angulorum.

Planus angulus eſt duarum linearum in plano inuicem ſeſe tangentium, & non in directo iacentium ad alterutram concluſio.



Quando autem quæ angulum continent, lineæ rectæ sunt, tunc rectilíneus angulus nominatur.



Cum uero recta linea super rectam lineam stans circum se æquos sibi inuicem fecerit angulos, rectus est uterq; æqualium angulorum. Et linea super rectam lineam stans perpendicularis dicitur. Subtusus angulus maior recto est.

Acutus autem angulus recto minor est.



De modis figurarum.

Figura est, quod sub aliquo uel aliquibus terminis continetur.

Terminus uero quod cuiusq; est finis.

Circulus uero est figura quædam plana & circunducta. Et sub una linea contenta, quæ circunferentia uocatur, ad quam à puncto quod intra figuram positũ est omnes quæ incidunt. Rectæ lineæ sibi inuicem sunt æquales, hoc uero punctum centrum circuli nominatur.



Diametrus autem circuli est recta quædam linea per centrum ducta, & ab utraq; parte in circunferentia circuli terminata, quæ in duas æquas partes circulum diuidit

Semicirculus uero est plana figura, quæ sub diametro, & ea quam diametrus apprehendit, circunferentia continetur.

Semicirculus



Diametrus.

Recti lineæ figuræ sunt, quæ sub rectis lineis continentur.

Trilatera quidem figura est quæ sub tribus rectis lineis continetur.

Quadrilatera autem, quæ sub quatuor.

Finitima uero mensuralis est linea, quæ aut pro aliqua obseruationum, aut aliquo terminorum obseruatur.

Multilatera itaq; figura est, quæ sub pluribus quàm quatuor lateribus continet.

De triangulis.

Aequilaterum igitur triangulum est, quod tribus æquis lateribus continetur.



Hæ sequentes tres Trigoni species distinguuntur secundum inæqualia latera.

Isosceles autem est, quod duo tantummodo latera habeat æqualia.



Scalenum uero quod tria latera habet inæqualia.



Amplius trilaterarum figurarum orthogonium, idest, rectiangulum, quidem triangulum est, quod habet angulum unum rectum.

Hæ sequentes tres Trigoni species distinguuntur secundum inæquales angulos.



Amblygonium autem quod latinè obtusiangulum dicitur, est quod obtusum habet angulum.



Oxygonium uero, idest, acuti angulum, est in quo tres anguli sunt acuti.



De quadratis.

Quadri laterum uero figurarum quadratum uocatur quod est æquilaterum atq; rectiangulum.

Parte

Parte altera longius uero est, quod rectiangulum quidem est, sed æquilaterum non est.



Rhombus uero est, quod æquilaterum quidem est, sed rectiangulum non est.

Rhomboides autem est, quod in cõtrarium collocatas lineas atq; angulos habet æquales, non autem rectis angulis, nec æquis lateribus continetur.



Præter hæc autem omnes quadrilaterę figurę trapezia, id est, mensulę nominantur.

Parallelæ, id est, alternæ rectæ lineæ nuncupantur, quæ eadẽ plana superficie collocatæ atq; utrinq; productę, in neutra parte concurrunt.



De petitionibus quæ sunt in Geometrica.

Petitiones uero quæ postulata (ut ueteribus placuit) dicuntur, quinq; sunt.
Prima, ut ab omni puncto in omne punctum recta linea ducatur postulat.
Secunda, ut definita recta linea in continuum rectumq; producatur, admonet.
Tertia, omni centro & omni spatio circulum designare præcipit.



Quarta, omnes rectos angulos sibi inuicem æquos esse uult.
Quinta autem, si in duas rectas lineas linea recta incidens interiores duos angulos & in eadem parte duobus rectis fecerit minores, rectas lineas in infinitum productas ad eas partes in quibus duo interiores anguli duobus rectis minores sunt, concurrere iubet.



De communibus animi conceptionibus quæ sunt in Geometrica.

Communes igitur animi conceptiones sunt quæ à Græcis κοιναὶ ἔννοιαι, uocantur, cum spatia & interualla eidem sunt æqualia, et sibi inuicem sunt æqualia, & si ab æqualibus æqualia auferantur quæ relinquũtur, æqualia sunt. Et si æqualibus æqualia addantur, tota quoq; æqualia sunt. Et quæ sibimet ipsis conueniunt æqualia sunt.
Omne parallelogrammum rectiangulum sub ijs duabus rectis lineis, quæ rectum ambiunt angulum dicitur contineri.
Omnis uero parallelogrammi spatij, unum quodq; eorũ quæ circa eandẽ diametrum sunt parallelogrammorum cum duobus supplementis Gnomon nuncupatur.
Circuli sunt æquales, quorum diametri sunt æquales, inæquales uero sunt, qui sic se non habent.
Recta linea circulum contingere dicitur, quæ cum circulum tangat, in utraque ejecta parte non secat circulum.

Circuli



Circuli se inuicem contingere dicuntur, qui tangentes sese inuicem non secant.



Rectæ lineæ in circulo à centro distare æqualiter dicũ, quãdo à centro in ipsas ductæ perpendiculares inuicem sibi sunt æquales.



Plus uero à centro distare dicitur linea, in quam perpendicularis longior cadit.

Portio circuli est figura, quę sub recta & circuli circunferentia continetur.
In portione circuli angulus esse dicitur, quando in circunferentia portionis sumitur aliquod punctum, & ab eodem puncto ad lineæ terminos duæ rectè lineæ subiunguntur.



Angulus circuli dicitur qui ſub duobus à centro ductis lineis continet. Quando line, quę adiunguntur, aliquam circunferentię comprehendunt particulam, in ea angulus conſiſtere perhibetur.



Sector circuli eſt figura, quæ ſub duabus à centro ductis lineis, & ſub circũferentia, quæ ab eiſdem comprehenditur, continetur.



Similes circulorum portiones dicunt, quæ æquales ſuſcipiunt angulos, uel in quibus qui inſcribuntur, anguli ſibi inuicem ſunt æquales.

Igitur intra figuram dicit inſcribi, quando ea quæ inſcribitur, eius in quam inſcribitur, latera unoquoq; ſuo angulo ab interiore parte contingit.

Figura



Figura uero figurę circunſcribi perhibetur, quotiens ea quæ circunſcribitur ſuis omnibus lateribus omnes angulos eius, cui circunſcribitur tangit.

Expliciunt prolegomena: Incipiunt ſchemata.

Supra datam rectam lineam terminatam triangulum æquilaterum conſtituere.



Ad datum punctum datæ rectæ lineę æqualem rectam lineam collocare.



Duobus

Duobus lineis rectis inæqualibus datis, à maiore minori æquã rectam lineam abscindere oportet.



Si duo triangula duo latera duobus lateribus habent æqua, alterũ alteri & angulum angulo æquum eum qui sub æqualibus rectis lineis continetur, & basim basi æquam habebunt, & triangulum triangulo æquum erit, & reliqui anguli reliquis angulis erunt æquales, alter alteri sub quibus æqualia latera subtenditur.



Triangulorum isosceliũ anguli, qui ad basim sunt, æqui sibi inuicem sunt.



Si trian-

Si trianguli, duo anguli æqui sibi inuicẽ sint, & quę æqualibus angulis subtẽduntur latera, sibi inuicem erunt æqualia.



Super eandem rectam lineam duabus eisdem rectis lineis aliæ duæ rectæ lineæ æquales, altera alteri nullo modo constituentur, ad aliud atq; aliud punctum ad easdem partes eosdem fines primis rectis lineis possidentes.



Omnium duorum triãgulorum quorum duo latera unius duobus lateribus alterius fuerit æqualia, basisq; unius basi alteri æqualis duos angulos æquis lateribus cõtentos, æquales esse necesse est.



Datam rectam lineam terminatam in duas æquales diuidere partes.

Data recta



Data recta linea ab eo quod in ea eſt puncto, rectam lineam ſecundum rectos angulos eleuare.



Si duo trianguli duo latera duobus lateribus æqua poſſideāt, alterum alteri, & baſim baſi habeant æquam, rectis lineis continetur.



Supra datam rectam lineam infinitam ab dato puncto, quod ei non ineſt, perpendicularem rectam lineam ducere oportet.



Quęcunq;

Quæcunq; ſuper rectam lineam recta conſiſtens angulos fecerit, aut duos rectos facit, aut duobus rectis reddet æquales.



Si ad aliquam rectam lineam atq; ad eius punctum duę rectę lineæ non in eandē partem ducantur, & circum ſe angulos duobus rectis fecerint æquos, in directū ſibi eas lineas facere neceſſe eſt.



Si duæ rectæ lineæ ſeſe diuidant, ad uerticem angulos ſibi inuicem facient æquos.



Omnium triangulorum uno latere proucto, dexterior angulus utriſq; interioribus & ex aduerſo angulis conſtitutis maior exiſtit.

Omnium



Omnium triangulorum duo anguli duobus rectis angulis sunt minores omnifariam sumpti.



Omnium triangulorum maius latus sub angulo maiore subtenditur.



Omnium triangulorum maior angulus sub latere maiore protenditur.



Omnium

Omniū triangulorū duo latera cætero maiora sunt in omnem partem suscepta.



Si in uno quolibet trianguli latere à finibus lateris duæ rectæ lineæ interius constituantur angulum facientes, quæ constituuntur reliquis quidem trianguli duobus lateribus minores erunt, maiorem uero angulum continebunt.



Ad datam rectam lineam, & datum in ea punctum, dato recti lineo angulo æquale, rectilineum angulum collocare necesse est.



Si duo trianguli duos angulos duobus angulis habuerint æquos alterum alteri, unumq; latus uni lateri sit æquale, aut quod æquis adiacet angulis, aut quod sub uno æqualium subtenditur angulorum, & reliqua latera reliquis lateribus habebunt æqua alteram alteri, & reliquum angulum æqualem reliquo angulo possidebunt.



Si in duas rectas lineas linea incidens recta alternatim angulos fecerit æquos.rectas lineas alternas esse necesse est.



Si in duas rectas lineas,linea incidens recta exteriorem angulum interiori,& ex aduerso angulo constituto reddat æqualem,aut interiores & ad eadem partes angulos duobus rectis æquales faciat,rectas lineas sibi alternas esse conueniet.



Per datũ punctũ datæ rectæ lineæ alternam rectam lineam designare necesse est.



Omnium triangulorum exterior angulus duobus interius & ex aduerso constitutis angulis est æqualis,interiores uero trianguli tres anguli duobus rectis angulis sunt æquales.

Quæ



Quæ æquas & alternas rectas lineas ad eadem partes rectæ lineæ coniungunt, ipsæ quoq; alternæ sunt & æquales.



Eorum spatiorum,quæ alterius alteribus continentur quæ parallelogramma nominantur, & ex aduerso latera, atq; anguli constituti sibi inuicem æquales sunt,ea quoq; diametrus in duo æqua partitur.



Omnia paralellogramma,quæ in eisdem basibus,& in eisdem alternis lineis fuerint constituta,sibi inuicem probantur æqualia.



Omnia paralellogramma in basibus æqualibus & in eisdem alternis lineis constituta æqualia ea necesse est.



Aequa ſibi ſunt cuncta triangula, quæ in æquis baſibus & in eiſdem alternis fuerint lineis conſtituta.



Aequa triangula, quæ in eadem baſi & in eadem parte fuerint conſtituta, in eiſdem quoq; alternis lineis eſſe pronuntianda ſunt.



Aequa triangula in æquis atq; in directum poſitis baſibus conſtituta, & in eiſdem partibus, & in eiſdem quoq; alternis eſſe neceſſe eſt.



Si paralellogrammum, triãgulumq; in eadem baſi atq; in eiſdem alternis lineis fuerint conſtituta, paralellogrammum triangulo duplex eſſe conueniet.



Iuxta datam rectam lineam dato triangulo in rectilineo dato angulo paralellogrammum æquale prætendendum eſt.

Dato recti-



Dato rectilineo æquale paralellogrammum in dato rectilineo angulo collocare oporter.



Omnis paralellogrammi ſpatij eorum quæ circa eandem diametrum ſunt, paralellogrammorũ ſuplementa æqua ſibi inuicem eſſe neceſſe eſt.



Quadratum ad datam rectam terminatam deſcribendum eſt.



In his triangulis, in quibus unus rectus est angulus, quæ rectiangula nominamus, quadratum quod à latere rectum angulum subtendente describitur, æquum est his quadratis, quæ à continentibus rectum angulum lateribus conscribuntur.



Si ab uno trianguli latere quadratum quod describitur æquum fuerit his quadratis, quæ ab reliquis duobus lateribus describuntur, rectus est angulus, qui sub duobus reliquis lateribus continetur.



Ex secundo

Ex secundo libro Euclidis Megarensis.

Si sunt duæ rectæ lineæ, quarum una quidem est indiuisa, altera uero quotlibet diuisionibus secta, quod sub duabus rectis lineis rectiangulum continetur, æquum erit his, quæ sub ea quæ indiuisa est. Et unaquæq; diuisione rectiangula continetur.



Si recta linea secetur, quod sub tota & una portione rectiangulum continetur, æquum est ei quod sub utraq; portione rectiangulum clauditur, & ei quadrato quod ad prædictam portionem describitur.



Si recta linea secetur, ut libet, quod scribitur à tota quadratum æquum est his quæ describuntur ab unaquaque portione quadratis, & eidem bis rectiangulo quod sub eisdem est portionibus conuenit.



Si recta línea per æqualia ac per inæqualia ſecetur, quod ſub inæqualibus totius ſectionibus rectiangulum continetur, cum eo quadrato, quod ab ea deſcribitur, quę inter utraſq; eſt ſectiones, æquum eſt ei quadrato, quod deſcribitur ab dimidia.



Si recta línea per æqualia ac per inæqualia ſecetur, quadrata quæ ab inæqualibus totius portionibus deſcribuntur, dupla ſunt his quadratis quæ fiunt ab dimidia, & ab ea quæ inter utraſq; eſt ſectiones.



Si recta línea per æqualia diuidatur, alia vero ei indirectum línea recta iungatur, quod ſub tota cum adiecta, & ea quæ adiecta eſt, rectiangulum continetur, cum eo quod deſcribitur à dimidia quadrato æquum eſt, ei quadrato quod deſcribitur ab ea quæ conſtat ex adiecta atq; dimidia.



Si recta línea per æqualia ſecetur, eiq; in directum quædam línea recta iungatur, quadratum quod deſcribitur à tota cum ea quæ adiecta eſt, & quadratum quod deſcribitur, ab ea quæ adiecta eſt.

Vtraq;



Vtraq; quadrata pariter accepta, quadrato quod deſcribitur à dimidia, ac eo quadrato, quod ab ea deſcribitur, quæ ex dimidia adiecta q; cõſiſtit, utriſq; quadratis pariter acceptis dupla eſſe neceſſe eſt.



Datam rectam lineam ſic ſecare conuenit, ut quod ſub tota, & una portione rectiangulum continetur, æquum ſit ei quod fit ex reliqua ſectione quadratum.



In hac trianguli figura, quæ obtuſum habet angulum, tanto amplius ea quę obtuſos obtendunt angulos latera poſſunt, quàm ea quæ obtuſum obtinent angulũ, quantum eſt, quod continetur bis ſub uno eorum, quæ circa obtuſum angulum ſunt, in quod protractum perpendicularis cadit, atq; ea quę ad obtuſum angulum à perpendiculari extra deprehenditur.



Dato rectilíneo æquum neceſſe eſt collocare quadratum.



Ex tertio libro Euclidis Megarenſis.

Si in circulo per centrum linea quędam dirigatur, ac quandam lineam rectã non in centro poſitam in duas equas partes ſecet, per rectos eam angulos ſecat: Et ſi per rectos eam angulos ſecat, in duas eam equas diuidet partes.



In æquis circulis, qui in circunferentijs æqualibus anguli conſiſtunt, ſibi inuicem ſunt equales, ſeu ad centra, ſiue ad circunferentias conſtituantur.

Datam



Datam circunferentiam in duo æqua diuidere potis eſt.



In circulo quidẽ angulus qui in ſemicirculo eſt, rectus exiſtit, qui uero in maiore portione eſt angulus, minor eſt recto. Qui autem in minore portione eſt angulus maior eſt recto, & maioris quidem portionis angulus, recto maior exiſtit, minoris uero angulus recto minor.



Si circulum linea recta contingat, à contactu uero in circunferentia quædam circulum ſecans, linea recta ducatur, quoſcunq; angulos facit, duo anguli qui ſunt in alternis circuli portionibus, ſunt æquales.

Ex hoc igitur manifeſtum eſt, quoniam ſi à puncto circuli duę lineæ rectæ ſeſe contingant, & ſibi inuicem ſint equales, ſuper datas rectas lineas circuli deſcribere partes conuenit.

Ex quarto libro Euclidis Megarenſis.

Intra datum circulũ datæ rectæ lineæ, quę diametro minimè maior exiſtat, equã rectam lineam coaptare oportet.

Intra da-



Intra datum circulum, dato triangulo æquorum angulorum, triangulum collocare conuenit.



Circa datum circulum, dato triangulo æqualium angulorum, triangulum designandum est.



Intra datum triangulum circulum designare necesse est.



Intra datum

Intra datum circulum quadratum aliquod describere utile est.



Intra propositum quadratum circulum designare.



Circa datum circulum quinquangulum æquilaterum, & æquiangulum designare Geometræ præcipiunt.



Intra datum circulum quinquangulum, quod est æquilaterum atque equiangulũ, designare non disconuenit.

Nam omnia



Nam omnia quæcunq; ſunt numerorum ratione ſua conſtant. Et porportionabi liter alij ex alijs conſtituuntur circunferentię equalitate multiplicationibus ſuis qui dem excedentes, atq; alternatim proportionibus ſuis terminum facientes.

De figuris Geometricis:

Supra poſitarũ igitur ſpeculationibus figurarũ ab Euclide ſuccincte obſcureq; prolatis, & à nobis uerbum uidelicet de uerbo exprimentibus ſtrictim translatis, quædam iteranda repetendaq;, ut animus lectoris non obſcuritate deterreatur, ſed à nobis potius alicuius exempli luce infuſa delectetur, uidentur. Sunt enim à nobis quędam huic operi inſerenda, huic arti ualde neceſſaria, & ſupra dictis reſpondentia. Et ſubſequentibus conuenientia, ad quæ intelligẽda quicũq; in noſtrorũ Arithmeticorum theorematibus inſtructus acceſſerit, expeditiori intelligentia ducitur.

Supra dictum igitur eſt, ſupradatam rectam lineam terminatam triangulũ æquilaterum conſtituere oportere ſed nimis inuolute, qua de re huius exẽmpli notam ſubiecimus. Sit data recta linea terminata A B, oportet igitẽ ſuper eam quæ eſt A B, triangulum æquilaterum conſtituere, & centro quidẽ A ſpatio uero A B circulus ſcribatur, A C, F D, & ab eo puncto quod eſt C, quo ſe circuli diuidunt, ab ea puncta quæ ſunt A B, adiungantur. Rectæ lineę C A, C B. Quoniam igitur A punctum centrũ eſt B C, E D circuli, æqua eſt A B ei quæ eſt A C. Rurſus, quoniam B punctum eſt centrum, A C, F D circuli, æqua eſt B A ei quæ eſt B C. Sed & A B ei quæ eſt C A, æqua eſſe mõſtrata eſt, & A C. Igitur ei quæ eſt B C, erit æqualis. Tres igitur quæ ſunt C A, A B, B C, quæ ſibi inuicem ſunt, æquilaterum igitẽ eſt C A B triangulum. Et conſtitutum eſt ſupra datam rectam lineam terminatam eam quæ eſt A B quod oportebat facere.



In ſuperioribus uero dictum eſt ad datum pũctum datæ rectæ lineæ æqualem rectam lineam collocare oportere. Sed huius artis expertibus obſcure difficulterq; Sed nos

Sed nos animum lectoris quaſi introducendo oblectantes, huius ſubſequentis figuræ explanationem poſitis literarum linearumq; notulis patefacimus. Sit quidem datum punctum A, data uero recta linea B C, oportet igitur ad punctum A, rectę lineę B C, æquam rectam lineam collocare, adiungatur enim ab A puncto ad B punctum recta linea ea quæ eſt A B, & conſtituatur ſuper A B, rectam lineam triangulũ æquilaterum quod eſt D A B, & eiſciantur in rectum D A, D B, rectæ lineæ ad A G & B M, & centro quidem B, ſpatio autem B C, circulus deſcribatur C F E, & rurſus centro quidem D, ſpatio autem D F circulus deſcribatur F K L. Quoniam igitur B punctũ centrum eſt, C F E circuli, æqua eſt C B ei, quæ eſt B F. Rurſus quoniam D pũctum centrum eſt, F L K circuli, æqua eſt D L, ei quæ eſt D F. Quarum æqua eſt D A ei quę eſt D B, æquilaterum enim triangulum eſt id quod eſt D A B. Reliqua igitur A L, reliquæ B F exiſtit æqualis. Sed & B F ei quæ eſt B C æqua eſſe monſtrata eſt. Et B C ei quæ eſt A L erit æqualis. Ad datum igitur punctum id quod eſt A, datæ rectæ lineę ei quæ eſt B C, æqua locata eſt ea quæ eſt A L, quod oportebat facere ut ſubiecta deſcriptio monet.





Tertio igitur loco ſuperius ab Euclide prolatum eſt duabus rectis lineis in æqualibus propoſitis à maiore minori æquam rectam lineam abſcindere conuenire. Sed nimis ſtrictim, & ob id confuse inuolutęq;. Nos uero ut animus lectoris ad enodatioris intelligentiæ acceſſum, quaſi quibuſdam gradibus ducatur, huius deſcriptionem formulę ſubiecimus. Sint datæ duę rectæ lineę.

Inæquales A B C D, & ſit maior A B, oportet igitur à maiore A B, minori C D, æquam lineam abſcindere, collocetur enim ad A punctum, ei quę eſt C D, æqua ea quę eſt A E. Et cẽtro A, ſpatio uero A E circulus deſcribatur E G F, quoniã igitur A punctũ centrum eſt, E G F circuli, æqua eſt A E ei, quæ eſt A G. Sed & C D, ei quæ eſt A E erat

æqualis,

æqualis, & C D ei quæ eſt A G, erit æqualis. Duabus igitur datis rectis lineis inæqua libus eis quæ ſunt A F, C D, à maiore quę eſt A B, minori quæ eſt C D, æqualis ab ſciſa eſt ea quę eſt A G, quod oportebat facere.



His etiam compendioſis, & tamen huius artis rudibus per neceſſarijs introductionibus lector initiatus, ſi in aliquibus ſuperius propoſitis uacillando abhorreat, per ſe ſimiles figurarum deſcriptiones ſine omnis impedimenti reclamatione adinuenire poteſt & componere.

Sed iam opus eſt ad Geometricalis menſę traditionem ab Archita non ſordido huius diſcipliną autore latino accommodatam uenire, ſi prius præmiſero, quod ſint genera angulorum, & linearũ, & pauca dixero de ſummitatibus & extremitatibus.

Rationabilium ergo angulorum genera ſunt tria hoc eſt. Rectum, hebes, acutũ, & habens ſpecies, nouem: Tres rectarum linearum, tres autem rectarum & circunferentium, & tres hebetis & circunferentium.

Rectus angulus eſt orthigrammos, id eſt, rectis lineis comprehenſus, latinè normalis appellatus. Quotiens uero recta linea ſuper rectam lineam ſtans, pares angulos fecerit, & linea perpẽdicularis iuncta fuerit, efficiet rectiangulũ triangulum.

Hebes angulus eſt plus normalis, hoc eſt, rectianguli poſitionem excedens, quia & ſi triangulus ſecundum hanc poſitionem conſtitutus fuerit, perpendicularis extra finitimas lineas habebitur.

Acutus autem angulus eſt compreſſior recto, qui ſi à recta linea, quæ ſedis loco fuerit, rectam lineam ſecundum ſuam inclinationem emiſerit, ſimiliq; cohibitione rectam lineam in occurſum exceperit, efficiet triangulum, qui perpendicularem intra tres lineas habebit.



Linearum uero genera ſunt tria, rectum, circunferens, flexuoſum.

Recta linea itaq; eſt quæ æqualiter in ſuis ſignis poſita eſt, quæ æqualiter in plani tie po-

tie poſita non concurrit. Circũferens uero linea eſt, cuius ſigna ex utraque parte curuata, & à ſe inuicem diſtantia non concurrunt, quæ ſigna ſi cõuenerint, circulus non circunferens linea debet appellari. Flexuoſa autem linea eſt, multiformis uelut arborum aut fluminum, cæterorum ſignorum, in quorum ſimilitudine & arciſinio rum agrorum finitur extremitas, & multorum quæ ſimiliter in æqua linea ſunt formata naturaliter.

Summitatum igitur genera ſunt duo, ſummitas & plana ſummitas. Sũmitas eſt ſecundum Geometricam appellationem, quæ longitudine latitudineq; protẽditur.

Summitatis autem fines lineæ ſunt.

Plana uero ſummitas eſt, quæ æqualiter, rectis lineis undiq; uerſum finitur.

Omniũ autem ſummitatum in uintiundo duæ ſunt obſeruationes, Enormis, & Liquis. Enormis uero eſt, quæ per omne latus rectis lineis continetur.

Liquis autem eſt, quæ minuendi laboris cauſa, & ſalua rectorum angulorum ratione, ſecundum ipſas extremitates ſubtenditur.

Extremitatum quippe genera ſunt duo, unum quod pro rigore. Et alterũ quod ſeruatur pro flexuoſo. Rigor eſt quicquid inter duo ſigna, ueluti in modum lineæ directum proſpicitur.

Flexuoſum uero eſt, quicquid ſecũdum naturam locorum curuatur. Nam quod in agro à meſſore operis cauſa ad finem directum fuerit, rigor appellatur, quicquid ad horum imitationem in forma ſcribitur, linea appellatur.

Bini rigores ſunt, quando ſingulis ſpatijs interuenientibus tendunt, ut itinera pleruncq; pergunt.

Noſſe autem huius artis deſpicientem, quid ſint digiti, quid articuli, quid compoſiti, quid incompoſiti numeri, quid multiplicatores, quidue diuiſores, ad huius formæ ſpeculationem, quam ſumus tradituri, oportet.

Digitos uero quoſcunq; infra primum limitem, ideſt, omnes quos ab unitate uſque ad denariã ſummã numeramus, ueteres appellare cõſueuerũt. 1 2 3 4 5 6 7 8 9.

Articuli autem omnes deceno in ordine poſiti, & in infinitũ progreſſi nuncupãtur, compoſiti quippe numeri ſunt, omnes à primo limite, ideſt, à decem uſq; ad ſecũdum limitem, ideſt, 20 cæteriq; ſeſe in ordine ſequentes exceptis limitibus. Incompoſiti autem digiti omnes annumeratis & omnibus limitibus.

Multiplicatores igitur numeri mutua in ſemet replicatione uoluuntur, ideſt, interdum maior minoris, interdum autem minor maioris multiplicator exiſtit. Interdum uero numerus in ſe excreſcens multiplicationis augmenta ſuſcipit. Diuiſores autem maiorum ſemper minores conſtituuntur numeri.

De ratione abaci.

Priſcę igitur prudentiæ uiri Pythagoricum dogma ſecuti, Platonicęq; autoritatis inueſtigatores, ſpeculatoresq; curioſi, totum Philoſophiæ culmen innumerorũ ui conſtituerunt. Quis enim Muſicarum modulamina ſymphoniarum numerorum

expertia cenſendo pernoſcat. Quis ipſius firmamenti ſyderea corpora ſtellis compacta naturæ numerorũ ignarus deprehendat, ortusq; ſignorũ, & occaſus colligat?

De Arithmetica uero Geometrica quid attinet dicere, cum ſi uis numerorũ peregerat, nec in nominando appareat, de qua quia in Arithmeticis & in Muſicis ſat dictũ eſt, ad dicenda reuertamur.

Pythagorici uero ne in multiplicationibus & partitionibus & in podiſmis, aliquando fallerentur, ut in omnibus erant ingenioſiſſimi & ſubtiliſſimi deſcripſerunt ſibi quandam formulam, quam ob honorem ſui præceptoris menſam Pythagoream nominabant, quia hoc quod depinxerant magiſtro præmonſtrante cognouerãt, à poſterioribus appellabatur Abacus, ut quod alta mente conceperant, melius ſi quaſi uidendo oſtenderent in notitiam omnium tranſfundere poſſent, eamq; ſubterius habita ſat mira deſcriptione formabant.

Latitudo. Longitudo.

	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	Cõparatio ubiq; ad primã.
2	4.	6	8	10	12	14	16	18	20	Dupla ad eandem	
3	6	9.	12	15	18	21	24	27	30	Tripla ad eandem.	
4	8	12	16.	20	24	28	32	36	40	Quadrupla ad eandem.	
5	10	15	20	25.	30	35	40	45	50	Quincupla ad eandem.	
6	12	18	24	30	36.	42	48	54	60	Seſcupla ad eandem.	
7	14	21	28	35	42	49.	56	63	70	Septupla ad eandẽ.	
8	16	24	32	40	48	56	64.	72	80	Octupla ad eandem.	
9	18	27	36	45	54	63	72	81.	90	Noncupla ad eandem.	
10	20	30	40	50	60	70	80	90	100.	Decupla ad eãdem.	
Cõparatio ad ultrin ſecus proximum	Dupla	Seſquialtera	Seſquitertia	Seſquiquarta	Seſquiquinta	Seſquiſexta	Seſquiſeptima.	Seſquioctaua	Seſquinona		

Superius uero digeſtæ deſcriptionis formula hoc modo utebãtur. Habebãt enim diuerſę formatos apices, uel characteres. Quidã enim huiuſcemodi apicum notas ſibi conſcripſerant, ut hæc notula reſponderet unitati 1. Iſta ut binario 2. Tertia uero tribus 3. Quarta autem quaternario 4. Hæc autem quinq; aſcriberetur 5. Iſta uero ſenario 6. Septima autem ſeptenario conueniret 7. Hæc uero octonario 8. Iſta uero nouenario iungerentur 9. Quidam uero in huius formæ depictione ceu literas alphabeti aſſumebant ſibi hoc pacto, ut litera quæ eſſet prima unitati. Secunda binario. Tertia ternario, cæteræq; in ordine naturali numero inſignitas & inſcriptas tãtum modo ſortiti ſunt. Hos etenim apices, ita uarię ceu puluerẽ diſpergere in multiplicando, & in diuidendo conſueuerunt, ut ſi ſub unitate naturalis numeri ordinem iam dictos characteres adiungendo locarent, non alij quàm digiti naſcerentur. Primum autem numerum, id eſt, binarium, unitas enim (ut in Arithmeticis eſt dictum) numerus non eſt, ſed fons & origo numerorum 10, inſcripta ponentes 20, & ternarium 30, & quaternarium 40, cæteroſq; in ordine ſeſe ſequentes proprias ſecũdum denominationes aſſignare cõſtituerũt. Sub linea uero cẽteno inſignita numero eoſdẽ apices ponentes binariũ 200, ternariũ 300, quaternariũ 400. Ceteroſq; certis denominationibus reſpondere decreuerunt. In ſequentibus uero pagínularum lineis idem facientes nullo erroris nubilo obtenebrantur.

Scire autem oportet & diligẽti examinatione diſcutere in multiplicando & partiendo cui pagínulæ digiti, & cui articuli ſint adiungendi. Nam ſingularis multiplicator decem digitos in decenis, articulos in centenis. Idem uero ſingularis multiplicator centum digitos in centenis, articulos in millenis. Et multiplicator milleni, digitos in millenis, & articulos in decenis millenis, & multiplicator centeni milleni, digitos in centenis millenis, articulos autem in millenis millibus habebunt. Decenus autem, ſumet ipſius multiplicator digitos in pagina c inſcripta, articulos in millenis, & multiplicator cẽtum, digitos in millenis, & articulos in decenis, & multiplicator milleni, digitos in decenis & articulos in centenis, & multiplicator centeni milleni, millia habebũt. Centenus uero, æque ſumet ipſius multiplicator, digitos in decenis & articulos in centenis & & millenis. Multiplicãs digitos in centenis & articulos in decenis centenis, & centenum millenum multiplicans digitos in decenis millenis * ī & articulos in centenis millenis * ī & decenum millenum multiplicans digitos in millenis * ī & articulos in decenis millenis * ī ſubtendent. Millenus itidem ſeipſum multiplicans, digitos in decenis et articulos in centenis. Et centeni milleni multiplicator, digitos in centenis millenis * ī & articulos in millenis * ī & decenum millenum excreſcere faciens digitos in decies mille millia, & articulos in cẽtenis millenis * ī habere dinoſcetur? Decenus autem millenus multiplicator centum milleni, digitos in millies mille millia, & articulos in decenis millenis itidem, ſeq; ipſum adaugens, digitos in centenis millenis & articulos in mille millenis habere deprehendetur. Centenus autem millenus ſeipſum multiplicans, digitos in decenis millenis & articulos in centenis millenis itidem ſupponit.

De diuiſionibus rubrica.

Diuiſiones igitur, quantalibet iam experte lectoris animus introductus, facilẽ ualet dinoſcere, breuiter etenim de his & ſummotenus dicturi, ſi quæ obſcura interuenerint, diligenti lectorum exercitio ad inueſtiganda cõmittimus. Si decenus per ſe, uel centenus per ſe, uel ulteriores per ſemetipſos diuidendi proponantur, minores à maioribus quo ad uſq; diuidantur, ſunt ſubtrahendi, ſingularem autem diuiſorem decem & centeni, aut milleni, aut ulteriorum, uel decenum diuiſorem ſe ſequentium ſumpta differentia eos diuidere oportet. Compoſitus autem decenus cum ſingulari per ſecundas uel tertias. Et deinceps ſecundum denominationem partium, decenum uel ſimplicem, uel compoſitum diuiſurus eſt. Centenum uero millenũ, uel ulteriores per decenum compoſitum, ſi diligens inueſtigator acceſſerit, ſumpta differentia & primis articulis diuidendo, uel ſecundatis appoſitis, auctis autem diuidẽdo ſuppoſitis, diuidi poſſe pernoſcet. Centenus autem M ſingulis compoſitus, centenum uel millenum hoc pacto diuidere cognoſcitur. Sumpto igitur uno diuidendorum, quod reſiduum fuerit, diuiſori eſt coæquandum, & quod ſuperabundauerit, ſepoſitis reſeruandũ. Singularis autem uel ut alij uolunt munitum per coæquationem maiorum eſt multiplicandum, & digitis quidem perfecta differentia ſupponẽda, articularis autem imperfecta eſt præponenda, & prius ſemoto integra adiũgenda. Et hæc differentia & ſi forte aliquis ſecluſus ſit ſignificauit, quod reſiduum fit ex diuidẽdis. Hæc uero breui introductione prælibantes, ſiqua obſcurè ſunt dicta, ne tædio forent prætermiſſa, diligentis exercitio lectoris committimus, terminum huius libri facientes, & quaſi ad ulteriora ſequentium nos conuertentes.

Finis libri primi.

EVCLIDIS MEGARENSIS GEOMETRIAE, AB ANITIO MANLIO SEVER. BOETH. TRANSLATVS, LIB. II.

SVperioris uero tractatu uoluminis omnia Geometricę artis theoremata, quamuis succinctè tamen sunt dicta. Sed podismorum notitiam hic liber quasi quęstionarius & omnium podismalium quęstionum scrupulositates incunctanter absoluet enodando, ueteres etenim agrimensores omnem mensurę quadraturam dimidio longiorem latioremúe facere consueuerunt. Et quod in latitudine longius fuerit, scamnum, et quod in longitudine longius appellare uoluerunt, ut subiecta docet formula.

Scānum

De mensuris rubrica.

Prisci igit podismatici cautissimi dispectores duodecim mensurarū genera cōstituerūt, quibus cū uellēt, formarū, agrorūq; emetirent areas. Quorū hęc sunt nomina miliariū, stadiū, actus, decēpeda, quę eadē et pertica passus, gradus, cubitus, pes, semipes, palmus, uncia, digitus. Miliariū uero 5 milia pedū ptēsiones habere sancitū est. Stadiū aūt 25 pedes habere constat. Actus trifariā diuidit, in minimū, in quadratū, in duplicatū. Actus minimus quatuor tm pedibus in latitudine, et 120 pedibus in lōgitudine ptēdit. Actus uero quadratus ex omni latere 120 pedibus concludit. Actus aūt duplicatus 240 pedes explicat. Decēpeda pedes decē colligit. Passus 5. Gradus 2 et dimid. Cubitus 1 et dimid. pedes habere dinoscit. Pes aūt palmos habet quatuor, semipes 2, palmus uero quatuor digitorū, ptēsione cōpleт. De unciali uero et digitali mēsura melius, cū de uncialibus et notis et nominib. in sequētibus disputauerimus, dicemus. Enodatiusq; cū dempnētorū minutorūq; subtilitatibus p̄miserimus, eloquemur, nūc ad sequētis tractatus enarrationē redire nos cōuenit, si prius quid pes porrectus, quid contractus, quidq; sit quadratus demonstrauerimus. Pes autē porrectus dicit, ubi tm pedalis mēsura in longo pernoscit. Contractus autē pes ille dijudicat, in quo lōgitudo latitudoq; considerat. Quadratus uero pes habet, ubi trinæ dimēsionis cōsideratio inequalitate censet, sed iā tēpus est ad id q̄ instituimus accedere.

De mensura & tribus dimensionibus rubrica.

Quamuis etiam in superioris libri principio quid mēsura designaremus, libet tamen specialiter huius artis speculatoribus satisfaciendo secundum Iulium frontinum Geometricæ artis inspectorem prouidissimum quid sit mensura definire.

Mensura quippe est cōplurium, et inter se æqualiū interuallorum lōgitudo finita, Geometricę autē artis mensuralis speculatio, trinæ dimensionis, ideſt, lōgitudinis, latitudinis, crassitudinis, cōsideratione colligitur. Et ut enucleatius resoluatur, recto, plano, solidoq; dinoscitur. Rectum est quod longitudine solū mensurando cēsetur, ut lineæ porticus, stadia miliaria, fluminum latitudines, & alia quàmplura longa protensione directa, ut lineæ infra depictæ descriptio notat.

Rectum.

Planū est q̄d à Grecis dicitur epipedon, à nobis autē contracti pedes, quod per lōgitudinē, latitudinēq; consideratur, ut agrorū planities, & ædificiorū areæ absq; tectoriis operibus & laquearibus ac tabulatis & his similibus, ut subiecta formula docet.

Planū

Solidum

Solidum etiam est, quod Græci stereon uocant, nos autē quadratos pedes, quod & longitudinem & latitudinem crassitudinemq; habere comprobatur. Vt ędificiorum, pilarum, pyramidumq;, nec non etiam macerię lapidum, aliaq; multa ut subiecta notant formulæ.

Solidum.



De podismis rubrica.

Sed iam tempus est prodismalium notitiam quæstionum ut promisimus, narrādo attingere, & de inuestiganda pedaturæ speculatione, protinus dicere. De trigonis uero qui sic ut ternariius naturaliter præcedit quaternarium, ita sunt præponendi tetragonis, & pentagonis, cæterisq;, inprimis dicendum esse censeo.

De trigonis rubrica.

Sunt autem trigonorum genera principalia sex, isopleurum, isosceles, scalenū, orthogonium, amblygonium, oxygonium, quorum omnium in sequentibus formas & pedaturas explanabimus.

De isopleuro rubrica.

Trigonus igitur isopleurus, qui præcedentis libri penè principio æquilaterus triangulus dictus est, paria latera habere comprobatur. Ponatur ergo isopleurus in singulis habens lateribus pedes 30, huius embadum, ideſt, area tali modo est inuestiganda. Summa etenim unius lateris per se multiplicata 900 numerum complet, ex ijs si quingenta & 10 subtrahantur, relinquūtur 390, tot pedes huius trigoni isopleuri embadum colligit. Nam cathetum pedibus 26 constat protendi. Qui si per unius lateris dimidium, ideſt, per 15 multiplicati excreuerint, embadum complent, aut si unius lateris pars tertia, per ternarium, & denarium augebitur 300 nascentur, si uero summam lateris unius per eundem ternarium multiplicabunt nonaginta reddent, qui superioribus 300 iuncti, 390 facient, ideſt, aream supradicti trigoni, sit autem prædictorum infra facta depictio.



Ne autem lector in huiuſmodi inueſtigationibus aliquo erroris & inſcitiæ nubilo præpediatur. Eiuſdem igitur trigoni iſopleuri, ideſt, paribus lateribus ſolidi manifeſtationis exemplar ſubijciemus, eſto age iſopleurus cuius latera ſingula 28 pedes colligant. Quorum ſi unum per ſe augmentatum excreuerit 784 ſumma cõſurget. Cui ſi unius lateris numerum aggregaueris 812 naſcentur, horũ ſupraſcripta medietate aream ſupradicti iſopleuri pernotabis, ut ſubiectę deſcriptionis formula docet.



Huius autem iam ſæpe dicti trigoni, ut lateris uniuſcuiuſq; menſuram inquiſitus quis inueſtigare ualeat, & dicere, apertiſſimum dabimus rationis experimentũ. Proponatur itaq; ſi aream 406 pedibus protendi conſtituerit, quot pedum planitudines latus unumquodq; colligere pernoſcatur. Ducatur ergo ſupraſcripta area octies, & in 3248 numerum conſurgit, huic ſi unum addatur, fiunt 3249 huius ſummæ latus ſi ſumpſero, erit quinquaginta 7. Cui ſi unitas ſubducta fuerint 56 relinquuntur. Quorum ſi medium adinueſtigauero 28 fiunt. Tot itaq; latus quodq; iſopleuri pedibus protenditur.

Iſoſceles autem, qui ab Euclide Geometricæ peritiſſimo, duo tantum latera habens æqualia, eſt determinatus, ſecundus in ordine trigonorum conſtituitur. Cuius ſi latera bina imparibus numeris, ſcilicet, 25, protendantur, pedibus quatuordecim pedalia ſpatia baſis habere pernotatur. Reſtat igitur ut quot pedes arealis cathecus colligat requiramus. Si enim medietas baſis, hoc eſt, 7 per ſe multiplicetur, 49 naſcentur. Menſuram autem unius lateris, ſi per ſe, ideſt, 25 multiplicaueris, 625 reddes, ex quibus ſi 49 ſepoſueris, 576 relinquuntur. Quorum ſi latus acceperis 24 erunt, tot pedibus cathecum huius trigoni conſtat protendi. Area autem quot pedes habeat, ſic eſt faciendum ut inueniatur. Medietas rurſum baſis ſumenda eſt, ideſt 7, quos 7 ſi per cathecum, ideſt, per 24 multiplices, 168 efficies, tot pedum eſt ſupradicti trigoni area.



De ſcaleno rubrica.

Scalenus igitur ab Euclide tria habens latera inæqualia determinatus eſt. Sed nos numero eius figuræ aperta dabimus exemplaria, proponatur ita ſcalenon trigonus, qui à Latinis cuneus appellatur, cuius minoris

noris lateris decliue 15 pedes colligat, baſis autem 25 pedalia pernotetur habere lineamenta. Quot uero pedibus huius trigoni cathecus, & embadum protendatur, reſtat ut quæratur. Ducatur ergo minoris lateris ſumma multiplicando in ſe fiunt 225. Item baſis ſi per ſe multiplicetur 625 excreſcunt, quibus in unũ compactis 850 naſcentur. Hanc igitur ſe mouendo ſecluſam maioris lateris ſummam in ſe multipli cari condecet, quæ multiplicatio 400 numerum adducit. Quem uidelicet 400 numerum ſi de prius ſepoſita ſumma, ſcilicet, de 850 abſtuleris 450 relinquuntur. Horum ſi medium ſumpſeris 225 explicabis, quibus ſi ſumma baſis uel 25 mataps auferatur nouenarius erit, tot pedibus huius trigoni continetur præciſura, uel electura minor. Reſtat ut cathecus quot habeat pedes requiratur. Multiplicetur ergo minus latus per ſe ſicut ſupra 25 prodeunt. Rurſus & augmentata minoris præciſuræ per ſe ſummula 81 producit, hos ſi aufers ex in ſe ducto latere 144 ſuperſunt. Quorum duodenarius eſſe dinoſcitur latus, tot pedes huius trigoni cathecus colligere perhibetur. Areæ uero podiſmus tali modo reperitur. Mediatur ergo cathecus baſim uel 12, 25, 300 conſurgent. Quorum medietate ſæpe dicti trigoni ſcaleni embadum podiſmatur, ut in ſubiecta figura notatur.



De orthogonio, rubrica.

Quarto nimirum loco trigonus orthogonius ab Euclide inſeritur, & unũ rectum habens angulum conſignatur, inæqualia continens latera, quem nos ipſo auditu difficiliorem cæteris, obſcuriorem q; eſſe arbitramur. Et ideo prolixiorem in eius explanatione moram faciemus. Eſto modo trigonus orthogonius, cuius cathecus pari numero inſignitus, uel 8 pedibus menſuratus protenditur. Cuius ſi latera ignorantur, hoc modo inueſtigari ab Archita præcipiuntur. Sumatur ergo ſupradicti cathecimedietas, ideſt, 4 & per ſe multiplicetur, & 16 excreſcent. Quibus ſi unitas ſubtrahatur 15 apparent. Tot pedum huius trigoni baſis eſſe cognoſcitur. Prædictæ autem per medietatem cathecis ſummæ adauctæ, ſi unum addatur, erũt pedes, hypotemiſe 17. Per eandem item ſummam, ideſt, per 16 embadum eſt inueniendũ, ducatur ergo huius ſummæ medius per cathecum & 64. conſurgent, qui areæ complent ſupputationem, quod patenter in ſubiecta forma declaratur.



De eodem rubrica.

Conemur itaq; huius orthogoni apertam & ratam & per paris & imparis numeri quantitatem inſtituere deſcriptionem, aſcribatur ergo in primis par numerus

catheco,ideſt,6 cuius medietate in ſe augmentata,9 proueniunt.Cui ſi ſecũdum no ſtri præcepti normulam ſuperius deſignatam unum auferatur,octonarius erit baſis huius trigoni,cuius medietas,ſcilicet, quaternarius per cathecum multiplicata,ſecũ dum quod ſupradictum eſt,aream complet,per cathecum & baſis eſt hypothemiſæ pedaturam ſine ullius reclamatione inquiſitus, dicere facilimum & apertũ noſtræ autoritatis exemplum dabimus,multiplicetur etenim per ſuam quantitatem medie tas huius trigoni cathecí,& ſummæ quæ ex hac multiplicatione prouenerit, unitas aggregetur erit hypothemiſæ pedatura,eidem autem ſi auferatur unum,erit baſis, ſitq; huius rei hæc facta deſcriptio.



Inſtituamus ergo huius trigoníj orthogoníj per imparẽ numerum probabilem explanationem. Annotetur cathecus impari numero,ideſt, 3 quem ſi in ſe duxeris 9 explicabis,quibus unitate ſubducta octo ſuperſunt, quorũ medium ſi ſummatur, baſis orthogoníj huius pedatura fore comprobatur.



Huic uero baſi uel medietati,uel 4 ſi unum aggregaueris hypothemiſam trigo ni comprobabis,embadum,ut ſupra dictum eſt,reperiatur,ideſt, cathecus per medi etatem huius baſis excreſcat,ut infra cernitur pictura.

Ne autem huius diſciplinæ curioſum indagatorẽ aliqua fallat obſcuritas,de hoc eodem orthogonio iterato diſputare non piget.Eſt enim alia inueniendi cathecum & baſim & hypothemiſam ratio.Ponatur ergo cathecus 5 pedibus protẽſus, quem ſi multiplices,per ſui quantitatem 25 notabis,baſis autem 12 habeat pedes inſcriba tur,quæ ſi ſicut cathecus in ſe concreuerit 144 naſcentur.

Illæ ſummæ,ideſt,25 & 144 copulatæ 169 reſtituent.Horum latus 13 eſſe mani feſtum,ideſt, hypothemiſam ſupradicti trigoní.Denicq; ſi hypothemiſam per ſe au gendo duxeris,par ſupra copulatæ quantitati,ideſt,169 reddes. De quibus ſi cathe cum in ſe ductum ſubduxetis 144 reſidui ſunt,quorum latus,ideſt,12 baſim reſtitu it. Ex hypothemiſa uero per ſe multiplicata,ſi quis baſim in ſe ductã,hoc eſt, ex 169 144 ſubtraxerit,non pluſquam 25 remanent. Horum latus,ideſt, 5 cathecum con ſtituit,aream autem baſis medietas,& cathecus commultiplicati metiuntur.

Item

Item per cathecum baſis edicere pedaturam in hoc trigono condecet. Sit modo ſupra cathecus 5, hic uero in ſe ductus 25 conſtituit.Huic ſi aſſem abſtulero 24 pro gredientur,quorũ medium baſim efficit. Rurſus aũt ſi baſis quantitati eandem ad iecero unitatem,hypothemiſam explicabo,ſi autem per cathecum baſis multiplice tur 60 progreditur ſumma.Horum medietas embadon complet.



Item de eodem rubrica.

Aliam inſuper hanc ueſtigia gradienti normam huius trigoní obijciendo propo nere curamus,quatenus hanc cautè indagantes cautiſſima ad id ad quod deſiderant accedere,iteritatis linea abſq; dubio perducat,proponatur igitur eiuſdem orthogo nij deſcriptio ijſdem quantitatibus,quibus eſt circumſignata,ſcilicet,cathecus 8, hy pothemiſa 17, baſis autem 15 pedibus deſignetur.Hunc uero qua ratione per hypo themiſæ podiſmum cathecí,& baſis ſumma pedalis reperiri ualeat,demonſtrare itu deamus,multiplicemus ergo ſummam hypothemiſæ per ſe,& 289 numerus redun dat.Cui ſi quater embalidis quantitas ſubtrahatur 49 relinquuntur,horum tetrago nicum latus ſi inquiſieris 7 eſſe experieris,quod,ſcilicet, 7,ſi copulãti catheco, & ba ſi aggreges 30 efficies,quorum dimidium baſis conſtituit ſpatium, quindecim autẽ ſi de aggregatis,id eſt, 50,23 abſtuleris 8,ſupereſſe cathecũ ſine dubio cõprobabis.



Idem de eodem rubrica.

Deſignemus iterum iam dicti orthogoníj formam, & aliis numerorum quantita tibus,ut cum aliquis uel per maiorem uel per minorem numerorum huius trigoni apertam tradere diſciplinam cogatur,nullo errore labatur. Eſto age trigonus ortho gonus,quem circumſtant par unus & duo impares numeri par baſi,uel 20 impar u nus catheco,hoc eſt, 15,alter uero hypothemiſæ,id eſt, 25 aſcribatur. Embadalis au tem concluſio ſecundum ſupradicti noſtri præcepti regulam inquirenda eſt, hoc eſt,per multiplicationẽ dimidiæ baſis & totius ſummę catheci,continet enim areę ſe ptum 150 contractos pedes. Cathecus autem & baſis tali ſunt indagandi ratione, ducatur ergo hypothemiſalis ſumma in ſe, & in 625 redundat, cui ſi quatuor ad iiciantur embada 1225 naſcentur, quorum tetragonale latus, id eſt, 35, ſi excepe ris, ſummas utraſque baſi & catheci comprobabis.

Scire autem oportet & inueſtigare,quo numero à ſe inuicem cathecus & baſis diſtent,Hic uero quis ſit manifeſtemus. Si igiť hypothemiſæ in ſe multiplicatæ quatuor,quæ adieci ſuperius embada ſubtraham,in 25 ſummam regreditur,horũ quinta pars differentiam tenet,id eſt,5. Quam ſi rurſus duabus iunctis ſummis uel 20. & 25. 40. pernotabo,horum medium complet baſim.

Si autem eãdem differentiam,hoc eſt, 5. baſi auferã, cathecum cõſtituam ut cerni poteſt in ſubiecta figura.



De orthogonio circulo inſcripto rubrica.

Num etiam quod Architæ iudicio in hoc eodem orthogonio approbatum eſt, & Euclidis diligentiſſima perſcrutatione prius eſt rationabiliter adinuentũ, operęprætium duximus non eſſe prætermittendum.Eſt etiam ſæpe, ut diſputator in Geometrica,circulus ſi hoc orthogonio inſcribatur, quot pedes diametrus colligat,requirat,quod ne uictus ignorantia refutet aliquis ſe dicere,breuiter inſinuamus rem huiuſmodi,inſcribatur itaq; circulus orthogonio omnes lineas eius tangens, hoc nimirum facto cathecus & baſis aggregẽtur in unum,ex cuius ſummæ copulatione ſi hypothemiſæ exceperis quãtitatem,diametrum efficies,iuncti enim 12. & 8. id eſt, cathecus & baſis 20. reddunt. Ex quibus ſi hypothemiſam abſtulero,hoc eſt,15.diametrum 5. obtinere conſtitutam,quod ſubtus facta deſignat figura.



De Amblygonio rubrica.

Quintus in ordine triangulorum amblygonius ab Euclide inſertus obtuſum angulum habens dictus eſt,quẽ nos ſuccincte aperteq; explicando aggredimur.Nam ſi diligens lector ſuperioris noſtri documẽti præceptis & formulis inſtructus acceſſerit,minimè in hoc lababit,conſtituaẽ modo amblygonius,cuius baſis 18. numero, hypotemiſæ aũt maior 10. minor uero 9. inſcribã,cathecus aũt 4. ſumma inſigniaẽ.

Ducatur ergo baſis per catheci dimidiũ,hoc eſt,18.per binariũ,& 36.prodeũt,quæ ſumma embadalis ſpacij planitudinem adimplet.Sed Architas in cunctis utens ratione,alio modo huius amblygonij aream reperiri conſtituit,non hanc ſumpta eſt ſummam in hac areæ planitudine, ſed minorem poſſe contineri exiſtimans, aſtruxit enim cathecũ per ſe & per binariũ,uel per ſe & octonariũ, duplo ſe ſuperãtes multiplicari

plicari oportere.Et quantitatem,quę hac ex multiplicatione prouenirет aream conſtituere,non ut 36,ſed 32 in ſe colligeret arealis illa contemplatio. Quiſquis autem huius iam dicti trigoni formas in plano deſignare diſponat, à baſis quantitate huiuſmodi rem ingrediatur,tali ratione ut terminus minoris ac maioris hypothemiſæ copulatus,paruo uincat terminum baſis,hoc eſt,ſi baſis 20 menſuretur pedibus, maior hypothemiſa 11, minor autem 10 inſigniatur.Sed melius hoc quod numeris duximus oſtendemus,ſi alicuius exempli formam ſubijciemus.



De oxygonio rubrica.

Reſtat ut dicamus de oxygoni ſpeculatione, qui ſextus in trigonorũ deſcriptione ab Euclide nõ ſegni Geometra ponitur acuti angulus determinatus. Eſto igitur oxygonius,cuius minoris lateris terminus, id eſt, minor hypothemiſa 13 pedibus terminetur,maior autem 15, & baſis 14 menſuretur,cuius catheci & embadi ſumma ſi ignoratur tali ratione colligetur.

Ducatur ergo lateris minoris quantitas per ſe, 169 redundat,baſis item terminus ſi per ſe excreuerit 196 naſcentur,quas uidelicet ſummas ſi iũxeris 365 efficies,quo facto multiplicetur etiã terminus hypothemiſalis per ſe,& exurget 225 numerus, quem ſi de ſuperius copulata ſumma ſecreuero,fiunt reſidui 140, horum medietas 70. eſſe pernotatur,quod per baſim diſperſum quinquies ipſam in ſe retinet. Dominationis uero huius ſummam minor obtinet preciſura,quę per ſe adaucta 25 conſtituit.Hos ſi de minoris lateris ſumma per ſe multiplicata abſtuleris 144 ſuperſunt, quorum tetragonale latus quod 12 eſt catheci ſummam explebit. Areę concluſionem hoc modo inueſtigare curato,baſis medium ducito per cathecum,id eſt 7 per 12 & prouenient 84. Hanc ſummam complere areale huius trigoni pauimentum non ignora,deſcribatur ergo huiuſmodi de hoc figura.



Sed quia de trigonorum podiſmali conſideratione in ſuperioribus diligentiũ lectorum indagini explanauimus,ſupereſt ut ad tetragonorum ſpeculationem tranſitum faciamus ſuccinctum,de his habituri tractatum.

Quadrato/

Quadratorum enim cæteris facilior est collectio,& prius quidem de normali tetragono tali modo ordiamur.Omnis igitur tetragonus normaliter constitutus latitudinem longitudine multiplicante arealem cõstituit planitudinem, & podismum sine dubio absoluit. Ponatur modo tetragonus pari numero consignatus,id est,8. quos per se latitudinem per longitudinem multiplicans 64. efficiam,embadum uidelicet subtus descripti tetragoni.



Idem uero si per imparem numerum feceris,attentè obstaculo eadem ratio constabit,qui normalis tetragonus ab Euclide æquilaterus atque rectiangulus nominatur à Nicomacho autem in Arithmeticis similiter appellatur.

De parte altera longiori rubrica.

Tetragonus autem parte altera longior ab Euclide quidem rectiangulum. Sed non æquilaterum definitur,à Nicomacho autem heteromeres dicitur. Cuius quidē longitudo latitudinem multiplicans embadalis summę pedaturam, siue sint pares seu impares termini,demonstrat,sit modo parte altera longior tetragonus, cuius lõgitudo pedes 8. latitudo autem 4. uel longitudo 9. latitudo autem 6. uel 5. uel 4. colligat.



Multiplicet ergo latitudo longitudinem,id est, 4. 8. 32. nascētur,hoc est, area parte altera longioris tetragoni prouenient,quæ hæ figurarum deformationes pari numero atq; impari designatę.



De rhombo rubrica.

His uero iam dictis,parallelogrammis adijciendos rhombos,& rhomboides tetragonos arbitramur,quamuis enim aut angulariter,aut lateraliter à supradictis parallelogrammis dissideant, tamen his sunt adnumerandi.Esto age rhombus quadri laterus,singulis lateribus decenæ pedaturæ summa cõscriptus,diagoni autem, hoc est, angularis lineæ directio bis senа numeretur quãtitate,cuius 6, si per se augmentabitur 36, exurgent,quos si ex basis termino per se multiplicato subtraxeris 64 remanet. Horum tetragonale latus, id est,8,huius rhombi cathecũ constituit.Diagonus autem per cathecum ductus embadalis summæ spatium ostẽdit. Hic autem ab Euclide æqua habens latera,sed non angulos æquos nec rectos definitur, Sit uero de hoc huius formæ processio.



De rhombon rubrica.

Euclides uero nec angulos æquos,neq; latera æqua habens rhomboides determinando proposuit,quem nos quoq; patentiori aditu formando numerosq; ascribendo referabimus.Esto age rhomboides cuius unum latus 8 pedes,secundum autem quatuor, tertium uero 6, quartum uero 2, harum uero summarũ maximos terminos longitudinem obtinentes si cõiungas 14 efficies,quorum medietatem septenarius constituit. Minores autem summulæ in unum redactæ senarium quantitatẽ perficiunt,cuius medium ternarius adimplet,quæ uidelicet medietate, 7 & 3, si per se multiplicabuntur, in 21 consurgent, id est, pedes areales tetragoni huius, ut infra apparet.



His etenim

His etenim adiiciendum fore trapezium orthogonium non incõgruũ ducimus, dupla & ſeſquialtera numerorum proportione lateraliter conſignatum. Aſcribat uertici ſumma quindenaria, catheco autem tricenaria, duplo etiam tranſcendens, baſi uero ad hanc ſeſquialteram ſeruans habitudinem terminus cõtradatur, per has ergo ſummas area huius trapezij tali ratione conſtituenda eſt. Adiungatur uero uertex baſi, id eſt 15, 45, & 60, terminus exuberat. Cuius pars dimidia ſi per cathecum multiplicabitur, areę pandit protenſionem ut in medio ſcripta patet figura.



De diagono adinueniendo rubrica.

Sæpe autem euenire ſolet, ut in huius artis ſpeculatione, quot angularis lineę protenſio, horum, ſcilicet, tetragonorum pedes obtineat, requiratur. Quod ne ignoretur, facilimum apertiſſimumq; huiuſce rationis dabimus exemplar. Ponatur etiam parallelogrammus 60, orthogonius in longitudine 80, & in altitudine habẽs pedes 60, longitudo uero per ſe augmentata ſexies 400 explicat, latitudo autem per ſe multiplicata ter 600 efficit, quæ uidelicet ſexies 400, & ter 600, in unũ ſummæ redactę 10 reſtituunt, horum, ſcilicet, 10 tetragonale latus ſi ſumpſero 100 per notabo, hoc eſt, diagonum huius parallelogrammi orthogonij, ut infra ſcripta perſpici poteſt forma.



De multiangulis figuris rubrica.

Sed quia ſufficiẽter breuiterq; de tetragonorum diximus rationibus, reſtat ut de pentagonis, & hexagonis, ceteriſq; diſſeramus. Omnis itaq; pentagonus æquis habitis lateribus unius in ſe ſumma excreſcente, ac ter ducta, Rurſusq; eadem ſubducta, medietateq; huius ſummæ ſumpta embaidalis ſpatij pandit ſuperficiem. Eſto modo pentagonus ſingulis habens lateribus pedes ſenos, quos uidelicet 6. ſi per ſe duxero 36, ideſtituam, hos ter ductos in 108 numerum perſtringam, cui ſi abſtulero lateris unius ſummam, id eſt, ſenarium, 102 explicabo, quorum dimidium ſi accepero, aream infra deſcripti pentagoni adimplebo.

De hexa



De hexgono rubrica.

Hexagonus autem ordine in ſubſequenti dicẽdus inferatur, deſcribatur, etenim hexagonus 8 lateraliter inſignitus, quem uidelicet octonarium per ſe multiplicans 64 efficiam, hæc ſumma, ſcilicet, 64 quaterducta, in 256 redundat, his uidelicet 256 ſi lateris unius quantitas, id eſt, 8 bis ducta adiiciatur 272 apparent. Quorum medium ſi ſumpſeris aream huius hexagoni explicabis.



De heptagono rubrica.

Poſt hæc ut expediamus de heptagoni ſubſequẽtis ratione oportet, qui uidelicet heptagonus tertio hic inſeritur loco ſeptenarius, quemadmodum in imparium numerorum tertius naturaliter ordine apparet collocetur, etenim heptagonus ſenaria quantitate circunſcriptus, cui ſi lateris unius ſummam per ſe multiplicaueris 36 per notabis, quæ, ſcilicet, quantitas, hoc eſt, 36, quinquies ducta 180 ad eſſe conducit. Quibus ſi ſenariæ quantitatis ſummam ter ductam ſubduxeris 102 relin
quuntur, horum medietas ſumpta 81 pede embadum
huius heptagoni habere
conducit.

De orthos



De *octogono rubrica.*

Octogonus uero in naturali parium numerorum ordine quartus constitutus, in hoc differendus loco naturaliter quartus assumatur. Esto age octogonus 7, per singula latera pedibus mensuratus. Hanc nimirum naturalem quantitatem, id est, 8 in se si duxeris 64. efficies, quos si per 6 multiplicaris, 384 explicabis. Ex his si quater lateris unius summam deduxeris, non amplius quàm 352 residui sunt. Quorum medietas si excipitur, area huius octogonij pernotatur.



De *hennagono rubrica.*

Hennagonus autem singula per latera, 6 circunscribatur, quem uidelicet senarium, si secundum superius dictam nostræ institutionis regulam per se multiplicaueris, 36 efficies, qui septies ducti, 109 summam producent. His si lateris unius quantitatem quinquies subtraxeris 79, reddes, horum medietas excepta si fuerit, huius hēnagoni embadum 38, semispedibus contineri manifestat.



De *decagono rubrica.*

Restat ut de decagoni embadali dicamus podismo, describatur itaq; decagonus denario numero lateraliter limitatus. Cuius si lateris unius quantitas secundum iam sæpe dictam nostræ præceptionis institutionem se multiplicando excreuerit 100 efficiet. Hij uero octies ducti, 800 adducunt. Horum uero medium si sumpseris, aream huius decagoni 370 pedibus contineri absq; dubio pernotabis.



Idem uero de hendecagono cæterisq; plurilateris figurarum descriptionibus si feceris, nullius erroris obstaculo lababeris, hoc pacto ut in naturali ordine in multiplicanda unius lateris summa, & in hac quantitate, quæ ex hac laterali multiplicatione nascitur, naturaliter augmentanda, eademq; laterali naturaliter subducenda procedas, embadumq; tali ratione ex medietatibus, scilicet, adinuenias.

De *circulo rubrica.*

Sed quia de angularibus figuris studioso lectori sufficienter disputauimus, restat ut breuiter de circunductione sphęræ uel circuli explicemus. Ponatur circulus itaq; 44 pedibus in circunductione designatus, diametrus autem 14 pedum protensioni bus describatur. Cuius summa si per se excreuerit 196 nascentur, hos per 11 multiplicās 2156 efficies, quorum quartadecima pars, ideſt, 154, aream huius cycli pandit, ut infra potest cerni. Est alia huius cycli inueniendi embadalis spatij ratio, sumatur, etenim cir-

nim circunductiuę quantitatis medietas,uel 22 quę eſt medietas,et per medietatem diametri,ideſt,per 7 multiplicetur,& quod ex hac multiplicatione prouenerit,emʒ badum pandit.



De hemicyclo rubrica.

His uero breuibus initiamentis de circularibus theorematibus dicendum eſſe cenſuimus,de hemicyclo protinus dicturi. Conſcribatur age hemicyclus 28 in baſi, & in ſemidiametro 14 pedes habeas,cuius ſi areæ podiſmus ignoretur,tali ratione adinueſtigetur. Multiplicetur ergo ſumma baſis per ſemidiametri ſummam & in 392 peruenitur,& hoc ſumma in decies 4211 producit,quorum ſumpta quartadeciʒma parte,ideſt, 312, arealis completur ſuperficies,ut propter apparet.



Hæc de epipedarum podiſmationibus figurarum ad præſens dicta ſufficiant,reʒſtat ut de mõtuoſa ſuccinctius aliquid ratione tractemus, inſcribatur etiam mons in uerticis circuitu 300 pedibus podiſmatus,à pede autem uſq; in ſummitatem 800 pedibus protentus,pes uero montis eiuſdem in circuitu pedibus millenis cõſignetur. Proponatur modo inquiſitum,quot iugera in hoc monte habeantur. Quod tali cũ ratione ordiendũ iungantur,etenim pedis & cacuminis duo illi circuitus,ideſt, 1300 quorum per medium ſi aſcenſus, hoc eſt, 800,per 650 multiplicabitur, 520 pedes habere montis huius ſpatium comprobabitur. Hanc igitur ſummam ſi in 28, 800 diſperſeris, 18 in hoc eſſe monte comprobabis,reſtantibus tantum millenis, & ſexʒcentis pedibus.

Si autem



Si autem mons in pedis circuitu 2500 & medietatis circuitione 1600, in cacumiʒnis autem circunductione centum,& in aſcẽſu,500 pedes habeas,fuerit. Hoc pacto iugera ſunt adinuenienda, iungantur trium ſupradictorum circuituum ſummæ & 4200 naſcuntur,quorum tertia parte,ideſt, 1400, montis aſcenſionem hoc eſt 500 multiplicante 700 pi odeunt,quos per iugera diſpartiens,24 efficies,non pluſquàm ducentis pedibus reſiduis.



Mons autem ſtrabus,ideſt,inæqualis ſi fuerit in pedis circunferentia, 1400, et in uerticis decliuo 200, & in dexteræ partis aſcenſione, 850, in leui lateris autem ſuʒſpectu 750 pedes habens, iugeralis uero ſita planitudo hoc modo eſt indaganʒda. Sumatur etenim duarum medietas circunferentiarum in unum collectarum, idʒeſt,800, & aſcenſuum compoſitorum pars media,hoc eſt, 800, & hę medietates per ſe multiplicatæ 640 producunt,podiſmum, ſcilicet,montis ſupradicti. Ex peditura autem iugeralem facilè ſummam ſecundum quod dictum eſt ſupra inuenies.



Quia igitur de omnium huic arti inſerendarum ſpeculationum rationibus breʒuiter enodateq; ſat diſſeruimus,reliquum eſt ut de unciali & digitali menſura, & de punctorum et minutorum ceteriſq; minutijs ſicut promiſimus dicamus,mirabilem & arti huic,cæteriſq; matheſeis diſciplinis neceſſariam figuram,quàm Archita praʒmonſtrante didicimus,edituri.

De minutijs rubrica.

Veteres igitur Geometricæ indagatores ſubtiliſſimi,maximeq; Pythagorici, cũ omnia certis menſurarum diuidentes rationibus,ad ea, quæ natura renueret diuidi & ſecari,uſq; peruenirent,ingenio præſignante ea quæ naturaliter erant indiuiſibilia,poſitis notis nominibus æque datis diſpartiere.Cuius uero agros per actus, per pertícas,ideſt,per radios,per paſſus,per gradus,per cubitos,per pedes, per ſemipedes,& per palmos diſperſiſſent,non habentes palmum per quod diuiderent, id q̃d palmo eſſet minus, digito autem maius,unciam uocare maluerunt,in ſecundo uero loco digitum ſubſcripſerunt,in tertio ſtaterem,ideſt,ſemiunciam,in quarto quadrãtem,in quinto drachmam,in ſexto ſcrupulum,in ſeptimo obolum, in octauo ſemiobolum,quem Græci ceratem nuncupant,in nono ſiliquam,in 10 punctum, in 11 minutum,in 12 momentum nominando poſuerunt.His ergo minutijs adinuentis, nominibusq; æditis multiformes eis notas indidere,quę quia partim Græcè, partim erãt Barbarè,nobis non uidebantur Latinè orationi adiungendæ. Quapropter nos rem obſcuram obſcuris ignotiſq; notarum ſignis inuoluere nolentes, loco earundẽ notarum latinorum elementorum notas ordine ponimus,ita ut A uncię reſpõdeat, B digito, C ſtateræ, D quadranti, E drachmæ, F ſcrupulo, G obulo, H ſemiobulo, I ſiliquę, K puncto, L minuto, M momento aſcribatur. Deſcribatur itaq; his literis, quam dixímus figuram unciarum,hoc modo:

A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	L	M
i	i	i	i	i	i	i	i	i	i	i	i
M	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	L
	x	x	x	x	x	x	x	x	x	x	x
L	M	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
		c	c	c	c	c	c	c	c	c	c
K	L	M	A	B	C	D	E	F	G	H	I
			i	i	i	i	i	i	i	i	i
I	K	L	M	A	B	C	D	E	F	G	H
				x	x	x	x	x	x	x	x
H	I	K	L	M	A	B	C	D	E	F	G
					c	c	c	c	c	c	c
G	H	I	K	L	M	A	B	C	D	E	F
						xc	xc	xc	xc	xc	xc
F	G	H	I	K	L	M	A	B	C	D	E
							cc	cc	cc	cc	cc
E	F	G	H	I	K	L	M	A	B	C	D
								mc	mc	mc	mc
D	E	F	G	H	I	K	L	M	A	B	C
									xc	xc	xc
C	D	E	F	G	H	I	K	L	M	A	B
										cc	cc
B	C	D	E	F	G	H	I	K	L	M	A
A											

Boëthij liber De Geometria.

Geometria eſt diſciplina magnitudinis immobilis,formarũq; deſcriptio contemplatiua,per quã uniuſcuiuſq; termini declarari ſolent,documentũ etiam uiſibile Philoſophorum, quod Latinè dicitur terræ dimenſio. Quoniam per diuerſas formas ipſius diſciplinæ primum Aegyptus fertur fuiſſe partita, pro neceſſitate terminorũ terræ,

terræ,quos Nilus fluuius inundationis tempore infundebat, cuius diſciplinæ magiſtri menſores ante dicebantur.Sed Varro peritiſſimus latinorum huius nominis cauſam ſic extitiſſe commemorat dicens:Prius quidem dimenſiones terrarum terminis poſitis,uagantibus ac diſcordantibus populis pacis utilia præſtitiſſe. Deinde totius anni circulum menſuali numero fuiſſe partitum. Tunc & ipſi menſes quod annum metiuntur,dicti ſunt. Tunc & dimenſionem orbis terræ probabili refert ratione collectam,ideo factum eſt ut diſciplina ipſa Geometriæ nomen acciperet, quod per ſe cula longa conſtaret.

De utilitate Geometriæ rubrica.

Vtilitas Geometriæ triplex eſt,ad facultatem,ad ſanitatem,ad animam. Ad facultatem,ut mechanici & architecti.Ad ſanitatem,ut medici.Ad animam,ut Philoſophi. Quam artem ſi arctè & diligenti cura atq; moderata mente perquirimus,hoc quod prædictis diuiſionibus manifeſtum eſt, ſenſus noſtros magna claritate dilucidat, & illud ſuprà,quale eſt cœlum animo ſubire, totamq; illam machinã ſupernam indagabili ratione aliter diſcutere, & inſpectiua mentis ſublimitate ex aliqua parte colligere & agnoſcere mundi factorem,qui tanta & talia arcana uelauit. Nam mundus ipſe ſphærica fertur rotunditate collectus,ut diuerſas rerum formas ambitus ſui circuitione concluderet,unde librum Seneca conſentanea Philoſophis diſputatione formauit,cui titulus eſt de forma mũdi.Nam in Geometria utiq; partem fatemur eſſe utilem teneri,et actibus agitari,in omnibus prodeſſe eam exiſtimamus,nec ſine cauſa ſummi uiri etiam impenſam huic ſcientiæ operam dederunt,cum ſit Geometria diuiſa in numeros atq; formas numerorũ. Nota non tantum Oratori,ſed cuiq; primis ſaltem literis erudito neceſſaria eſt,quod ad ſubtilitatem conſtat tenuiſſima, & ad ſcientiam utiliſſima,et ad exercitationem ualde iucundiſſima.In cauſis uero frequentiſſime quæritur, quia primum ordo eſt Geometriæ neceſſarius. Nonne & elocutiæ,ex prioribus Geometria probat in ſequẽtia,& certis incerta,propter quod plures inuenies, qui Dialectici ſimiliter & Rethorici ingrediantur hanc artem.Dialectico nanq; ſyllogiſmo ſi res poſcit utitur,& qui ſunt potẽtiſſimi Grammatici, qui apodixis Græce dicũtur,idem probãt,& certè enthimemate,qui Rethoricus eſt ſyllogiſmus,quod Latinè interpretatur mentis conceptio,quem imperfectum ſolent arcigraphi nũcupare, & ipſe deniq; probat,cuius ſit formæ circuitus,quot lineis rectis continetur,Quibus modis finitur,quę illa circumcurrens linea ſi efficiat orbem,quę forma eſt in planis maxima perfecta,in qua tot ſpatia complectitur. Et ſi quadratum paribus horis efficiat rurſus quadrata,triangulus triangula,ipſa plus æquis lateribus quàm inæqualibus, & alia forſitan obſcuriora,quod etiam operis ſequi oportet experimẽtum.Hæc in planis. Nam in montibus et collibus etiam imperito patet,quia per ſolum curſum & umbrarum morum comprehenditur, & per diuergia aquarũ ſegregatur.Nunc ad epiſtolam Iulij Cæſaris ueniamus,quod ad huius artis originẽ pertinet,ut nec ipſius autoris gloria pereat,ut nobis pleniſſime rei ueritas ad notitiam ueniat,quiſquis ille tamen hanc epiſtolam ſtudioſe legere uoluerit quibuſdam compendijs introductus,lucidius maiorum dicta in breui percipiet.

Rubrica.

Diuus Iulius Cæſar,uir acerrimus,& multarum gentium dominator,frequentia belli militem exercuit,ampliorum bellorum operibus augendæ rei cauſa illuſtrium uirorum urbes ingreſſus eſt,gentium populos rogantes recepit,tyrannos gladio interemit,& poſtquam hoſtilem terram obtinuit, deletis hoſtium ciuitatibus, denuo nouas urbes conſtituit,dato iterum Colonię,nomine ciues ampliauit.

Milites colonos fecit,alios in Italia,alios in prouincijs quibuſdam. Hæc quæ diuus Auguſtus aſſignatus urbes prouinciarum exercitui iuſſit propter ſubitas bellorum acies,non ſolum eas ciuitates demum cingere muris, uerum etiam loca aſpera

& confragoſa ſatis alligari,ut ille maximè propugnaculo eſt, & iſta loci natura, & ab agrorum noua dedicatione culturæ Colonias appellauit,quæ Coloniæ his uictoribus,qui temporis cauſa arma cœpere,aſſignatæ ſunt.

Ergo ne quid nos præteriſſe uideamur,ſed magis eorum exempla ſequamur,ſæpe erit ad formam reſpiciendum,& quia montium altitudines præeſſe oratio monſtrabat,per aſcenſum præcelſi cacuminis aciem laborioſè ſigna ex lapidibus conſtructa reliquimus,& eſt munita diſcretaq; locorum quantitas,quæ permanet ſeparatim per aquarum diuergia in utraq; parte ualde nota partitio,alia loca riparum curſus ſeruatur,proinde etiam ſi hoſtis nos infeſtare uoluiſſet,eos ex proxima ripa poteramus expugnãdo rũpere.Nam circa regionem maritimã limites rectos cẽſuimus ex lapidibus compactis,totã limitũ recturam curſum demonſtrabimus,quia Coloniæ omnes quæ ad mare ponunt̃,littore maris terminant̃.Agros conualliũ iure ordinario diſpoſuimus,quos interciſiuos nominauimus.In planitie uero limites rectè cultellauimus.

Plerunq; ſunt agri quàm multi aſſignati,quorum menſura limitum licet diuerſa ſit,tamen etiam diſtant à ſe alius ab alio in pedes 100, in pedes 150, in pedes 240, in pedes 300,in pedes 361, in pedes 420, in pedes 480,in pedes 600,in pedes 700, in pedes 840, in pedes 962,in pedes 1020, in pedes 10200, in pedes 1340, in pedes 10600,in pedes 10700,in pedes 10800,in pedes 2200, in conſpectu tamen longo quo ſignis limitem agimus.

Si fuerit terminus craſſus anguſtalis & ab alia parte longa craſſus geminatus,hi duo limites maximi decimanus & cardo nominati ſunt.Per multa milia pedum concurrunt,& niſi in alpes finiant diuidunt agros dextra læuaq; rectarum linearum inter ſe continentium.

Omnem menſuram huius culturæ mediam longiorem ſiue latiorẽ facere debes, q; latitudine lõgius fuerit,ſcamnũ eſt,quod uero in longitudinẽ longius fuerit ſtriga.

Sũt fundi bene meritorũ et pro eſtimatione ubertatis anguſtiores aſſignati ſunt.

Loca macra & arida ampliori termino cõcluſa ſunt. Sunt loca ſubſiciua quæ ad ius ordinarium non pertinent,ſed ſi conuenerit inter poſſeſſores,poſſideant, ſi non conuenerit,remanet poteſtati.

Alia loca perfectiora ad ius publicum pertineant,totidem ſi poſſeſſoribus conuenit poſſident.

Sunt autem loca publica hæc,quæ ſcribuntur ſylua & paſcua publica auguſtinorum,quæ ullo modo alienari nequeunt,& poſſident tutelam aut templorum publicorum,aut balnearum,quæ loca colliua appellant.

Ager extracluſus eſt, qui intra finitimam lineam & centurias interiacet, ideo extra cluſus,quia ultra finitimos limites clauditur.

De controuerſijs rubrica.

Controuerſiarum materiæ ſunt duę,finis & locus,harũ altera continet̃, quicquid ex agro diſconuenit.Sed quoniam his quoq; partibus ſignatæ controuerſię diuerſas habent conditiones,ut potui ego comprehendere,propriæ ſunt nominandæ.

Genera ſunt cõtrouerſiarũ 14:De poſitione terminorũ.De regione.De fine.De loco.De domo proprietas.De poſſeſſione.De alluuione.De iure territorij.De ſubſicciuis agris,De locis publicis.De locis relictis & extracluſis.De locis ſacris ac religioſis.De aquę pluuię acceſſu,& de itineribus.

Cõtrouerſia eſt inter duos pluresq; uicinos.Inter duos,an in rigore ſit ceterorũ ſine rationis,inter plures trifiniũ facit,aliquibus locis et quadrifiniũ,ſecũdũ proximas poſſeſſiones,dum hoc neſciunt,non eis conuenit,et diuerſas controuerſias ipſi poſſeſſores inter ſe faciunt.Alij de loco,alij uero de fine lineæ litigant,alij de fundis attendunt.Sed auido modo quærendum eſt prius origo cauſæ. Natura per hæreditates opinionis huius generis controuerſię fiunt,quare iure ordinario litigatur. Prius tamen in iudicio ſuper poſſeſſionem quæſtio finiatur, et tunc agrimenſor ad loca ire precipiatur,ut patefacta ueritate huiuſmodi litigium terminetur.

Genera

Genera controuerſiarum ex flumine hæc ſunt, non quod occupatis agris agit̃, ſed quod uis aquæ abſtulerit repetitionem non habebit,quæ res neceſſitate ripæ muniendæ ſunt,ſine alterius damno quiſquis ille faciat qui ripam ſuam muniet. Quod ſi fluminis torrens aliquando tam uiolentus decurrerit,ut alueum mutet ſuum multorum agros transripam occupat,ſæpe etiã inſulas efficiet. Sed Caſſius Longinus prudentiſſimus iuris autor & iudex hoc ſtatuit,ut quicquid aqua lambendo abſtulerit poſſeſſor admittat,quoniam,ſcilicet,ripam ſuam ſine alterius damno tueri debet. Si uero maior uis decurrerit & in fines alterius alueũ mutat ſuum, & fiat inſula in quo concurrerit,unuſquiſq; modum fluminis maioris agnoſcere debet, & eam inſulam ipſe ſibi uindicabit,cuius terram tempeſtatiuè præoccupauit,quoniam non poſſeſſoris negligentia,ſed tempeſtatis uiolentia apparet arreptum.

Ager ſubſicciuus ſecundum ſuas determinationes aſcriptus eſt, in finibus ſuis tabulario Cæſaris inferimus,& quod beneficio conceſſa aut aſſignata Coloniæ fuerint,ſiue in proximo ſiue inter alias ciuitates,libros beneficiorũ aſcribimus,& quicquid aliud ad inſtrumentum menſorum pertinebit ad ſolum Coloniæ,ſed ad tabularium Cæſaris manu conditoris ſubſcriptum habere debebit.



Ager eſt ſimilis ſubſicciuus cõdictionis extracluſus & non aſſignatus, qui ſi rei publicæ,Populo Romano,aut ipſius Coloniæ,cuius fine circundatur, aut ad Populum Rom.pertinet,datus non eſt,in eius,qui aſſignare potuerit, remanet poteſtate.

Signa limitum finalium in diuerſas regiones,ſiue uocabula,uicos,uel poſſeſſiones hæc ſunt inter utroſq; poſſeſſores teſtimonia agralia diuidenda.

In montibus loca arida & confragoſſa petras ſignatas inuenimus.

Summa montium terminos aguliteos,ideſt,rotundos in effigiem columnæ aliquos litera ſignatos,archas finales in partibus grumos,ideſt, congeriem petrarum, arbores antemiſſas intactas à ferro,cõgeriem macerie,ideſt, ubi ſaxa collecta ab utriſq; partibus limitem faciunt,item petras ſacrificales aras, in quibus locis arbores intactæ ſtare uidentur,in quo loco ueteres errantes ſacrificium faciebant. Alio loco uiæ militares finem faciunt,qui termino muniuntur.Alia uero dextera montium, id eſt,pro latere montis ripæ currentes finem faciunt. Aliquando ſepulchra finem faciunt,ideo ſepulchra ſequenda ſunt quæ extremis finibus cõcurrentibus plures curſus agrorum expectant.Omnia enim monumenta dominos teſtantur.

Sunt termini curſorij in effigiem tituli conſtituti,certa loca riui,finales cunabulę uel nouercæ,quod regulis conſtruitur,ſcorpiones ubi fines duo cuneati ſeiungũt. Si forte in campeſtria loca,ubi agri in planitie ſunt conſtituti in iugeribus aſſignata inueniuntur.Item inter uoratos rupis arboribus ante miſſis intactis, ut ſuprà dixi ſacrificales,tumor terræ in effigiem limitis conſtitutos,petras molares foueas uel metas,lacus & legonatus,& fabritijs conſtructos calauiones. Aliquotiens enim petras quadratas & ſcriptas,quæ indicant,cuius agri quis dominus, quot ſpatium tueãtur. Non enim omnis titulus inſcriptionibus eſt inductus, quoniam aliquibus locis non ſunt lapides ſcripti,ſed in effigiem terminorũ poſiti ſunt, quos curſorios uocamus. Nam & ipſi montes omnino loca determinant,termini uero non unam menſuram

inter se continẽt,iubẽte Augusto Cesare Balbo mẽsore,qui omniũ prouinciarũ mensuras distinxit ac declarauit,perq; testimonia suprascripta fines locorũ terminentur.

Sunt enim termini quibus fides non est adhibenda,isti dicuntur itinerari. Omnes enim limites itineri publico seruire debebunt,qui dextra ac sinistra fines priuatos diuidunt,& in medio iter publicum,hi tales non sunt omnibus locis, utiq; sub omnes terminos signum inueniri oportet,quod ergo inuentum pro loco termini obseruetur & custodiri debeat,ut ab uno ad unum dirigatur,& si nocte siue à nota ad notam.

Sic enim sunt certæ legis consuetudines & obseruationes,semper signum in omnibus terminis positum est,aut aliquos cineres,aut carbones,aut testa, aut ossa, aut uitrum,aut massa ferri,aut æs,aut calcẽ,aut gypsum,aut uas fictile inuenimus, quod etiam quibusdam saxorum fragminibus conculcabant atq; diligenti cura confirmabant,ut firmius staret. Tales ergo,signum inter dominos, inter quos fines terminabantur,faciebant. Termini uero non sunt omnibus locis,sed infinita sunt multa alia testimonia,lege feliciter & intelligere curabis, qui intelliget quod uidet,agrorum intentionem & certamen tollere potest,prudentiam tamen hi mensores habere debẽt, qui iudicaturi sunt,& quos aduocant,ut prestatores.In iudicando autem mensorem bonum uirum & iustum agere,ut nulla ambitione aut sordibus moueatur,seruare opinionem metris & moribus debet.Omni enim artifici ueritas custodienda est, exclusi sunt illi qui falsa pro ueris opponunt.Quidam per impudentiã,quidam per imperitiam peccant.Mutans ergo in professione quæ generaliter pro ueris adijciuntur, per controuersiam argumentaliter & coniecturaliter etiam superflue metiri artifices coguntur,sed tutum hoc iudicandi hominem artificem oportebit.

Nomina agrimensorum rubrica.

Higini	Marci	Cæsaris Neronis iussu
Iulij Frontini	Iunij	Claudi Cæsaris iussu
Siculi		
Flacci	Nypsi	Higini,Euclidis,Cassi.
Agenì	Balbi	Tiberij Cæsaris iussu
Vrbici	Mensoris Longini	

Imperatoris Seuerini & Antonini iussu
Imperatoris Vespasiani iussu
Imperatoris Adriani iussu
Imperatoris Traiani. iussu
Imperatoris Augusti Cæsaris iussu
Imperatoris Neronis iussu
Imperatoris Valentiniani iussu
Imperatoris Theodosij iussu
Imperatoris Archadij iussu
Imperatoris Honorij iussu
Imperatoris Constantini iussu

Nomina lapidum finalium,& archarum positiones,rubrica.

Orthogonius rectus rectum angulum mittit.Isopleurus rectus subconstitutus.

Isosceles	Terminus lineatus
Exculenus siue hexagineus	Spatula cursoria
Excultelatus lateribus	Terminus in inuersum positus
Sumbus siue trapideus	Item spatula cursoria
Isosceles	Quadrifinius
Solus trigonus alia iactat	Item quadrifinius
Paralellogrammus pentagonus	Terminus gamatus
Hexagineus	Terminus lineatus,ideſt,quadrifinius
Septagenus	Item quadrifinius

Sinagonus

Sinagonus	Nouerca
Terminus Greca litera scriptus	Simmatus
Terminus in summo acutus	Centustatus
Circulatus pyramus,itẽ acuto similis	Triuortinus
Item pyramus uitæ precisæ similis	Amicirculus
Completus rhombus amblygineus	Varoberinus
Amicirculus quadratus	Trudeus
Terminus augusteus	Terminus augustus in summo acutus
Terminus cursorius	Lapis molaris
Terminus trifinius	Monumentum
Sepulturam cum ossibus finalem	Mausoleus
Terminus in laterculis	Arca finalis
Terminus quadrifinius	Lippus
Terminus rotundus	Kalasiones
Terminus cui subiacet angulus	Terminus quadrifinius

Tu qui uis perfectus esse Geometricus lege ista omnia quæ capitulata sunt subterius.Nam in primis scire oportet Arithmeticã artem,quæ cõtinet numerorũ causas ac diuisiones,ideſt, qualis est diffinitio ac diuisio,de paribus imparibus numeris.

Qualis est compositus numerus,	& qualis incompositus.
Qualis est perfectus numerus,	& qualis imperfectus.
Qualis est diuisibilis numerus,	& qualis indiuisibilis.
Qualis est particularis numerus,	& qualis superpartiens.
Qualis est superfluus numerus,	& qualis diminutiuus.
Qualis est multiplex numerus,	& qualis submultiplex.
Qualis est solidus numerus,	& qualis sphæricus

Quomodo inuenta est Geometria

Quid sit Geometria	Qualis est rectus angulus
Quæ utilitas	Qualis est acutus angulus
Qui ordo præscriptionis	Qualis partita mensura sit
Quæ sit ratio præpositionis	Quantum trahit stadius
Quæ dispositionis	Quid sit acus
Quæ distributionis	Quid sint climate
Quæ descriptionis	Quid centua
Quæ demonstrationis	Quid leuca
Quæ conclusionis	Quid arrapennis
Qualis est recta linea	Quid iugerum
Qualis est superficies lineæ	Quid centuria
Qualis est diuittica linea	Quid punctum
Quot sunt extremitatum genera	Quid est diametrus
Quot genera summitatum	Quid paralellogrammum
Quot genera angulorum	Quid figura
Qualis est planus angulus	Quid circulus
Qualis est obtusus angulus	Quot in patres sit diuisio
Qualis est hebes angulus	

Si scis ista omnia ad plenitudinem,nosti locorum segregationem.Nam qui ignorant regulam huius artis multa opponunt falsa pro ueris.

D. Quomodo inuenta est Geometria.

M. Inuentam esse Geometriam Aegyptij dicunt pro necessitate terminorum terræ,quos nullus inundationis tempore infundebat.

D. Vnde uocata sit Geometria.

M. Geometria nominata est à dimensione terræ, per quam uniuscuiusq; terræ termini declarari solent.
D. Quid sit Geometria.
M. Geometria est disciplina magnitudinis et figuræ, quę secundum magnitudinem contemplatur.
D. Quæ sit intentio.
M. Intentio Euclidis duplex est, ad discipulum respitiens, & ad naturas rerum. Ad discipulum respiciens, quia oportet eum ab his uti isagogicis incipere pro facilitate, pro breuitate, & eo quòd in quæstionibus ob hoc nulla sit difficultas. Pro rerum natura eo quòd Physicæ scientiæ, & Timæi siue Platonis doctrina prima Geometricæ demonstrare noscuntur.
D. Quæ utilitas.
M. Vtilitas (ut suprà præfati sumus) Geometriæ triplex est, ad facultatem, ad sanitatem, ad animam. Ad facultatem, ut mechanici, ad sanitatem, ut medici, ad animam, ut Philosophi.
D. Qui ordo est Geometriæ in disciplinis.
M. Aliquatenus post Arithmeticam seruus est, aliquatenus tertius.
D. Tituli inscriptio quomodo intelligatur.
M. Est enim tituli præscriptio elementorum, quæ figuræ simpliciores sunt, & ex his aliæ componuntur, quæ in his etiam resoluuntur.
D. Si proprius codex.
M. Codex iste secundum dispositionem Euclidis esse dicitur, secundum demonstrationem uel inuentionem aliorum plerunq; esse dicitur.
D. In quot partes diuiditur.
M. Diuiditur codex iste in quatuor partes, in epipedis, in Arithmeticis, in rationalibus & irrationalibus lineis, & in solidis.
D. Quæ sunt in demonstratione Geometrica.
M. Propositio, dispositio, distributio, descriptio, demonstratio & conclusio.

Restat autem nobis profundissimam quandam tradere disciplinam, quæ ad omnium naturæ, tum rerum integritatem maximè ratione pertineat. Magnus quippe in hac scientia fructus est, si quis non nesciat, quod bonitas diffinita & sub scientia cadens animoq; semper imitabilis & perceptibilis prima natura est, & suæ substantiæ decore perpetua, infinitū uero malitię dedecus nullis propriis principijs nixum, sed natura semper errans ab omni definitione principij tanq; aliqua signo optimæ figuræ impressa componitur, & ex illo erroris fluctu retinetur. Nam nimiam cupiditatem iræq; immodicam effrenationem, quasi quidam rector animus pura intelligentia roboratus astringit. Nos tamen quæ de numeris à Nicomacho diffusius disputata sunt, uel à Varrone de mensuris ostensa sunt, moderata breuitate collegimus. Et quæ transcursa uelocius angustiorem intellígentiæ præstabant aditum, mediocri adiectione referauimus, ut aliquando ad euidentiam rerum nostris etiam formulis ac descriptionibus uteremur, quod nobis quantis uigilijs ac sudore constiterit, facilè sobrius lector agnoscit. Et has quodammodo inæqualitatis formas temperata bonitate laborando collegimus, ipse lector probabit, quæ nos ex Græcarum opulentia literarum in Romanum orationis thæsaurum contrahimus. Si quæ ex sapientiæ doctrinis emicuerunt, sapientissimi iudicio per nos comprobentur. Vides igitur, ut tam magni laboris effectus tuum tantum lector expectet examē, nec in aures prodire publicas nisi docte sententiæ adstipulatione nitatur, quod nihil mirum uideri debet, cum id opus quod sapientiæ inuenta persequitur, non autoris, sed alieno incumbat arbitrio. Est enim sapientia numerorum causas & diuisiones earum, quæ uera est cognitio & integra comprehensio, quod hæc qui spernit, ideſt semitam sapientię, ei denuntio non rectè philosophandum. Hæc autem est Arithmetica, hęc enim cunctis prior est, non

est, nō modo q̄d hanc ille huius mūdanę molis cōditor Deus primā suę habuit ratio cinationis exēplar, et ad hāc cūcta cōstituit, quęcunq; fabricata ratione per numerū assignati ordinis inuenere concordiā, sed hoc quoq; prior Arithmetica declaraſ, q̄d quęcūq; natura priora sunt, his sublatis simul posteriora tollunt. Quod si posteriora pereant, nihil de statu prioris substātiæ permutat, ut animal prius est homine. Nam si tollas animal, statim quoq; hominis natura deleta sit. Si hominem sustuleris, animal nō peribit propriè tamē ipsa numerorū natura cūcta præcessit. Omnia quęcūq; à prima rerū natura cōstructa sunt, uident numerorū ratione formata. Hoc enim fuit principale in animo cōditoris exēplar, hinc em quatuor elementorū multitudo mutata est, hinc temporū uices, hinc motus astrorū, cœliq; cōuersio. Propriè tamē ipsa numerorū natura omnes astrorū cursus, omnisq; astronomica ratio cōstituta est. Sic enim ortus occasusq; colligimus, sic tarditates uelocitatesq; errantiū syderū custodimus, sic defectus et multiplices lunę uariationes agnoscimus, quia quoniā prior, ut claruit Arithmeticę usus est, huic disputationis sumamus exordiū, hoc idem in Geometria uel in Arithmet. uideē incurrere. Si em numeros tollas, unde triangulū uel quadratū cōprehendere possumus, uel quicq̄d in Geometria uersaſ, quę omnia numerorū denominatiua sunt, hoc aūt erit perspicuū si intelligamus omnes inęqualitates creuisse primordijs, ut ipsa quodāmodo equitas matris et radicis obtinēs uim, ipsa omnes inęqualitatis species ordinesq; pfundauit. Sint em nobis tres bini, uel tres terni, uel tres quaterni, uel quātos ultra libet ponere. Quod em in his tribus terminis euenit, idē cōtingit in ceteris. Ex his igiē secundū præcepti nostri ordinē uideas primum nasci multiplices si cōuertāē, et in his duplices prius, de hinc triplos, inde quadruplos et ad eundē ordinē consequētes. Rursus multiplices si cōuertanē, ex his supparticulares orient. Ex duplicibus quidē sesquialteri. Ex triplicibus sesquitertij. Ex quadruplis, sesquiquarti, et ceteri in hunc modū. Ex superparticularibus uero cōuersis superpartientes nasci necesse est, ita ut ex sesquialtero nascaē superbipartiens, supertripartientē sesquitertius gignat, ut ex sesquiquarto, superquadripartiēs. Rectis aūt positis nec; cōuersis prioribus superparticularibus, multiplices superparticulares oriunt. Rectis uero superpartiētibus, multiplices superpartiētes efficiūt, præcepta auē tria hæc sunt, ut primū numerū primo facias parē, secundo uero primū, et secūdo tertiū, primo duobus secūdis et tertio. Cū enim eū in terminis equalibus feceris, ex his qui nascent duplices erūt. De quibus duplicibus si idē feceris, triplices procreanē, & de his quadruplices, atq; in infinitum omnes formas numeri multiplices explicabis. Illi quidē quorū partes ultra q̄s satis est sese perexerint, superflui nominātē, ut sunt 12, uel 114. Hi enim suis partibus cōparati, maiorē partiū summam toto corpore sortiūtur, est enim duodenarij medietas 6, pars tertia 4, pars quarta 3, pars sexta 2, pars duodecima 1, omnisq; hic cumulus redūdat in 16 & totius corporis sui multitudinē uincunt. Rursus 24 numeri medietas est 12, tertia 8, quarta 6, sexta 4, octaua 3, duodecima 2, uigesimaquarta 1, qui omnes 36 rependūt, in qua re manifestū est quod summa partiū maior est, et supra propriū corpus exundat. Atq; hic quidē cuius compositę partes totius termini multitudine superantur, ut 8, uel 14, habet enim octonarius partem mediam, ideſt, 4, habet & quartam quod est 2, habet & octauam 1, quæ cunctæ in unum reductæ septem colligunt, minorem, scilicet, summam toto corpore concludentes. Rursus quatuordecim habet medietatem, ideſt, 7, habet septimam, ideſt, 2, habet quartamdecimam, ideſt, 1, quæ si in unum collectæ sint, denarij numeri summa succrescit, toto, scilicet, termino minor. At 2 qui hoc modo sunt ut prior ille quem suæ partes superant, tales uideantur, tanquam si quis multis super naturam manibus natus, aut duplici coniunctus corpore, uel quid unquam monstruosum naturæ in partium multiplicatione subripuit.

Ille uero minores, ut si naturaliter quadam necessaria parte detracta, aut minus oculo nasceretur, uel alio curtatus membro naturale totius suę plenitudinis dispendium

dium ſortiretur,inter hos autem uelut inter æquales intemperantias medij temperamentũ limitis ſortitus eſt ille numerus qui perfectus dicit eſſe uirtutis,ſcilicet,æmulator,qui nec ſuperuacua progreſſione dirigitur, nec contracta rurſus diminutione remittitur.Sed medietatis obtinet,qui ſuis equis partibus nec graſſatur abundantia, nec eget inopia,ut 6 uel 28. Nanq; ſenarius habet partem mediam,ideſt, 3, & tertiã,ideſt,2, & ſextam,ideſt,1,quæ in unã ſummã ſi redactæ ſint, ideſt,3.2.1,ideſt, par totum numeri corpus ſuis partibus inuenitur,28 uero habet medietatem .y. & quartam 7, & ſeptimam 4, & 24.2, uigeſimamoctauam 1,quæ in unum redacta totum partibus corpus æquabunt,in uno enim iunctæ partes 28 efficiunt.Eſt autem in his quoq; magna ſimilitudo uirtutis,& uitij,perfectos enim numeros rare inuenies, eoſq; facile numerabiles,quippe qui pauci ſunt,& nimis conſtanti ordine procreati. At uero ſuperfluos infinitos reperies,nec ullis ordinibus, paſſim inordinateq; diſpoſitos,& à nullo certo fine generatos.Sunt autem perfecti numeri intra denarium numerum 6,intra centenarium 28,intra millenarium 496, intra decẽ milia 8128. Et ſemper hi numeri duobus paribus terminantur 6 & 8,& ſemper alternatim in hos numeros ſummarum fines prouenient.Nam & primum 6, inde 28, poſt hos 496. Idem ſenarius qui primus,poſtquam 8128 & 128,idem octonarius qui ſecũdus.

Maioris uero inæqualitatis numeri quinq; ſunt partes,eſt enim una quæ uocatur multiplex,alia ſuperparticularis,tertia ſuperpartiens,quarta multiplex ſuperparticularis,quinta multiplex ſuperpartiens.His igitur quinq; maiori partibus oppoſitæ ſunt aliæ quinq; partes,quæ minoris ſigillatim ſpeciebus iſidem nominibus nuncupantur,ſola tantum præpoſitione diſtantes. Dicitur enim ſubmultiplex, ſubſuperparticularis,ſubſuperpartiens,ſubmultiplex,ſuperparticularis,ſubmultiplex, ſuperpartiens.In prima parte ſi multiplicatur numerus multiplex dicitur.In ſecunda parte ſuperparticularis dicitur.In tertia ſuperpartiẽs,ideſt,quarta multiplex ſuperparticularis.In quinta multiplex ſuperpartiẽs.Minores uero numeri aliqua parte unus ſubſiſtens,atq; idẽ per partes,ſecundũ maiorũ normã multitudinemq; protenditur.

De paribus & imparibus numeris,rubrica.

Deſcriptio autem quæ ſuppoſita eſt hoc modo facta eſt, quantoſcunq; in ordine pariter parium numerorum ternarius numerus multiplicauit,quicunq; ex eo procreati ſunt primo ſunt uerſu diſpoſiti.Rurſus qui eodem multiplicante quinario nati ſunt,ſecundo loco ſunt conſtituti.Poſt uero quos ſeptenarius ceteros multiplicans procreauit,eoſdem tertio conſtituimus loco,atq; idem in reliqua deſcriptionis parte perficimus,ſuperius igitur digeſtę deſcriptionis hæc ratio eſt: Si ad latitudinẽ reſpicias,ubi eſt duorum terminorum una medietas, ipſoſq; terminos iungas,duplos eos propria medietate reperies,& 36,& 20 faciunt 56, quorum medietas eſt 28 et 12 ſi iungas faciunt 150, quorum 20 medietati medius eorum terminus inuenitur.Ac uero ubi duas medietates habent, utræq; extremitates iunctæ utriſq; medietatibus æquales fiunt,ut 12 & 36, dum coniunxeris fiunt 48, horum ſi medietates ſibimet applicaueris,ideſt,20 et 28 idem erit. Atq; in alia parte latitudinis eodem ordine qui ſiũt numeri notati ſunt,neq; ulla in re ratio utriuſq; latitudinis diſcrepauit.Idemq; eo dem ordine in cæteris numeris pernotabis,& hoc ſecundum formam pariter impa ris numeri fit,in quo hanc proprietatem eſſe ſuprà iam dictum eſt.Rurſus ſi ad longitudinem reſpicias,ubi duo termini unam medietatem habent,quod fit ex multiplicatis extremitatibus,hoc fit ſi medius terminus ſuę capiet pluralitatis augmẽta. Nã duodecies 48 faciunt 576, medius uero eorum terminus,ideſt,24 ſi multiplicetur, eoſdem rurſus 576 procreabit.Et rurſus ſi 24 in 546 multiplicetur,faciũt 2304, quorum medius terminus,ideſt,48 ſi in ſemetipſum ducatur, idem 2304 procreantur. Vbi autem duo termini duas medietates includunt,quod fit multiplicatis extremitatibus,hoc idem redditur in alterutram ſummam medietatibus ductis. Duodecies enim 546 multiplicatis in 152 procreantur, duæ uero eorum medietates,ideſt,24 & 48 ſi in

48 ſi in ſemetipſas multiplicentur,eoſdem in 152 reſtituent,atq; hoc ad imitationem cognationemq; numeri pariter paris,à quo participatione tracta,hæc ei cognoſcit ingenerata proprietas. Et in alio uero latere longitudinis, eadem ratio deſcriptionę notata eſt,qua in re manifeſtum eſt totum numerũ, ex ſuperioribus duobus eſſe procreatum,quod eorum retinet proprietates.Quoniam autem naturaliter & ſe cundum propriam ordinis conſequentiam multiplicem inæqualitatis ſpeciem cuncta poſuimus,primamq; ſpeciem eſſe monſtrauimus,licet hoc nobis poſterioris ordine clareſcat.Hic quoq; perſtringentes id quod propoſuimus planiſſime breuiterq; docebimus.Sit enim talis deſcriptio in qua ponatur in ordinem uſq; ad denarium numerum continui numeri ordo naturalis, & ſecũdo uerſu duplus ordo texatur,tertio uero triplus,quarto autẽ quadruplus,& hoc uſq; ad decuplum.Sic enim cognoſcemus quemadmodum ſuperparticulari & ſuperpartienti,& cunctis aliis princeps erit ſpecies multiplicis,& quædam alia ſimul inſpiciemus,& ad ſubtilitatem tenuiſſima & ad ſcientiam utiliſſima,& ad exercitationẽ ualdè iucundiſſima.

Si igitur duo prima latera præpoſitæ formulæ,quæ faciunt angulum ab uno ad decem,& decem procedentia reſpiciantur,et his ſubteriores ordines comparentur,qui ſcilicet,à 4 angulum incipientes in uicenos terminum ponunt,duplex, ideſt, prima ſpecies multiplicitatis oſtenditur,ita ut primus primum ſola ſuperet unitate, ideſt, duo unũ, ſecundus ſecundũ binario ſuper uadat,ut quaternarius binariũ,tertius tertiũ tribus,ut ſenarius ternariũ,quartus quartũ quaternariũ numeroſitate tranſcẽdat, ut octo quaternariũ & per eandẽ cuncti ſequentia ſeſe minorispluralitate prętereãt.

Si uero tertius angulus inſpiciatur,qui ab nouem inchoans,longitudinem latitudinemq; tricenis altrinſecus numeris extendit,& hic cum prima latitudine & longitudine comparet, triplex ſpecies multiplicitatis occurrit,ita ut iſta comparatio per decimam literam fiat,hiq; ſe numeri ſuperabunt,ſecundum paralitatis factam naturaliter connexionem,primus enim primum duobus ſuperat,ut unum tres,ſecundus ſecundum quaternario,ut binarium ſenarius,tertius tertium ſex,ut ternarium nouenarius,& ad eundem ceteri modum progreſſionis accreſcunt. Quam rem nobis ſcilicet,& ipſa naturalis obiecit integritas,nihil nobis extra machinantibus,ut in ipſo modulo deſcriptionis apparet.

Si quis aũt quarti anguli terminum qui ſedecim numeri quiditate notatus eſt, & longitudinem quæ in quadragenos terminat,uelit ſuperioribus comparare, per 10 literæ formam proportione collata,quadruplici multitudinem pernotabit, hiſq; eſt ordinabilis ſuper ſe progreſſio,& ut primus primum tribus ſuperet,ut quatuor unitatem,ſecundus ſecundum ſenario uincat,ut octo binarium,tertius tertium nouenario tranſeat,ut duodenarius ternarium,& ſequentes ſummulæ trium ſe ſemper adiecta quãtitate tranſiliant.Et ſiquis ſubteriores aſpiciat angulos,idem per omnes multiplicitatis ſpecies uſq; ad decuplum diſpoſitiſſima ordinatione proueniet.

Si quis uero in hac deſcriptione ſuperparticulares requirat, tali modo reperiet.Si enim ſecundum angulum notet,cuius eſt initium quaternarius,eiq; ſuperiacet binarius,atq; ad hunc ſequentem quis accommodet ordinem,ſeſquialtera proportio declaratur.Nam tertius ſecundi uerſus ſeſquialter eſt,ut tres ad duo, uel ſex ad 4, uel nouem ad ſex,uel 12 ad 8, item & in cæteris qui ſunt in eadẽ ſerie numeris talis conſugatio miſceatur,nulla uarietatis diſſimilitudo ſubripiet,eadem tamen ſummarum ſupergreſſio eſt in hoc quoq;,quæ in duplicibus fuit.Primus enim primũ,ideſt,ternarius binarium uno ſuperat,ſecundus uero ſecundum duobus,tertius tertium tribus, & deinceps.Si uero quartus ordo tertio comparetur,ut 4 ad 3, & eodem cæteros ordine conſecteris,ſeſquitertia comparatio colligitur,ut 4 ad 3, uel 8 ad 6, uel 12 ad 9,uides'ne ut in omnibus his ſeſquitertia cõſeruet. Prętereа eos qui ſub ipſis ſunt, ſi idẽ faciens ſequentes uerſus alterius cõparaueris,omnes ſine ullo impedimẽto ſpecies ſupparticularis agnoſces,hoc aũt in hac diſpoſitiõe diuinũ, q̃ omnes angulares

numeri

numeri tetragoni ſunt. Tetragonus autem dicitur, ut breuiſſimè dicam, quod etiã latius explicabitur, quem duo æquales numeri multiplicant, ut in hac quoq; deſcriptione eſt, unus enim ſemel unus eſt, & eſt poteſtate tetragonus. Item bis duo 4 ſunt, ter tres 9, quos in ſemetipſos multiplicationes primordijs perfecerunt. Circum ipſos uero qui ſunt uel eſt circum angulares, longilateri numeri ſunt, longilateros autem uoco, quos uno ſe ſupergredientes numeri multiplicant, circũ 4 enim duo [illegible] & ſex, ſed duo naſcuntur ex uno & duobus, cum unum bis multiplicaueris, & ter- tas à binario unitate præcedítur, 6 uero ex duobus & tribus, bis enim tr[illegible]deſt, par reddunt. Nouenarium uero ſex & duodecim claudunt, qui duode[illegible]x tribus nã[illegible]ar cuntur, & 4. Ter enim 4, fiunt 12, ſenarius uero ex duobus & tribus, bis enim ter ſiunt 6, qui omnes uno maioribus lateribus procreati ſunt. Nam cum 6 ex binario ternarioq; naſcuntur, 3 binariũ numerum uno ſuperant, cunctiq; alij eiuſdem [illegible]odi ſunt, ut primo & ſecundo ordine ad alterutrum multiplicatis terminis procreentur, ita ut quod naſcitur ex duobus poſitis longilateris altrinſecus, & bis medio tetrago no tetragonus ſit. Et rurſus quod ex duobus altrinſecus tetragonis & uno medio lõgilatero bis facto naſcitur, ipſe quoq; tetragonus ſit, & ut angulorum totius deſcriptionis ad angulares tetragonos poſitorum unius anguli, ſit prima unitas, alterius uero qui contra eſt, tertia uni uero altrinſecus anguli ſecundas habent unitates, & duo angularium tetragonorum anguli æquum faciunt, quod ſub ipſis continetur, illi quod fit ab uno illorum, qui eſt altrinſecus angulorum. Multa enim ſunt alia quę in hac deſcriptione utilia poſſint admirabiliaq; perpendi, quę interim propter caſtigatam introducendi breuitatem ignota eſſe permittimus, nunc uero ad ſequentia propoſitum conuertamus.

Finis Lib. de Geometria Anitij Manlij Seuerini Boëthi. In quo opere ſi quid amplius requiri, uidebitur cuipiam, boni æquiq; conſulat, nam plurimos locos emendauimus, in quibuſdam uiſum eſt cuiq; ſuum iudicium relinquere, nihilq; temere mutare. Certè quantum diligentia, induſtria & impenſis potuit fieri, à nobis nihil eſt omiſſum.

Errata quæ in relegendo occurrerunt, ſic caſtigabis.

Fol. 25. iuxta figuram, lege ſubalterna pro ſubalternum.
fol. 33. dixit, id eſt, proportionaliter, lege irrationale, & ſequenti uerſu, pro irrationale, lege [illegible]portionaliter.
fol. [illegible] ſub ſe, lege plurimas, & eodẽ, paulò poſt, de generibus dicunt, lege, [illegible]ſtur.
fol. 5 [illegible]dentiq; pertulerit, lege prætulerit.
fol. 1 [illegible]am cum homine animal ſit genus, lege, hominis genus ſit animal.
fol. 12[illegible] fine, ab uniuerſalitate non diſcrepat, lege ab uniuerſalitate diſcrepat.
fol. 134. [illegible]ca finem, ſubſtantiam quæramus agnoſcere, lege quæramus agnoſcere.
fol. 184. ut iuſtitia iuſtitiæ, lege, ut iuſtitia iniuſtitiæ.
fol. 299. Nam cum res aliquam, lege aliqua, & paulò poſt eodem, quæ ſcribi poſſit elementis, lege quæ ſcribi poſſit literis.
fol. 616. reperitur lege repetitur.

BASILEAE PER HENRICHVM PETRVM
MENSE MARTIO, ANNO
M. D. XLVI.